
IHS

Tomus decimus operum.

IN QVO MAGNI COMMEN. AVER.


DISPVTATIONES QVAE DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM ALGAZELIS

dicuntur, cum expoſitione grauiſsimi Philoſophi Auguſtini Niphi Sueſſani continentur.

ET TRANSLATIONE CALO CALONYMOS; quam (vetuſtiori poſt habita) vt facilitati commoditatiq; ſtudioſorum incumberemus in particulas iuſta cõmentaria diuiſam & accomodatam, apponi curauimus, ne quid amplius haberet quod deſideraret candidus lector.

OMNIA VERO SIC PVRGATA ET EMENDATA Summiſq; vigiliis elaborata praeſtamus, vt noſtram diligentiam facile commendent omnes.

Quę in hoc habeantur Tomo ſequens oſtendet pagina.



Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS MDLX.

IN HOC DECIMO TOMO
HAEC CONTINENTVR.

Quam autem hæc omnia summo studio Emendata sunt.

INDEX CAPITVM LIBRORVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Disputationes Libri, Destructio destructionum Philosophiæ Algazelis appellati.

IN METAPHYSICIS.

IN PHYSICIS.

Capita Tractatus de Animæ Beatitudine.

FINIS.

INDEX QVAESTIONVM IN DISPVTATIONIBVS AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In prima disputatione.

In ſexta diſputatione.

In ſeptima diſputatione.

In octaua diſputatione.

In vndecima diſputatione.

In duodecima diſputatione.

In decimatertia diſputatione.

In decimaquarta diſputatione.

In decimaquinta diſputatione.

Finis quæſtionum.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI IN AVERROIS DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM LIBRVM. COMMENTARIIS.

PROLOGVS.

AIT Auerrois. Cum in cunctis rebus ab intellectuali virtute desiderandis naturaliter & præcipue charior: & dulcior ac dilectior sit veritas: tenemur igitur eam semper attente & feruide vt efficacius meditari potest obtinere: suosq; hostes eam prauiter litigantes se vere percipi: ac ei obiicientes cum variis dispendiis ipsam seducere. pertractantesq; visceribus ardentibus interimere conamur: itaq; veritas vbiq; inter omnia obstacula vigeat & præualeat. Vnde nos à diuturno pristino tempore in pelaginem philosophorum freti nauigantes cum voluminum peripatheticorum nauibus: ibidem laquea ac retia iactantes: venando: indeq; cum hamis separati animi pisces præfati talassi vehentes: ad manus nostras quidam liber Alga. attributus peruenit: cuius destructio philosophorum titulus est: de quo libro ab eodem Alga. editum fuisse non est ambigendum: ipse enim in principio & fine cuiusdam sui libri: philosophorum intentio nuncupati: prædictũ promiserat librum compilare. Et est notandum: quòd dictus liber de quo tractaturi sumus: multos in corda hominum seruat errores: in cerebroq; plurimorum sapientum infinita posuit dubia periculosa: prout dictus Alga. notus est summus philosophus. & de maioribus tenetur philosophis. Est et manifestum quòd fama multorum præcessorum in sufficientia causa plurium posteriorum stat errandi. Tandẽ dicimus quòd hic liber multos subtiles atq; nobiles modernorum admirari facit sæpissime: maxime: quòd dictus Alga. est summus philosophus notus. & in philosophia eximia construxit volumina: in quibus sapientum opiniones clarius quã deberet & diffusius ostendit.

Deinde excitatus est hunc librum texere: in quo & stipites totius sapientiæ promittit euellere: turres & castra veritatis meditatus est irruere: itaq; philosophia ratione huius libri periculata abominationi extitit deinde.

Sed cum tales nobiles semper excusandi sint: dicimus quòd hoc dicto homini accidit forte vna dictarũ causarum: aut ex aliquo morbo perturbatus fuit intellectu: aut forte suspectus erronice prauitatis inter legales sui tẽporis præextiterat. Legales namq; inimici reperiũtur philosophorum: & ipse aliquo modo noluit ipsorum pati inimicitiã.

Demum dicimus quòd qualitercunq; sit dictus liber venenum ma-

gis quàm cibus debet reputari. Nos igitur liuorem persecutorum nostræ matris charissimæ philosophię gerentes: verba dicti libri vt diligenter potuimus speculati sumus gracile, nosq; insudauimus vitia ipsius ac sophismata eminenter patefacere: ac eis: vt sufficientius præualuimus obiicere: licet in pluribus satis sit difficile nimia argumentatorum profunditate & obscuritate locorum sophisticationis. Et facimus cunctis notum: quòd de prædicto libro illud ad quod veracior apparet præsertim sumpsimus & disputauimus: prout periculosius est: & debilia diuisimus verba huius libri in paruula capitula: vt facilius suos errores valeamus redarguere: & expresse præposita magis ardua inter cætera disputare capimus. Et ideo dicimus quòd Algazel altercauit cum philosophis in isto libro magis in metaphysicis: & in aliquibus naturalibus.

AVERROIS CORDVBENSIS

DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIAE ALGAZELIS.

Calo Calonymos Hebræo interprete:

Adiunctis multis Disputationibus, ac etiam Dubiis Algazelis, quæ prius apud Latinos minime reperiebantur.

PROLOGVS AVERROIS.

A INtentio nostra in hoc sermone est declarare ordinem, & apparentiam opinionum sermonum positorum in libro Destructionis Philosophiæ Algazelis, & diminutionẽ plurimorũ dictorũ eius à gradu veritatis, & demonstrationis.

DISPVTATIO PRIMA.

DE NARRATIONE RATIONVM Philosophorum, circa Antiquitatem mundi,
B di, & earum destructionibus.

ALGAZEL.

AIT Algazel, recitans rationes Philosophorum de antiquitate mundi. Sufficit autem nobis narrare ex rationibus eorum id, quod est conueniens animę. Et dicimus ꝙ hic modus rationis est triplex. Primus quidem, cum dicũt impossibile est vt proueniat innouatum ab antiquo absoluto. nã cum posuerimus ꝙ ab antiquo non prouenerit mundus exempli gratia, deinde prouenit, tunc nõ proueniebat antea, qĩn

non fuit ad esse ipsius aliquid inclinans. Et, si esse mūdi ab eo fuit possibile possibilitate absoluta, tūc, cum productus fuit, nō euadet quin innouatum sit quoddam inclinans, aut non. si non fuit quoddam innouatum inclinans, ergo mundus remansit in possibilitate absoluta, vt fuerat antea. si vero innouatum fuit inclinans, permutabitur quidem sermo de hoc inclinante. quare nunc inclinauit, & non antea. & sic aut procedet in infinitum, aut deuenietur ad aliquod inclinans, quod nunquam defecit esse inclinans. D

Augustini Niphi Suessani philosophi clarißimi in Destructiones destructionum Auerrois contra Algazelem expositio.

In pricipio cuiuslibet operis inuocandus est Deus.

DIXIT PLATO in Thimeo. Omnes quippe, mentis quoquomodo compotes, operis cuiuslibet, vel magni: vel parui principio, inuocare deum solent: Deos ergo omnes deasque precamur imprimis quidem: vt ea dicātur a nobis quae illis placeant. deinde vt nobis ipsis constemus: quantum ad Deos attinet: sic nobis oratum sit. haec Plato. Inuocatis ergo diis, & humiliter exoratis. Circa expositionem huius libri. Primo proponam intentionem meam, secundum prohoemium Auer. exponam, & per consequens residuum libri. E

QVANTVM ad primum. Quia cura, & solertia illius ingeniosi philosophi Hieronymi Bernardi Patricij Veneti, ad manus meas, liber hic, qui destructio destructionum inscribitur Auer. venit: Et vidi, quod hic liber plenus erat vtilitate, vt potui colligere, rogatus, immo coactus ab illius viri excellentia, dico, quod intentio mea est glosare hunc librum. Et quia hic liber est multum difficilis, vt apparet: tum ex mala translatione: tum ex verbis, & sententijs arduis hic contentis: ideo nolebam scribere: quia vero scio quod nō tantum his, qui veritatem dixerunt sunt habendae gratiae, vt dicit Aristo. sed his etiam, qui sunt principium inuestigationis eius: opus istud non recusaui. Scio bene quod posteriores, videntes istam expositionem, eam accusabunt. Sed quid curo maliuolorum latratus? Et quidam exponent aliter hunc librum: & quid curabo de verbis caecorum de coloribus inscriptis? Monet autem maxime me hunc librum edere paucitas philosophorum in hoc tempore (hoc enim meo tempore non video philosophos) & illi pauci sunt multum molesti, & in paruo precio, & quasi a populis habentur, tanquam indigni amicitiae, & consortij humani: Causae autem huius paucitatis sunt dictae ab Auer. in locis eius. Vt ergo in hoc lib. appareant aliqua fundamenta philosophorum, curaui exponere hunc. Causa autem editionis meae potissima, & maxima est, quoniam hic liber continet multas quaestiones contra nos christianos: vt ergo videatur, ꝙ philosophorū rationes sunt debilis efficaciae contra nos, ideo exponam illas, & eas in singulis locis conabor soluere fundamentis verioribus. Noluí autem probare hunc librum esse Auer. quia manifeste apparet: tum ex verbis eius. 8. Phy. com. 3. tum ex modo procedendi, & propositionibus suis. F

Quare motus fuit hunc librū edere.

ET CVM ista sit mea intentio: Ad secundum. s. ad expositionem huius libri venio. Nec expedes a me diuisiones, & subdiuisiones: sed tantum colligabo quaedam cum quibusdam: vt ipse facit in libris Arist. Dico ergo ꝙ Auer. primo praemittit prologum: deinde ibi. (Ait alg.) prosequitur. In prima parte declarat vtilitatem, seu necessitatem praesentis libri. Et ponit vnum syllogismum: cuius conclusio est: ꝙ nos naturaliter dispositi debemus omni conatu defendere veritatem: & syllogismus sic componitur. Id, quod ab intellectu est appetibile, & desiderabile, in sustentatione illius debemus apponere omnem conatum, & omne studium, sed veritas est appetibilis, & desiderabilis: ergo sequitur con-

Oī conatu tuēda est veritas.

A clusio iam dicta. huius ergo syllogismi ponit primo minorem. d. Cum in cunctis rebus, ab intellectuali virtute desiderãdis naturaliter, & præcipue charior, dulcior, & dilectior sit veritas: deinde ponit cõclusionẽ. d. tenemur igitur eã semper attẽte, & feruide, vt efficacius meditari põt, obtinere: vult. d. defendereq;, pro & suos hostes prauiter litigantes, se vero percipi, id est in eo quod vere se percipiunt esse litigantes: ac ei obijcientes cum varijs stipẽdijs, id est studijs ipsam seducere pertractanteq; conamur interimere visceribus ardentibus: vult dicere magno calore, & feruentia. itaq; vult dicere ad hoc: vt veritas vbiq; inter omnia obstacula vigeat & præualeat: ecce igitur intentionem, & causam intentionis in generali. Deinde introducit modum, quomodo inuenit librũ Algazelis. d. Vnde nos a diuturno pristino tempore nauigantes in pelaginem philosophorum freti cum nauibus voluminum: vult dicere librorum Peripateticorum: ibidemq; laquea ac retia iactantes, venando: indeque cum hamis separati animi, id est, cum discreto cogitamine pisces vehentes præfati talassi, vult dicere prædicti maris, ad manus nostras quidam liber Aga. attributus peruenit, cuius destructio philosophorum titulus est: & confirmat id esse Alga. dicens: de quo libro, ab eodem Alga. editum fuisse, non est ambigendum. ipse, in principio & fine cuiusdam libri, qui vocatur intentio philosophorum, promiserat librum prædictum co npilare. Deinde declarat naturam huius libri dicens: Et

Modus que hũc librum inuenit.

Certificatio hũc librum fuisse Alga.

Natura libri.

B est notandum, quod dictus liber, de quo tractaturi sumus, multos in corde hominum seruat errores: in cerebroque multorum sapientum infinita posuit dubia periculosa: & dat causam, dicit, prout, id est quoniam dictus Alga. notus est summus philosophus, & de maioribus tenetur philosophis: & est manifestum quod fama multorum præcessorum in sufficientia, id est in summo, magna est causa errandi plurimum posteriorum. Deinde ponit id, quod facit lib. hic: dicens. Tandem dicimus, quod hic liber multos subtiles, atque nobiles modernorum admirari facit sæpissime: maxime quia dictus Alga. est summus philosophus notus, & in philosophia construxit eximia volumina, in quibus sapientum opiniones, clarius quam deberet, & diffusius, ostendit. Deinde excitatus est hunc librum texere, in quo stipites totius philosophiæ promittit euellere: turres & castra veritatis mediatus est irruere: itaque philosophia, ratione huius libri periculata, abominationi extitit, deinde, id est, retro. Deinde excusat Alga. & dat causam dicens: Sed cum tales nobiles: vult dicere, qualis est Alga. semper excusandi sint: dicimus quod, hoc dicto homini accidit forte vna dictarum causarum: aut quia ex aliquo morbo perturbatus fuit intellectu: aut forte suspectus erronicæ prauitates interlegales sui temporis præextiterat: vult dicere se excusauit in hoc libro: legales namque inimici reperiuntur philosophorum: & ipse aliquo modo noluit pati inimicitiam.

Excusatio pro Alga.

C Debes scire quod ipse Auer. appellat theologos multis nominibus: scilicet quandoque loquẽtes: quãdoque legales; quandoque sophistas: quandoq; credentes: dicuntur quoque legales: eo quia leges prophetarum sequuntur, & non rationes philosophorum: & ista appellatio est satis nota: quandoque loquentes: & ideo dicuntur sic, quia loquuntur res, & rationibus non probant: & iterum est apppellatio honesta, vt puto: quandoque sophistæ, eo quia negant principia philosophorum, & ex contrarijs principiorum faciunt conclusiones: & est appellatio vituperanda: quãdoque credentes: & ratio est manifesta: quatuor ergo modis nominat eos: & ego hic sequendo modum loquendi eius illis tribus modis nominabo: quarto autem modo cum sit ad vituperandum non nominabo. Deinde, concludit naturã huius libri dicens: Demum dicimus, quod qualitercunq; sit, venenũ magis, quam cibus debet reputari: Deinde ponit ordinem, quem vult tenere in hoc libro: dicẽdo causam, quare composuit hunc, dicens. Nos igitur liuorem persecutorum nostrę matris charissimæ philosophiæ gerentes, id est, narrantes fideliter verba dicti libri: vt diligenter potuimus nos speculati sumus gracile, id est, subtiliter: infudauimusque vitia ipsius, atque sophismata eminenter patefacere: ac eis, vt sufficiẽtius præualuimus, obuiere. Deinde excusat se dicẽs, licet in pluribus, satis sit difficile nimia argumentorum profunditate, & obscuritate loco-

Quot nominibus appellantur theologi.

Ordo seruãdus.

Excusatio.

rum sophisticationis: vult dicere satisfacere. Deinde complet ordinem dicens. D
Manifesta- Et facimus cunctis notum: quod de prædicto libro illud, ad quod scilicet liber
tio. hic veracior apparet, præsertim, id est, solum sumpsimus & disputauimus, prout periculosius est: & debilia dimisimus. Verba huius libri nos cepimus, id est, locauimus in parua capitula: vt facilius suos errores valeamus redarguere: & expresse præposita, vult dicere dubia magis ardua inter cætera disputare. Deinde ponit diuisionem libri in duas, secundum quod Alga. fecit, quoniam fecit,
Diuisio libri. 14. quæstiones in metaphys. & duas in naturalibus: & ponit numerum: & sermo eius est manifestus per se.

Duplex intentio. SED CIRCA hoc procemiũ debes scire, quod Auerrois suas in hoc proœmio innuit intentiones vt philosophus artificiosus, & moralis vt quoniam tria fecit: quorum primum est reddere lectores beniuolos: secundum attentos: tertium dociles: hæ enim sunt conditiones proœmij, vt moralis, vt Aristoteles dicit in rhetoricis: fecit quidem eos beniuolos declarando istius libri vtilitatem, quæ quanta sit, iam manifestum est ex dictis. Fecit eos attentos, exponendo istius difficultatem, & satis apparet, quanta sit ex dictis. Fecit eos dociles
In proœmio 7. premittenda sunt. aliqualiter, ponendo ordinem dicendorum: & sic istud proœmium rhetorice & moraliter est factum: est etiam factum naturaliter seu logice: quia in proœmio libri debemus. 7. præmittere, vt Auer. dixit in physicis, scilicet intentionem, & hoc fecit Auer. quoniam declarauit suam intentionem in hac libri descriptione. Vtilitatem, & iam tibi apparet hoc. Ordinem, & licet, non satis aperte, hoc fecerit: tamen adhuc ex verbis suis apparet. Hic enim liber est primus, quia de rebus metaphysicis abstractis tractat. vt scis. Proportionem, & hoc etiam iam potes ex verbis istius libri habere: quoniam proportio huius libri est, sicut Metaphysicæ ad libros scientiæ Naturalis. Viã doctrine, qđ etiam habere potes: eo quia, cum liber hic Metaphysicus sit illismet vijs procedimus, sicut & in Metaphysica: Nomen libri, & iam apparet hic totum hoc: & nomen auctoris: & hoc est manifestũ etiam: ideo vere artificialiter hoc proœmium est factum, & moraliter, & logice. E

Prima qõ. QVAERO hic vnam quæstionem breuem: quoniam Auer. ait, quod intel-
Quatuor vijs declaratur veritatẽ intellectui appetibilem esse. lectuali virtutis veritas est chara, & dulcis, & appetibilis: vtrum hoc sit verũ: & videtur quod non: Quoniam multi fugiunt verum: vt apparet. Circa istam dubitationem dicendum, veritas est intellectui appetibilis: quod quatuor vijs declarari potest. Prima sumitur eo, quia est obiectum intellectus, vnde videmus omnes potentias cognitiuas valde in suis proprijs obiectis delectari, & in eis quietari, propter quod fugiunt obiecta extranea, & per se amant naturaliter obiecta propria: quia igitur verum est obiectum intellectus, vel saltem ratio obiecti intellectus, vt dictum est in libro de anima, scimus quod veritas est
Secũda via. valde intellectui delectabilis. Secunda via sumitur ex concomitantia veritatis cum ipso intellectu: videmus enim, quod falsum est non ens, & res quanto plus de veritate habet, tanto plus de ente & essentia: & propter quod secundo Meta. vt ibidem commen. 4. Auer. declarat, prima principia oportet esse ve- F
Intellectus ĩ veritate delectatur. rissima: immo videmus aliqua vera ita appropinquari intellectui, quod statim lumine intellectus ei fiunt conformia, vt sunt prima principia: vt dicit Auer. secundo meta. commen. primo, Ex his concluditur quod intellectus valde delectatur in veritate: quoniam veritas est ei similis: & res plus in suo simili dele-
Tertia via ĩ substãtijs separatis non est nisi verũ quia carent materia. ctatur, quam in suo extraneo, vt scis. Tertia via sumitur eo, quia per ipsam primo principio immateriali appropinquat: dictum est in nono met. commen. 22. quod in substantijs immaterialibus non est nisi verum: quia carent materia: quia igitur naturale desiderium est appropinquari primo principio, & melius intellectus appropinquat appetendo verum: ideo sicut ei naturale est appetere assimilari primo: ita naturale est appetere veritatem, mediante
Quarta via. qua plus naturaliter appropinquat. Quarta via est: quia per veritatem intellectus fit quodammodo omnia: quoniam veritas rei est quodammodo ipsa res: & ideo quod appetit plus de veritate, plus appetit fieri res ipsas quibus coniungitur mediante veritate: & quia naturaliter intellectus appetit fieri res quã-

A tum potest: ideo naturaliter appetit vniri veritati imediante qua fit quodammodo omnes res. Ex his sequitur quod veritas naturaliter præcipue est charior, dulcior, & delectabilior ipsi intellectui cunctis rebus desirandis. Est quidem chara: quoniam intellectus, cum sit sensibus inuolutus, & eis continuatus, cum difficultate ad veritatem pertingit: quod autem est difficilis inuentionis earum, habetur. Dulcior quidem: quoniam licet dulcedo a gustu percipiatur: intellectus cum sit virtus multo nobilior omnibus sensibus in virtute sua aliquo modo continet operationem sensuum, ideo aliquo modo dulcedinem participat: quoniam sicut gustus, tunc dulcedinem participat, quando obiectum prosequitur: ita quia intellectus veritatem prosequitur: dicitur quod veritas est ei dulcis. Delectabilis vero: quoniam est sibi proprium obiectum conueniens ei, per ipsamque primo principio, & rebus vniuersaliter, propter quod veritas est intellectui delectabilis. Veritas ergo est chara, dulcis, & delectabilis intellectui propter causas dictas. Ad argumentum, dicendum, quod licet multi appetitu voluntario corrupto veritatem fugiant: non tamen appetitu naturali, & voluntario recto: vt dicitur enim 3. ethic. cap. 5. multa innaturalia potest voluntas appetere, & impossibilia.

Nihil carius itellectui q̃ veritas.

Solutio.

Finito prologo, vult modo prosequi de propositis quæstionibus, & primo de prima, scilicet an mundus sit ab æterno an non: & ratio ordinis est: quoniam

B hęc quæstio est quasi fundamentum omnium aliarum, vt apparebit, & est communissima, propter quod debet esse prior: & quia, vt dicitur in principio tertij meta. quæstio debet habere dubitationes primo, & post earum solutiones, propter causas ibidem dictas: & etiam, quia disputatio exigit duo, vt dicit primo physic. commen. 23. scilicet arguere contra fundamenta alicuius opinionis, & soluere illa, ideo Auer. primo inducit sententiam Alg. per modum quæstionis, secundo loco soluit illas sigillatim. Sed dubitatur: quoniam ait Auer. 3. meta. commen. primo. quod dubitationes metaphysicales debent poni omnes insimul, & post debet fieri liber specialis solutionum quæstionum: vt fecit Arist. qui fecit tertium meta. vbi mouet omnes quæstiones, & in residuis libris soluit illas. Dicendum quód Auer. fecit hoc primo, more Nicolai: secundo, vt sententia Alg. melius intelligatur: quoniam litera diuisa est clarius intellecta. In isto ergo dubio ponit primo intentionem Alg. dicens id, quod primo inuestigandam est de philosophorum opinionibus, dirigitur circa antiquitatem & nouitatem mundi. Deinde adducit rationes philosophorum. Et prima sic componitur: nullum nouum procedit ab antiquo sempiterno. Sed mundus procedit ab antiquo & æterno, scilicet deo: ergo, in tertio modo secundę figurę, mundus non est nouus: huius syllogismi minor non ponitur in litera: quoniam in disputatione tertia dicetur declaratio illius: maior ponitur, cum dicit, vnde dicimus quod fortior eorum probationum, siue probationibus supradicto proposito hęc est: procedere innouatum ab antiquo absolute impossibile est: hęc est maior seu virtus eius. Deinde ponit eius declarationem: & hęc declaratio sic ordinatur: si est aliquod nouum factum ab ęterno, V. g. mundus, qui fit a deo ęterno, hoc non potest esse nisi, vel quia carebat aliquo inclinante id ęternum siue mũdum: vel quia nullum erat inclinans. Sed vterque modus est impossibilis: ergo maior est manifesta: primo ergo tangit primum modum dicens (si nos enim ponemus, quoddam antiquum, quod mundus ab eo processus vel productus non fuit, & postea ab eodem antiquo mundus tempore (.i. in tempore processus seu productus fuit: dicimus ꝙ mundus non producebatur ab ipso antiquo, nisi, vel quia carebat inclinante eum ad esse productum.) Deinde probat rationibilitatem huius membri. d. (vnde dicimus ꝙ, si mũdus possibilis erat omnino produci ab eo antiquo, antequam ad actum egressus fuisset, non euaderet quin in sua productione innouatum sit quoddam inclinans, producens eum ad esse.) Deinde ponit secundum membrum, & destruit id. d. (aut vero si non oporteret ꝙ mundus adhuc remaneret in sua possibilitate, sicut antequam productus esset) vt dicam post. Deinde destruit primum membrum. d. (si primo modo, adhuc petendum est de illo inclinante: quia magis inclinauit mundum ad esse,) vult dicere pro tunc quam ante.

Disputatio duo reqrit.

Dubitatio.

Solutio.

Prima ratio probans mũdum ęternũ esse.

Declaratio.

C

Licet in rebus naturalibus, & artificialibus ꝓcedat potentia agētis & pasſi, non tñ ſic in productione mundi.

Actio Dei ñ eſt poſsibilitas,

Poſsibilitas quum ſit potētia, nõ eſt eſſentia.

(nulla enim cauſa adhuc imaginari poteſt, niſi altera duarum: vel quia inuidet, aut quia non potuit pro tunc: ſed nullum iſtorum eſt ponendum in deo.) D deinde proſequitur rationem, & dicit (vnde.) vult dicere, ſi ponatur id inclinans. (aut hoc procedit ad infinitum: quod eſt falſum: aut perueniet ad quoddam inclinans ipſius eſt ab æterno: & ſi ſic, ergo mundus eſt ab æterno.) quoniam ſup. id inclinans ſeipſo mundum produceret. Deinde Alga. incœpit deſtruere hoc argumentum: & primo ſupponit hoc argumentum eſſe philoſophorum dicens (& hæc eſt ſententia philoſophorum:) vult dicere Ariſt. in 8. Phy. maxime text. com. 7. & inde. Deinde incœpit debilitare illam rationem dicens (de qua reſpondendum eſt, quod hic non eſt poſsibilitas in agente, neque in patiente.) vult dicere in productione mundi non procedit potentia agentis, nec potentia paſsi. (licet in rebus artificialibus & naturalibus præcedat agens & patiens ante ipſorum effectus.) vult dicere, quod ante rerum productionem tam naturaliter quam artificialiter potentia agentis, & potentia patientis præcedunt. Cuius rationem dicit. (eo quod cauſatur ab alijs ea præcedentibus in tempore.) vult dicere, quia concurrunt diſpoſitiones temporaliter diſponentes. (proceſſus vero mundi modo ſupradicto non ſic ſe habet, videlicet, quia ibi non debet attribui poſsibilitas agenti, neque patienti. Hoc probat Auer. duabus rationibus: quarum prima ſic componitur: omnis poſsibilitas eſt in ſubiecto: actio Dei non eſt in ſubiecto. ergo non eſt hæc poſsibilitas. Vel ſic, omnis poſsibilitas habet fieri circa aliquod ſubiectũ. E virtus Dei nõ habet fieri circa aliquod ſubiectum. ergo virtus Dei non eſt poſsibilitas vel forma ipſius, vt placet. primo ergo accipit concluſionem. d. (poſsibilitas nanque patientis hic eſſe nequit.) Deinde accepit minorem. d. (hic nullum eſt ſubiectum.) vult dicere quod virtus Dei non habet aliquod pro ſubiecto, vel non circa aliquod ſubiectum. deinde accepit maiorem. d. (& poſsibilitas, quæ eſt quædam virtus, eſt in ſubiecto.) Et cum probauit ꝙ poſsibilitas non eſt ex parte paſsi, probat ꝙ non ſit ex parte agentis: & ſyllogiſmus eſt per locum a maiori ſic. ſi hic eſſet aliqua poſsibilitas ex parte agentis, illa eſſet in Deo, vel eſſet ipſe Deus. Sed non eſt Deus, vel in Deo: ergo, vt prius. minor declaratur: quoniam nulla potentia eſt eſſentia. poſsibilitas eſt potētia: ergo poſsibilitas non eſt eſſentia. Tunc ſequitur. nulla potentia eſt eſſentia: & Deus eſt eſſentia: ergo Deus non eſt potentia. nec in eo eſt potentia. Huius ergo ſyllogiſmi accipit primo concluſionem. d. (nec hic eſt poſsibilitas in agente.) hic eſt concluſio. Tunc accipit antecedens. d. (quia in prædicta productione nullum eſt dare agens niſi Deum.) vult dicere ꝙ, ſi eſſet aliquod agens, id eſſet Deus. deinde accepit probationem minoris, quæ eſt deſtructio conſequentis: & primo minorem. d. (& cum poſsibilitas ſit quædam potentia.) deinde accipit minorem vltimi ſyllogiſmi, & dicit (& Deus benedictus eſt ſicut eſſentia totaliter actualis & F ſimplicisſima.) deinde ponit concluſionem dicens (non debet ergo de quadã poſsibilitate denominari.) Hic ergo intellexit tres ſyllogiſmos. quorum primus fuit hypotheticus per locum a maiori, & poſi . antecedens & conſequens, & tacuit deſtructionem conſequentis, quæ erat velut minor. Secundus fuit in prima figura in quarto primæ, & eius poſuit minorem tantum, & tacuit illius maiorẽ, & concluſionem. tertius fuit in tertio modo ſecundæ, & illius ponit minorem, & concluſionem, & tacuit maiorem: & ſic explanatus eſt hic locus.

His habitis reſpondet ad rationem Ariſt. primo ad maiorem, & ait (& ideo dicimus ꝙ productio mundi a Deo non eſt mutatio in eo, neque exitus de potentia ad actum, immo quidam modus potentiæ diuinæ, qui a nobis ignoratur, & propter hoc dicimus ꝙ non eſt comparandum inter opera diuina, & alia opera naturalia. Et ipſe tacuit ſolu. ad formam argumenti philoſophorum, quoniam manifeſta eſt: eo quia ipſi credebant actionem Dei eſſe ſimilem actionibus naturalibus, ideo fecerunt diuiſionem prædictam. Hoc igitur eſt primum dubium Alg. & explanatio illius, vt potui.

A AVEROES.

AIt Auer. Iste sermo est sermo i supremo gradu gaduũ Topicę, & non peruenit ad demonstrationem. qn̄ propositiones eius sunt generales. & generales sunt proximæ communibus: propositiones vero demonstratiuæ sunt ex per se dictis, & appropriatis. Nam nomen possibilis dicitur æquiuoce de possibili vt plurimum, & possibili vt raro, & possibili æqualiter: & non videtur necessitas inclinantis in eis esse eodem modo. possibile enim vt plurimum bene existimatur quòd inclinetur ex seipso, non autem ex inclinante ab extra in oppositum quidem possibilis æqualiter. Sic etiam & possibilitas aliqua est in agente, & est possibilitas agendi: & aliqua est in patiente, & est possibilitas recipiendi. Et non videtur necessitas inclinãtis esse in eis eodem modo. Nam possibilitas, quæ est in patiente, apparet in ea necessitas inclinantis ab extra. apprehenditur enim sen- Possibile dicitur ęquiuoce.

B su in rebus artificialibus, & multis ex rebus naturalibus. est tamen dubium in rebus naturalibus. nam multæ ex rebus naturalibus est principium mutationis earum ex eis. & ideo existimatur in plurimis earum ꝙ motor sit motum: & non est notum per se ꝙ omne motum habeat motorem, & ꝙ non sit hic res, quæ moueat seipsam. nam hoc totum indiget declaratione: & ideo perscrutati sunt de eo Antiqui. possibilitas vero, quæ est in agente existimatur in plurimis eius ꝙ nó indigeat in exitu eius in actum inclinante ab extra. nam permutatio agentis ex non agendo ad agendum existimatur in plurimis eius ꝙ non sit mutatio indigens mutante: sicut permutatio Geometræ ex non geometrizando ad geometrizandum, & permutatio docentis ex non docendo ad docendum. Sic etiam & mutatio, quæ dicitur indigere mutante, aliqua est, quæ est in substantia, & aliqua in qualitate, & aliqua in quantitate, & aliqua in vbi. Et Antiquum etiam Hic non cõsonat testus antiquus.

C aliquod dicitur de antiquo ex se, & aliquod de antiquo ex alio apud multos. Vlterius mutationes, aliquæ earum apud aliquos permittuntur de antiquo vt possibilitas quòd sit voluntas innouata in antiquo apud carneos, & possibilitas generationis & corruptionis in materia prima apud Antiquos, & tamen est antiqua. Sic etiam & intellecta dicuntur de intellectu, qui est in potentia, & tamen est antiquus apud plurimos eorum. & sunt aliqui eorum, apud quos non permittitur, & præcipue apud quosdam Antiquos eorum, & nó apud alios. Similiter & agens aliquod est, quod agit voluntarie, aliquod vero naturaliter: & non est quidem qualitas emanationis actionis possibilis ex eis eadem, scilicet circa necessitatem inclinantis. Et quis scit an sit hæc diuisio agentium sufficiens? aut inducet demonstratio ad agens, quod non assimilatur agenti naturaliter, neque agenti voluntarie, quod nobis apparet. Omnia ista sunt quæsita magna, & excelsa: & vnumquodque eorum indiget speculatione

ſeparatim,& cum eo,quod dixerint Antiqui de eo. Aſſumere autem vnum loco multorum quæſitorum eſt locus famoſus locorum fallentium turpium:& error in vno horum principiorum eſt cauſa erroris maximi circa ſpeculationem de entibus. D A

Poſtquam Auer.adduxit ſententiã Alga.in dubio iam dicto,vult contradicere ei. & primo obloquitur cõtra eũ,& admiratur de vtilitate huius hominis,et dicit.(dicimus nos ꝙ valde mirãdũ eſt de verbis huius hoĩs) cuius rationẽ dicit.(Ipſe.n.poſuit ſe in thalamo philoſophorũ vt ratiocinatus eſſet cũ eis,concedẽs & ſupponens eorũ principia & radices, & modo,qñ ſibi defecerũt rationes ſufficiẽtes.)vult dicere cõtra eos.(appodiauit ſe in infimis filorũ aranearũ.) deinde accipit id,quod dixit, declarãdo eſſe falſum,& dicit.(& id, quod ipſe dicit, videlicet,ꝙ hęc nulla ſit poſsibilitas in patiente,quia nullum eſt hic ſubiectum, nihil eſt.)vult dicere ad propoſitum:qm̃,ſiue hoc concedatur,ſiue negetur,nihil facit ad rem,quod declarat.d.(in hoc enim eſt tota diſſenſio.) vult dicere inter theologos,& philoſophos,videlicet, vtrum mundus caruit eſſe in tempore priſtino. vult dicere a deo quod in tempore certo deus fecit ipſum, & non ab ęterno. modo ad hoc quęſitum propoſitio Alga. nihil facit. Prętęrea arguit ſecundo,declarando opinionem Alga.facere pro philoſophis.d. (tandem iſte homo negat id,quod philoſophi totaliter negant,& non reprobat id,)quod ſcilicet ponunt philoſophi.(cum principijs conceſsis inter eos.) Sed hic videtur difficultas, qualiter Alga.negat id,quod philoſophi. Dicendum ꝙ philoſophi negant mundum eſſe factum in tempore nouo, videlicet,in a inſtanti, & non ante a inſtans,ſed volunt mundum ab ęterno proceſsiſſe. Modo hoc idem habet negare Alga.cum ſuis propoſitionibus: quoniam,ſi in primo principio nulla eſt potentia, quia caret ſubiecto:& eſt eſſentia pura:ergo in eo non eſt potentia ad producendum mundum in a inſtanti poſt tempus verum vel fictum. conſequentia apparet ab vniuerſali negatiua ad particularem,vt dicitur in ſecundo topicorum: & ſic Alga.cõcedens id, nõ deſtruit mẽtẽ philoſophorũ,ſed potius eã cõfirmat. Deinde declarat ꝙ illa propoſitio.ſ.d.in deo non eſt virtus, & potentia actiua, eſt falſa in ſe.& dicit rurſus id,quod poſuit.ſ. ꝙ hic non ſit poſsibilitas in agente,ſunt verba cęci tangentis parietes, vult dicere domus,& non ea, quę ſunt intus,id eſt ſunt verba non profundantia in fundamentis : quod hic declarat. & ratio ſic componitur:quod inuenitur in inferioribus,nobiliori modo et melius in primo:ſed potentia & virtus reperitur in entibus hic: ergo & in ſupremo. huius ſyllogiſmi tangit minorem. d.nobis namque manifeſtum eſt, quod ſapientes nequiuerunt loqui in aliquo entium tam in naturalibus, quam in diuinis, niſi pręſupponant auctoritates: vult dicere potentias a natura quorundam entium cõparabilium ad ipſum propoſitum,id eſt deum,vt magis fieri poteſt: & per hoc vult habere minorem. Deinde arguit & tertio, declarando adhuc argumentum philoſophorum ſtare. & ſyllogiſmus poteſt ſic componi.omne agens per cognitionem: quod ita agit in hoc tempore ꝙ non in alio,vel mutat in phantaſia & voluntate,vel nouiter occurrit agens adiuuans ipſum pro nunc ꝙ non pro tunc. Sed deus non poteſt mutari in voluntate & eius phantaſia ſeu comprehẽſione, nec eſt aliquod agens nouum in eius actione concurrens:ergo in ſecunda figura deus non poteſt producere mundum pro vno tẽpore ꝙ non pro alio.minor probatur in litera:quoniam aliquod agens poni nõ poteſt aliud a deo mundo non exiſtente:nec deus poteſt in opinione & voluntate mutari,quia non niſi a ſe:& modo nihil mutat ſe. De hoc ergo ſyllogiſmo non ponit formaliter niſi probationem minoris,& propoſitionem Alga.in forma dubitationis. d.& ſi ſic, vult dicere. ſi eſt ſicut dicit Alga. qualiter ergo dicendum eſt quod deus produxit mundum poſt puram priuationem , videlicet, de nihilo abſque aliqua mutatione voluntatis, niſi ratione quorundam extrinſecorum mouentium : vult dicere nouiter concurrentium. hęc ergo eſt quaſi maior in forma quæſtionis: deinde ſub inducta minori deſtruit maiorem, & dicit : ſed nullum mouens extremum poni poteſt medio remoto: oportuit ergo fuiſſe mutationem in ipſo

B B

F

Dubitatio.
Solutio.

Ratio. Quod repit in inferioribus, meliori modo reperitur in ſuperioribus.

Sylls ꝓbãs deũ non potuiſſe ꝓducere mundũ in vno tẽpore ꝙ nõ pro alio.

A deo:quod destruit.d. (& principium concessum ab omnibus est, quod nulla res seipsam permutare potest.) deinde ponit conclusionem.d. oportebit nos ergo de necessitate negare mundi creationem, secundum quod patet ex istis principijs philosophorum. Vltimo correlarie concludit errorem Alg.d. (quod magis mirandum est, postquam ipse tantum preconizabat dei simplicitatem) vult.d. immobilitatem. (qualiter non sensit quomodo inducebat eum, scilicet deum ad absurdam mutationem.) & hoc iam declarauit Auer. eo quia, si non potest nouitas mundi reduci ad aliquod agens nouum:ergo nec ad dei mutationem, vt diximus. Tandem concludit errorem eius dicens, (vnde dicimus denique quod verba sua erronea sunt manifeste, & non exigunt maiorem redargutionem.) Et debes scire quod leges hic dant multas solutiones: & quædam earum sunt positæ ab Alga. in alijs dubijs, & quædã indigent perscrutatione per se: ideo nolo nunc dicere illas, Sed in loco vbi tangentur, & in fine quęstionis pręsentis.

Aduerte.

ALGAZEL.

B AIt Alga. Dubitatio autem est. dupliciter. Primo quidem, vt dicatur eis, quare negatis id, quod dicitur, ꝙ mundus fuerit productus voluntate antiqua, quæ determinauerat esse eius, & ꝙ procederet priuatio vsque ad finem, ad quem peruenit, & ꝙ inciperet esse ab eo, in quo incœpit, & esse antea non fuit de voluntate eius, & ideo non fuit productus: attamen in hora, qua productus fuit, fuit de voluntate eius, voluntate tamen antiqua, & ideo innouatus fuit? Quid ergo prohibet hanc opinionem, & quid eam falsam reddit?

Cum adduxit Auer. solutionem Alga. & eam remouit. hic adducit solutionẽ ad argumentum philosophorum. est enim virtus argumenti peripatheticorũ in in quarto primę, sic: nullum innouatum procedit ab antiquo ęterno. Sed, si mundus fieret, iam esset innouatum: ergo non potest prouenire ab ęterno immobili cuiusmodi est primum principium: hęc enim est virtus argumẽti philosophorũ. Ad quod respondet: & apud me videtur distinguere maiorem: quoniam illa potest duobus modis intelligi: vno modo quod nullum nouum ab ęterno procedat voluntate noua, & sic conceditur maior, & conclusio: quoniam manifestum est quod mundus non prouenit à deo voluntate noua. Secundo modo, voluntate antiqua: & sic non inconuenit nouum fieri ab ęterno voluntate antiqua: dicit ergo C (ait Alga. amplius philosophis dicendum est, qualiter negetur mundum produci a deo benedicto voluntate antiqua inferente eius esse, quando non fuit.) quasi dicat. quod hoc modo non inconuenit nouum prouenire ab ęterno voluntate antiqua inferente esse eius, quando non est. i. post non esse: alia litera habet (quando fuit) & est corrupta, & debet dicere (quando nõ fuit.) vel forte vult dicere, quando fuit, supple pręconceptum illum esse pro tempore ordinato a diuina voluntate. (Licet processerat.) hic remouet aliam rationem philosophorum: quorum virtus erat per impossibile. Si mundus sit factus de non esse ad esse per voluntatem antiquam: ergo tempore infinito stetit sub priuatione: quod reputant inconueniens. Respondet, quod hoc non est inconueniens, prout fuit ordinatum a diuina & antiqua voluntate. dicit ergo (licet præcesserat eum priuatio infinita, & incepit ipsius esse, quando peruenit tempus ordinatum antiqua diuina voluntate.) sup. nullum debet poni inconueniens prout cadit sub antiqua voluntate.

Rõ philosophorum.

Solutio rationis.

Ab ęterno nõ prouenit nouũ voluntate noua, sed bene voluntate antiquã.

Alia ratio philosophorum.

Solutio.

Nõ est incõueniẽs mundum fuisse sub priuatione tpe infinito voluntate antiqua, sed esset incõueniens voluntate noua.

SED quia sæpe Algã. vtitur ly diuina voluntate, & noua voluntate, oportet vt aliqualiter declarentur. Dico ergo ꝙ noua voluntas [a] est nouus appetitus ex nouo sine pręconcepto. vnde & voluntas potest capi pro actu primo, & pro actu quasi secundo: si capiatur pro actu primo, sic voluntas est potentia, vel quasi potentia animę, qua potest desiderare bonum extra: si capitur pro actu se-

a Quid sit no

ua volūtas. Volūtas antiqua q̄d est,

cundo, sic est nouus appetitus sequens nouam cognitionem alicuius boni præ- D
concepti: quoniam, vt dicitur. 12. met. com. 30. appetitus sequitur comprehensionem sicut vmbra corpus: & sic capitur voluntas noua in proposito. per hoc enim ꝙ for. appetit hodie balneari, non acquirit nouam voluntatem pro actu primo acceptam, quoniam iam habuit illam: sed bene noua voluntate id appetit, quæ est actus secundus: & per hoc scitur quid sit voluntas antiqua seu ęterna. potest enim capi pro actu primo, & sic est vnum attributorum ipsi deo, quasi potentia eius. alio modo potest capi pro actu secundo: & sic est quidam appetitus sequens aliquam pręordinationem, seu pręconceptionem, seu pręcognitionem ęternam. Verbi gratia, Si for. per intellectum ordinasset, & pręconcepisset se balneari hinc ad. x. annos. Si enim veniet decimus annus, in quo balneabitur, potest dici id fuisse voluntate antiqua. Est ergo voluntas ęterna dei appetitus sequens pręconceptionem eius diuini intellectus, & quia intellectus eius est ęternus, & oīa intelligibilia intelligit per se, ideo ordo & pręconceptio fuit ab ęterno, & non per nouam excitationem. Declaratum est igitur quid sit voluntas noua, & quid ęterna, debet enim hoc seruari, quoniam multum confert dicendis.

AVEROES.

Ait Auer. Iste sermo est fallax. quoniam, cum impossibile sit ei dicere possibilitatem retardationis esse acti actioni id agentis, & deliberantis actionem ipsam, cum fuerit agens eligens, dixit possibilitatem retardationis eius prouenire a voluntate agentis. retardatio autem acti ex voluntate agentis bene possibilis est, sed retardatio eius actioni agentis est impossibilis, & sic retardatio actionis ex deliberatione ad agendum in agente voluntario. Attamen dubitatio remanet, prout est. nam de necessitate eueniet ei vna duarum rerum, aut ꝙ actio agentis non causabit in agente mutationem, ex qua sequitur vt sit ei mutans ab extra, seu ꝙ ex mutationibus aliqua est de substantia mutati absque indigentia mutantis, aut ꝙ reperitur aliqua mutatio, quæ bene potest euenire antiquo absque mutante. Nam id, ex quo manutenetur controuersia hic, sunt duo. quorum Vnum est, ꝙ actio agentis sequitur ex ea necessario mutatio, & omne mutatum habet mutantem. Secundum vero, ꝙ antiquum non mutatur mutatione aliqua. & hoc totum est difficilis declarationis. Et ꝙ non potest se saluare ab eo secta Assaria est ponere agens primum, seu actionem primam, quoniam impossibile est eis ponere ꝙ dispositio agentis circa actum, quod innouatur, sit hora actionis dispositio eius hora priuationis actionis. & ibi proculdubio est aliqua dispositio, quæ innouatur, & proportio, quæ non fuerat: & hæc necessario, seu in agente, seu patiente, seu in vtroque. Et, cum sic fuerit, tunc illa dispositio, quæ innouatur, cum de necessitate omne innouatum sit ei agens, erit proculdubio agens eius, aut aliud agens. & sic non erit hoc agens, primum agens, & non erit sufficiens in agendo ipsum solum, sed cum alio. aut agens illius dispositionis, quæ est conditio requisita in agendo, est ipsummet. & non erit hæc actio, quæ posita est, emanata ab eo prima, sed erit actio eius, propter illam dispositionem, quæ requiritur in agente, antequam agat actum. & hoc sequitur necessario, vt vides. Nisi di-

(margin: B; F)

Duo in controuersia.

Hęc particula nonnihil conuenit cū antiquo tex.

A xerit aliquis abusiue, ꝙ sunt aliquę dispositiones, quę fiunt in agentibus, non indigentes quidem mutante. & hoc profecto est absurdum, nisi apud permittentes ꝙ sunt hic aliqua, quæ fiunt ex se: & est sermo primorum ex Antiquis, qui negauerunt agens. & est sermo, cuius falsitas est manifesta ex seipsa. Attamen in hac dubitatione est confusio. nam, cum dicimus voluntatem æternam, & voluntatem innouatam, dicuntur ęquiuoce. & etiam in contrarietate. nam voluntas, quæ nobis apparet, est potentia, in qua est possibilitas agendi vnum duorum oppositorum æqualiter, & possibilitas recipiendi vnum duorum volitorum æqualiter, cum voluntas sit desyderium agentis ad actionem. &, cum eam egerit, defecit desyderium, & peruenit volitum. & hoc quidem desyderium & actio alligatur duobus oppositis æqualiter: sed, cũ dicitur, ꝙ hic sit volens vnum duorum oppositorum æternum, aufertur definitio voluntatis propter permutationem naturæ eius a possibilitate ad necessitatem. &, cum dicitur voluntas æterna, non aufertur B voluntas apud peruentionem rei volitę. &, cum non fuerit ei principium, non fuit innouata ab eo hora in peruentione rei volitę. & non potest innui talis esse, nisi dicatur ꝙ demonstratio perducat ad inuentionem agentis secundum potentiam, quę non est, nec voluntaria, nec naturalis, sed lex appellat eam voluntatem, sicut perducit demonstratio ad res, quę existimantur primo aspectu esse opposita, & tamen non sunt opposita, vt dicimus de ente, quod non est infra mundum, nec extra eum.

Voluntas in nobis qd sit.

De ente dicimus ꝙ nõ est infra mũdum nec extra.

Cum narrauit responsionem Alga, vult nunc reprobare eam: & primo proponit intentionem eius, & dicit. Dicimus nos ꝙ ad hoc respondendum est duobus modis: quorum primus hic est. Nunc exequitur de responsione, & primo arguit ex dictis, secundo ibi. (Secundo vero.) adducit secundam rationem nouã. Prima itaque ratio sic componitur. Omne bonum eligibile simpliciter, & simpliciter perfectum ex natura rei existens in potestate alicuius agentis per electionem, debet eligi semper & poni in esse. Sed mundum produci est bonum eligibile simpliciter, & simpliciter perfectum ex natura rei consistens in potestate primi motoris: ergo semper debuit eligi ab ipso deo, qui agit per electionem. Maior pro syllogizatur in secunda figura sic, quoniam, si non fit, hoc est vel propter aliquod impedimentum, vel propterea quia præconcipit maius bonum, quod primo vult ponere in esse. Sed Deus non potest impediri, nec præuidet aliquod melius ante esse mundi: quoniam nihil est, ergo, in secunda figura, omnino eligetur. huius ergo rationis primo tãgit maiorem. d. quorum primus hic est. manifestum est ꝙ electio cuiusdam boni rei absolute semper apud eligẽtem debet eligi: & quilibet eligens, qui sic se habet, debet sine dubio continue eligere & desiderare & diligere ipsum electum: hęc est maior, vel eius virtus. deinde probat hanc. d. nisi quoddam obstaculum interueniret, aut quia dimittat eum pro aliquo meliori. hęc est quasi maior pro syllogismi. deinde accipit minorem. d. & ambo ista hic neganda sunt: quod probat. d. (ipsi enim deo obstaculum attribuendum non est.) Et hoc quantum ad primam partem. quantum ad secundam ait (& nullum melius) dicta electione. s. mundi. hic ponendũ est namq;, pro quia, ante productionem mundi iuxta ipsorum opinionem nihil erat, nec melius. s. nec eius, propter quod dicamus ꝙ dimiserit eam, scilicet electionem pro meliori, scilicet eligenda. deinde quasi recolligit vim rationis. d. (Immo quod plus est, postquam deus nullum habuit resistens, oportet necessario ergo concedere ꝙ semper vna & eadem fuit sua electio, videlicet illius, quod melius est) scilicet

Ratio.

C

mundi.(rursus,si deus.) hic arguit secundo in eodem modo primo, & arguit in vi entimematis,cuius antecedens ait. (Rursus, si deus eligit priuationem mundi).i. non esse mundi vsque ad productionis exordium.i. instans initians esse mundi.& inde,post ad instans electio illa.s.illius priuationis fuit cessata, id est, amota ab ipso deo eligente,ponit consequens.d.oportet nos concedere necessario hoc fuisse ratione extrinsecorum inducentium,id est, impedimentorum, aut ex quadam suipsius mutatione. Tunc ab opposito consequentis: sed ambo ista reprobata sunt: ergo antecedens erit destructum, quod est propositum. est ergo syllogismus hypotheticus, vbi arguitur a destructione consequentis ad destructionem antecedentis,vt vides. (Secundum vero est hoc.)completo primo modo reprobationis,nunc exequitur de secundo,quem proposuit. Est ergo virtus huius secundi modi argumentum ad imposibile sic. Si voluntas primi ab æterno desiderauit generare mundum pro instanti aliquo in infinitum post illam ordinationem,tunc destruetur definitio voluntatis. quod est imposibile. Ad declarationem consequentiæ primo venatur definitionem voluntatis. deinde ponit syllogismum hypotheticum vt formam. ibi secunda (vnde si poneremus.) Tertio deducit consequentiam ibi.(pro eadem. Quantum ad primum, primo proponit quod intendit.d.(secundum vero est hoc.)Deinde venatur definitionem voluntatis, & dicit. manifestum est quod voluntas est desideratio).i.appetitus. & per hoc innuit propositum voluntatis.omnis enim voluntas est appetitus,& non ecōtra. Deinde ponit differentias &c.d.(Cuiusdam agentis.) Et per hoc vult habere differentiam.quoniam appetitus est esse materię, vt dicit Auer.1.physi.com.81. sed ille non est appetitus agentis,ideo ad differentiam illius, dixit agentis. & dixit cuiusdam, quoniam voluntas non est appetitus cuiuslibet agentis, sed determinati,puta intelligentis.deinde explicat aliam conditionem voluntatis.d.(Erga quandam actionem.) Et per hoc,quasi innuit propositum voluntatis. Voluntatis enim propositum est semper tendere versus aliquod,tanquam versus eius finem. Deinde ponit aliud propositum,scilicet nata ad moueri,per hoc quod ponitur ad actum.vnde dicit,& quando sit producta.s. illa actio desiderando ad actum, id est,posita in actum.illa desideratio cessat sine dubio. Deinde ponit tertium propositum.s.indifferens ad duo opposita æqualiter. & hoc.d.(& ista desideratio est actio ęqualiter dependens) id est, indifferens in duobus oppositis: recolligendo istam definitionem, dico quod voluntas est appetitus agentis intelligentis versus aliquod,tanquam finem ordinati, nata ad moueri illo fine acquisito indifferens ad vtranque partem cōditionis.hęc definitio melius habet declarari in 9. meta.tex. commen.3,& 10. (Vnde,si poneremus.) Nunc ponit syllogismum in forma dicta.d. vnde, si poneremus quendam volentem, qui vnum duorum oppositorum ab æterno retineret,remoueremus voluntatis definitionem. (Prout eādem.) Probat nunc consequentiam.d. (prout eandem de natura posibilitatis ad naturam necessitatis transferremus) quod probat.d. (voluntas nanq; infinita de natura necessariarum rerum potest reputari) cuius rationem.d. (naturales enim res infinitæ in earum natura non continuantur nisi per accidens. deficiunt enim intereum:quod in deo benedicto considerandum non est.) Ecce igitur consequentia, & eius probatio.

Omnis volūtas est appetitus, & non econtra,

E

Quid est voluntas,

F

Triplex est natura entis

Pro intellectu huius rationis debes scire, vt dictum est in primo de cœlo. com.135. & secundo perher. com.51. quod natura entis per se est triplex, scilicet quędam secundum se semper:quędam secundum se nunquam,quę dicitur semper non ens:& quędam secundum se quandoque ens & quandoq; non ens,sicut sunt res habentes materiam, vt dicit ibidem. & per hoc apparet dictum eius hic. voluntas enim,cum sit quædam natura prout ordinatur ad actum, debet esse aut natura semper entis,aut natura semper non entis,aut natura quandoque entis et quādoque non entis,& non potest dici tertium. quoniam illa voluntas posita est infinita a parte ante: quod est contra naturam quandoq; entis & quandoque non entis:nec semper non ens, vt patet: ergo est natura semper entis, & per consequens tollitur definitio voluntatis, quę est cum indifferentia ad duo opposita. Si enim voluntas, prout ordinatur ad actum, est semper ens; iam in eius natura est

A solum ordinatio ad vnum, & per consequens non est ibi definitio naturę voluntatis: quod theologi negant. Et potest etiam hęc ratio declarari per dicta Auer. in primo cęli. com. 128. 134. & 124. & in tertio cęli. com. 52. vnde in com. 128. ait idem, in quo est potentia ad esse aut non esse infinita, impossibile est vt sit in præterito absque futuro, nec in futuro absque preterito. cuius rationem d. quoniã infinitum simpliciter comprehendit duo tempora necessario. Modo sub ista maiori assumatur hęc minor. sed voluntas ęterna, ante instans factionis mundi. est potentia in tempore infinito pręterito. ergo erit etiam in tempore futuro infinito. et sic destruitur definitio voluntatis. Ista maior declaratur etiam aliter in com. 134. ibidem sic. & cum posuerimus tempus esse, aut tempus non esse durare in infinitum, non inuenitur tempus, quod dignius sit ad esse magis quam ad non esse, aut econuerso. necesse est igitur vt id, quod est non ens in tempore infinito pręterito, sit non ens semper. & similiter id, quod est ens in tempore infinito pręterito vel futuro. sit tale in omnibus temporibus: quoniam natura infiniti non magis limitatur ad pręteritum quam ad futurum: ideo vel neutrum erit, vel erit in ambobus temporis infiniti. Et tu inspicias commentum. 133. & 124. & tertio cęli. cõ. 51. quoniam tibi fit hęc ratio clarior, & vellem declarare huiusmodi rationes pluries, sed non est locus hic, nec tempus: satis est mihi exposuisse eas meliori modo quam potui ex dictis huius philosophi. Et tu vides quomodo non sunt demon- B stratiuę, immo nec probabiles, quoniam tãtum ex dictis ab eis procedunt. Vnde theologi dicunt ꝙ volũtas diuina potest esse respectu infiniti postpositi effectus, non tamen sequitur ꝙ semper, sed id sequeretur, quando Deus ageret ex necessitate naturę, & non ex ordinatione sua, & voluntate, & intellectu.

Infinitũ nõ magis limitatur ad p̃teritũ quã ad futurum. Positio theologorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit aliquis hoc falsum esse manifesta falsitate: quoniam innouatum habet efficientem, & causantem, sicut est falsum innouatum esse absque efficiente, & causante, sic etiam est falsum esse aliquod efficiens cum complemento suarum conditionum, ad hoc vt sit efficiens, & causans, ac fundamentum, adeo ꝙ non remansit ex eis aliquid omnino, deinde retardatur ab eo causatum. sed esse causati apud verificationem causantis cum complemento suarum conditionum est necessa- C rium, & eius tardatio est falsa, sicut est falsum esse innouatum causatum absque causante. Et ante esse mundi erat volens repertum, & voluntas reperta, & proportio eius ad volitum reperta, & non est innouatum volens, nec voluntas, nec fuit innouata voluntati proportio, quæ ante non fuerat. nam totum hoc est mutatio. ergo quomodo innouatum est volitum? & quid prohibuit quin sit innouatum antea? & dispositio innouationis non separata est a dispositione priuationis innouationis in aliqua rerum, nec in aliqua dispositionum, nec hora horarum, nec proportione proportionum, sed omnia eadem, sicut fuerant antea, & adhuc non fuit esse rei volitæ, remanserunt prout fuerant, & tamen reperitur volitum, ergo non est hoc nisi vltimitas insaniæ.

Cum rep[illegible]uit Alga. & adduxit motiua philosophorũ, vult modo adducere verba Alga[illegible] sententiam confirmantia, & primo proponit intentionem Alga. d. (Ait Alga. respondens pro) philosophis, & post redarguens seipsum. (Et si forte, Nunc prosequitur, & dicit, (Etsi forte aliquis diceret hoc), i. nouum pro-

cedere ab antiquo, eſt falſum manifeſte: & hęc litera debet legi ſuſpenſiue vſque ibi. (Nos tantum reſpondemus.) In quarto dubio (quodlibet namq;) probat id eſſe falſum. d. (Quodlibet namq; innouatum indiget cauſa dante ſibi eſſe. Tunc arguit per locum a ſimili (ſicut impoſsibile eſt aliquid innouari abſq; cauſa inferente & dante eius eſſe. Sic eſt ſimpliciter impoſsibile reperiri quoddam cauſans cum omnibus ſuis conditionibus, quibus cauſa eſt alterius effectus, quod ſuum cauſatum non reperiatur immediate) id eſt ſine eius effectu: & per hoc vult habere maiorem: & minor pręponebatur & erat: quodlibet namq; cauſatum indiget cauſa dante ſibi eſſe: tunc ſupplenda eſt concluſio, ſcilicet ergo impoſsibile eſt eſſe cauſans cum omnibus requiſitis ad eandem ſine eius effectu proprio & adęquato. (Immo neceſſarium.) Hic remouet ſolutionem quandam: poteſt enim negari ſimilitudo: quoniam plus dependet effectus cauſa eius quam econtra. & ideo non poteſt eſſe cauſatum niſi ſit cauſa, licet bene econuerſo. Hanc ſolutionem remouet. d. (Immo neceſſarium eſt quod reperiantur prout duo relatiua ſunt.) Hęc eſt minor, & concluſio. Prima enim pars eſt concluſio: ſecunda eſt minor. deinde accipit maiorem. d. & de natura relatiuorum eſt vt ſint ſimul & ſemel) & per hoc remouetur ſolutio iam dicta; ſi enim ambo ſunt ęqualiter relatiua omnino oportet vt ſimul ſint & non ſint, vt ſatis in Metaphyſica. (Vnde poſtquam) hic ponit concluſionem principalem, & repetit in forma dubitationis omnes rationes factas fere. d. (Vnde poſtquam) ſcilicet Deus ante mundi eſſe eſſet volens producere, & erat voluntas directa ad eſſe ipſius mundi, & ſimiliter erat proportio eorum ad id, in quo dirigitur, & nullus volens erat ſup. impediens illum, ita quod nullus volens impediens nouiter ortus eſt, nec voluntas nouiter orta eſt, nec aliqua proportio innouata eſt, aut ordinata: qualiter ergo ab eo. ſ. Deo mundus innouari debet. i. nouiter procedi debet? quaſi impoſsibile eſt hoc: nec ſup. debet procedi poſt puram infinitam priuationem. ſ. infinitum non eſſe. Deinde tangit aliam rationem. d. (vel quid ergo ante reſiſtebat dicto proceſſui, vt non ad actum egreſſus eſſet: ergo mundus ab ęterno reperitur neceſſario) vt dixi, tota hęc litera debet legi ſuſpenſiuę vſquę ad quartum dubium.

D E

AVEROES.

Ait Auer. Hoc eſt manifeſtum in vltimitate manifeſtationis, niſi apud negantem aliquam propoſitionum poſitarum ſuperius. ſed Alga. ſe permutauit ab hoc ad exemplum poſitiuum, & inuoluit cum eo hanc reſponſionem Philoſophorum. & hoc eſt, quod dixit. F

Hic Auer. nihil aliud facit, niſi quod auctoritate ſua confirmat dicta Alga. d. (dicimus nos. quod omne, quod pro philoſophis allegabamus, veriſsimum eſt et clarum: niſi apud aliquem proteruum negantem aliquam illarum prędictarum propoſitionum) quę ponebatur in ſyllogiſmis factis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et non eſt falſitas huius generis in cauſato, & cauſante neceſſario, & per ſe tantum, ſed etiam accidentali poſitiuo. nam, ſi homo dixerit repudiare vxorem, & non peruenerit repudium, ſtatim non imaginatur quòd adhuc perueniet: quoniam poſuit ſermonem cauſam iudicii poſitione, & deliberatiue: & non intelligitur retardari cauſatum, niſi dependeat repudium in ad-

A uentu patris, aut in introitu in domũ. & non erit ſtatim, ſed cum aduentu patris, & in introitu in domum. & ſuperſedebit peruentio cauſati vſque ad inuentionem eius, quod non inuenitur nunc. & non peruenit res, niſi iam innouata fuerit diſpoſitio, & eſt ingreſſus in domũ, aut aduentus patris, adeo quòd, ſi voluerit aliquis aſſumere cauſatum a loquela circa peruentionem eius, quod non peruenit, non intelligitur, licet ipſemet ſit ponens & eligens expreſſe poſitionem. &, cum hæc poſitio non fuerit intellecta. & eam non intelligimus, quomodo intelligemus hoc in cauſatis eſſentialibus intellectualibus neceſſariis? In conſuetudinibus autem id, quod eſt in intentione noſtra, non retardatur ab intentione cum præſentia intentionis ad id, niſi propter prohibens. ſi autem verificabitur intentio, & poſſe, & auferuntur prohibentia, non intelligitur retardari ei eſſe intenti. & hoc quidem imaginatur in deliberatione. quoniam deliberatio non ſufficit ad hoc, vt ſit actio, ſed deliberatio ad ſcribendum nunquam faciet ſcripturam, niſi innouetur intentio reperta in homine, cũ venerit hora actionis. Si autem fuerit voluntas antiqua. vt eſt intentio noſtra ad actionem, non poteſt imaginari retardari intentum, niſi propter prohibens, nec imaginari præceſsionem intentionis. nam non intelligitur intentio in die ad ſurgendum in mane, niſi per viam deliberationis. Si autem fuerit voluntas antiqua, vt eſt deliberatio noſtra, hoc quidem non ſufficit in aduentu deliberati, ſed impoſsibile eſt abſque innouatione emanationis intentionis apud inuentionem. & in eo eſt ſermo de mutatione. Iterum remanet dubitatio. quare hæc emanatio, aut intentio, aut electio, aut voluntas (appella eam vt vis) innouatur nunc, & non antea. & ſic aut inuenietur innouatum abſque cauſa, aut procedet in infinitum. & reuertitur ſermo ad id, quod reperitur cauſans cum complemento ſuarum conditionum. & non remanſit aliquid demonſtratum tale, & tamen tetardatur cauſatum, & erit abſq; diſpoſitione innouata: quod eſt falſum.

Lõge differt hic ab antiquo tex.

B

C

Sicut dixi, nunc reſpondet argumentis philoſophorum dictis, & terminatur ſuſpenſio: & forte litera illa fuit diminuta, & debebat ei ſuppleri terminus ſuſpenſionis ſic.ſ. & ſi forte aliquis diceret qđ eſt falſum manifeſte ſub. arguemus ſic contrarium: quodlibet namq;, & reliqua. Et ſi forte litera non eſt diminuta, & debet hic terminari ſuſpenſio, & quaſi dicat, ſi forte dicatur quod opinio legis eſt falſa manifeſte propter rationes dictas (nos tm̃ reſpondemus quod produci aliqd nouiter diuina voluntate, non proprie dictis verbis reprobatur propoſitis).i. prędictis. Et ſtatim declarat quę propoſitio eſt neganda.d. (& dicemus quod inuẽto agente perfecto cum ſuis omnibus conditionibus, oportet quod inueniatur ſuus actus ſiuę effectus: non eſt vera propoſitio) & per hoc vult negare maiorem, & eius ſimilitudinem. (Oportet namq;. Præpoſita reſpoſione ſtatim declarat illam. Vbi debes ſcire quod propoſitio concedenda a philoſophis eſt duobus modis: aut habita vi concluſionis demonſtrationis: aut quia eſt maxima, quam quis auditam concedit ſtatim. Declarat ergo quod neutro modo poteſt poni dicta propoſitio, quam maior probabat.d. oportet namque vt illa propoſitio recipiatur, id eſt concedatur ex vi concluſionis ſyllogiſmi ſcilicet demonſtratiui, aut quod illa dicatur quod maxima eſt, Declarat neutrum

Duplex eſt ꝓpõ, quæ a philoſophis conceditur.

eſſe horum. d. probari autem demonſtratiue nequit: quia eſt inductiua. ſ. vniuerſa D lis. & pręmiſſa, quę tantum inductione fit nota, vt dictum eſt in poſterioribus analiticis, tunc. d. & ſi probatur inductione forti: ſi in rebus creatis ſeu cauſatis concedenda eſt: ideo forſitan dubitabilis eſſet, & forte falſa. & per conſequens non poteſt probari demoſtrationi: deinde probat eam non eſſe maximam. d. (vnde ex hoc patet ꝙ maxima eſſe non poteſt) ꝙ probat. d. (maximę propoſitiones dicuntur primę cognitiones) tunc per impoſsibile: (& ſi hęc propoſitio ſic ſe haberet). i. eſſet maxima prima cognitio. (ergo eſſet conceſſa ab omnibus ꝙ falſum eſt.) Et vis argumenti eſt: omnis maxima eſt prima cognitio ab omnibus cōceſſa. i. hęc propoſitio per philoſophos eſt maxima, ergo eſt prima cognitio ab omnibus conceſſa: ꝙ falſum eſt,

Dupliciter debilitať ꝓpoſitio philoſophorū.

DEBES ſcire quod duobus modis hęc propoſitio poteſt in deo debilitari: vno modo, quoniam deus eſt agens plene libere & contingenter ad extra: & tunc quantuncunque ſint omnia requiſita, & nihil deficiat: attamen nō producit, quia non vult: itaque illa propoſitio non tenet in agentibus voluntate & intellectu. Hęc reſponſio eſt omnium chriſtianorum. & talis reſponſio eſt multum apparēs apud me. Secundo poteſt debilitari: quoniam Deus eſt agens ſecundum modum, quem ignoramus, vt dicebat Alga. ſupra. & quia ſic eſt: iſta propoſitio eſſet ſimpliciter neganda in eo: & licet cōcedenda in rebus naturalibus: quia tamē Deus eſt agens ſupra naturam: & tali modo quod nobis eſt eius modus agendi immanifeſtus: ideo hęc propoſitio eſt neganda. E

AVEROES.

AIt Auer. Hæc exemplificatio eſt poſitiua de repudio. & exiſtimauit cum ea roborare rationes Philoſophorum: eas tamen debilitat, nam ſecta aſſaria poteſt dicere ꝙ, ſicut retardatur repudium loquelæ vſque ad aduentum conditionis, cum fuerit mane, aut aliud, ſic retardatur eſſe mundi in actione Dei vſque ad tempus inuentionis conditionis, a quo dependet. & eſt hora, qua intendit eſſe eius. Attamen non eſt ſic in materialibus, ſicut eſt in intellectualibus. qui autem aſsimilat hunc mundū materialem intellectuali, eſt ex eis, qui ſequuntur cortices rerum.

Qui aſsimilat hunc mūdū materialē ītellectuali ſequitur cortices rerum.

ALGAZEL. F

AIt Alga. Non eſt neceſſe apud iuſſum, & non eſt apud aduentum conditionis retardantis iuſſui mandantis. quoniam non erit iuſſus abſque eo, ꝙ copuletur ei actio mandantis, & non eſt proportio intellecti ex eo, quod aſſumitur a natura in hac intelligētia a ſubiecto ſibi conuenienti. Deinde dixit Alga. reſpondens quidē pro ſecta Aſſaria. & reſponſio eſt, vt dicatur falſum eſſe voluntatem antiquam dependere ab innouatione rei, quicquid ſit, &c. vſque ad, & inconueniens abſolutum non ſufficit abſque demonſtratione.

AVEROES.

In paucis cōuenit hic tex. cū exp.

AIt Auer. Hic ſermo eſt ex ſermonibus nimium rhetoricis. & vis eius eſt ꝙ, cum poſuerit aliquis ꝙ, cum ſit agēs cum omnibus ſuis

conditionibus,

A conditionibus, impossibile est vt retardetur ei actum, nõ euadet quin ponat hoc sciri aut ratione, aut quia est ex rebus per se notis. si autem ratione, oportet quidem eum vt eam afferat. & tamen nulla est ibi ratio. si vero posuerit hoc tanquam per se notum, oportet vt id sciãt omnes homines disputantes, & alii. & hoc non est verum: quoniam non est de conditione requisita in rebus per se notis, vt sciãt eas omnes homines: nam hoc non est magis quàm esse famosum: sicut non est necesse ei, quod est famosum, vt sit per se notum.

Non est necesse ꝙ famosum sit ꝑ se notum.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. tanquã respondens pro secta Assaria. Nos autem de necessitate intellectus scimus quòd non imaginatur causans cum complemento suarum conditionum absque cau-
B sato. & permittere hoc est dominatio ex necessitate intellectus, &c. vsque ad, non sciebat artem suam omnino.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis est ꝙ ipsi non ponunt possibilitatem contrarii eius, quod videtur de necessitate impossibilitatis retardationis acti actioni agentis abusiue, & absque ratione perducente eos ad hoc, sed posuerunt hoc ex demonstratione, quæ perduxit eos ad innouationem mundi. sicut non ponunt Philosophi contradictionem necessitatis intellectionis sciti cum numeratione scientiæ, & sciti, eo quòd vniuntur in Deo glo. nisi per viam demõstrationis, quam existimauerunt adduxisse eos ad hoc in æterno ipso, & eo magis eum, qui posuit ex Philosophis contradictionem necessitatis eius, ꝙ sciens scit seipsum, & non scit opus suũ, cũ dixerit in Deo
C glo. ꝙ non scit, nisi seipsum. Attamen hic sermo, cum inspicitur, est de genere oppositionis corrupti corrupto. nam omne scitum scientia vera, & vniuersali in omnibus entibus, non reperitur demonstratio, quę contradicat ei. & omne, cui reperitur demonstratio contradicens, reputatur quidem esse verum, non quòd sit verum in rei veritate. Et ideo, si fuerit notum per se vere esse numeratam scientiam, & scitum in apparenti, & in occulto, nos profecto sententiabimus quòd non est demonstratio apud Philosophos esse eandem, & in Deo glo. si vero sermo de numeratione scientiæ, & sciti est opinio, bene possibile erit de identitate eorũ apud Philosophos esse demonstrationẽ. & similiter, si fuerit per se notũ ꝙ non retardatur actum agentis actioni eius, & posuerit contrarium huius secta Assaria ex eo, ꝙ apud eos in hoc est demõstratio, nos quidem sciemus sententia incisiua ꝙ non est apud eos in hoc demonstratio. Et hoc quidem, & similia, quando euenerit eis disputatio, reuertitur res ad considerationem creationis cõuenientis,

Scitũ demõstratione necessaria non habet ꝙ sibi contradicat.

quę nō sit nutrita in opinione, & existimatione. qñquidē id imaginatus est ille cū signis, & cōditionibus, quibus distinguitur inter veritatē, & existimationē in libris Logicæ: sicut est, cū cōmoti fuerint duo in vno sermone, & vnus quidē eorum dicit, ꝙ sit versus, reliquus vero ꝙ nō sit versus: non reuertitur iudiciū in eo, nisi ad creationē perfectam: quę quidē discernit versum a non versu, & ad scientiam versuum. & sicut ille, qui apprehendit versum, nō prohibetur ei, quin neget eum negãs, sic ēt est in eo, quod est verū apud vnū hoīem, non prohibetur ei, quin neget id negans. Isti aūt sermones oēs sunt in vltimitate mollitiei, & debilitatis. oportebat tñ eū, vt non inuoluisset hunc suum librū his sermonibus, si fuerat intētio eius in eo loqui cū hoībus priuatis. Et, qm̃ consequentia, quæ adduxit in hac sua disputatione, sunt extranea, & extra disputationē, dixit statim sed non permittemus consequētia huius disputationis, & dicimus eis, quare negatis aduersariis, cū dixerint antiquitatē mundi esse falsam? qm̃ inducit ad tenendū reuolutiones cœli infinitas numero, & nō est numerus vnitatibus earū, licet habuerint sextū, quartū, & medium, &c. vsq; ad, & necesse est vobis dicere ꝙ non sit par, nec impar, vt recitabimus postea. Et hæc ēt est quæstio sophistica. & summa eius est. qm̃, quemadmodū vos non potestis contradicere nostræ rationi, ꝙ mundus sit creatus, & ēst quia, si esset non creatus, essent reuolutiones non pares, nec impares, sic etiā nos non possumus contradicere sermoni vestro, ꝙ, cū fuerit agens non deficiēs habere conditiones agentis, non retardetur ei actū. & hic quidem sermo finis eius est confirmare dubitationem, & eam confiteri: & est vna intentionū sophistarū. Tu aūt, qui huic libro incumbis, iam sciuisti sermones, quos dixerunt Philosophi circa affirmationem, ꝙ mundus sit antiquus, cum hac ratione, & sermones, quos dixit secta Assaria in contradictione eius. & audi rationes sectæ Assariæ circa nouitatem: & audi sermones, quos dixerunt Philosophi in contradictione rationum sectæ Assariæ in eo, quod scripsit iste homo.

Cum induxit argumentum peripatheticorum, & responsionem Alga. vult modo logice contradicere illi. Vbi debes scire quod argumentum philosophorum totum firmatur in vna propositione, scilicet ista: omne agens perfectum, non impeditum, habens omnes conditiones agendi agit: & tunc tota ratio philosophorum procedebat, vt vides. tota ergo lis est de huiusmodi propositione, an sit vera, an falsa. & si vera, quomodo scimus eam esse veram? & si falsa, nihil iuuat nos. cui respondet Auer. d. (Dicimus nos quod hæc propositio aut est de se nota). i. prima (aut est per perfectam inductionem manifesta.) Vbi debes scire, vt dicitur. 2. Topicorum. cap. 4. quod cum profertur aliqua propositio vniuersalis vel affirmatiua, vel negatiua, & non datur instantia nisi in eo, in quo sumus disputantes, nec eius aliqua particularis, non esse ita potest probari demonstratione: construenda est. verbi gratia si dixero an boni & mali sit eadem disciplina: & in probatione illius accipio istam: omnis disciplina est vna: tunc non debes instare per propositionem illam, in qua sumus disputantes: quia sic omnis inductio esset infirma, & facile possemus ei contradicere. Dixi autem quod nec aliqua particularis potest demonstratione probari pro opposito vniuersalis: quoniam adhuc posset inductio infirmari. Sunt ergo duæ

A conditiones ad hoc, quod inductione probetur aliqua propositio vniuersalis: prima, quod non debeat dari instantia in propositione quæsita. secunda. quod aliqua eius particularis demonstratione non probetur ad contrariam partem illius vniuersalis: defectu secundæ non est ista inducibilis: omne animal est irrationale. homo est animal: ergo homo est irrationalis: quoniam, & si non potest dari instantia in maiori de homine, potest dari particularis. aliquod animal non est irrationale: & declarari per rationem: defectu primæ ista non est inducibilis: omne, quod mouetur, quiescit. cælum mouetur: ergo cęlum quiescit: vt patet. Applicando modo ad propositum, illi propositioni, non potest dari instantia in Deo: quia iam in Deo facimus quæstionem, nec potest demõstrari de Deo contrarium illius propositionis. ergo est simpliciter concedenda: & per consequens inductione est per se nota. & hoc dixit, maxime quod contrarium, id est contradictorium probari nequit.

Sed circa huiusmodi rationem est locus quæstionis. 8. Topico. quoniã, vt dicitur, inductio petit. ergo propositiones per se notæ non debent inductione confirmari. Vbi debes scire ꝙ inductio & infert, & quandoque probat: inferre enim est proprium argumento, vt argumentum est: vnde inductio ipsa, vt quoddam argumentum, de necessitate infert. Sed non semper probat, nisi quãdo sunt B particulares seu singulares propositiones essentiales, de quibus sit vnum iudicium: vt, si dicam. hic ignis calefactiuus, & hic. ergo omnis: quoniam prima propositio est essentialis: & iam sciũt philosophi ꝙ omnis propositio essentialis est de omnibus consimilibus subiectis in specie vera. ideo erit vis eius vis demonstrationis. Et tunc dico ꝙ inductio est duplex, scilicet dialectica, & demonstratiua. prima infert, & non probat. secunda infert, & probat. vt potest colligi. 2. Phys. com. 80. & inductio præsens est demonstratiua, vt vides: & 2. Priorum Auer. declarat tertiam speciem inductionis, scilicet demonstratiuę dialecticæ & sophisticæ: vide ipsum. (Et si forte) hic declarat qualiter accidit multis negare propositiones per se notas. d. & si forte aliquis per quandam phantasiam eam negauerit, vel propter necessitatem quorundam principiorum, quæ ponunt theologi: quorum vnum est: omnia deus ex nihilo fecit, &c. non est mirũ: cuius causam dicit: multi enim rudium antiquorum negabant motum, vt Parmenides, & Melissus: & partem continui diuisibilem esse, immo dixit continuum esse indiuisibile: contra quos Aristo. fecit librum sextum Phys. & ideo philosophi peripathetici de talibus non curant. Deinde exclamat quasi omittendo opinionem eius. d. (Et tu, scilicet lector, o frater mi iam audiuisti philosophorum verba, & huius hominis obiectiones in præfato proposito, videlicet in creatione mundi, & sensisti philosophorum robur, & istius hominis debilitatem.) Deinde excla- C mat hortando auditorem ad verba sequentia. d. (Deinde o frater audi verba huius hominis nomine loquentium in proposito prædicto, & defensiones philosophorum super ea.) Debes scire ꝙ theologi dicerent quod inductio debet fieri in indiuiduis eiusdem rationis, & speciei: & quia Deus, & homines sunt alterius generis: ideo dicerent quod dicta Auer. sunt voluntariȩ dicta, & argumentum nihil est.

Inductio nõ tm̃ ifert, sed etiã probat quandoq;.

Duplex inductio.

Positio theologorum.

ALGAZEL.

Ait Algazel. Et dicimus, quare negatis aduersario, cũ dixerit antiquitatem mundi esse falsam? quoniam causabit reuolutiones orbis infinitas numero, & non est numerus vnitatibus earum, licet habuerint sextum, quartum, & medietatem. nam orbis Solis voluitur in anno vno, & orbis Saturni voluitur in triginta annis: igitur reuolutio Saturni erit tertia pars decimę reuolutionis Solis, & reuolutio Iouis medietas sextæ reuolutionis Solis: nam ipse

voluitur in duodecim annis.&, sicut non est finis in numero reuolutionum Saturni, sic non est finis in numero reuolutionum Solis, licet sint tertia pars decimæ.& sic etiam non est finis in reuolutionibus orbis stellarum, quæ voluuntur in triginta sex millibus annorum semel, sicut non est finis in motibus ortus Solis in die, & nocte semel. Si autem aliquis dixerit ꝙ falsitas huius habetur necessario, quæro quomodo recedent ab hoc sermone? Si vero dixerit, numerus harũ reuolutionum aut est par, aut impar? seu par, & impar simul? seu nec par, nec impar. Si quide dixeritis par, & impar simul, seu nec par, nec impar, tunc habebitur falsitas eius necessario. Si vero dixeritis par, tunc par fiet impar in eodem. & quomodo determinauit id, quod est infinitum vnum. Si vero impar, tunc impar fiet par in eodẽ. & quomodo terminauit hoc vnum, quo fit par? & sequitur vobis necessario sermo, ꝙ non sit nec par, nec impar. D

Si mundus fuisset ab æterno, reuolutiones orbium essent infinitæ.

Quia proposuit adducere verba Alga. qui nomine loquentium arguit contra mundi æternitatem, ideo hic adducit illa, & dicit (ait Alga. adhuc dicimus quod impossibile est mundum esse ab æterno) quod probat vi entimematis, dicit nã que, pro quia hæc propositio induceret ad asserendum volutiones orbium infinitas in numero. Est ergo vis argumenti, quod si mundus præfuisset ab æterno, omnes reuolutiones omnium orbium essent numero infinitæ. Et secundo, sequitur quod earum vnitates, id est, numeri essent inconclusibiles, id est, non recipientes conclusionem & numerum, licet habeant partes terminatas. Verbi gratia, vt dimidium, & tertium, & quartum. In arabico autem sic iacet hæc litera. (Eo quod earum numeri, & mensuræ sunt sine fine: licet earum portiones sint terminatæ ad se inuicem.) & tunc ista verba sunt quasi declaratio consequentiæ iam factæ, & mihi plus placent. (Et cum orbis) hic probat id inconueniens esse impossibile: & virtus eius est, quod eo dato sequitur vnum infinitum esse maius altero, & infinitum recipere maius & minus. Pro deductione istius sic procedit: quia primo proponit declarationem consequentiæ, & secundo infert consequentiam: secunda ibi (ergo infinitum) quantum ad primam partem ait & cum orbis, scilicet proprius solis circuit totum mundum in vno anno, dixi de motu proprio, quia de motu diurno non est ita. Saturnus vero in 20. annis vel fere: ergo reuolutio Saturni est tertia decimæ partis reuolutionis solis. Iuppiter semisextæ partis reuolutionis solis: quia ipse circuit mundum. 12. annis. Tunc recolligit quid vult habere per hoc, & dicit vnde, si mundus esset ab æterno, essent reuolutiones infinitæ: & reuolutiones Saturni tertia dicimæ partis reuolutionum solis, & similiter reuolutiones firmamenti, id est, octaui orbis: quarum vna fit. 36000. annis sunt infinitæ, sicut reuolutiones diurni motus sunt infinitæ. (Ergo infinitum) nunc infert inconueniens, & dicit (ergo infinitum recipit maius & minus: quod est absurdum) consequentia ex dictis iam manifesta est: eo quia reuolutiones omnes sunt infinitæ: & tamen reuolutiones Saturni sunt in minori quantitate quam illæ solis, & illæ octauæ in minori quantitate quam illæ diurni motus: ergo infinitum recipit magis & minus. Debes scire primo, quod quilibet planeta mouetur motu proprio, a proprio oriente ad proprium occidens supra propria puncta, & per partes proprias, & mouetur motu communi, scilicet diurno, qui in 24. horis diuoluit totam terram: motus planetarum diuersi sunt in quantitate: quoniam quædam est maior: & quædam minor: vnde maximus est motus octaui orbis, & post illum motus saturni, & sic successiue breuissimus est motus lunæ, vt scis Estimandum est ergo, quod vbi Saturnus semel circuit totam terram: sol. 22 vicibus plus vel minus: & sic numerus reuolutionum Solis sunt multo plure quam sint reuolutiones Saturni, vt vides: & sicut dico de sole, & saturno, pos- E F

Quilibet planetarũ mouetur motu proprio.

Motus planetarũ diuersi sunt in quãtitate.

A sum dicere de alijs. Et quanto plures in numero sunt reuolutiones diurni motus octauæ sphera quam reuolutiones propriç, vt scis: & per consequens, si omnes sunt infinitæ: tunc numerus reuolutionum diurni motus erit maior numero reuolutionum propriarum: & numerus reuolutionum solis maior erit numero reuolutionum Saturni: & quilibet numerus est infinitus: ergo vnum infinitum est maius altero. Secundo debes scire, quod apud Ari. octaua sphæra non mouetur alio motu quã diurno, vt dictum est in Met. attamen Ptolemeus, & Alg. & Aui. ponunt vltra motum diurnum, motum econtra illi: eo quia inuenerunt octauam sphæram, & vltra illum, nonam, vt patet in libris eorum: & quomodo sint hec, iam videnda sunt in astronomia modernorum.

Octaua sphęra non mouetur alio motu, nisi diurno secũdũ Arist.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis est, cum imaginati fuerint duo motus habentes reuolutiones inter extremitates vnius tẽporis, deinde imaginata fuerit pars vniuscuiusque eorum inter extremitates alterius temporis, tunc proportio partis ad partem est B proportio totius ad totum. Verbi gratia, si fuerit reuolutio Saturni in spatio temporis, quod dicitur annus, tertia pars decimæ partis reuolutionis Solis in eodem spatio, tunc, cum imaginati fuerint omnes reuolutiones Solis ad omnes reuolutiones Saturni, quæ fuerint in eodem tempore, de necessitate quidem erit proculdubio proportio omnium reuolutionum vnius motus ad omnes reuolutiones alterius motus proportio partis ad partem. Attamen, cum non fuerit inter duos motus vniuersales proportio: quia vnusquisq; eorum est in potentia, i. nõ habẽs principium, nec finem, & fuerit ibi proportio inter partes, quia vnaquæque earum est in actu, tunc non sequitur de necessitate vt sit proportio totius ad totum proportio partis ad partem, vt posuerunt homines in rationibus suis: qm̃ non reperitur proportio inter duas dimensiones, & duas mensuras, quarum vnaquæq; ponitur infinita, ergo Antiqui, quia posuerunt exempli gratia vniuersum motum Solis C non habere principium, nec finem, & sic motum Saturni, nõ erit quidem proportio inter eos omnino vt sequatur ex hoc, vt summa vniuscuiusque eorum sit finita, sicut sequitur in duabus partibus ipsius summæ. & hoc est manifestum per se. Hic autem sermo facit opinari ꝙ, cum fuerit proportio partium ad partes proportio multi ad paucum, sic etiam sequitur in genere, vt sit proportio vnius eorum ad alterum proportio multi ad paucum. Attamen hoc sequitur, cum fuerint ambæ summæ finitæ: cum autem non fuerit ibi finitas, non est ibi multitudo nec paucitas. &, cum ponitur, ꝙ ibi sit proportio multitudinis ad paucitatem, imaginatur ꝙ sequatur ex hoc alia falsitas, & est ꝙ sit infinitum maius infinito: quod quidem est falsum. cum enim accipimus duo infinita in actu, tunc reperitur proportio inter ea: cum autem accipimus ea in potentia, non est ibi proportio. Hæc est responsio huic quæstioni: non autem id, cum quo respondit Alga. pro Philosophis. & cum hoc resoluuntur omnes dubitationes euenientes eis in hoc capi-

Vbi non est finitas non est ibi multitudo neque paucitas neque ꝓportio.

tulo. Et difficillima omnium est illa, quam assueti sunt dicere, scilicet si fuerint motus in tempore præterito infiniti, non reperitur motus ex eis in tempore præsenti demonstrato, nisi finiti sint antea motus infiniti. & hoc quidem est verum, & concessum apud Philosophos, si positi fuerint motus præcedentes conditio requisita in esse posteriorū. nam, cum oporteat vt reperiatur vnus, oportet vt reperiantur ante eū causæ infinitæ. & nemo sapientum concedit esse causas infinitas, sicut est posibile hoc apud Daharios: quoniam sequeretur esse causatum absque causa, & motum absque motore: sed Philosophi, quia induxit eos demonstratio, quòd hic sit principium motiuum æternum, cuius esse non habet principium, nec finem, & quòd actio eius necesse est vt sit non retardans esse eius, sequitur ergo apud eos vt actio eius non habeat principium, sicut est in esse eius. sin autem, tunc actio eius erit possibilis, non necessaria, & non erit principium primum. ergo sequitur vt actiones agentis, cuius esse non habet principium, non habeant principium, sicut est dispositio in esse eius. &, cum sic fuerit, necesse est vt non sit aliqua suarum operationum primarum cōditio requisita in esse secundæ. quoniam vnaquæque earum non agit per se, & esse vnam ante alteram est per accidens. & est possibile apud eos esse infinitū per accidens, non autem per se. immo est necesse vt sit hæc species infiniti necessaria sequens esse principii voluntarii æterni. & hoc non est in imaginationibus motuum succedentium, aut continuorum tantum, sed etiam in rebus, in quibus existimatur quòd præcedens sit causa subsequentis, vt homo, qui generat hominem, & similia. nam faciens hominem demonstratum, mediante alio homine, necesse est deuenire ad agens primum antiquum, cuius esse non habet principium, nec in faciendo hominem ab homine, & esse hominē ab alio homine in infinitum est generatio per accidēs: anticipatio vero, & postpositio per se. nam sicut agens, cuius esse non habet principium, non est principium operationibus suis quas operatur absque instrumento, sic non est principium instrumento, quo operatur operationes suas, quibus non est principium ex operationibus quidem eius, quarum mos est, vt sint cū instrumento. Et, quia opinati sunt Loquentes ꝙ id, quod est per accidens, sit per se, negauerunt esse eius, & est difficile soluere sermonem eorum: & existimauerunt quòd ratio eorum sit necessaria. Attamen hoc est manifestum ex verbis Philosophorum. quoniam declarauit princeps Philosophorum, & est Aristoteles, quòd, si motus haberet motum, non esset motus: &, si elementum haberet elementum, non reperiretur elementum. Et hic quidem modus infiniti nō habet apud eos principium, nec finem, quare non est verum dicere de aliquo eius, quod finiatur, neque quòd sit ingrediens ipsum esse in tempore præterito, nec finiet. quoniam omne, quod finitur, iam incœpit, & quod non incœpit, non finietur, & hoc etiam est manifestum ex eo, quod principium, & finis sunt in prædicamento relationis. Quare se-

Nemo sapiētum cōcedit causas esse infinitas.

Huc vsque habet text. antiquus.

Oē ꝙ finitur iam incœpit.


D

E

F

A quitur ei, qui dicit quòd est infinitas in reuolutionibus orbis in futurum, vt non ponat in eis principium. nam omne, quod habet principium, habet finem: hoc autem non habet finem: ergo non habuit principium. & sic est dispositio in primo, & vltimo, scilicet quòd omne habens principium, habet finem: & quod non habet principium non habet finem: & quod non habet finem, non est cessatio alicui partium eius in rei veritate, nec est principium alicui partium eius in rei veritate: & quod non est principium alicui partium suarum, non habet finem. Et ideo, cum interrogauerunt Loquentes Philosophos, si cessauerint motus, qui sunt ante motum præsentem, responderunt quòd non cessauerint. nam ex positione eorum, ꝙ non est eis principium, non habent cessationem. opinio autem Loquentium, ꝙ Philosophi cõcedunt cessationem eorum, non est vera. quoniam non cessat apud eos, nisi id, quod incœpit. Igitur declaratũ est tibi ꝙ in rationibus, quas recitauit ex Loquentibus de innouatione mundi, non est sufficientia
B ad tangendum gradum veritatis, & ꝙ non deueniunt ad gradum demonstrationis: nec rationes, quas recitauit ex Philosophis in hoc libro, perueniunt ad gradus demonstrationis. & hoc est, quod intendimus declarare in hoc libro. Et melius quod potest cum eo responderi interroganti de eo, quod ingressum est ex operibus eius in tempore præterito, vt dicatur ꝙ ingressum est ex operibus suis, sicut ingressum est ex esse eius. ambo enim non habent principium. Id autem, cum quo respondit Alga. pro Philosophis circa contradictiònem rationis, quòd sit aliquis motuum orbium velocior alio, & difficultatem in eis, est hòc, quod dicit.

Philosophi idem sentiũt de esse Dei & de eius operari.



Vult modo Auer. soluere rationes, Alga. contra philosophos, & primo dat ei vim, & robur. d. dicimus nos quod sententia horum verborum est quod, si nos imaginaremur duos
C motus circulares inter duas extremitates vnius temporis. V.g. inter punctũ a. & punctum b. deinde imaginaremur partem conclusam de quolibet eorum motuum, id est, partem contentam in quolibet eorum inter duas extremitates vnius temporis, scilicet quod sit pars prioris. V.g. inter c, & d. vt in figura: per quam volo intelligere quantitatem vnius totalem & particularem: & per a b intelligo quantitatem totalem per c d particularem: prima fit per vnũ annum gratia exempli: secunda fit per medietatem anni. Tunc secunda figura sit: tunc volo per istam quantitatẽ aliã alterius motus eodem modo sicut in illa: tunc ait, erit proportio partis ad partem. V.g. c d. ad g h, sicut totius ad totum: scilicet a b ad e f. deinde exemplificat. d. V.g. si reuolutio Saturni in quodam determinato tempore sit: vt dicamus quod in anno fuerit decimæ tertiæ partis reuolutionis solis, id est, volo quod g h sit sua decimatertia proportio ad c d, quando ergo imaginaremur proportionem summæ reuo-

lutionum ſolis ad ſummã reuolutionũ Saturni in vno & eodem tẽpore, oportet de neceſsitate quod ſit proportio omnium reuolutionum vnius motus ad omnes reuolutiones alterius proportio æqualis proportioni partis ad partem: &, quaſi dicat, qualis proportio eſt g h partis reuolutionum omnium Saturni ad partem c d reuolutionum ſolis, talis eſt proportio totius ſummæ e f reuolutionum ad a b reuolutionum ſolis ſummam. Tunc arguit, quod ſi opinio iſtorum philoſophorum eſſet vera, iſta proportio deſtruitur. d. (Sed, ſi inter duos motus vniuerſales,) id eſt, totales proportio non fuit, prout, id eſt, eo quia vnus iſtorum motuum, immo omnes, eſt in potentia, videlicet: quia carent principio & fine: & per conſequens illi motus totales non ſunt proportionales, & proportio partium manifeſta eſt, quia in actu, videlicet terminato: vult dicere, quod ſi inter illos totales motus, ſcilicet Saturni, & ſolis non erit proportio, & inter partes illorum, ita ſcilicet partium motus ſolis, & motus Saturni, tunc deſtruitur proportio dicta: quia non neceſſario ſequitur quod ſit proportio totius ad totũ æqualis proportioni partis ad partem, vt putant illi homines: vult dicere peripatetici: ꝙ autem inter illos motus. ſ. totales Saturni & ſolis nulla ſit proportio, probat. d. nulla nanque proportio inter duas infinitas quantitates reperitur. D. ex hoc concludit errorem philoſophorũ. d. vnde ex hoc patet quod id, ꝙ ponebãt philoſophi. ſ. ꝙ ſumus. i. totalis motus ſolis eſt ſine principio & fine: & ſimiliter ſummus motus, id eſt totalis motus ſaturni, eſt error. omnino enim remouẽt proportionem inter ipſorum motus. Quare, ex hoc ponimus ipſas ſecundas ſummas id eſt, quantitates totales eſſe finitas, ſicut de duabus partibus, ſup. dicebatur. Deinde ſummatim ponit ſententiam huius. d. Hæc eſt ſententia verborum huius hominis, quæ ſummatim continet, ꝙ quando proportio partium ad partes ſit proportio magis ad minus, ſequitur in genere. i. in ipſis totis quod ſit proportio vnius ad alterum proportio magis ad minus. (Nos autem. (Cum adduxit argumentum Alga. & ei dedit vim, vult modo diſſoluere ipſum, & dicit. nos vero ſuper hoc reſpondemus, ꝙ hoc ſequitur, quando illæ duæ ſummæ, id eſt illę duæ totales quantitates amborum motuum finitę fuerint, ſi ambę, vel vna earum fine caret: non eſt, id eſt non contingit dare magis neque minus. Eſt ergo vis ſolutionis. illa propoſitio, qualis eſt proportio partis, &c. intelligitur quando tota ſunt finita, & partes ſimiliter. (Et poſito) hic quaſi dat aliam ſolutionem. d. & poſito ꝙ ſit ibi proportio magis ad minus, ſic quod ſequatur id inconueniens, videlicet ꝙ infinitum ſit in generę, id eſt in toto ſit maius quam infinitũ: quod eſt falſum: dico ꝙ hoc eſt verum, ſcilicet quando ſunt duę res infinitę in actu: tunc enim reperitur proportio inter ipſas duas res actu. ſed, ſi illę duę res in potentia fuerint, non erit ibi dare proportionem. hęc eſt ſolutio huius dubij. Et hoc ſolent dicere ſophiſtę noſtri temporis: tempus reuolutionum ſolis continue, quod eſt, vel erit infinitum, eſt maius tempore ſaturni, quod eſt, vel erit infinitum, nunquam fuit, vel erit, vel eſt: ita quod infinitum tempus ſolis ſit maius infinito tempore ſaturni. Sed iſtę ſunt truphę, vt ſcis, apud peripateticos. (Et eſt notandum) ſoluta iſta. q. accidit ad ſoluendum aliam. q. & primo proponit habitudinem huius ad illam. d. & eſt notandum quod ab hac ſol. annihilantur omnia dubia ſuper hoc propoſitu aduenientia: deinde ponit id. d. quorũ diſſicilius eſt hoc: ſi motus pręteriti temporis infiniti fuerint: nullus ergo motus eorũ in pręſenti reperiri poterit, niſi pręceſsiſſent eum infiniti motus: tunc arguit per regulam peripateticam ſecundi Meta. vnde, dum primus non ſit, vltimus non erit. econtra, ſed vltimus eſt: quia tempus, quod eſt pręſens, eſt. ergo & primus: ergo pręteriti motus ſunt finiti neceſſario: hoc eſt argumentum. (Et nos) hic ſoluit argumentum iſtud d. & nos diximus quod ſine dubio ab omnibus philoſophis eſt concedendum, id eſt quod ſi primum eſt & vltimum. & econtra: poſito quod motus pręcedens ſit neceſſarius ad eſſe ſequentis & cauſa ipſius: vult dicere quod propoſitio illa 2. Methaphy. intelligitur in eſſe ordinatis: quando ſcilicet primum eſt cauſa vltimi, &cęte. Tunc enim, ſi eſſet ordo eſſentialis, & motus ante eſſet pręcedens in infinitum, bene dicendum eſſet & de neceſsitate, quod oportet quod cauſæ infinitę præcedant

D A

E B

F C

A quemlibet motum præsentem: quod est falsum: maxime, quia ex hoc sequitur inueniri causatum sine causa, & mobile seu motus sine mouente. & ista consequentia fuit dicta. 2. metaph. vbi declaratur: eo quia omnia essent mediate, & per consequens nulla prima. ergo omnes causatæ sine causa. (Sed quia demonstratio) hic vult ponere motiuum philosophorum ad ponendum primum motum æternum. d. sed quia demonstratio. s. posita in. 8. phy. & rememorata in. 12. primę philosophię cogit philosophos ponere primum principium motus ab ęterno esse, qd non habet principium nec finem, cuius actio ab ipso non recedit: propter quod sequitur ꝙ actio ipsius sit similiter ab ęterno, sicut suum esse, alioquin sua actio esset possibilis non necessaria, & non esset primum principium: & tunc concludit, & dicit & si sic, scilicet sit, ꝙ non sit sine actione, oportet ꝙ actiones talis agentis sint absq; initio seu principio ad similitudinem sui esse. Sed circa hoc sunt duo videnda. primo de demonstratione Arist. in. 8. quoniam videtur committi circulus. secundo de ratione Auer. hic: quoniam videtur facilis, & nullius necessitatis, adeo ꝙ derident illam theologi. Quantum ad primam partem: vt visum est in. 3. ca. de substantia orbis. demonstratio Arist. in vlt. 8. & in. 12. meta. tex. com. 41. sustinetur in duabus propositionibus: quarum prima est: omnis virtus in corpore est finita in tempore: primus motor non est finitus in tempore. ergo

Dubitatio.

B primus motor non est virtus in corpore: maior est manifesta: minor autem iterū: quoniam mouet per infinitum tempus. ista ergo fuit demonstratio Arist. videtur ergo ꝙ hęc demonstratio committat circulum: quoniam Auer. probat motorem ęternum esse separatum per motum ęternum esse: & probat motum ęternum esse per motorem ęternum esse: ergo demonstratio circularis. Ad istam quęstionē, ostendit Auer. 8. phy. com. 50. & 53. ꝙ demonstratio, probans primum motorem esse separatum, est demonstratio quia dicens esse tantum. Demonstratio vero, probans motum æternum esse, est demonstratio propter quid, dicens causam: & sic non inconuenit committi circulus in diuersis generibus demonstrationis, vt dictum est in posterioribus. Quantum ad secundam, respondent theologi ꝙ duobus modis est actio primi motoris: vna est extrinseca ab eius esse, & ista est simpliciter contingens, sicut mouere: mouet enim Deus mere contingenter contingentia definita in prioribus, scilicet ꝙ nō est necessarium, nec impossibile. Alia est extrinseca per eius essentiam, vt intellectio eius per substantiam propriam: & hęc est simpliciter necessaria, & sempiterna: et sic inconueniens Auer. est simpliciter in se necessarium, licet reputetur inconueniens ab eo. Vt ergo videatur ratio Auer. debes scire, ꝙ bonum per participationem differt a bono per essentiam eo ꝙ necessitatem eius habet a bono per essentiam. Quod enim aqua cōmunicet eius perfectionem corporibus generabilibus, hoc est necessarium & ei

Demonstratio, ꝓbās primū motorē eē separatū, ē demōstratio quia. demonstratio aūt, ꝓbans motū ęternū eē, est ꝑ qd

Duplex est actio primi motoris secundū theologos.

C mere naturale: sed non per essentiam, sed per participationem primi entis boni per essentiam: vnumquodq; enim communicat suum esse, quantum potest, naturaliter per participationem primi entis: ideo naturalius est primo communicare esse rebus, q̄ rebus generabilibus: cum primo id insit per essentiam, alijs vero ratione primi. Ex hoc arguitur: omne id, quod inest alicui per essentiam, & ita naturale ꝙ naturalius sibi inesse non potest, est simpliciter necessarium: sed communicare esse rebus inest Deo per essentiam, & ita naturale ꝙ naturalius ei inesse non potest. ergo mere necessario sibi inest. & per consequens, cum Deus non possit communicare esse nisi motu. ergo mouere est actio simpliciter Deo necessaria. Et per hanc rationem Auer. ratio habet vim. Si Deus esset sine hac actione, esset sine actione sibi naturalissima & sibi propria, & per consequens esset valde imperfectus: & sic ratio Auer. hic habet vim. Alias rationes posui in quęstione de infinitate Dei, quas videas. Debes scire, ꝙ ista ratio non concludit apud nos christianos: quoniam, & si Deus est agens per essentiam, quia tamen agit per intellectum & voluntatem, ideo agit quantum vult, non quantū potest. & sic argumentum istud nihil est contra nos. (Quare concluditur) hic vult concludere iterum for. sub alia forma, & dicit, quare concluditur ex hoc necessario, quod nulla primarum actionum necessaria sit inesse sui, neq; ipsius causa, cuius rationem dicit; nulla enim ipsarum actionum principaliter, & per se

Bonū ꝑ participationē differt a bono per essentiam.

Rō Auer.

Confutatio rationis.

Duplex expositio. agens nuncupari debet, & per consequens non est agens ipsius. Debes scire, quod iste textus potest duobus modis intelligi: habet enim Deus multas actiones, scilicet mouere orbem proprium, & mouere alios orbes, & intelligere res, & seipsum, & alia: & tunc primus modus est, ꝙ licet Deus habeat multas actiones, attamen nulla est necessaria sibi, ita ꝙ sit agens eam, vt instrumentum, vel causa principalis: & hic modus est verus. Et potest intelligi, quoniam Deus mouet orbem vnico motu totali diurno sempiterno, qui est maxime proprius ei, in quo sunt plures reuolutiones particulares diurnę. & tunc erit sensus: ꝙ licet Deus moueat multis actionibus, id est reuolutionibus partialibus, attamen nulla illarum est causa esse Dei, nec necessaria pro eius esse: licet aggregatum ex illis sit propria actio primi motoris, vt dictum est. & hęc expositio est plus consona verbis consequentibus. (Immo esse quędam) nunc colligit sol. d. Immo esse quędam earum ante aliam est per accidens, & philosophi non cauent sibi concedere infinitum per accidens: namque, pro quia, non negant ipsum nisi per se: & per hoc habetur sol. ad argumentum Alga. adduxit enim Alga. ꝙ si motus esset sempiternus, tunc daretur infinitum: cui Auer. respondet, ꝙ hoc non inconuenit per accidens, & in accidentaliter ordinatis, vt dictum est in .5. physi. commen. 13. & .8. physi. commen. 15. & .47. & ex hoc apparet quod secundus modus exponendi est melior, vt vides in verbis istis. (Immo oportet) hic probat necessitatem huius sol. dicens immo oportet ꝙ sit hęc species infiniti necessario sequens esse cuiusdam principij primi ab ęterno. & addit, ꝙ hoc non tantum reperitur in separatis motibus, vel continuis, id est artificialibus, immo reperitur in rebus etiam, in quibus putari potest quod pręcedens sit subsequentis causa. quod probat dicens, vt dicamus, ꝙ homo generat hominem sibi similem: ille enim, qui quendam hominem generat, est alius homo: vnde oportet vt ostendat, id est deueniat ad quoddam agens secundum quandam subordinationem antiquam, non habens principium: & ideo generari hominem ab homine in infinitum est generatio per accidens, licet processio & subsecutio fuit prima pars, scilicet genita & per se ab ęterno, scilicet cuiusdam corporis ęterni: cuius rationē dicit: quia, sicut agens imprincipiatum, id est incausatum, in esse cuius suę actiones fiunt sine instrumento, habet esse ab ęterno: simile est ꝙ suę actiones imprincipiatę, quę fiunt ab aliquo instrumento, fiunt ab instrumento principiato in esse. Debes scire ꝙ virtus huius est ꝙ, sicut actiones Dei, quę sunt sine instrumento, vt sunt intentę, sunt æternę ab agente incausato euenientes, sic per contrarium actiones prouenientes nouę mediante instrumento, sunt ab instrumento causato prouen̄iente: quod instrumentum prouenit ab alio instrumento, vt vides. (Et quia loquentes) hic ponit causam erroris loquentium suę legis: & quia loquentes opinati sunt in eo, quod est per accidens, ꝙ sit per se, id est quia non distinguunt inter infinitum per accidens, & per se. negant absolute, scilicet simpliciter sine distinctione omnes species infinitas, & asserunt ꝙ solutio eorum ad argumenta peripatheticorum est necessaria: & conclusio, id est demonstratio eorum est firma. addit quod hoc est id, quod respondendum est in prędictis verbis huius hominis: & sic apparet qualiter Auerrois tribus modis soluit argumentum Alga.

Datur infinitum per accidens. B

Error loquētiū suę legis. C

ALGAZEL.

Ait Algazel. Si autem dicatur locus erroris est, cum dicunt, quòd hæ reuolutiones sunt collectio vnitatum: quia istę non sunt in rerum natura. præteritum enim finitum est, futurum vero adhuc non reperitur: collectio autem innuit entia præsentia, & tamen non reperitur aliquid hic. Deinde dixit Algazel, in contradictione huius dicimus quòd numerus diuiditur ad par, & impar. & fal-

A ſum eſt, vt excludatur numerus ab eis, ſiue numeratum remaneat, ſiue deficiat. cum autem poſuerimus numerum ex numeris, neceſſe eſt credere ꝙ non poteſt quiſpiam euadere, quin ſit par, aut impar, ſiue iudicauerimus eum eſſe, ſiue non eſſe. nam licet non reperiatur poſt eſſe, non deficit tamen hæc propoſitio, & non mutatur. hæc eſt ſumma ſermonis eius.

Hic vult inducere Alga. reſpondentem pro philoſophis, & ipſos redarguentem, & dicit. (ait Alga. & ſi forte hoc eſt). i. inducitur pro reſponſione, quod in illo argumento eſt ſophiſticatio, videlicet in eo, quod dicunt quod motus ſunt ſummę vnitatum. i. quod ex motibus pręteritis, & futuris ſit numerus totalis: hęc enim propoſitio eſt ſophiſtica, quoniam eſt falſa: ex eis enim non fiunt numeri, cuius rationem dicit: quia hę reuolutiones ſunt priuatiuę. i. non entes: id enim, quod pręceſsit, finitum eſt, id eſt preteritus motus non eſt: id vero, quod venturum eſt, nondum egreſſum eſt ad eſſe, id eſt nondum reperitur. Modo recolligit qualiter debet intelligi vis argumenti, id eſt quod illę ſummę. i. illi numeri totales reuolutionum, ſcilicet ſolis, & octauę ſphere intelliguntur de pręſentibus entibus. i. exiſtentibus in rerum natura: quod. i. quę res hic non reperitur, ſcilicet nulla ſumma pręſens. i. nullus numerus reuolutionum actu reperitur. Et debes ſcire quod per hęc vult habere hanc ſolutionem, ſcilicet quod illa propoſitio, qualis eſt proportio partis ad partem, talis totius ſummę ad totam ſummam, debet intelligi de ſummis, & totis actualibus pręſentibus, & non in potentia: cuiuſmodi ſunt motus, qui non ſunt actu, ſed continue habent eſſe actu permixtum potentia, vt ſcis. Aliter poteſt exponi, vt dicamus, quod ſummę, id eſt tota ſunt illa, quę fiunt ex partibus entibus, ideo ex non entibus non fit aliquod totum: & quia motus non habet partes entes, ideo non poteſt eſſe ſumma: & tunc dicamus quod reſponſio eſt, quod argumentum loquentium ſupponit falſum: ſupponit enim reuolutionum ſaturni aggregatum eſſe quoddã totum, quod negatur, & ſic de illis ſolis: & ambę iſtę expoſitiones poſſunt eſſe ad verba: attamen videtur mihi quod Auer. intelligat vere ſecundam expoſitionem: quoniã verba ſequentia oſtendunt eam. (Nos ad hoc) hic, vt mihi videtur, remouet expoſitionem, prout fuit ſecundo modo expoſita. & ſimilis ſic componitur: omne ens, quod eſt par, vel impar, eſt quoddam totum, & quędam ſumma totalis: ſed omnis numerus ſiue in actu, ſiue in potentia eſt par vel impar: ergo omnis numerus ſiue in actu, ſiue in potentia eſt quoddam totum, & per conſequens remota eſt hęc euaſio data: maior non ponitur in litera, ſed eſt manifeſta per ſe. minor autem ponitur, & dicit. nos ad hoc dicamus quod numerus dicitur neceſſario ad par & diſpar, qualitercunque ſit numerus, videlicet pręſens, aut priuatus, ideſt in potentia: vnde, ſi ponamus quendam numerum, oportet nos concedere ꝙ non euadet quin ſit aut par, aut diſpar, qualitercunq; ille numerus ponatur. videlicet in actu, vel in mente. quo poſito, intentio namq; omnimode ſaluatur: ecce quomodo poſuit maiorem tantum.

B

C

AVEROES.

Ait Auer. Hic ſermo eſt verus in habente principium, & finem extra animam, ſeu in anima, ſcilicet quòd ſit iudicium intellectus de eo circa par, & impar hora priuationis, & hora eſſe eius. id autem, quod eſt in potentia, ſ. non habens principium, nec finem, non verificatur de eo, nec ꝙ ſit par, nec impar, neq; ꝙ incœpit, neq; ꝙ finietur: nec ingrediens in tẽpus præteritum, nec in futurum: nam id, quod eſt in potentia, eſt tanquã id, quod nõ eſt. & eſt id, quod

uoluerunt Philoſophi, cum dixerint ꝙ reuolutiones, quæ fuerant in præteritum, & in futurum non reperiuntur. Diſpoſitio autem huius quæſtionis eſt, omne, quod denominatur eſſe collectio determinata, habens principium, & finem, aut denominatur in hoc ex eo, quòd habet principium, & finem extra animam, aut denominatur in hoc ex eo, quòd eſt in anima, non autem extra animam. id autem, quod eſt ex eo totum in actu, & determinatum in præteritũ in anima, & extra animam, eſt neceſſario aut par, aut impar. quod vero ex eis fuerit collectio non determinata extra animam, non erit quidem determinatũ, niſi ex eo, quod eſt in anima: anima enim non poteſt imaginari id, quod non finitur in eſſe ſuo, & denominatur etiam hoc modo quòd ſit par, aut impar: in eo vero quòd eſt extra animam, non denominatur nec par, nec impar. & ſic etiam eſt id, quod fuerit de eo in præteritum, & ponatur eſſe in potentia extra animam, ſcilicet ꝙ non habet principium, nec denominatur quòd ſit par, nec impar, niſi ponatur in actu, ſcilicet habens principium, & finem. ergo omnes motus non habentes totum, nec collectionem, ſcilicet habentes principium, & finem, niſi in eo, quod eſt in anima, ſicut eſt diſpoſitio in tempore, & motu circulari, neceſſe eſt in natura eorum, vt non ſit nec par, nec impar, niſi fuerit ex eo, quod eſt in anima. Cauſa autem huius erroris eſt, quoniam res, cum fuerit in anima in vna denominatione, imaginatur ꝙ ſit extra animam in denominatione illa. Et, quoniam nihil eſt eius, quod fuerat in præteritum, quod imaginetur in anima, niſi finitum, exiſtimatur, quòd omne, quod fuerat in præteritum, ſit ſic natura eius extra animam. Et, quoniam id, quod erit eius in futurum, adiuuat imaginatio quòd ad infinitum ex eo, quòd imaginabitur pars poſt partem, ſicut exiſtimauit Plato, & ſecta Aſſaria quòd ſit poſsibile, vt ſint reuolutiones orbis in futurum infinitæ. Et hoc totum eſt iudicium imaginabile, non demonſtratiuum. & ideo fuit magis apprehendens radicem ſuam, & magis conſeruans poſitionem ſuam ille, qui poſuit mundum habere principium, ponendo habere finem, vt fecerant aliqui Loquentium. Sermo autem Alga. poſtea quòd nos dicimus eis quòd non eſt falſum ſecundum radices veſtras ponere entia præſentia eadem in eſſe, diuerſa tamen in denominatione. & ſunt infinita, & ſunt animæ hominum ſeparatæ a corporibus hora mortis, quæ ſunt entia non denominata, nec paria, nec imparia: ipſi autem negant quod dicitur contra hoc ſcientia neceſſaria, ſicut, cum vos poſuiſtis deſtructionem dependentiæ voluntatis antiquæ innouationi neceſſariam, eſt ſermo in vltimitate mollitiei. Summa autem eius eſt, quòd non debet denegari id, quod dicimus de eo, quod eſt neceſſarium apud vos, quòd non ſit neceſſarium, poſtquam vos ponitis res poſsibiles, quarum impoſsibilitatem ponit aduerſarius eſſe notam de neceſsitate intellectus. ideſt quòd, ſicut vos ponitis res poſsibiles, & aduerſarius opinatur ꝙ ſint impoſsibiles, ſic ponitis vos res neceſſarias, & aduerſarius ponit

Anima non põt imaginari qđ non finitur in eſſe ſuo.

A B C

A eas non esse necessarias. & non potestis in hoc toto adducere differentiam inter duas positiones. Et iam declaratum est in Logicis quòd huiusmodi est disputatio Rhetorica debilis, aut Sophistica. Attamen responsio in hoc est, vt dicatur quòd id, quod ponitur notum, necessario est sic in seipso. Quod vero vos ponitis, quòd destructio eius sit nota necessario, non est, sicut vos ponitis. & non est via ad babendum differentiam eorum, nisi per virum perfectæ naturalitatis. sicut, cum aliquis posuerit aliquem sermonem esse versum, alium vero quòd non sit versus, quòd discernere hoc spectat ad virum perfectæ naturalitatis scientia innata homini. Ponere autem animas absque materia multas numero est quid non notum ex opinionibus Philosophorum. nam causa multitudinis numeralis est materia apud eos: causa vero distinctionis in multitudine numerali est forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma absque materia, est quid dubium. nam non cognoscitur, nec distinguitur indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo, nisi per accidens, quoniam reperitur aliud, quod communicat ei in attributo illo: distinguitur tamen indiuiduum ab indiuiduo ex parte materiæ. Etiam impossibilitas reperiendi infinitum ei, quod est in actu, est radix nota ex opinionibus Philosophorum, siue sint corpora, siue non sint corpora. & non reperitur aliquis, qui faciat differentiam inter habentem situm, & non habentem situm in hac re, nisi Auicenna tantum: alii vero omnes, non inueni aliquem eorum, qui hoc dicat. & non conuenit radici suarum radicum: & est ex rebus vanis: nam Philosophi denegant infinitum in actu, seu corpus, seu non corpus. quoniam sequitur ex eo, ꝙ sit infinitum maius infinito. Auicenna autem intendit blandiri vulgo in eo, in quo assueti sunt audire de anima. Sed est sermo paucæ sufficientiæ, & blanditiei. nam, si essent infinita in actu, esset pars vt totum, scilicet cum diuisum fuerit infinitũ in duas partes. verbi gratia si linea, aut numerus esset infinita in actu ex duobus lateribus, deinde diuidatur in duas partes, tunc esset quælibet partium infinita in actu, & totum est infinitum in actu. ergo totum, & pars, quælibet eorum esset infinitum in actu. & hoc est falsum. & hoc totum sequitur, cum ponitnr infinitum in actu, non autem in potentia.

Causa multitudinis nũeralis est ipsa materia, distinctiõis vero in multitudine ipsa forma.

B

Auic. error.

C

Hic vult Auer. quodammodo defendere respõsionem, quam Alga. destruxit, & ait dicimus nos ꝙ ista verba bene essent vera, si sermo dirigeretur erga id, quod habet principium extra animam, vt in anima, id est, quemadmodum in anima, & exponit hoc dicens, videlicet ꝙ indicatio intellectus in eo, vtrum sit par, vel dispar, quando reperitur, id est, qñ est: vel qñ caret esse, id est, quãdo nõ est, verificatur, id est, habet aliquod, cui respondeat ex parte rei. Mihi videtur ꝙ iste locus potest duobus modis intelligi. vno modo, vt intelligamus ꝙ maior d. omne ens par, vel impar est totum: potest intelligi de ente, cuius principium est extra. Vel potest referri hoc ad minorem, vt dicamus, ꝙ numerus est par, vel impar de numero, cuius principium est extra. & secundo modo videtur magis mihi propter verba sequentia. ideo ait, sed, si sermo fuerit de eo, quod tantum in potentia reperitur, id est, si minor intelligitur de numero in potentia, videlicet quod non habet principium neque finem, tunc ille numerus. s. in potentia nõ

Quod est in potentia de natura priuatiui reputatur.

Numerus in potētia nec est par, nec impar.

Tribus modis numerus dicitur par, vel impar.

poterit denominari, vtrum sit par, vel dispar: id enim, quod est in potētia, de natura priuatiui potest reputari. et hoc est id, quod intenderunt philosophi, qñ dixerunt ꝙ reuolutiones pręteriti temporis, & futuri priuatiuę sunt. Debes scire ꝙ numerus in potentia non pōt dici par, nec impar: qm̄ par, vel impar sunt accidētia numero, inquantum est in rerum natura actu. (Tandem dicimus) hic vult colligere qualiter pōt verificari ꝙ numerus sit par, vel impar. & videtur mihi ꝙ tribus modis, vno modo in re, qñ, s. in re sunt res enumeratę actu entes, sicut sunt lapides actu numerati. Secundo modo, quando sunt in re actu, & in anima actu. Et tertio modo, quando sunt in re in potentia, & in anima actu. Duo primi modi sunt numeri, qui reperiuntur in rebus permanentibus. Tertius modus reperitur in rebus successiuis in potentia. Dicit ergo, tandem dicamus ꝙ sententia huius est, ꝙ quodlibet denominatum in summa terminata, id est, quoddam totum habens principium & finem, aut denominatur sic, prout habet principium & finem extra animam, aut prout est tantum in anima: sed, si fuit totum in actu, & terminatum in tēpore pręteriti in anima vel extra animam, tunc sine dubio aut est par, aut dispar, & per hoc innuit duos primos modos. Deinde innuit tertium. d. sed, si illa summa fuerit interminata extra animam, quod est ens in potentiam & non actu. tunc non pōt terminari nisi prout est in anima: cuius rationem dat. d. anima namq; potest aliquo modo imaginari id, quod est infinitum in suo esse, & per consequens sibi dare numerum. alia litera habet, anima namq; non potest aliquo modo imaginari id, quod est infinitum in suo esse. Et tunc vult dicere, prout est infinitum, bene tñ vt est finitum. Deinde recolligit totum hoc. d. vnde hoc modo bene potest denominari ꝙ est par, vel dispar, scilicet prout habet esse in anima. sed inquantum est extra animam de hoc denominari non potest, cum id sit infinitū. similiter id, quod pręđicatum est. posito ꝙ tantum fuerit in potentia extra animam, videlicet si priuatio, id est, posito ꝙ nullum habeat esse, ac si esset priuatio, non potest etiam denominari vtrum sit par, vel dispar. s. dum in actu non esset, videlicet ꝙ haberet principium & finem, id est, non potest denominari par vel impar, sicut nec habens principium vel finem, ex his voluit habere tres modos iam dictos. (Patet ergo ex istis.) Nunc concludit quoddam correlarium. d. patet ergo ex istis ꝙ nullus motus potest dici totum, neq; summa. s. totum, quod sit principiatum vel finitum nisi prout in anima sumptus fuerit, sicut de tempore, & de motu circulari. s. ꝙ non possunt denominari de pari, vel dispari nisi prout sumuntur in mente. (Et causa huius) hic ponit causam erroris antiquorum. d. & causa huius erroris est, ꝙ quando quędā res fuerit in anima cum quadam denominatione, putant ipsi ꝙ possit extra animam in eodem modo sumi: vult dicere ꝙ pręcise, sicut est in mente, credunt ꝙ debet esse in re: et, quia nullum pręteritum potest ab anima concipi nisi finitum, opinantur ꝙ quodlibet pręteritum sic se habere debeat extra animam: &, quia id, quod venturum est, id est futurum in conceptu intellectus infinitum indicat, videlicet partem post partem, opinatus est Plato, & eius sequaces, ꝙ possibile est reuolutiones orbium procedi in infinitum in futuro, non tamen in pręterito. Et addit ꝙ ista indicatio eorum sine dubio procedit a phantasia, non ab intellectu, s. non est demonstratiua, sed opinabilis. Istud ergo fuit motiuum Platonis quare mundus incœpit, & nunquam finietur. & quare dentur vniuersalia extra animam, vt dictum est in lib. de cœlo. & in metaphysica: &, quia illa propositio est falsa, ideo dicit Auer. ꝙ hęc ratio est phantasia. i. fictio, & non demonstratio. Sed in dictis ab isto homine sunt quęstiones, ait enim ꝙ motus circularis, vt est quidam numerus par, vel impar est in anima tantum, non extra animam, & sic de tempore, ideo potest esse quęstio.

A

B

C

Vtrum tempus habet esse in rerum natura aliquo modo extra animam: Id autem, quod facit quęstionem, est diuersitas dictorum Auer. in. 4. physi. vbi in multis commentis varie locutus est: propter quod fuit causa diuersitatis in posterioribus. Et quod facit quęstionem, est, quoniam scimus ꝙ tempus est numerus motus, vt philosophus in. 4. phy. in vna definitionum temporis dixit. Et scimus ibidem ꝙ tempus est passio motus. & hęc videntur valde opposita: nā,

A cum numerus sit mens, vel actus mentis, vt dicit Auer. sequitur ꝙ tempus sit anima, vel actus animę. Ex alio, cum motus sit ens naturale extra animam, & tempus sit proprium accidens eius, videtur etiam consequi, quod sit ens naturale extra animam, sicut & motus: eo quia proprium fluit ex principiis, quę sunt in re. hęc ergo sunt, quę primo aspectu quęstionem nobis faciunt. In ista quęstione Ioan. iandonus, qui fecit quęstiones in li. phy. in quadã quęstione finxit respondere ad hanc quęstionẽ scdm veritatem, dicendo quod tempus põt capi, prout est quoddã nomen analogũ ad tẽpus formaliter, & ad tẽpus materialiter est. n. tẽpus materiale ipse motus: tempus formale aũt est ipse numerus, quo numerantur prius & posterius in motu: & sic vult quod tempus primo modo est ens extra animam. Secundo modo est ens in anima, quoniam vt dicit Auer. ibidem, numerus vel est anima, vel actus animę. & pro Ioan. faciunt multa cõmenta hincinde collecta. primo facit pro eo commentum. 131. vbi concludit qđ tempus in potentia est extra animam, sed tempus in actu est in mente. ergo vult dicere quod tempus in potentia. i. pro materia, est ens extra animã, & pro actuali & formali est in anima. Et ibidem commento. 101. prope finem ait. quod tempus nihil aliud est quam numeratio motus secundum prius & posterius, quę numeratio est actus animę, vide. Et ibidem commen. 100. videtur concludere omnino per vnum syllogismum, quod tempus & motus omnibus modis sunt idem: concludit enim istam, quod tempus sit motus, & econtra. quę prędicatio non esset vera, nisi extrema vnirentur inter se. Et ibidem commen. 88. plane dicit, quod tempus actu est ab anima, in potentia extra animam. Et ibidem cõ. 108. ait qđ tempus est numerus, secundum quod mens accipit ipsum. vt habet partes priores & posteriores. & ibidem commen. 106. ait, quod de tempore extra animã nihil est nisi motus. & ait quod tempus est, quando mens diuidit motum in prius & posterius. Ex his, & multis alijs ibidem positis potest rationabiliter, vt dicit, exponi Auer. quod tempus, prout capitur formaliter, est ens extra animam, quia vt sic, nihil aliud est nisi numeratio mentis prioris & posterioris existentium in motu: hęc enim numeratio est formaliter tempus. Si vero capitur pro ipso materiali, sic est ipse motus natus intelligi ab intellectu, prout numerus, quo illa numerantur: & sic possunt dicta Auer. Sed hęc positio, licet sit valde subtilis, attamen videtur mihi ꝙ sit falsa, & propter verba Auer. & propter rationes: propter verba quidem, quoniam, vt dicit Auer. commen. 98. tempus est consequens, id est accidens proprium motus: modo proprium accidens nõ videtur esse ens in anima, & subiectum extra animam, vt omnes sciunt, quia passio fluit ex principijs subiecti, vnde in fine cõmenti concludit. remanet vt sit accidẽs, quod est impossibile nisi esset ens extra animam. Sed Ioan respondet huic dicens, ꝙ motus potest capi duobus modis. vno modo pro fluxu formę: alio modo pro ipsa forma fluente: modo dicit ꝙ tempus est passio motus secundo modo, non primo modo: cum primo modo tempus & motus sint vna res, licet sit diuersitas quędã rationis. Sed hęc responsio est error. primo, quoniam, vt vult Auer. ibidem, tempus est passio primi motus, & constat ꝙ primus motus non est acceptabilis nisi pro fluxu. Pręterea, motus pro forma fluente est res permanens, vt satis. 3. physi. ab ipsomet Io. & quomodo ens successiuum potest esse passio entis permanentis? Pręterea, sequitur ꝙ motus cęli esset sine tempore, cuius contrarium patet sensui. consequentiam probo: quoniam quod est sine subiecto proprio temporis est sine tempore. modo ille motus, cum non sit subiectum temporis, nec habeat subiectum proprium tẽporis, ergo erit sine tempore: & vere iste homo errauit, sicut solet in omnibus. Secundo principaliter Auer. ibidem cõmẽ. 93. infert, ꝙ si tempus esset motus cęli. ergo plura essent tẽpora, modo ipse habet consequens pro inconuenienti, ergo & antecedens, & per consequens tempus nõ est motus cęli. & econtra motus cęli non est tempus: ergo sunt distincta realiter. Respondet quidam homo, ꝙ ad prędicationem veram negatiuam sufficit distinctio extremorũ secundum modum & rõnem. contra, qm̃ Auer. ibi non euitaret quin darentur plura tẽpora realiter, vt patet, secundo, qm̃ propositio affirmatiua falsa simplr fundatur sup diuersitatẽ simplr extremorũ, vt scis, ergo & negatiua vera,

B — C (marginal section letters)

Marginal notes: Positio. Ioannis. — Confutatio positionis Ioan. — Respõsio ꝓ Ioan. — Confutatio. — Responsio cuiusdam. — Confutatio.

quæ sequitur ad affirmatiuam falsam. Preterea principaliter tertio.ibidem.cõ. 86.declarat, ꝙ tempus non sit motus,eo quia velocitas & tarditas insunt motui, quę non insunt tempori, & tunc in principio commen.97. dicit, cum declarauit ꝙ tempus non est motus,incœpit innuere ipsum sequi motum, & accidere ei,id est, esse accidens proprium eius, vbi etiam multis interpositis ait, & quia tempus non imaginatur,id est, intelligitur sine motu.& motus potest imaginari,id est,intelligi extra tempus, significat hoc ꝙ motus pręcedit tempus naturaliter, & ꝙ tẽpus accidit motui, licet sint consequentia se complete: quoniam tempus sequitur motum complete, vt propriam accidens sequitur proprium subiectum. Ecce,quã plane accipitur ꝙ natura temporis sit alia a natura motus: et per consequens,nõ omnino sunt res diuersę,immo natnrę diuersę, vt Auer. innuit. Sed dices,sicut Io.finxit argumento dicto, quod loquitur de motu pro forma fluente. & hęc responsio est derisibilis,vt patet in principio commenti vbi loquitur de motu, qui velox est vel tardus qui non potest esse, nisi pro fluxu accipiatur: & immorari in hoc est superfluum. Preterea quarto,ibidem Auer.commen.101.in fine cõcludit definitionem veram temporis.d. definitio igitur, in qua non est dubitatio, est dicere quod tempus est numeratiuum prioris & posterioris existentium in motu. vbi vult quod tempus non sit numerans sed numeratiuum.i.aptum natũ numerare.hoc idem in fine commenti.102. concludit. Tunc arguo.seclusa operatione intellectus,tẽpus est aptum natum numerare motum. motus,seclusa operatione intellectus, non est aptus natus numerare motum, vt dicit Auer.commẽto illo.102.ergo,seclusa operatione intellectus,motus non est tempus, & econtra. argumentum est in secunda figura: & in rei veritate hoc argumentum habet vim demonstrationis. Pręterea quinto, ibidem commen. 132. prope finem. vult quod tempus sit mensura propria primi motus. Sicut est propria forma in re, & non sic est de alijs motibus. vide ergo motus & tempus sunt res diuersę. A

B

Distinctio tẽporis. Propter verba hęc, & rationes inuolutas in verbis illis, videtur mihi ad hanc conclusionem esse respondendum, secundum quod Auer. videtur soluere cõmẽ. 109.quoniam tempus est quodammodo continuum, & quodammodo discretum. est enim continuum actu, & potentia discretum: vt enim est quid continuum, est ipse motus in subiecto,idest propria passio motus, quę est quędam aptitudo motus ad mensurari ab anima,vel quędam potentia naturalis ipsius motus, qua potest ab intellectu mensurari, & sic motus, & tempus sunt duę res in essentia, licet in subiecto sunt vna, pro quanto illa potentia naturalis, seu illa aptitudo accidit motui tanquam proximo & primo subiecto.& sic loquitur Aristote. in prędicamentis, & quinto metaphysicę: vbi enumerat tempus inter species quantitatis continuę. Secundus potest accipi, vt est quodammodo discretum, idest numerus prioris & posterioris in motu existentium: & sic tempus nullum esse habet nisi in anima,eo modo,quo entia duo intellecta sunt in anima. Ex hac distinctione soluo. q.quod, si loquimur de tempore, prout est quid continuum: vt sic est res distincta a motu secundum essentiam, licet in subiecto non ponat in numero: quoniam sunt vnum numero. Si vero loquimur de tempore, quod est quid discretum: vt sic est ens in anima subiectiue vel obiectiue, sicut obiectum in potentia, vel causatum in causa. Et per hęc omnes auctoritates glosantur.

Solutio. C

Solutio auctoritatũ facientiũ pro Ioanne. Ad primam patet qualiter loquitur de tempore,prout habet esse discretum. sed, si capitur vt habet esse in potentia ad esse discretdm, sic est quid continuum, & non est aliud numero ab ipso numero, licet sit aliud in essentia reali ab eo modo,quo accidens proprium est aliud a subiecto proprio. Ad secundam apparet, qualiter loquitur de tempore,prout est mensura motus,quę est quid discretum, & per consequens vt sic non habet esse pręter actum animæ. Ad tertiam concedo, quod ista est vera,tempus est motus,sicut ista, risibile est homo, & econtra: sicut ista,homo est risibilis: quoniam prima est pręd icatio subiecti de accidente proprio. secunda econtra: & ambę sunt verę: quoniam fundantur supra identitate numerali extremorum, licet non supra identitate essentiali & reali. Ad quartam dicatur,sicut dictum est. & eodem modo ad quintam. Sed ad sextam, vt dixi, debes scire quod aliqua sunt simpliciter idem numero, quę sunt res realiter diuersę,

A ter diuersæ, vt propria passio & subiectum. & sic in illis verbis Auer. vult quod tempus, & motus sunt idem simpliciter indiuiduo & numero: licet, cum identitate illa possit stare diuersitas specifica, & rerum essentialium & diffinitionum, vt dixi. & propter hoc possunt quasi innumerabiles conclusiones intelligi Auer. & glosari multæ auctoritates eius. Sed ahuc anima nõ quiescit: quęram enim primo quare tempus non definitur. 4. Phy. vt passio, & vt est quid continuum: videtur enim quod quot modis res habet esse, tot modis potest intelligi & definiri, ergo, si vt sic differt a motu, ergo potuit definiri: &, si res est, vt dixi, solutio. Auer. quam dat ad hoc, ibidem commen. 100. nulla est: quoniã ego teneo quod etiam vt sic distinguitur a motu. Secundo videtur quod falsum sit quod possint aliqua esse idem numero, & tamen esse specie & definitione, & re diuersa: quoniam, semper maior vnitas infert minorem. si ergo sunt vnum numero, ergo vnum specie & definitione & essentia. Tertio, si tempus est numerus, & vt sic habet esse ab anima solum, ergo est fictũ, sicut chimera. Ad hæc, vt prius, dico quod si capitur tempus, vt est quid continuum, bene potest definiri definitione propria alia a definitione motus, licet definitio communis vtriusque sit eadẽ: &, quia definitio communis vtrique est eadem, ideo habetur pro vna re simpliciter vno modo definita. quia vero tempus, vt quid discretum, habet definitionem simpliciter genere & specie diuersam a definitio-
B ne motus, eo modo, quo differt continuum a discreto, ideo illo modo definitionem inuestigat: & ideo responsio Auer. est ad propositum, vt patet cõsiderãti. Ad secundam potest dici quod aliqua dicuntur vno modo intrinsece, & aliqua extrinsece: modo subiectum & proprium accidens, secundo modo, sunt vnum numero: vnitas numeralis primo modo infert speciem, &c. sed non secundo modo, vt scis. Ad tertiã respondet Auer. cõ. 131. quod esse numeri non est in anima omnibus modis, sed esse eius aliquo modo est extra animã, saltem in potentia, quod est esse subiecti proprij. i. motus. dico est esse subiecti proprij. s. in vnitate numerali & indiuiduabili, licet adhuc in ea sit aliqua diuersitas, vt dictum est. Ex his apparet, quod tam tempus, quam motus sunt quodammodo in anima, & quodammodo extra animam: quoniam, vt sunt quantitates continuę, sunt extra animam, & vt sunt discretæ, in anima: prout habent esse actu: licet sint quodammodo extra animam, vt habent esse in potentia. Sed adhuc dubitant sophistæ: qm̃ tempus nulla pars est: ergo tempus non est: antecedens est manifestum: qm̃ non habemus nisi instans, quod non est pars temporis. consequentia patet. qm̃ totũ nihil aliud est q̃ suæ partes, vt dicit Auer. primo Phy. com. 17. vel saltẽ sunt correlatiua. Ad hoc soluit quidã homo, ꝙ ad hoc vt successiuũ habeat esse, sufficit quod aliquid eius habeat esse, licet nõ sic sit de permanenti:
C & sic, licet instans non sit pars temporis, est tñ aliquid tẽporis. Contra. qm̃, si valet, tẽpus est. ergo quoddam totum est: valebit tẽpus est actu: ergo quoddam totũ est actu per regulam prioristicam. s. qm̃ consequens sequitur ad antecedens simpliciter, ẽt aliquo addito vtriq; sequitur. dummodo illud additũ non diminuat, nec distrahat. Tunc vltra, quoddã totũ est actu, ergo partes illius totius sunt. ergo valebit a primo ad vltimum. instans est. ergo tempus est tempus: ergo quoddã totũ, quoddã totũ. ergo quædã partes temporis sunt actu: vltimum consequens est falsum. ergo responsio nulla. Potest dici ꝙ esse actu tẽporis nõ est simpliciter totum simul, sed cum potentia permixta actui, & sic potest cõcedi partes esse, & totũ esse, intelligendo de esse esse actu nõ puro: stat enim subiectũ & prædicatum in propositione supponere pro successiuis, & tñ intellectus cõiungit extrema in instanti. & ita stat quod tẽpus prædictũ sit ens, prout intellectus illud componit in instanti, licet non verificet illud pro instanti, & nolo plus immorari, quoniam quæstio est sophistica, &c.

Prima dubitatio. Secunda. Tertia. Solutio. Quomodo tẽpus, et motus sunt in aĩa, & qũo extra aĩam, dubitatio sophistarum. Solutio cuiusdam. Impugnatio

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis esse veram: & est ꝙ anima sit antiqua, & vna: diuiditur tamen in corporibus: &,

cum separetur ab eis, redit ad fontem, & radicem, & fit vna. Dicimus ꝙ hoc est magis abominabile, & magis absurdum, & potius credi debet ꝙ sit contradicens necessitatis intellectus. Nam nos dicimus quòd anima Socratis est alia ab anima Platonis. si enim esset eadem, sequeretur inconueniens necessario. quoniam vnusquisque apprehendit animam suam, & bene scit ꝙ non sit anima alterius. si autem esset eadem, essent æquales in sciētiis, quæ sunt atrributa essentialia animabus, ingredientia quidem cum animabus in omni relatione. Si vero dixeritis quòd sit vna, diuiditur tamen circa alligantiam cum corporibus, dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, mēsura aliqua in quantitate mensurabili est falsum de necessitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo? immo mille? deinde redit in vnum. sed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem: sicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt: id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur? Et intentio in hoc toto est declarare quòd ipsi non vicerunt aduersarios eo opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, nisi cum rationibus necessitatis innouātis requisiti, quòd hoc sit possibile: & quòd ipsi nō possunt absolui ab eo, qui ratiocinatur necessario cum eis in his rebus contra opinionem eorum, & non potest fugi, & euadi ab eo.

Parum conueniūt vt videbis & hęc particula iacet in antiquo non habet particula, vt in expositione videbis.

Quia lis erat, an daretur actu infinitū, & ab Algazele erāt plurima motiua adducta, quibus Auer. respōsum dedit. vult modo inducere Alg. adducentē fortissimum motiuum contra philosophos: quod mouit Auicennam, Platonē, Alfarabiū, & multos latinorū, vt dicam. Dicit ergo, ait Alga. adhuc est dicendum philosopho, quod secundū eorum radices possunt inueniri entia præsentia infinita, quæ sunt vnitates. i. naturæ diuersæ inuicē differentes in numero, videlicet, animæ hominum, quæ post mortem separantur: illa enim sunt entia indenominabilia in dispar, vel par. & forte litera est corrupta, & debet dicere sic. illa enim sunt indenominabilia secundum dispar, vel par: &, si litera est sic, videtur quod tangat hanc rationem. s. quæcunque numerantur, & denominantur numero pari, vel impari sunt multa: sed animæ separatæ denominantur numero pari, vel impari. ergo sunt multæ: & sic huius rationis tetigit tantū minorē rationis: & post reperi literam sic. illa enim sunt multiplicata ad dispar, & ad par: & tunc sermo eius manifestus est per se. Debes scire quod ista ratio Alga. est mixta partim ex lege, partim ex naturali ratione: propositio enim dicens, quod animæ hominum post mortem remanent multæ, est credita, & non ratione demonstrata, vt declaratum est in libro de intellectu: licet enim hominis intellectus sit æternus, ille tamen non est multus, immo vnus numero omnium: propositio autem dicens, quod sunt infinitæ, supponit vnam, s. quod homines fuissent infiniti, & per consequens ꝙ motus cœli sit æternus, & ita cœlum, & ita elementa, & per consequens totus mundus, sicut declaratum est in naturali philosophia, & maxime in libro cœli. & 8. Physico. & hæc est nota ratione naturali apud philosophos: & sic ista ratio est multum vilis, immo non transcendens ordinem sermonum probabilium.

AVEROES.

AIt Auer. Socrates est alius a Platone numero: & tamen ipse, & Plato sunt idem in forma, quę est anima. si autem esset anima So-

A cratis alia ab anima Platonis numero, sicut Socrates est alius a Platone numero, tunc esset anima Socratis, & anima Platonis duę numero, & eędem im forma, & esset animę anima. &, cum necesse fuerit, vt sit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, euenit ei multitudo numeralis, i. diuisio propter materias, tunc, si anima non moritur ad mortem corporis, seu fuerit in ea aliquid huiusmodi, necesse est, cũ separetur a corporibus, vt sit vna numero. hæc autem scientia non est via adipiscendi eam in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in destructione opinionis Platonis, est sophisticus. & summa eius est, quoniam anima Platonis aut est alia ab anima Socratis, aut est eadẽ: sed illa non est anima Socratis: ergo est alia. Attamen nomen alietatis est æquiuocum. sic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas. & anima quidem Socratis, & Platonis sunt eædem aliquo modo, & multæ aliquo modo: ac si diceres sunt eædem ex parte formæ, & multæ ex parte subiecti earum. Cum autem dixit ꝙ non B imaginatur diuisio nisi in eo, quod habet quantitatem, est sermo falsus in parte. quoniam hoc est verum in eo, quod diuiditur per se, & nõ est verum in eo, quod diuiditur per accidens: idest quod illud diuiditur per accidens, quia est in diuisibili per se. diuisibile autem per se est corpus. exempli gratia diuisibile per accidens est, vt diuisio albedinis repertæ in corporibus, cum diuiditur corpus per se: & sic formæ, & animæ diuiduntur per accidens, idest per diuisionem subiecti earum. Anima autem præ cæteris assimilatur lumini: &, sicut lumen diuiditur ad diuisionem corporum illuminatorum, deinde fit vt vnũ in ablatione corporum, sic est res in animabus cum corporibus. Et adducere hoc in his demonstrationibus est turpe. nam reputatur de eo, ꝙ non sit homo talis, ꝙ hoc eum lateat: sed voluit cum hoc blandiri hominibus sui temporis: & est remotum a moribus eorum, qui intendunt patefacere veritatem. Et forte iste vir habet excusationem ex tempore, & loco suo, sicut discernitur in libro suo. Et, quoniam C isti sermones non adiuuant ad veritatem aliquam, dixit & intentum ex hoc toto est declarare quòd ipsi non vicerunt aduersarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, nisi cum rationibus necessitatis innouantis requisiti: & ipsi non possunt absolui ab eo, qui ratiocinatur demonstratiue cum eis in istis rebus contra opinionem eorum, & non potest euadi ab eo. Ego autem dico quòd qui ratiocinatus est de eo, quod est notum per se quòd sit tale aliter quam sit, non reperitur sermo, cum quo possumus absolui ab eo. Nam omnis sermo declaratur cum rebus notis, quibus æqualiter ambo credunt aduersarii. &, cum ratiocinatus est vnus aduersariorum in omni sermone ꝙ sit aliter quam sit, ille, quem posuit aduersarius, non erit sibi via contradicendi ei, sed talis est extra speciem humanam, & sunt homines, quos debemus corrigere, & castigare. Qui vero ratiocinatus est in per se noto quòd non sit per se notum pro-

Tangit suũ dementũ de vnitate intellectus.

Nomẽ Alietatis & identitatis est equiuocum.

Formę et aię diuidũtur ꝑ accidens.

Anima assimilatur lumini.

Qui nõ concedit per se notũ nõ est docẽdus neque corrigẽdus.

pter errorem ingredientem in eo, hic quidem est ei medela. & est sol- D
uere dubitationem illam. Attamen qui non concedit per se notũ, quia
est diminutus in naturalitate, hic quidem non est cum aliquid docen
dum, nec corrigendum. nam est, sicut ille, qui imponit cæco, vt sciat
designationem colorum, seu eorum esse.

Huic motiuo respondet Auer. secundũ fundamenta philosophorũ peripatheti
corũ, & primo negat assumptum, secundo probat eius respõsionẽ. dicit ergo pri
mo. dicimus nos quod ponere aĩas separatas a materia plures in numero, est opi
nio inconcessa, immo neganda ab oĩbus philosophis, immo est opinio valde du
bitabilis. ecce, qũo negat propositionẽ primam: immo, vt dixi, est pure credita,
& naturali ratione non concessa. (Causa enim pluralitatis cum exposuerit ad
formã rationis, vult modo dare causam suę responsionis, & duas adducit rõnes
cõtra Alga. primo asignãdo cãm eius respõsionis. secũda ibi. (Rursus impos-
sibile) adducit rationem Arist. directe cõtra illũ. dicit ergo: causa. n. pluralitatis,
seu numeralitatis est materia apud philosophos, & causa conuenientiæ in mul-
titudine numerali est forma: sed ꝙ possint reperiri res plures in numero, vna in
forma secũdũ materiã, incõueniens est. est ergo vis rationis Auer. ista: quęcũq; E
multiplicãtur in numero, & vniuntur in forma, sunt cõposita ex materia & for-
ma: sed animæ separatæ non sunt cõpositæ ex materia & forma. ergo non sunt
multę in numero, & vna in forma. syllogismus est in secũda figura: & huius ac-
cipit maiorẽ, & tacuit minorem: qm̃ est concessa ab eis. (Nullũ nanq;.) Nunc
probat maiorẽ, & dicit: nullũ nãq; indiuiduũ ab alio indiuiduo distingui debet
ab aliqua proprietate nisi per accidens. hæc est maior: sed indiuidua distinguun
tur materia. ergo distinctio per accidens est per materiam, & econtra. est enim
ratio in tertia figura. & maior est Aristo. in secũdo poste. & minor est manife-
sta per se. (Rursus impossibile) hic reprobat opinionem illorum, adducendo
secundam rationem, & primo facit hoc. secundo ponit euasionem illorum, & re
probat illos. dicit ergo, rursus impossibile est apud omnes philosophos inueni-
ri aliquid infinitum in actu, quod sit corporeum & incorporeum. hæc est tanquã
maior, & suppleas minorem. sed animæ separatæ sunt corporeæ, vel incorpo-
reæ, ergo non possunt inueniri infinitæ. (Et nullus sapientũ) ponit sol. Auic. &
contradicit illi. d. & nullus sapientum potest intelligere talia, nisi vitet differen
tiã inter situalia, & indissitualia, nisi ille sapiens esset Aui. hæc est solutio ꝙ ma
ior est falsa: quoniam licet infinitum corpus reperiri non possit, potest tamẽ re-
periri infinitum in rebus abstractis a loco, & situ, quæ locum non occupant. cõ-
tra arguit Auer. dicens. dico quod hoc non potest intelligi: quia maxime sequi F
tur ex hoc iste error. s. ꝙ infinitum recipiat magis & minus, & totum esset si-
mul parti, id est æquale: quod est falsum. & sic contradicit omnibus eis.

Sicut materia ad esse ĩdiuiduorum cõcurrit, ita ad distinctionem.

Circa præsens capitulum nolo diffuse declarare dicta ista: quoniam, in libro de
intellectu, & in quæstione de infinitate primi prolixe locutus sum, sed tantũ cir
ca primũ debes scire, ꝙ sicut materia concurrit ad esse indiuiduorum, ita cõcur-
rit ad distinctionem. sed, qm̃ materia est causa per accidens indiuidui, necessario
tamen: forma autem per se est causa indiuidui. ideo distinctio indiuiduorum per
materiam est per accidens, non tamen pure, sed per accidens necessarium. De-
claratum est enim in 7. Meta. quod materia est causa quiditatis indiuiduorum
non per se, sed per accidens, sed tamen necessarium: forma autem est causa per
se totalis essentiæ, & quiditatis rerum: ideo essentia indiuiduorum est per acci-
dens a materia, & per se a forma.

Obiectio.

Sed obijcis, sicut Ioan. dicit in lib. de substan
tia orbis: sicut aliquid est causa rei in esse, ita in distinctione illius: sed forma est
causa per se essendi indiuiduorum: ergo distinguendi. & sic principium indiui-
duorum erit forma.

Solutio.

Ad hanc. q. debes scire quod, sicut esse simpliciter est a for
ma, ita esse simpliciter distinctum non est nisi esse vnum in se, & diuisum a quo
libet alio: sed, sicut esse indiuisibile est esse secundum quid, ita distinctum nume
ro est distinctũ per accidens, & secundum quid: & sic illa propositio non habet

A locum nisi in esse, & distinctione simpliciter, & non aliter: quomodo autem valeat ratio Auer. de esse infinito, iam dixi in lib. de intellectu, & in quæstione de infinitate primi, & confirmaui illa verbis Ari. in 3. Phy. & nolo ponere ea, quę ibi posui: quoniam esset ponere capitulum supra capitulum.

ALGAZEL.

Ait Alga. ratiocinans pro Philosophis. Si autem dixerit hoc conuertitur contra vos. quoniam Deus glo. ante creationem mundi poterat eum creare mensura anni, aut duorum annorum, & non est finis posse eius: & quasi expectauit, & nō creauit, dein de creauit: tunc tempus dimissionis aut fuit finitum, aut infinitum. si dixeritis finitum, ergo esse creatoris fuit finitum. si vero infinitum, ergo finita est mensura, in qua sunt possibilitates infinitæ, & ambo falsa. Dicimus ꝙ mensura, & tempus sunt creata apud nos. & nos de-B clarabimus verificationem responsionis ad hoc, cum loquemur de secunda ratione eorum.

Hæc potius cum 17. particula coincidit. tex. antiqui.

Cum induxit opinionem Alga. & argu. eius, & solutionem illius: nunc vult adducere rationem Platonis: & primo ponit illam secundo ibi: (Nos vero) respondet contradicendo ei, dicit ergo, ait Alg. & si forte aliquis diceret, quod opinio Plato. est vera, videlicet, quod anima est vna, & antiqua, & diuisibilis diuisione corporum, & incorporea separatione redit ad suam radicem. & vnitur. Ego diu consideraui verbum istud, & cum inspexi hoc, semper steti in dubio, & petij declarationē illius: dixit comes mirādulanus, corona nostræ ætatis, in corbula me petente Bononiā, ꝙ opinio Plat. ponit vnā ideam animarū, quæ se habet respectu aiarum, sicut ligna in voltis, & arcubus domorū: dicebat. n. qđ sicut ligna illa subterposita lapidibus incalcinatis ad modū arcus post exsiccationē illorū, remota dimittūt vestigum eorum ꝙ vocatur volta seu arcus, sic est vna idea numero omniū animarū, quæ, cum corpora formantur a virtute genitiua, egreditur illa, & recedit, dimittitq; eius vmbrā seu vestigium eius, quod anima vocatur: & sic dixit dictū Isaac israelitæ intelligi, s. quando dicit animam esse productā in vmbra, intelligitur, id est, ideæ. ista ergo resultatio, seu vestigium apud Platonē anima erat, & ideo illā ideam seminariū, seu radicem dicebat. Et C tunc dixit Plato, quod qñ animę desinunt corpora, tunc redeunt ad earum seminariū, intantū quod vestigia illa, quæ animæ erant, amplius non sunt post: sed redundant in suū seminarium, vt dicit, & hanc opinionem dixit esse Platonis ille vir. & ita Plato posuit oēs animas esse vnā in radice, plures autē originaliter: & sic huic multū consonat series verborum Alga. & Auerrois: quoniam nititur Alga. probare multitudinē animarum in verbis sequētibus: propter quod, signum est quod Plato opinabatur vnam esse tantum. Huic etiam Themistius, solennis Platonicus, vt narrat Auerrois. 12. Metaphy. commen. 18. concordat dicens, quod Plato posuit ideam terræ esse factam ex dijs secundis. Aristo. autē a sole, & orbe decliui. vbi loquitur de illa idea: vt apparet ibidem, & in expositione mea. Sed licet hæc opinio sit solennis, vt vides: dixi tamen sibi quod opinio Platonis non est illa, vt apparet in phædone: et ei monstraui textum, cui nō contradixit: videbatur enim mihi Platonem velle animas esse creatas a Deo in quodam numero certo, & eas stare in signifero seu orbe seminario in gloria: & tunc ponit quod illæ descendunt ad corpora: & cum completur eorum descensus, sic quod singulæ in corpore fuerint: tunc erit annus magnus, in quo iterum omnia, vt prius, redibunt: & hoc fiet infinities, & reiterabuntur sæpe: & tunc vult ipse per radicē orbē signorū, quē appellat seminariū primū; in quo stant: et si ista est opinio Platonis, iā soluta est quæstio Alg. (Nos vero) cū induxit sol.

Quę fuit opinio Plat. de multitudine animarū secundū comitē mirandulanum.

Opinio Auerro. de multitudine animarū secundū Plat.

Platonis. Nunc Alga. reprehendit illam: Circa quod debes scire quod ad illam opinionem sequitur animam vnius hominis esse animam alterius: quoniam anima mea tunc fuit alterius, tempore ante reuolutionem magnam: quoniam ego tunc fuit aliud in Deum a me nunc, vt probant philosophi: contra hoc arguit Alga. d. nos vero respondemus quod hæc opinio est absurdior opinionibus animę, & contra intellectus sententiam: cuius rationes tangit. d. nos enim dicimus quod anima Petri nõ est anima Gulielmi: impossibile est enim quod sint vna: quęlibet nãq; earũ sentit, & cognoscit se differre ab alia: vnde, si animæ essent vnæ, essent homini vni in scientia: cuius rationes tangit. d. quæ scientia est proprietas substantialis animarum: vult dicere, quod sicut anima erit vna, ita & scientia: eo quia scientia est proprium animæ: ergo non possunt animæ in quodam numero creari. Et, si forte aliquis arguat. d. quod sint vnum animæ, id est, quod omnes animæ sint vnum, sed diuiduntur secundum dependentiam, id est, ordinem ad corpora, sicut videtur opinio peripatheticorum: vult enim Auer. peripatheticus, vt dixit, quod intellectus omnium est vnus numero in se. potest tamen multiplicari extrinsece, prout est dicens ordinem ad diuersa corpora, quorum est perfectio prima. Contra hoc arguit Alga. d. nos dicimus quod diui di id, quod magnitudinem quantitatis mensurabilium non habet, est falsum: ergo sup. impossibile est vnicum intellectum esse multos respectu corporum. Secũdo arguit, qualiter etiam dicemus quod vnus sit mille, vel infiniti: id namque, quod est inquantitabile, est indiuisibile, & per consequens ille vnus intellectus non potest esse plures, hęc sunt argumenta Algazelis.

Opinio peripatheticorũ. Impug.

AVEROES.

Ait Auer. Plurimi eorum, qui dixerunt innouationem mundi, dixerunt innouationem temporis cum eo. Quare, cum dixit ꝙ mensura dimissionis aut est finita, aut infinita, est sermo non verus. nam quod non habet principium, non cessat, nec finitur: & etiã qm̃ aduersarius non confitetur ꝙ sit dimissioni mensura. Quod vero debet dici eis, est vtrum sit possibile vt innouatio temporis sit extremitas eius, quæ est eius principium, longior ab instante, in quo sumus? aut impossibile? Si dixerint impossibile, tunc posuerunt mensuram terminatam, qua maior non potest imaginari ab agente. & hoc est falsum, & abominabile apud eos. Si vero dixerint ꝙ sit possibile vt sit extremitas eius longior ab instante extremitatis creatæ, dicatur eis, vtrum sit possibile in hac extremitate secunda, vt sit extremitas longior ea? Si dixerint sic, & non euadent ab hoc, dicatur eis ergo hic est possibilitas innouationis mensurarum infinitarum numero, & sequitur vobis, vt sit cessatio earum secundum vos in reuolutionibus cõditio requisita in innouatione mensuræ temporalis, quæ est ex eis. Si autem dixeritis quòd id, quod est infinitum, non cessat, tunc id, quod sequitur secũ vos aduersario ĩ reuolutionibus, sequitur vobis in possibilitate mẽsurarũ tẽporũ, quæ innouantur. Si aũt dixerit ꝙ sit differentia inter ea, qm̃ possibilitates illę infinitę, quę sunt in mẽsuris, nõ exierũt in actũ, & possibilitates reuolutionũ infinitarũ iã exierunt in actũ, dr̃ eis ꝙ possibilitates rerũ sunt ex eis, quę cõnectũtur rebus, siue sint p̃cedẽtes res ipsas, siue cũ eis, vt tenẽt aliqui, & sunt necessario numerãtes res ipsas. Si aũt falsum est reperiri reuolutiones infinitas ante

Obserua ꝙ Expositor potius. 14. part. exponit, quę istã.

A reuolutionem repertam in instante, tūc erit falsum reperiri possibilitatem reuolutionū infinitarū: nisi ꝙ posset dicere aliquis ꝙ tempus est terminatum mensura, idest tempus mundi: & impossibile est reperiri tempus maius eo, & minus eo, vt Philosophi dicunt de mensura mundi. & ideo isti sermones non sunt demonstratiui. Quare esset magis cautum dicenti mundum esse creatum ponere tempus terminatū mensura, et non ponere possibilitatem ante id, quod est possibile, et ponere etiam magnitudinem finitam. sed magnitudo habet totum, tempus vero non habet totum. Magnitudo habet solum tēpus nequaquam.

Vult nūc Auer. soluere. q. Alg. & primo proponit veritatē. q. secūdo probat illam, tertio exponit opi. Platonis, quarto soluit. q. declarando latentiā sophisticationis. In prima dicit, dicimus nos quod Petrus bene differt a Gulielmo in numero, & sunt vnus i forma, s. in anima vna: ista est veritas, quā proponit. (Si anima Petri) nūc probat istā veritatē: & primo infert vnū consequens, deinde ostēdit falsitatem illius, & tertio ostendit id sequi quomodocūq; : dicit ergo, si anima Petri differt ab anima Gulielmi in numero, sicut personaliter entia solent differre in numero: igitur oportet, qđ anima Petri & Gulielmi essent duæ in numero: istud est consequens: deinde ostendit impossibilitatē huius, & infert vnū impossibilius. d. & sequitur ex hoc, quod anima haberet animā. (Et sic anima Petri) nūc concludit veritatē propositā. d. & sic anima Petri & Gulielmi essent vna & eadē in forma, & pluralitas numeralis, s. diuisio sequitur vnum in forma, licet ratione materię sit numeralis diuisio. Sed prouenit locus. q. nō paruus: qm̄ potest esse locus quæstionis in eo, quod dicit: quia tunc anima haberet animā: non enim videtur locus aliquis, vnde teneat illa consequentia. Et soluitur, qm̄, si anima Sor. esset alia ab anima Platonis: vel esset alia simpliciter & per se, vel per accidens ratione corporis: si secundum: ergo in se simpliciter est vna, licet multa attributione, sicut dictum est: si autem sint plures simpliciter: ergo sunt differentes, & conuenientes: &, sic sunt compositæ ex parte qua differunt, & parte qua conueniunt: sed pars, qua conueniunt, nō potest esse nisi forma, & non nisi forma, quæ est anima: qm̄ anima non fit ex non anima: ergo ex anima. Illa ergo consequentia valet, præsupposito quod illæ sunt plures simpliciter & non attributione. (Vnde, si anima) nunc infert, quomodo omnino oportet quod qualitercūque sequitur opinio prædicta, & dicit: vnde, si anima nō admitteretur in corporis admissione, oportebit quod quando separata fuerit a corpore sit vna & eadem in omnibus, videlicet in numero: consequentiam supponit ex solutione sexti dubii: quoniam causa multiplicationis numeralis est materia: cum igitur in corruptione totali nulla remaneat materia, ideo simpliciter dici potest, quod remouebitur causa & principiū multiplicationis, & per consequens remanet vnitas numeralis saltē priuatiue, & sic vna erit anima simpliciter omniū (Attamen id, quo) nunc verificat opinionē Platonis, & soluit argumētum eius, & d. attamen id, quo ille homo Platonem reprobat, sophisticatio fuit: sentētia. n. eius erat qđ anima Petri aut differt ab anima Gulielmi, aut fuit vna & eadē. Deinde destruit mēbrum falsum, & concludit verum. d. non sunt vna: quia sequitur falsum, vt supra fuit ab eo deductū, ergo differūt. (Et loca sophisticationis) soluit istā quęstionem. d. & loca sophisticationis hęc sunt in duobus vocabulis, videlicet in eo, quod dicit differt, & in eo, qđ dicit, idē: differre nāq; æquiuoce significat: & idem multipliciter potest intelligi: & ideo anima Petri & anima Gulielmi quodammodo possunt intelligi vna & eadem, vtputa ex parte formæ, & sunt multæ alio modo, videlicet ratione subiectorum. Dubitatio. Solutio.

B (margin letter beside "lent differre"); C (margin letter beside "pore sit vna")

Debes scire, quod forma hominis potest dupliciter considerari, videlicet inquantum anima, & inquantum intellectus substantia existēs separata. Si primo modo, dico qđ, sicut colūna est dextra & sinistra nō per se, sed ex ordine ad diuersos hoīes, sic qđ nulla est nouitas i ea; sic intellectus, ꝑut respicit hoīes Dupliciter capitur forma hominis

diuerſos, eſt anima multa nõ multiplicatione accidẽte ei, ſed multiplicatione ſe tenẽte ex parte corporũ: & ſic poteſt dici homo multus per accidens extrinſece, ſicut colũna dicitur dextra per accidens ratione rei dextræ ſimpliciter. Si autem cõſideratur vt intellectus eſt: ſic eſt vnus per ſe & per accidẽs: qm̃ vt ſic, ſeparatur ſimpliciter ab omni reſpectu ad quodcunq; extrinſecũ, & ſic anima eſt vna quodãmodo, & plures quodãmodo: vna quidẽ per ſe & ſimpliciter: multę aũt extrinſece & per accidẽs. (Sed id, qđ dicebat) nũc ſoluit ad motiuũ Alg. & d. ſed illud, quod dicebat, ſcilicet qđ diuiſio nõ põt diuidere in quantitabile, falſum eſt abſolute, videlicet quod hæc propoſitio nõ eſt vniuerſalis: immo deficit in quodammodo: quod declarat dicẽs: hoc enim verificatur in eo, quod per ſe diuiditur, ſed non in eo, quod diuiditur per accidens, ſcilicet id, quod diuiditur ratione ſubiecti diuiſibilis per ſe: vt albedo, quæ diuiditur ratione corporis: & hoc modo forma, & anima diuiduntur diuiſione corporum. Ad formam, negatur maior, vel diſtinguitur. vt dictum eſt. (Et ideo) vltimo exponit hoc per exẽplum, & dicit. & ideo dicimus quod anima vere eſt ſimilis luci: quia, ſicut lux diuiditur diuiſione corporum lucentium, attamen in medio eſt vna, poſtea vnitur lux remotis lucentibus corporibus: ſic recte eſt de anima cum corporibus, ſcilicet quod ipſa eſt vna ſimpliciter, plures tamen reſpectiue: & ſic per hoc intelligitur totum illud. A

Opinio platonis.

CIRCA DICTA, primo debes ſcire ꝙ opinionem Plato. Auer. reduxit ad opinionẽ eius, intantũ ꝙ Pla. vt Auer. innuit, nihil aliud, niſi ſit quodammodo vna, & quodãmodo plures: eſt. n. vna ſimpliciter & abſolute in ſubſtãtia, & plures reſpectiue & in habitudine ad diuerſa ſubiecta, vt dixit iã. Et hãc opi. Auer. aſcribit Platoni. Et addo, ꝙ Plato videtur dicere ꝙ homo nũ eſt aliud niſi anima, prout vtitur corpore, tanꝗ inſtrumento. & ideo, ſicut nauis eſt nauta tantũ vtens inſtrumento, ſic homo eſt anima vtens corpore tanquam inſtrumento: & ſicut artifex eſt quodammodo plures propter vſum diuerſorum inſtrumentorũ, & quodammodo vnus ſimpliciter & abſolute, ſic & anima. & hæc videtur opinio Plato. vt ſcripſi in libro de intellectu. B

Poſitio cuiuſdem hebręi.

SECVNDO debes ſcire in propoſito, vt narraui in tractatu intitulato Vincentio quirino veneto, meo ſcholari, de actione omnium rerum. Quidã hebręus opinatus erat Auer. & Ariſto. & Pla. eſſe vnius opinionis, intantum ꝙ dixit eos velle, quod omnes res compoſitæ erant compoſitæ ex materia & intellectu, adeo quod intellectus in quibuſdam erat intellectus tantum, vt in homine, & in quibuſdam anima, & in quibuſdam natura. anima erat in brutis, natura vero in elementis, tamen vna numero ſubſtantia erat omniũ. & huic opinioni videtur Auer. aſſentire in principio huius ſolutionis. attamen, vt narraui, hanc opinionem reprobat Auic. in 6. naturalium, & auctor de ſpiritu in lib. eius. ideo, hic dum dicit animã eſſe animã vnam omniũ, intelligit a proprietate, vltra quã eſt vna propria vnicuique, per quam homo ponitur in ſpecie, quæ incipit & deſinit ad generationem & corruptionem corporis, vt d. Auer. in com. 2. tertij. & tu vide tractatum meum de hoc. C

Impugnatio

Cum compleuit difficultatem quæſtionis iam dictę circa animas, vult modo aggredi nouũ argumentum, & primo arguit ꝙ mundus non eſt creatus in tẽpore. ſecũdo ibi. (Nos vero) reſpondit rationi illius. dicit ergo, ait Alg. & ſi forte aliquis philoſophorũ diceret ꝙ mundus nunquã creatus fuit: vult dicere nouiter. Deinde arguit hoc dicens, ſi mundus modo creatus fuiſſet, nõ euaderet quin Deus benedictus ante dictam creationem ceſſaſſet in quantitate vnius anni, vel duorum annorum vel infinite, poſtea creauit tandem, adeo ꝙ duratio ceſſationis aut finita, aut infinita fuit. Si fuit finita, ergo eſſe creatoris eſt finitum. hoc eſt falſum, quoniam creator eſt Deus æternus. ſi fuit infinita, ergo venit ad finem duratio illa, in qua pertranſierũt poſsibilitates infinitæ in numero, quod eſt impoſsibilius. (Nos vero) reſpondit nunc, & dicit. nos vero dicimus ꝙ tempus & duratio fuerunt res creatæ, vt in ſequentibus ad præſens argumentum diffuſe reſpondebimus. vult ergo ꝙ argumentum ſupponat falſum, ſcilicet ꝙ mundi creatio ſit in tempore, immo ipſo tempore præcedenti.

A Nunc Auer. recitato argumento, quod soluit Alga. vult fortificare ipsum, & primo ponit proximũ veritatis secundo ibi. (Sed argumentum) fortificat ipsum. alię particulę erũt manifestę. dicit ergo in prima. dicimus nos ꝙ maior pars opi nantium mundi creationem ponunt ipsum, scilicet tempus creatum fuisse secum. cuius rationem dicit. dicimus enim ꝙ ponere durationem aliquo modo finitam, aut infinitam ante mundi creationem est impossibile. id enim, quod non habet principium, non potest finiri: ergo tempus simul cum mundo generari debet. & hoc probauit Arist. aperte in. 8. phy. nullus enim tempus generat, &c. Debes scire, quod Auer. non dicit hoc, tanquam negatum ab Alga. sed potius ostendit illud esse conueniens philosophis. (Sed argumentum huius) hic vult confirmare argumentum dictum, & videtur mihi quod retorqueat argumentum eius contra eum. Vbi debes scire, quod Alga. arguebat. si mundus est ęternus a parte ante, ergo infinitum fuit finitum, consequentiam probauit: quoniam reuolutiones fuerunt infinitę ante instans, quod est pręsens: & omnes sunt cõsumptę. ergo fuit infinitum cõsumptum, & terminatum vsq; ad hoc instans, quod est præsens. intendit ergo Auer. retorquere argumentum istud ad oppositum, & dicit, & argumentum huius hominis debet fortificari alio modo, videlicet aut extremitas creationis mundi, scilicet eius principium poterat esse longior momento, scilicet illo in quo creatus fuit, vel cum quo creatus fuit, aut non. si non, oportebit ponere

Nota.

B mensuram, in qua creari amplius non poterat: quod est falsum apud omnes: quoniam nulla est mensura, quin in illa potuit creari, & alia ante illam, & sic in infinitum: quoniam omnes sunt vnius rationis, & non maior ratio est de vna quã de altera, nec eius potentia est fortior in vno tempore quam in alio, nec indiget auxilio alterius iuuantis ergo non datur mensura determinata, in qua posfit tantum. Debes scire, quod apud sophistas loquentes, si conceditur maximum tempus, in quo sic aliquid potest fieri, vel minimum, in quo non, respectu potentię finitę, non tamen respectu potentię infinitę. immo potentia infinita est, quę potest non tantum in tanto tempore, quin maius in minori tempore, vt dictum est sophisticis modernorum. Applicando ergo ad propositum, si theologi ponunt vigorem primi esse infinitum, habent dicere quod mensura, in qua creatus fuit mũdus, non est determinata, quin Deus in illa posfit, & in alia ab illa posset quoniã non limitatur ab extrinseco, vt dixi. Deinde remouet primum membrum. d. si primo modo, videlicet, extremitas temporis, scilicet suum principium, poterat esse longior momento pręsenti, in quo fuit creatus, scilicet ab extremitate creati, adhuc petere est, vtrum sit possibile in pręsenti extremitate quod sit lõgior. Et, si responsio esset quod sic (quod necessario respondendum est) oportet quod sit terminatio mensurarum temporis: quod ipse habet pro impossibili: & sequitur

Positio sophistarum.

C ex hoc quod terminatio ipsarum fuisset in reuolutionibus causantibus mensurã temporalem ab eisdem inuentam: & sic sequitur idem, quod prius. Sed difficile est probare has consequentias. & ideo in declaratione istius, multa dicet ipse in secunda disputatione. & ego volo dicere aliqua pro huius euidentia. Dico ergo, quod tota vis istorum consistit in duobus: quorum primum est, scilicet ante instans, quod est pręsens, in quo mundus fuit creatus, potuit esse tempus infinitum, & motus in infinitum. istud est manifestum: quoniam ante illud instans infiniti potuerunt esse mũdi quolibet modo facti, scilicet quorum quilibet potuit per aliquam distantiam esse factus ab aliquo: ergo potuit tempus esse infinitum. Secundum est, quod in his, quorum complementum est ab anima, eadem est possibilitas essendi apud animam, & secundum rem, & eadem impossibilitas. etiam istud omnibus est manifestum. His habitis arguo consequentias. Prima, ergo apparet ex primo fundamento, quoniam, si mundus in hoc instanti est factus, & ante hoc instans potuerunt esse mundi infiniti. ergo infinitę fuerunt possibilitates essendi temporis. ergo apparet prima consequentia. Tunc vltra, sed eadem est ratio possibilitatis, & actualitatis in eis, quorum complementum est ab anima, vt apparet in secundo: ergo potest inferri, quod infinitę actu fuerunt mensurę terminatę ad hoc instans. istę consequentię apparebunt clarius infra in disputatione dicenda. Et debes scire, quod apud nos christianos bene concedendum

Prima propositio.

Secunda.

Deductio cõsequẽtię.

Positio christianorum.

est ante instans, quod est presens, prefuisse tempus in mente diuina, & per consequens similitudo temporis, nō tamen tempus materialiter, quod est natura motura motus, vt infra dicetur. (Si vero) nunc inducit solutionem quorundam, & licet hec responsio possit habere plures intellectus attamen iste primus bonus est. quod infinitum finiri ex ea parte, qua finitum est, non est impossibile: qm̄ vt sic, est capacitatis infinite. sed ex ea parte, qua infinitum, est simpliciter impossibile: modo applicando ad propositum. tempus id verum, vel imaginatum est finitum ex parte presentis est, vel fuit infinitum ex parte futuri. Hoc dicit. si vero dicerent ꝙ, quod infinitum est nō pōt perfici, neq; finiri. vult dicere a parte, qua infinitum, & per consequens a parte, qua finitum pōt. et sic in proposito, vt dixi. (Respondendum est ad hoc) replicat. vbi vult quod non valet simpliciter, sed ad hominem: & hic locus vix intelligibilis est. Et tamen debes scire quod, vt videbis. Alga. arguit contra philosophos, quod si mundus a parte ante sit eternus, tunc tempus eius erit eternum, & id tempus est terminatum ad hoc instans huius diei. ergo infinitum recipit terminum. vult ergo Auer. quod argumentum istud contra loquentes est difficile ad hominem: quoniam eodem argumento de tempore vero, sicut de tempore possibili: quoniam idem est modus impossibilitatis vtrinsq;. & sic argumentum est contra eos. dicit ergo. Ad hoc respondendum ꝙ id, quod sequitur partem obijcientem, id est, loquentes de reuolutionibus, id est, tempore vero infinito. sequitur & eos in possibilitate mēsurarum temporum innouatorum, id est sequitur eos ponendo infinitas reuolutiones fuisse possibiles: quoniam eadem est ratio essendi actu temporis, & possibilis esse. (Et si forte.) adhuc respondet, & dicit. &, si forte aliquis diceret ꝙ differentia inter eos est ꝙ ille infinite possibilitates non sunt adhuc egresse ad actum, & possibilitates reuolutionum sunt iam actu egresse. ergo argumentum bene procedit contra philosophos, & non contra loquentes. (Nos vtique) respondet applicando. d. nos vtiq; respondemus, ꝙ possibilitates rerum sunt de concomitatibus ipsarum: vult dicere, reputantur pro ipsis rebus actu, qualitercunque sint, videlicet ꝙ precedant ille concomitantes illas res, aut sint simul & semel, sicut philosophi opinati sunt. quapropter sequitur mutationes rerum, vult dicere ꝙ si res est vna, vna fuit possibilitas: & si due, due sunt possibilitates. Vnde, si impossibile esset quod ante presentem reuolutionem fuissent infinite reuolutiones. ergo a pari esset impossibile esse possibilitatem infinitarum reuolutionum. ecce quomodo Auer. dixit declarationem illarum consequentiarum. (Sed adhuc) hic ponit vltimam eorum solutionem. & vult quod tempus potest dupliciter considerari, scilicet respectu mundi, & simpliciter. si respectu mundi, sic est terminatum, quoniam quelibet magnitudo finita est in tempore finito. si simpliciter, sic est eternum simpliciter. dicit ergo: sed, adhuc dicendum ab obijcientibus, quod tempus est terminatum in mensuram, scilicet tempus mundi. Impossibile est ergo esse tempus maius eo, neque minus, sicut multi homines opinati sunt in mundi mensura. Tunc ait Auer. & ideo diximus nos quod prædicte conclusiones non sunt demonstratiue, vult dicere theologorum. & ideo esset melius pro asserentibus mundi creationem, quod ponerent tempus terminatum in mensura. & per consequens non ponerent magnitudinem infinitam ipsius mundi, quoniam magnitudo habet totum, id est finem, tempus autem simpliciter. non ergo habet contra theologos saltem quod tempus in se simpliciter sit eternum, & hoc vult.

Dupliciter cōsideratur tempus.

A B C

ALGAZEL.

Ait Alga. recitans de Philosophis in eo, ꝙ negarunt aduersario, quòd sit ex per se notis retardari actionem antiqui antiquo, aliqua specie rationum in hac propositione. Si autem dixerit, quare negatis dimittendi rationes necessitatis, & adducentu

A rationem eis ex aliis modis? &c. vsque & non discernitur, & cognoscitur res a suo simili in aliquo.

Hic vult Alga. facere petitionem vnam philosophis cum quadam admiratione, d. ait Alga. nomine philosophorum hęc verba, quando ei obijcientes negabant quod cessare actionem antiqui ab eodem antiquo esse quid notum, vult dicere, quod quidam peripathetici dixerunt quod impossibile est quod actio, quę semel fuit ab antiquo, cesset ab eodem: contra quos dixit talia verba, scilicet & si forte aliquis diceret, quare negant admittentes autoritates necessitatis, id est, ipsum habere posse cum quadam necessitate, quare negant sup. & quęrunt alios modos incompetentes. i. extraneos. q. d. ꝙ non videtur bonum negare id manifestum, & quęrere aliam viam extraneam. Hęc est petitio, quam facit Alga. nomine loquentium. Cui Auerrois respondet in disputatione sequenti, vt vides.

AVEROES.

B Ait Auer. Summa eius, quod recitauit ipse de Philosophis in hoc capitulo, est in adducendo rationem, ꝙ impossibile sit reperiri innouatum ab agente ęterno ex eo, ꝙ impossibile est vt sit ibi voluntas. Attamen hęc quęstio est eis congrua, cũ concesserint aduersario ꝙ opposita omnia sunt indifferentia respectu ad voluntatẽ antiquam, tam id, quod fuerit ex eis in tempore, vt prius, & posterius, & tam id, quod est in qualitate contraria, vt albedo, & nigredo: & sic priuatio, & esse sunt apud eos indifferentia respectu ad voluntatem primam. &, quoniam concesserunt hanc propositionem aduersario, licet non teneant eam, dixerunt eis quòd de natura voluntatis est non inclinare magis actionem vnius duorum indifferentium pręalio, nisi ex quo appropriante. & est causa, quę reperitur in vno duorum, quę non reperitur in alio. sin autem, tunc esset vnum duorum indifferentium casu, & fortuna. Philosophi aũt confitentur eis hunc sermonem. nam, si esset voluntas ab æterno, tunc esset possibile fieri innouatum ab anti-

C quo. &, cum non potuerint Loquentes respondere, coacti sunt ad dicendum ꝙ voluntas antiqua sit attributum, cuius natura sit distinguere rem ab indifferenti absque eo, ꝙ sit ibi approprians inclinans actionẽ vnius duorum indifferentium pręalio: sicut caliditas est attributum, cuius natura est calefacere, & scientia est attributum, cuius natura est apprehendere scitum. Attamen eis respondet aduersarius ex Philosophis, hoc est falsum, & non potest imaginari esse eius. quoniam duo indifferentia, quę apud volentem sunt ęqualiter, non pendet actio eius magis in vno quàm in alio, nisi in eo sunt differentia, idest in eo, quod est in vno eorum attributum, quod non est in alio. cum vero fuerint ęqualia omnibus modis, & non fuerit ibi approprians oĩno, tunc voluntas pendebit in eis ęqualiter, &, cum pendebit in eis ęqualiter, & ipsa fuerit causa actionis, non est dependentia actionis in vno eorum magis quam in alio. & tunc aut pendet in duabus actionibus simul, aut non pendet neq; in vno eorum, & ambo sunt falsa. In primo aũt

sermone quasi concederent eis, quod omnia sunt similia respectu ad agẽs A
primum, & sequitur eis vt sit ibi approprians prius eo. & hoc est falsum. Et, quia respondent quod voluntas sit attributum, cuius natura est discernere, & cognoscere simile a simili, in eo quod est simile, contradixerunt eis, quod hoc non intelligitur, nec est quid intellectuale de voluntate, & quasi negauerunt eis radicem, quam iam concesserunt. Hæc est summa huius capituli, & est permutatio sermonis a quæstione prima ad sermonem de voluntate: permutatio aũt est operatio sophistica.

Vult modo inducere sententiam verborum Alga. & reducit opinionem philosophorum in propositionibus, & dicit. dicimus nos quod sententia eius, quam nomine philosophorum inducit, ad probandum quod impossibile est inuenire innouatum ab antiquo ęterno agente, est, quod impossibile est quod sit ibi voluntas. Hęc igitur est prima propositio. s. quod in ęterno agente non est voluntas. Hanc propositionem declarat. d. & hęc negatio eius congrua apparebat: vult dicere quod negare ibi voluntatem esse est congruum, inquantum ipsi concedebãt obiicientibus, quod omnia opponentia, vult dicere pręsentia, sunt similia, id est, eiusdem rationis respectu antiquę voluntatis, tam si sint in tempore sicut pręcedens, & subsequens, id est, sicut res temporales, quam in qualitatibus contrarijs B vt albedo, & nigredo. ista enim opposita omnia sunt vnius rationis, similiter esse & priuatio sunt similia respectu primę voluntatis. Deinde hanc quasi probant, & eorum probatio consistit in hoc, quoniam, sicut proprium est calori calefacere, & aquę infrigidare, sic propriũ est voluntatis esse illimitatã ad vtrosq; actus, & nullius esse determinatam. dicit ergo: &, quia ipsi hanc propositionem concedunt obiicientibus eis, respondent quod non est de natura voluntatis inclinare actum vnius similium magis quam alterum, nisi causa approprian te particulari vnum ipsorum similium expresse, alioquin prouenirent res, & earum prouentus esset ab euentu. vult ergo quod voluntas est illimitata, & limitatur a causa particulari, aliter euentus rei esset casualis, & sine illius causę intentione. (Vnde philosophi) hic tangitur secunda propositio. d. vnde philosophi concedunt eis ex hoc, quod si antiquum haberet voluntatem, bene poterit nouum ab antiquo prouenire. Sed dubitatur, quoniam videtur quasi argumentum ex destructione antecedentis, sic. si antiquum habet voluntatem, potest ab eo prouenire nouum, sed non habet voluntatem. ergo non potest ab eo prouenire nouum. dictum in logica, & maxime in fine primi priorum quod locus iste est falsus, & ego declaraui ipsum ibi in expositione mea, quam feci Padue. Themistius, vt apparet in primo de anima. & Auerro. commen. 13. visi sunt velle quod potest C argui consequente existente de modo contingenti, sicut bene sequitur. si dion nauigat, contingit dionem bene nauigare, sed dion nõ nauigat, ergo non contingit ipsum bene nauigare. huius autem rationem declaraui in primo priorum capi. de contingenti. & in secundo periherme. in expositionibus meis. quoniam propositio de contingenti affirmatiua sequitur ad illam de inesse, immo se habet vt consequens, cuius signum est, quoniam oppositum consequentis repugnat antecedenti: quoniam, si non contingit dionem bene natare, ergo de necessitate dion non natat, per regulam ęquipollentiarum modalium secundi perihermenias. & si dion de necessitate non natat, ergo non natat, ergo dion natat, & dion non natat, quę incompossibilia sunt. Propositio autem de inesse negatiua se habet, vt inferior ad contingentem negatiuam: quando, si dion non natat, non contingit ipsum bene natare, & sic apparet ratio regulę. Sed omnes moderni logica obiiciunt, & ego obiectiones illas solui in expositione mea primi de anima. Securius est tamen dicere cum Auer. in. 7. phy. commen. 16. s. quod in terminis conuertibilibus potest argui ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, sicut hic arguitur. licet enim per se ab opposito antecedentis non sequitur oppositum consequentis. attamẽ per accidens gratia mẽ. bene sequitur, vt dicit Auer. in primo priorũ in figura secunda ex duabus affirmatiuis, & tu inspicias scripta

Terminatio.

A mea in logicis Arist. & aperietur tibi veritas, quoniam magna pars modernorũ ostendit bene dicta. (Et quia negantes) Vult hic inducere responsionem theologorum, quam quidam moderni dicunt in eorum theologijs. Circa quam debes scire, quod sicut in propositionibus per se est deuenire ad vnam per se notã ex terminis. V.g. ens est ens, vt declaraui in logica mea, ita in propositionibus contingentibus est venire ad vnam notam ex terminis. Verbi gratia, volũtas vult: quia, sicut illa est vera ex natura entis, ita est vera, quia voluntas. Applicando modo ad propositum: dico quod voluntas vult vnum similiũ magis altero, quia voluntas. V.g. presentatis duobus omnino similibus, dico quod voluntas, quia voluntas, vult a, & non b: & sic in proposito est de voluntate primi. Et hęc responsio est multum subtilis apud me: & credũt quidam theologorum nostrorum, quod ipsi soli inuenerint hanc responsionem, & iam apparet qualiter apud antiquos fuit nota. & ideo bene dicitur quod omnia vere nostris patribus aperta fuerunt. Lege literam. Et quia negantes mundum esse ab ęterno carent in hoc, s. argumento facto, responsione, conati sunt dicere quod antiqua voluntas. s. Dei, est quędã denominatio, id est, natura denominata, cuius natura est distinguere rẽ. i. vnum similium a suo simili absq; cã appropriãte vnum duorum similium magis quam alterum. sicut calor est quędam denominatio. i. natura denominata, cuius natura est calefacere. itaq;, sicut calor calefacit, quia calor, ita voluntas vult alterum illorum, quia voluntas. Ecce igitur, qũo ventilata fuit responsio hęc apud istos patres, non tm̃ apud modernos. (Sed philosophi) hic replicat hanc responsionem. & vr̃ mihi quod virtus eius argumẽti est. quęcunq; comparata ad aliquã potentiam sunt omnino similia & eadem, respectu illius, nunquam erunt limitata magis ad vnum quam ad alterum, qm̃ ipsa sunt similia, & respectu voluntatis ẽt, ergo sunt indifferentia. & per consequens apparet maior. Sed volibilia respectu primi sunt huiusmodi, vt ẽt concedunt tgeologi: ergo sequitur conclusio tam dicta: huius lege literã. Sed philosophi respondẽt eis. ꝙ hoc est falsum, & inimaginabile. si enim similia ęqualia fuerint apud volentem, non debet ab eodem effectus vnius eorũ magis procedere quam alterius effectus, nisi prout essent dissimilia. s. inquantum in vno eorum esset quędã denominatio, id est, natura, quę in altero non reperitur. Si enim omnino dissimilia fuerint, & ibi nulla esset causa inclinans, tunc voluntas respiceret ambo ęqualiter. & tunc non magis ab eodem volente effectus vnius eorum similium quam alterius effectus. Deinde recolligit vim rationis. d. vnde tunc aut voluntas dependet de duobus contrarijs actionibus simul & semel, aut de nullo eorum. & ambo ista sunt simul falsa: tandem dicimus quod illius hominis verba sunt semierronea. & nihilominus conamur reprobare ad cauendum nocumenta multorum. & sic apparet vis rationis, &c.

B (margin letter at "terum illorum")

C SED, SVPER hoc sunt quęstiones non paruę, quarum prima est. an in primo ente necesse esse sit voluntas. secunda quęstio erit, videlicet de vi rationis Auer. contra theologos. arguitur contra primam. quoniam Auer. 12. meta. cõm. 36. voluit ꝙ quęlibet intelligentia mouet per appetitum rationalem, & intellectum. appetitus rationalis non est nisi voluntas. Secundo ibidem com. 39. ait autoritate Alexan. ꝙ appetitus sequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus. sed in primo est comprehẽsio intellectiua. ergo ibi erit appetitus intellectiuus, qui voluntas erit. Pręterea tertio, in tota secunda, & tertia disputatione Auer. demõstrat primum habere voluntatem, & mouere per appetitum volitiuum. Pręterea, quarto arguunt theologi: quicquid perfectionis est in ente inferiori, est in superiori: sed in ente intellectuali, scilicet homine, est voluntas. ergo & in supremo erit multo perfectius. & Auer. commen. 39. declarauit omnia hęc. Circa istam quęstionem breuiter debes scire, quod ad concludendum aliquam virtutem reperiri in aliquo non potest concludi nisi ex operatione: ad eo quod vbi operatio erit vniuoca, & vis erit vniuoca: modo ad propositum, vt capitur. 9. meta. coõmen. 3. & 10. & est intelligentia. voluntas consistit secundum operationem propriam in eligere libere. est autem eligere libere, vt declarabitur in secunda disputatione, sine spe remeriti electio. & hęc est operatio prima & essentialis voluntatis, alia ratio est plus nobis nota, s. eligere cum contigentia ad

Tertia quęstio.

Aliquã virtutẽ reperiri i aliquo ex operatione cognoscit.

Quid est libere agere.

vtrunq; oppositorum contradictorie: & ista positio est famosa omnibus. quoniã voluntas hominis cum subordinetur rationi fallibili, ideo est in potentia neutra, & ideo vulgares credunt quod omnis voluntas est huiusmodi: quoniam istam tantum vident, & cognoscunt: voluntatem autem secundum primam rationem non possunt nisi sapientes bene intelligere. & ideo illam despiciunt: & quia loqui debemus vt plures, vt dicitur. 2. topi. ideo philosophi dicerent quod voluntas primo modo tantum non dicitur voluntas. His habitis dicatur ad quęstionem, ꝙ si loquimur de voluntate secundum primam opinionem, primo & per se tantum inest primo principio: quoniam solum ipse Deus agit, & eligit opus eius sine spe remunerationis: quoniam, cũ ipse solus sit optimus, & perfectus, & summe beatus, ipse solus aget absque eo quod perficiatur ab extrinseco, & ideo ipse solus agit sine spe remunerationis. alię autem res huiusmodi voluntatem non habent ita primo & per se, sed satis ęquiuoce & participatiue: & iam isto modo non arguit Deum agere contingente, immo cum voluntate secundum istam rationem stat agere summe necessario. Si loquimur secundum voluntatem secundo modo: dico, quod ipsi non inerit: quoniam, cum ipse per essentiam sit bonus, & per essentiam eius intentio est bona, & ordinata ad bonum, ideo per essentiam erit agens, & non ex indifferentia & contingentia: &, quia, vt dixi, voluntas secundo modo dicitur voluntas famose apud vulgares. ideo illo modo potest simpliciter concedi quod in primo non est voluntas: eo quia non est voluntas secundum rationem, secundam quam est propria & famosa ratio eius: & hęc fuit subtilis & pulchra imaginatio Auerrois, licet a paucis intellecta, & per hęc iam concordantur omnia verba Auerrois. & tu considera illa. Pro intellectu vero huius quęstionis, dicunt theologi, quod in omni relatione contingenti, vel quomodocunq;, est considerare duo extrema: quoniam relatio est vnius ad alterum habitudo, vt dictum est in prędicamentis. &. 5. meta. loco eius. Modo contingens relatio, vt dicunt, potest esse ex duobus: vel, quia neutra extremorum sunt necessaria & necesse esse: vel, quia alterum tãtum. &, quia licet Deus sit necesse esse, omne aliud extra ipsum est cõtingens: ideo Deus ad quicquid comparatur extra se, contingenter comparatur, & ideo ad extra cõtingens est voluntas eius. ad intra, eius comparatio est necessaria. & hęc est opinio omnium in theologia nostra, & est propria, vera. Philosophi autem, qui ponunt voluntatem subordinari intellectui. intellectus autem subordinatur essentię, essentia autem per essentiam & naturam est optima, & summe bona. ideo naturaliter appetit, & essentialiter inclinatur ad agendum perfectionem in alio, & intus integra agere perfectionem in alio essentialiter & per se: & per consequẽs voluntas ad vnum tantum ordinatur: & hęc est intentio omnium sapientiũ philosophorũ, & nolo plus immorari: & ex his apparet intellectus verborũ Auer. & omnium philosophorum, & declaratio multorum, qui in hoc propriam vocẽ ignorare videntur. Et debes scire, quod secundum nos christicolas, ratio agendi non est essentia, vt dicam in tertia disputatione, sed essentia vt volens. et ideo comparatur ad extra mere contingenter: & per hęc soluuntur argumenta Auer. qm̃ licet Deus sit indifferens ad omnia volita, tamen quia eligit contingenter et libere, ideo potest agere quod sibi pręfigit. Ad secundum patet solutio: quoniã, & si Deus agat per essentiam non agit per essentiam, vt essentia, sed vt volens: & sic contingenter. Et sic argumenta huius hominis non agunt, vt patet.

Solutio.

Positio theologorum.

Positio philosophorũ.

Positio christianorum.

A

B

C

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens pro Loquentibus circa affirmationem volũtatis. Dubitatio aũt est dupliciter, Primo quidẽ, cũ dixerint hoc, non põt imaginari: nã an scitis hoc de necessitate, aut speculatione, aut impossibile est ratiocinari aliquod eorũ, vsq; ad affirmare attributum, cuius natura est appropriare rem suo indifferentiã

A In dubio prçsenti Auerrois inducit sententiam Alga. & quia verba sua sunt multum prolixa, abbreuiat ea, & ponit eorum sententiam. d. ait Alga. contra philosophos afferens voluntatem talibus verbis: dicimus quod hic potest dupliciter argui. primo vt dictum est, &c. hçc sunt verba Alga. supra quibus Auer. primo ponit illum modum arguendi, quẽ dixit. s. explicando illud, quod iam tacuit Alga. post ibi in dubio. 12. inducit Alg. arguendo secundo articulo. & iterum explicat illud: & quia Alga. tacuit argumentum primum, & tantum remittit se: ideo Auer. in solutione sequenti conatur exponere vim illius, & respondet ei.

AVEROES.

AIt Auer. Ista disputatio includitur in duabus rebus. Prima est, quia ipse concedit, ꝙ volnntas, quæ apparet nobis, non est verum de ea dicere quòd distinguat rem a simili, in eo ꝙ est simile. & ratio intellectualis iam cogit, vt sit attributum tale in agente primo, & id, quo existimatur impossibile esse attributum tale, est, sicut existimatur ꝙ non est hic ens, nec infra mundum, nec extra. Et B secundum hoc voluntas attributa ipsi Deo glorioso, & voluntas hominis erunt dictę ęquiuoce, sicut est in nomine scientię, & aliis attributis, quorum esse in ęterno, non est prout est in innouato: appellamus tamen eam voluntatem in lege. Attamen apparet quòd finis gradus huius disputationis est topicus. quoniam demonstratio, quę inducit ad affirmandum attributum tale in hac re, s. ꝙ appropriet simile in esse a non simili, est positio volitorum similium, & tamen non sunt similia: immo etiam sunt opposita, postquam omnia opposita reuertuntur ad esse, & priuationem, quę sunt in vltimitate oppositionis, quæ est repugnans similitudini. & positio eorum, quòd res in quibus pendet voluntas, sint similes, est positio falsa: & sermo erit de hoc postea. Si autem dixerint, nos autem diximus ꝙ sunt similia respectu ad volens, postquàm fuerit remotum ab intentionibus: intentiones enim sunt, quę appropriant rem magis vni actioni, quam alteri: dicimus ꝙ C intentiones, quę sunt ex eis, quibus perficitur substantia volentis, vt intentio nostra, qua pẽdet voluntas nostra in rebus, sunt falsę de Deo. quoniam voluntas talis est desyderium rei ad perfectionem apud diminutionem repertam in substantia volentis. intentiones vero, quæ sunt in substantia voliti, non ex eo ꝙ aliquid voliti peruenit volenti, quod non fuerat in eo, sed hoc peruenit volito tantum, vt exitus rei a priuatione ad esse, non est dubium quòd esse est melius sibi, quàm priuatio, id est rei exeunti. & hæc est dispositio voluntatis primæ cum entibus quoniam ipsa eligit semper eis melius duorum oppositorum: & hoc essentialiter, & primo. & hęc est vna specierum disputationis, quas includit hic sermo. Secunda vero est, quia ipse non concedit hoc attributum voluntatis, quę est in apparentia nobis, & conatus est affirmare ꝙ reperiatur in nobis in rebus similibus voluntas, quę eligit rem prę simili. & adduxit ad hoc exemplum, vt si ponantur ante aliquem duo dactyli similes omnimode, & consyderat ꝙ impossibile

Dispositio voluntatis prime. i. Dei scdm philosophos.

est eos simul capere, & consyderat ꝙ non imaginetur apud eum inclinans ad aliquem eorum, & ipse proculdubio eliget vnum eorum in capiendo. Quod quidem est sophisticum. Nam, cum posuerit aliquod tale, & posuerit volentem, quem induxit necessitas ad comedendum dactylum, seu ad capiendum, tunc captio quidem vnius duorum dactylorum in hac dispositione non est distinguere simile a simili, sed est tenere simile loco similis: & quemcunque eorum acceperit, peruenit ei volitum, & erit adimpleta eius intentio: & voluntas sua erit pendens in electione captionis vnius eorum, potiusquam in dimissione absoluta, nō aūt in captione vnius eorum, & electione eius potiusquā in dimissione alterius, s.cū ponantur intentiones in eis æquales, quoniam ipse non eligit accipere vnum eorum, quodcunq; sit, & inclinat eum ad relinquendum aliud. & hoc est manifestum per se. nam electio vnius eorum præ alio est inclinatio vnius eorum præ alio, & impossibile est vt inclinet ad vnum duorum similium præ alio, in eo ꝙ est simile. si autem fuerint in esse suo, in eo ꝙ sunt duo indiuidua, non sunt similia: nam omnia duo indiuidua, differt vnum eorum ab alio aliquo attributo, appropriato ei. ergo, si posuerimus voluntatem pendere in aliqua re appropriata alicui eorum, tunc imaginatur esse voluntas in aliquo eorum præ alio, propter differentiam repertam in eis: igitur nō erit pendens voluntas in duobus similibus, in eo ꝙ sunt similia. Hæc est dispositio rei, quam narrauit de primo modo dubitationis. Deinde recitauit Alga. secundum modum dubitationis in eo, quod dixerit nō reperiri attributum, quod distinguet vnū similium ab alio, & dixit. A B

ALGAZEL.

AIt Alga. Et modus Secundus dubitationis est, quia nos dicimus, vos autem in opinione vestra estis indigentes appropriatione rei præ simili. quoniam mundus est a causa sua causante eum in dispositione propria cum assimilatione differentiarum eius: & quare appropriatur aliquibus modis? & falsitas differentiæ rei a simili in intellectu, aut in necessitate naturaliter, aut coacte non differt, &c. vsq; ad, fuit autem affirmatio situs in eo, potius quàm mutatio situs. & hoc est, quod non potest euadi ab eo. C

AVEROES.

AIt Auer. Prouenit ex hoc sermone ꝙ oportet de necessitate Philosophos confiteri ꝙ sit hic aliquod attributum agenti mundum, approprians rem præ simili. nam ipsi tenent ꝙ mundus potest esse maior quàm est, aut minor. &, cum sic fuerit, sunt similes circa esse eius. Si autem dixerint Philosophi quòd mundus possibile est vt sit in figura sibi propria, & quantitate corporū appropriatorum,

& numero

A & numero appropriato, & ꝙ hæc assimilatio non imaginatur, nisi in tempore innouationis, & ꝙ non sit ibi hora, in qua fuit innouatio mũdi dignior alia, dicitur eis ꝙ iam possibile fuerat eis respondere huic ꝙ creatio mundi fuit in hora digniori, sed appropinquātur eis duo similia, inter quæ impossibile est Philosophis ponere differentiã: quorum vnum est appropriatio partis motus, qui est in orbibus: secundũ vero appropriatio loci polorum orbium. quoniam omnia duo puncta opposita, quæ posuerimus in linea protracta ab vno eorum ad aliud, transiens per centrum sphæræ, possunt esse poli. appropriatio autem duorum punctorum præ cæteris punctis, quæ possunt esse poli eiusdẽ sphæræ præ cæteris punctis, quæ sunt in illa sphæra, non erit, nisi ex attributo appropriante vnum duorum similium. Si vero dixerint ꝙ non est verum vt omnis locus sphæræ possit esse locus polorum, dicitur eis sequitur vobis secundum hanc radicem ꝙ non erit similiũ partium: & iam vos dixistis in multis locis ꝙ est simplex, & propter hoc B fuit ei figura simplex, & est rotunda. Vlterius, si posuerint ꝙ sint ibi loca non similia, dicetur eis quomodo sunt dissimiles naturaliter? an ex eo ꝙ sunt corpus, aut ex eo ꝙ sunt corpus cœleste? & nõ põt esse priuatio similitudinis his duobus modis. Dixit &, cũ sic fuerit, sicut stat apud eos, dicere ꝙ horæ in innouatione mundi sunt similes, sic bene stat aduersario dicere ꝙ omnes partes orbis sunt æquales, vt sint poli. & non videtur ꝙ hoc appropriatur eis in vno situ præ alio, nec in vno loco præ alio. & hæc est declaratio huius quæstionis, & est Rhetorica: nam multa, quæ apparent demonstratiue esse necessaria, sunt primo aspectu possibilia. Attamen responsio apud Philosophos est ꝙ ipsi opinantur fuisse apud eos demonstrationem, ꝙ mundus sit compositus ex quinque corporibus, corpore quidem neque graui, neque leui, & est corpus cœleste rotundum, quod mouetur circulariter, & quatuor corporibus: quorum duo sunt sicut extrema: nam vnum est graue absolute, & est terra, quæ est centrum corporis circularis, & alterũ est leue absolute, & est ignis, qui est in concauitate orbis circularis: & id, quod sequitur terram, & est aqua, est graue in comparatione ad aerem, & leue quidem in comparatione ad terram: & associatur aquæ aer, & est leuis in comparatione ad aquam, & grauis in comparatione ad ignẽ. Et causa ꝙ terrę sit grauitas absolute, est quia est in vltimitate remotionis à motu circulari: & ideo fuit centrum fixum: Et causa leuitatis ignis absolutę est, quia est in vltimitatę appropinquationis motui circulari, & corpora, quæ sunt inter ea, reperitur eis vtrunque simul, scilicet grauitas, & leuitas, quia sunt in medio inter duo extrema, s. locum longiorem, & locum propinquiorem. &, nisi esset corpus circulare, non esset ibi nec graue, nec leue naturaliter, nec sursum, nec deorsum naturaliter, nec absolute quidem, nec respectiue, nec essent diuersa naturaliter, adeo ꝙ terra, exempli gratia, de natura eius est vt moueatur ad locum appropriatũ, & ignis de natura eius etiam est vt

De compositione Mũdi quamplurima.

Cur terra sit grauis absolute & ignis leuis simpliciter.

C

moueatur ad alium locum, & sic quod est inter ea ex corporibus, & A
mundus est finitus ex parte corporis circularis. corpus enim circulare est finitum ex se, & natura sua ex eo, ꝙ id circuit superficies vna circularis: corpora vero rectarum dimensionum non sunt finita ex se, cum possit esse in eis additio, & diminutio. sunt tamen finita, quia sunt in medio corporis, cui impossibilis est additio, & diminutio: & ideo est finitum ex se. & propter hoc impossibile est vt sit corpus circuens mundum, nisi circulare. sin autem, sequeretur vt corpora aut finiantur ad alia corpora, & procedet in infinitum, aut finiantur in vacuum. & iam declarata est impossibilitas amborum simul. Qui autem imaginatus fuerit hoc, sciet ꝙ omnis mundus, qui ponitur, impossibile est vt sit, nisi ex istis corporibus, & ꝙ corpora aut erunt circularia, & erunt non grauia nec leuia, aut recta, & erunt grauia aut leuia, s. ignis, aut terra, aut quod est inter ea, & ꝙ ista non sunt, nisi circularia, aut in continente circulari: quoniam omne corpus aut mouetur a medio, aut ad medium, aut circa medium: & ꝙ in motibus corporum cœlestium est B dextrum, & sinistrum, & commiscentur corpora quatuor, & fiunt ex eis omnes generationes contrariæ, & ꝙ ista quatuor corpora cõtraria non deficiunt esse propter motus illos in generatione continua, & corruptione continua, i. in partibus suis. quoniam, si deficeret aliquis horum motuum, tunc corrũperetur hæc ordinatio, & proportio. nam manifestũ est ꝙ hæc ordinatio necesse est vt sit consequens numerum repertum in istis motibus. si enim esset magis, aut minus, peruerteretur hæc ordinatio, aut esset alia ordinatio, & numerus horum motuum aut est de necessitate ad esse eius, quod est hic, aut ad bene esse. Et hoc totum nõ expectes hic declarari demõstratiue. si autem fueris ex hominibus demonstrationis, speculare de his in locis suis. & audi hic sermones, qui sunt magis sufficientes sermonibus istorum: &, si non fecerint te adipisci veritatem, facient tamen te adipisci dominium cogitationis, quæ mouebit te ad habendum veritatem in speculãdo in sciẽtiis. Nam considera ꝙ quilibet orbis orbium cœlestium est viuens: quia C sunt habentes corpora determinatæ mensuræ, & figuræ, & mouentur ex se ex partibus determinatis, non ex quacunq; sit: & omne, quod est tale, est viuens necessario. s. nos., cum videmus corpus determinatæ quantitatis, & qualitatis moueri in loco ex se à parte determinata, nõ propter aliquid ab extra, nec ex quacunque parte ex partibus, & mouetur simul ad duas partes oppositas, sententiabimus decisiue ꝙ sit viuens. Diximus autem non propter aliquid ab extra, quoniã ferrũ mouetur ad magnetem, cum occurrit ei magnes ab extra, ac etiam quia mouetur ad eam a qualibet parte partium. Et, cum verificatum fuerit hoc, ergo corpora cœlestia habent loca, quæ sunt poli naturaliter: & impossibile est vt sint poli præter illa loca. sicut animalia, quæ sunt hic, habent membra propria in locis propriis corporis, & in eorũ operationibus propriis, & impossibile est vt sint in aliis locis eorũ, sicut

Si deficeret aliquis cœlestium motuũ corrumperetur hęc ordinatio, & proportio. Idem lib. de suba orbis cap. 4. Vide oppo. 12. Met. 41. Vide contr. Zim.

Quilibet orbis est viuẽs. Loca Corporũ Cœlestium.

A membra motus, quæ sunt in locis determinatis animalis. poli aũt sunt in animali circulari in gradu horum membrorũ, s. ꝙ sunt mẽbra motuum. Et nulla est differentia in hoc inter animalia rotundi corporis, & non rotundi, nisi ꝙ ista membra differunt in animali non rotundo figura, & potentia, & in animali rotundo differunt potentia tantum: quare existimatur in eis primo aspectu ꝙ non differant, & ꝙ possibile sit vt sint poli in orbe, quæcũque puncta fuerint. Et quemadmodũ, si aliquis dixerit ꝙ hic motus ĩ hac specie animalis, i. quę est hic, possibile est vt sit in quocunque loco eius, & ꝙ sit in loco, vbi est in alia specie animalium, est deridendum: quoniam datum est omni animali motum fieri in locis conuenientibus naturæ illius animalis, aut in loco tali, & in alio non potest fieri motus illius animalis: sic est dispositio in diuersitate corporum cœlestium in locis polorum ex eis. nam corpora cœlestia non sunt eadem specie, plura vero numero, sed sunt plura specie, vt indiuidua animalium diuersorum, licet non reperia-B tur illius speciei nisi vnum indiuiduum tantum. Et hæc eadẽ respõsio est, quæ dicitur in responsione, quare cœli mouentur ad partes diuersas. nam ex eo, ꝙ sunt animalia, necesse est vt moueantur ex partibus determinatis, sicut est in dextro, & sinistro, & ante, & retro, quæ sunt partes determinatæ in motu animalis, nisi ꝙ sunt diuersa in animalibus diuersis figura, & potentia, & sunt diuersa in corporibus cœlestibus potentia. & ideo posuit Ari. ꝙ in cœlo sit dextrum, & sinistrum, ante, & retro, & sursum, & deorsum. Diuersitas autem corporum cœlestium in partibus motuum est, quia differunt specie: & est quid proprium eis, s. ꝙ differãt species eorũ propter diuersitatẽ partiũ motuum eorum. Et considera corpus cœleste primũ esse vnũ aĩal, cui determinauit natura sua seu ad necessitatem, seu ad bene esse, vt moueatur secundum oẽs partes suas vno motu ab oriente in occidens: alii vero orbes, determinauit natura eorũ, vt moueantur contra hunc motum. & pars orbis totius, quam determinauit natura, est melior oĩbus parti-C bus, cũ hic orbis fuerit melior omnibus orbibus, & totis melius mobilibus oportet, vt sit ei pars melior. Et hoc totum declaratũ est hic modo rhetorico: in locis autem propriis declaratum est demonstratiue. si ergo dilexeris esse ex hoĩbus demonstrationis, perquire ea in loco proprio. Et, cum scieueris hoc. non erit tibi difficile debilitare rationes, quibus rõcinatus est Alg. cũ fuerint duo motus diuersi similes in cõparatione ad quẽlibet orbẽ orbiũ cœlestiũ, & in cõparatione ad id, qđ est hic. qm̃ apparet primo aspectu ꝙ motus orientalis possit esse aliis præter orbem primum, & quòd motus occidentalis possit esse ei. & hoc (vt diximus) est, vt si quis imaginatus fuerit quòd pars motus in Cancro sit pars motus in homine. & non euenit hæc existimatio de Cancro, & hoĩe propter diuersitatem figuræ in eis: euenit vero orbibus cœlestibus, quia sunt concordes in figura. & qui considerauerit in aliquo facto factorum, non declarabitur ei scientia eius, nisi cum declarata

Ecce qũo cęlum dicatur Aĩal & qũo habeat mẽbra.

Corpora cœlestia nõ sũt eadem spẽ. Idem lib. de sba orbis capitu. 5. Vide oppo. 2. cœ. 49. et 59. cõ. Vide cõtra. Zim.

Corpus cœleste est vnũ animal. Vide infra disp. 3. & 2. Cœ. 42. 71. & 74.

fuerit ei scientia intenta in illo facto, & finis intentus in eo. &, cum non sciuerit omnino scientiam eius, possibile erit vt existimet ꝙ possibile sit reperiri hoc factum, licet sit in quacunque figura fuerit, & in quacunque quantitate, & quocũq; situ partium, & in quacunque compositione. hoc idem euenit Loquentibus, de corpore cœlesti Et oia ista sunt cogitationes primo aspectu, & sicut qui opinatus fuerit hoc in factis, ignorat facta, & factorem, sed habet in eis opiniones non veras, sic etiam est dispositio in creatis. Et aduerte huic radici, & non acceleres in iudicando creaturas Dei. glo. primo aspectu, & eris ex eis, de quibus dicitur, tu es prope os eorũ, & longe ab interioribus. Illuminet Deus glo. oculos nostros lumine scientię suæ, & auferat a nobis velamina ignorantiæ. nam ipse est tribuens sciẽtias: & noticia operationũ propriarum corporum cœlestium est noticia facientis ea, quem inspexit Abraam. requiescat in pace, cum dixerit faciens cœlum, & terram: & nos transferamus ad sermones Alga. in motibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundum vero consequens consideratur ex parte diuersitatis motuum orbium: aliqui quidem ex oriente in occidens, & aliqui econtra, &c. vsque ad possibile est aduersario afferre rationes diuersitatis in rebus, & dispositionibus.

AVEROES.

Ait Auer. Non latet autem te Rhetorica in hoc sermone, ex eo, quod pręcessit, ac etiã eius responsio, & ꝙ hoc totum est eius, qui non intelligit naturas illas excelsas, & operationes nobiles, quæ fiunt ex eis, & assimilat scientiam Dei glo. scientiæ hominis ignorantis. Et, cum dixit si autẽ dixerint duæ partes oppositę sunt contrariæ, & qũo fient æquales, dicimus ꝙ hoc est, sicut id, quod dicitur, ꝙ ante, & post in inuentione mundi sunt contraria, & qũo ponitur assimilatio eorum. Id aũt, quod existimauerunt, ꝙ sit notum esse similitudinem horarum diuersarum in comparatione ad possibilitatem essendi, & ad omne congruum, quod imaginatur positio eius in esse, & sic etiam est nota æqualitas dispositionum, & situum & locorum, & partium in comparatione ad congruũ ei, illud est sermo manifesti erroris ex se. nam, si cõcessum fuerit ꝙ possibilitas esse hominis, & priuationis sit æqualiter in materia, ex qua causatus est homo, & ꝙ hoc sit ratio ad probandum ꝙ sit inclinans faciẽs esse, & nõ priuationem, tunc non est possibile imaginari ꝙ possibilitas videndi, & non videndi ipsius oculi sit æqualiter. nam nemo potest ponere quòd partes oppositæ sint æquales, sed debet ponere quòd recipiẽs ea est indifferens, & sequuntur ex eis operationes indifferentes. & sic ante, & post

Quõ ante et post in inuẽtione mundi sint contraria.

Nemo põt ponerẽ quod partes oppositę sint ęq̃les.

A quæ sunt similia, ex eo quòd hoc est ante, hoc vero post, possibile est tamen vt ponatur q; sint similia circa receptionem esse. Attamen hoc totum non est verum. nam quod in est oppositis, essentialiter est, vt recipientia eorum sint diuersa: q; autem recipiens actionem cõtrariorum sit vnum in vna hora hoc est impossibile. Philosophi autem non tenent possibilitatem esse rei, & priuationis æqualiter in vna hora. sed tempus possibilitatis esse est aliud a tempore priuationis, & hora apud eos est conditio requisita in innouatione eius, quod innouatur, & in corruptione eius, quod corrumpitur. Si autem esset tempus possibilitatis esse rei, & tempus priuationis idem, i. in materia rei propinqua, erit esse eius corruptio possibilitatis priuationis eius, & erit possibilitas esse, & priuationis ex parte agentis: non autem ex parte recipientis. Et ideo, qui conatus est ex hac via affirmare agens est sermo sufficiens, tamen est rhetoricus, & topicus, non demonstratiuus: licet existimatum fuerit in Alfarabio, & Auicenna q; ipsi processerint hac

Philosophi non tenent possibilitatẽ eẽ rei et priuationis eius equaliter in vna hora.

B via ad probandum quòd omnis actio habeat agens: & est via, qua non processerunt Antiqui: & profecto secuti sunt isti duo viri in hoc loquentes nostræ gentis. Attamen quo ad innouationem totius apud tenentem innouationem eius non imaginatur quidem in eo antecedens, nec subsequens. qm̃ antecedens, & subsequens in horis imaginã tur in comparatione ad instans præsens: &, cùm non fuerat ante creationem mundi apud eos tempus, quomodo imaginatur, vt præcedat instans ipsum, in quo creatus est mundus? & non potest demonstrari hora in creatione mundi: qm̃ antea aut non fuerat tempus, aut fuerat tẽpus infinitum: & ambobus modis non demõstratur ei hora propria, in qua pendeat voluntas. & ideo hic liber nomen proprium sibi congruum præ cęteris est Destructio simpliciter, non destructio philosophandi. nam quod facit adipisci incumbentem ei est destruere, & deuastare sententias. Et, cum dixit si autem fuerint ei possibiles rationes di

Alpharabi & Auic. in quid errant scdm philosophos peripatheticos.

Declaratio tituli huius libri.

C uersitatis cum similitudine, conueniunt aduersario rationes diuersitatis in rebus, & dispositionibus, i. si verificatum fuerit Philosophis ponere diuersitatẽ in partibus motuũ, verificatur ẽt aduersario ponere diuersitatem in tẽporibus cum credulitate similitudinis in eis. Attamẽ hæc est cõtradictio secũdum sermonẽ dicetis, nõ secũdũ rẽ ipsã, cum cõceditur proportio inter partes oppositas, & tempora diuersa. & huic contradicit proportio in hac mutatione temporum, & partium. & aduersario est ponere ęqualitatem inter eos in ratione diuersitatis, aut ratione similitudinis. quare omnia ista sunt sermones topici.

In hac solutione Auerroes tria facit: primo ponit sentẽtiam verborum grosso modo, secundo ibi (quorum sententia) exponit subtilius verba eius, tertio ibi (sed philosophi respondent) declarat sententiam philosophorum & sapientum, & quid bene, & quid male dixit Alga. Quantum ad primam partem reducit sententiam eius in duobus punctis: quorum secundus ponitur ibi (secundum vero prædictorum) de primo dicit: dicimus nos quod sententia horum verborum concluditur in duobus: primum, quod ipse concedit, est, quod impossibile est in voluntate pręsenti, quod distinguat rem a suo simili: vult dicere quod

loquendo de voluntate nostra, quę dicitur de voluntas pręsens, quia nobis A manifesta: verum est, quod, si ei pręsententur duo similia: simpliciter impossibile est distinguere vnam illarum, scilicet rerum a suo simili, inquantum simile. Deinde ponit modum, quomodo voluntas pręsens eligit potius vnum similium magis altero. d. & intellectus sine dubio iudicat esse denominationem talis vere in agente primo: vult dicere, quod licet voluntas vnum similium non eligat magis, attamen intellectus facit eam denominare eligere potius vnum quam alterum: eo quia intellectus est primo in agente, cum operatio pręsupponat cognitionem, vt Auerroes declarauit auctoritate Themistij. 12. Metaphysi. commen. 8. Debes scire quod voluntas est certa, & de se illimitata ad effectus similes: sed, quia ipsa sequitur comprehensionem, ideo eligit effectum illum, quem sibi ratio dictat, & præsentat, vt declarauit Aristo. in libro de causa motuum animalium, & .3. de Anima: vide (Et quod hoc) nunc probat istam primam propositionem: & intendit probare quod Deus hoc modo præuidentia intellectus eligit per voluntatem, sicut facit hominis voluntas, & dicit, & qui hoc negaret, esset sicut opinatus esset, id est, esset ac si diceretur ab aliquo, quod hic nullu est ens infra mundum, neque extra: quoniam omnia si sunt, a Deo esse debẽt: sed, si Deus non agit illo modo, nullum ens erit a Deo, & per consequẽs apparet vis primi puncti. (Et ideo sequitur) iste textus potest dupliciter cõtinuari ad B præcedentẽ, vt possum concipere: vno modo vt sit secunda ratio ad probandu voluntatem esse in Deo, quæ ratio est quasi ex auctoritate antiquorum, quos narrat Auerroes. 12. Metaphy. commen. 39. quod hæc sunt in Deo æquiuoce, & per consequens sunt in Deo. Vel potest exponi melius, quod Alga. infert correlarium ex dictis dicens, & ideo sequitur ex hoc, quod voluntas dicitur in Deo, & in homine æquiuoce: cuius rationem ex dictis tangit dicens, sicut dicitur scientia, id est, intellectus, cui subordinatur voluntas, & alijs denominationibus, quæ in Deo sunt: & hęc expositio est melior. (Et hæc sunt verba.) Hic textus põt exponi iterũ duobus modis. Vno modo, vt dicamus quod postquam contradixit maiori, quæ erat: duo simplicia præsentata vni voluntati, non magis vnum eligitur quam alterum: vult contradicere minori, quæ erat, sed effectus Dei sunt similes, scilicet esse mundi & non esse mũdi, &c. dicit & hęc sunt verba dialecticalia, id est, minor est ficta non demonstratiua: cuius rationẽ innuit dicens, id namque, quod cogit tantum talem denominationem ponere, vide licet appropriare quandam magis quam suum simile, est sine dubio positio, id est, quia ponitur voluntates horum esse similes. Cui respondet dicens, & tamen non sunt: immo opponuntur, quod declarat dicens: omnia enim opponentia, i. opposita reducuntur ad esse, & ad priuationem, id est ad contradictionem, quæ C formaliter id est, per se primo opponuntur: & oppositio generalis contradictoriorum est similitudinis, id est, potest saluari in similibus & tunc recolligit solutionem dicens, patet ergo quod hoc, quod ponebat, videlicet, quod res, in quas voluntas respicit, sunt similes, est falsum immo sunt opposita contradictorie: quoniam esse & non esse contradicunt: & sic est de esse mundi, & non esse eius. Et per hoc apparet solutio ad maiorem & ad minorem, & hic est primus modus exponendi. Potest exponi secundo modo, vt dicamus quod hic Auerroes Arguit contra Alga. & tu considera: quoniam primus modus est melior: vt videtur, & plus consonus verbis arabicis, & ordini præmisso, vt vides. (Secundum vero prædictorum.) Nunc vult ponere secundum punctum Alga. & dicit: secundum vero prædictorum duorum in verbis huius hominis est, quod ipse dicit sic philosophis: & ponit illud, quod loquitur philosophis dicens, vos sup. o philosophi opinamini quod non oportet appropriare rem a suo simili, vult dicere, creditis non esse differentiam a voluntate in electione alterius, scilicet rei a suo simili. Tunc arguit contra eos dicens, mundus factus namque est & productus a sua causa dante sibi esse, & propriam figuram: tunc dicit: quare ergo appropriatus fuit in isto modo: vult dicere, & non sub modo opposito simili: cum sit manifestum apud vos, quod distingui aliquid a suo simili in intellectu, aut in consequentia naturali, id est, similitudine natu-

Volũtas est certa, & illimitata de se ad similes effectus.

A rali, sit falsum apud vos: vult dicere, ergo ex quo nec intellectus diuinus, nec voluntas eius potest distinguere inter duo similia. Cum igitur mundus isto modo factus, & illo modo opposito sint similia, non erit productus a primo motore, vt in tempore, nec in æternum: hæc sunt verba huius hominis. (quorũ sententia.) Vult modo subtilius exponere verba eius, & ponit secundum punctum primo. d. quorum, scilicet verborum in secundo puncto dictorum sententia est, quod oportet philosophos concedere esse denominationem in agente primo appropriante rem a suo simili, id est, quod oportet concedere quod in Deo sit potentia discretiua vnius rei a suo simili. Quod declarat dicens, videtur enim possibile mundum esse in aliam figuram, præter hanc, quam modo retinet: & in aliam quantitatem, præter istam, scilicet maiorem vel minorem: & si sic: omnia ergo sunt similia in natura sui esse. Est ergo punctus quæstionis contra philosophos in hoc: quoniam mundus, inquantum mundus, est possibilis sub duobus modis oppositis: ergo non magis fuit productus a Deo siue ab æterno, siue in tempore sub dispositione præsenti, quam sub opposita. Hæc forma arguendi valet contra eos, sicut contra theologos. (Et si forte.) Inducit responsionem philosophorum, & redarguit eos dicens: &, si forte philosophi dicerent, quod hoc verum esset in temporibus priuationis mundi: vult dicere, quod illa potestas in vtroque modo est vera ante tempus essendi mundi: modo
B in proposito nullum fuit tempus ante eius creationem, in quo mundus fuit sub non esse: ante enim creationem nullum erat tempus principalius alio, quia productio seu creatio nunquam fuit: vult dicere in tempore nouo. Sed, quia theologi ponunt ante esse mundi tẽpus verum, vel imaginatum: ideo tunc vere fuit possibilitas in vtroque modo factionis: & argumentum contra eos procedit, nõ autem contra philosophos. (Nos respondemus.) Adhuc Algazel nititur destruere opinionem philosophorum dicens, nos respondemus eis, quod creatio mundi in nobiliori tempore: vult dicere, concedo quod esse mundi fuit in tempore: & dico quod eodem modo, quo nobis arguunt, arguemus eis, & arguit. d. si duæ sunt res omnino similes absque aliqua differentia, videlicet esse mũdi sub forma præsenti, & magnitudine præsenti, & esse sub quantitate maiori vel minori, & figura alia: petendum est, quare magis fuit vna earum ad esse quam altera, videlicet quare magis motus orbium tendit versus quandam partem, quã versus contrariam. Similiter, quia puncta polorum mundi magis appropriata fuerunt vbi sunt, qua alibi: & declarat possibilitatem vtriusque partis. d. quælibet namque duo puncta diametraliter in sphæra opposita possibilia sunt esse poli in eadem sphæra: quare cogimur dicere, quod appropriari duo puncta polorũ prouenit necessario a quadam denominatione dante eisdem duobus pũctis
C naturã polorũ, vult dicere a volũtate primi motoris, quæ appropriat illa pũcta esse polos: ergo conantur philosophi concedere corpora supercęlestia non esse homogenea, & ipsi totum contrarium opinantur, videlicet quod corpus cœleste est summe simplex, & ideo retinet simpliciorem figuram, scilicet sphæricam: vult ergo dicere, quod aut poli sunt ad voluntatem, aut ex natura. Si primum, habetur quod sunt poli facti a voluntate Dei: si a natura, ergo corpora cœlestia sunt diuersarum naturarum, & per consequens contra philosophos ẽt: & sic quomodocunque sequitur argumentũ contra theologos, factum esse cõtra philosophos: hęc est sententia verborum Alga. in præfato capitulo. Debes scire, quod virtus argumẽti Alga. consistit in hoc: quoniam philosophi euadebant a quæstione, quantum ad hoc, quod esse mundi fuit æternũ: modo cõtra arguitur: quoniam esse polorum & motuum est temporale, vel possibile sub vtroque modo in tempore: igitur oportet ponere in Deo voluntatem, qua illæ sic sint, & non sub opposito: & per consequens habent dicere quod negant. (Sed philosophi.) Antequã hanc partẽ exponam: dico: quod duo sunt, quæ difficultatẽ faciunt Auerroi. Primum, ex quo puncta illa sunt contingenter poli: quare cœlum mouetur magis versus a punctum, quam versus b punctum: ergo oportet, vel dicere motum esse causalem, vel dicere hoc subesse voluntati primi prin-

cipis: & sic habetur intentum. Secundum est, ex quo esse mundi ponit secundum eius essentiam esse sub dispositione oppposita ad illam, in qua modo est: quare non fuit? vel igitur casu fuit, vel, vt supra, oportet recurrere ad voluntatem primi: & ista duo tangit vis argumenti Algazel. & Albertus octauo physicorum quasi formaliter fecit hoc argumentum. Istis propositis videtur mihi quod Auerroes duo faciat: primo præponit duo, quasi fundamenta solutionis: secundo ibi. (Et hoc modo respondendum.) Respondet ad formam argumenti primi, & secundi. Quantum ad primam partem, primo ostendit quinque esse corpora in mundo: secundo ibi. Prælibatis igitur istis.) ponit secundum fundamentum ad propositum eius. Dicit ergo in prima parte. Sed philosophi respondent quod probatum est demonstratiue, quod mundus est ex quinque corporibus, videlicet ex corpore cœlesti, quod non est neque graue neque leue, & quatuor corporibus elementalibus: quorum quoddam est graue absolute: vt terra, quæ est centrum omnium orbium. vult dicere centrum naturale, & quoddam leue absolute: vti ignis, & alia duo elementa, scilicet aqua, & aer, quæ sunt huiusmodi in respectu, vt dictum est in libro cœli. (Et causa.) Vult modo dare causam istarum proprietatum elementorum, & dicit. & causa grauitatis terræ est, quia est in maxima distantia a motu orbium. Et dat causam alterius. d. & per contrariam causam ignis est in summa leuitate. Et dat causam aliorum. d. & quia alia duo elementa sunt interposita inter terram, & ignem, ideo existunt mixta de duabus prædictis naturis, scilicet leuitate, & grauitate. A B

CIRCA ISTAM partem occurrit quæstio: quoniam omne corpus causam, vel aliquid eius, debet esse immediatum ei, vel secundum se, vel secundum aliquid sui, vt 7. Physicorum colligitur, maxime commen. 10. Et arguitur priuatio nullius positiui est causa. modo distantia est quædam priuatio, cum sit carentia situs ad cœlum: ergo non est causa grauitatis terræ. Ad istam quæstionem sunt plures modi dicendi. primus est, quod immediata causa grauitatis est frigiditas. Sed, quia causa caloris est motus cœlestis. 2. cœli. text. commento. 42. ideo frigiditas causatur a priuatione motus cœlestis. & sic grauitas ab illa frigiditate. Et quia leuitas & grauitas sunt opposita, ideo leuitas causatur a calore: & ita ignis est leuis, quia propinquus cœlo. Contra, quoniam effectus positiui debet causa esse positiua: modo frigiditas est effectus positiuus, ergo non a priuatione causatur. Secundo arguitur, si sic: ergo vbi plus de frigiditate, ibi plus de grauitate: sed plus aqua est frigida, quam terra, vt 2. de generatione capitur: ergo erit grauior terra, contra ipsum. Adhuc quidam volunt defendere opinionem istam, Et dicunt duo. primum, quod frigiditas est duplex: sicut calor duplex. quidam enim est calor cœlestis, & quidam calor elementalis. vt 12. Metaphy. commento. 18. & in de substantia orbis habetur, ita duplex est frigiditas: quædam cœlestis, & quædam elementalis. prima opponitur ad calorem cœlestem, secunda calori elementari. hæc distinctio colligitur. 2. cœli. commen. 102. Secundo dicunt, quod quia frigiditas cœlestis causatur ex priuatione causarum calidorum, ideo dicunt quod frigiditas cœlestis nihil aliud est, nisi priuatio caloris, non quod effectum positiuum ponat, sed tantum priuationem caloris. est enim terra aqua frigidior ista frigiditate, quia plus priuata calore cœlestis corporis: eo quia aqua est propinquior cœlo, & causis calefactionis. frigiditas autem elementi est effectus positiuus, sicut & calor. Istis habitis, ad primum dicit, quod frigiditas elementi est effectus positiuus, & istius causa est positiua, vt dicetur: sed frigiditas cœlestis non est nisi sola priuatio caloris, & istius causa est priuatiua, scilicet carentia causarum calefacientium. Ad secundam patet solutio: quoniam in aqua est, scilicet plus de frigiditate elementi, non autem cœlestis. Sed adhuc ego non possum bene intelligere solutionem istam: quia nihil haberet Auerro. quoniam, si frigiditas, de qua loquitur, est cœlestis, tunc non haberet intentum: quoniam, vt dicunt, ista est sola C

Primus modus rñdēdi.

Contra.

Defensio.

Impugnatio.

A priuatio caloris formaliter, & potentialiter priuatio causarum caloris. modo arguitur, vt prius: quoniam grauitas est effectus positiuus, & frigiditas causa, & ens priuatiuum: ergo, vt prius, illa non erit causa grauitatis. Ad hoc dicit quidam meus socius Paduę, quod forte, sicut apud Auerro. conceditur duplex frigiditas, ita duplex grauitas, cuius primę est causa frigiditas cęlestis, et secunda causa secundę. & sicut frigiditas cęlestis est sola priuatio caloris, ita grauitas cęlestis erit sola priuatio leuitatis. Ad formam dicebat, quod frigiditas illa non est causa entis positiui, sed priuationis tantum. Sed adhuc dubito: quoniam aqua apud istos frigiditate elemētali est frigidior terra: ergo grauitate elementali erit grauior: consequentia patet: quoniam, vbi erit plus de causa naturali naturaliter agente, erit plus de effectu naturali naturaliter causato: cōsequens est contra totam philosophiam, & maxime contra Auerro. hic. Secundo, si sic: tunc datur duplex leuitas positiua in corpore igneo existens: quoniam ibi opponitur leuitas grauitati: consequens est notum, & nondum concessum ab aliquo. Aliter dicunt alij, & est secundus modus dicendi, scilicet quod vna tantum est frigiditas, scilicet elementi, quę est priuatio caloris, id est res priuata calore. volunt. n. quod duo dicat, scilicet qualitatem illam, quę est frigiditas, & carentiam caloris: & volunt quod, quia hęc frigiditas non est intenta a natura, ideo causatur per
B accidens a corporibus cęlestibus: nec inconuenit quod priuatio sit causa effectus positiui per accidens: & dicunt, quod ista frigiditas est maior in terra, quam in aqua propter causam Auerr. hic &. 2. cęli. commen. 102. & quando dicitur. 2. periher. aqua est primum frigidorum: intelligunt quo ad sensum nostrum: quoniam plus mutatur a frigiditate aquę propter inconsuetudinem, quam ab illa terrę: & hoc tangitur primo physi. His habitis, patet solutio quęstionis. volunt enim quod terra est grauior, quia frigidior: est autem frigidior, quia plus distat a corporibus cęlestibus per motum calefacientibus. Hic modus, licet sumatur a Thoma. 2. cęli, attamen peccat apud me: quoniam non videtur verum, quod frigiditas non intendatur a natura: quoniam illud, per quod constituitur in esse corpus necessarium in mundo, est intentum per se a natura: sed per frigiditatem constituitur in esse terra: ergo, &c. Secundo, illud, quod est causa operationis naturę, est intentum a natura. frigiditas est huiusmodi. est enim causa frigefactionis, quę est operatio plusquam naturalis. alia argumenta contra hoc tetigi in libro de substantia orbis. Secundum, in quo peccat, est: quoniam omnes fere concordes sunt in hoc, quod aqua est frigidior terra. est enim ignis primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, & terra primo sicca: vt dicit philosophus secundo de generatione: & certum est, quod non ęquiuocat de ly primo in isto ordine. Et etiam declaratum est, quod non potest ordo elementorum aliter esse. ibi-
C dem vide, quoniam esset longum. Ideo ad quęstionem istam videtur mihi esse dicendum, quod sola frigiditas non sit causa grauitatis: quoniam, tunc aqua esset grauior: nec sola siccitas: quoniam, tunc ignis esset grauis, immo grauior aqua ad minus. dico ergo quod frigiditas est causa sub certo gradu commixtionis ad siccitatem. Vnde, sicut colores extremi sunt causa mediorum sub certis proportionibus, ita frigiditas est causa grauitatis, prout est cum certa proportione ad siccitatem. Sed dices, quare siccitas non est causa grauitatis sub certa proportione ad frigiditatem, sicut econtra? Iam apparet solutio: quoniam illa non est de qualitatibus actiuis, sicut frigiditas: ideo potius illud attribuitur frigiditati, quam siccitati. Contra adhuc, quoniam, si frigiditas est causa grauitatis sub illa proportione, caliditas non poterit esse causa leuitatis sub aliqua alia, quomodocunque proportione ad siccitatem eiusdem speciei. Respondeo, quod, sicut materia est vna numero omnium sub diuersis dispositionibus, ita siccitas est vna specie amborum sub diuersis proportionibus: & sic negatur consequentia. Ad argumentum modo. ad primum patet solutio. priuatio enim motus, seu corpus cęleste non est causa grauitatis, sed concausa concomitans, sed causa est, vt dixi. Ad secundum dicendum, vt prius, quod Auerro. non tetigit causam grauitatis terrę, sed concomitans illam causam: & sic intelligitur dictum eius in secundo cæli, & alibi.

Positio alia. Impugnatio. Positio quorundam. Impugnatio. Positio propria. Dubitatio. Solutio. Replica. Solutio.

SECVNDA QVAESTIO principaliter est circa elementa media. dicit A
enim ea esse mixta ex duabus naturis vult dicere, scilicet quodlibet est mixtum ex grauitate & leuitate modo. Hoc non videtur verum: quoniam quodlibet elementum est æque simplex, sicut & alterum, vt.4.cæli declaratum est, & philosophus in omnibus locis ponit tanquam manifestum, quatuor esse corpora simplicia generabilia & corruptibilia: ergo dictum Auerro. patitur difficultatem. Circa istam quęstionem breuiter quidam viri dicunt quatuor esse qualitates sensibiles, & duas motiuas in corporibus simplicibus. volunt enim quod ignis sit summe leuis, terra summe grauis, aer sit compositus ex grauitate & leuitate. plus tamen ex leuitate, aqua eodem modo ex leuitate & grauitate, licet plus de grauitate. volunt enim quod, sicut apud Auer. color medius non est essentialiter & realiter, nisi extremi sub certa proportione, ita huiusmodi qualitates medię sunt qualitates extremę sub certis proportionibus diuersis. &, sicut color medius differt specie ab extremis per accidentia, ita & huiusmodi mediæ qualitates differunt specie ab extremis. Qualitas ergo motiua aeris non est nisi grauitas, & leuitas refractę ad certum motum fractionis. Et similiter etiam qualitas motiua aquę: & hanc opinionem accipiunt ab Auer. primo cæli.commen.17.&.4.cæli.commen.26.&.29.& pro eis facit multum verbum Auer. hic.d. & quia alia duo elementa interposita sunt inter terram & ignem, B
mixta existunt de duabus prędictis naturis: ecce, quomodo aperte, & manifeste tangit hunc modum. Et per hoc ad primum. dicendum enim quodlibet esse ęque simplex in substantia, non autem in qualitatibus: &, etiam licet illa qualitas motiua sit composita, quia tamen compositio illa non diuersificat operationem illius, potest & debet computari tanquam simplex: & sic potest saluari dictum Auerro. Contra istam opinionem est solitum argui sic: cuiuslibet motus & operationis simplicis causa principalis, & instrumentalis debet, vt sic, esse simplex. hæc propositio declaratur in primo cæli, per totam secundam summam: sed motus elementi est simplex operatio & simplex actus: ergo causa principalis, scilicet natura elementi, & instrumentalis, scilicet qualitas motiua debent esse simplicia. Secundo, in quocunque corpore sunt plures qualitates motiuæ, motus est semper a qualitate dominante, vt Auerro. declarat primo cæli.commen.7. Cum igitur in elementis medijs sint istæ plures motiuę qualitates, motus illorum erit a dominio qualitatis dominantis: & sic motus elementorum erit, sicut motus corporum mixtorum: cuius contrarium dicit Auer. Tertio arguitur, & suppono primo quod qualitates elementorum sunt intensibiles & remissibiles secundum intensionem & remissionem formæ substantialis, saltem apud Auer. 3. cæli commen. 67. & hoc est verum tam de actiuis quam motiuis: quoniam motiuæ sequuntur actiuas. Tunc arguo in quocunque est forma C
substantialis elementorum subesse intenso & perfecto, ibi est qualitas tam actiua quam motiua perfecta sub esse intenso, vt ex supposito apparet: sed in corporibus medijs formę substantiales sunt perfectę, & sub esse intenso: ergo, vt prius. Quarto arguitur, cum qualitates motiuæ apud Aristo. 4. cæli causentur ab actiuis: a quo causantur huiusmodi qualitates? ergo, & si detur licentia fingendi, aut vnus effectus habebit causas diuersarum rationum, aut effectus erit sine causa propria & per se: & nolo deducere consequentiam: sed tu considera. Propter ista, quæ ego feci, & multa alia antiqua argumenta, communis opinio est, quod qualitates motiuę sunt quatuor specie, & numero diuersę in corporibus specie & numero diuersis, & quod quęlibet illarum sit sub esse intenso in proprio elemento, verbi gratia, qualitas motiua terrę in ea ęst sub esse intenso: & qualitas motiua aquę in ea est sub esse intenso: & sic grauitas aquę, & grauitas terrę sunt diuersarum specierum, sicut leuitas aeris, & leuitas ignis: & sicut istę qualitates sunt specie diuersæ, ita & motus illi sunt diuersi in specie, propter diuersitatem terminorũ ad quos. Sed pro dicto Auerro. debes scire, quod mixtio, quando capitur, prout est alteratorum vnio, vt in fine primi perihermenias dictum est: quandoq; , prout est denominatio secundum diuersorum rationem, & respectus diuersos: sic in proposito: quia grauitas illa aquę dicitur deorsum respe-

Positio quorundam.

Impugnatio

Positio communis.

A ctu ignis, & aeris, ideo dicitur grauitas: & quia respectu terrę est sursum, ideo dicitur leuitas, & ideo vocatur aggregatum propter respectus diuersos, & sic de leuitate dicatur: & ideo in terra est grauitas in summo, idest simpliciter, & leuitas secundum denominationem, & sic de illa ignis, & sic satisfit argumentis pro & contra, & dictis Auerro. quę videntur repugnare. Quia tamen prima opinio sępe est habita pro vera, & videtur Simplicij plane quarto cęli, vt ibidem declaraui. Ad argumenta contra illam dicendum primo, quod aliquod esse compositum contingit dupliciter, vno modo in ratione essendi: & sic omne ens separatum a materia & subiecto dicitur simplex, & per contrarium ens in materia dicitur compositum. Secundo modo aliquid dicitur compositum in ratione principij: eo quia pro vno euentu concurrunt principia diuersarum rationum; & per contrarium simplex in ratione principij erit, quod pro vno effectu concurrit secundum vnam rationem. Ad formam argumenti dico, quod illa maior debet intelligi de simplici vel in ratione essendi, vel in ratione principiandi: & sic intelligendo maiorem, negatur minor: quoniam vt sic, licet illę duæ qualitates sint compositę inuicem, quia tamen in ratione principij non componuntur, ideo debent dici simplex. Ad secundam diceret illa opinio, quod antecedens debet intelligi vbi sunt plures qualitates, & sub ratione essendi, & sub ratione B principiandi. modo in proposito negatur minor. sunt enim ratione refractionis redacta ad vnam rationem principij, & sic intelligitur dictum Auerro. primo cęli. Ad tertiam, licet mihi solutio fuerit valde difficilis Bononiæ, vbi disputaui hanc opinionem, attamen dixi quod qualitas motiua dicitur duobus modis vna. Aut in ratione essendi, & sic ibi sunt plures qualitates remissæ & refractę certa proportione, vt dixi. aut ratione proportionis. & sic illæ duæ qualitates debent dici vna qualitas, pro quanto certa proportione sunt redacta ad rationem vnius principij motiui. & ista qualitas est intensibilis & remissibilis secundum intensionem & remissionem formæ substantialis, eo quia remissa forma substantiali, remittitur proportio illa, quę est alicuius latitudinis, & sic variatur velocitas ad intra vnitatem qualitatis motiuæ, pro quanto remanet latitudo proportionis a principio remissionis formæ vsque ad finem, & sic defensaui hanc opinionem in scholis meis Paduæ multotiens. Opinionem istam, & alia argumenta scripsi alibi, & solui alibi. (Vnde, si corpus) Hic infert correlarie necessitatem corporis cęlestis primo ex dictis, secundo ibi. (Pręterea mundus) probat illud a principali intento. Dicit ergo. vnde, id est, quia terra est frigida ratione distantiæ ad motum cęli, & ignis calidus ratione propinquitatis, sequitur quod, si corpus orbiculare non esset, nulla istarum naturarum C esset, & exponit. d. neque sursum, neque deorsum esset naturaliter: vult dicere nullum corpus naturaliter deorsum locaretur, neque relatiue, neque motus elementorum sic se habere: vult dicere. sic quod vnus esset ad concauum, alter ad oppositum punctum, vt dictum est. Sed est quęstio: hęc conclusio per quem locum tenet: ex quo dictum est illam distantiam non esse nisi concomitantem. Respondetur, quod ibi prędicatur esse multiplex locus, scilicet a causa ab essentialiter inhęrente. a casu, & multis alijs. A causa, quoniam, cęlum, & si non sit causa generans, & est causa agens conseruans, & est forma respectu elementorum, vt patet primo meteororum, & est finis. & sic est ibi locus causę, & est ibi concomitantia essentialis, quoniam dictum est quod, si est terra grauis, oportet vt sit frigida: non potest esse frigida nisi essentialiter concomitatur esse distantem a motu cęli, & etiam est locus a casu, & tu immorare ibi. (Pręterea mundus) nunc probat idem alia ratione principali, & non correlaria: & virtus suę rationis est. Id est necessarium in esse alterius, quod requiritur ad hoc vt aliud sit finitum, & stans sub dimensionibus terminatis. Sed corpus cęleste est necessariũ ad hoc vt mundus habeat esse finitum. ergo, & c. huius tangit primo vim minoris d. pręterea mundus finitus est ratione corporis sphęrici, prout illud corpus finitũ est de sua natura, & de ipso circuitu est ab vna superficie. sup. contentum. vult ergo habere minorem, scilicet quod corpus cęleste est necessarium ad esse limitatũ & finitum elementorum, & totius mundi. Deinde tangit vim maioris, d.

Solutio argumentorum contra primam opinionem.

Dubitatio. Solutio.

& corpora recta dimensionibus, id est, secundum dimensiones, non sunt finita A per se, quin possint diminui & augeri, & per hoc vult habere vim maioris, & tu vide probationem primo cęli. commen.4. quoniam ibi declaraui totum hoc. (quare huiusmodi ratione) hic infert correlarium ex isto primo. d. quare huiusmodi ratione oportet quod corpus ambiens mundum. i. elementa, quę mundus inferior dicitur primo Meteororum, sit sphęricum: cuius rationem breuiter tāgit d. alioquin sequeretur aut quod corpora perueniant ad alia corpora, vult dicere recta, & illa vlterius ad alia, & sic ad infinitum: aut quod finient ad vacuum, vt

Dubitatio.
Solutio.

dicebat Ioan. grammaticus, & ambo sunt impossibilia. Sed accidit quęstio, quoniam octauus orbis etiam finitus est, & per consequens, aut finietur ad vacuum circuiens ipsum, aut ad aliud corpus, & sic argumentum est vnum vtrique. Ad quęstionem dicebat Democritus, & Leucippus, & Ioannes grammaticus quod extra corpus octauum erat vacuum infinitum, ad quod terminabantur corpora cælestia, ad quę terminantur elementa, vt dictum est. Huius autem causa tangitur ab Alexan. primo cæli, vt refert Simplicius, eo quia ibi potest esse motus: quoniam, si esset homo ibi, posset extendere brachium, & non extenderet ipsum in pleno, ergo in vacuo. Secundo arguebant, vt narrat Auer. 4. physi. commen. 43. & 45. quoniam omne corpus physicum & naturale localiter per

Impugnatio

locum, qui est superficies alicuius corporis ambientis. et per consequens octauus B orbis locabitur per superficiem vacui, sic vt supra. Sed huic opinioni contradicit philosophus in summa quarta primi cæli. & 4. physico. prope finem. probat enim quod extra mundum nihil est, neque plenum, neq; vacuum, sed entia optimam vitam ducentia, vt dicit primo cæli. commen. 100. Arguit etiam philosophus primo cæli. text. commen. 95. mundum constare ex tota sua materia, & sic nihil extra ipsum inueniri. & tu considera rationes Aristo. ibidem. & 8.

Solutio ad quęstionem.

physi. Ad quęstionem ergo respondebat Auempace, & post ipsum Auer. primo cæli. commen. 4. dicebat enim Auempa. vt narrat. 4 phy. commen. 43. ꝙ corpus sphęricum, & corpus rectum differunt, eo quia sphęricum secundum eius rationem intrinsecam, inquantum sphęricum finitur per se, & non per aliud extrinsecum. rectum autem econtra, per propriam rationem non finitur, sed per aliquod extra se. & ideo corpus cæleste non finitur ad vacuum, neque ad plenum. accidit enim sphęrico contineri: proprium enim est eius continere, magis quam contineri, vt dicit Auempa. & sic apparet vis rationis Auer. quare autem hęc quidem secundum eius rationem continet, illud vero continetur, in expositione commenti quarti primi cæli. dictum quęre. Ad obiectiones. Ad primam dicit Alex. ꝙ illo casu, manus vel brachium non posset extendi. Et cum arguitur, nihil sibi resistit, ergo in infinitum velociter extendetur. Dico ꝙ resistentia est C duplex. positiua & priuatiua, vel melius non resistere duobus modis, vel in medio ente, vel in medio non ente. primo modo arguit motum in infinitum velocitari, & in infinitum velocitari motum, secundo modo aufert omnino rationem motus: & sic respondet in summa Alex. vt potui colligere ex verbis Simplicij. Ad secundum Auempa. dixit, quod dictum illud intelligitur in corporibus rectis, in sphęricis autem accidit locari, sicut eis accidit contineri. Auer. autem 4. phy. com. iam dicto. & Arist. in lib. de causa motuum animalium, dicunt ꝙ corpus cæleste, & maxime octauum per centrum, supra quo, & circa quod mouetur, locatur: & quęstiones accidentes huic in quęstione mea facta in pueritia mea quęre, quoniam ibi forte subtilius scripsi quam debui, quare, &c. (Tandem manifestum) hic redit ad propositum, & infert ex dictis correlarium. d. tandem manifestum est ꝙ corpora mundi sunt quinq;, scilicet quatuor contenta, & vnū

Dubitatio.

continens. Dubitatur, quoniam vel distinctio specifica corporum ponit in numero, vel non si non, ergo vnum est elementum, quoniam elementa tantum specie differunt. si ponit in numero, non tantum quinque erunt corpora: quoniam corpora cælestia differunt specie, sicut & motus eorum, modo multo plures sunt motus cæli, quam elementorum. 12. metaphysi. tex. commen. 48. Ad quęstio-

Solutio cuiusdam.

nem dicit quidam homo huius temporis, ꝙ in rei veritate plures sunt motus, & corpora quam vnum, sed Aristo. satisfacit vulgo, qui tantum iudicat diuersa, quę

A sensu videntur diuersa: & , quia corpora cælestia non iudicantur sensu diuersa, ideo ea computat pro vna natura: quia, vt dicit secundo topicorum , loquendum vt plures, sentiendum vt pauci. Sed hęc solutio est derisibilis. Arist. enim in scientia demonstratiua non loquitur vulgaribus. Pręterea, vt dicit Auer. quarto cæli, etiam naturam ignis esse diuersam a natura aeris non nisi forti ratione compertum est. Præterea , philosophi non nisi sensu inuenerunt corpora cęlestia diuersa, vt apparet per astrolabia, & alia instrumenta regularia. Tandem dico, quod Auer. secundo cęli. commen. 49. respondet, & dicit quod motus cęli diuersi non differant tanquam motus totales , sed tanquam motus membrorum, & ideo omnes illi constituunt vnum motum totalem , & potest tota natura cęli dici vna natura totalis, licet sint ibi plura membra, & plures motus: & tu vide quoniam Auerro. respondet argumentis Auicennę ibidem. (Prædeclarato etiã quod elementa.) Hic infert aliud correlarium dicens, prędeclarato , id est, tanquam declaratum accipitur ꝙ elementa sint sphęricę figurę , cuius rationem dicit, quia ambiuntur a corpore sphęrico. Sed dubitatur adhuc circa idem, quoniam pauloante dictum est, corpora elementaria contineri , eo quia sunt rectę figurę, & econtra, corpus sphęricum. Ad hoc dicit Auerroes. 2. cæli. commen. 108. quod corpus elemētum limitare sibi figuram sphęricam naturaliter est duobus modis : essentialiter & inseparabiliter , & naturaliter separabiliter . primo
B modo non: quoniam solum cęlum limitat sibi figuram sphęricam . secundo modo sic: quoniam, licet elementum possit stare sub quacunq; figura, attamen vniuersalius stat sub sphęrica, licet possit stare sub opposito eius , & ideo quia potest stare sub opposito, oportet vt terminetur per id , quod essentialiter est tale. s. cęlum verum non determino nunc elementa esse figurę rotundę naturaliter, sed alias dicam, & dixi. (Et quia dicta elementa) tertio infert tertium correlariũ. d. et quia motus orbiũ continet dicta elementa, ideo elementa mouentur hinciude, & propter idem miscentur, & generationes contrarię, & corruptiones sup. fiunt in indiuiduis non in speciebus, sicut dicit Arist. 2. perther. tex. cõm. 56. Deinde infert aliud. d. & si aliquis supercęlestium motuum cessaret , ordo totus vniuersi destrueretur, immo, si esset cęlum sine motu , adhuc destrueretur, aut esset nouus ordo. & quęstiones accidentes huic quęre in penultimo capitulo de substantia orbis in expositione mea . Deinde infert aliud. d. & patet ꝙ nullus horũ motuum est sine necesse esse. i. motoribus, aut sine bene esse. i. intellectus, quę dicantur bene esse motuum , quoniam numerus motuum est per numerum intelligentiarum. & addit ꝙ omnia ista clare probata sunt in singulis locis tam ab Aristo. quam a suis posterioribus. (Prælibatis igitur istis.) Cum accepit primum fundamentum, vult modo accipere aliud, & primo continuat se ad præcedentia. d. prę
C libatis igitur istis pertractabimus disputare in obiectionibus Algai cum autoritatibus, id est, rationibus autenticis ad demonstrationem circunstantium, id est, auscultantium magis, super efficaciter, quam sint dicta huius hominis. Post continuationem ponit secundum fundamentum quodammodo tanquam conclusionẽ. d. & dicemus ꝙ imaginandum est, ꝙ quęlibet sphęrarum supercælestium est viua, hęc est conclusio. s. quodlibet corpus cæleste seorsum ab altero est viuum. Et primo tangit vim rationis eius, quę est in prima figura, cuius minorem accipit. d. probat. quoniam constituitur ex corporibus terminatis in figura, & mensura, & mouebitur de seipsis, id est, ab intrinseco, ergo ad terminatas partes . Deinde accipit maiorem. d. & quodcunq; sic se habet, videlicet ꝙ, quando videmus corpus terminatum in quantitate , & qualitate mobile de seipso in loco ab aliqua terminata parte, non parte cuiusdam extrinseci rei. i. per pedes, vel brachia, vel scardas, vel ab aliquo attrahente ipsum, & ꝙ simul & semel mouetur ad oppositas partes , dicendum est diffinitiue ꝙ tale corpus est animatum . ecce igitur maior, & minor. Circa limitationem propositionum. s. maioris, & minoris debes scire ꝙ viuum differt a non viuente, primo modo, quoniam omne viuens requirit corpus terminatæ quantitatis , & hoc innuit per terminari mensura . Fingunt enim sapientes ꝙ elementum, vt sic potest crescere ad infinitum , vt apparet secundo de anima, vbi dicitur ꝙ, si igni apponatur combustibile in infinitum

Impugnatio

Solutio propria.

Dubitatio.

Solutio.

Quõ elemẽta limitant sibi figuram sphęricã, & qũo rectam.

Quinq; modis differunt animata ab inanimatis.

creſceret ignis. vbi dicit ꝙ non ſic eſt corpus viuens, cum ſit determinatę magi A
Secundo. tudinis, & augmenti. ſic dicit notanter terminatis in menſura. Secundo differt
viuēs, quoniam omne viuens eſt limitatę, & certę figurę. quoniā, vt dicit Auer.
tertio cęli. commen. 67. figura eſt de diſpoſitionibus eſſentialiter ſequentibus for
mam, & maxime animam. Manifeſtum eſt enim elementa non limitare ſibi cer
tam figuram, vt pauloante dictum eſt. econtra eſt de viuentibus. vnumquodque
Tertio. viuum ſibi limitat certam figuram eſſentialiter. & tu lege. 3. 4. cęli. Differt ter
tio. quoniam inanimata non mouentur a principijs in eis, vt dictum eſt. 8. phy.
ſcilicet de potentia eſſentiali. animata autem econtra: & tu vide ibidem, ſcilicet
Quarto. commen. 32. & 31. Quarto differt, quoniam inanimatum pluries mouetur ab
alio extrinſeco, Verbi gratia, ferrum a magnete, pluries etiam ab impellente
non ſic cōtingit de animato. recolligendo igitur naturas corporum animatorum,
Quinto. iam apparet, quomodo mouetur ab extrinſeco. Quinto differt, vt accipitur in li
bro de anima. quoniam animatum mouetur ſecundum omnem differentiam poſi
tionis ęque naturaliter, vel non magis naturaliter verſus vnam partem quam
verſus alteram. Inanimata autem ad certum punctum mouentur omnia, vt iam
Ratio. dictum eſt in libris philoſophorum. Ex his ergo propoſitionem maiorem, ſci
licet omne corpus terminatum in menſura, figura mobili a principio in eo ſine
concurſu cuiuſcunque extrinſeci verſus partem terminatam per partem termi B
natam, ſupra partem terminatam, eſt corpus animatum viuens. & hęc maior eſt
manifeſta ex quinque poſitis. minor autem ſupponitur per ſe tanquam nota. &
inde concluditur concluſio poſita, ſcilicet ꝙ corpora cęleſtia ſunt viua animata.
(Diximus tamen) Limitat maiorem quantum ad vltimam particulam. diximus
tamen ꝙ corpus ſupercęleſte non ab aliqua cauſa extrinſeca mouetur, quia fer
rū mouetur a lapide magnetis, quando ille lapis eſt præſens extra. (Vnde iſtis.)
Deinde infert correlarium, quaſi ad propoſitum quęſtionis. d. vnde iſtis pręliba
tis, ſequitur quod in corpus ſupercęleſtibus ſunt ſignati naturaliter. ſ. poli mundi,
ſic impoſsibile eſt quod ſint alibi. poli aūt ſunt ſimiles ſurſum & deorſum in ani
malibus, vt dicitur. 2. cęli. cō. 16. & 15. & dixit naturaliter: qm̄ in omni periphe
ria cęli poteſt ſignari polus, ſed non naturaliter. Deinde probat iſtud. d. ſicut ani
animalia pręſentia. i. nobis manifeſta, ſ. generabilia habent propria membra in
locis proprijs, operibus ſignata, & non decet ꝙ ſint alibi: vt dicamus. i. exponen
do me, quantū ad membra motus, quę ſunt in locis proprijs animalium. iſta. n.
mēbra habent ſitus in corpore animalis naturaliter. & hęc eſt quaſi vis maioris.
deinde accipit minorē. d. & quia poli animati ſphęricę figurę ſunt ſimiles mem
bris motus noſtrorum animalium: & tangit paruam differentiā, quę nō remouet
propoſitum, & dicit, & nulla eſt differentia in hoc inter animalia ſphęricæ figu C
rę, & inſphericę. i. rotundę figurę: niſi quia in noſtris animalibus differunt mem
bra prędicta in figura, & potentia. i. quo ad diſpoſitionē figurę, pro quanto figu
ra capitis differt ab illa pedum. & potētia: qm̄ virtus capitis eſt alia a virtute pe
dum in animali inſphęricę figurę differunt tantum in potentia. Et vult habere
quod iſta differentia non tollit concluſionem iam dictam, ſ. quod illi poli ſunt
terminati naturaliter, & tanquam membra animalis propria. Declaratum eſt igi
tur vſque huc, quod corpus cęleſte eſt viuum habens membra, vel quaſi mēbra
animalis, vt dicetur. Sed, quomodo corpus cęleſte ſit viuum, & animatum dictū
eſt a me in pluribus locis, quomodo ſit diuerſum ſecundū poſitionem, ſcilicet, ſur
ſum & deorſum, ante retro, & dextrum & ſiniſtrum. Dictum eſt in quęſtione
mea ſingulari propter hoc inſcripta Vincentio Quirino Veneto meo ſcholari:
vbi acute declarata eſt tota iſta materia, licet in fine colligam quędam dicta ad
propoſitum. (Et ideo opinati ſunt) Hic ponit peccatum theologorum. Et primo
accipit propoſitionem, quaſi pręmiſſam. Secundo accipit propoſitionem quaſi
concluſionem, & dicit primo. & ideo opinati ſunt loquētes quod membra huius
animalis, vult dicere cęleſtis, non differunt aliquo modo: vult dicere quod de
xtrum, ſiniſtrum, ante, retro, ſurſum, & deorſum non differunt naturaliter, & ab
ſolute, ſed ſunt ibi reſpectiue, ſicut in columna: & tunc infert propoſitionē quaſi
concluſionem. d. vnde, ideſt propter quam cauſam, ſcilicet, quia ibi non ſunt niſi

A respectiue, & non naturaliter dicant quod possibile est polum mundi esse in quibuscunque duobus punctis fuerint in ipsa sphęra: vult dicere quod sicut in columna possunt accipi illa puncta ad placitum, ita & in cęlo. Et debes scire quod Auerroes non reprobat hanc opinionem, sed quasi correlarie voluit habere eam pro reprobata: quoniam iam declarauit esse simile de cęlo, & de animali nostro pręsenti. Aristote. enim in secundo cęli in loco eius vsus est ratione Auerrois, hic posita, scilicet quoniam, quod est de perfectione animalis, inquantum animal, non erit negandum ab animali cęlesti, quod est perfectius, & multo honorabilius animali generabili: modo declaratum est huiusmodi sex differentias positionis esse de summa perfectione animalis, inquantum animal: ideo non erit negandum ab animali cęlesti: & hanc rationem voluit Simplicius esse intelligendam ex vi verborum Aristot. ibidem contra antiquos. Secundo debes scire, quod sicut in animali pręsenti nobis sunt naturaliter sex virtutes diuersæ, saltem in modo naturaliter ei inexistentes ab ipsa anima, ita in quolibet corpore cęlesti. V.g. est virtus sursumitatis. s. in capite. virtus opposita scilicet deorsum in pedibus. Virtus anterioritatis, videlicet, ante visum & pectus, & virtus posterioritatis post humeros, & virtus dextreitatis & sinistreitatis, quæ naturaliter sunt virtutes existentes in composito ex corpore & anima, ratione tamen animę principaliter. quare autem sic sunt, & non aliter, & tot & non plures, neque pauciores, & sic dictę & non aliter, non est locus præsentis speculationis, sed in tractatu de hoc dixi, scilicet intitulato Magnifico viro Vincentio Quirino, Patricio Veneto. Sicut ergo istę sex virtutes naturales, & absolutę, & verę animali pręsenti, ita in animali absenti, scilicet cęlesti est virtus sursum & deorsum, vt sunt duo poli. antarcticus quidem est sursum, arcticus, ad quem nostra habitatio, vergit deorsum. non quod illi puncti sunt istę virtutes, sed ibi habent vires, & partes iterum sunt alię. s. ante & retro, vt sunt angulus medietatis diei, & angulus medietatis noctis. Dici quidem ante noctis vero retro. Iterum sunt alię duę. s. dextrum & sinistrum, & istæ sunt, dextrum quidem oriens, sinistrum quidem occidens: & locutus sum hic sine ratione, quoniam ibi sum locutus valde subtiliter.

Nota. Quod est de perfectione animalis, in quātū aīal, inest aīali cęlesti, quia pfectius.

B

SED SVNT LOCA quęstionis, quorum primus est, vtrum quilibet orbis habeat suas proprias differentias positionis, an totum colligatum ex omnibus orbibus, sicut animal totum colligatum ex membris? Secunda quæstio, vtrum huiusmodi virtutes sunt substantię, an accidentia: &, si substantiæ, an separatę, an in materia? &, si accidentia, vtrum ęterna an generabilia: & hæc quidem quæstio multum difficilis est. Pro intellectu solu. quæstionis debes scire, quod huiusmodi differentiæ positionis possunt capi dupliciter. Vno modo

C respectiue, & secundum comparationem. Secundo modo absolute & naturaliter: & iterum absolute & naturaliter dupliciter: aut vniuersaliter respectu totius vniuersi, aut particulariter respectu vnius determinati corporis & animalis proprij. Si respectiue & secundum comparationem, sic sunt relationes ex parte portionis terræ habitabilis fixæ in toto vniuerso. Verbi gratia quælibet portio terrę habitabilis, & quælibet ciuitas habet propriam situationem respectu cęli: respectu cuius possunt huiusmodi sex differentię positionis assignare. gratia exempli. Suessa, vbi sum natus, habet dextrum cęli respectu orientis totius versus montes caschani, sinistrum versus situm montium Cayetæ, ante in directo angulo diei, retro in opposito, deorsum respectu montis firni, sursum respectu maris Leonis: & sicut dico de Suessa, ita dico de Padua, & Venetijs, & Neapoli, &c. q̄libet enim ciuitas in cęlo habet sex istos respectus fixos, &c. immo contingit istos respectus variari respectu cuiuscunque portionis terræ. Sed dices, isti respectus vbi sunt subiectiue? Respondeo, quod sicut columna dicitur dextra & sinistra nullo accidente nouo adueniente ei, sic nullo respectu accidente reali cęlo, accidentia illa variantur in cęlo variatione nostra: & sicut illi respectus sunt subiectiue in nobis, ita illi respectus cęli sunt subiectiue in terra habitabili. huius ratio est: quoniam, cum ciuitates innouantur, tunc cęlo accideret nouum aliquod, quod non conceditur: & sicut dico de portione ter-

Petitio. Responsio.

re parua, ita de tota terra magna habet huiusmodi differentias respectu cœli to- A
tius, vltra illas, naturaliter & absolute existentes. Si vero loquimur de illis se-
cundo modo, sicut dixi, duobus modis vniuersaliter & particulariter. loquendo
primo de eis vniuersaliter, dicendum: quod illę sunt sex virtutes reales, & natu-
rales animę cęli, mediantibus quibus fiunt diuersę operationes circa terram. ima-
ginandum est enim quod sicut primus motor est primus finis, prima forma, &
primus motor: non quidem tres res, sed vna res, & multæ in modo, vt dicit Auer-
roes. 12. metaphy. commen. 6. ita illæ differentiæ naturaliter & absolute sumptæ
Solutio secũdæ q̃stionis. sunt vna res, scilicet ipsa anima cæli vniuersaliter, diuersa tamẽ in modo, prout
diuersimode per portionem cæli diuersam influit, & sic sunt vna res in subiecto,
plures tamen in modo, prout multę ex ea per portiones cæli diuersas veniunt
operationes: & sic ex anima sic multa in virtute operandi, & corpore cælesti
simplici proueniunt diuersę operationes ratione illarum virtutum, quæ sunt ipsa
anima cęli totius. Et per hoc satis sit secundæ quæstioni. Sunt enim substantiæ
separatæ vna in subiecto, multæ tamen in modo, vt dictum est. ex his sequitur
primo, quod siue terra habitabilis sit, siue non: iam possent, & essent huiusmodi
differentiæ cæli sic sumptæ: quoniam non sunt nisi ipsa intelligentia pluribus vir-
tutibus multa cælo applicata & continuata, vt anima & motor. Secundo sequi-
tur, quod sicut nulla est quærenda causa, quare intelligentia vnitur cælo, nisi B
quia intelligentia & cælum est cælum: ita nulla est causa, quare ipsa sit multa in
virtute. secundum dextrum vnitur orienti, & secundum sinistrum occidenti, &c.
Dubitatio. nisi quia est intelligentia sic multa in virture. Sed dices substantia cæli est sim-
pliciter vniformis in toto, quomodo diuersæ operationes possunt ab vna intelli-
gentia prouenire in partes vnius rationis. Dico, quod ista fuit ignorantia cuius-
Solutio. dam mei concurrentis, qui dicebat quod propter hoc erant influentiæ: sed ego
dico, quod sua responsio non est intelligibilis, nec digna poni hic. Ideo dico
aliter, quod non est imaginandum, quod sicut aqua fluit ab vno puncto per par-
tem, ita illæ tales vires fluant ab intelligentia in portionem cæli, vt ille grossus
imaginabatur: sed oportet supponere ex anima cæli, & ipso cælo constitutum
esse quoddam animal, sic per partes diuersas diuersimode influere: non quod suc-
cesiue exeant ab intelligentia, sed exeunt a cælo toto ratione intelligentiæ: &
tu considera in animali præsenti. Si vero loquatur particulariter, dicendum est
similiter: quod sicut respectu totius orbis dantur sex differentiæ positionis, ita re-
spectu cuiuslibet sphęræ dantur sex alię. Verbi gratia respectu orbis lunæ, & re-
spectu orbis solis, & sic de alijs: & iam dicendum est in toto eodem modo par-
ticulariter & vniuersaliter: & tu recurre ad modo dicta, & per hæc iam appa-
ret expositio commenti. 16. &. 15. secundi cæli. vbi Auer. loquitur de huiusmo-
di differentijs cæli, & multa dicta in illo tractatu, & patet intẽtio eius in vltima C
Prima dubitatio. disputatione, in solutione vltimi dubij. Sed adhuc anima non quiescit: quoniã
sunt tria, quę faciunt quæstionem. videmus enim in animali præsenti quod hu-
iusmodi virtutes sunt reales, realiter, & in subiecto diuersæ: quare non sic sequi-
Secunda. tur in cælesti corpore. Secundo, videmus huiusmodi virtutes requirere determi-
natas figuras, Verbi gratia, alia est figura, quę requirit sursum, alia, quæ requirit
Tertia. deorsum, & sic de alijs, quare non sic est de cælesti corpore. Tertio, cum virtu-
tes non innotescant nisi ex proprijs operationibus, quæ sunt operationes illarũ
Solutio. sex virtutum, per quas debeamus arguere ibidem illas vires esse. Ad istam vl-
timam quæstionem dicendum, quod in animali præsenti, Verbi gratia, homines
ex tribus iam sumuntur, scilicet ex motu locali, & alteratione, & motu augmen-
ti: vt scis ex libro cæli, Verbi gratia, ante in homine est principium motus sen-
sationis, quæ est quædam alteratio perfectiua, & per oppositum retro sumitur
ex eo, quia non est principium illius, sed finis. incipit enim sensatio ab ante, &
terminatur in retro. dextrum similiter, quia est principium motus localis, & si-
nistrum, quia est finis illius: incipit enim motus localis naturaliter a dextra par-
te, & terminatur in sinistra: sursum & deorsum sumitur a motu augmenti, eo quia
sursum est principium augmenti. pro quanto per sursum assumitur cibus, deorsum
finis eius. propter igitur istos tres diuersos motus innascuntur in animali gene-

A rabili sex differentiæ positionis diuersæ, vt nunc suppono. Tunc applicando ad propositum: quia illa, quæ sunt dispersa in natura inferiori, & per diuersas portiones sumpta, reperiuntur vnita in superiori, & per vnam portionem sumpta. Ideo dicendum q penes motum localem tantum sumuntur illæ sex in cœlo, & notanter per motum localem magis, quoniam est simplicior, & plus corpori simplici accommodatus. Imaginandum est enim, sicut dicit Arist. 11. lib. de animalibus, q cœlum est simile homini, qui super pedem voluitur a dextro pede, & manu in sinistrũ pedem & manum circumcirca: veluti rota, videlicet fixa per punctum capitis, & pedum. Sicut ergo, tunc dextrum est, a quo incœpit motus, & ante, per quod transit, & sinistrum, ad quod terminatur, & retro, per quod girat redeundo iterum ad dextrum & sursum: & sunt puncta fixa, supra quæ fiunt istæ reuolutiones. Ita in corpore cœlesti imaginandum, scilicet q dextrum est oriens, a quo incœpit motus circularis, angulus diei ante, per quod transit. accidens sinistrum, in quod terminatur angulus noctis. retro, per quod redit ad dextrum: & antarcticus & arcticus polus sunt sursum & deorsum, in quibus cœlum fixe reuoluitur: & tu lege de homine imaginato reuerti in naturam cœli. 2. cœli. commen. 14. Ecce igitur quomodo ad quæstiones respõdetur. Ad primam dicendum q causa diuersitatis est, quia natura cœli est natura superior, & natura animalis hic est natura inferior: & ideo quæ sunt diuersa hic, habent vniri ibi, vt colligitur. 2. cœli. commen. 42. per idem. Ad secundam: quæ enim dispersas figuras requirunt hic, in superiori possunt in vna figura vniri, eo quia illa natura est superior, & hæc inferior. Ad tertiam iam appa ret qualiter innotescunt ex vna operatione tantum propter eandẽ causam, prout respectu illius, diuersimode concurrunt, vt visum est: & bene verum dicũt quidam astronomi, q sub dextro cœli & sinistro, & sic de alijs, fiunt diuersæ influentiæ, & diuersæ operationes, quæ sunt nobis occultæ: & tu vide Alber. 2. cœli. qui multum aduersatur meæ opinioni, & credit contradicere Auerro. & vt puto noluit ipsum intelligere. Sed dices adhuc, cœlum semper mouetur, quõ possunt sumi istæ partes, & ista principia respectu æterni: & tu vide solutionem 2. cœli. commen. 14. Potest tñ dici pro nunc, q sunt ibi illa, pro quanto si cœlũ nouiter mouetur, sic inciperet, & sic prosequitur, & terminatur. Declaratum est igitur quomodo, & qualiter huiusmodi differentię sunt in corpore cœlesti, & propter quid, & sub quibus respectibus, & differentia hęc sunt iam exposita. redeamus ergo ad locum nostrum. (Similiter dicendum.) Hic vult ex dictis soluere quæstionem iam tactam, scilicet an huiusmod. differentiæ sint sumendæ in quolibet orbe determinato, sicut in toto vniuerso colligato ex omnibus orbibus, & dicit, similiter recte dicendum in supercęlestibus corporibus de ipsorum polis: vult dicere particulariter de quolibet determinato orbe, quo ad polos & alias differentias positionis: cuius rationem tangit. d. eo quod corpora orbium non sunt vna in specie, id est, non sunt vnius naturæ specificæ multa in numero, immo sunt multa in specie, sicut est indiuiduum animalium vniuersalium: vult dicere generabilium, & ponit aliquam differentiam dicens, quãuis non inueniatur de illa specie nisi vnum indiuiduum in tota specie, vt patet primo cœli. commen. 90. sed quomodo sit illud, vide in secundo capitulo de substantia orbis: quoniam moui, q. in propria forma, & soluit contradictionem hic, & 2. cœli. commen. 49. & non est opus omnia scribere. (Et hoc modo respondendum.) Et quia iam tacta sunt fundamenta multum bene ad propositum, modo vult ad formam respondere: arguebatur enim, quare corpus cœleste mouetur ad terminatam partem, &c. aut enim hoc fuit casu, aut sub voluntate primi, vt iam dictum est, & dicit, & hoc modo respondendum est ad quæstionem: quare orbes mouentur ad diuersas partes: cui respondet. d. quasi prout orbes sunt animati, pertinent vt moueantur a partibus terminatis, & versus terminatas partes, videlicet; dextra & sinistra, & ante & retro: quæ partes sunt motus in quibuscunque animalibus terminatæ, & hoc iam declaratum fuit. (Sed in diuersis differunt.) Sed quia iam data est solutio, & dictum est in corporibus cœlestibus reperiri huiusmodi differentias sex situs, & positionis: vult

Cœlũ est simile hoi.

Ad primã.

Ad secũdã.

Ad tertiam.

Dubitatio.
Solutio.

modo tangere differentiam inter huiusmodi in corporibus cœlestibus & generabilibus, & dicit: sed in diuersis differunt: vult dicere ꝙ huiusmodi differentiæ in generabilibus sunt diuersæ, & cœlestibus, scilicet in figura, & potentia: quoniam in animalibus huiusmodi virtutes differunt, eo quia limitant sibi membra diuersarum figurarum, & sunt virtutes diuersæ: sed in cœlestibus non differunt nisi potentia tantũ, vt iam tactum est: & tu recurre ad digressionem per tactũ & addit quod huiusmodi ratione opinatur Arist. quod cœli habent sex extremitates, & non sup. in figura diuersas, sed virtute tantum. Et tunc concludit viam solutionis d. & ideo dicimus quod diuersitas motuũ in tempore partium cœlorũ procedit ad diuersitatem, id est, propter diuersitatem ipsarum differentiarum cœlorum, & addit quod hoc est proprium in prædictis corporibus, scilicet ꝙ corpora super cœlestia differunt in specie, diuersitate, id est, propter diuersitatẽ partium ipsorũ motuũ, quasi dicat: quod eo modo differũt motus cœlorũ, sicut differunt corpora cœlestia, & quia differunt specie, ideo differunt specie: & ideo dicitur huiusmodi differentiæ in quolibet corpore cœlesti. (Vnde considerandũ, Et quia iam soluta est quæstio, & exposita est, vult modo cõcludere correlarium naturam corporis cœlestis, & illius motuum, & d. vnde considerandum est, id est, concludendum secundum veram considerationem quod primum corpus cœleste, id est, totum colligatũ ex orbibus, est vnum animal per se, cuius natura est aut secundum necesse esse, aut secundum bene esse, quod mouetur, id est, cuius natura de necessitate, aut vtiliter debet moueri motu cũ omnibus suis partibus id est communi omnibus eius partibus, videlicet diuino motu, id est, diurno: sicut animal colligatum ex omnibus membris mouetur vnico motu, ita totus cœlorum nexus vnico motu diurno vniuersali mouetur: & de natura aliorũ orbium est, quod mouentur versus contrariam partem: & huius nõ potest dari alia causa. Deinde comparat inter motum octauę sphærę, & reliquarum. d. & est sup. necessarium quod pars motus vniuersalis est nobilior partibus aliorum: vult dicere quod illa portio motus conueniens octauo orbi, est nobilior aliis portionibus, quæ conueniunt aliis, prout, i. q̃m hoc corpus, scilicet octauum est nobilius omnibus corporibus & nobilibus: nobilibus debet attribui nobilior pars in suo motu: & recito tibi fabulam, immo veritatẽ, quod quidã meus amicus Paduæ legens, cũ eramus in cœna Rectoris nostri nouiter laureati, noluit comedere plus, quia non datata fuit sibi portio marzepani secundum nobilitatem eius & sic abiit: & omnes risu magno exaltati fuimus: & ita, quia octaua sphæra est nobilior aliis, ideo sibi debetur portio motus nobilior. Deinde excusat se. d. & omnia ista sunt probata demonstratiue in suis locis, & ideo non indiget nũc probare: & ideo corrigit illum dicens, vnde frater mi, si tibi placuerit diligenter pone intellectũ tuũ ad stateram ponderandam inter phantasmata huius hominis, & flores philosophorũ: & tandem impossibile est quod ordo orbium sit per alium modum: & sic soluta est quæstio ita copiosa, sicut vides: & tam bona declarata sunt, & multa horum in sequenti disputatione declarabo: quoniam non est bonum omnia ponere in vno.

AVEROES.

AIt Alga. Dubitatio autem Secunda pro radice rationis eorum est vt dicatur, vos negatis emanationem prouenientem ab antiquo, & tamen impossibile est vobis absque cõfessione eius Nam in mundo sunt innouationes, & habent causas. si autem innouationes illæ processerint ad alias innouationes, & sic in infinitum, erit falsum. & hoc non est id, quod cogitet aliquis intelligens. Si autẽ hoc esset possibile, eritis absque necessitate concedendi agens, & affirmare necessarium in esse, quod est sustentaculum innouationum possibilium. &, cum innouationes habuerint extremitatem, ad quam deue-

A niat processus earum, tunc illa extremitas erit antiquum ipsum. ergo non euadet secundum radicem vestram, quin permittamus emanationem innouati ab æterno.

Vult iterum arguere contra philosophos. d. Adhuc arguendum est super philosophorum opinione hoc modo: vos negatis aliquod innouari ab antiquo æterno, & nos dicimus quod oportet concedere hoc necessario: cuius rationem tangit. d. multa enim in mundo sunt noua a terminatis causis procedentia, & probat hoc. d. aut noua causantur a nouis, & sic ad infinitum: aut perueniũt ad finẽ. primũ est falsum, & ab omnibus falsum esse est concessum: cuius rationem tangit. d. & si concedimus hoc possibile esse, id est, continue nouum a nouo procedere in infinitum: oportet negare primam causam necessariam esse, ad quã omnia possibilia reducuntur: & hoc declaratum est 2. Meta. & tunc concludit veritatem alterius membri. d. oportet ergo quod omnia noua in fine, id est tandem, reducantur ad extremitatem, videlicet antiquum: & si sic: ergo nouum absolute potest ab æterno innouari: & hæc est ratio Auicen. & multi loquentes nostræ legis vtuntur ea pro fortissima.

B

AVEROES.

AIt Auer. Si vellent Philosophi ponere ens antiquum in esse propter ens, quod innouatur, hoc modo inferendo rationem, scilicet si posuissent ꝙ innouatum, in eo ꝙ est innouatũ, emanat ab æterno, tunc esset eis refugium exonerandi se à dubitatione in hac disputatione. Sed debes scire ꝙ Philosophi permittunt esse innouatum ab innouato in infinitum per accidens, cum fuerit hoc reiteratum in materia comprehensa finita: vt ꝙ sit corruptio corrupti in eis conditio requisita in esse secundi tantũ. v. g. qm̃ est necesse apud eos vt homo ab homine generetur, cum conditione, ꝙ corrumpatur homo præcedens, ita ꝙ sit materia, ex qua generetur tertius. verbi gratia ꝙ imaginentur duo homines, quorum primus fecit secundum ex materia hominis corrupti: &, cum fuerit homo secundus, ipsemet homo primus corrumpitur, & facit homo secundus ex materia eius hominem tertium,

C iterum corrumpitur homo secundus, & facit ex materia eius homo tertius hominem quartum. Nam potest imaginari in duabus materiis posse fieri actionem in infinitum, absque eo quòd sequatur inde falsitas. & hoc tantum, quantum remanet agens. &, cum hoc agens non fuerit ei principium, nec finis in esse suo, tunc hæc actio non habebit principium in esse suo, nec finem, vt declaratum est superius. Et sic accidit imaginari in eis tempore præterito, scilicet cum præcesserit hominem homo, qui eum fecerit, & homo corruptus, & ante hominem illum homo, qui eum fecerit, & homo corruptus. nam omne tale, cum substentatur in agente antiquo tunc est in natura circuli, in quo impossibile est esse quid totum. Si vero fuerit homo ab homine ex materiis infinitis, & possibile est vt addãtur additione infinita, tũc est falsum: qm̃ esset possibile reperiri materiã infinitam, & reperiretur quiddã totum, quod nõ finiretur: quoniam, si reperiretur totum finitum additum additione infinita, absque eo, quòd corrũpatur aliquid.

eius, tunc erit possibile, vt reperiatur totum, quod non finitur: & hoc est, quod iam probauit Aris. in lib. Physi. ergo modus, quo probauerunt Antiqui ens antiquum, quòd non moueatur omnino, non est ex parte esse innouatorum ab eo, in eo quod sunt innouata, sed in eo quod sunt antiqua in genere. Et conueniens apud eos est, quod hic processus in infinitum sequatur ab ente agente antiquo: quoniam innouatum necesse est vt sequatur per se a causa innouata. Sed modus, quo posuerũt Antiqui, quo ad esse ens æternum vnum numero, absque eo, quòd recipiat aliquam speciem mutationis, sunt duo modi: quorum Vnus est, quoniam inuenerunt hoc esse circulare antiquum: inuenerunt enim generationem hominis, qui reperitur nunc, esse corruptionem præcedentis, & generationem huius corruptionem præcedentis, & sic corruptionem eius, quod corrumpitur ex eis, inuenerunt esse generationem subsequentis: & intulerunt de necessitate quòd hæc mutatio antiqua sit à motore antiquo, & moto antiquo, non mutabili ex se, sed quod mutatur tantum in loco secundum partes, scilicet appropinquando quibusdam generatis, & distando. & hoc erit causa corruptionis corrupti ex eis, & generationis generati: & illud est corpus cœleste. & hoc quidem corpus est ens, non mutabile: & ipsum est causa innouationis ex parte operationum suarum, quæ fiunt, & ipsum, ex parte continuationis harum operationum ei, scilicet non habens principium, nec finem, est ex causa non habente principium, nec finem. Secundus aũt modus, quo posuerunt ens antiquum, non corporeum omnino, nec habens materiam, est, quia inuenerunt omnia genera motuum deuenire ad motum in loco, & inuenerunt motum in loco deuenire ad mobile ex se a motore primo, non moto omnino, nec per se, nec per accidens: sin autem, reperirentur motores, qui mouentur, simul infiniti: & hoc est falsum. Et oportet vt hic primus motor sit æternus: sin aũt, non esset primus. Et, cum sic fuerit, tunc omnis motus in esse deuenit ad hunc motorem per se, non autem per accidens: & est id, quod reperitur cum omni moto in hora, qua mouetur. Esse autem mobile ante motorem, vt hominem generari ab homine, hoc est per accidens, non per se. Motor autem, qui requiritur in homine à principio generationis eius ad finem esse eius, est hic motor. & sic esse huius motoris requiritur in esse omnium entium: & requiritur in conseruatione eorum, quæ sunt in cœlo, & terra, & reliquorum, quæ sunt in medio. Et hoc totum non declaratur in hoc loco demonstratione, sed sermonibus, qui sunt de genere huius sermonis, & sunt magis sufficientes, quã sermones aduersarii ei, qui confitetur veritatem. Et, cum declaratum fuerit tibi hoc, non indiges euasionibus, quibus tuetur se Alga. à quæstione Philosophorum circa modos dubitationum contra eos in hac disputatione: quoniam sunt euasiones diminutæ. nam, cum non fuerit sibi declaratus modus, quo posuerunt ens æternum in esse, non erit declaratus ei modus euasionis eorum ex esse innouati ab æterno. &

A hoc est, sicut diximus, mediante eo, quod est ęternum ex se, sed generabile, & corruptibile propter motus suos particulares, non propter motum vniuersalem circularem, seu mediante eo, quod est passionis æternæ in genere, s. non habens nec principium, nec finem. Sermo autem Alga. respondet pro Philosophis. Si autem dixerit, nos equidem non negamus emanationem innouati ab antiquo, i. quodcunque innouatum fuerit: sed negamus emanationem innouati ab antiquo, quod sit caput innouatorum ab antiquo, postquam non distinguitur hora innouationis ab ea, quę fuerat antea circa inclinationem modi essendi, non ex eo, ꝙ imaginatur hora, nec instrumentum, nec conditio, nec natura, nec accidens, nec causa causarum, quę causat aliquam rem. Cum autem non fuerit hoc innouatum primum, ipsum potest esse vt emanet ab eo cum innouatione alterius rei de dispositione subiecti recipientis, seu aduentu horę conuenientis, aut eo ꝙ currit ita hoc cursu naturali. Et, quia respondit eis Alga hac responsione, dixit, respondēs

B eis, interrogatio autem de aduentu dispositionis, aut aduentu horæ, & omni, quod innouatur in eo, est conueniens, & aut procedet in infitū, aut perueniet ad antiquum, ex quo erit innouatum primum. Attamē nos dicimus ꝙ hęc interrogatio est, quam interrogauit primo: & hęc species consequentię est illa, quam intulit contra eos, ad tenendum ꝙ emanet innouatum ab ęterno. &, quia respondit ei responsionibus nō congruis interrogationi, & est permittere innouatum ab ęterno, non autem innouatum primum, ideo reiterauit quęstionem eis. Sed responsio huius quęstionis est id, quod pręcessit de modo emanationis innouati ab antiquo primo, non in eo ꝙ est innouatum, sed in eo ꝙ est ęternum, ex eo ꝙ est ęternum secundum totum, innouatum vero secundum partes. nam omne agens ęternum apud eos, si emanauerit ab eo innouatum per se, non est antiquum primum apud eos. & actio eius apud eos substentatur antiquo primo, scilicet aduentus conditio

C nis actionis antiqui, quod non est primum, sustētatur antiquo primo, eo modo, quo sustentatur innouatum ab antiquo primo: & est sustentatio, quę est secundum totum, non secundum partes. Deinde adduxit responsionem pro Philosophis in eo, quòd ipse imaginatus fuit partim imaginationem opinionis eorum: & est quòd non potest imaginari innouatum ab antiquo, nisi mediante motu circulari, qui assimilatur antiquo, ex eo quòd non habet principium, nec finem: & assimilatur innouato, quia omnis pars eius imaginatur generata, & corrupta: & hic motus ex innouatione partium eius erit principium innouationum, & erit in ęternitate vniuersitatis eius actio ęterna. Deinde dixit circa dubitationem huic modo, quo emanat innouatum ab antiquo primo secundum opinionem Philosophorum, & dixit eis, motus circularis aut est innouatus, aut antiquus. Si autem est antiquus, quomodo possit esse principium primum innouatorum? Si vero innouatus, tunc indiget innouante, & procedet res in infinitum. Si vero

innouatus, tunc indiget innouante, & procedet res in infinitum. Si vero dixerint quod ipse assimilatur antiquo aliquo modo, & assimilatur innouato aliquo modo: nam assimilatur antiquo, ex eo quod est permanens, & assimilatur innouato, ex eo quod innouatur. Dicimus vtrum sit principium innouatorum, ex eo quod est permanens, aut ex eo quod est innouatus. Si autem ex eo quod est permanens, igitur emanat aliquod innouatum ex aliquo, ex eo quod est permanens. Si vero emanat ab eo, ex eo quod est innouatus, ergo indiget eo, quod faciet innouationem, & procedet hoc in infinitum. & hæc est dispositio sermonis eius. Et est sermo sophisticus. quoniam non emanat ab eo innouatum, ex eo quod est permanens, sed emanat ab eo, ex eo quod est innouatus. sed ipse non indiget causa innouante. quoniam innouatio eius non est noua, sed est operatio antiqua, s. absque principio, & absque fine. & necesse est vt agens huius sit agens antiquum: quoniam actio antiqua est ab agente antiquo, & innouata ab agente innouato: motus autem intelligitur de antiquitate eius, quod non habeat primum, nec vltimum. & hoc est, quod intelligitur de permanentia eius. nam motus non est permanens, sed est successiuus. &, quia Alga. considerauit hoc, dixit eis in euasione ab hac consequentia, est species industriæ reiterata quibusdam quæstionibus. B

Nunc Auer. vult respondere argumento Alga. Et primo ponit quomodo est necessarium illud, quod concludit argumentum. Secundo ponit qualiter illud negat, et sit necessarium. Tertio declarat vtrunque: partes declarabuntur. Dicit ergo primo: dicimus nos quod philosophi ponerent, id est, concederent quod innouatũ, inquantũ innouatũ, posse procedere ab antiquo, manifestũ est, quod nullatenus possit a præfato argumento euadere, quasi dicat, quia argumentum cõcludit verũ, sed non explicat modũ, sed post dicet. (Tamen dicendum) vult modo secundo declarare qualiter illud, quod negauit, est necessariũ apud philosophos. Et dicit, tamen dicendum quod philosophi concedunt procedere innouatum, id est ens nouum ab innouato, id est ente nouo ad infinitum per accidens, & non per se, vt dicam: quod declarat. d. hæc enim est replicatio, id est, successio in materia terminata, & finita, id est, in rebus materialibus, generabilibus, & corruptibilibus: quod declarat dicens, vt dicamus quod corruptio corrupti saltem dispsita causa est esse subsequentis, Verbi gratia, oportet secundum philosophum quod homo ex homine generetur, scilicet quod præcedens homo corrumpatur, ita quod sit materia subsequentis tertij, id est, differentis a patre & matre, & concludit post. d. tandem dicimus quod in duabus materijs potest optime generatio procedere ad infinitum: vult dicere in accidentaliter ordinatis, & generabilibus & corruptibilibus: & nullum ex hoc impossibile sequitur: cuius rationẽ dicit, & ratio huius est: quod dum agens sit præsens, & fuerit sine principio, & sine fine: actus eius similiter erit sine principio, & sine fine: & sic non sequitur infinitũ actu, sed in potentia: & ideo in his non inconuenit ire ad infinitum. Deinde declarat quomodo in accidenter ordinatis hoc sit possibile, & dicit, similiter si imaginaremur in tempore præterito, videlicet, quod quando fuit quidã homo, iã præcedit eum alius homo, qui eum generauit, & est homo corruptus: illud enim, quod sic se habet, quando de agente antiquo pendet, est de natura circuli, id est, quasi æterno tempore potest se habere. C

Circa iam dicta ꝯueniũt. q. Primo, qa ait qđ nouũ põt ꝓcedere ab antiquo per accidẽs. Hoc vr̃ falsum, & forte dubiũ: qm̃ generatio vnius ab alio similis in specie, vt d. Alber. primo Meteor. est ꝑ se: sed gñatio vnius ab aliquo dissimili in spẽ est per accñs. Cũ igitur iste homo genitus sit vnius speciei cũ illo hoie generãte: ergo erit per se, & non per accidẽs. Itẽ omne per accidens reducitur ad

A aliquod per se: si igitur iste homo generatur per accidens ab isto homine, a quo per se gn̄abitur idē, vel ad quod per se generās reducetur. Itē illud, quod generat aliud per foramē: eo ergo, &c. & multa alia argumēta feci alibi, quę quęras.

SECVNDA Quęstio est, qm̄ ait, qd̄ homo genitus est ex hoīe corrupto: hoc falsum est: qm̄ secundo de gn̄atione in fine, hoc nō fit nisi in pluribus gn̄ationibus intermedijs, & scd̄o Metaphy. cōmē. 6. declarat idē Auer. Secūdo, qm̄ omne agēs naturale prius trāsmutat de vno veniēdo ad imperfectū, quā ad pfectū: vt scis scd̄o perihermenias: ergo, &c. Circa istas qōnes mihi vr̄ esse dicēdum, qū generatio huius hoīs. V. g. Sortis a Platone est per accidēs multis modis: primo, qm̄ inter generās & genitū non est ordo essentialis, vt dicit Auer. 5. Phy. cō. 13. & 8. cō. 45. accidit. n. huic genito qd̄ sit post generans secūdo est per accidēs, qm̄ per se scd̄o: sicut. n. risibile primo cōuenit homini, & secūdo huic homini: ita esse rationē generādi primo conuenit homini, & scd̄o huic homini: licet operatio sit primo suppositi, ratio tn̄ operādi primo inest naturę, vt iā Auer. d. 2. Phy. loco eius. tertio est per accidēs, qm̄ pōt impediri, vt d. Auer. in 2. ca. de substātia orbis: cœlū. n. generatur per se a suo motore: qm̄ nō pōt impediri, ecōtra est de corpore gn̄abili: istis igitur respectibus tribus cōsideratis, philosophi volūt huiusmodi generationē esse per accidens. Tunc ad primam dicendū, ꝙ generatio illa est per se illo respectu, quē tangit argumentū primū. Similiter erit

B per se secundo, respectu, quē tangit secundū argumentū. nō enim est ita per accidēs, vt sit pure, s. taliter ꝙ debeat reduci ad aliquod per se: vel forte reducitur ad rationē generandi, scilicet ad naturam communē vtriq; . Tertio dico, ꝙ est per se tertio, respectu, quē tangit tertium argumentū: & sic potest fingi, ꝙ tribus respectibus est per accidens, & tribus per se: & sic argumēta non militant. Ad secundam quęstionem potest dici, ꝙ vno modo per hominem corruptū pōt intelligi id, quod vltimate factū est ex homine corrupto: & sic sperma pōt dici homo corruptus, qm̄ sperma fit ex cibo, cibus ex pane, panis ex frumento, frumentum ex terra, terra ex corpore hominis corrupto, & sic potest sperma dici homo corruptus isto modo. Secundo potest dici ꝙ homo generatur ex hoīe corrupto pluribus medijs, & hoc intelligit ipse. Tertio pōt dici, ꝙ illud est exēplū, cuius nō requiritur veritas, sed tm̄ manifestatio. potuit tn̄ exēplificare in elemētis, sed noluit: qm̄ est in materia exemplari, de qua non curandū, quomodocūq; dicat: & sic apparet. sol. ad secundam quęstionē, & ad argumēta eius. (Sed si homo ex homine.) Hic remouet quendā falsum intellectū verbi dicti. posset enim dici. si hic homo ex homine hoc generatur per accidens, ergo casu: & sic posset dici ꝙ homo iste ex hoc homine casu generatur. Hunc intellectū remouet. d. Sed, si homo ex homine generatur ex infinitis materijs, id est a casu: & illæ

C materiæ possunt ad infinitū augeri, id est sic ꝙ non possit ex tot, quin ex pluribus, & sic in infinitū: tunc sine dubio sequitur falsum, vt probauit Arist. in lib. Physi. id est in 8. & ipse Auer. ibidem contradicit Auic. in 46. commen. (Patet ergo ex præmissis.) Hic vult respondere ad vim argumenti. dicebatur enim ꝙ si nouū ex nouo generatur. tunc non posset probari primum innouabilę ęternū esse, vt dictum fuit. Ad hoc respondet. d. patet ergo ex præmissis, ꝙ qn̄ antiqui ponebant antiquū immutabile, id est aliquod ęternum esse, non asserebant, id est non probabant illud ex processu innouatorum ab eo, inquantum innouantur, immo inquantum sunt antiqui ex genere, inquantum veniunt ab eo aliquo modo medio. deinde resumit veritatem. d. tandem veritas apud eos est, quod hic processus ad infinitum sequitur esse antiqui agētis, id est reduci ad aliquod agens ęternum, licet immediate a causa noua procedat: cuius rationem tangit innouatum enim debet per se innouari, quādo a causa noua procedit. (Qualiter tamen.) Hic excusat se d. qualiter tamen conati fuerunt antiqui ponere vnum ens in numero ab æterno immutabile aliquo, patefactum est a philosophis, & maxime ab Aristo. 8. Phys. & 12. Metaphy. & ideo dicit, vnde, id est propter quod, hic non est locus recitandi ea, quæ sufficienter determinata sunt: & sic concludit. d. vnde notandum est, ꝙ suppositis istis cessata est altercatio Alg. cum philosophis.

Dubitatio. SED CIRCA hæc duo sunt tangenda. Primum est, quoniam Auem A respondet ad materiam argumenti, non tamen multum ad vim formæ: quoniam potest dici. nonne motus cœli est nouus: ista enim hodierna reuolutio nunquam fuit, & tamen procedit immediate a corpore cœlesti æterno. Secundum est, quoniam non dixit viam, qua declarauit illud Aristo. scilicet ęternitatem primi. Ad primam dicendum, ꝙ satis respondit in lib. de substantia orbis, attamen pro nunc dico quod licet ista dixi: melius tamen tangetur hęc responsio in solu. sequentis dubij. Ad secundam, illam scilicet viam tetig

Solutio. Aristot. tex. commē. 46. & 47. quoniam omnis multitudo generabilium debet continuari ab aliquo ęterno, & secunda via fuit tacta in vltimo tex. & xij. Metaphysi. text. commen. 41. in secunda figura ex motu ęterno: & tu vide in 3. cap de substantia orbis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem ratio eorum in hac disputatione est quoniam existimauerunt ꝙ dicens mundum postponi Deo glorioso, & Deum glo. pręcedere eum, vsque ad, &, cum ne- B cesse fuerit antiquitas temporis, & est prolatio mensurę motus, sequitur antiquitas motus. &, cum sequitur antiquitas motus, sequitur antiquitas moti.

Hic vult adducere argumentum iam modo tactum. & primo introducit Alga. d. ait Alga. arguens ad philosophos de eo, quod negabant, videlicet quod nullum innouatum potest procedere ab antiquo. ista enim fuit propositio fundamentalis omnium philosophorum: deinde ponit ea, quę adducit contra philosophos. d. & dicit sic. motus orbium aut est ab æterno, aut innouatus, i. de nouus. D. exequitur membra. d. Si est ab ęterno, qualiter ergo potest esse primum principium innouatarum causarum: si innouatus, scilicet effectus, ergo indiget de innouata causa, & procederet in infinitum: vult ergo dicere quod, si motus cœli esset æternus, non posset esse causa tot rerum nouarum: tacet autem destructionem secundi membri, quoniam manifesta est eius destructio, & ponit solutionē philosophorum cōem, quā declarauit Auer. 12. Metaph. cō. 41. d. Et, si forte dicerent philosophi, quod quodammodo retinet naturam antiqui, & quodammodo naturam noui. vult dicere, quod philosophi tenent medium, sc. motus cœli nec simpliciter est ęternus, nec simpliciter nouus, immo retinet natu- C ram mediam. quod declarat. d. naturam vero antiqui retinet inquantum est permanens, scilicet sempiternus & infinitus, & naturam noui inquantum continuatur fit, & regreditur seriatim ad actum.

In motu cœli duo consideranda. CIRCA HOC debes scire, ꝙ in motu cœli duo est considerare. s. nouitatem & ęternitatem. Est quidem nouus in parte, prout reuolutio presens nunquam fuit ante hunc diem, nec vnꝗ̃ erit post illū. ergo secundū partē pōt dici nouus. Est autem ęternus, prout ante hanc reuolutionem pręfuit altera, & ante illam altera, & sic in infinitū: ex quibus conficitur quoddam vnum numero ęternum successiuū: ergo est quodāmodo ęternum. (Nos respondemus.) Hic contradicit illi responsioni. d. nos respondemus eis ꝙ ipse motus aut est principium rerum innouatarum, id est generabilium inquantum est permanens, id est ęternus, aut inquantum innouatur cōtinue, & egreditur ad actum, id est inquantū est nouus. habet enim motus duplicem rationem, scilicet ęterni, & noui: ergo, cum ōis causa vnius effectus causet, prout est vnius rationis, petitur satis bene: vtrū motus cœli sit cā generabilis entis, prout est ęternus, vel prout est nouus. Tūc exequitur de membris. d. si primo modo concedunt, id est si dicant quod ipse motus prout est ęternus, est causa rerum generabilium, tunc concedunt necessario aliquid innouatur ab aliqua re, id est ab aliqua causa, inquantum ipsa res, id est illa causa est permanens. i. ęterna contra eos. Si secundo modo. i. si motus cœli

A est causa generabilium, prout est quid nouum: cum cuiuslibet noui detur causa noua: ergo oportet ponere causam dantem ipsum. s. motum continue innouantem eum, & sic in infinitum. & hoc argumentum est potissimum, quod adducit quidam theologus, & maxime gloriatur in eo.

AVEROES.

AIt Auer. Via autem processus sermonis, quem recitauit de eis, non est demonstratiua. & summa eius est si Deus glo. præcesserit mundum, aut erit prior causalitate, non tempore, sicut prioritas hominis respectu vmbræ suæ: aut erit prior tempore, vt prioritas ædificatoris respectu parietis. Si autem fuerit prior prioritate hominis respectu vmbræ suæ: & Deus est antiquus: ergo mundus est antiquus. Si vero fuerit prior prioritate temporis, sequitur vt sit præcedens mundum tempore non habente principium, & erit tempus antiquum. nam, cum ante tempus fuerit tempus, non potest imaginari B innouatio eius. &, cum tempus fuerit antiquum, ergo motus est æternus: quoniam non imaginatur tempus, nisi in motu: &, cum motus fuerit æternus, erit motum in eo æternum, & motor eius de necessitate æternus. Attamen hæc demonstratio non est vera: quia Deus glo. non est ex eis, quorum natura est esse in tempore: mundus vero est, cuius natura est esse in tempore. & non est vera apud eos proportio æterni ad mundum, ita quod aut erunt simul, aut est ante eum tempore, seu causa. æternum enim non est ex eis, quorum natura est esse in tempore: mundi vero natura est esse in tempore.

Nunc soluit argumētum tactum. d. dicimus nos quod omnia prędicta sunt sophismata & declarat. d. non enim innouata procedunt a circulari motu, inquantum est permanens, id est æternus, immo inquantum continue innouat. hęc igitur est solutio scilicet quod hęc generabilia procedunt a motu cœli, prout ille continue innouatur. Et cum dicebatur: ergo indiget causa noua alia. respondet. d. sed non indiget de causa innouante continue ipsum, immo est opus antiquum absq; prin- C cipio, & fine: quapropter omnino oportet quod tale agens sit antiquum, cuius causam dicit. opus nanque antiquum fit necessario ab agente antiquo, & opus innouatum fit etiam ab agente nouo. Deinde declarat quomodo intelligitur antiquitas in motu. d. & antiquitas dicitur in motu, videlicet quod non habet principium, neq; finem. & hoc modo est permanentia motus, quia motus est quid continue per se mutabile. Debes scire, quod ex his voluit remouere quoddam dubium. posset enim quis dicere. Si motus est permanens: ergo est totus simul: ideo respondet dicens, quod permanens est duobus modis. s. vno modo, pro sempiterno. alio modo, prout est totum simul. primo modo intelligitur motū esse permanens, secundo modo non. Sed hęc solutio fuit ad materiam, non multum tamen ad formam: ideo debes scire, vt colligitur. xij. meta. tex. & commen. 34. & 8. phy. commen. 47. & 46. & xij. meta. commen. 41. quod in rebus generabilibus est duo considerare, scilicet successionem nouam, & continuationem successionis. primo modo attenditur ex parte materiæ passiuę, & ex parte motus cœli, inquantum nouus. secundo modo innuitur a motu inquantum æternus. Ad formam ergo dicendum. cum quæritur, generabilia quomodo proueniunt a motu cœli? dico quod, si loqueris de eis, inquantum noua, sic ab eo proueniunt, inquātum generabilis. Si de eis inquantum continua, vt sic proueniunt ab eo, inquantum sempiternus. Et cum dicit, si proueniunt ab eo, inquantum nouus: ergo illæ

Duplex permanens.

ab aliis, &c. dico quod non omne nouum habet causam nouam, sed nouum simpliciter: modo motus est nouus secundum quid: & sic apparet solutio quæstionis ad formam, & materiam.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio autem est vt dicatur ꝙ tempus sit innouatum, & creatum, & non est ante id tempus omnino Et dictum nostrum, ꝙ Deus glo. sit ante mundum, & tempus, est ꝙ ipse fuerat, & non fuerat mundus nec tempus, deinde fuit & cum eo mundus, & tempus. Et dictum nostrum, nanq; fuit, & non erat mundus nec tempus, est esse substantia creatoris, nec priuatio substantiæ mundi. Et dictum nostrum, fuit & cum eo mundus, est esse duarum substantiarum tantum, & præcessio est separatio in esse tantum, & mundus est vt vnum indiuiduum. Si autem dixerimus, fuit Deus glo. & non aliud, exempli gratia postea fuit Deus, & aliud, non importat dictum nisi esse substantiæ, & priuationem substantiæ, & vlterius esse duarum substantiarum. & non est de necessitate huius consyderare rem tertiam & est tempus. & licet imaginatio non quiesceret, nisi consyderaret rem tertiam, & est tempus, tamen inspicias fallacias imaginationis.

Nunc vult nouam materiam ingredi, & primo introducit Alg. & ordinē eius procedendi. d. ait Alga. modo vero dicemus vnum philosophorum argumentum contra nos, & postea reprobabimus ipsum. In quibus verbis innuit duo tractanda: quorum vnum est, scilicet adducere argumentum philosophorum cōtra theologos. secundum est reprobare illud. (Et tale) Nunc exequitur de primo. d. & tale est argumentum. si Deus benedictus mundum præcederet. aut ista præcessio esset causalis, id est, secundum naturam. cuius expositionem ponit. d. sicut corpus suam vmbram præcedit. aut temporalis, sicut ędificator domum pręcedit. Si primo modo, ergo mundus est ab ęterno, cōsequentiam supponit. quoniam, si Deus tantum natura mundum pręcedit, tunc erit mundus ei ęternus. ergo, sicut ęternus Deus, ita ęternus mundus. Si secundo modo, ergo oportet ꝙ Deus benedictus pręcedat mundum in tempore sine principio. ergo tempus est ab ęterno. postquam enim ante tempus fuerat tempus, nunquam ergo innouatum fuit, & post tempus est ab ęterno, ergo & motus. Tempus. n. sine motu non est imaginandū, sed motus est quędam denominatio. i. passio mobilis. 3. phy. ergo & mobile est ab ęterno, & sic cœlum, & mundus, & reliqua, & addit ꝙ hoc est argumentum philosopho. (Super quod.) Nunc vult exequi de secundo, d. super quod taliter respondemus. ꝙ tēpus apud nos non est creatum, & nullū tempus ipsum pręcedit. Ad vim argumenti respondet. d. & qn̄ Deus pręcedit mundū, & tēpus. Intelligendum est ꝙ Deus erat sine mundo, & sine tēpore. post vero creationem fuit cū mundo, & cū tēpore. (vnde qn̄) respondet tacitæ quęstioni. d. vnde, qn̄ dicimus ꝙ Deus erat, & non alius pręter eum, postea fuit cum alio, non ex hoc significatur tempus ab ęterno fuisse, licet imaginatio non quiescat in hoc loco, donec ponat tempus, sed secundum veritatem non est respiciendum ad imaginationis vitia.

Dubitatio. Solutio. Sed circa hanc solutionem duo sunt videnda: quorum vnum est solu. ad formam quęstionis. secundum est quo modo potest sol. imaginari. Quantum ad primum dicendum ꝙ argumentum erat, vel Deus pręcedit mundum natura, vel tempore, si primum, ergo sunt simul, & c. dicendum ꝙ pręcedit eum natura, & tempore. natura, quia causatiue. tempore priuatiue, scilicet quia inter ipsum, & tempus, & mundum potuit esse tempus. Et, quando dicit. si natura, ergo sunt simul, consequentia negatur, sed verum est, quando natura solum pręcederet, &

A quando dicitur, tempore præcedit, ergo tempus ante tempus. negatur consequentia, quoniam illa precessio non fuit positiua, sed priuatiua, & sic patet ad formã questionis. Circa secũdum dicendũ, ꝙ sicut dicitur. 4. phy. in fine. extra mundũ non est plenum, neq; vacuum, & non est ibi extra, nec intra positiue, sed negatiue. sic est in hoc casu. non est enim ibi præcessio positiua, sed negatiua. qm̃, sicut extra cœlum est ista differentia extra priuatiua. pro quanto potest imaginatio vltra ipsum aliquid imaginari, sicut est in productione mundi.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo est sophisticus, & corruptus. quoniã iam facta est demonstratio ꝙ sunt hic duæ species ipsius esse, quorum vnum est in natura motus, & hoc non euadit tempore: & aliud non est in natura motus, & hoc est æternum, & non denominatur tempore. id autem, quod est in natura motus, est ens notum sensu, & intellectu: eius vero, quod non est in natura motus, nec in mutatione, B iam facta fuit demonstratio de esse eius apud omnes confitentes ꝙ omne motum habet motorem, & omne actum habet agens, & ꝙ causæ mouentes altera alteram non procedunt in infinitum, sed perueniunt ad causam primam, quę non mouetur omnino. & facta fuit etiã demonstratio ꝙ id, quod non est in natura motus, est supra esse eius, quod est in motu, & facta etiam est demonstratio ꝙ ens, quod est in natura motus, non euadit a tempore, & ꝙ ens, quod non est in natura motus, non euenit ei tempus omnino. Et, cum sic fuerit, tunc præcessio vnius eorum alteri, i. eius, quod non euenit ei tempus, non est prioritas temporalis, nec prioritas causæ in causato, quæ sunt de natura entis, quod mouetur: vt est prioritas hominis respectu vmbræ suæ. Et ideo qui assimilauerit præcessionem esse non moti moto præcessioni esse duorum motorum vnius quidem reliquo, errauit. nam quælibet duo entia huius generis, cum aliquod eorum consyderatum fuerit in comparatione ad secundum, tunc verificabitur de eo dicere aut erunt C simul, aut ante id, seu post id tempore. & qui processerunt hac via ex Philosophis, sunt posteriores Maurorum, propter paucitatem intelligentiæ eorum in opinionibus Antiquorum. ergo præcessio vnius duarum entitatum reliquæ est præcessio esse, quod non mutatur, nec est in tempore, esse mutabili, quod est in tempore, & est alia species præcessionis. &, cum sic fuerit, non verificatur de his duabus entitatibus, nec ꝙ sint simul, nec quòd vna earum præcedat aliam. Sermo autem Alga. ꝙ pręcessio Dei glo. mundo non est præcessio temporalis, sed postponitur ei mundus, est sermo verus: sed non intelligit retardationem mundi ei, cum non fuerit pręcessio eius temporalis, sed retardationem causati respectu causę. nam postpositio opponitur pręcessioni: & opposita sunt in eodem genere de necessitate, vt declaratum est in scientiis. Et, cum non fuerit præcessio temporalis, non erit postpositio temporalis. Et contingit huic etiam dubitatio pręcedens, & est quomodo postponitur causatum causę, quæ perfecte habet

conditiones agentis. Philosophi autem, quia posuerunt ꝙ ens mobile, vniuersalitas eius non habet principium, non accidit eis hæc dubitatio: & possunt dare modum emanationis entium innouatorum ab ente æterno. Et ex rationibus eorum ad probandum ꝙ ens mobile non habet principium, nec innouationem quò ad vniuersalitatem eius, est quoniam, cum fuerit positum innouatum, poneretur ens repertum, antequàm reperiretur, Innouatio enim est motus: & motus necessario est in moto, siue ponatur motus in tempore, siue in instanti. Vlterius omne innouatum est posibilis innouationis, antequàm innouetur. & licet etiam Loquentes excitentur etiam in hac radice, & in posterum loquemur de ea cum eis: possibilitas autem est passio necessaria passionum entis mobilis, & sequitur necessario, si ponatur innouata, vt reperiatur, antequàm reperiretur. & hoc totum est sermo topicus in hoc loco, nisi quòd est magis sufficiens verbis hominum. Sermo autem Alga. si autem esset Deus glo. & non aliud exempli gratia, deinde fuit Deus cum alio, non importat hęc dictio nisi esse substantiæ, deinde fuerunt duo, & non est de necessitate huius consyderare rem tertiam & est tempus, est sermo verus, nisi ꝙ sequitur vt sit retardatio sua non retardatio temporalis per se: sed, si fuerit, est per accidens, cum tempus præcesserit subsequens, s. ex necessitate pręcessionis temporis & ipsum esse innouatum: mundus autem non euenit ei hoc de necessitate, nisi esset pars moti, quam excedit tempus ex extremitatibus eius vt accidit Moysi, & aliis hominibus generabilibus & corruptibilibus. Et hoc totum non est declaratum hic demonstratiue. quod vero declaratum est hic, est ꝙ contractio non sit vera, & quod recitauit ipse postea de rationibus Philosophorum, non est verum.

Et, quia solutio illa fuit necessaria omnino. vult hic alio modo reprobare solu. positam. & primo ponit qualiter est duplex genus entis. secundo ibi (Concedente) declarat qualiter vna species ex alia declaratur. deinde tertio videtur minuere vim rationis, vt declarabitur. Quantum ad primam partem. d. dicimus ꝙ hęc verba erronea sunt probatum enim est demonstratiue ꝙ hęc, scilicet in vniuerso, sunt duæ species esse. quarum vna est de natura motus, & hæc species nullatenus potest a tẽpore separari. Alia vero species non est de natura motus & est ab ęterno, & nequit, id est, non potest de tempore aliquo modo denominari, & addit. Prima vero istarum aperte patet sensu & intellectu. Secunda tantum quid ab intellectu deprehenditur, declaratur e regie demõstratiue apud omnes sup. ex prima specie. Sed contra istam diuisionem arguitur. quoniam multa sunt, quę nec sunt motus, nec substantię separatę, vt generabilia hic permanentia. ergo diuisio eius mala. Secundo, falsum dicit, quoniam motus non sensu deprehenditur, quoniam de motu non habetur nisi mutatum esse, quod est indiuisibile, quod apprehendi non potest, vt dicitur in lib. de sensu. Pręterea motus non potest apprehendi nisi sensu interiori. 2. de anima. tex. com. 64. maxime in commen. vbi dicitur quod sensibile commune sensu communi apprehenditur, modo motus est sensibile commune. Ad hanc quęstionem dicendum, quod aliquid esse de natura motus contingit multis modis. vel, quia recipit formalẽ prædicationem motus, & sic tantum argumentatio, alteratio, generatio, & motus localis est de natura motus, vt patet in libris Arist. Secundo aliquid dicitur de natura motus, quia sine motu esse non potest. & sic omne ens est de natura motus, quoniam secundum philosophos motores separati esse non possunt nisi mouerent

Dubitatio.

Solutio.

Multipliciter al:qd põt esse dę natura motus.

A vt scis. 8. phys. maxime commen. 52. & xij. meta. cõm. 41. & 48. & 9. metaph. cõm. 7. Tertio modo aliquid est de natura motus, qm̃ incipere vel desinere non potest nisi per motum, vel quia ipsum in se est motus. & sic omne ens, vel est immobile simpliciter, vel mobile. & notanter dixit de natura motus, intelligens p naturam motus, id est, mobile. & sic apparet vis quęstionis. Ad argumenta. Ad primum patet solu. Ad secundum dicendum quod motus non est sensibile proprium, sed commune. & ideo sufficit quod sit fundamentum proximum, vel remotum sensibilis proprij, necessitate propinqua vel remota, vt declaraui in quęstione de hoc. Ad tertium patet solu. a sensu enim interiori terminatiue comprehenditur, a sensu exteriori immutatiue, modo nunc dicto, & hoc sufficit. (Cõcedentes ꝙ omne) Cum posuit diuisionem illam, modo vult declarare quomodo ex prima specie entis declaratur secunda species, et accipit propositiones: quarũ prima est, concedentes quod omne mobile habet mouens, cuius rationem tangit d. & pro, quoniam omnis effectus habet agens. Deinde ponit secundam propositionem. d. & ꝙ causę mobiles sunt terminatę, videlicet quod. i. taliter quod perueniant ad primam causam immobilem aliquo modo. est ergo secunda propositio. omnes causę reducuntur ad vnam primam causam. Deinde accipit tertiam. d. & probatum est demonstratiue, quod id, est illud ad quod fit vltima reductio,

B naturam motus non habet, & tamen est naturę motus habentis, id est, attributus ei, quod habet naturam motus, s. corpori cœlesti habenti naturam motus, qm̃ est res mobilis, & redit ad primam. d. similiter probatum est demonstratiue, ꝙ id, quod est de natura motus, non põt aliquo modo a tempore separari, & id, quod non est de natura motus, nullo modo ingreditur tempus. hę sunt propositiones principales. (Pręlibatis igitur.) Vult nunc ex his reprobare responsionem Alga. & declarat quomodo eius responsio fuit insufficiens. d. pręlibatis igitur istis, dicimus quod pręcessio vnius dictorum entium ad alterum, videlicet eius id, quod non ingreditur tempus. vult dicere quod præcessio, qua immobile, scilicet Deus, pręcedit mobile, s. corpus cœleste motum, non est præcessio temporalis, neque causalis. sup. causalitate noua. ideo addit, quę est de natura mobilis entis, sicut corpus pręcedit suam vmbram. vult dicere, nõ dicitur pręcessio naturę mobilis, propter quod concludit. d. & ideo quicunq; dicat quod pręcessio immobilis, id est, respectu rei mobilis sit similis pręcessioni vnius mobilium ab altero, errat: cuius rationem tangit. d. quęlibet namq; duo huius generis. s. mobilis sic se habentia. s. in natura mobilis, aut sunt simul, aut vnum eorum pręcedit alterum in tempore. (Patet ergo) quia, ergo non est pręcessio temporalis nec naturę mobilis, concludit naturam pręcessionis, qua Deus pręcedit naturam entis mobilis. d. patet ergo ꝙ pręcessio vnius eorum duorum entium ab altero. s. Dei ad ens mo-

C bile, est pręcessio esse impermutabilis. neque est pręcessio sup. illius, quod est in tempore de esse permutabili; id est, neque est pręcessio vnius entis mobilis ad alterum ens mobile. (Vnde qm̃ ait) Verifica: nunc dictum Alga. ad vnam partẽ. d. vnde, qm̃ ait Alga. ꝙ Deus benedictus non pręcedebat mundum in tempore, verum dicit. (Et postquam) Tunc infert contra ipsum. d. & postquã pręcessio Dei a mundo non fuit temporalis, ergo tardatio creationis mundi adeo non fuit temporalis: iste est superficialis intellectus istorũ. Sed oportet immorari circa iam dicta. Primo, quomodo ex illis tribus propositionibus cõcluditur propositum, & qualiter faciunt ad rem. Secundo, qualiter illa prima propositio. s. motus non accipit esse, non pręcedente motu, habet veritatem simpliciter, & qualiter debet supponi a philosopho hic. Tertio, quomodo habet vim prędicta ratio ab eo contra Alga. Dicamus ergo, quantum ad primam, ꝙ illæ tres propositiones sunt acceptę, quantum ad hoc. s. ꝙ sit vnum primum ens immobile. qm̃, si omnis motus habet mobile, & omne mobile habet mouens, & oportet multitudinem causarum reduci ad vnam primã causam illius totius multitudinis, oportet omnino quod illa causa sit extra illam multitudinem mobilium. qm̃, si ad intra latitudinem mobilium poneretur, idẽ esset causa sui, vt deducit Auer. 8. phy. com. 46. & 47. in simili verbo. ergo oportet vt illa causa sit separata a genere mobiliũ, & ideo venit veritas tertię propositionis, s. ꝙ illa vna sit simpliciter immobilis,

Aliter aliquod ratiõe naturali tenetur, & aliter lege.

& ſic ſatisfactum eſt ad primum. Circa ſecundum dico, ꝙ aliud lege tene-
tur, aliud ratione naturali. lege enim credo motum accepiſſe eſſe poſt non eſſe
nullo pręcedente motu. & hoc nulla ratione poteſt euidentiam habere, ſed ti-
eſt ex lege, & ex bonitate creatoris nobis reuelatum. Quod vero hoc ſit con-
rationem naturalem, capiẽdo contra rationem naturalem, id eſt, ſupra ratione
naturalem, declaratur. qm̄, vt tradit Ariſt. in toto lib. poſte. hic eſt modus reſo-
torius. ſ. ꝙ demonſtratio vel ſit ex immediatis, vel quæ ex immediatis orig-
ſumpſerunt. quãdo demonſtratio ſit ex premiſsis, oportet inſpicere ad pręmiſſ.
& quando videmus omnia ſingularia earum omnibus ſenſibus eſſe conuenien-
tia, vel pluribus, vel vno nullo alio contradicente, demonſtratio eſt ſimplex e
immediatis immediatione cauſę. V.g. omne, quod fit de nouo, fit pręcedente mo-
tu. motus fit de nouo: ergo fit pręcedente motu. Hęc demonſtratio eſt ex imme-
diatis: qm̄ maior eſt omnibus ſenſibus conuenientes. qm̄ viſu videmus ꝙ albū
ex nigro, id eſt, ex motu corruptionis nigri. Guſtu idem percipimus. ſ. ꝙ dulc
fit ex permutatione amari. Et tactu idem videmus. calidum enim non ſit niſi e
corruptione frigidi. Idem videmus auditu. non enim fit acutum niſi ex graui. Ite
odoratu. & tu diſcurre Cum igitur illa propoſitio maior omnibus ſenſibus ſit c
uemiens, a philoſopho naturali debet accipi pro immediata immediatione cauſe

B

Quod, ſi dicatur, ꝙ eſt vnus alius modus factionis tranſcendens ſenſum. ego c
cedam illud, ſed dico quod non debet eſſe cura apud naturalem philoſophu
qui ex ſenſibus doctrinam accipit. & maximè, cum illi contradicant omnes ſe
ſus. & hoc eſt, quod dicit elegantiſsimę Auer. 8. phy. com. 22. ſ. ꝙ experimen-
ſermonum verorum eſt, vt concordet ſenſatis, & ibidem com. 25. ſcilicet quod
la eſt propoſitio notior, cui ſunt concordes plures ſenſus, & primo cœli. cõ

Error latinorum.

22. vide idem. Et in hoc apparet error expoſitorum latinorũ, qui volunt Ariſt.
poſuiſſe creationem nouam, & eam tranſcendere ſenſus. non enim hoc eſt dicti
boni viri. forte enim illud fuit Plato qui ex intellectu ſcientiam ſenſibilium p
fuit primo meta. Ariſto. autem econtra ex ſenſibus: & vbi deficiunt ſenſus et
memorijs, & vbi medię ex experientijs, vt docet. 2. poſte. cum igitur creati
tranſcendat ſenſus, tranſcendit philoſophos naturales & ideo bene dicit Ariſto.
ꝙ principium fuit eis, qui de natura loquuntur, ꝙ nihil fit ex nihilo, ſed vnum
quodq; ex conuenienti: & ideo nullibi probauit illam, ſed ſemper tanquam im-
mediatam propoſitionem ſuppoſuit, & tanquam famoſam: taceant ergo expoſi-
tores. Demonſtratio ergo illa eſt ex immediatis apud philoſophos. Circa ter-
tiam dico, quod duobus modis vim habet vno modo, quia motus eſt ęternus: ar-
arguitur. omne, quod mouetur tempore infinito, indiget motore immobili mouen-
te tempore infinito: ſed cœleſte corpus mouetur motu in tempore infinito. ergo

C

indiget motore mouẽte immobili tempore infinito: & ſic habet vim ratio Auer.
contra Alga. qm̄, ſi primus motor mouet tempore infinito. ergo Deus non præce-
dit tempore, nec natura ipſum motum. Secundo poteſt habere vim: qm̄ concluſ-
ſum eſt ex tribus propoſitionibus eſſe primum motorem immobilem. ergo imm-
tabiliter ſe habet ad quodcunq;. & hoc Auer. ſupponit, & per conſequens non
præcedit motum tempore, nec natura mobili, ſed natura immobili. & illud eſt
eſſe cauſam motus cauſalitate immutabili. & quam ſubtiliſsima imaginatio eſt
iſta Auer. & nolo amplius prolongare ſermonem: quoniam ſuppoſito ꝙ motus
ſit ęternus. Alga. reſponſio totaliter exterminatur. & tu vide illam bene, et tu v-
des quõ ratio Auer. procedit bene ſecundum philoſophos. attamen nihil eſt con-
tra nos chriſtianos, qui tenemus principia vera ſupra ſenſus, vt ſcis.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit ꝙ dictũ
noſtrum, ꝙ fuit Deus glo. & non mundus, habet intelligen-
tiam tertiam præter eſſe ſubſtantiæ, & priuationem mundi ra-

tione. quoniam, si nos consyderabimus priuationem mundi in futurum, tunc proueniret esse substantiæ, & priuatio substantiæ. & non est verum dicere Deum, & non mundum: sed conueniens est dicere erit Deus, & non mundus. & dicere in præteritum fuit Deus, & non mundus. & erit differentia inter dicere nostrum fuit, & erit, quoniam non erit id, quod intelligitur de vno, id, quod intelligitur de alio, & perscrutabimur nunc in quo consistit differentia. Et non est dubium ꝙ ipsi non differunt in esse substantiæ, nec in priuatione mundi, sed in re tertia. nam, cum nos dicimus de priuatione mundi in futurum, fuit Deus glo. & non mundus, dicetur nobis ꝙ hic est error. fuit enim dicitur de præterito, & significauit ꝙ sub dictione fuit, est intelligentia tertia, quæ est in se transiens: & transiens ex se est tempus, & trāsiens ex alio est motus, qui transit transeunte tempore: ergo de necessitate sequitur vt ante mundum sit tempus, quod completum est, vsquequo perueniat ad esse mundi.

B

AVEROES.

Ait Auer. Intentio huius sermonis est ad notificandum ꝙ in sermone dicentis fuit sic, & non sic, deinde fuit sic, & sic, est intelligentia tertia: & est tempus, quod significauit illa dictio, fuit, in ratione differentiæ intelligentiæ huius rei in præterito, & futuro. nam nos, cum consyderauerimus esse alicuius rei cum priuatione alterius, dicimus est sic, & non sic, & mutatione ambarum intelligentiarum determinatur ꝙ sit hic res tertia. si autem, cum dicimus fuit sic, & non sic, non significaret illa dictio, fuit, aliquid, non esset differentia inter dicere nostrum, fuit, & erit. Attamen hoc, quod dixit, non totū est notum per se. & non est dubium in eo circa comparationē entium adinuicem in præcessione, & postpositione: quandoquidem fuerint ex eis aliqua, quorum natura est esse in tempore. cum vero non fuerint in tempore, illa dictio fuit, & similia ei non significant in istis propositionibus, nisi copulationem recitationis recitato, sicut dicimus & fuit Deus pius, & misericors: & sic, si vnum eorum fuerit in tempore, & aliud non in tempore, sicut dicimus fuit Deus, & non mundus, deinde fuit Deus, & mundus. Quare non est conueniens his entibus hæc comparatio, de qua exemplificauit. Verificatur tamen comparatio verificatione indubitata, cum fit comparatio priuationis mundi ad esse eius. quoniam priuatio eius de necessitate est vt sit in tempore, siquidem esse mundi fuerit in tempore. &, cum impossibile est vt sit priuatio mundi in horamet esse mundi, ergo est de necessitate antea. & priuatio id præcedit, & mundus postponitur ei, quoniam prius, & posterius in motu non intelliguntur, nisi cum tempore. Et quod ingreditur in hunc sermonem de inuolutione, est quia accepta est comparatio inter Deum, & mundum. & hac via tantum destruitur hic

C

Prius & posterius ī motu nō est nisi cum tēpore.

sermo: & non erit demonstratiuus, scilicet quem recitauit Alga. pr A
Philosophis.

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens Philosophis pro Loquentibus, in contra dicendo huic sermoni, dicimus quod intelligentia radicalis am barum dictionum est esse substantię, & priuatio substantię & res tertia, qua est copulatio dictionum. est proportio sequens respe ctu nostri. & ratio huius est. quoniam nos, si consyderauerimus pri tionem mundi in futurum, & vlterius consyderabimus post hoc se cundum, iam diceremus apud hoc fuit Deus, & non mundus. & veri cabitur sermo noster, siue si intellexerimus de eo priuationem pri mam, siue priuationem secundam, quæ est post esse. si autem in h. fuerit proportio ad futurum, possibile est vt conuertatur in præter tum, & proferant eum cum dictione pręteriti. & hoc totum propt B defectum imaginationis in imaginando aliquod ens incipere, nisi c syderauerit ei aliquid ante. & hoc pręcedens, a quo non potest euad re imaginatio, reputatur quod sit res vera in esse, & est tempus, & est sim le defectui imaginationis in consyderando finire corpus in parte cap tis, exempli gratia nisi ad superficiem superiorem eius, & imaginat quod vltra mundum sit locus, aut plenus, aut vacuus. Et, cum dicitur non sit supra superficiem mundi sursum longinquius, defecit imagi tio obedire in hoc concedendo illud: sicut, cum dicitur quod ante esse mu di non sit aliquid pręcedens, & tamen est verum, defecit in hoc conce dere. Et, quoniam possibile est imaginationem falsam fieri, cum im ginatus fuerit aliquis supra mundum esse vacuum, quod est dimen infinita, dicendo ei quod vacuum non est intelligibile ex se: dimensio v ro est consequens corpus, cuius diametri extenduntur, &, cum corp C habeat dimensiones, tunc dimensio, quę id prosequitur, est finita, decisio vacui, & pleni non est intelligibilis. & iam probatum est quo vltra mundum non sit vacuum, nec plenum, licet imaginatio non o diat in hoc concedendo. sic etiam dicitur sicut dimensio localis con quitur corpus, sic dimensio temporalis motum. nam ipsa est exten motus, sicut hæc est extensio dimensionum corporis. Et, sicut prob tio finitatis diametrorum corporis prohibet affirmationem dimen nis locis supra ipsum, sic probatio finitatis motus ex lateribus prohibet imaginationem dimensionis temporalis post ipsum, lic imaginatio inuoluatur in imaginationibus, & existimationibus & non obediat ei. Et nulla est differentia inter dimensionem tem poralem, cuius probatio diuiditur apud comparationem eius ad su sum, & deorsum: siquidem possibile est affirmare sursum, quo non superius, sic potest affirmari ante, ante quod non sit ante verum, imaginabile, sicut est in ipso sursum. & hoc sequitur, & aduerte hu

quia

A quia ipsi conuenerunt quòd non est vltra mundum vacuum, nec plenum.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis sunt duæ quæstiones: quarũ Vna est quòd imaginari præteritum, & futurũ, quę sunt ante, & post, sunt duo reperta respectu nostræ imaginationis. nam possibile est nobis imaginari futurum fieri præteritum, & præteritũ, quod fuit antea futurum. &, cum sic fuerit, ergo præteritum, & futurũ non sunt ex rebus existentibus per se, & non habent esse extra animã, sed est res, quam operatur anima. &, cum destruatur esse motus, destruitur intelligentia huius proportionis, & comparationis. *Duę quęstiones.*

* Attamen responsio eius est ꝙ consecutio motus, & temporis est vera: & tempus est aliquid, quod operatur intellectus in motu: sed mo B tus non destruitur, nec tempus, quoniam non prohibetur esse temporis, nisi cum entibus non recipientibus motum: esse vero entium mobilium, seu consideratio esse eorum euenit eis tempus necessario: quoniam non sunt hic, nisi duo entia, scilicet ens recipiens motum, & ens non recipiens motum, & impossibile est vt conuertatur vnum eorum ad reliquum, nisi esset possibile conuerti necessarium ad possibile. Si autem motus esset impossibilis, deinde reperiretur, tunc de necessitate conuerteretur natura entium non recipiẽtium motum ad naturam recipientium motum. quod est falsum. & hoc esset, quoniam motus est in re necessario. Et, si motus esset possibilis ante esse mundi, tunc res præcedentes recipientes essent in tempore necessario: quoniã motus est possibilis, in eo ꝙ recipit quietem, non autem in priuatione. in priuatione enim non est possibilitas omnino, nisi esset possibile vt priuatio deferret esse. & ideo impossibile est innouato quin præ- C cedat id priuatio. & non est dubium ꝙ separatur priuatio innouati in subiecto recipiente esse innouati, & remouetur ab eo priuatio, sicut est in aliis contrariis. nam calidum, cum fit frigidum, non conuertitur substantia calidi in frigidum, sed mutatur subiectum recipiens a calido in frigidum. Quæstio autem secunda, & fortior quidem earum, est sophistica, & corrupta. Et summa eius est ꝙ imaginari præcessionem ante initium primi motus, ante quem non fuit aliquod, quod mouetur, est sicut imaginari ꝙ vnum corporum mundi, & est sursum exempli gratia, finitur necessario aut ad aliud corpus, aut ad vacuum. nam dimensio est quid sequens corpus, sicut tempus est quid sequens motum. &, sicut est impossibile reperiri corpus infinitum, sic impossibile est reperiri dimensionem infinitam. &, cum impossibile sit reperiri dimensionem infinitã, impossibile est finiri omne corpus ad aliud corpus, aut ad aliquid, in quo consideratur esse dimensionẽ: & est vacuum exẽpli gratia, & procedet in infinitum: & sic motus, & tẽpus est

*Obserua ꝙ tex. antiquus hanc particulam vsque ad signum * attribuit Algazelo reliqua Auer. & iõ expositor exponit pro 27. particula*

In priuatione non est possibilitas omnino.

Secũda qõ.

quid sequens ea. Si autem impossibile est reperiri motum præteritum infinitũ, & fuerit hic motus primus finitus in extremitate initii, impossibile quidem est reperiri in eo ante. nam, si esset ei ante, reperiretur ante primum motum alius motus. Attamen hæc quæstio, ut diximus, est turpis, & est ex locis permutationis sophisticis, si legeris artem sophisticam. & hoc quidem permutando iudicium ad quantitatem non habentem situm, in qua non reperitur totum, & est tempus, & motus, à iudicio quantitatis habentis situm, & totum, & est corpus. & ponendo impossibilitatem priuationis finiendi in quantitate habente situm probationem quod sit impossibilis in quantitate non habente situm. & ponendo actum mentis in imaginando additione in eo quod est in actu, eiusdem considerationis. Et hic est error manifestus. nam imaginatio additionis de magnitudine reperta in actu, scilicet quòd necesse sit vt finiatur ad aliam magnitudinem, non est quid repertum in substantia magnitudinis, nec assumitur in definitione eius. Imaginatio vero præcessionis, & postpositionis in motu innouato est quid per se assumptum in definitione eius. nam impossibile est vt motus innouatus nisi in tempore, scilicet quòd excedat tempus initii eius. Et sic impossibile est imaginari tempus habens extremũ, quod non sit finis alterius temporis: postquam fuerit definitio instantis, quod sit res, quæ est finis præteriti, & principium futuri. instans enim est præsens. & præsens est medium necessario inter præteritum, & futurum. & imaginari instans præsens, ante quod non sit præteritum, est falsum. Et non est sic in puncto: nam punctum est finis lineæ, & reperitur cum ea, quia linea est quiescens. & possibile est imaginari punctum, quod sit principium lineæ, & non sit finis alterius lineæ: instans tamen impossibile est vt reperiatur nec cum tempore futuro, nec cum præterito, & est necessario post præteritum, & ante futurum. &, cum impossibile est ei vt sit de se, impossibile est vt sit ante esse futuri absque eo quòd sit finis temporis præteriti. & causa huius erroris est similitudo instantis cum puncto. Demonstratio autem, quòd omnis motus innouatus sit ante eum tempus, est quoniam omne innouatum aut non erit, & impossibile est in instanti, in quo verum est dicere quòd innouatum sit, quod non sit. remansit ergo quod verum est dicere de eo quod non sit in alio instanti præter primum, de quo verum est dicere quod sit: & inter quælibet duo instantia est tempus medium: non enim continuatur instans instanti, sicut non continuatur punctum puncto. & iam declaratum est hoc in scientiis: ergo ante instans, in quo innouatus est motus, est tempus necessario. nam, cum imaginemur duo instantia in esse, fit inter ea proculdubio tempus. sursum autem non assimilatur ipsi ante, vt dictum est in hoc sermone, nec instans assimilatur puncto, nec quantitas habens situm assimilatur non habenti situm. Qui autem abusiue permittit esse instans, quod non sit præsens, aut præsens, ante quod non sit præteritum, ipse negat tempus, & instans

Præcessio et postpositio in motu innouato est quid per se assumptum in eius definitione.

Instans quid.

Differentia inter punctũ & instans.

Qui permittit quod instás

A ponendo instans tale, etiam præsupponit tempus non habens principium. & hęc positio contradicit sibi ipsi. Quare impossibile est vt attribuatur esse præcessionis in omni innouato imaginationi. nã qui negat præcessionem, negat innouatum: &, qui negat ꝙ sit sursum ipsi sursum, est econtra: quoniam ipse negat sursum simpliciter: &, cum auferatur sursum simpliciter, aufertur deorsum simpliciter. Et, cum auferantur duo ista, aufertur graue, & leue, & non est actus imaginationis inconueniens in corpore rectarum dimensionum, ꝙ necesse sit vt finiatur ad corpus aliud, immo est necessarius. nam corpus rectarũ dimensionum possibilis est ei additio: & cui possibilis est additio, id non habet terminum naturaliter. Et ideo sequitur vt finiantur corpora recta ad corpus rotundum continens: quoniam est completum, cuĩ impossibile est vt fiat additio, nec diminutio. Et ideo, cum acquirit intellectus imaginari de corpore rotundo ꝙ necesse sit finiri ad aliud pręter id, tunc imaginatus est inconueniens, & falsum. Et hęc omnia

nõ sit p̃sens aut pręsens ante qd non sit pręteritũ negat tẽpus.

B non sunt apprehensa apud Loquentes, neque apud eum, qui non incœperit speculari ordine artificiali. Vlterius, qm̃ non sequitur tempus motum, sicut sequitur finitas magnitudinem: nam finitas sequitur magnitudinẽ, quia est in ea, sicut est accidens in subiecto sibi appropriato, & demonstratur tale demonstratione subiecti sui, & est in loco, vbi est subiectum suum. & non est sic in consecutione temporis motui, sed consecutio temporie motui magis assimilatur cõsecutioni numeri numerato, scilicet quòd, sicut non consideratur numerus in consideratione numerati, & nõ multiplicatur in multiplicatione eius, sic est dispositio temporis cum motibus. & ideo est tempus vnum omni motui, & moto, & reperitur in omni loco, adeo ꝙ, si imaginati fuerimus homines carceratos a pueritia in vna spelunca terrę determinabimus quòd isti non apprehendunt tempus, eo ꝙ non apprehendunt aliquem motuum sensibilium, qui sunt in mundo. Et ideo tenet Arist. ꝙ esse motuum in tempore est simile prę omnibus esse numeratorum in nume-

C ro, nam numerus non multiplicatur in multiplicatione numeratorũ, & non demonstratur ei locus, cum demonstrantur loca numeratorũ. & videtur ei ꝙ propter hoc fuit proprietas eius mensurare motum, & mensurare esse entium, quę mouentur, in eo ꝙ mouentur, sicut numerus mensurat corpora eorum. & ideo dicit Arist. in definitione temporis quòd sit mensura motus secundum prius, & posterius, quę sunt in eo. Et, cum sic fuerit, quemadmodum cum posuerimus numeratum quoddam innouatum, nõ oportet vt numerus sit innouatus, sed oportet, si fuerit numeratum, vt sit ante id numerus, sic oportet, si fuerit hic motus innouatus, vt sit ante eum tempus. si autem innouatum fuerit tempus, cum fuerit motus demonstratus, quicunque sit, tunc tempus apprehenditur cum motu illo. & hoc quidem facit te intelligere quòd natura temporis est remotissima à natura magnitudinis.

Numerus nõ multiplicatur in numeratione numeratorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicitur hoc pondus est tortuosum, mundus enim non habet sursum nec deorsum, quia est rotundus, rotundum autem non habet sursum nec deorsum, sed appellatur pars sursum id, quod est prope caput tuum, & deorsum, quod est prope pedem tuum, & est nomẽ determinatum in comparatione ad te, & pars, quę est deorsum respectu tui, est sursum respectu alterius, cum imaginatus fueris eum esse in alia parte rotunditatis terræ: & etiam plantą pedis eius erit in oppositum plãtæ pedis tui: immo pars, quam imaginatus es sursum ex partibus cœli die, est eadẽ sub terra nocte: & quod est sub terra, reuertitur supra terram circulariter. Primum vero in esse mundi non potest imaginari vt conuertatur vltimum. & est, quemadmodum, si imaginati fuerimus lignum, cuius vna duarum extremitatũ sit grossa, alia vero subtilis, & deliberauerimus appellare partem grossam contiguam subtili sursum ad locum, ad quem finitur, aliam vero partem deorsum, non videtur ex hoc esse differentia essentialis mundo: sed sunt nomina diuersa, quæ sunt ex diuersa positione huius ligni, adeo ꝙ, si mutatur situs eius, non mutatur nomen: mundus autem non mutatur: ergo sursum, & deorsum est proportio absoluta tibi, & non mutantur partes mundi, & superficies eius. Priuatio autem præcedens mundum, & finem primum, esse eius est ens essentiale, & non imaginatũ vt recipiat permutationem, & fiat vltimũ, nec priuatio, imaginata a nobis ꝙ sit corruptio mundi, quæ est priuatio eueniens, potest imaginari ꝙ fiat præcedens: sed extremitates finis mundi, quarum vna est prima, & alia vltima, sunt duæ extremitates essentiales permanentes, & non potest existimari permutatio in eis in permutatione relatiui ad eas: & econtra est in dispositione sursum, & deorsum. Quare possibile est nobis dicere ꝙ mundo non est sursum, nec deorsum: & tamẽ impossibile est nobis dicere ꝙ esse mundi nõ habet ante, & post. &, cum probatũ fuerit ante, & post, tunc nihil aliud est dispositio temporis, nisi id, quod est eius per prius, & posterius.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo responsionis Philosophorum est in vltimitate ruinæ. Et summa eius est ꝙ sursum, & deorsum sunt duo relatiua, quare euenit eis discursus imaginatiuus: discursus vero in ante, & post non est imaginatiuus, qm̃ in eo non est relatio, sed est intellectualis. Et dispositio huius est, quoniam sursum, imaginatum in aliqua re, possibile est imaginari deorsum in re illa, & deorsum potest imaginari sursum. sed in priuatione præcedente innouatum, quæ dicitur ante, non potest imaginari ꝙ sit priuatio, quæ est post innoua-

A tum, quæ appellatur post. Attamen dubium post hoc remansit eis. quoniam Philosophi tenent ꝙ hic sit sursum naturaliter, & est id, ad quod mouetur leue, & deorsum naturaliter, & est id, ad quod mouetur graue. sin autem, essent graue & leue respectiue, & positione. & tenent ꝙ finis corporis, quod est sursum, naturaliter euenit ei in imaginatione finis aut ad vacuum, aut ad plenum. Sed hæc ratio opponitur ei apud Philosophos duobus modis. Primo quidem, quoniam ipsi ponunt sursum simpliciter, & deorsum simpliciter, & tamen non ponũt primum simpliciter, nec vltimum simpliciter. Secundo vero, quia aduersarius potest opponere ꝙ non est causa imaginationis ꝙ sit sursum ipsi sursum: & procedet hoc in infinitum, ex eo ꝙ est relatiuum. sed accidit hoc imaginationi, quoniam ipse non apprehendit magnitudinem, nisi copulatam magnitudini, sicut non apprehendit innouatum, quod non habeat precedens. Et ideo permutatus est Alga. ex dictione sursum, & deorsum ad vltra, & extra: & dixit, respondens Philoso-
B phis, sed respondemus illi dictioni vltra mundum, & extra, & dicimus mundo infra, & extra, &c. vsque ad & hæc est causa erroris. & destruxit in hac permutatione id, cum quo disputauit cum Philosophis in assimilatione finis in tempore fini magnitudinis. nos autem iam declarauimus modum fallaciæ in hac assimilatione, id quidem, quod sufficit, & declarauimus quòd sit quæstio sophistica. & nõ oportet id hic reiterare.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio autem alia apud eos ad probandum eternitatem temporis. Dixerunt non est dubium apud vos ꝙ Deus glo. poterat creare mundum, antequam creasset eum spacio centum annorũ, aut ducentorum, aut mille, & sic in infinitum. hæc autem spacia distin
C guntur mensura, & quantitate. Et impossibile est quin affirmemus aliquid ante esse mundi extensum, & mensuratum, cuius pars aliqua sit durabilior, & longior alia. Et impossibile est quin affirmemus aliquid ante esse mundi, &c. vsque ad ergo ante mundum apud vos est aliquid habens quantitatem diuisibilem, quod est tempus: ergo ante mundũ est apud vos tempus.

Cum posuit argumenta, & sol. vult modo inducere Alga. immo probantem veritatem istam, scilicet esse possibile in imaginatione præteritum absq; motu. & dicit, adhuc dicimus quod præteritũ, & futurũ sunt eadẽ: & ante, & retro sunt duæ res tantũ in mente in nostra imaginatione. Hæc est igitur propositio. quod in re non sunt diuersa, immo eadem, sed tantum in mente. (Nos enim.) Hanc propositionem probat. d. nos enim possumus imaginari futurum id, quod fuit, & econuerso: quoniam instans heri fuit futurum ante heri, & econuerso: instans crastinum erit præteritum post cras, & tunc concludit. d. & si sic. ergo præteritum, & futurum non sunt res in mente per se, scilicet diuersæ seorsum, neque habent esse aliquod extra animã, immo est aliquid actũ, i. factum ab anima. (Vnde ista,) Cũ conclusit propositionẽ istã, vult modo concludere modũ, quo põt ibi intelligi, qđ illa sunt duę res, d, vnde ista prædicta duo, s. preteritũ,

& futurum comparatiue sumuntur.i.non sunt duo absolute, sed in respectu. (Et ideo cessato.) Istis visis concludit conclusionē.d. & ideo cessato esse motus.i.posito quod motus cesset, nō cessat tēpus in re: quia hoc non fieret nisi in tempore: sed cessat predicta cōparatio. i. non est amplius id, a quo sumitur prædicta comparatio. Et per hoc vult innuere solutio.arg. philosophorum.s. Arist.8.Phy.si tempus cessat, vel in instanti. vel in tempore: non instanti, quia instans est principium futuri, & finis preteriti: ergo erit tempus fuit ante tempus. si in tempore, idem sequitur. His verbis innuit solutio.d. ꝙ non sequitur : quoniam illa cessatio non est in re, sed in mente: quoniam illæ temporis differentiæ non sunt extra animam, sed compositione intellectus, &c.

Quia Alga.subtiliter soluit argumētū philosophorū, vult modo Auer. reprobare solutio. Alg. et primo resumit quid veritatis dicit respōsio. Alga.d. dicimus nos, qđ verū est qđ tēpus, & motus sequuntur se adinuicē. vult dicere, se habet sicut passio, & subiectū. Deinde ponit secundū bene dictū. d.& bene sup. dicit ꝙ tēpus est quid actū ab anima cū motu.i.ꝙ in natura motus aīa elicit rationem formalē tēporis. (Non tñ) vult modo ponere quid falsi dicit, & ait sup. licet hęc duo sunt conuenienter concessa, notum sequitur ꝙ motus, & tēpus cessant. Vbi debes scire ꝙ tēpus pōt duobus modis sumi. vno modo formaliter, & sic nihil est, nisi mensura motus. Secundo modo materialiter: & sic nihil aliud est, nisi natura motus apta nata considerari ab intellectu sub forma mensuræ motus. Vult ergo probare, quod licet tempus formaliter fiat nouiter ab anima, attamen tēpus materialiter non fit nouus, immo est semper, & semper fuit, & semper erit. Dicit ergo. esse namque tēporis nō est impossibile nisi cū entibus immobilibus.i. separatis. vult dicere quod sub tēpore nō est illud genus entiū, tñ mobilia sequitur tēpus necessario.i. sub tempore materialiter sumpto continentur omnino, ita quod nec illa possunt absolui a tēpore, neque econtra. (Hic enim non) ponit duas propositiones: quarū prima est, quod impossibile est tēpus esse in rebus abstractis a motu, & a materia. secunda, quod omnino est in rebus mobilibus. Primo ergo probat primam.d. hic, i. in natura non sunt nisi duo entia.i. duo genera entium, videlicet, ens recipiens motum.i. transmutabile generabile, & ens inrecipiens motum.i. abstractum a motu. ista distinctione habita, arguit præsupponendo, videlicet, vnde impossibile est quod vnum istorum sup. generum entium conuertatur ad alterum. s. genus, videlicet, quod ens transmutabile fiat intransmutabile, vel ecōtra. cuius rationem dicit, nisi esset possibile ꝙ necessariū conuersum esset ad possibile. præsupposito ergo isto. s. ꝙ inrecipiens motum non potest conuerti ad recipiens motum, arguit. d. vnde, si motus possibilis non esset, idest, si motus non esset in rerum natura, & postea inuentus fuerit, idest, & postea esset. sequitur contra suppositum. s. ꝙ natura entium inrecipientium motum conuerteretur ad recipiendam naturam motus: quod est falsum : cuius falsitatis rationem. d. & ratio huius est: quia motus est in re necessarius : & ideo non potest variari de non esse ad esse. (Vnde, si motus) hic probat consequentiā. Vbi debes scire, quod inrecipiens motum potest duobus modis capi. Vno modo pro eo, quod est, & tamen non est aptum motū recipere: sicut Deus, & substantiæ separatæ. Secundo modo pro eo, quod non est : sicut est pura priuatio scilicet quies. Primo modo, immobile dicitur inrecipiens. Secundo modo quies dicitur inrecipiens motum. Dico ergo, quod vtroque modo inrecipient motum recipere motum est impossibile. vult igitur deducere ad hoc, quod aliquod inrecipientium motum alteratio conuertitur ad naturam recipientem motum. His visis deduco consequentiam. vnde, si motus esset possibilis ante mundi esse, essent res recipientes, ideſt aptæ natæ recipere illum in tempore: vel supple, non essent illæ res aptæ recipere illum motum. non secundum, cuius rationem dicit. motus enim possibilis est in recipiente quietem, ideſt in re mobili, non in priuatione, ideſt in pura quiete: cuius rationem dicit. quia in priuatione nulla est possibilitas, nisi esset possibile, quod priuatio reduceretur ad esse, ideſt conuerteretur ad esse. & sic habetur consequentia scilicet quod natura inrecipiens motum fiet natura recipiens motum. Probat deinde quo

A non est possibile priuationem illam recipere motum per inductionem.d.& huiusmodi ratione priuatio præcedit quodlibet innouatum. & recessa priuatione innouata.i.annullata a subiecto recipit illud subiectum esse ipsius innouati, & renouatur inde priuatio: quod declarat per simile. d. sicut in contrarijs in quibus subiectis vicissim peruenientibus, idest alteratis reperitur; quando nãque calidum fit frigidum, non caliditas fit frigiditas, immo calidum fit frigidum.i. subiectum caloris amittit calorem, & nouiter frigiditatem recipit: vt clare patefactum est alibi a philosopho, & suis sequacibus patet ergo qualiter priuatio motus non potest recipere motum. Tum, quia inrecipiens motum fieret recipiens motum. Tum, quia in contrarium est inductio: neque potest dicere aliquis ꝙ ante mundi esse præfuerint mobilia. quia tunc, ante mundum esset mundus: et sic apparet consequentia iam dicta. Debes scire ꝙ virtus rationis consistit in hoc. si motus incœpit, ergo fuit ante eius esse ens possibile. si sic, vel fuit ens possibile recipi in pura priuatione, vel in ente mobili. non primum, neque secundum. ergo motus non potuit incipere esse. ergo fuit æternus. & sic tempus etiam est saltem materialiter æternum. & sic sol. Alga. nihil est. Sed dubitatur: quoniam diceret quis, quod motus fuit ante a instans esse mundi ens possibile, non quidem ex parte passi, sed ex potentia agentis: & quia ante a instans Deus potuit facere cœlum, & simul cum cœlo motum, & tempus: ideo possibilitas est ex parte agentis, & non passi, vt dicit Ioan. christianus, vt recitat Auer. 12. Metaphy. commen. 18. Contra hanc sol. nolo arguere sed tantum dico ꝙ philosophi non habent illud dicere. quoniam philosophi ex inductione sciunt istam vniuersalem. quod omne factum habet agens ex quo, & subiectum in quo, vt deducit Auer. primo Cœli. commen. 124. & in primo de substantia orbis: hæc enim propositio est conueniens omnibus sensibus. color enim albus fit ex non albo, & recipitur in subiecto. & breuiter omnibus quinque sensibus: illa vniuersalis est manifesta, & ideo apud Aristo. & philosophos habetur tanquam principium, & Auer. 8. Physi. commen. 22. & 26. & primo cœli. commen. 22. fere tetigit hoc. supponit ergo illam Auer. vt principium in naturali philosophia, & eam Aristo. nullibi probauit nisi inductione, vt dictum est in 1. Physi. ista ergo supposita, Auer. elicit inconuenientia iam dicta. Quomodo autem possit probari a potentiori, esset longum & friuolum: quoniam illa probatio procederet ex creditis: sicut & hæc probatio, modo, & quælibet philosophorum: & tu quære libros meos alibi.

Dubitatio.

B

Op. philosophorum.

Cum Alga. adduxit rationem illam, & Auer. solutione vult modo adducere vnam aliã rationẽ philosophorum, & eã soluere, & primo adducit rationẽ breuiter. d. ait Alga. arguens ad philosophos, scilicet vos o philosophi diceretis forte, quod necessario oportebit vos ponere præcessionem ante principium primi motus: hæc est virtus rationis philosophorum contra theologos. Si primus motus incœpit: ergo oportet ponere ante primum motum alium motum: qm̃ omne finitum terminatur ad aliquod ens: aliter ad nihil terminatur, & sic non esset finitũ, illud ens non põt fingi esse nisi motus: quoniam ante primum motum non potest esse nisi motus, cum omnia sint post ipsum. (Nos vero.) Vult respondere huic rationi, & eius solutio consistit in hoc, quod conclusio illa non valet: nec oportet vt terminetur ad alium motum, sed seipso terminatur. & hoc declarat per exemplum: dicit ergo, nos vero vobis, scilicet philosophis respondemus, quod hæc, scilicet motum primũ terminari ad aliũ motũ, est summa phantasia, & error imaginationis, & exponit quæ est summa phantasia. d. videlicet, imaginari præcessionem ante primum motum, quando nullum erat mobile. Hoc dico esse phantasiam. (Et hęc phantasia.) Cum negauit cõsequentiã, declarat respõsionẽ eius esse cõuenienter datam per exemplũ. d. & hęc phãtasia, seu imagĩnatio vniuersale, id est, similis est imaginationi opinantis, quod terminus corporis mundi seorsum, id est, globum octaui orbis, peruenit necessario aut ad aliud corpus, aut ad vacuũ. Et dat causam huius similitudinis, scilicet inter corpus, & motum. d. & declaratio huius est, quia dimensio sequitur corpus, sicut tempus sequitur motum: qm̃ dimensio est propria passio corporis, sicut tẽpus est ꝓpria

C

pasſio motus: ideo concludit. d. vnde, ſi impoſsibile eſt corpus infinitum inue A
ri, impoſsibile eſt inueniri dimēſionem infinitam: qm̄ dimenſio eſt paſsio cor
poris, & ſi ſic, neceſſarium eſt quod corpora finiātur: non ꝙ quodlibet corp.
ad aliud corpus perueniat, vel ad rē, in qua dimenſio mēſurari pōt, ſcilicet v.
cuū: quod licet non ſit corpus naturale, eſt tñ res, in qua poteſt menſurari dim
ſio. (Similiter motus.) Applicat exēplū ad propoſitū. d. ſimiliter motus eſt
ſecutum a tempore, i. ſe habet ad tempus eo modo, vt dimēſio ad corpus, & ide
concludit illud idē. d. vnde impoſsibile eſt inueniri motū prѣteritū infinitū, p
ſito motu primo finito a parte principij, & addit qđ eſſet ēt impoſsibile, quo
attribuatur ſibi ante, cuius rationem dicit, quia, ſi ante haberet, oporteret p
motus ante primū motū: vult ergo quod, ſicut corpus mūdi ſeipſo finitur, ita m
tus primus, & ſicut illud corpus non dicitur infinitū, quantūcunque non term
natur ad aliud: ita & motus non dicitur infinitus, licet non terminatur ad alie
motum. Et hæc eſt pulchra imaginatio, & Ariſt. videtur tangere illam in fi.
quarti Phyſi. vide eum: quoniam Auerroes etiam bene dicit ibidem.

Cum narrauit motiuum Algazel. vult reprobare ipſum, quantum ad l
cum ſimilitudinis, & ait: dicimus nos quod verba huius hominis ſunt ſoph
ſtica manifeſte: vult dicere quod argumentum eſt ſophiſticum. (Et locu
explanat locum ſophiſticationis dicens, & locus ſophiſticationis eſt intra B
relationem vel lationem, id eſt, multiplicitatem, & extenſionem prædic
propoſitionis, vt in libro Elencorum patefit. Debes ſcire quod argu. con
ſtebat in hoc: quod ſicut mundus eſt finitus ſeipſo, ita tempus & motus: quo
niam, ſicut vltra octauum orbem nihil eſt, ita vltra tempus, & motum prim
nihil eſt: poteſt ergo exponi vno modo, quod hoc prædicatū, infinitus, eſt m
tiplex ſecundum æquiuocationem: quoniam dicitur de infinitate in magnitu
ne, & de infinitate in ſucceſsione: & quia ita eſt, ideo poteſt ibi eſſe æquiu
catio, & fallacia in dictione. Vel poteſt dici quod eſt ibi fallacia in tota orati
ne, merito multiplicitatis prѣdicari, ſcilicet fallacia amphibologiæ: & vide
mihi plus ad verba: quoniam ſubdit rationem. d. & declaratio huius eſt, qu
ipſe tranſtulit indiuiduum in ſitualis quantitatis, id eſt, rem de vna ſpecie qua
titatis, ſcilicet ſucceſsiue, & totum non habens corpus, ſcilicet tempus, & mo
tum: ambo enim carent ſitu: tranſtulit dico ad quantitatem ſitualem, & ad to
tum habens corpus: ecce, quomodo eſt amphibologia: quia tranſlatiue, & me
taphorice locutus eſt metaphora, & ſimilitudine incongrua. Deinde ex ho
Algazel opinatus eſt hoc, quod ponit d. & indicauit, id eſt, intulit impoſsib
le, ſcilicet quod impoſsibile eſt, quod infinitum poſsit prædicari de ſitua
quantitate: & hoc, quia impoſsibile eſt prædicari de ſituali quantitate: hæ C
enim eſt immediata, corpus eſt finitum: vt declarat Auerroes primo cœli co
men. 39. quoniam corpus, inquantum corpus, clauditur termino, vel term
nis, cum ſit figuratum: & propter hoc poſuit actum animæ, imaginando impo
ſibilem augmentationem ſuper quodcunque ipſorum, ſcilicet tam genus ſucce
ſiuorum quā continuorum vno & eodem modo: & in hoc conſiſtebat vis arg
menti Algazel. & locus ſophiſticationis. (Et hoc ſummum falſum eſt: quo
Cum declarauit ſedem ſophiſticationis, vult modo declarare peccatum, qu
quo ad materiam: quoniam medium Algazel. peccat in forma, vt demonſtra
uit: & peccat in materia, vt nunc declarat. d. & hoc ſummum falſum eſt, id eſt
illa ſimilitudo nulla eſt: cuius rationem aſsignat. d. quia imaginari ſupra ma
gnitudine præſenti in actu, id eſt, exiſtenti in eſſe facto, quod perueniat a
aliam magnitudinem, non eſt quid inuentum in ſubſtantia, id eſt, definitio
ne eius, neque pro, id eſt, neque in ſua definitione. Debes ſcire, vt dicitur
Phyſi. quod licet corpus poſsit diminui in infinitum, eo quia vt dicit. 59. com
men. ibidem, diuiſio eſt ratione materiæ, non tamen poteſt augeri ad infinitum
quoniam augmentū eſt ratiōne formæ, quѣ terminus dicitur, et ratio, vt ibi dic
& ideo, ſi aliqñ aliquod poſſet augeri in infinitū, ſequitur quod augeretur aliq
non tamen, ſi aliquod poteſt diuidi in infinitū, aliquando diuidetur: & tu leg
bene commenta illa. (Sed imaginari.) Cum declarauit qualiter magnitudi

Aliquod poteſt diminui in infinitum non tamē poteſt augeri ī infinitum.

A continua in permanenti, nec secundum substantiam, nec secundum definitionem potest esse infinita. Declarat quod non sic est in successiua. d. sed imaginari perfectionem subsequentium post preterita in motu innouato, est quid inuentum in substantia ipsius motus: vult dicere quod motus sit post motum, & sic in infinitum est de perfectione & substãtia motus: quod probat dicens, impossibile enim est quod motus innouetur nisi in tempore, sic videlicet, quod tempus præcedat suum principium. Tunc vltra, similiter impossibile est imaginari tempus habere extremitatem, quod non sit finis preteriti, & cuiusdam temporis principium, scilicet futuri. Cuius rationem adhuc assignat. d. definitio enim nunc, id est, instãtis est esse aliquid medium inter preteritum, & futurum. & ideo concludit. d. vnde imaginari presens, quod preteritum non precedat, ipsum est falsum. Ecce quo modo declarauit, quod semper ante tempus fuit tẽpus: ergo, per consequens ante motum fuit motus, & sic de definitione temporis, & motus est crementum in successione infinita, & totum hoc declarauit Arist. in. 6. physi. (Punctus namq;.) Hic remouet quandam tacitam obiectionem: potest enim quis dicere, sicut se habet punctus ad lineam, ita instans ad tempus, & mutatum esse ad motum: sed datur punctum, ante quod nihil est linee, neq; puncti: ergo datur instans, ante quod nihil est temporis. Cui respondet negando similitudinem. d. punctus namq; non

B sic se habet: ergo vult negare similitudinem: cuius ratione dicit, punctus namq; finis est linee, & cum ea semper reperitur, id est, & est permanens cum ea, prout linea est quid quiescens, id est, permanens: & ideo optime potest imaginari, id est intelligi punctus principium lineæ, quamuis non sit alterius finis. Debes scire quod tota virtus dissimilitudinis stat in hoc: quoniam ideo in motu, & tempore nunc est in medio præteriti, & futuri: quoniam esse motus, & temporis consistit in fieri, & nunquam est in actu terminatum, & factum. Magnitudo autem permanens, ideo potest habere terminum totalem, quoniam esse eius consistit in facto esse. & sic apparet locus dissimilitudinis, & solutio q̃stionis. (Patet ergo.) Vult nunc concludere peccatum Algazel. totaliter dicens. patet ergo quod nũc est post preteritum, & ante futurum: & patet vniuersaliter quod id, quod de se stare nequit, id est, quod de se stare nequit, id est, quod omne id, cuius esse est successiuum & in fieri, impossibile est quod reperiatur ante esse futuri, nisi sit finis preteriti temporis: vnde sequitur quod causa erroris Alga. sumitur in dando similitudinem inter nunc, & punctum. & sic soluta est ratio quantum ad materiam, et quantum ad formam. (Demonstratio tamen.) Vult verificare aliquo modo dictum Alga. & primo ostẽdit illud non posse intelligi de priuato, id est, de motu, quod accipit esse post non esse. d. demonstratio tamen quod tempus præcedit quemlibet motum innouatum, id est nouum: hoc est quodlibet innouatum sine

C dubio erit priuatum, idest, sine dubio non potest intelligi nisi altero duorum modorum, aut de priuato, id est, nouo, aut de æterno. non potest intelligi de priuato, quoniam est impossibile ꝙ in illum nunc, in quo innouatum fuit, id est res noua fuit, pro tunc fuerit res priuata. ergo non potest intelligi de priuato. Si ergo verificabitur, remanet quod verificetur de deo, quod erat priuatum in nunc, id est in aliquo instanti: & præter primum nunc innouationis. q. d. sunt duo nunc, scilicet Dei, & innouationis motus. & inter duo nunc semper tempus reperitur, sicut inter quelibet duo puncta potest linea protrahi, vt probatum est in lib. phy. 6. Debes scire, ꝙ hic Auer. duo tangit: quorum primum est, quõ sequitur adhuc ante motum fuisse motum: quoniam declarat, quod in aliquo instanti fuit Deus apud Algaze. in quo non fuit motus: ergo instans, in quo fuit Deus, & instans, in quo incœpit motus, sunt duo instantia. ergo inter ea est tempus per rationem illam positam: sed tempus sine motu non est, ergo erit ante motum motus: quod erat probandum. His concludit. d. oportet ergo ꝙ ante nunc, in quo innouatus Op. philosophorum. fuit motus, sit necessario tempus. ergo seorsum magnitudo, & successiuum non sunt similia. cuius rationem dicit. ante enim, & nunc simile est puncto: & per consequens, sicut inter punctum, & punctum cadit linea media, ita inter nunc, & nunc, & addit: neque quantitas situalis est similis quantitati insituali. vult dicere propterea argumentum eius nihil est. (Amplius tempus.) Nunc vult decla-

zare modum, quo errauit in similitudine alio modo a predicto.d.amplius temp. non sequitur motum eo modo, quo finis sequitur magnitudinem, id est temp. non se habet ad motum, eo modo, quo finis, id est terminus sequitur, id est se habet ad magnitudinem. cuius rationem dicit, enim pro quia, finis sequitur magnitudinem, inquantum in ea reperitur actualiter, scilicet inquantum reperitur accidens in suo subiecto sensibiliter indicato. Sed tempus cum motu non sic se habet: immo tempus sequitur motum illo modo, quo numerus sequitur numerat. cuius similitudinem declarat dicens, sicut enim numerus non permutatur mutatione subiectorum numeralium, neq; multiplicatur eorum multiplicatione, similiter recte tempus sic se habet cum motibus. Debes scire, ꝙ numerus trinar. lapidum, bouum, hominum semper est vnus: quoniam res numerate, se habent materia, ratione cuius non accidit variatio in forma: variatur tamen numerus ratione formę, scilicet per additionem vnitatis, &c. sic & tempus eo modo dicendum. (Et ideo tempus) Concludit correlarium.d. & ideo tempus est vnum cum quolibet motu & mobili. cuius rationem dicit. & ideo Arist. in temporis definitione ait, ꝙ tempus est numerus motus secundum prius & posterius. quod vlterius declarat.d. vnde, sicut si nos poneremus quoddam numeratum nouum, n. sequeretur quod numerus esset nouus, immo oportet quod ante ipsum sit numerus similiter est in motu, videlicet, ꝙ si hic esset motus, ꝙ tempus præcedit. tunc concludit intentum. oportet ergo ex omnibus pręmissis, quod natura temporis distinguitur omnino a natura magnitudinis.

Hic accidit quęstio ait Auer. quod tempus est vnum omnium, quia numerus. Contra arguitur: quoniam, sicut dicit ipse.8.physi. com.6.&.2.phy. commen.26. forma specificatur a materia. cum igitur motus sint, scilicet diu. in specie, ergo & formę eorum, quę sunt tempora. In oppositum est Auer. & Arist.4.physi.plane.

Tempus dupliciter sumitur.

Circa quaestionem debes scire primo, ꝙ tempus potest cap. pliciter. Vno modo materialiter pro aptitudine fundata in motu ad mensur. & sic quot sunt motus, tot sunt aptitudine, cũ illa aptitudo sit vna res cum mo. vel eius passio. Secundo modo potest capi pro numero, id est formaliter pro numero, qui est actus animę, vel tempus animę, per quod motus actu mensurat. & sic dicitur forma motus, non quidem inexistens motui, sed animæ, sed dicitur forma denominans motum.

Solutio.

Ad quaestionem ergo respondeo, ꝙ tempus materialiter multiplicatur secundum numerum motuum: quoniam, vt sic est forma intrinseca eius. formaliter autem cum compleatur ab anima. ideo eadem forma est omnium, eodem actu numero anima mensurat decem lapides, & decem boues. Ad argumentum dicendum, quod dictum Auerrois intelligitur de forma inhæsionis non de forma denominationis. Sed adhuc intellectus non quiescit: quoniam anima eo actu, quo numerat lapides, non potest numerare boues, quoniam actus animæ desinit esse. ergo saltem erunt plures actus numero. Adhuc, sicut numerus variabitur per additionem vnitatis, ita & tempus per additionem mensuræ. Verbi gratia, dies distinguitur specie ab anno. ergo saltem erunt plura tempora aliquo modo. Pręterea, tunc omnia essent in ęquali tempore, cum vnum numero sit tempus omnium. Ad hæc dicendum, ꝙ tempus potest considerari vt continuũ est, & vt discretũ: vt continuum, vt sic neq; est hora, neq; dies, neq; annus sed mensura longa motus, & vt sic est vnũ oĩum: sicut circulus põt considerari vt circulus tantũ, & sic vnus est in ligno.x.pedum, sicut in ligno centũ pedum. Alio modo põt considerari, vt transit in quantitatem discretam, id est, numeratur per horã, per minuta, per dies, &c. & sic per accidens multiplicatur temp. ratione additi.

Dubitatio.

Tẽpus qñq; sumit vt cõtinuũ, qñq; vt discretũ.

Solutio.

Ad argumenta. ad primum dico, ꝙ actus illi sunt vnus ęquiualenter, sicut vox, qua vocatur Socrates est vna cum eadẽ voce secundo prolata qua vocatur idem. sunt ergo vna vox æquiualenter, & sic in proposito. Ad secundũ dicendũ, ꝙ vt sic tempus est multiplex in specie, non ratione eius, vt continuũ, sed vt transit in discretum: & sic rationẽ intellexit Auer. Ad tertium concedo, ꝙ omnia sunt in ęquali tempore absolute sumpto, s. vt nõ transit in disc.

to, non tamen vt transit in discreta quantitate. & sic apparet quomodo tempus est vnum, & quomodo non. & diu stetit Ioan. in errore, & ego cum eo: modo autem dominus philosophus Auer. ad plenum satisfecit mihi.

Hic adducit Alga. argumentū philosophorum contra theologos. & primo introducit Alga. loquentem. d. ait Alga, allegans pro philosophis contra loquentes, istud, videlicet, quod mundus est ab ęterno, in his verbis. (Non est dubiū.) Cum introduxit verba Alga. ponit eius verba. d. non est dubium apud nos, quod ipse Deus benedictus poterat creare mundum, antequā creasset eum. dico ante, s. in mensura vnius anni, vel mille annorum, vel infinitę, id est tēpore finito ante. adeo quod hę mensurationes sunt infinitę continuę in mensura, & in quantitate. Est ergo suppositum, antequam Deus creauit mundum, potuit ipsum creare. vel igitur inter posse, & esse fuit aliqua mora, vel non. si non, ergo Deus insimul fuit cum mundi creatione. Si sic, habetur suppositum, s. quod inter posse creare mundum, & esse creatum eius, stetit mensura. (Vnde sine.) Ex hoc infert vnum consequens. d. vnde sine dubio oportet ponere aliquid ante esse mundi extēsum, cuius vna pars est longior, & dilatior altera: quoniam pars propinqua creationi mundi est breuior parte remota, ideo concludit. ergo oportet quod ante mundū esse sit aliquid quantitabile: & hoc non potest esse nisi tempus, ergo oportet concedere ꝙ ante mundum fuerat ipsum tempus.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis est ꝙ, cum imaginati fuerimus motum, inuenimus cum eo spacium mensurans eum, quasi sit mensura eius. motus vero est mensuratus, & inuenimus hoc spacium, & mensurā posse poni in eo motum lōgiorem motu posito primo, & ęqualem ei, & conuenientem cum eo. & ex hoc spacio dicimus vnum motum esse lōgiorem alio. &, cum sic fuerit, & mundo ipsi fuerit spacium vnum apud vos a principio vsq; ad pręsens, ponamus exempli gratia, quod hoc sit mille annorū, & om̄ ipse Deus glo. poterat creare ante hunc mundum alium mundum, tunc erit spacium, quod mensurat eum, lōgius spacio, quod mensurat primum mūdum mensura determinata, & sic potest creare tertiū ante istum secundum, & quilibet horum mundorum necesse est vt pręcedat ad esse eius spacium, quo potest mensurare mensuram esse eius. &, cum fuerit hęc possibilitas in mundis, procedetur in infinitum, s. ꝙ possit esse ante mundum mundus, & ante mundum illum alius mundus, & procedetur in infinitum. ergo hic est spacium ante omnes mundos. & hoc spacium, mensurans omnes, impossibile est vt sit priuatio: priuatio. n. non mensuratur: & non erit nisi quantitas necessario: nam mensurans quantitatem est quantitas necessario. Igitur quantitas mensurans est id, qđ nos appellamus tempus, & apparet ꝙ sit prius esse omnibus rebus, quę imaginatę sunt innouari, sicut mensura debet esse pręcedens mensurato in esse. Et quemadmodum, si fuerit hoc spacium, quod est tempus, innouatum in innouatione primi motus, necesse est vt sit ante id spacium, quod est mensurans id, & in eo est innouatum, & est quasi mensura ei, sic necesse est vt sit ante omnem mundum, cuius esse imaginatur spacium eum mensurans. Igitur hoc spacium non est innoua-

Et sic Auer. concederet ꝙ si Deus pōt facere aliū mundū īfinitos quoque posset. et hoc pro ꝗbusdā Theologis.

tum. nam, si esset innouatum, esset ei spacium id mensurās: nam o
innouatum habet spacium id mensurans, quod appellatur tempus
hic est magis conueniens modus modorum, quibus ponitur hic se
& est via Auicennę in probatione esse temporis. Attamen eum in
ligere est difficile, quoniam omne possibile est spacium copulatur
& est locus quęstionis, nisi cum conceditur ꝙ possibilitates, quę
ante mundum, sunt de natura possibilitatis repertę in hoc mund
sicut possibile, quod est in hoc mundo, de natura eius est vt eueni
tempus, sic possibile, quod est ante mundum. hoc tamen est man
stum in possibili, quod est in mundo, vnde potest imaginari ex co
temporis.

Primo exponit vim argumenti Alga. dando ei efficaciam. secundo ibi (F
ratio) Remouet quęstionem, & colligit membrum, de quo est sermo. dicit
Dicimus nos quod sententia horum verborum est, ꝙ quādo imaginamur
nos non imaginamur nisi prolongationem quandam, & mensurationem, q
esset pondus, vel mensura, motus mensuratur ea, & ait, quod licet in illa pr
gatione non sit motus, saltem ibi potest poni motus vnus altero longior. s.
primo motu, id est motu cœli. vel si non potest esse longior motu cœli, saltē
pollet ei, id est est ei æqualis: sufficit ergo quod ante mundum possit poni i
prolongatione motus maior motu cœli, vel ei ęqualis. (Ponamus ergo) T
arguit. ponamus ergo per exemplum hoc fuisse spatium mille annorum: &
Deus apud eos poterat creare aut hunc mundum, aut alium mundum. ergo
longatio, qua productus fuit mundus mensuratus, est longior illa prima, q
tuit produci alius prior isto, ex quo mundus primus mensuratur quantita
minata. erit ergo breuior hac. Similiter erat possibile alius mundus
creari ante ipsum secundum, & sine dubio possibile erat quod prolonga
qua mensurari poterat quantitas sui esse, pręcedebat quemlibet eorum mu
rum, & hoc poterat ire, & procedere ad infinitum. ergo hic est dare prolo
tionem pręcedentem omnes mundos. Vult ergo habere ex hoc: quod ante
huius mundi fuit mora media inter esse, & posse: cum ante esse huius potu
esse infiniti mundi, quorum quilibet potuit esse ante alium, & sic in infin
(Et hæc duratio) Remouet quęstionem. potest enim fingi quod illa durati
cedens fuit priuatiua, non positiua: eo quia, tunc non fuerant mundi infin
potuerunt esse. & ideo fuit priuatio prolongationis cum possibilitate ad
Contra istud arguit Auerroes tribus rationibus, secundo ibi (Et est manife
tertio ibi. (Et sic dicendum) primo ponit conclusionem, quam intendit. d.
duratio seu prolongatio, quę mensurat omnes, impossibile est quod sit pr
Deinde ponit rationem, quę sic componitur. omnis quantitas mensuratur
tate positiua. mundus est quantitas. ergo mensuratur quantitate positiua, &
pore. Huius primo ponit minorem. d. mundus enim necessario est quantitas
de maiorem. d. & quantitas mensuratur quantitate. deinde ponit consequ
conclusionem. d. & ideo hęc quantitas sine dubio mensurans est tempus. (E
manifestum) Hic ponit secundam rationem, quę sic componitur. omnis me
positiue, & realiter præcedit mensuratum, sed illa prolongatio est mensura
eos ipsius mundi. ergo realiter & positiue præcedit mundum. huius tangit
rem. d, & est manifestum ꝙ omnis mensura pręcedit in esse, id est realiter
sitiue quamlibet rem innouatam, sicut mensura pręcedit quemlibet innou
mensuratum in esse. (Et sic dicendum) hic tāgitur tertia ratio per imposs
& sic dicendum esset, ꝙ ista prolongatio, quę est tempus, fuerit innouata
uatione primi motus, ergo ante eam esset prolongatio mensurans, qua men
tur. & est tanquam mensurans. Similiter dicendum est, quod ante quen
mundum, verum, vel imaginatiue esset duratio, ex qua mensuratur, ergo h
longatio non est noua, sed semper fuit; si enim noua esset, haberet duratio

ex qua menſuratur. & quodlibet ſic ſe habens, tempus nuncupatur. deinde ponit autorem huius vis, & difficultatem, & patet. Debes ſcire, quod ſicut columnam eſſe dextram, vel ſiniſtram poteſt duobus modis intelligi: vno modo per naturam intrinſecam, eo modo, quo animal per virtutem intrinſecam eſt dextrum, & ſic falſum eſt ipſam eſſe talem. ſecundo modo per accidens, & reſpectiue per rationem extrinſecam alterius. & ſic verum eſt. Ita tempus finiri apud philoſophos poteſt intelligi duobus modis. vno modo intrinſeco, quia detur vltimum inſtans, & intrinſecum, vltra quod non proceditur amplius: alio modo extrinſeco, & reſpectiuo, pro quanto in eo finitur aliquid, & pro quanto homo ſignat ab intellectu inſtans totius præteriti in eo, quę ſignatio nihil ponit temporis, cum inſtans non ſit in actu apud Auer. niſi in noſtra mente, ſicut vniuerſale. Secundo debes ſcire, quod ſicut circulo per rationem intrinſecam repugnat finiri, eo quia ibi intrinſece non eſt dare punctum, ad quem terminatur, & vltra quem amplius non protenditur, ita tempus finiri ab intrinſeco eſt impoſsibile apud eos: & ſicut a nobis poteſt circulus intelligi finitus, per hoc, quod ſignamus punctum a quo incipit, licet iſta ſignatio nihil relinquit in eo, ſed tantum in nobis, ita in tempore ſignamus inſtans huius diei eſſe finem totius temporis pręteriti, & principium totius futuri, licet intrinſece nihil ſit in eo, cũ actu nullum ſit inſtans terminans, nec actu pręteritum eſt diuerſum a futuro, ſed tantum in potentia vt patet ab Auerro. alibi. ideo dicit Auer. 8. phyſi. commen. 5. quod tempus finiri per ſe, & infinitum eſſe per tranſitum per ſe, eſt impoſsibile per rationem intrinſecam, vt patet ibidem. 13. commen. licet per accidens non inconueniat, vt patet. 5. phyſi. c. 13. & ibidem. 8. commen. 47. Ex his poteſt ratio componi vna fortiſsima ſic, aggregans omnes alias. quicquid repugnat eſſentialiter tempori actuali, & per rationem intrinſecam repugnat eſſentialiter, & per rationem intrinſecam tempori poſsibili eſſe: patet, ſi hinnibile repugnat ſorti genito, repugnat ſorti generando: ſed finiri per ſe, & ratione intrinſeca repugnat tempori actuali, ergo tempori poſsibili, quod præceſsit tempus actu genitum ſimul cum mundo. ergo impoſsibile eſt tempus potentiale finiri ad primum inſtãs temporis geniti.

Duplíciter põt intelligi tẽpus finiri.

Ratio.

Sed hic eſt quæſtio non parua. videtur enim quod nulla iſtarum rationum valeat. quoniã Theologi dicunt quod tempus, & motus primus nõ ſeorſum creati vel generati fuerunt, ſed ſimul cum mundo, ſicut Plato dicit, ſolus enim Plato mundum generat, & ſimul cum eo tempus, & motum factum eſſe dicit, vt 8. phyſi. & primo cœli teſtatur Ariſt. Quando autem arguitur. omne innouatum menſuratur aliqua menſura, eſt verum de innouato propria innouatione, qualiter non innouatur motus, & tempus, vt Plato dicit, & ſic poſſet defendi opinio Plato. & etiam legis, & eſt optima reſponſio & vera. Attamen contra poteſt replicari pro Auer. & Ariſto. quoniam omne, quod per ſe incœpit, vere aliquando fuit, & aliquando non. ergo omne, quod incœpit cum alio, aliquando fuit, & aliquando non. Sed omne tale habet menſuram propriam, vel communem ſibi, & illi, cum quo incœpit. ergo, &c. Quod ſi dicatur ꝙ aliquando, & aliquando ſunt conditiones temporis imaginarii & non veri. Contra, huiuſmodi conditiones ſumuntur ab aliquo ex parte rei, vel a nullo. Si a nullo, ergo eſt chimericũ, & ſi ab aliquo, ergo eſt extenſio vbi poteſt ſignari aliquando & aliquãdo. Pręterea, non plus eſſe debetur tempori, quam eſſe menſuram alicuius. ſed tale nihil requiritur niſi anima, ergo illud, vbi ſignabitur aliquando & aliquando, erit vere tempus. Pręterea, nunc tempus eſt, demonſtrando inſtans, in quo mundus creatus fuit, & ante illud non fuit, ergo vere tempus incœpit, ergo ſibi reſpondet vera menſura inceptionis eius. Pro fundamento philoſophorum debes ſcire, quod ipſi non ponunt aliquam productionem niſi generationem, quoniam ipſi non ponunt. niſi illud, quod eſt commune omnibus ſenſibus, vel contra ipſum nullus ſenſus contradicit. cum igitur creationi omnis ſenſus contradicat, vt alibi declaraui, ideo tantum generationem ponunt. omnis autem generatio finis eſt alterationis. ideo, ſi mundus incępit, vere genitus fuit, & vere alteratio ipſum pręceſsit, ergo ante tempus fuit vere tẽpus. & hoc fundamento vſi ſunt philoſophi.

Contra.

Reſponſio.

Replica.

Fundamentũ philoſophorum.

quod ſi verum eſt, rationes Auer. ſunt demonſtratiuę. Verum rationes contra reſponſionem Platonis ſunt poſitę a me gratia exercitij, & de facili ſoluuntur.

Solutio. Ad primam dico, quod tempus imaginatum ſumitur a poſsibilitate temporis, quę eſt in agente. Ad ſecundam negatur antecedens. immo requiritur fundamentum, a quo ſumitur, ſcilicet aptitudo fundata in motu, de qua ſuperius. Ad tertiam dicendum, quod nunc tempus eſt, accipiendo nunc poſitiue & ... Ante non fuit, ly ante accipitur priuatiue, & non vere. & ideo rationes philoſophorum ſunt tantum ex ſuppoſitione. & licet ita ſit, iſtud tamen eſt verum fundamentum eorum, & tu conſidera.

A

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio autem eſt. quoniam hoc totum eſt ex ... re imaginationis. & magis conueniens modorum, circa ... tionem præceſsionis tempori, eſt cum dicimus vtrum ... in poteſtate Dei creare orbem ſuperiorem in eleuatione eius, ... rem eo, quo creauit eum. Si autem dixerint non, ergo eſt de... Si vero dixerint ſic, vt duo brachia, vel tria, & ſic procedet in in... tum, tunc in hoc eſt affirmare dimenſionem vltra mundum ha... tem menſuram quantitatiuam, nam eleuatum menſura duorum ... chiorum, aut trium occupabit locum maiorem eo, quem occu... aliud per duo brachia, vel tria, ergo vltra mundum, ſecundum h... quantitas determinans habentem quantitatem, & eſt corpus, a... cuum. igitur vltra mundum eſt vacuum, aut plenum, &c, vſq; ad ... ſponſio noſtra, imaginando in imaginatione exiſtimationem p... bilitatum temporalium ante eſſe mundi, eſt ſicut reſpõſio veſtra ... ginando in imaginatione exiſtimationem poſsibilitatum loca... vltra eſſe mundi.

B

Declarauit Auer. ꝙ ſimilitudo Alga. nulla eſt. dixit enim Alga. quod mundus finitur ſeipſo, & ita tempus, vt viſum fuit. vult modo Alga. prob... militudinem, & dicit, ait Alga. nos vero ſuper hoc arguemus dicentes, ... nia iſta ſunt phantaſię, cuius rationem dicit. opus enim, & facultas ad ca... prędicta, eſt, ꝙ opponamus tempori cum loco, id eſt, comparemus naturam ... poris cum natura loci, & locati, & dicemus ꝙ erat in potentia Dei, vt ... ſupremum orbem maiorem, ſcilicet octauum, quam mundus eſt in qu... vnius palmę. &, ſi philoſophi hoc negarent, attribuerent Deo defectum ... Deus poteſt facere octauum orbem multo maiorem, quam nunc ſit. ... ipſi.) Nunc eligit membrum ad propoſitum. d. ſi vero ipſi concederent ... ſunt confiteri de duabus palmis, vel tribus, & in infinitum, tunc con... ergo oportebit ex hoc concedere retro mundum ſpatium quantitabile. ... enim duarum palmarum magis impedit, quam ſpatium vnius palmæ: ... tro mundum eſt dare ſpatium quantitabile, id eſt, magnum, quod eſt n... riam ponere, aut corpus, aut vacuum, &c. quę ſequuntur iſtum homine... quomodo intelligitur hęc ratio ad propoſitum Alga, non exponit, ſed ... roes ſtatim.

C

Vult modo Auer. dare vim argumento Alga. Deinde ibi (reſponſio ... eſt) dat reſponſionem. Primo ergo dicit, dicimus nos ꝙ id, quod dixit Al... ne ſequitur, poſito ꝙ quantitas corporea mundi poſsit ad infinitum aug... tunc. n. ſequitur ꝙ poſsit a Deo benedicto inueniri res finita, quã prœce... nitę poſsibilitates quantitabiles, ſtat ergo in hoc, ꝙ ſi mundus poſsit eſſe ... quam modo ſit, tunc poſſent ante eum pręcedere poſsibilitates infinitę, ...

A bus potuit esse, & nō est. Tunc reducit exemplum ad propositum.d. vnde, si hoc esset possibile in magnitudine, sequitur similiter in tempore. ergo inueniretur tēpus finitum ab vna extremitate.s.a parte ante, quamuis precedant ipsum possibilitates temporales ad infinitum. Ecce igitur vim similitudinis. arguitur igitur sic, sicut mundum precesserant infinite possibilitates quantitabiles, ita & tēpus: ergo, sicut mundus a Deo ponitur finitus, ita & tempus, & sic apparet vis argumenti Alga. (Responsio huius.) cum dedit vim argumento Alga. vult soluere ipsum. vbi debes scire ꝙ tres sunt nature entis.s. necessaria, impossibilis, & contingens. omne.n. ens aut est necessarium, aut impossibile, aut contingens, & hoc declarauit Arist. in prioribus, & Auer. primo cœli.cō.138. dicit ergo quod mundum fore maiorem, vel minorem est natura entis impossibilis. & hoc primo ponit, secundo ibi. (Si enim possibile.) Probat hoc. Dicit ergo primo, responsio huius est, quod imaginari esse mundum maiorem vel minorem est possibile secundum veritatem, si natura possibilitatis ante esse mundi fuisset, & non fuissent etiam alie due nature, videlicet necessaria, & impossibilis. quod est falsum. qm̄ mundum esse maiorem vel minorem non est natura possibilis, sed impossibilis. he nāq; tres naturæ semper fuerunt. & ideo redargutio Alga. cōtra philosophos nullo modo dirigitur: ipsi nāq; opinantur quod impossibile est mundū esse maiorem, vel minorem. (Si.n. possibile.) Nunc probat hoc.d. si enim esset possibile B reperiri magnitudo maior magnitudine, qua mundus nunc est, & sic in infinitū, sequeretur quod deberet reperiri magnitudo infinita in actu, cuius consequens destruit.d. quod est falsum, vt declaratum est ab Arist. pri. cœli & mundi. Ait cōtra quos valet argumentum.d. sed apud negantem predictam impossibilitatem, et dicentem esse possibile reperiri mundum maiorem, quam nunc sit, erit redargutio illa perfecta, & valde vehemens. oportet enim quod hec sit possibilitas saltem intellectualis, sicut mundum apud philosophos. Si ergo conceditur quod potest esse maior mundus, quam nunc sit, iam sequitur quod possibilitates quantitabiles potuerunt esse, & precessisse infinite.

Sed circa hoc est questio, quomodo valet hec consequentia, pōt aliqua quantitas ad infinitum venire, ergo augebitur ad infinitum, arguitur.n. hoc non valere: qm̄ non sequitur apud Auer. primo de gene.cō.9. continuum pōt diminui in infinitum, ergo diminuetur. Ad hoc dixerunt quidam logici hanc consequētiam tenere: qm̄ primo priorum definitum est contingens, quod est, quo posito inesse nullum sequitur inconueniens: vbi plane Auer. & Alber. volunt omne contingens debere reduci ad esse. Sed replicatur: qm̄ a pari deberet tenere secunda consequentia per hanc regulam.s. continuum potest diuidi in infinitum, ergo diuidetur: qm̄ omne possibile debet reduci ad actum. Potest responderi, quod C prima propositio est vera de sensu composito, ideo debet poni in esse. secunda autem de sensu diuiso, ideo non debet poni in esse. Sed reuera hec responsio peccat in duobus. Primo, quia non dat causam, quare hec quidem intelligitur de sensu composito, illa de sensu diuiso. Secundo, quoniā omnis propositio, cuiuscunque sensus est, debet poni inesse, aliter possibile reuerteretur impossibile, vt dictum est ibidem. & 5. meta.cōm.8. et ego declaraui totū hoc in expositione mea primi priorum. Addunt alij, ꝙ hec diuisio propositionis in sensum cōpositum, & diuisum, nunquā fuit dicta ab Arist. Ideo videtur mihi esse dicendum cū Auer. 3. phy. maxime cōm.69. quod augeri est ire ad formam, diminui est ire ad materiā: & quia ire ad formā est ire ad vnū actum, ideo prima intelligitur de sensu cōposito, & ideo debet reduci ad vnū esse actu. secunda aūt est ire ad materiā, et ideo est ire ad plures diminutiones, & ideo intelligitur de sensu diuiso, que debet reduci ad actum diuisum. omnis enim propositio, qualiter est contingens, taliter debet esse, & poni inesse: quia igitur prima est de possibili composito ad vnum simul, ideo debet poni inesse simul ad vnum: quia secunda est de esse & possibili diuiso, & successiuo, ideo debet poni in esse successiuo, & multiplicato. & sic apparet deductio consequentie. & iam, dum egi tertium phisicorum, melius declaraui totū hoc. (Et ideo quicunq;.) Hic correlarie declarat, contra quem valet ratio Alg. & dicit, & ideo quicunq; opinatus fuit mundū creari in tēpore, & dicat, ꝙ

Responsio quorūdā logicorum.
Impugnatio
Defensio.
Impugnatio

Solutio propria.

quodlibet corpus eſt in loco, oportet eum concedere ꝙ ante illum locum ſit
cus.ſ.aut corpus.i.plennm, aut vacuum. Ecce igitur conſequentia. ſi mundus
de nouo, ergo ante ipſum datur vacuum, aut plenum, qui eri eius locus. Cuius
ſequentię deductionem ponit.d. oportet namq; quod locus præcedat innouat.
neceſſario. Hoc idem probat auctoritate Ariſto.d. & ideo quicunq; nega
eſſe vacuum, & concederet finitatem corporum.i.orbium, & maxime ſupre
non eſt auſus concedere, quod mundus ſit creatus.i.nouiter factus. (Vnde d.
mus.) Ex his infert peccatum ſimilitudinis.d. vnde dicimus quod, ſi imaginar
ctam durationem menſurantem motum eſt opus phantaſiæ.i. non eſt verum,
fictum, vt dixit Alga. ſicut imaginari mundum eſſe maiorem vel minorem
eſt, ſequitur ꝙ tempus non haberet eſſe aliquomodo: quoniam, ſicut imagin.
mundum maiorem eſt imaginari falſum & impoſsibile, ita erit de tempore, p
quam ſunt conſimilia: modo hoc eſt falſum. Tempus enim non eſt aliud ni.
lud, quod comprehenditur vera comprehenſione ab intellectu de prædicta p
longatione menſurante motum. Ex his apparet reprobatio Alga. Tota di

[...]go modo [...]ler cõſe[...]ntia, ſi [...]ndus eſt [...]uus, ergo [...] ipſum p̄ceſsit plenū, vel vacuum.

cultas huius partis eſt, quoniam non video deductionem conſequẽtiæ.ſ.mun
eſt nouus, ergo ante ipſum præcedit locus, plenum ſcilicet, vel vacuum. Q
declaro: quoniam mundus, ſi eſſet æternus, eſſet eiuſdem ſpeciei a ſeipſo, ſi
nouus: ſicut albedo æterna, & albedo noua: ergo, ſicut ſequitur eſt nouus, e
habet locum priorem tempore. ſequetur, eſt ęternus, ergo habet locum prio
ſaltem natura. vel, ſi non valet, vellem audire a ſacerdote Ariſto. ſcilicet A.
cur hęc quidem tenet, illa vero non? Quod ſi dicat quod oportet locum præ.
dere innouatum neceſſario: quare, non præcedit æternum ſaltem pręceſsione
natura, ſi non in tempore? Multi fingunt quod huiuſmodi conſequentia tene

Poſitio quorundam.

hominem, ſcilicet ad Alga. quoniam Alga. ſuſtentabatur in duabus propoſi
nibus, ſ. quod mundus incępit nouiter, & quod oẽ corpus ſit in loco: & ad ip.

Impugnatio Poſitio propria.

ſequitur pręd ictum inconueniens. apud autem peripateticos nõ ſequitur, q
tenent, ſecundũ, ſed tm̃ de corporibus rectis. Sed hęc deductio fatua eſt, cũ A.
com.6. quarti phy, faciat eandem conſequentiam, & non loquitur ad Alga.
ſimpliciter. ait.n. quod, ſi mundus eſſet nouus, quod omnino daretur vacuũ. d
vide eum. Mihi igitur vr̄ quod conſequentia põt duobus modis deduci. Pri
accipiendo quod, omnis productio ſit generatio apud philoſopnos: qm̃, ſicut
ries dixi, philoſophi omnes creationẽ ex nihilo non perceperunt, immo hab
eam negare, cum ſibi ſenſus omnes contradicant, & tunc habent ponere pri
ſcilicet ex nihilo nihil fieri. Secundo, accipio quod omne, quod generatur,
neratur ex corpore: qm̃ omne genitum eſt alteratum, & omne alteratum ex
pore alteratur, dictum eſt.n. in fine ſecundi capituli de ſubſtantia orbis, quod
terans eſt corpus. &.7.meta.cõm.31. plane dixit, quod forma pura non p

Deductio cõſequẽtię.

tranſmutare materiam. Ex his eligo quod, ſi mundus ſit nouiter factus, tunc
generatus: & ſi generatus, ante ipſum pręceſsit alteratio: & ſi alteratio pręc
ante ipſum, fuit locus, in quo ſit alteratio, & corpus alterans. ergo concedens
dum nouum, habet concedere ante ipſum pręceſsiſſe vacuum, vel plenum
quando dicitur mundus nouus eſt eiuſdem rationis cum ſeipſo ęterno, falſum
immo, vbi mundus eſſet nouus, eſſet corpus generabile & corruptibile, & n
non rotundæ figuræ. vbi autem eſſet æternus, non eſſet generabilis nec cor
bilis, & ſic differt genere ab ipſo corruptibili: qm̃ corruptibile & incorrupt
differunt genere. 10. meta, in fine. Hic igitur eſt primus modus deducendi c

Secũdo modus deductionis cõſequentiæ.

ſequentiã apud philoſophos. Secundus modus poſſet eſſe ex alio. declaratum
enim apud eos, ꝙ ante oẽ nouũ pręceſsit duplex potentia.ſ. paſsiua, & actiua
deduxit Auer. primo cœli, com. 124. & quęlibet potentia paſsiua eſt materia
go, ſi mundus fuiſſet nouus, iam ante ipſum pręfuiſſet materia: ſed materię co
na eſt dimenſio ergo ante mundum pręceſsit materia dimenſionata. & ſi li
eſſet vacuum antę mundum, qm̃ nihil eſt vacuum niſi materia ſpaciata per
menſionem: Et ſic apparet ſecundus modus deducendi conſequentiã. tamen
libet iſtorum modorũ eſt ex principijs philoſophorum: quomodo autem op
deduci ſimpliciter non poteſt dici. Nunc igitur ſit dictum intantum.

AVE

AVEROES.

AIt Auer. Hoc consequens verum esset, cum fuerit possibile addere mensuram corporis mundi in infinitum. nam sequitur secundum hoc, vt reperiatur a Deo glo. aliquid finitum, quod præcedent possibilitates quantitatiuæ infinitæ. &, cum hoc fuerit possibile impossibilitate magnitudinis, erit etiã possibile in possibilitate temporis, & erit tempus finitum in extremis suis, licet fuerint ante id possibilitates temporales infinitæ. Attamen responsio ei est, quòd imaginari mensuram mundi maiorem, seu minorem ea, quæ est, non est verum, immo est impossibile: & non sequitur ex eo, quòd hoc est impossibile, vt sit imaginatio possibilitatis alterius mundi ante hunc mundum impossibilis, nisi natura possibilis iam innouata fuerit: & non fuerant ante esse mundi nisi duæ naturæ, natura scilicet necessarii, & impossibilis. & manifestum est quòd iudicium intellectus de esse naturarum trium non defecit, nec deficiet in iudicando de esse necessarii, & impossibilis. Hæc autem quæstio non sequitur Philosophis, quoniam ipsi tenent quòd mũdus impossibile est vt sit minor eo, quod est, nec maior. Si autem admittitur, vt sit magnitudo maior magnitudine alia, & hoc in infinitum, tunc possibile est vt reperiatur habens mensuram absque fine. &, si admittitur vt reperiatur habens mensuram absque fine, tunc erit ens habens mensuram infinitam in actu. & hoc est id, quod iam declarauit Aristo. additionem in habente mensuram in infinitum esse falsam. Sed in opinione eius, qui admittit hoc, ex eo ꝙ euenit ei defectus in Deo, bene conuenit ei hæc quæstio. nam possibilitas hic est intellectualis, sicut est ante mundum apud Philosophos. & propterea qui dicit de innouatione mundi innouatione temporali, & dicit esse omne corpus in loco, sequitur ei necessario vt sit supra eum locus, & hoc est aut corpus, in quo fit innouatio, aut vacuum. nam locum necesse est præcedere innouatum necessario. & ideo qui destruit naturam vacui, & dicit finire corpus, non poterit ponere mundum innouatum. Et ideo qui negat ex posterioribus sectæ Assariæ esse vacuum, separat radices hominum. quod non video in eis: sed recitauit mihi hoc aliquis, qui operam dedit opinioni horum hominum. Si autem esset operatio huius spacii mensurantis motum, quod est quasi mensura motus de operatione imaginationis falsæ, sicut imaginatio mũdi maioris, aut minoris eo, quod est, non erit tempus in rerum natura. nam tempus nihil aliud est, nisi id, quod apprehendit intellectus de hoc spacio mensurante motum. &, cum fuerit per se notum quòd tempus reperitur in rerum natura, oportet vt sit hæc operatio rationis ex operationibus eius veris attributis intellectui, non ex operationibus attributis imaginationi.

Philosophi tenẽt ꝙ mũdus non põt eẽ maior neque minor.

A L G A Z E L.

AIt Alga. Nos autem dicimus ꝙ id, quod non est possibile, est attributũ posse: & esse mundum maiorem & minorem quod est, non erit possibile: ergo non est imaginabile.

A V E R O E S.

AIt Auer. Hæc est responsio ei, quod negauit secta Assaria de sitione mundi, ꝙ impossibile est vt ponat eum Deus glo. maiore, aut minore, est defectus Deo glo. quoniam defectus non est defectus, nisi eius, cui attribuitur posse, non autem de re falsa.

Quid dicat defectũ secũdũ philosophosq̃ rep. s. est possibilis & ex parte passi Agens tñ non possit.

A L G A Z E L.

B

DEinde dixit Alga. dubitans eis, hæc autẽ excusatio est inconueniens tribus modis. quorum vnus est, ꝙ hoc est prædominium intellectus, nam intellectus consyderans mundum maiorem aut minorem eo, quod est, brachio, non est sicut consyderatio coniunctionis inter nigrum & album, & esse ac priuationem. impossibilis est collectio inter ablationem, & affirmationem, & ad id conuertuntur omnia mendacia, ergo est sententia corrupta.

A V E R O E S.

AIt Auer. Sermo in hoc, sicut dixit, est prædominium intellectus, qui est primo aspectu. sed apud intellectum verum non prædominium: nam sermo de possibilitate huius, seu de priuatione possibilitatis eius indiget demonstratione. & ideo dixit verum, cũ dixit ꝙ impossibilitas huius non est sicut consyderatio coniũctionis inter nigrũ & album, quoniam hoc manifestũ est per se esse falsum. Esse vero mundum maiorem, aut minorem eo, quod est, impossibile est non est notum per se. mendacia aũt, licet conuertantur ad mendacia per se nota, conuertuntur tamen duobus modis, quorum Vnus est, hoc sit notum per se esse falsum, Secundus vero, vt consequatur a positione eius consequens proximum, aut distans falsitati ex falsitatibus per se notis ꝙ sint falsæ. verbi gratia, si positũ fuerit possibile esse mundum maiorem, aut minorem, sequitur ex eo vt sit extra eum plenum aut vacuum: & ponere extra eum plenum, aut vacuum sequitur ex eo falsum ex falsitatibus: ex vacuo quidẽ esse dimensionem separatam ex corpore vero ipsum esse mobile sursum, aut deorsum, aut circulariter. si autem hoc fuerit, sequitur vt sit pars alterius mundi: & iam declaratum est esse alium mundum cum isto, esse falsum in scientia Naturali; saltim sequeretur vacuum. nam mundus non potest euadere

C

Mẽdacia cõuertũtur duobus modis.

A quatuor elementis, & corpore circulari, quod mouetur circa ea.

Qui autem desyderat scire hoc, percutiat id cum digito suo in locis, vbi debet hoc consyderari, & hoc post conditiones, quæ præcedere debent speculanti speculatione demonstratiua. Deinde recitauit secundum modum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem mundus fuerit, prout est cum impossibilitate essendi maior, seu minor eo, quod est, tunc esse eius, prout est, est necessarium, non autem possibile: necessarium autem non indiget causa, & tunc dixerunt id, quod dixerunt Dahariæ de ablatione agentis, & ablatione causæ, quæ est causa causarũ. & hæc nõ est opinio vestra.

B AVEROES.

Ait Auer. Responsio huius, secundũ opinionem Auic. est in prõptu. nam necessarium in esse apud eum est duplex, necessarium in esse ex se, & necessarium in esse ex alio. Attamen responsio apud me in hoc est melior. nã sequitur de necessitate vt in rebus necessariis secundum hunc sermonem non sit nec agens, nec faciens, verbi gratia instrumentum, quo secatur lignum, est instrumentum mensuratum in quantitate, & qualitate, & materia, s. ꝙ non potest esse sine ferro: & impossibile est vt sit absque figura serræ, & impossibile est vt sit serra in quacunque mensura fuerit: & tamẽ nemo dicit ꝙ serra sit necessaria in esse. Et vide quanta est pulchra ista sophisticatio. Si autem auferatur necessitas quantitatum rerum factarum, & qualitatum, & materierum earum, vt putat secta Assaria in creaturis cum Deo glo. auferetur scientia reperta in agente, & in creatis: & esset possibile, vt omne C agens sit magister, & omne imprimens in entibus creans, & hoc totũ est destructio intellectus, & scientiæ.

Auic. posuit duplex necessarium.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertius autem, quòd hoc corruptum, non deficit aduersarius tenere oppositum eius, & dicit quòd non fuit esse mundi ante esse eius possibile, sed conuenit esse possibilitati absque additione, seu diminutione. Si autem dixeritis, iam permutatum est antiquum à non posse ad posse, dico ex eo ꝙ esse non fuerat possibile, non erat denominatum in posse determinato, & diminutio aduentus eius, quod impossibile est, non indicat nõ posse. Si vero dixeritis quomodo erat impossibile, & factum est possibile? dicimus non esse falsum esse aliquãdo impossibile, aliquãdo vero possibile. Si aũt dixeritis tẽpora sunt ęqualia, dicitur vobis & mensurę quoq; sunt ęquales.

& quomodo erit mensura aliqua possibilis, & tamen maior, aut minor impossibilis? si autem hoc non est falsum, similiter & illud non est falsum, hæc est via quæstionis, & verificationis in responsione, quòd id, quod dixerunt de imaginatione possibilitatum, nihil est. Quod autem concedi debet, est quòd Deus glo. est æternus, potens quidem, cui nunquam deficit actio, si voluerit: & non est in hoc posse aliquid, ꝙ affirmet tempus durabile, nisi imaginatio commiscuerit ei alia. A

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius sermonis est ꝙ dicet secta Assaria Philosophis, hæc quæstio est apud nos mendosa, s. sermo dicentium mundum esse possibile maiorem, & minorē esse. qm̃ hæc quęstio imaginatur secundum opinionem dicentis possibilitatē præcedere exitum rei ad tactum, s. esse rei possibilis, sed dicitur ꝙ possibilitas est cum actu, prout est absq; additione, seu diminutione. Attamen dicimus ꝙ negatio præcessionis possibilitatis rei possibili est negatio necessarii. nam possibile opponitur ei, quod est impossibile, absq; medio inter ea. si autem res esset impossibilis ante esse suum, est impossibilis necessario: & ponere impossibile in esse est falsum inconueniens: ponere vero possibile in esse est falsum possibile, non autem falsum inconueniens. Quòd autem possibilitas cum actu sit falsa patet: qm̃ possibilitas, & actus sunt duo opposita, quæ non congregantur in vno tempore: ergo istis sequitur ꝙ non reperiatur possibilitas nec cum actu, nec ante. Et consequens verum sectæ Assariæ in hoc sermone non est quòd permutetur ęternũ à non posse ad posse. non enim appellatur non potens qui non potest operari impossibile: sed cōsequens verum est, vt res permutetur de natura impossibilis ad naturā esse, & est sicut conuersio necessarii ad possibile. Ponere vero aliquid in aliqua hora impossibile, & possibile in alia non remouet id à natura possibilis. nam hæc dispositio omnis possibilis, verbi gratia ꝙ omne possibile, esse eius est falsum in hora, qñ est esse eius contrarii in subiecto suo. Cum autē confiteatur aduersarius ꝙ aliquid sit impossibile in aliqua hora, possibile vero in alia, iam confessus est ꝙ res sit de natura possibilis simpliciter, non autem de natura impossibilis. & sequitur ex hoc, cum ponitur ꝙ mundum fuisse impossibilem ante innouationem eius ęternitate infinita, vt sit, cũ innouatus est, permutata natura eius ab impossibili ad possibile. hæc autem quæstio est alia à quæstione, de qua loquebamur, & iam diximus ꝙ processus a quæstione ad quęstionem est operatio sophistica. Cũ aũt dixit & verificatio in respōsione, ꝙ id, qđ dixerũt de possibilitatibus, nihil est, quod aũt cōcedi debet, &c. licet in hoc loco nō sit aliquid, qđ necessitet esse tēpus ęternũ, vt dixit, est tñ aliquid, quod necessitat possibilitatē essendi mũdũ ęternum, &

Negatio precessiōis possibilitatis rei possibili est negatio necessarij. B

Possibilitas et actus sunt duo opposita quæ non congregantur in vno tempore. C

A ſic ēt tēpus: nam Deus glo. non defecit eſſe potens in actione. & nō eſt hic qđ neceſsitet impoſsibilitatē copulationis operationis eius cōtinue cum eſſe eius: ſed forte oppoſitum huius indicat impoſsibilitatem, & eſt ꝙ nō erit potēs in aliqua hora, potens vero in alia, & non dicitur de eo ꝙ ſit potēs niſi temporibus determinatis finitis: & tñ ipſe eſt ens ęternū, & antiquū. Et rediit qō vtrum ſit poſsibile, vt ſit mūdus antiquus, & ęternus, aut innouatus, aut erit poſsibile vt ſit innouatus, & impoſsibile vt ſit antiquus. Si aūt fuerit innouatus, vtrum ſit poſsibile vt ſit actio prima, vel ne. Si aūt nō erit intellectui poſsibilitas perueniēdi in vnū horū oppoſitorū, tunc reuertitur ad auditū. & nō numeratur hęc quęſtio inter intellectuales. Et, cū dixerimus ꝙ primū impoſsibile eſt ei dimittere operationē bonā, & operari prauam, qm̄ eſt diminutio ei, quęro quę eſt maior diminutio quā ponere actionē ęterni finitā, & terminatā in actione innouati, cum hoc, ꝙ actio terminata imaginatur ab agente terminato, non aūt ab agente antiquo, nō ter- B minato, nec in eſſe, nec in actione? & hoc totū, vt vides nō latet eū, qui habet ēt paucū viſum in intellectualibus. Et qūo eſt impoſsibile agēti ęterno quin ante actionē, quę emanauit ab eo in præſentiarū, ſit actio alia, & ante actionē actio, & procedet hoc in intellectu noſtro in infinitū, ſicut procedit eſſe eius, ſ. agentis in infinitū. nā ille, cuius eſſe non adęquatur tempus, & nō comprehendit eum ab extremitatibus eius, neceſſe eſt vt actio eius nō cōprehendatur à tēpore, & nō adæquetur ei tēpus terminatū. qm̄ omne ens non retardatur actio eius eſſe eius, niſi quia deficit in eſſe ſuo aliquid, ſ. ꝙ nō erit in eſſe ſuo perfecto, aut quia eſt ex eligētibus, & retardat actio eius eſſe eius pp electionē. Qui aūt ponit ꝙ ab ęterno non emanat niſi actio noua, iam ponit quòd actio eius aliquo modo eſt violēta, & quòd nulla ſit ei electio in actione ſua illo modo.

Cuius eſſe non adęquatur tēpori neceſſe eſt vt actio eius nō comprehendatur tpe.

C

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertia ratio de antiquitate mundi eſt ꝙ Philoſophi tenuerūt, dicentes ꝙ eſſe mundi fuit poſsibile ante eſſe eius. nā falſum eſt vt ſit impoſsibile, deinde fiat poſsibile. Et hoc quidē poſsibile non habet principiū, & non defecit eſſe permanens, & nō defecit mūdū poſsibilē eſſe: qm̄ non eſt hora horarū, in qua poſsibile ſit denominare mundum eſſe impoſsibilem. &, cū poſsibilitas nō defecerit, tunc poſsibile circa conuenientiā poſsibilitatis non defecit. nā dicere eſt poſsibile eſſe eſt ꝙ non eſt impoſsibile eſſe eius. &, cū fuerit eſſe eius poſsibile in æternū, nō erit falſum eſſe eius in ęternū. ſin autē, ſi eſſet falſum eſſe eius ſemper, & inconueniens, dicemus ꝙ eſt poſsibile eſſe eius in ęternū. ſi aūt eſt falſum dicere ipſum eſſe poſsibile in ęternum, eſt falſum dicere poſsibile nō defecit. &, ſi falſum eſt dicere poſsibile non defecit, erit verum quòd poſsibile habet principium. &, cū

fuerit vere verum habere principium, erit ante hoc impossibile, & ueniet res ad affirmandum horam in qua non fuit mundus possibilis, & non fuit ipse Deus glo. potens in eo.

Vult adducere Alga. tertiā rationem philosophorum ad probandū mundum esse æternum. Et primo proponit vnā consequentiam, secundo ibi (Impossibile est) Probat eā. dicit ergo in prima. ait Alg. tertia auctoritas philosophorum in asserendū mundū fuisse ab æterno, hæc est. s. mūdi. esse antequam erat, sup. si mundus est, erat impossibile, ergo nunquam reducitur ad actum. huius consequentiæ tantum tangit antecedēs. (Impossibile est) probat consequentiam. d. ꝙ est impossibile, & falsum. sup. quod mundus ante sit impossibilis, & quod post sit reductum ad possibilitatem. i. ad actum possibilitatis. (Et hęc possibilitas) Hic probat antecedens. d. & hæc possibilitas est sine principio, ideo semper fuit permanens. s. taliter, quod nunquam mundus fuit absq; ipsa possibilitate. Si igitur mundus incœpit ante eius esse, semper fuit ens possibile esse. Tunc infert, quare nunquam fuit: quia mundū fuisse impossibile est: qm̄, si in sui natura semper est possibilitas ad esse, & nunquā esset: ergo nunquam erit, ergo est ens impossibile, & per consequens non poterit exire ad actum: quia possibilitas nunquā cessauit: ergo possibile nunquam cessauit. Ex hoc sequitur quod, si mundum esse est semper possibile, mundū esse est impossibile: qm̄ semper possibile est dicere quod nunquā reducitur ad actum, & si nunquā reducitur ad actum, est semper impossibilis. ergo, si semper possibilis, semper impossibilis: & sic apparet antecedens & tota vis huius consistit in hoc, quod natura impossibilis est illa, quæ nunquam reducetur ad actum. (Et quando) Hic adhuc clarius declarat consequentiam. d. & quando sibi attribuimus possibilitatē: intellectum est quod ipsum habere esse non est falsum. Tunc vltra, & postquā semper fuit possibilis, ergo nunquā taliter quod sibi attribueretur esse, & sic illud possibile est esse falsum, ergo esset impossibile. cuius rationem tangit. d. quia, si esset impossibile ipsum dicere semper fuisse possibile. i. verum est ipsum non fuisse possibile: ergo falsum est possibilitatem dicere nunquā cessasse: & apud me vult dicere, si idem est ipsum esse semper possibile, & ipsum esse impossibile, ergo falsum est dicere non cessasse ab eo possibilitatē: qm̄, si in eo impossibilitas inest, possibilitas remouetur, ergo falsum est dicere possibilitatem non cessare. Deinde probat, quod possibilitas semper inest dicēs, et si ita, idest possibilitas incœpit, sequitur quod possibilitas principium habuisset. & si sic, ergo mundus ante hoc esset impossibile esse, sup. postquā semper fuit possibilis, & sic neque Deus eiusdē poterat, sup. eū ponere in effectu. Debes scire, quod virtus rationis tota consistit in hoc, si mundus incœpit, ergo ante ipsum præcessit possibilitas infinita, ergo ex vtraque parte sempiterna: quoniam, vt deducit Auer. in cœlo & mundo, s. in primo commentis. 128. 133. & 134. infinitum nō magis determinatur ad vnam partē quam ad alteram. ergo vel ad neutram, vel ad vtramque. Si igitur possibilitas est sempiterna, ergo mundum esse est semper possibile: & sic est ipsum esse impossibile & sic nunquā incœpit. & hoc vult Alga. deducere.

Vigor rationis.

AVEROES.

Ait Auer. Qui aūt concedit ꝙ mūdus, antequā fuisset, fuerat possibilis possibilitate non deficiente, necesse est ei esse mundū æternum. nam id, quod nunquā defecit esse possibile, si positum fuerit non defecisse esse, non sequitur ex positione eius inconueniens, & quod est possibile vt sit æternum, necesse est vt sit æternū. id enim, quod possibile est ei vt recipiat æternitatē, possibile est ei vt non sit corruptibile nisi sit possibile vt corruptum fiat æternū. & ideo dicit sapiens Aristo. ꝙ possibilitas in rebus æternis est necessaria.

Quod possibile est vt recipiat ęternitatē possibile est vt non sit corruptibile.

A Hic Auer. vult confirmare rationem philosophorũ, quã adduxit Alga. & primo proponit consequentiam. d. dicimus nos ꝙ ille, qui concedit mundum fuisse, scilicet nouiter, antequã haberet possibilitatem infinitam. concludit consequẽs. d. oportebit eũ concedere mundum fuisse ab æterno. Hanc consequentiam non probat. potest tamen probari, qm̃, si mundus incœpit in a tempore: vel igitur ante præcessit infinita possibilitas, vel finita: non finita, qm̃, tunc Deus nõ fuisset ab ęterno, vt scis, ergo infinita. & hoc vult Auer. Tunc ex hoc confirmat consequentiã Alg, d. si enim id, quod possibile fuit semper, diceremus ꝙ non semper in esse fuisset, sequitur ex hoc esse falsum, id est sequeretur ex hoc ꝙ mundum fore esset impossibile, vt deductum fuit supra. (Et ideo.) Hic colligitur totũ d. & ideo oportet ꝙ sit ab æterno. id enim, quod possibile est ꝙ sit ab æterno, est possibile simpliciter ꝙ non corrumpatur, id est oportet vt sit æternum, nisi esset possibile ꝙ corruptibile conuerteretur æternale: quod falsum est. & iccirco dicit philosophus ꝙ possibilitas in rebus est necessitas. Sed circa hæc tres accidunt difficultates. prima, quoniam ait quod omne possibile semper est impossibile vt corrumpatur. hoc videtur falsum: quoniam, qua ratione est possibile esse, eadem ratione & possibile non esse. ergo est possibile vt corrumpatur, sicut est possibile vt generetur. Secunda, quoniam multa sunt possibilia in rebus, quæ non sunt necessaria, vt scis. Tertia, qm̃ Arist. nunquam dixit istud, quod sibi Auerro. attribuit. B Ad primam potest dici, vno modo, ꝙ possibile semper, est semper non ens. & tunc arguitur. semper non ens nõ potest corrũpi, quoniam semper nõ ens est necessario non ens: & hoc corrumpi nõ potest. Sed hoc non est ad mentem Auer. ideo aliter intelligitur, scilicet in sempiternis. vbi idem est possibile, & necessarium, & hoc dicit, scilicet ꝙ possibile semper, sup. in necessarijs, impossibile est ꝙ corrumpatur: quoniam ibi idem est necessarium & possibile. Ad tertiam dicendum, quod licet Arist. in 3. Physi. non dicat vniuersaliter illã, vt apparet tex. com. 32. attamen intelligitur in rebus necessarijs & sempiternis. Sed quomodo intelligitur illa propositio in æternis & necessarijs non differt esse a posse, nolo declarare, sed alibi dixi.

Prima difficultas.

Secunda.

Tertia.

Solutio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem est vt dicatur mundus non defecit esse possibilis innouationis, & non reperitur aliqua hora, in qua non imaginetur innouatio eius. &, cum imaginetur ens in C æternum, non erit innouatum, & non erit quid eueniens conuenientiæ possibilitatis, sed in contrarium eius. & hoc est, sicut sermo eorũ de loco, s. ꝙ considerare mundum maiorem, & creare corpus supra mũdum est possibile, & sic tenere aliquid superius aliud supra hoc, & sic in infinitum, & non est finis possibilitati additionis, & cum hoc esse plenũ simpliciter infinitũ est impossibile, & sic ens, cuius extremitas non finitur, impossibile. sed quemadmodum dicit ꝙ possibile sit corpus finitum, i. habẽs superficiem, & ꝙ nõ poterit considerare id in magnitudine, & paruitate, sic quoq; possibilitas innouationis, & principium ipsius esse non requirit præcessionem, & postpositionem, & radix essendi innouatum est eius, quod est possibile, non aliud.

Hic Auerroes inducit Algazel. respondentem rationi positæ a philosophis, & dixit, ait Alga. super hoc tamen, scilicet argumento respondemus dicentes, quod mundus semper fuit possibilis innouari: &, s. i. posito quod imaginaremur ipsum semper fuisse, & nunquam innouatũ, id est, nunquã accepisse

esse nouū: vult ergo dicere Alga. qđ ista apud quosdā philosophos stant simul A mundū semper esse, & ipsum esse possibile innouari id est, corrūpi, & iterū fi ri: qm̄ philosophi arabes, vt Auicen. & Alpharabius volūt aliqđ sempiter habere potētiā ad non esse, vt dictū est in libro de substantia orbis. (Nō ergo Ex hoc respōdet ad argumētū. d. nō ergo illud, qđ peruenit, id est, ipsum esse n di nouū secutū fuit ordinē possibilitatis, id est, nō fuit post esse possibile, q dicat, quod apud philosophos simul fuit, & fuit possibile esse & non esse, & p consequens non fuit esse mūdi secutū ordinē possibilitatis, immo totū contrar scilicet esse possibile secutū est esse mūdi. (Et hoc est.) Declarat quod dixit exemplū. d. & hoc est verisimile ei, quod dicūt sup. philosophi de loco vide cet, ꝙ estimare mundū maiorē, vel minorem, vel esse corpus supra mundum possibile, ita ꝙ sit corpus supra corpus, vsque ad infinitum, & nihilominus plenitudinē, id est, magnitudinem absolute ad infinitum est impossibile: ecc tur, qualiter aliquod est possibile, quod tamen nunquam erit actu.

AVEROES.

Ait Auer. Qui autem ponit ꝙ ante mundum fuerat possibili B vna numero, quæ non defecit, necesse est ei dicere vt sit mun æternus. Qui vero ponit quòd ante mundum fuerant possibilita in ęternum, non finitę numero, vt posuit Alga. in responsione, seq tur ei vt ante hunc mundum sit mundus, & ante mundum secund mundus tertius, & procedet in infinitum. sicut est in indiuiduis ho num: & præcipue cum ponatur corruptio præcedentis conditio req ta in esse subsequentis. verbi gratia, si Deus glo. erat potens creare a te hunc mundū aliū mundū, & ante illum alium, necesse est proce re in infinitū. sin autem, sequeretur vt perueniat ad mundū, ante que non est possibile creare alium mundum. Attamen hoc non dicunt l quentes, & non ponunt id in rationibus suis, quibus ratiocinantur creatione mundi. Quòd autem possibile esset vt sit ante hunc mu dum mundus alius in infinitum, hęc quidem positio existimatu non sit inconueniens: sed, cum speculetur de ea, apparet ꝙ sit incon C niens. quoniā sequitur vt sit natura mūdi natura vnius indiuidui, est in hoc mundo generabili, & corruptibili. & erit emanatio ei primo principio, eo modo, quo emanauit ab eo indiuiduum: & hoc diante moto æterno, & motu æterno: ergo erit hic mundus pars a rius mūdi, sicut est in indiuiduis generabilibus, & corruptibilibu hoc mundo, & de necessitate perueniet ad mundum æternum in i uiduitate, aut procedet. &, cum de necessitate abscinditur processus tur abscisio eius in hoc mundo est dignior, scilicet ponendo eū vn numero, & æternum.

Vř Auerroi qū ponere mundū eternū sit maioris dignitatis.

Hic reprobat solutionē Alga. & primo recolligit per viam diuisionis ci intelligit Alga. d. dicimus nos quod, si aliquis concederet quod ante mun vna fuisset possibilitas in numero ad infinitū, id est, a principio vsque ad f oportebit se, scilicet ipsum cōcedere quod mūdus sit ab æterno, ista consequ tia fuit superius deducta.) Sed, si aliquis). Recolligit membrum, quod A vult d. Sed, si aliquis poneret quod ante mūdum essent possibilitates infini numero, sicut posuit Alga, in sua responsione, oportebit concedere, quod r

A hunc mundum sit alius mundus, & ante secundum tertius, & sic in infinitum, sicut in indiuiduis hominum reperitur, & addit quod hoc maxime sequitur, posito quod corruptio præcedens sit causa esse subsequentis. Sed dices, videtur, quod Alga. concedat primum membrum, vt visum est, quoniam philosophi arabes volunt mundum semper esse, & ipsum semper esse possibilem non esse: ergo non videtur quod Auer. attribuat Alga. veritatem. Dicendum, quod Alga. inquantum philosophus, habet dicere primum membrum, & illud nõ curat Auer. destruere, quoniam. 12. Metaphy. commen. 41. & in. 3. & 4. capi. de substantia orbis, & 8. Physico. commen. 71. satis destruxit. Alga. autem inquantum theologus habet dicere quod potuerunt esse infiniti mundi, & per consequens plu- res, immo infinitę præcesserunt possibilitates ante mundum, in quo sumus: & hoc destruit Auerroes. (Verbi gratia, si Deus.) Hic probat consequentiam dicens. Verbi gratia, si Deus benedictus poterat creare ante hunc mundum alium mundum, & ante illum, alium: sequeretur præcessio possibilitatum esse ad infinitum, aut perueniret ad mundum primum, ante quem erat impossibile creari aliũ. Hoc destruit dicens, & hoc inconcessum est apud loquentes, & omnes opinantes mundi creationem: patet ergo quod, si mundus potuit creari ante mundum: & sic in infinitum, infinitę præcesserunt possibilitates. Tunc arguit quod de facto fuerunt infiniti. d. & postquam possibile esset, quod ante hunc mundum esset

B alius mundus ad infinitum, videtur quod hęc positio non sit falsa, id est, videtur quod debuit poni in esse: eo quia possibile non fuit falsum: ergo fuit ita de facto, quod ante hunc mundum fuerunt infiniti.

Sed accidit quæstio, quoniam multi concedunt antecedens, & negant consequentiam, scilicet potuerunt esse infiniti mundi, ergo fuerunt: antecedens apud theologos est verum, consequens falsum, vt in multis potest adduci instantia. Mihi videtur, quod hęc consequentia fundetur in hoc, quod multitudo possibilitatum in materia fundatur: quando materia est causa possibilis esse, & possibilis non esse: igitur, si possibilitates fuerunt infinitę, omnes in materia habent fundamentum, & per consequens mundi poterunt recipi in materia, igitur & habuerunt agens naturale potens deducere eos de potentia ad actũ: vbi autem fuit materia & agens, iam fuit effectus: ergo iam fuerunt mundi infiniti. & sic apparet vis consequentię apud principia naturalia. Vel potest declarari consequentia: quoniam agens potens ponere plures effectus in esse, qui sunt vnius rationis in se, & respectu agentis, sublatis omnibus agẽtibus dispositiuis ad vnum, magis quam ad alterum, aut nullum ponit, aut omnes: & hęc propositio apud philosophos est manifesta, & Auer. habet eam pro principio in. 8. Physic. commen. 15. In proposito sic est, Deus est enim agens vnius rationis,

C potens infinitos mundos producere, qui sunt vnius rationis in se, & respectu agẽtis, & nullum est agens disponens magis ad mundum a quam ad mundum b, ergo vel omnes ponet in esse, vel nullum: & nullum dicere est contra sensum, & omnes, est quod vult. Quid autem dicerent diuini theologi, patet: quoniã Deus agit tantum, quantum vult: & non est negandum quin Deus possit facere non tot mundos, quin plures, vt ponunt omnes: & ideo ratio ista est tantum probabilis & ficta. (Sed quando.) Hic destruit consequens. d. quando subtilissime interrogaretur, tunc oportebit quod falsum est, id est, sed illud est falsum: quod probat d. quia sequeretur quod natura huius mundi haberet naturam vnius indiuiduorum generabilium & corruptibilium. & declarat quã naturam. d. videlicet oporteret quod hic mundus procederet necessario a prima causa, eodem modo indiuiduum procedit ab eadem causa, videlicet, mediante mobili, scilicet motus ęterni, id est, cœlo, & sic: sicut indiuiduum fieret ab agente ęterno tanquam a causa vniuersali, sic mundus fieret a cœlo alio: tunc vltra, vnde, id est, & per consequens hic mundus esset pars alterius mundi, vt in generabilibus & corruptibilibus reperitur: & hoc idem Auerroes intulit primo cœli commen. 33. & illud declaratur per hoc, & hoc per illud. Vnde, id est, per consequens oportet vt perueniat ad mundum vnum æternum, aut quod procedat ad infinitum: sed processus ad infinitum est impossibilis, ergo oportet quod sit vnus mundus, & ab in

numero, id est, sine fine, & principio, & ęterno prouęniens: & hoc volo. De... ratum ergo est qualiter Alga. inquantum theologus dicit impossibile.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Quarta est. Quoniam ipsi dicunt omne innouatum præceditur a materia: innouatio enim indiget ma... ria: igitur materia non erit innouata. Quod autem innou... tur, sunt formæ, & accidentia, qualitates quidem super materias... vsque ad, & non erit materiam primam innouari falsum.

Hic inducit Alga. quartam rationem philosophorum. d. ait Alga. quarta a... ritas philosophorũ hęc est: oportet necessario quod materia pręcedat quodli... innouatum: cuius rationem dicit, quęlibet. n. innouatio in quãdam sine dubio ... teriam interuenit, & tunc infert. d. vnde sequitur quod materia nullatenus in... uetur, id est, sit ęterna: immo ea, quę innouantur, sunt formę. (Et quãuis.) ... uit. q. quandam: posset enim quis dicere ꝙ materia composita, sicut est mater... cunda, generatur & corrumpitur. Soluit: & quãuis quodammodo materijs ... sit attribui. sup. corruptio, & dixit, materijs quodammodo, q̃m non sunt simpli... ter materię, sed aliquo modo respectu vltimę formę, oportet necessario quod ... uentat ad primam materiam, quę sine dubio innouabilis est: ex hoc argu... quod si mundus fieret, oportet quod ante ipsum pręcedat materia: & sic, vt p... Sed est dubium: quoniam. 12. Metaph. com. 18. Auer. videtur dicere, quod n... materia, neque forma fit, sed totum compositum: hic autem ait, quod formæ accidentia fiunt, quoniam materia est ęterna. Ad hoc dicendum, quod a... fieri potest duobus modis intelligi. Vno modo tanquam illud, quod propri... nouatur, & ratione eius fit nouitas aliorum. Alio modo tanquã per se ens ... stens, & separatum a causis sui esse: primo modo sola forma fit, quoniam pro... accipit esse, & ratione eius compositum fit: secũdo modo compositum: quonia... quod per se subsistit, est compositum, vt declaraui in secundo de anima, in c... men. 7. & sic concordantur verba Auerrois.

Dubitatio.
Solutio.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius sermonis est ꝙ omne innouatum ... possibile ante innouationem eius: & possibilitas præsuppo... rem, in qua existit, & est subiectum recipiens rem possibile... nam possibilitas, quæ est ex parte recipientis, non debet aliquis ex... mare ꝙ sit possibilitas, quæ est ex agente. cum enim dicimus de Sc... te ꝙ possibile est vt faciat hoc; est aliud quam dicere in re facta q... possibile: quare conditionatur in possibilitate agentis possibilitas ... tientis. agens enim impossibile est vt agat impossibilia. &, cum non possibile vt sit possibilitas præcedens innouatũ absq; subiecto om... no: & impossibile est vt agens sit subiectum, nec possibile: nam po... bile cum peruenerit ad actum, aufertur possibilitas: igitur non re... net nisi ꝙ sit subiectum possibilitatis res recipiẽs possibilitatem ... materia. materia autem non generatur, in eo ꝙ est materia: q̃m ... geret alia materia, & procedet in infinitũ. sed, si materia generaret... est in eo ꝙ est composita ex materia, & forma. & omne generatum ... neratur ex alio: & tunc aut procedet in infinitum directe in mat...

Agens Ipossibile est vt agat impossibilia.

Materia nõ generatur ĩ eo ꝙ est materia.

Quõ materia gñetur.

infinita: & hoc est falsum, licet imaginati fuerimus motorem æternũ: non enim reperitur aliquid in actu infinitum: aut aduenient ad eam formæ, vna quidem post aliam, in subiecto quidem nõ generabili, nec corruptibili, & aduentus earum vnius post ablationem alterius æternus, & circularis. Si autem hoc fuerit, necesse est esse hic motum æternum, qui faciat aduentum huius post ablationem alterius, quę sunt in generabilibus, & corruptibilibus in æternum. quoniam apparet ꝙ generatio vniuscuiusq; generatorum est corruptio alterius, & corruptio eius generatio alterius, & ꝙ non sit aliquid ex nihilo. nam generatio est conuersio rei, & mutatio eius ex eo, quod est in potentia, ad actum. Quare impossibile est vt sit priuatio rei id, quod defert esse, nec eadem cum re, quæ denominatur generari, s. ꝙ dicamus de ea ꝙ generata est. remanet ergo vt sit hic aliquod subiectum formarum contrariarum, & est id, cui aduenitunt formæ successiue.

Quid generatio.

Priuatio nõ põt eẽ ꝙ id qđ defert eẽ, s. materia.

Hic Auer. vult confirmare argumentum philophorum, & primo ponit intellectum verborum Algazelis. Secundo ibi. (Possibilitas enim (soluit. q. In primo ait. dicimus nos, ꝙ sententia horum verborum est, ꝙ quodlibet innouatum est possibile, ante q̃ꝫ innouetur: quoniam in primo de substantia orbis posse pręcedit fieri. Et necessarium est ꝙ possibilitas exigat rem, in qua sustenteтur, s. subiectum recipiens. (Possibilitas. n.) Hic soluit quęstionem. qm̃ posse dici ꝙ res est possibilis esse possibilitate agentis, sicut ponit lex nostra, & ꝙ illa possibilitas non differt a possibilitate agentis. immo possibilitas materiæ, & possibilitas motoris est vna, vt dicit Plato. Soluit ergo hoc. d. possibilitas. n. recipientis differt a possibilitate agentis, & ideo non põt possibilitas perfecte attribui agenti, nisi cõueniat cum recipiente: modo hoc est falsum, & ideo duplex est possibilitas. s. ex parte agentis, & dicitur possibilitas ab extrinseco: & possibilitas materię, & dicitur possibilitas ab intrinseco, vt dicit Auer. primo cœ. cõ. 124. (Multa enim.) Probat. d. multa enim sunt possibilia in agentibus, quæ respectu quorundam recipientium sunt impossibilia. Et dicit notanter respectu quorundam recipientiũ: qm̃ quicquid est possibile a potentia materię, est possibile a potentia agentis, primo cœli. commen. 124. attamen respectu quorundam agentium aliquod est possibile, vt respectu hominis est possibile generare hominem, quod respectu materiæ muscę est impossibile, licet absolute respectu materię sit possibile. (Vnde post q̃ꝫ.) Hic recolligit vim verborum Alga. & philosophorum. d. vnde, post q̃ꝫ illa possibilitas pręcedit illud, quod innouatur, impossibile est quod reperiatur absque subiecto. (Neq; agens) remouet instantiam: quoniam posset dici agens esse subiectum illius potentię, vel ipsum esse possibile esse subiectum potentiæ. Hęc remouet. d. neq; agens potest esse subiectum, sup. illius possibilitatis, neque ipsum possibile potest esse subiectum illius. quod agens non sit subiectum, relinquit manifestum: sed quod ipsum impossibile non sit subiectum, probat. d. quia, quando possibile est in actu, est remota possibilitas, & per consequens ipsum possibile non est subiectum. concludit propositum. d. remanet ergo quod subiectum possibilitatis sit res recipiens eam, scilicet materia. & sic apparet dictum Alga. Debes scire, vt dicit Auer. 12. Metaphy. commen. 18. ꝙ duę fuerunt opiniones de possibilitate rerum. Vna Ioannis christiani, qui omnem possibilitatem posuit in agente, vt ibi declarat. alia loquentium suæ legis, quæ posuit potentiam fundari in priuatione simpliciter, id est in nihilo. & has duas opiniones hic remouet. primam quidem, cum probat possibilitatem agentis esse aliam a possibilitate patientis. secundam vero, cum probat possibile non esse subiectũ possibilitatis: & sic apparet intentio verborum Auer. (Et materia.) Hic recolligit conditiones subiecti possibilitatis, & dicit. & materia, inquantum materia, non generatur, oportet nanque ꝙ materia haberet materiam ad infinitum.

Posse pręcedit fieri.

Quod ẽ possibile a potẽtia materiæ est possibile a potentia agentis.

De possibilitate rerum duę sunt opiniones.

(Et si forte.) Soluit dubium, qm̃ posset dici ꝙ elementum generatur. & tal
apud Aristo. vocatur materia mixtorum, & dicit. &, si forte dici posit ꝙ ge
ratur, vt apparet in materijs secundis, Soluit. d. est sine dubio, inquantum
materia componitur ex materia & forma. cuius rationem dicit: quia quod
generabile ex aliqua re, tanquam materia, generatur. (Vnde aut.) Destruit
sequens. si materia ex alia materia generatur. d. vnde sup. Si materia ex alia
Dubitatio. teria generatur, aut proceditur ad infinitum recte, id est recto ordine in ma
infinita: quod est falsum. Sed remanet dubium: quoniam posset dici quod
est inconueniens hoc: quoniam potest vnum fieri ex alio, & sic in infinitum
Solutio. sit vnum agens sempiternum continuans illa, vt videtur dicere Arist. 8. Ph
tex. cõm. 47. & . 46. & . 2. de generatione, text. cõm. 56. Respondet, quod
omnino est falsum. licet ponamus mouentem ab æterno, id est quantumcun
aliquod agens motum motu æterno. & falsitatem illam declarauit Auer. 1. P
com. 82. vbi probauit, ꝙ si materia fieret ex materia: tunc idem esset antequ
fieret. et tu vide verba sua, qm̃ sunt manifesta. ideo ait, quod quomodocunq;
falsa. (Aut quod formę.) Colligit membrum verum dicens, aut, si primum
impossibile, oportet dicere quod formę adueniunt successiue vicissim in qu
subiectum ingenerabile, & incorruptibile. & sic circulariter ad infinitum
ęterno. & hoc volo. vnde, ex hoc necessario sequitur quod sit dare motu
æterno, qui sit causa huius subsequentis futuri in istis generabilibus & corr
bilibus: & hæc est opinio Aristo. quod declarat per dictum eius primo per
tex. com. 17. dicens. generatio nanq; cuiuscunq; est alterius corruptio. & c
tra eius corruptio est generatio alterius. cuius rationem dicit, nullum enim
nihilo fit. Nihil enim aliud est generatio, nisi conuerti res ab eo, quod est
tentia, ad actum: cuius rationem dicit, nulla enim permutatio de summa p
tione, id est de nihilo simpliciter fit. Tunc vltimo recapitulando conclu
tentum. d. patet ergo ex istis ꝙ hic necessario est res incontraria, id est non
traria formis, sed media deferens formam, in quã rem illę formę successiue
niunt vicissim. & sic apparet propositum Aristo. & vis argumenti philoso
rum: quoniam, si mundus fieret, oportet ꝙ ante fieri eius, pręsupponeretur m
Fundamētū ria. & sic pręfuit materia, & per consequens agens particulare, & per conse
rationū phi- cœlum. & sic ante mundum fuit mundus, vt dictum fuit. Debes scire ꝙ om
losophorū. rationes philosophorum fundantur in hoc, ꝙ omne factum esse pręcedit fier
omne fieri pręcedit posse esse. primum enim declarauit Arist. & Auer. 6. Ph
com. 7. secunda declarata est modo hic. Sed dices. duplex est fieri, scilicet
Positio quo- motum, & per simplicem emanationem, quod dicitur creari. modo tota sent
rundam lati Aristo. verificatur in primo modo dicendi, modo autem in secundo. Pr
norum. latini multi ponunt ad mentem Arist. mundum incœpisse, sed non per mot
Impugnatio in hoc Plato, & Arist. conueniunt. rationes enim Aristo. non concludunt
nisi ꝙ mundus non incępit per motum. Sed hic modus dicendi peccat m
primo, quia est contra verba Arist. secundo, quoniam est contra sententiam
tra verba quidem, quoniam octauo Phy. concludit simpliciter. tex. com. 1
mundus sit æternus. si ergo intentio eius esset, ꝙ non incępit per motum, n
cluderet ipsum esse ęternum: committeret enim fallaciam consequentis, v
des. Pręterea, primo cœli text. com. 102. narrat duas extremas opiniones
mundo, & tandem probat ꝙ factum non potest dici æternum. dicit enim fa
esse quidem, sempiternum tamen est dicere impossibilium. ergo, si mundus
incœpit, non debet dici sempiternus, vt ibidem probat Arist. Pręterea, 12.
ta. text. com. 41. & in vlti. octaui Physic. concludit primum principium esse
simplex, & ęternum. & non vidimus adhuc in libris Arist. probatum illud
per viam motus æterni: ergo oportet ꝙ motus cœli sit ęternus. Contra fu
menta vero: quoniam principium est apud Arist. quod omne, quod fit ex fa
cto, fit in quo recipitur in quacunq; specie factionis: quoniam, vt sępe dec
ui, principium apud Arist. in. 2. Post. vlti. cap. nõ habetur nisi ex sensibus. v
8. Physi. com. 26. & . 22. propositio magis propinqua primis principijs est, qu
plus conformis sensatis, illa ergo propositio, cuius significatum habetur per

cordiam plurium sensuum, sine discordia alicuius, vocatur propositio per se nota. Sicut est in proposito. quod enim nihil fiat ex nihilo. patet in omnibus sensibus concorditer, & nullus contradicit. & ideo Arist. non probat eam nisi confessione antiquorum, sicut probantur propositiones per se notę. & sic apparet qualiter illa propositio concludit verbis, & fundamentis Aristote. vt alibi dixi, & forte aliquando melius dicam. tamen illa opinio est vera, quia est opinio nostræ legis, licet Aristote. & Auer. errent ibi, sicut in alijs pluribus. & licet illud principium sit consonum sensibus, attamen creatio est supra sensus. & ideo credenda est per testimonium prophetiæ. Defensio nostrę legis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio est vt dicatur, possibilitas, quam ponunt, reuertitur ad iudicium intellectus, & omne, quod intellectus cōsyderat esse eius, & non prohibetur ei id consyderare, appellamus possibile. si autem prohibetur, appellamus falsum, & inconueniens. si vero non poterimus consyderare priuationem eius, id appellamus necessarium. Hæc autem sunt iudicia intellectiualia, non indigentia quidem aliquo, adeo ꝙ perueniat ei denominatio. Et hoc quidem probatur tribus rationibus. & prima est hæc. quoniam, si possibilitas determinaret aliquod ens, ad quod referatur, & dicitur ꝙ sit possibilitas ad id, sic etiam impossibilitas determinaret aliquod ens, & dicitur esse impossibilitas ad id. impossibile autē non habet esse in se, nec materiam, in qua fiat inconueniens, adeo ꝙ referatur impossibilitas ad materiam.

Hic inducit Alga. soluentem argumentū Aristo. & dicit, ait Alg. supra prædicta arguēs. dicimus quod prædicta possibilitas reducitur ad iudicium intellectus. Quod declarat. d. quodcunque enim naturaliter iudicatam fuerit inesse ab intellectu, & illa iudicatio falsa non apparet, dicitur possibile. Si vero falsa apparet, dicitur impossibile. &, si intellectus non potest iudicare, dicitur necessarium. Debes scire quod possibile apud hos totaliter ponitur ab intellectu. volunt enim quod illud dicitur possibile, cuius compositio in re non dicit repugnantiam: vt Sor. est, posito quod sit generandus: & impossibile est illud, cuius compositio in re dicit repugnantiam: vt chimera est. & necessarium, cuius compositio cum non esse dicit repugnantiam: vt Deus non est. & cum isti sic loquuntur, de possibili logico omnino habent dicere: quod illud est ens rationis, & in iudicio intellectus consistens. & per hoc respondent ad vim argumenti: cum dicebatur, si mundus fit, mundus fuit possibilis: conceditur. ergo ponitur materia, &c. negatur: quoniam ista possibilitas non est nisi non implicatio contradictionis apud intellectum intelligentem illam, mundus est. & sic tota ratio Aristo. ruit. (Et hæ) Hic probat itidem. d. & hæ presuppositiones sunt sine dubio intelligibiles non indigentes aliquo ente, in quo prædicentur, & sint. Quod probat. d. & hoc potest probari duabus rationibus. quarum vna est, quod si possibilitas exigeret ens rationale pro subiecto, vt materiam, in qua denominetur: sequitur etiam quod impossibile exigeret reale ens, in quo denominetur: quod est falsum: quia impossibile non habet esse, neque materiam, in qua adueniat, & possit de eo, idest ab eo denominari. Et consequentia potest probari: quoniam opposita tam contraria, quam priuatiua habent fieri circa idem. vt. 10. Metaphysic. probat Aristote. & patet inductione. modo possibile, & impossibile sunt opposita, vel contrarie, vel priuatiue. & hec patet. ergo habent fieri circa idem. si igitur possibile circa ipsum ens reale: & impossibile etiam quod est propositum.

AVEROES.

A It Auer. Quòd autem possibilitas determinet materiam sustentem, hoc patet. quoniam alia intellecta vera non euad quin determinent aliquod ens extra animam, postquam rum, vt dictum est in definitione eius est vt reperiatur in anima, reperitur extra animam. igitur non euadet ex dicto nostro aliqui possibile, quin determinet hoc intellectum aliquid, in quo reper hæc possibilitas. Attamen assumere probationem, ꝙ non determ intellectum possibilitatis aliquod ens, in quo sustentatur, est serm phisticus. nam impossibile determinat subiectum, sicut ipsum poss le. & hoc patet. impossibile enim est oppositum possibilis. contrar tem opposita determinant proculdubio subiectum: nam impossi tas est negatio possibilitatis. si autẽ possibilitas determinauerit su ctum, tunc impossibilitas, quę est negatio huius possibilitatis, dete nat etiam subiectum. vt dicimus ꝙ esse vacuum est impossibile, q niam esse dimensiones separatas est impossibile extra corpora nat lia, & infra. & dicimus ꝙ ambo contraria impossibile est esse in e subiecto. & dicimus ꝙ est impossibile duo esse vnum: & hoc c in esse. & totum hoc est manifestum per se: & nihil est consyde huius sophisticationis hic adductæ ab eo.

Auer. modo arguit contra solu. Alga. &. d. dicimus nos ꝙ possibilitas si bio indiget reali materia. Hoc probat. d. omnia enim intelligibilia vera ex sine dubio ens reale extra animam, cuius rationem addit. d. veritas enim, declaratum est in sua declaratione, id est, in lib. perihermenias, & in prędica tis, est ęquare rem ad intellectum. s. ꝙ reperiatur in anima, sicut est extra an Tertio concludit illud. d. vnde oportet, quando dicimus de aliqua re ꝙ est p bilis, ꝙ hęc sententia, id est, sensus huius propositionis significet rem, in qu possibilitas reperitur. Debes scire ꝙ vis rationis Auer. in hoc consistit, q vel illi iudicio intellectus respondet aliquid in re, vel nihil. Si nihil, ergo ctio. & sic intellectus posset facere omne imaginabile possibile. Si aliquid, dictum Alga. est falsum. & per consequens, si ista est possibilis, mundus est tet ꝙ in re sit aliquid, a quo intellectus illam sumat possibilem. V. g. mater & hoc fuit dictum. (Sed id, quod) hic soluit argumentum primum Alga. ad bandum illud. & primo resumit illud. d. sed illud, quod dicebat Alga. videlic possibilitas non exigit ens reale, quia impossibile non exigit ipsum, soph tio est, quod declarat. d, eo ꝙ impossibile exigit subiectum, sicut exigit po litas. cuius rationem dicit, possibilitas enim, & impossibilitas duo sunt oppo & hæc est velut minor. & opponentia exigunt sine dubio subiectum. & hę quasi maior. deinde probat minorem. d. quia impossibilitas est negatio pos tatis. deinde concludit conclusionem. d. vnde, si possibilitas exigit subiec ergo & impossibilitas. Vult ergo Auer. ꝙ tam possibile, quam impossib eodem sint subiecto. (V. g.) probat idem exemplo. d. v. g. si nos dicimus q vacuum est impossibile, hoc dicimus sup. quia esse dimensiones extra corpo turalia, seu infra. i. extra cœlum, vel infra cœlum est impossibile, & tunc in ligit solu. d. tandem sup. dicimus ꝙ hęc reprobatio contra ipsum est ita man ꝙ non indiget de exemplorum multiplicatione, quasi dicat, ꝙ illud, quo

Dubitatio. habet pro inconuenienti, est necessarium. Sed dubitatur. quoniam, si imp bile est in illo subiecto, in quo est possibile: ergo ei correspõdent aliquid im

Solutio. per consequens aliquod esse. & sic non esset pura negatio. Potest dici, q

A possibile, quam impossibile in eodem subiecto sunt modo diuerso. quoniam possibile est in eo subiectiue & formaliter, impossibile est in eo denominatiue, quoniam principiũ impossibilitatis est materia, cõplementũ est ratio & intellectus. qñ materia non est in potentia ad chimeram, dicit esse impossibile, istud ergo impossibile non est in materia nisi denominatiue, possibile vero formaliter, qm̃ potentia est ipsa dimensio materiȩ. quȩ est eius proprium propriorum, vt dixi in lib. de substantia orbis. Quidam tamen fingunt alibi, ꝙ propositio philosophorũ est vera in omnibus oppositis prȩter in contradictorijs. modo possibile, & impossibile sunt quasi contradictorie opposita, &c. Positio quorundam.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et secunda est, quoniam nigredo, & albedo, determinat intellectus in eis ante esse earum ꝙ sint possibiles. Si autem hæc possibilitas referatur ad corpus, in quo fiunt, ita ꝙ dicatur dispositio eius, ꝙ hoc corpus possibile est vt denigretur, & dealbetur. B &, cum albedo in se non sit possibilis, & non habeat denominationem possibilitatis: sed possibile est corpus, & possibilitas refertur ad id: tunc dicimus quid est iudicium nigredinis, & albedinis in se, vtrum sit possibile, aut necessarium, aut impossibile? & non potest euadi quin dicatur ꝙ sit possibile. & significat ꝙ intellectus, & determinatio circa possibilitatem non indigent positione substantiæ ȩntis, ad quod referatur possibilitas.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc est fallacia. nam possibile dicitur de recipiente, & recepto: id autem, quod dicitur de subiecto recipiente, opponitur ei impossibile: id vero, quod dicitur de recepto, opponitur ei necessarium.

C Quod autem denominatur a possibilitate, cui opponitur impossibile, non id, quod exit in actum a possibilitate, ex eo ꝙ exit in actũ. qm̃, cum exierit, aufertur ex eo possibilitas. denominatur tamẽ a possibilitate, ex eo ꝙ est in potentia. & subiectũ huius possibilitatis est subiectum, quod permutatur ab esse in potentia ad esse in actum. & hoc est manifestum ex definitione possibilis. nam est id, quod nõ est, & est in posse vt sit & non sit. Et hoc non ens possibile non est possibile ex eo ꝙ non est, nec ex eo ꝙ est in actu, sed est possibile ex eo ꝙ est in potentia. Et ideo dixit secta Namatezela ꝙ id, quod non est, sit substantia quædam. nam id, quod nõ est, est contrarium ipsi esse: & vnumquodq; differt ab alio. &, cum aufertur priuatio alicuius rei, est loco eius esse eius. &, cum aufertur esse eius, est loco eius priuatio eius. &, quoniam substantia priuationis, impossibile est vt conuertatur in esse, nec substantia esse conuertatur in priuationẽ, necesse est vt recipiẽs ea sit quid tertium prȩter ea, & est id, quod denominatur a possibilitate, & generatione, & permutatione a denominatione priuationis ad deno-

minationem ipsius esse. priuatio enim non denominatur a genera- ne, & mutatione, nec res, quę fit in actu, denominatur hoc: & ge- ratum, cum erit in actu, aufertur ab eo denominatio generationis mutationis, & possibilitatis: ergo nō potest euadi de necessitate a- quo denomiuato a generatione, & mutatione, & conuersione ex p- tione ad esse, sicut est in permutatione contrariorum vnius ad ali- scilicet ꝙ necesse sit esse eis subiectum, in quo adueniunt vnum dem post ablationem alterius, nisi ꝙ in mutatione, quę est in aliis dentibus, est in actu, in substantia vero in potentia. Nec poss- etiam ponere hoc denominatum a possibilitate, & mutatione rem, est in actu, scilicet ex qua fit generatio, ex eo ꝙ est in actu. quon- hoc etiam deperditur: id autem, ex quo fit generatio, oportet pars generati. Igitur hic est subiectum necessario recipiens possi- tatem, quod est sedes mutationis, & generationis: & est id, quod tur generari, & mutari, & permutari ex priuatione ad esse, Nec p- mus ponere hoc de natura rei exeuntis in actum, s. de natura ent- actu. nam, si hoc esset, non generaretur ens. generatio enim est ex ente, non ex ente. nam natura est quid, ad quod conuenerunt Phi- phi, & secta Mahatazela ꝙ reperiatur: nisi quòd Philosophi tene- non erit denudatum formis repertis in actu, scilicet non erit den- cum ipso esse: permutatur tamen ex esse ad esse, sicut permutatur ma/exempli gratia ad sanguinem, & permutatio sanguinis ad me- sensitiua. nam si esset denudatum ipso esse, esset ens in se. si autem ens in se, non esset ex eo generatio, & hoc equidem apud eos e- quod appellant materiam: & est causa generationis, & corruptio- & omne ens denudatum ab hac natura est apud eos non genera- nec corruptibile.

Materia nō reperitur denudata in actu abesse.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia vero, ꝙ animę humanæ apud eos sunt sub- tię existentes per se, & non sunt corpus, neq; materia, ne- latę adęquatę materiæ, & sunt innouatę, prout id tenet A- na, & verificantes ex eis, & habent possibilitatem ante innouati- suam, & non habent substantiam, nec materiam vt sit possibilita- rum denominatio relatiua, & non reducitur ad posse potentis, agens. & sciendo ad quid reducitur, conuertitur hoc contra eos.

Hic ponit secundam rationem ipse Alga. ad probandum illud, quod s- dixit, scilicet quod possibile non requirat subiectum. d. ait Alga. secun- est, quia animę separatę hominum sunt subiectiue, id est, subsistenter, per- stentes non in corpore, neque in materia, neq; aliqualem habent circumsta- materialem, qua innouentur, vt opinatur Auicen. & alij de numero n- philosophorum. & tamen sine dubio antequam innouentur, id est, corpo- tur, habent possibilitatem. & tamen hæc possibilitas non habet subiectum materiam. quoniam non fiunt ex materia. ergo earum possibilitas est de- tio relatiua non dependens de patiente, neque agente, sed solum ex in- ratu-

rationis contingentis extrema. His igitur duabus rationibus voluit Alg. aliquod etiã possibile, & non indigere subiecto pro eius possibilitate, vt apparet.

AVEROES.

AIt Auer. Nunquam vidi sapientis esse dictum, quòd anima fuerit innouata innouatione vera, & postea quòd sit remanẽs nisi id, quod recitauit Auicen. oẽs tñ confitentur ꝙ innouatio eius sit relatiua, & est peruentio eius ad possibilitates corporales, recipientes quidẽ hanc continuationem, sicut possibilitates, quæ sunt in speculis ad copulationem radii Solis cum eis. & hæc possibilitas apud eos non est de natura possibilitatis formarum generatarum, & corruptarum, sed est possibilitas modo, quo opinantur demonstrationẽ adducere nos ad eã. & subiectum huius possibilitatis est natura diuersa à natura materiæ. & non percipiet opiniones eorum in his rebus nisi qui operam dederit libris eorum cum conditionibus, quas dixerunt, & attributa, quæ dixerunt, cum perfectione scientiæ innatæ, & magistro sapiente. Dubitare autem Alga. his rebus hac dubitatione non conuenit tali, qualis ipse est. Nam non euadet ab vno duorum. aut enim ipse sciuit hæc omnia secundum veritatem, & adduxit ea hic præter veritatem: & hæc est operatio prauorum: aut non intellexit ea secundum veritatem, & dubitauit in sermone, mediante re, quæ non comprehendit scientiam: & hæc est operatio ignorantium. Iste autem vir, absit apud nos ab his duabus denominationibus, licet non possint boni euadere, quin vilipendant eum. Attamen vilipensio Alga. est compilatio huius libri. & forte coactus fuit propter tempus, & locum eius.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicatur reuersio possibilitatis ad iudiciũ intellectus est quid falsum. quoniam nihil est iudicium intellectus, nisi scientia de possibilitate: possibilitas autem est scitũ, quod est diuersum à scientia. sed sciẽtia est, quæ id comprehendit, & id sequitur, & alligatur ei, prout est, scientia autem, si imaginatum fuerit ꝙ sit priuatio eius, non deperditur scitum, quod est possibile, sed remanet possibile possibile, licet nõ sciatur. scitum vero, cum imaginatum fuerit auferri, auferetur scientia. scientia autem, & scitum sunt duo, quorum vnum est sequens, aliud vero attrahens, &c. vsque ad, & erit possibilitas denominatio eis hac via.

AVEROES.

AIt Auer. Quod posuit in hoc capitulo est sermo verus, & declarabitur tibi hoc ex eo, quod diximus de intelligẽtia naturę possibilis.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens sapiẽtibus. Et responsio est ꝙ reuer possibilitatis & necessitatis, & ĩpossibilitatis ad iudicia in lectualia est vera. & id, quod dixerũt, ꝙ dispositio iudicior intellectus est scientia eius, & sciẽtia determinat scitũ, dicitur eis, q admodum coloratio, & animalitas, & alia iudicia vniuersalia sunt manentia in intellectu apud eos, & sunt scientiæ, quibus dicitur n esse scita, & scita quidem eorum non habent esse demonstratum, a ꝙ declarauerunt Philosophi ꝙ vniuersalia reperiuntur in scientiis, aũt demonstrata: esse vero demonstratum est in particularibus ind dualibus, quæ sunt sensibilia, non autem intellectualia, sunt tamẽ c sa consyderationis intellectus, & faciendi iudicium abstractum à m teria intellectuali: ergo coloratio est iudicium abstractũ in intelle præter nigredinẽ, & albedinem. & non potest imaginari, cum sit color, qui non sit niger, nec albus, nec alius color. & cõfirmata est tellectui forma colorationis absque differentia, & dicit ꝙ sit forma, ius esse est in scientiis, non autem demonstrata. si autem hoc non fu rit impossibile, sic non erit impossibile id, quod diximus.

AVEROES.

Scientia nõ est rei vl'is, sed particulariũ in vl'i. vide primo de Aĩa co. 8. & alia ibi annotata. vide de Alexan. Aphr. lib. i. Quęstio. natural. qõ. iij.

AIt Auer. Hic sermo sophisticus. nam possibilitas est quid uersale habẽs particularia reperta extra aĩam, vt sunt alia uersalia. scientia aũt non est scientia rei vniuersalis, sed est tia particularium modo vniuersali, quem facit intellectus in partic laribus, cum abstrahit ab eis naturã vnam cõem, quæ diuisa est in m teriis, & vniuersale non est natura eius natura rerum, quibus est v uersale. Attamen ipse in hoc sermone fallitur, accipiens quidem na rã possibilitatis pro natura vniuersali, absque eo, ꝙ sint ibi particu ria, in quibus sustẽtatur hoc vniuersale, s. possibilitas vniuersalis. uersale autem non est scitum, sed cum eo sciuntur res, & est quid tum in natura rerum scitarũ in potentia. &, nisi esset hoc, esset com hensio eius particularium, in eo ꝙ sunt vniuersalia, cõprehensio fa hoc autem sic esset, si natura sciti esset particularis per se, non autẽ accidens. sed est contrarium, s. ꝙ scitũ est particulare per accidẽs, v uersale vero per se. & ideo cum non comprehendit id intellectus, ex ꝙ est vniuersale, fallitur in eo, & iudicat de eo iudicio falsõ. cum a abstraxerit naturas, quæ sunt in particularibus a materiis, & posue eas vniuersales, bene potest de eis iudicare iudicio vero, & ꝙ non m sceantur ei naturæ. & possibilitas est vna harum naturarum. Vlte sermo Philosophorum ꝙ vniuersalia reperiuntur in intellectu, no demonstrata, intentio eorum in eo est, ꝙ reperiuntur in actu in inte

lectu, nõ aũt demonstrata. & nõ ponunt ꝙ non reperiuntur omnino demonstrata, sed volunt ꝙ sunt in potentia, & non in actu. nam, si nõ essent, omnino essent falsa. &, cũ fuerint extra intellectum, sunt in potentia, & possibile est extra animã in potentia. ergo hoc modo assimilatur natura eorũ naturæ possibilis. Et ex eo conatus est facere sophisticationem, qm̃ assimilauit possibilitatem vniuersalibus, quia sunt conuenientia, & eadem, circa esse, quod est in potẽtia. Vlterius posuit ꝙ Philosophi dicunt ꝙ vniuersalia non habent esse extra animã omnino, & intulit ex hoc, ꝙ possibile non habet esse extra animam omnino. O quanta est vilis hæc fallacia, & corrupta sententia huius hois. Obserua de vniuersalibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Cum autẽ dicunt si imaginaretur priuatio intellectuũ, aut occultatio eorũ, non auferetur possibilitas, dicimus, si imaginaretur priuatio eorũ, vtrum iudicia vniuersalia, & sunt genera, & species, essent priuata. Cũ aũt dixerint sic, q̃a nihil habent, nisi iudicia in intellectu, sic etiam est dictum nostrum de possibilitate. & nulla est differentia inter ambas naturas. Si autem existimauerint ꝙ remanserint in scientia Dei glo. sic etiã sermo de possibilitate, & necessitate. & intentum est ostendere contradictionem verborum eorum.

AVEROES.

Ait Auer. Apparet ex hoc sermone contradictio sui ipsius, & ignorantia eius. nam magis sufficiens, quod sit in eo, fundatur super duas ꝓpositiones. quarũ vna est ꝙ ipse declarauit ꝙ possibilitatis aliqua est particularis extra animã, & aliqua vniuersalis, & est intellectũ illorum particularium & est sermo non verus. Si autẽ dixerint ꝙ natura particulariũ extra animam ex possibilibus est natura vniuersalis, quod est in intellectu, tunc non habet nec naturam particularis, nec vniuersalis, aut erit natura particularis natura vniuersalis. & hæc omnia sunt dementiæ, & chimeræ. & q̃uocunq; sit, vniuersale habet aliquod esse extra animam. Vniuersale nõ habet esse extra animam.

ALGAZEL.

Ait Alga. Excusatio autẽ de impossibilitate, quòd referatur ad materiã, quę attribuitur rei, cum prohibetur ei contrariũ eius, non omnis profecto impossibilitas est sic. nam esse socium Deo. glo. est falsum. & nõ est materia, ad quã referatur impossibilitas. Si autẽ existimauerint ꝙ falsitas socii est separatio Dei glo, in se, & esse eius est necessariũ, & separatio refert ad id, dicimus eis ꝙ nõ est necessarium. mũdus enim est cũ eo, igitur non est separatus. Si vero existimauerint ꝙ

separatio eius à simili est necessaria, & contradicens necessario est i possibile, & est relatio eius ad id, dicimus q dispositio separatio Dei glo. à mundo, non est sicut separatio eius à simili. nam separa eius à simili est necessaria, & separatio eius à creaturis nõ est necessa

AVEROES.

Quę sint iudicia intellectus.

AIt Auer. Hic totus est sermo vanus, & cadens, qm̃ nõ est dubi apud eũ q iudicia intellectus sunt iudicia ei secũdũ naturas r extra animã. &, si nõ esset extra animã, nec possibile, nec impossibi tunc essent iudicia intellectus in hoc, ac si non esset iudiciũ, & nõ differentia inter intellectum, & imaginationem. Esse autẽ simile D glo. est impossibile in esse, sicut ipse est necessarius in esse. & non opus multiplicare sermonem in hac quæstione.

Esse simile Deo inesse ẽ impossibile.

ALGAZEL.

B

AIt Alga. Adhuc excusatio est inconueniens in animabus inn tis, habentibus substãtias separatas, & possibilibus antea ad nouationem: & non est ibi aliquid, cui attribuitur. Cum autem di rint q materia possibile est vt eligant eam animæ istæ, sunt relat nes longę. Si aũt hoc vobis sufficit, non est absurdum, quin dicatur dispositio possibilitatis innouati est q potens id possibile est ei v innouet, & erit relatio eius ad agens, licet non fuerit innatum ei, si est relatio animę ad corpus patiens, quãuis non sit ei innatũ. & n la est differentia inter proportionem ad agens, & proportionẽ ad p tiens, cum non fuerit quid innatum in ambobus subiectis.

AVEROES.

C

AIt Auer. Intendit inferre eis, si posuerint possibilitatẽ in inno tione animę, non innatã in materia, q sit possibilitas in patie vt possibilitas in agente in emanatione actionis ab eo, & erunt ęq les ambę possibilitates. & hoc est inconueniens. quoniã secundũ ha positionẽ aduenier aïa, quasi vellet corpus ab extra, sicut vult facie ctũ, & non erit vt dispositio in corpore, quẽadmodũ nõ erit faciens d spositio in facto. Attñ responsio ei est q nõ prohibetur quin reperi tur aliquę ex perfectionibus, quę currunt cursu dispositionum, c paratur subiectũ eius, vt nauta in naui, & faciens cũ instrumento, operatur. Si aũt est corpus tanquã instrumentũ animæ, ipsa quidẽ dispositio separata. Sed nõ est possibilitas, quę est instrumẽto, vt p sibilitas, quæ est agenti: sed reperitur instrumentum in ambabus bus simul, i. possibilitate patiẽtis, & possibilitate agentis. & ideo instrumenta mouẽtia, & mota. & in eo q sunt mouentia, reperitur p

Possibilitas quę est ĩ instrumẽto nõ est possibilitas quę est in Agente.

possibilitas,quę est in agente:& in eo ꝙ sunt mota, reperitur eis possibilitas,quę est in patiente.& nō sequitur eis ex positione animę separatę vt ponatur possibilitas,quę est in recipiente, eadē cū possibilitate,quę est in agente. Vlterius possibilitas, quę est in agente, apud Philosophos non est iudicium intellectuale tm̄, sed iudiciū de re extra animā.& non est vtilitas cōtradicenti,assimilanti quidē vnā duarum possibilitatū alteri.Et,quoniā considerauit Alga.ꝙ isti sermones omnes faciunt dubitationes,& confusionē ei,qui non potest eas soluere, & est opus prauorum Sophistarum,ideo dixit.

Possibilitas apud philosophos ex parte agētis non est iudiciū intellectuale tātū.

ALGAZEL.

AIt Alga.Si autē dixerit adhęsistis in omnibus quęstionibus oppositioni dubitationibus cū dubitationibus, & non euadet id,quod posuistis,à dubitationibus,dicimus dubitatio declarat corruptionē sermonis proculdubio,& soluuntur modi dubitationū,consyderando dubitationem,& quæsitū. Nos aūt non intendimus in hoc libro nisi adaptare opinionē corū, & mutare modos rōnū eorum cum eo,cū quo declarabitur destructio earū.& nō incūbemus ad sustentandū opinionē aliquā.vnde non egrediemur ab intentione libri,nec cōplebimus sermonem in assumendo rationē demonstrantem innouationē mundi:qm̄ intentio nostra est destruere rationes eorum, notificādo id,quod sequitur.affirmare vero opinionē verā, derelinquimus in alio libro, quē edere decreuimus in hoc, dn̄o concedente, quē Fundamēta legū appellabimus:in quo quidē affirmationē facere intēdimus,sicut in hoc libro destructionē facere volumus.

AVEROES.

AIt Auer. Oppositio autem dubitationibus cum dubitationibus non facit destructionem: facit tn̄ confusionē,& dubiū ei, qui fecit dubitationes dubitationibus,& nō verificatur apud eū vna duarū dubitationū,& destructio dubitationū,quę opponuntur ei. Et plurimi sermonū,cum quibus opposuit hic vir,sunt dubitationes euenientes,cū adducūtur sermones corū,aliquis apud aliquem, & assimilantur diuersi adinuicē.Attn̄ hęc quęstio non est perfecta.quęstio.n.perfecta est,quę facit destructione opinionis eorū scd̄m rē ipsam, non secundū sermonē dicētis.vt est positio eius,ꝙ sit possibile aduersario ꝙ possibilitas sit iudiciū intellectuale, vt ponūt hoc in vniuersali. Nam, si cōceditur verificatio similitudinis inter ea,nō sequitur ex hoc destructio essendi possibilitatē iudiciū adhęrens ipsi esse. sequeretur.n.ex eo vnū duorū,aut destructio essendi vniuersale in intellectu tm̄, aut esse possibilitatē in intellectu tm̄. Et debuit incipere adaptare veritatem, antequā inciperet de eo,quod facit confusionē cōsyderantibus, & du-

bitationem, vt moriatur considerans, antequam incumbat libro ill
aut moriatur ipse, antequã componat eum. qui quidem liber adhuc n
peruenit ad nos: & forte non edidit eum. Cum autem dixit ꝙ ipse non
intẽdit in hoc libro aliquã opinionẽ sustentare, dixit hoc, vt nó exi
stimetur de eo ꝙ ipse intendat sustẽtare opinionẽ sectę Assariæ. & ap
paret ex libris dedicatis ei ꝙ reuersus est in sciẽtiis diuinis ad opinio
nes Philosophorũ. & ex magis apparentibus de eis in hoc. & verior
confirmatione eius est liber eius, appellatus Fenestra luminarium.

Hic respondet ad rationẽ Alga, & debes scire ꝙ Alga. videtur ꝙ opinetur
Opinio Plat. de aĩa. opinionẽ Platonis, qui posuit animas creari in quodã numero ab ęterno, & ta
iussu Dei vniri corporibus in tẽpore per administrationẽ agentis naturalis. &
post mortẽ iterum remanere. & contra hoc non arguit Auer. alio modo vide
tur opinari, quod post mortem animæ remaneant æternę, licet habuerint prin
cipium, que possunt vniri, licet non vniantur. & hoc destruit Auer. probat en
quod hoc sit falsum autoritate philosophorum. d. dicimus nos quod nullos sci
tum, vt inuenimus, opinatur quod anima innouetur, & post mortem corporis
maneat, nisi Auic. tantum: quoniã principiũ est apud naturales, quod omne, q
incœpit, desinet, vt probaui in lib. de intellectu. Si enim anima incœpit, et
desinet: & si desinet, nec incœpit. (immo omnes) hic ponit modum, quo animæ
possunt intelligi fieri. d. immo omnes communiter opinati sunt, quod innoua
tio animæ est relatiua, scilicet quod hæc innouatio, est eius adiunctio cum cor
poribus possibiliter dictam adiunctionem recipientibus cuius exemplum pr
d. eo modo, quo præparationes & possibilitates speculorũ, id est, eo modo, q
potentia speculi recipit adiunctionem radiorum solis. Sed hic maxima est
quęstio, quid scilicet sit ista vnio, & quid ista possibilitas adiunctionis? Et
quod in libro de intellectu exposui illud, attamẽ dicendũ, quod intellectiua
ma apud Auer. est forma simplex, separata, actus purus, sicut quælibet intel
gentia mouens stellam, vt ibi scripsi, vult tamen, ꝙ ista continuetur corp
humanis per operationem, quando enim corpus hominis per cogitatiuam op
tur comprehendendo singulare demonstratum, tunc intellectus vnitur ei v
ma mouens, ergo intellectus & est intellectus, & est anima: intellectus quid
prout separatus & immixtus, intellectus per essentiam eius, sicut quęlibet in
ligentia, anima quoque, prout corpori continuatur, per esse principium in
ligendi & volendi, ergo innouatio animæ est relatiua, quoniam, quando c
pus fundat relationem illam, qua comprehendit indiuiduum demonstratum
intellectus dicitur anima eius, absolute tamen non dicitur anima sed pro
Quid sit relatiua vnio ipsius aĩæ. pus fundat illam. Sed dices, quid est ista relatiua vnio, & vbi est subiec
Dicendum, quod nihil est aliud, nisi denominatio quædam ipsius animæ i
lectiuæ, qua dicitur anima, vbi prius non dicebatur, sicut dextrum in co
na nihil aliud est, nisi innouata relatio, qua denominatur dextrum. Sub
ue autem est in corpore sicut relatio columnæ in homine. vnde, sicut dici
tur agens respectu existente in re acta, & colũna dextra respectu existen
animali, sic intellectus dicitur anima hominis respectu animationis exist
in corpore, et in hoc apparet exemplum de sole. potest enim sol dici form
nium speculorum, licet non recipitur in eis prout specula vniuntur ei. F
declarat. d. & dicta possibilitas apud philosophos non est de natura for
possibiliter innouatarum & corruptibilium. immo, vt opinantur et alleg
si demonstrasse, impolita est in quadam natura præter naturam materia
de se excusat. d. & hoc non potest hic sufficienter ostendi, exigit enim
præambula, quæ in singulis locis librorum philosophorum diffusi rep
Error Ioãnis. maxime ab Aristo. in tertio de anima. In his apparet defectus Ioan
ni, qui voluit vnicam esse animam intellectiuam in corporibus huma
enim patet: quoniam, licet intellectus sit vnus simplex omnium, non

A anima intellectiua: quoniam anima intellectiua dicit duo, scilicet intellectũ purum, & etiam secundum illum denominantẽ intellectũ, & subiectiue existẽtem in corpore, & per consequens potest concedi plures esse animas, quot sunt respectus, & corpora hominis. Secundo apparet quod animæ innouantur in hominibus continue, non scilicet nouitate accidente in eis, sed in hominibus. Sed dices, quid est fundamentum proximum vnionis talis. Dicendum, quod sicut nauta non dicitur anima nauis, nisi quando incipit operari, ita intellectus non dicitur esse anima hominis, nisi quando incœpit esse principium operationis in eo: fundamentum ergo proximum est operatio, & quia operationes hominum sunt diuersæ, ideo & animæ relatiue sunt diuersæ, absolute sunt vnus actus purus non cadens in continuo, & tempore. Et debes scire quod hæc est opinio Aristo. & Auer. & est error purus: secundum nos christianos, aliter est dicendum, vt declaraui in libro de intellectu, vbi contradixi his philosophi fortissimis rationibus.

Dubitatio

Solutio.

Defensio legis nrę contra Arist. & Auer.

Contra hanc solu. arguit Alga. & primo proponit illam. d. & si forte diceretur, quod possibilitas in innouatione animæ non imprimitur in materia, id est, si anima intellectiua non est possibilis vniri possibilitati materiæ, igitur sequitur eos, quod possibilitas recipientis esset similis possibilitati agentis isto modo, videlicet quod posset actus, & operatio procedere ab eo, id est, in intellectu, B quando vult, scilicet intrare corpus, & consequentiam non probat, sed potest probari, quoniam omnis possibilitas est aut ab agente, aut a parte materiæ, vt dictum est, si igitur possibilitas, qua intellectus vnitur corpori, non est a parte materiæ, ergo est a parte agentis, & nullum videtur agens nisi ipsemet intellectus: ergo ageret istam vnionem, quando sibi placeret. Deinde destruit consequens. d. & hoc est falsum, quia sequitur quod anima veniat in corpus tanquã, id est, eo modo, quo agens cupiens, & desiderans ipsum, dum est extra, antequã adueniat in corpore, sicut artifex intrat domum. & hæc non dispositio in effectu. Et debes scire quod virtus rationis consistit in hoc, intellectus, siue actus purus, siue non, antequam corpori continuetur, potest continuari. Vel igitur ista possibilitas est ex parte materiæ, vel agentis, vel vtriusque. si vtriusque, ergo est forma generabilis & corruptibilis, vt scis. Si materiæ, ergo esset educibilis de potentia materiæ. Si agentis, quæro de agente proximo & immediato huius vnionis & non potest poni aliud, nisi ipsemet intellectus, ergo sequitur illud inconueniens. Et hæc ratio est multum subtilis contra positionem Auerro. & mihi non parum chara, & facit multum ad intellectum libri de intellectu.

Hic soluit. q. hanc multum subtiliter, & praeciose. Et primo ponit veram responsionem. secundo ibi (Rursus) quasi tangit secundam solu. Dicit ergo in pri C ma. dicimus nos quod ad hoc respondendum, videlicet, ꝙ non est impossibile reperiri perfectiones similes dispositionibus, quæ separantur a subiecto: vt nauta cum naue, & artifex cum suo instrumento, vult dicere quod potest inueniri hic forma, quasi similis intellectui mouenti orbem, vt apparet in nauta respectu nauis, & in artifice respectu instrumenti. Tunc declarat idem in intellectu. d. vnde, si corpus esset tanquam instrumentum animæ, anima esset dispositio, id est forma separata. (Et est verum.) Cum accepit istam propositionem, videlicet quod intellectiua anima comparatur ad corpus, sicut artifex ad instrumentum: accipit secundam, ex qua vult ad formam respondere. d. & est verum quod possibilitas instrumenti non est similis possibilitati agentis. Hæc ergo est vis solu. dicendum quod anima intellectiua potest vniri corpori potentia aliqua. & quando quæritur, qua potentia, agentis vel materię. Dicendum, quod neutro modo: sed potentia agentis circa instrumentum. & quando dicitur, omnis potentia est, &c. verum est de comparatione formæ propriæ ad materiam, & non de possibilitate inter agens, & instrumentum. (Et ideo sunt.) Soluit. q. posset dici contra: quoniam tũc vna esset possibilitas agentis in vnione animæ, & patientis. Respondit. d. & ideo sunt instrumenta mouentia, & mobilia, idest instrumenta agentia, vt securis: & mobilia, id est passiua: vt dispositiones materiæ: vnde, inquãtũ mouẽtia, retinẽt agẽtis possibilitatẽ

& inquantum mobilia, retinent possibilitatem patientis. vult ergo dicere quod in ista vnione nulla est possibilitas agentis neq; materia, sed reductiue est vtra que: quoniam possibilitas, qua intellectus in corpore vnitur, dicitur reductiue possibilitas agentis: & possibilitas qua corpus vnitur, dicitur possibilitas patientis reductiue, & ideo infert: non sequitur ex positione animarum separatarum quod dicatur, quod possibilitas agentis & patientis sit vna & eadem, quoniam ibi concurrunt duæ possibilitates. Sed dices, possibilitas, qua intellectus vnitur, est ex parte agentis: ergo vniuersaliter, quando vult. & sic stat ratio Alga. Respondetur, quod non est ex parte agentis absolute, sed reductiue & metaphorice. proprie autem non est aliqua possibilitas, nisi qualis reperitur inter instrumentum, & motorem illius. Ideo illa vnio non est naturalis & proprie & quam subtilis sit ista solutio, tu vides: & cognoscis ignorantiam Ioan. in 3. de Anima, qui nunquam nouit istam vnionem, & scis veritatem libri mei de intellectu. (Rursus possibilitas.) Hic, quasi inducit solu. secundam. d. rursus possibilitas agentis apud philosophos non est tantum quid intellectuale, immo est quid reale extra animam: cuius contrarium est in ista, vt declaraui. quoniam aliqualiter requiritur intellectus comparans intellectum corpori, & econtra, vt dixi. Deinde excusat se. d. non oportet amplius in hac reprobatione alia verba addere, quia, de se nota est apud quemcunque hominem intelligentem, habituatumq; aliqualiter in philosophia naturali. & quam mihi chara grataq; fuerit ista declaratio de intellectu, considera, tu: & sic consummatur expositio in prima disputatione. Vbi debes scire, quod Auerro. multa adduxit argumenta contra Alga quæ in rei veritate sunt contra legem nostram attamen, vt declaraui, illa non concludunt nisi physice. dixit enim quod philosophi totam doctrinam a sensibus accipiunt: &, quia dicta eorum sunt ex sensibus, ideo potest dici quod ratione naturali sunt dicta. Illa autẽ, quæ ponit lex nostra, cum sint supra sensus, & valde veriora, & per testimonium prophetæ quod est multo firmius, quam per sensus, sunt tenenda. Quando, ergo philosophi accipiunt aliquod principium, debet negari: quoniam, licet sit conforme sensibus, attamen contradicit rationi. Sensus enim in multis contradicit rationi, vt apparet in moribus. Sẽsus enim vult fornicari. ratio vero vult esse cõtinens, vt apparet primo ethicorũ. Omnia ergo principia, hic dicta, sunt falsa simpliciter, licet apparenter vera: non tamen apparentiæ est credendum, vt bene dixit Alga. Negatis ergo istis principijs, omnes rationes Auerrois sunt fatuæ. Et licet ego non adduxi illa principia, iterum tamen in singulo loco tetigi singulam solutionem.

Defensio nostræ legis.

B

C

Et hic est finis primæ disputationis.

DISPVTATIO SECVNDA.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM DE AETERNITATE MVNDI, ET TEMPORIS, ET MOTVS.

ALGAZEL.

AIT Alga. Scias ꝙ hæc disputatio est ramus primæ.
B quoniam mundus apud eos, sicut est antiquus, non
habens principium in esse suo, sic est æternus, non
habens finem in fine suo: & non potest imaginari fi-
nitas, nec corruptio eius, sed nunquam defecit, nec
deficiet sic esse. Rationes autem eorum quatuor,
narratæ circa antiquitatem eius, extenduntur circa
æternitatem eius. & dubitatio contra eas est, sicut
dubitatio hic absq; differentia. Nam ipsi dicunt ꝙ mundus est causa-
tus, & causa eius est antiqua, & æterna: & sic est simul causatum cum
causa. & dicunt ꝙ, cum non mutatur causa, non mutatur causatum, &
causa eius remanebit. & super hoc ædificauerunt prohibitionem inno
uationis. & ipsamet currit circa ablationem cessationis cursu primæ. &
hæc est via eorum prima. Secunda autem est, quoniam mundus, cum
corrumpitur, erit corruptio eius post esse eius, & erit in eo post, ergo
fuit in eo tempus Tertia vero via est, ꝙ possibilitas essendi non cessat.
C & sic esse possibile potest esse inconuenientia possibilitatis, nisi q hæc
ratio non est fortis. nam nos negamus ꝙ sit antiquus ex parte ante, &
non negamus ꝙ sit æternus a parte post, si fecerit Deus glo. eum rema
nere in æternum: cum non sit de necessitate innouati vt habeat finem,
& de necessitate actionis est vt sit innouata, & vt habeat principium.
Et non est necesse apud aliquem, vt sit mundo proculdubio finis, nisi
apud Ela abo alhauil alhalaph. qui quidem dixit sicut est impossibi-
le in tempore præterito esse reuolutiones infinitas, sic etiam est in fu-
turum. & est falsum. quoniam omne futurum non ingreditur in esse
omnino non comprehenso, nec æquali. præteritum vero iam ingres-
sum est totum in esse comprehenso, licet non fuerit equale &, cum de-
claratum fuerit nos non denegare remanentiam mundi ex parte intel-
lectus in æternum, sed potest stare remanentia, & finitas eius. ergo co-
gnoscitur quæ pars possibilis conuenit in lege. & consyderatio in eo
non dependet in re intelligibili.

HAEC est secunda disputatio principalis huius libri, vbi narratur de d[…] tione mundi in futuro tẽpore. Et more consueto primo apponit motiua […] Secundo reprobat illa, aliqua moderando. Circa primum videtur mihi q[…] mo pręmittit intentionem eius, & dicit, Ait Alg. modo vero excitati sum[…] **Dubitatio.** stigare, vtrũ mundus, & tẽpus, & motus sint infiniti in futuro. hęc igitur e[…] intentio. Vbi debes scire, vt aperte. 8. Phy. declaratur, quod ex solo motu[…] no scitur ęternitas mundi, & tẽporis, & primi motoris. similiter ex sola ęter[…] te temporis scitur ęternitas cęterorum, & ex sola ęternitate mundi scitur c[…] ęternitas, ideo posset esse dubitatio: quare expressit illa tria? satis enim fu[…] **Solutio.** exprimere illorum vnum tantum. Et dicendum, ꝙ expressit illa tria ad si[…] candum connexionem illorum: quoniã, quocunq; illorum existẽte ęterno, […] ęternitatem alterius comparis: ideo vt significaret eorum connexionem, ex[…] sit tria illorum, & dimisit quartum, scilicet ꝙ est primus motor, qui potius de[…] strat ęternitatem mundi, sed a priori, vt dicit Auer. 8. Physi. commen. 50. & […] & 56. vbi ponit modum, quo ex vno illorum trium infertur ęternitas prim[…] econtra, diuersis processibus. vide (Vnde dicimus.) Probat, & assignat ca[…] suę intentionis. & syllogismus debet sic componi. omnis artifex, qui solic[…] scrutatur de aliquo scibili, debet perscrutari de ramo illius scibilis. sed pr[…] intentio pręposita est ramus quęstionis dicentis, an mundus sit ęternus, qu[…] B scibile, circa quod eramus soliciti: ideo in secunda figura debemus exequi de[…] tentione iam dicta. huius syllogismi tangit minorem, & eius probationem, d[…] cit: vnde dicimus quod hęc quęstio est ramus predictę quęstionis, scilicet an m[…] dus sit ęternus. hęc est minor. deinde declarat illam. d. philosophi enim op[…] sunt quod, sicut mundus est ab ęterno in pręterito, similiter asserunt ipsum […] sempiternum in futuro. vnde sup. opinantur. & quod semper fuit, & semper […] vult dicere quod opinantur mundum esse infinitum ex vtroque latere. (Et […] rum auctoritates.) Prosequitur suam intentionem, & primo in generali pr[…] rit fundamenta eorum philosophorum, Et dicit: & eorum auctoritates: vult d[…] re fundamenta, maxime quatuor reperiuntur. dicunt tamen quod illę auctor[…] tes, vult dicere fundamenta, sunt illę quatuor, quas nomine ipsorum duximus […] probandum in pręcedentibus, scilicet quęstione prima. quod mundus sit ab ę[…] no in pręterito tempore: nanque ab eisdem rationibus probatur ipsum m[…] esse sempiternum, & creatum a causa æternali & sempiterna. (Et quia cau[…] explicat illas vias seu auctoritates, quibus mouebantur philosophi. & prima […] tio sic componitur. id, ad quod refertur relatiuum sempiternum æterne te[…] re ipsum in sui natura & esse potens ponere reliquum correlatiuum in esse, […] C bet esse sempiternum. sed mundus est huiusmodi: igitur in prima figura seq[…] ipsum semper esse. maior est manifesta de sui natura. cum enim intelligitur […] ra relationis, intelligitur illa maior. Sed minor prosyllogizatur in litera sic: […] latiua oportet ꝙ sint semper simul, vt ex definitionibus eorum apparet: cau[…] causatum sunt relatiua: ergo oportet vt sint semper simul. Tunc vltra, cau[…] causatum semper sunt simul. sed mundus est causatum, & primus motor cau[…] est in sui substantia sempiternus. ergo mundus semper est, & sic nunquam […] net esse. Huius syllogismi tangit tantum prosyllogismum minoris. & concl[…] nem, vnde ait, & quia causa & causatum sunt duo relatiua. & hęc est minor p[…] syllogismi: & relatiua oportet ꝙ sint semper simul: & hęc est eius maior. e[…] mundus semper fuit, & erit: & est conclusio principalis. & addit, dum enim c[…] sa non permutatur, nec etiam causatum permutari debet, & est quasi confirm[…] tio dicti syllogismi, & in hac ratione sunt difficultates, quas dicam forte p[…] vnde ait hæc est prima ratio ipsorum. (Secunda ratio, si) Ponit secundam ra[…] nem, & videtur mihi quod est in forma hypothetica per impossibile, & de[…] componi, vt dicit: si mundus ad priuationem, vult dicere, ad non esse eius pe[…] niret, esset ergo sua priuatio post suum esse, & si esset ibi ante & post, tunc […] esset tempus, quoniam ante, & post exigit tempus, vult dicere, quia sunt differen[…] tię essentiales eius: ergo tempus erit postquam fuit corruptum: quod est simpli[…] ter impossibile. consequentia autem apparet, quia priuato mundo non erit […]

tus, & per consequens nec tempus, cuius est passio vel mensura, & sic non erit tempus: & tamen erit propter iam dicta: ergo aliquid erit postquam erit corruptum. (Tertia ratio hęc est.) Ponitur tertia ratio, & debet componi sic. id, cuius possibilitas essendi, nec esse possibilitatis cessat, in sui natura est sempiternũ: sed mundus est huiusmodi: ergo erit semper: huius non ponitur nisi minor. d. possibilitas esse non cessat. vult dicere ipsius mundi, nec esse possibilitatis (Et hęc ratio debilis est.) Et postquam adduxit rationes, incipit debilitare illas & primo debilitat istam vltimam rationem & ait: & hęc ratio debilis est apud nos, quia negamus quod sit ab ęterno, vult dicere a parte ante. Sed non negamus quod sit sempiternus, id est, perpetuus a parte post. Si deo placuerit quod esset in perpetuum, vult dicere secundum voluntatem primi. Ad formam argumenti negatur minor: quoniam possibilitas mundi essendi a parte ante non fuit semper, immo incœpit. & tamen voluntate Dei potest semper esse. (Non enim.) Remouet quoddam dubium: quoniam posset quis dicere, omne factum habet finem. Si igitur mundus est factus, igitur habet finem: ergo nõ poterit nec voluntate Dei, nec aliqua causa perpetuari. Soluit. d. non enim est de necessitate innouati, vult dicere nouiter producti quod habeat finem, immo bene est de necessitate actius: vult dicere facti quod sit innouatum, & habeat principium. Circa hoc debes

B scire, quod isti opinati sunt, sicut Plato, scilicet quod postquam Deus fecit mundum, amplius non destruet ipsum, immo conseruabit eum: cuius ratio fuit, vt narrat Auerroes primo cœli commen. 124. aut quia agens aliquod non est innatum corrumpere ipsum, aut quia agens sapiens non est innatum corrumpere suum factum: dementis enim est corrumpere opus eius, aut quia corrumpens est contrarium generanti: quod in proposito non cadit: aut quia non corrumpitur omnino, quia scilicet de ratione facti, non est habere finem, vt dicit hic Algazel. Sed de hoc dicam in solutione huius dubij aliqua pulchra. (Et nullus.) ponit peccatum cuiusdam, & dicit, nullus sapientum opinatur quod mundus debet finiri, nisi vnus prudentum saracenorum, cuius motiuum ponit, & videtur sua ratio consistere in hoc, quod, qua ratione est impossibile in præterito reuolutiones infinitas pręcessisse, similiter & in futuro, sup. infinitas succedere: quod autem antecedens sit impossibile, iam declaratum est in expositione primę disputationis, in solutione quinti dubij. Similitudo autem apparet: quoniam tempus est vnius rationis, & in præterito, & in futuro secundum omnes, ideo æqualiter est impossibile in vtroque. (sed hęc opinio.) Reprobat illud, & soluit eius argumentum, & dicit, & hęc opinio est erronea: nullum namq; futurum ingressum est ad actũ, vult dicere completum, neque successiue, neque continuate, id est, simul, & pręteritum ingressum est ad actum omnino successiue, id est, completum. Solutio igi-

C tur consistit in hoc, quod non est simile de pręterito, & de futuro: quoniam pręteritum est terminatum ad instans huius Diei, futurum autem non terminabitur, ideo non est simile: modo in infinitum terminari est impossibile, & concludit intentum. d. vnde, postquam non est magnum. &, si litera non est corrupta, vult dicere extraneum mundum remanere in perpetuo intellectu, ergo sup. nec in esse: quoniam Deus potest facere quod intelligit non implicans impossibilia, immo sua finitio & sua perpetuatio est possibilis: ergo vtrunque potest facere Deus. Ideo concludit. d. debemus nos igitur inclinare erga vnam illarum, scilicet vel quod Deus finiet, vel Deus perpetuet, cum vtrunque ponit cohortatione legis, id est, pręcepto legis non intellectuali, id est, non ratione sed fide: quasi dicat, quod alterum illorum debemus credere ex lege, non ratione: quia lex nõ ratione constituitur, vt credunt philosophi, vt declarauit Auicen. in 9. Metaphysicæ: & sic completur intentio Algazelis, de quibus dicet nunc Auerroes.

AVEROES.

AIt Auer. Quod autem dixit, quòd id, quod sequitur ex ratione prima eorum de antiquitate mundi in præteritum, sequitur

Idem ex ea in futurum eſſe verum : & ſic etiam eſt in ratione ſec
eorum. Cum autem dicunt quòd non ſequitur in tertia ratione
turum id, quod ſequitur in præteritum ſecundum opinionem eo
quia nos negamus vt ſit mundus æternus in præteritum, & non e
ſum vt ſit æternus in futurum, niſi apud Auoalhozil alhalaph,
quidem tenet eſſe mundum ęternum ex duabus extremitatibus
ſum, non eſt, ſicut dixit. quoniam, cum concedunt eis quòd mu
non defecit poſsibilitas eius, & quòd poſsibilitas euenit ei, tanc
quid eum ſequens, quo menſuratur hęc poſsibilitas, ſicut euenit
poſsibili, cum exierit in actum hęc diſpoſitio, & apparet de hoc ſ
quòd non habuerit principium, verificabitur eis tempus non ha
principium. hoc enim ſpacium nihil aliud eſt niſi tempus. & app
tio eius, qui appellauerit id dahar, ideſt æternum, nihil eſt. Et,
fuerit tempus copulatum poſsibilitati, & poſsibilitas copulata
moti non habet principium. Cum autem dixerint ꝙ omne, que
peritur in præteritum, habet primum, eſt propoſitio falſa : quo
primum reperitur in præteritum ætenum, ſicut reperitur in futur
Diſtinctio autem eorum in hoc inter primum, & operationem
eſt ratio indigens demonſtratione. quoniam eſſe eius, quod fuit in
teritum non æternum, eſt aliud ab eſſe eius, quod fuit in præter
æternum. nam id, quod fuit in pręteritum non æternum eſt fini
duabus extremitatibus, ſ. habet principium, & finem. quod ve
in pręteritum ęternum non habet principium, nec finem, neq; ca
nem. & ideo, quia non ponunt Philoſophi ꝙ motus circularis ha
principium, non ſequitur eis vt habeat finem : quoniam ipſi non
nunt eſſe eius in pręteritum eſſe generabile, & corruptibile. & qui
cedit hoc eis, contradicit verbis ſuis. & ideo fuit hęc propoſitio ve
omne habens principium habet finem. Quòd autem ſit quid ha
principium, & non finem non eſt verum, niſi ꝙ poſsibile fiat ęter
nam omne habens principium eſt poſsibile. Quòd autem ſit a
poſsibile, vt recipiat corruptionem, & recipiat æternitatem, eſt
non ſcitum, & debet ſpeculari de eo. Et iam ſpeculati ſunt de eo
qui, & Hauoalhauil conuenit cum Philoſophis in eo, ꝙ omne in
tum corrumpitur, & eſt conſequens fortiſsimum ad eradicandum
monem de innouatione mundi. Qui autem diſtinguit inter pręt
tum, & futurum, ꝙ id, quod fuit in pręteritum, iam exiit totum in
id vero, quod erit in futurum, non exit totum in eſſe : exit enim
aliquid, & aliquid non: eſt ſermo fallax. Nam id, quod fuit in p
teritum, in rei veritate iam exiit in tempore: & quod exiit in tem
re, id excedit tempus ex duobus lateribus, & habet totum, & eſt
tum neceſſario. Quod vero non exiit in pręteritum, vt eſt prec
eius, quod innouatur, non exit in pręterito, niſi æquiuoce. ſed
cum pręterito durat in infinitum, & non habet totum. totum ve
partibus eius. tempus enim non reperitur ei principium primum,

Aeternũ a parte ante et poſt & ęternum a parte poſt tm̃ differunt.

nouatum in præteritum. nam omne principium innouatum est in tempore præsenti: & omne tempus præsens habet ante id præteritum: ergo id, quod reperitur æquale tempori, & tempus est æquale ei, necesse est vt sit infinitum, & quòd non exeat ex eo in esse præterito, nisi parte eius, quas comprehendit tempus ex duobus lateribus: sicut non exit in esse moti ex tempore in rei veritate, nisi instans, nec ex motu, nisi id, quod mouetur in magnitudine, in qua mouetur in instanti, de quo quæritur. Nam quemadmodum ens, quod non defecit in præteritum, non dicimus quòd id, quod transiit ex esse eius, exiit nunc in esse: nam, si hoc esset, erit esse eius principium, & tempus id comprehendit ex suis lateribus: sic dicimus de eo, quod est cum tempore, non autem in eo, & in reuolutionibus præteritis, quòd exit ex eis in esse imaginabili id, quod ex eis comprehenderit tempus. Quæ vero sunt cum tempore, adhuc non exeunt in esse: sicut non exiit in esse præteritum id, quod non defecit esse, postquàm non comprehendit id tempus. Cum autem imaginatus fueris ens æternum, operationes quidem eius non retardantur ab eo: sicut est mos omnis entis, cuius esse est perfectum, vt sit tale. nam, si ipsum fuerit æternum, & non exiuerit in tempore præterito, sequitur necessario vt non exeant operationes eius in tempore præterito. nam, si exiuissent, essent finitæ: & hoc ens æternum non deficeret esse absque operatione. & id, quod non deficit non operari, est necessario impossibile. Et est conueniens enti, cuius esse non exit in tempore, & id non comprehendit tempus, vt sint operationes eius tales. nam nulla est differentia inter esse entis, & operationes eius. Si autem fuerint motus orbium cœlestium, & eius, quod sequitur ex eis, operationes entis æterni, cuius esse non exit in esse præterito, necesse est vt operationes eius non exeant in tēpore præterito. Et non omne, quod dicitur de eo non exire, possibile est vt dicatur de eo iam exiuisse in tempore præterito, nec ꝙ iam finitum est. omne enim habens finem habet principium. Vlterius, cum dicimus de eo non defecisse, est negatio processio in tempore præterito, & habere principium. Et qui ponit exitum fuisse in tempore præterito, ponit ei principium. & ipse quidem petit principium in quæsito. Et, cum non sit verum, id, quod non defecit cum esse æterno, iam exiuisse in esse, nisi exiuerit ens æternū in esse, cum exit in tempore præterito. Igitur, cum dicimus omne præteritum iam exiuit in esse, intelliguntur de eo duo. quorū vnū est, ꝙ omne, quod exiuit tempore præterito, iam exiuisse in esse: & hoc est verum. præteritum vero copulatum ipsi esse, quod non defecit, s. quod non euadet ab eo, non conuenit vt dicamus exisse in esse. nam, cum dicimus de illo exiuisse, est contrarium eius, quod dicimus, ꝙ sit copulatū enti æterno. & nulla est differentia in hoc inter operationē, & esse, s. ꝙ qui concedit possibilitatem esse entis, quod non defecit in præteritū, debet etiam concedere ꝙ hic sint operationes, quæ non defecerunt anna in præteritum. & non est necesse vt sint operationes eius omnino

Duo intelliguntur ī eo qđ ꝑteritum oē iam exiuit in esse.

positæ in esse, sicut non sequitur in duratione substantiæ eius in p-
ritum, vt exiuerit in esse. & hoc totum est manifestum, vt vides.
autem esse primum possibile est vt faciat operationes, quæ non d-
runt, nec deficiēt, &, si hoc fuerit impossibile in operatione, erit e-
impossibile in esse. nam omne ens operatio eius est copulata ei in-
Ita autem homines ponunt impossibilitatem operationis æterna
& esse eius æternum. & hæc est vltimitas erroris. sed dare nomen
uationis mundo, vt dat lex, est magis proprium, quàm quod da-
Assaria. nam operatio, in eo quod est operatio: est innouata. Imagi-
tamen antiquitas in eo, quoniam hæc inouatio, & operatio inno-
non habet principium, nec finem. Dixi & ideo difficile est Mauris
pellare mundum æternum, & Deum æternum. & ipsi non intell-
de æterno, nisi non habens causam. & iam vidi aliquos sapie-
Maurorum adhærere huic opinioni.

Cum narrauit Auerroes totam sententiam Algazel. vult modo videre
veritatis continet, & quid falsitatis. & primo declarat quid veritatis, & d-
cimus nos quod duę primę harum prędictarum rationum sunt concedendę
veræ sunt totaliter. (Sed id, quod.) Ostendit peccata illius. & primo o-
tertiam rationem esse firmam, & videtur mihi quod probatio eius sit e-
ma, & primo illius accipit antecedens. d. Sed id, quod dixit in tertia ratio-
est itaque, postquam concederemus mundum fuisse semper possibilem, &
aliqua res extensa sequitur eandem possibilitatem, vult dicere mundi a-
mensuratur, vult dicere taliter, quod illa possibilitas mensuratur illa re ex-
taliter, scilicet, sequitur illa res extensa illam possibilitatem, qualiter se-
possibilem rem, quando egreditur ad actum, scilicet eo modo, quo mensura
existentem actu: & quod hęc extensio est sine principio, totum hoc est a-
dens. Nunc apponit consequens. d. concedendum igitur quod tempus n-
bet principium. (Dicta enim.) Probat consequentiam, d. dicta enim e-
sio non est aliud nisi tempus. (Et cum tempus,) Facit secundum ent-
ma, & dicit, & cum tempus dictæ possibilitati adhæret, ergo possibilitas i-
ter esse mobili, & tunc infert tertium & sup. cum mobili esse adhęreat
esse mobile non habet principium. Primo debes scire quod antecedens
partes. Prima, quod natura mundi sit semper natura entis possibilitatis. S-
da, quod illi possibilitati coextendatur aliqua res extensa. i. aliqua cōtinu-
cogua ei eo modo, quo rei existenti coextenditur aliqua continua mensura
tia, quod talis possibilitas mensuratur illa re extensa tanquam propria me-
Quarta, quod hęc extensio sit sine principio. Tunc sequitur consequens
ctum, s. tempus non incępisse. Sed circa hanc consequentiam primo dub-
de veritate antecedentis, secundo de necessitate consequentis ex antece-
lati, tertio videbitur de alijs enthimematibus. Quantum ad primum v-

Quod semp. est, non est ens poss.

mihi quod prima pars non sit vera: quoniam, secundum philosophos, quod semp-
non est ens possibile, vt dicit Arist. secundo de genera. tex. com. 51. & i-
primo cœli commen. 138. modo mundus est natura semper ens, ideo non e-
tura possibilis. Secundo non videtur verum, quod illi possibilitati coex-
tur aliqua res extensa: quoniam, vel illa possibilitas est aliqua res in actu,
cet mundus semper existens, vel mundus non semper existens: primum d-
potest, quoniam dictum est. 4. Phy. quod ęterna non mensurantur tempore
extensione aliqua. Si vero intelligat rem, scilicet mundum non semper e-
hoc mensuratur tempore, quoniam sempiternum non ens, et etiam non me-
bitur sicut res existens, sicut dicit ipse, & per hoc apparet tertium esse imp-
le: illud autem, quod dicit quarto, non videtur ad propositum: quoniam i. ta-
sio non est extra animam, sed tantum in mente, ideo non videtur inferen-

A quens. & per hoc apparet consequentiam illam nihil esse, vt potes intelligere.
Pręterea, secundum enthimema videtur valde debile: quoniam tẽpus non inhę
ret possibilitati, vt apparet, nec possibilitas mobili, et vltimum nihil est: quoniã
per idem possem probare Sor. esse semper, quoniã Sor. est semper esse possibile,
tñ habet principium, vt omnes sciunt. Sed circa istam rationem oportet consi-
derare: est.n. nimis breuis, ideo propter breuitatem latet. Dicendum igitur quod
ratio vel potest esse simpliciter, vel ad hominem: siquidem ratio est ad hominẽ,
vt puto, videtur mihi quod Algazel opinatur quod natura mũdi sit natura entis
possibilis, quoniam ipse opinatos est cum Plato. quod aliquod contingens in suã
natura posset a Deo perpetuari, vt etiam opinatur lex nostra: & si sic, oportet
ipsum dicere quod natura mundi potest non esse, & potest esse. Sed volantate, et
sapientia primi a parte post perpetuabitur, vt dicebant in sententia eius dicta: ex
hoc sequitur quod prima pars est vera, scilicet quod natura mundi sit natura pos-
sibilis semper, sed quod illi possibilitati coextendatur aliqua res extensa coęqua
ei, est difficile, & tamen, vt accipitur aperte ex dictis philosophorum, causa pos
sibilitatis, & contingentię est materia prima, vt Auer. primo Phy. commen.60.
in fine declarauit, &.2.de genera.commen.51. &.9.Meta. commen.2. & alibi.
Ex hoc sequitur quod possibilitas mundi continetur in prima materia, & in pri- Possibilitas mũdi continetur in prima materia, & primo motore.
mo motore: omnis enim forma continetur actu in primo motore, & potentia in
B prima materia, vt dicit ipse, 12. Meta. cõm. 18. circa finem. Sed Deus non potest
extrahere formam a materia prima, nisi mediante corpore cœlesti, vt. 8. Physi.
com.15.& primo cœli. commẽ.22.&.33. dixit, & ego declaraui in quęstione de
intellectu: ergo erit corpus cœleste, mediãte quo extrahet a materia formã mun-
di. Ex hoc sequitur, quod illi possibilitati coextenditur successio motus corporis
cœlestis, tanquam mensura communis omnibus possibilitatibus entibus infra
ipsum contentis, & per consequens apparet tertium. Quod autem talis motus sit
perpetuus, apparet, quoniam, vt declarauit ipse primo cœli. com. 33. aliter esset
processus in infinitum, & ego in expositione mea ibidem dixi multa de hoc. Ex
his sequitur veritas antecedentis: est enim mundus ens semper possibile, vt dicit
Algazel. illi etiam possibilitati coextenditur aliqua res semper ens, quia motus
cœli. Talis etiam possibilitas mensuratur illo motu, & talis motus est sine prin-
cipio. & omnia hæc sunt declarata ex fundamentis eius. Et cum ita sit, apparet
qualiter necessario sequitur quod tempus non incœpit: quoniam illa res extensa, Tempus nõ incœpit.
scilicet motus, est ipsum tempus secundum subiectum, licet differat a moto, vt di-
xit. 4. Phy. & per totum hoc apparet primum enthimema: secundum autem ap-
paret facile, quoniam tempus adhęret dictę possibilitati, non quidem tanquam
subiecto, sed bene motui, qui est illa possibilitas, pro quanto continet illam, quo
C niam virtute motus fit exitus illius possibilitatis ad actum: & sic apparet quali-
ter possibilitas adhęret mobili, quia corpori cœlesti, cui adhęret motus tanquam
subiecto, & tertium est manifestum per se: modo apparet igitur quomodo valeat
ad hominem hęc ratio. Sed quomodo valeat per se est valde occultum. Si enim
valeat per se, oportet probare quod omnis possibilitas continetur in prima mate
ria, & secundo quod primus motor nõ possit agere sine corpore cœlesti. Si enim
istę duę propositiones sunt verę simpliciter ex natura rei, sine dubio via ista est
demonstratiua simpliciter. Sed ego nolo immorari modo, quoniam immora-
tus sum in quęstione de intellectu, vbi probaui vijs philosophorum, quod omnis
possibilitas est in materia, & primo motore, qui nihil agit, nec agere potest sine
concursu primi moti, quod est corpus quintum, & ibi adduxi so[illegible]. nostrę legis
optimas. & argumentum, quod hic facit Auer. nihil est contra nos, quoniam . . n
damenta eius sunt falsa apud nos christicolas, vt patet. Ad primum apparet so Solutio.
lutio. mundus.n secundũ philosophos non est ens possibile, vt ly possibile distin
guitur contra semper ens, & semper non ens: sed illud est secundum Alga. & lo-
quentes suę legis. Ad secundum, apparet qualiter illi possibilitati coextenditur
res extensa, quia motus cœli: & licet secundum philosophos ęternum non men-
suratur, attamen illud est satis contra Alga. Ad quartum iam apparet sol. illa
enim res extensa est res extra animam, scilicet motus quinti corporis, vt ego

declaraui per fundamenta Auer. Ad vltimum nego similitudinem, & consequentiam vnde intentio Auer. non est quod mundus possibilis semper sit, tempus semper sit propter causam iam dictam. quod autem Sor. sit semper possibilis, non sequitur ipsum semper esse, sed quod tempus mensurans ipsum sit per sit, & tunc apparet defectus rationis. & ista ratio indiget maiori expositione, sed satis est pro nunc, quoniam intelligitur secundum fundamenta eius. (Sed id quod.) Ostendit aliud peccatum, & dicit: sed id, quod dicebat, scilicet quod est nunc factum in preterito, habet & principium, vult dicere, temporis, propter falsum est: principium namq; reperitur in æterno, sicut in futuro. & si litera non est corrupta vult dicere, sicut in ente futuro nondum facto, & innuit ens nouum, forte litera est corrupta, & intendit sicut in facto, & sic est sermo manifestus. (Sed id, in quod) remouet aliud peccatum, & dicit: sed id, per quod ponit differentiam inter primum, & eius actum, vult dicere primum motorem, & eius actum: dixi enim quod primus motor nec habet principium in tempore, nec finem. Operatio autem eius, licet habeat principium in tempore, nō tamen finem, hoc non est concedendum sine demonstratione. (Sed esse. Ponit veritatem huius dicti, & esse illius, quod in preterito tempore fuit, non ab ęterno, differt ab eo, quod est ęternale: id namq;, quod in præterito inęternale, id est non ęternale, est habens principium in tempore, est finitum suis duabus extremitatibus: sed id, quod fuit in preterito ab ęterno, erat in principio, & fine: & forte litera est corrupta, et debet legi, caret in principio & fine: & hoc dat intelligere sequens: vel potest legi vt stat, quoniam ęternum ex vtroque latere habet, vt motum circuli, qui est in principio & fine, pro quanto principium, & finis sunt idem. (Vnde quando.) Probat hoc signo, & dicit: vnde, quia philosophi negant motum circularem habere principium, non sequitur eos quod habeat finem & hoc, quia est carens principio, ideo concludit conclusionem. d. vnde dico iccirco quod dicere, quodcunq; habet principium, habet finem, est propositio necessaria, & vera. (Sed quod sit) Probat conclusionem illam iterum per rationem positam in multis locis, & maxime primo cœli. commen. 138. & dicit, sed quod aliquid principiatum, vult dicere in tempore sine fine, hoc est falsum: nisi dicamus quod possibile, id est ens contingens posse conuerti æternale: quodlibet enim principiatum, vult dicere propter istam causam habet finem. (Sed quod sit aliquid.) Innuit id, in quo est locus quęstionis, & potest duobus modis intelligi, vno modo, sed quod sit aliqua res possibilis, quę posset corrumpi, & sit ab ęterno, id est in futurum nunquam corrumpetur, vt Plato dixit, est valde dubitabile & occultum, id est obscurum. vel secundo potest intelligi, & forte melius: sed quod aliqua res possibilis, quę possit corrumpi ab ęterno, id est quę non habuerit principium in tempore a parte ante, sicut dicetur de motu cœli, est valde dubitabile & occultum, & est quid inuestigandum, & multi sapientium insudauerunt ergo propositum istud sup. & secundus modus est plus consonus verbis, vt apparet.

B

Sed circa iam dicta possunt esse multæ quęstiones, de quibus dixi in multis locis, scilicet in libro de intellectu, & expositione de substātia orbis, pro nunc nolo immorari in eis. Nisi quod debes scire quod duabus vijs ad prętens potest declarari consequens Auer. esse falsum, scilicet contingens esse ęternum quibus etiam apparebit consequentia. Prima via ponitur in primo cap. de substantia orb. vbi declaratum est causas generationis & corruptionis esse duas, licet subiectum dimensionatum dimensione interminata, & contrarietas seu contrarietatem in se, vel in suis qualitatibus: & hoc diffuse declaraui in expositione mea. igitur hę sunt causę generationis & corruptionis. oppositę causę erunt oppositorum effectuum: sequitur quod ęternitatis causę erunt priuatio materię, & contrarietatis vt dicit Auer. in vltimo illius libri. In causis enim adęquatis, si affirmatio causa est affirmationis, negatio erit causa negationis, secundum omnes philosophos & maxime Aristo. in posterioribus. Ex his sequitur quod, si aliqua res generabilis erit ęterna, illa erit natura necessaria simpliciter, & contingens: erit enim necessaria simpliciter, pro quanto caret causis corruptionis & generationis, & quoq; contingens, pro quanto opponitur generabili & corruptibili: & sic natura

C

Dupliei via declarat̃ cōtra Auer. cōtingens non esse æternū.

natura

A natura erit duæ naturæ valde oppositæ, vt vides. Via secunda potest esse, qm̄ in rebus corruptibilibus scimus, ꝙ si aliqua res dura: per annum est aliquantę virtutis comparando ad rē sui generis non durantis nisi per mensem: & causa est manifesta per se, quoniā illa res durans per annū non durat per annum, nisi quia resistit causis contrarijs potentibus ipsam ponere in non esse, sed id resistere est aliquanta virtus in ea. ideo, si durabit per duos annos, erit in dupla perfectione & virtute, & si per tres annos erit in tripla, & ita si infinitum erit infiniti vigoris & potentiæ, & ex hoc apparet inconueniens illud, scilicet ꝙ contingens sit semper eius, esset. n. illud contingens in infinitū in perfectione, & sic natura necessaria simpliciter, & sic vna natura erit duę naturę, s. quia natura finita eo quia generabile, & natura infinita eo quia sempiternum. Solutiones autē theologorum distinctæ sunt in libro de intellectu. vbi dixi, ꝙ huiusmodi rationes supponunt principia falsa, & ex illis concludunt conclusiones falsas. Nos enim dicimus ꝙ res est possibilis voluntate Dei, & æterna voluntate eius, & sic negamus causas possibilitatis esse illas, quas ponit iste homo, & non me extendo hic, quoniam ibi dixi plura, & ēt quia friuola sunt. Rationes enim philosophorum ex suppositione procedunt, quarū nulla valet. Hic posset quæri vtrū de ratione effectus, vt effectus est, sit habere principium & finem. Sed quia in B quęstionibus libri Physi. in primo dixi multa de hoc, non opus est immorari in his.

Secūda via.

ALGAZEL.

AIt Alga. Via aūt Quarta eorū sequitur. qm̄ ipsi dicunt, cum corrūpitur mundus, remanet possibilitas esse eius. nā possibile non fit inconueniēs, & est attributū relatiuū & indiget omne innouatum secundū opinionē eorum materia pręcedenti, & omne corruptū corrūpitur ad materiā præcedentē. materię aūt, & radices nō corrūpuntur tn̄ formę, & accidentia, quæ sunt eis.

Hic ponit quartā rationē, & vr̄ mihi quod sit in forma enthimematis, & d. ait Alg. quarta vero ratio prędictorū est ꝙ ipsi dicunt, quod si mundus priuaretur, adhuc remaneret possibilitas sui esse. quā consequentiā declarat. d. possibile enim nō pōt in impossibile cōuerti. si igitur, semel fuit natura entis possibilis, semper erit natura illa, aliter, vel erit natura impossibilis, vel natura necessaria vt iam dictū fuit. (Et possibilitas) adducit secundum enthimema, & ait: & possi-C bilitas est denominatio relatiua, id est relatio respiciens aliquod tanquam subiectū, & aliquod tanquam agens, vt dictum est primo cœli. commento. 124. ergo oportet quod quodlibet innouatum indigeat de materia taliter, scilicet quod materia præcedat ipsum. (Et quodlibet priuatum.) Probat hoc secundo, & ait. & quodlibet priuatū ad materiā corrumpitur: cuius rationē ponit, & dicit, quia materię, & radices, id est principia non priuantur, immo tantum formę existentes in illa materia, & accidentia, quæ in eis materijs consistunt, & corrumpuntur. ideo forma in materiam corrumpitur, quoniam corruptio non fit in nihil. & tūc adde minorem, sed mundus per te corrumpitur. ergo in materiam corrumpitur. Sed materia non ponitur sine forma. ergo aliqua alia forma generabitur, & sic adhuc erit mundus, vt dixi in expositione iam dicta.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem ponitur aduentus formarum circulariter in eodem subiecto, & ponatur ꝙ agens in hac circulatione est agens, nō deficiēs, nō sequitur ex hac positione falsum.

Ponit circulationē formarū in materia.

Si vero ponitur aduentus vnius post ablationem alterius in mat A
infinitis specie est falsum. & sic, si ponitur hoc absque agente æte
seu ab agente non æterno. quoniam, si fuerint ibi materiæ infinit
periretur infinitum in actu. & hoc est falsum. & magis absurda
vt sit aduentus vnius post ablationem alterius ex agentibus inf
tis. quare non est verum hoc modo ꝙ homo generetur omnino ab
mine, nisi ponatur hoc circulariter in eadē materia, ita ꝙ erat co
ptio aliquorum hominum præcedentium materia subsequentiu
esse aliquorum præcedentium currit cursu agentis, & instrume
subsequentibus. & hoc totum est per accidens. quoniam, cum sint
tanquā instrumenta agentis non deficientis, generatur homo me
te homine, & ex materia hominis. & hoc totum, cū non diuiditur
diuisione, non euadet consyderans in his rebus à dubitationibus
quibus non potest saluari. Et Deus glo. ponat te, & nos cum his,
peruenerunt ad gradum sapientum, attingentium ad finem ver
circa possibile ex operationibus eius, & necessarium, quod nō fu B
& totum hoc, quod diximus hic, non declaratur in hoc loco. Et
speculari de eo cum prudentia, & assiduitate secundum conditio
quas declarauerunt Antiqui, & eas conditiones posuerunt in spe
tione. & impossibile est cum hoc, quin audiat homo sermones
tradicentium in omni re, de qua speculatur, si dilexerint esse ex h
nibus veritatis.

Hic Auer. primo moderat intellectū prędictę rationis. pōt. n. ratio illa hab
duos intellectus, vnde. d. dicimus nos qđ posito quod formæ circulariter
niāt in subiecto vno vicissim, & qđ agens circulare nunquā cessauit, nō ex
sequitur inconueniens. vult dicere nō est impossibilis, ex qua sequitur in
niens. (Sed posito) Dat intellectū falsum, et d. sed posito ꝙ hęc circulatio
materijs infinitis, aut sint infinitę formæ in specie, dicimus quod hoc. i. hæc
tio est falsa, siue sit illud agens ab ęterno, aut non sit. Et primo arguit con
lud per syllogismū hypotheticū sic. si essent hic infinitę materię, esset in
nitum in actu: qđ est falsum. i. sed nō est infinitum in actu. ergo nō sunt in
materiæ. (Quanto magis) Remouet quoddā dubium. posset quis dicere q
conueniens illud sequitur, vbi poneretur vnum agēs circulare sempiterni
enim esset infinitę materię, & sic infinitū in actu. Sed ego ponā vnū agēs
in materiā nouiter, & illud corrūpi tandē, & sic de alijs. Cōtra argui. d. q
magis esset falsitas manifesta, si dicta circulatio. s. formarum fuerit ab agē
infinitis innouatis. i. nouis. q. d. quia tūc plus sequitur cōsequētia illa impo
lis. (Et ideo dicimus) Ponit secūdā rationē etiā in forma syllogismi hypo C
ci, vnde ait: & ideo dicimus. vult dicere qđ, si materię essent multę, nō pos
dici, ꝙ homo sine dubio ex homine generaretur, nisi hoc sit successiue i
materia: ergo syllogismus cōditionalis est. si essent materię infinitę, hom
fieret ex hoīe, sed homo vere fit ex hoīe, ideo materię nō sunt infinitæ.
si) Exponit cōsequentiā. d. ita ꝙ si corruptio cuiusdā de numero hominū p
in materia posteriorū alterius, & esse cuiusdā prioris sit modo agētis, & æte
lis: vult dicere quod, si corruptio vnius hominis erit generatio alterius in
materia, modo agētis & ęternalis. i. taliter qualiter agēs agit actione ęter
fert qđ homo fiet ex alio hoīe, & de materia alterius hominis, sicut vnū
sū fit ex alio, & de materia alterius, s. ergo per cōtrariū, vbi nec in mater
in aliquo conueniret, nō fieret ex homine: & hęc litera est valde inord
ordina tu, vt dixi. (Et ideo) Ostēdit modū, quomodo istud est difficile, & a

A ideo hęc res, dũ subtilissime non respicitur, neq; prędicta diuisio. vult dicere illorum duorũ intellectuum, quos posuit in intelligendo illam rationem, nõ euadet homo quin cadat in diuersis erroribus propter nimiam difficultatem po?ri. (Et ideo est) Vltimo ponit præceptum ad acquirendum scire, & dicit: & ideo est valde bonum audire, & speculari rationes duarum partium in quacunque quæstione sit, maxime quando partes sunt prudentes vel famosæ ꝙ sint, vult dicere vere in rei natura.

SED HIC occurrunt quęstiones. primo circa rationes & solutio. dubij moti. secundo circa expositionem consequentiæ: quoniam tunc tota sentẽtia Auer. est manifesta hic. Quantum ad primum: videtur quod prima ratio posset impediri, quoniam posset quis fingere materias infinitas secundum successionem, et sic non sequitur infinitum in actu. Pręterea, secũda ratio nihil valet, qm̃ posset qs dicere materiã diuersari a materia scdm numerũ, non secundũ speciẽ, & tũc non sequitur materiã esse causam diuersitatis in generatione hominis. Et quod plus est, Auicẽ. cõcedit ex materijs diuersis specie posse idem genere nõ specie fieri, vt dicit in tractatu de diluuio. & 15. de animalibus suis. Pro intellectu igitur dictorum videtur mihi ꝙ prima consequentia teneat, acceptis istis propositionibus. Prima. s. ꝙ materia non possit esse sine forma, & hoc dictum est 2. Phy. cõ. 12. & 3. cœli. com. 29. & ego demonstraui istud in quadam quæstione pulchra. Secunda propositio, omne, quod generatur, generatur ex materia,

Dubitatio.

Solutio.

Prima propositio.

Secunda.

B & contrario. & istud declarauit Aristo. & Auer. in physicis maxime in primo circa cõmen. 59. & 60. & ibidem in multis locis. Ex his potest propositio illa conditionalis declarari: qm̃, si materiæ sunt infinitæ, vel idem erit secundum successionẽ, sic ꝙ materia a fiet ex materia b, & b ex materia c, & sic in infinitũ, vel erũt oẽs actu simul. Si primum, tunc per secundam propositionem materia fiet ex mãria priori, & contrario, & tunc sequitur ꝙ materia facta, & materia, ex qua fit, erit vna materia numero, vt deductum est primo Phy. com. 82. et sequitur ꝙ materiæ esset aliquid contrarium, quod est falsum: quoniam enti in potentia non contrariatur aliquis actus, quoniam ipsa, vt sic, est nata stare cum omni forma. Si erunt omnes actu insimul, tunc habetur intentum Auer. scilicet ꝙ actu detur infinitum, quoniam per primam propositionem materia non est sine forma. ergo, si erunt infinitæ. s. materiæ, erunt & actu infinitæ formæ seorsum. ergo actu infinitum, & sic apparet consequentia Auer. Et secundo debes scire, ꝙ si ponatur ꝙ istæ materię sint ab agente vniuersali, scilicet a corpore cœlesti, tunc plus habetur infinitum in actu, quoniam tale agens est actu totũ, ergo poterit conseruare illas actu simul cum suis formis, vel saltem melius conseruabit, & sic sequitur plus inconueniens. s. ꝙ detur infinitũ actu. & sic apparet consequentia, & solu. dubij quomodocunque enim dicatur, sequitur propo

C situm. Pro deductione secũdæ cõsequentiæ videtur mihi ꝙ illa substentetur in propositionibus. Quarũ prima est, ꝙ si materiæ sint multæ secũdum essentiã, erũt differentes specie, hoc est manifestũ, qm̃ differentia materialis est per accidentia, vt dicit ipse supra in solu. septimi dubij. igitur, si ibidem erit differentia per essentiã, ibidẽ erit specifica differentia. Secunda propositio, materia diuersa specie diuersificat effectum, & hoc declarauit Auer. 8. Phy. com. 46. & nolo adducere eius deductionem, vide ibi. Ex his accipitur certitudo consequentiæ, quoniã, si materiæ erũt multæ, vel secundum essentias, vel secundũ accidentia: si secundum, ergo vna erit materia secundum essentiam & priuationem ab omnibus formis, & sic habetur ꝙ sint nõ multæ: materia. n. nõ est vna nisi isto modo, vt dicit Auer. 12. Met. cõ. 14. ergo, si erunt multæ, erunt multę per essentias, & sic per primã propositionẽ erunt distinctę specię, & tunc per secundã sequitur qđ homo habẽs materiã a differt specie ab hoĩe habẽte materiã b, & sic apparet vis cõsequẽtię, et tu potes cõponere syllm̃. Pro intellectu expositionis cõsequẽtię debes scire, qđ declaratũ est quodlibet elemẽtũ posse immediatè trãsmutari ĩ quodlibet elemẽtũ, & hoc. 2. de gñã. tex. cõ. 24. et dictũ est ibidẽ in vlti. qđ aer, et aqua ĩ actu ita gñantur, hoĩes vero, & aĩalia nõ reiterant in seipsos, vt rursus gñetur idẽ, vñ, 2. Met, cõ, 7. declaratũ est qđ nõ fit reditus, nisi p plura

Deductio secundę cõsequentię.

Certitudo consequẽtię Auer.

Quodlibet elemẽtũ immediate põt transmutari in aliud.

media.v.g. q ex homine corrupto generatur homo, hoc non fit nisi per pl media, qm, postquam homo erit corruptus ex eo fiet cibus terræ, de quo fiet A bus hominis, de quo fiet sperma, de quo homo, & sic per plura media fit ist neratio. Ex his apparet intentio Auer. vult enim dicere q, si vnus homo immediate ex alio corrupto, sicut vnum elemētū ex alio, vt dictū est, tūc tet vt sit vna materia vtriusq;, sicut est in elementis inuicem immediate ge ratis: ad significandum quod vbi non conuenirent in materia, nec posset ho immediate nec per plura media ex homine fieri, & hoc ad dicendum veri prædictæ consequentiæ. Ex his apparet tota sententia Auer. hic, & solu. ar mentorum factorum in principio.

Intentio Auer.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et responsio omnium est, quod diximus. separa mus tñ hanc disputationem, quoniā habēt in ea duas alias tiones. quarum Prima est, quam tenuit Galenus, dicens si exempli gratia reciperet corruptionē, appareret de eo resolutio in te pore successiuo: & tamen aspectus significantes mensuram eius p tot milia annorum non significant nisi hanc mensuram. &, quia n B resoluitur in his temporibus, longis indicat q non corrumpetur. D bitatio autem de ea est multis modis. quorum Primus est, & forma ius rationis talis est. Si Sol corrumperetur, non est dubium q eue rit ei resolutio: sed consequens est falsum: ergo & antecedens etiā f sum. & est syllogismus, qui appellatur apud eos cōditionalis copu tus. Quæ quidem conclusio non sequitur, qm antecedēs non est rū, nisi copuletur ei alia conditio. nam, cum dicit si corrūperetur, i posibile est quin resoluatur, hoc consequens non sequitur ipsum a tecedens, nisi cum additione conditionis. & est vt dicatur, si corrūp tur corruptione resolutiua, impossibile est ei quin resoluatur in lō tudine tpis, aut declarabitur q nō sit corruptio, nisi per viā resolut nis, ad hoc vt sequatur cōsequēs ab antecedente, & tñ nō cōceditur q non corrumpitur res nisi per resolutionem. Sed resolutio est C specierum corruptionis. Et non est inconueniens vt corrumpatur in esse suo, & est in hora perfectionis suę.

Modo vult adducere alias vias philosophorum, & primo continuat dict dicenda, & d. ait Alga. nos vero distinguimus hanc quæstionem per se, vul cere seorsum a prima, quia, licet sint prædictæ rationes, vult dicere quatuor do dictę communes ad hanc quæstionem, & ad præcedētem, nihilominus apud philosophos alię duæ rationes, vult dicere propriæ huic quæstioni si citer. (Quarū prima.) Ponit rationem, & ait. Quarū prima est id, quod alle Galenus, videlicet q si sol exēplo. i. gratia exempli, priuationē reciperet, v dicere a parte post, inueniretur diminui in longo tēpore, & forte intelligit, accidit sensibus, quin tempore senectutis diminuuntur, tempore quidē pu crescunt, tempore consistentiæ nec crescunt, nec diminuuntur, tempore sen crescunt, vel forte intendit quod sol prępararetur ad corruptionem, sed pr est ad verba, sed speculantes miliaribus annorū, vult dicere astronomi, dix quod eius quantitas vna & eadem. i. ęqualis reperitur: ergo magis est pra prio quod sol non corrumpitur. (Sed in hac.) Soluit hoc argumentum, & pri formuat ipsum, & d. sed in hac autoritate. vult dicere ratione, arguēdum est dup

A citer, primo, quod figura huius syllogismi non concludit, figura enim talis est, si sol corrūperetur, contingeret ei sine dubio aliqua dissolutio. i. aliqua diminutio. sed cōsequēs est falsum, ergo & antecedēs, & hic syllogismus dicitur cōditionalis cōtinuus, qm̄ est factus ex hypothetica conditionali. primū ergo peccatū est quod syllogismus isto modo nō cōcludit. Sed re vera hic Alga. peccat ex mala logica. dictū est millies in prioribus, syllogismū in tali forma necessario nō concludere, & ideo hoc nihil est, vel voluit dicere qđ figura huius syllogismi hypothetici nō concludit aliquid ignotū simpliciter, vt dicit ipse Auer. in 2. Phy. cō. 3. & Arist. in primo priorū, per istos. n. syllogismos nō cōcluditur simpliciter ignotum, & sic prima reprehensio est alicuius valoris. Deinde reprehēdit illud secunda reprehensione plus apparenti, & d. & hęc cōclusio nō sequitur ex premissis, quia antecedēs, vult dicere tota hypothetica conditionalis, videlicet si sol corrūperetur in longo tēpore, diminuitur, non est verū, dū non addatur similis alia conditio. s. si corrūperetur & dissolueretur vult dicere, tunc sequitur qđ diminuitur sine dubio: ergo hoc cōsequens. s. sed nō diminuitur, non infert antecedens. s. ergo nō corrūpitur prędictū, nisi cum alio addito. s. quod corrumpitur corruptione dissolubili, & tunc sine dubio sequitur quod dissoluitur. i. diminuitur in longo tēpore. (Aut ergo.) Remouet quoddā dubium, posset. n. quis dicere quod corpus solare non pōt corrūpi nisi corruptione dissolubili, ideo ēt, sine il-

B lo addito, sequitur consequens in illa conditionali, & sic argumentum valet, cōtra argumentū. d. aut oportet declarare quod non corrumpitur nisi modo dissolutionis, ita ꝙ cōsequens sequitur antecedens, modo ostendit ꝙ illud non potest probari, & d. & non concedendū ꝙ res non corrumpitur nisi dissolutiue, immo dissolutio vna est specierū corruptionis, vult dicere ꝙ non omnis corruptio est solutio, quia solutio est species corruptionis, non enim est negandū ꝙ possit aliqua res corrūpi subito in sua perfectione existens. Pro intellectu dictorū debes scire ꝙ philosophus in lib. de morte declarauit ꝙ mors, seu corruptio est duplex scilicet ab intrinseco, & vocatur mors forte naturalis, & ab extrinseco, & est quasi violenta. Primam appellat hic Alga. dissolutionem, secundam appellat subito pro quanto non sit per continuam humidi resolutionem. Ex hoc vult soluere motiuum Gale. quoniam non valet illa conditionalis. sol corrumpitur, ergo diminuitur: antecedens enim non infert necessario consequens, quoniam sol violenter corrumpitur aliquando, qui nunquam fuit diminutus, vt si forte Plato eum interficeret in pueritia eius, ideo ait antecedenti esse addendum dissoluitur, ita ꝙ sit antecedens, sol corrumpitur corruptione dissolubili, ergo aliqū eius quantitas minuetur, modo antecedens est negandum, quoniam Deus posset

C solem violenter ponere in esse sine dissolutione illius.

Peccatum Alga. in logica.

Excusatio.

Duplex corruptio.

A V E R O E S.

AIt Auer. Res aūt, cum qua contradixit huic sermoni, est, quia consequentia inter antecedens, & consequens non est vera. nā corruptum nō oportet vt resoluatur, cū corruptio aliqñ proueniat rei ante resolutionē. Attamen cōsequentia vera est, cum ponitur corruptio secundū cursum naturalē, & non ponitur coacte, & concedatur etiā ꝙ corpus cœleste sit viuens. nā omne viuens, qđ corrumpitur scđm cursum naturalem, resoluitur, antequā corrumpatur necessario. Sed istæ sunt propositiones, quas nō cócedit aduersarius de cœlo, nisi cū demōstratione. Quare fuit sermo Galeni rhetoricus. Et qđ cautius est in hoc sermone est ꝙ cœli, si corrūperentur, corrūperentur quidem aut ad elementa, ex quibus componuntur, aut ad aliam formam, eo ꝙ

Corruptio aduenit aliqñ rei ante resolutionē.

Quid Galenus de corruptione cœlorum.

ſpoliarentur forma ſua: & reciperent aliã formam, vt accidit for
ſimplicium, cum generatur aliquod eorũ ab aliquo, ſ. elementa qu
tuor. Si autem corrumperentur ad elementa, illa eſſent pars alter
mundi. nam non conuenit vt ſint ex elementis cõtentis in eis. quo
iſta elemẽta ſunt pars nõ habẽs menſuram reſpectu eorũ: immo p
tio eorũ ad illa eſt ꝓportio puncti in circulo. Si vero ſpoliarentur f
ma ſua, & reciperent aliã, erit hic corpus ſextum contrarium eis, q
non eſt nec cœlum, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis. & hoc tot
eſt falſum. Cũ autem dixit ꝙ non reſoluitur, eſt famoſum, & eſt
uerſum à primis veris. & iam dictum eſt de quo genere ſunt iſtæ p
poſitiones in libro Poſteriorum.

Auer. modo videtur confirmare dicta Alg. & ideo primo cõfirmat dicta ei.
& videtur mihi ꝙ Auer. velit cũ Alga. ꝙ illud antecedens. ſ. corrumpitur,
infert illud conſequens, ergo diminuitur, niſi duabus conditionibus. primo, q
corruptio naturalis. ſecundo, quod ſol ſit res animata, vnde debet anteced B
accipi. ſol corrũpitur corruptione naturali, & eſt animal, ergo diminuitur. d
primo corruptione naturali, propter inſtantiã Alg. iam dictam. dicit ſecũdo,
eſt animal, vel pars animalis, qm̃ de facto ignis, & res inanimatæ corrump
tur corruptione naturali, quæ non tamen diminuũtur, quia nec proprie creſc
vt dicit Auer. primo cœli. com. 2. niſi capiendo diminutionem pro condenſa
ne, & crementum pro rarefactione: & hoc non eſt in propoſito Gale. ideo an
cedens debet intelligi illis duabus conditionibus, & tunc valet conſequen
ſed antecedens eſt negandũ, vt ſcis. Vnde. d. dicimus nos ꝙ altercatio huius
minis in præfata autoritate eſt, ꝙ cõcluſio illius ſyllogiſmi nõ ſequitur, nec
ra eſt: non enim oportet vt corruptibile diſſoluitur, vult dicere diminuitur,
nanq; bene poteſt corrũpi, vult dicere ſubito ſine eius diminutione, ergo con
quentia eſt vera, vult dicere neceſſaria, poſito quod corruptio fiat curſu natur
li, & nõ fiat violenter, & poſito etiã ꝙ corpus ſupercœleſte ſit animatũ, quo
libet nanque animal corruptibile diſſoluitur, vult dicere diminuitur antequ
corrumpatur corruptione naturali neceſſario. Sed aduerſarius non concede
has propoſitiones in corpore ſupercœleſti ſine diminutione. q. d. quod illas c
ditiones ineſſe corpori cœleſti oportet probare demonſtratione: & hoc prop
tum bene concederet, vult dicere. ſi demonſtratione illud probaret. (Sed po C
rit.) Ponit verum modum, & d. ſed poterit probari alio modo meliori, qui ta
eſt. Si cœlũ corrumperetur, aut corrũperetur ad elemẽta, ex quibus cõpoſit
fuit, aut ad aliã formã præter eã, quã retinet: ſicut accidit formæ ſimplicium
elementorũ, quæ generãtur adinuicem, quaſi dicat, ex quo omnis corruptio
ad ens, oportet quod cœlum vel corrumpatur ad elementa, vel corrumpatur
quia materia eius recipit aliquã formam aliam a prędicta, quam habet. Dein
deſtruit primum mẽbrum: & videtur mihi quod intendat, quod ſi corrumpere
tur ad elementa: vel corrũperetur ad elementa extra mundũ exiſtentia, vel
elemẽta infra ipſum exiſtentia. & primo oſtendit primũ eſſe impoſsibile, & d
cit. vnde, ſi cœli corrũperẽtur & reducerentur ad elemẽta, eſſent ergo partes
terius mũdi. cõſequẽtia eſt manifeſta, qm̃ eſſent mixta, & per conſequẽs cõten
in aliquo mundo maiori. Deinde oſtendit ſecundũ eſſe impoſsibile, & dicit im
poſsibile eſt ꝙ generẽtur ex elemẽtis infra eos incluſis, & per conſequens n
poſſunt reſolui in illa, qm̃ iſta elemẽta ſunt partes ſine mẽſura. i. ſine proportio
ne reſpectu orbiũ. immo comparatio elementorum ad cœlos eſt, ſicut compa
ratio puncti ad circulum. Deinde deſtruit ſecundum membrum prætactum d
ſimiliter, ſi ab ipſorum forma expoliarentur, & aliam reciperent, oporteret d
re ſextum corpus, quod non eſſet cœlum, neque terra, nec vllum elemẽtorum
& omnia iſta ſunt falſa.

A de accidentibus simbolis, de quibus propter hanc rationem apparet quod subiectum non sit causa effectiua eorum, quantum remanet eadē numero in generato & corrupto. Ad secundam, Dicendum quod in primo instāti nō esse rei entis considerantur multa nunc naturæ, in illo enim instāti pōt intelligi materia sine forma, licet de facto sit cum forma genita, quoniam primum esse geniti est vltimum non esse corrupti, vt dicunt sophistæ huius temporis. Ad formam argumēti dicendū quod per nunc Auer. intelligit nunc naturæ, nec loquitur vniformiter in omnibus suis verbis, vt apparet: & sic nihil est contra propositum. (Et ideo notandum) Probat vnum, quod supponit in omnibus rationibus, scilicet quod materia est necessaria in omni generatione & factione, & dicit: & ideo notandum est quod qui negat rem generabilem habere materiam, sequitur eum quod illa res sit simplex, & tūc erit incorruptibilis, cuius rationem ponit. d. simplex enim non permutatur, nec ad aliam substantiam conuertitur, deinde probat idem autoritate Hippo. di. & ideo ait Hippo. quod, si homo ex vna sola re constitutus esset, nunquam aliquam passionem passus esset, immo esset semper incorruptibilis, & impermutabilis, nec generabilis esset, immo esset ab æterno, sicut aliqua intelligentiarum mouentium orbes.

Debes scire quod primo Physi. commē. 51, dixit Auer. si principia essent B contraria tm̄, tunc generatum esset simplex & non cōpositum: vbi apparet modo quid Auer. intendit per simplex non de simplicitate opposita componi ex materia & forma, vt quidam fingunt. immo simplicitate opposita componi ex esse & essentia, & ex genere & differentia, aliter consequentia eius hic, nihil esset, qm̄ latini fingunt quod compositū ex esse & essentia pōt annihilari, & redire in sui essentiā, potest quidē priuari esse, & remanere in sui essentia, quæ est in potentia suę causę, vt dicunt: ideo reputo ꝙ Auerro. hic per simplex, intelligit simplex, vt excludit oēm compositionē, & tunc, sine dubio sequitur, quod nec sit corruptibile, nec aliquo modo distinguibile. Sed qualiter ex hoc qđ res priuatur materia, priuetur compositione simpliciter, dictum est in expositione tertij de anima, vide ibidem com. 9. & 10. Et nolo nunc immorari. Quoniam dicta philosophorum, vt sæpe dixi, sunt tantum ex suppositione, & ideo vt plurimum sunt falsa. Et sic consummata est expositio secundæ disputationis cū Dei laude, qui est trinus & vnus, & gloriosæ virginis Mariæ.

ALGAZEL.

C Ait Alga. Respondens Philosophis. & responsio est ꝙ id, quod dixistis de partibus, quòd potest euadere à qualibet earum, & declarabitur destructio eius secundum radices vestras, nō est verum, & conueniens vniuersalitati radicis vestræ in eo, quod est de genere suo. sed prolixe de hoc non loquemur: sed sufficit nobis loqui de vna parte. Et dicimus quare negatis dicenti quòd inuentio, & priuatio sint in voluntate Dei glo. &, cum ipse voluerit, adinueniet: & cū volet, corrumpet, & est, cum sit potens, volens in perfectione. & ipse quidem in hoc suo iudicio non mutatur in se, sed tantū mutatur eius operatio. Cum autem vos dicitis ꝙ agens impossibile est emanare ab eo actionem, & quid emanauit ab eo, dicimus ꝙ id, quod emanauit ab eo, est innouatum, & est priuatio, postquam non fuerat priuatio, & postea facta est priuatio, & emanauit ab eo. Si autem dixeritis quòd priuatio nihil est, & quomodo emanat. dicimus & ipsa quoque nihil est: ergo quomodo fuit: & nihil est emanare ab eo? &, cum intelligitur ꝙ sit, intelligitur relatio eius ad posse.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc totũ est sermo sophisticus, & corruptus. Philosophi nõ negant esse priuationem rei cũ corruptio rũpentis eã: immo non ꝙ corrũpens eã depẽdeat operat a priuatione eius, in eo ꝙ est priuatio, sed depẽdet operatio sua mutatione ab esse, qđ est in actu, ad esse, quod est in potẽtia, & ei ꝙ sit priuatio, & innouatio eius. & hoc modo cõparatur priu operationẽ. & nõ sequitur, ex eo ꝙ est priuatio, statim ad actione tis in ente vt agẽs sit agẽs eius primo, & per se. & ipse, qm̃ cõcessi ei hoc dictũ, ꝙ sit priuatio proculdubio statim ad actionẽ corru in corrupto, intulit ꝙ sit priuatio p se, & primo ab agente eius. q impossibile est. nã agẽs, nõ dependet operatio eius à priuatione, ꝙ est priuatio, s. primo, & essentialiter. Quare, si entia sensibilia simplicia, nõ generarẽtur, nec corrũperẽtur, nisi dependeret act tis primo, & essentialiter à priuatione. Attamẽ dependet actio a à priuatione per accidens secũdarie. & hoc quidẽ in permutatio si ab esse, quod est in actu ad aliud esse, & euenit ei ex hac action uatio, vt mutatio ignis ad aerem, qm̃ euenit huic priuatio ignis. est dispositio apud Philosophos in esse, & priuatione.

Si entia cõpetibilia essent simplicia nõ generarẽtur.

Actio agentis dependet a priuatione per accñs.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæ differẽtia est inter vos, & dicentẽ negatio nouationis priuationis omnino accidentibus, & formis? & ꝙ priuatio sit nihil, & qũo fit? & qũo denominatur innouatio non est dubium ꝙ priuatio imaginatur fieri in accidentibus, & denominatũ est innouatione est intellectuale, siue appelletur re non appelletur. & relatio huius, quod est intellectuale, ad posse sis etiam est intellectualis.

AVEROES.

AIt Auer. Innouatio priuationis hoc modo est vera & est id ponunt Philosophi, qm̃ emanat ab agente secunda intenti per accidens: & non sequitur ex eo ꝙ emanat, & est intellectu sit essentialiter, & primo. Differẽtia aũt inter Philosophos, & tem fieri priuationẽ est, qm̃ Philosophi nõ negant fieri priuat oĩno, sed negãt fieri principaliter, & essentialiter ab agente. nam non dependet operatio eius à priuatione necessario, primo, & pe priuatio apud eos sequitur actionem agentis in esse, & est id, qu quitur dicenti mundum corrumpi ad non ens omnino.

Priuatio emanat ab agente secũda intẽtione & p accñs.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si aũt dixerit sequitur opinioni eius, qui permitti tionẽ rei post esse eius, vt dicatur ei quid est id, quod innou

A & apud nos non corrumpitur res inuenta. Et intelligimus per priuationẽ accidentium innouationẽ suorũ contrariorũ, quę sunt entia, nõ aũt innouatio est priuationis absolute, q̃ est nihil. qđ .n. nihil est, qũo denoiatur innouatione? vt, cũ dealbat⁹ est capillus, id, qđ innouať, est albedo tm̃, & est ens, & nõ dr̃ ꝙ innouatũ sit priuatio nigredinis.

AVEROES.

Ait Auer. Hęc responsio Philosophorũ est falsa. nã Philosophi non negãt fieri priuationẽ, & prouenire ab agente. Attamẽ nõ prima intentione, vt sequitur ponenti rem permutari ad priuationem absolutam. sed priuatio apud eos innouatur cum perditione formæ rei corruptæ, & innouatione formæ, cui est contraria. vnde fuit dubitatio Alga. in hoc sermone dubitatio vera. Philosophi nõ negãt fieri priuationem.

ALGAZEL.

B Ait Alga. Et hoc est falsum duobus modis. Primus quidem, cũ quæritur vtrum innouatio albedinis includit priuationẽ nigredinis, vel ne? Si autem dixerint ꝙ non, tunc mentiuntur. Si vero dixerint ꝙ sic, an inclusum est ipsummet includens, vel aliud? Si dixerint est idem, tunc contradicit sibi ipsi: nam res non includit seipsam. Si vero dixerint ꝙ sit aliud, an hoc aliud intellectuale, vel non? Si autem dixerint ꝙ non, quærimus quomodo scitis quòd sit inclusum? & iudicium de eo quòd sit inclusum indicat quòd sit intellectuale. Si autẽ dixerint quòd sic, hoc quidem inclusum, & intellectuale, & est priuatio nigredinis, an est antiquum, vel innouatum? Si aũt dixerint antiquum est falsum. Si vero dixerint innouatum, denominatum quidem ab innouatione, quomodo non erit intellectuale? Si autem dixerint non antiquum, nec innouatum, est falsum. quoniam C ante innouationem albedinis, si dixerint nigredinem esse corruptam, est falsum. & post eam, cum dicitur quòd non sit, est verum, & innouatur proculdubio. & hoc, quod innouatur, est intellectuale, & oportet vt attribuatur potenti.

AVEROES.

Ait Auer. Est quidẽ innouatum intellectuale, & attribuitur potenti, sed per accidens, non autem per se: qm̃ non dependet operatio agẽtis à priuatione absoluta, nec à priuatione vnius rei. Nam non est in potẽtia potẽtis quòd ponat ens, nõ esse primo, & essentialiter, s. qđ cõuertat corpus esse ad corpus priuationis. & omnis, qui nõ ponit materiã, non euadet ab hoc dubio, s. quòd sequitur ei vt depẽdeat operatio agẽtis a priuatione, primo, & essentialiter. & hoc totũ est

Qui negat materiã nõ põt euadere quin actio eius nõ depẽ deat a priuatione essentialiter.

manifestũ, & nõ est opus ꝓtelare sermonẽ in eo. Et ideo dixerũt tes ꝙ principia rerũ generabiliũ, & corruptibiliũ sunt duo p se, materia, & forma, & vnũ per accidẽs, & est priuatio: qm̃ est códit quisita in innouatione innouati, s. vt eã præcedat: &, cũ reperitur uatum, aufertur priuatio: &, cũ corrũpitur, adest priuatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secũdus autẽ modus dubitationis est ꝙ id, quod co pitur, apud eos nõ est per cõtrariũ, vt motus: motus.n.nõ h contrariũ. & oppositio inter eũ, & quietẽ apud eos est oppositio m tus, & priuationis, non aũt oppositio esse ad esse. & quies est pri motus. &, cũ non fuerit motus, nõ erit quies: quid contrarium eius est priuatio absoluta, quæ sunt ad perfectionẽ, sicut impressio re rũ sensibiliũ in humido cristallino in oculo, & sicut impressio marũ intelligibilium in aĩa, quæ cõuertũtur ad impressionẽ esse remotione cõtrarii. &, cũ corrũpuntur, erit dispositio eorũ ablata absq; aduẽtu cõtrarii postea: & ablatio eorũ est præfatio priua absolute, & apprehendit intellectus esse innouatũ. & qui intelle sit in se, licet non fuerit aliquid, intellexit, & attribuit posse pote declaratur in hoc ꝙ, cũ intellexerimus imaginationem fiẽdi inn volũtate antiqua, nõ differt siue sit id, quod innouat priuatio, siue

B

AVEROES.

AIt Auer. Differt aũt magna differẽtia, cũ ponitur priuatio re ab agẽte, & emanare esse ab eo. qm̃, cũ ponitur esse prim priuatio secũdarie, i. ꝙ ponatur innouata ab agẽte, mediãte alic cie esse, & est ponẽdo esse in actu in potẽtia, destruendo actum, habitus in subiecto, est verũ. & quod nõ erit impossibile apud sophos hoc modo, vt corrũpatur mũdus, eo ꝙ permutatur ad al mã. nã priuatio hic est subsequẽs, & per accidẽs. Quod aũt est i sibile apud eos, est vt corrũpatur res ad nõ esse o[illegible] no. qm̃, si hoc tunc agẽs depẽderet operatio eius à priuatione primo, & essen & hic sermo totus, assumitur in eo id, quod est per accidẽs, ꝙ sit & sequitur Philosophis de eo id, qđ dixerunt de impossibilitas & plurimi sermonum huius libri sunt huius naturæ: & propter uenientius nomen huius libri est liber Destructionis simplicit Destructio Alga: non Destructio Philosophorum. & verius nom ius libri est Liber differentię inter veritatẽ, & ruinam sermonum quentium, dicentium Deum glo: esse agens mundi, & mundum & operationem eius.

C

Hæc desiderantur in antiquo tex. ob id non habent com.

DISPVTATIO TERTIA.

DE DECLARATIONE INVOLVTIONIS EORVM.

ALGAZEL.

AIT Alga. Philosophi profecto, non autem Epicurei, putauerunt quòd mundo sit causa efficiens: & Deus glo. est agens mundi, & efficiens eius. Et hoc est illusio secundum radices eorum: Nam mundus secundum radices eorum non potest consyderari quod sit operatio Dei glo. tribus modis: Primus quidem ex parte agentis. Secundus autem ex parte patientis. Tertius vero ex parte vtriusque. Ex parte autem agentis, quoniam impossibile est quin sit volens, & eligens, & sciens rem, quam vult: Deus vero glo. nihil vult, & nullam habet operationē: & quicquid influitur ab ipso, consequitur ab eo consecutione necessaria. Ex parte vero patientis, quoniam mundus est antiquus, & æternus: operatio vero dicitur de innouato. Et ex parte vtriusque, quoniam Deus glo. apud eos est vnus omnimode: & ab vno non emanat apud eos nisi vnum omnimode: & mundus est compositus ex diuersis, quomodo ergo emanat aliquid ab eo?

ET, postquam dictum est de ęternitate mundi a parte ante, & a parte post, superest modo inuestigare an mundus sit ęternus ex vtroque, si effectus alicuius agentis. &, sicut primo in alijs disputationibus, ita nunc adduxit sentētiam Alga. vnde dixit Alga. dicant philosophi quod ipse Deus benedictus est agens mundum, & mundus est eius effectus, & opus suum. Et di. quod declaratio huius ab eisdem facta super hoc non est demonstratiua, immo dialecticalis, id est, probabilis, & addit: Vsque quo illud, quod dixit, quod mundus componitur ex diuersis, qualiter ergo non possunt ab ipso Deo glorioso procedere? Hic notat terminum verborum Alga quasi dicat, ego accepi verba vsq; ibi, illud, quod dixit Arist. & infra in dubio sequenti declarabitur hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod est in agente, est quòd non potest esse quin sit volens, eligens, sciens quidem id, quod vult, adeo quòd est agens eius, quod voluerit, est quid non notum ex se, & terminus non cognitus in actione mundi, nisi fuerit ei demonstratio, aut verificetur permutatio iudicii apparentis ad occultum. Nam nos videmus res agentes imprimentes dupliciter. est enim aliqua, quæ non agit nisi vnum tantum: & hoc quidem per se, vt calidum agit calidum, & frigidum agit frigidum: & ista sunt, quę vocant Philosophi agentia na-

turaliter. aliæ vero sunt res, quibus est agere aliquid in aliqua ho[ra], agent contrarium in alia hora: & ista sunt, quæ appellamus vol[entia] & eligentia. & hæc quidem agunt ex scientia, & consilio. Prim[um] agens glo. abest ab eo attributio alicuius harum duarum actionum [mo]do, quo attribuitur generabili, & corruptibili apud Philosophos: eligens, & volens est id, cui deficit volitum: Deo vero glo. non d[eficit] aliquid, quod voluerit: & sic eligens est id, quod eligit sibi vnum [duo]rum nobilium: Deo vero glo. non deficit aliquid nobile. & volu[ntas cum] peruenerit ad id volitum, deficit voluntas eius. denum volunta[s est] passio, & mutatio: Deus vero glo. est absq; passione, & mutatio[ne] sic etiam magis, & magis abest ab actione naturali. nam actio [na]turalis est necessaria in se, & tamen non est necessitas de substan[tia] [vo]lentis, sed est pfectio eius. Vlterius actio naturalis non erit ex scie[ntia] & Deus glo. nam declaratum est demonstratiue q actio eius em[anat] ab eo ex scientia: ergo modus, quo Deus glo. est volens, & agens, est declaratus in hoc loco: qm non est similis voluntas eius volu[ntati] nobis apparenti. Et quo dicit q non intelligitur de agente, nisi [qui] agit consilio, & electione? & ponit hanc definitionem sequi ma[nifes]ti, & in occulto, & tamen Philosophi non confitentur coniecu[tionem] huius definitionis: sicut sequitur eis, cum auferunt hanc defin[itionem] ab agente primo, vt auferant ab eo actionem. Hoc autem est ma[nife]stum per se. & qui hoc dicit, est decipiens, non aut Philosophus. [&] decipiens est, qui intendit facere sophisticam apparentiam, non a[d] ostendere veritatem. &, cum erraucrit in veritate, non dicitur de[co] sit decipiens. Philosophi vero manifestum est q ipsi perquirunt ve[ri]tutem, & non decipiunt omnino. & non est differentia inter dice[re] Deum glo. velle voluntate dissimili voluntati humanæ, & inter d[ice]tem ipsum scire scientia dissimili scientiæ humanę. & quemadmo[dum] non apprehenditur qualitas scientiæ eius, non apprehenditur q[uali]tas voluntatis eius.

Eligens & volens est id cui deficit volitum.

Actio rei naturalis ē necessaria ī se.

Actio Dei emanat ab eo ex scientia.

Nunc Auer. reprehendit Alga. quantum ad vnum, quod videtur supp[onere] in ratione, quam voluit esse demonstratiuam, quod est, Deum agere vol[un]... vnde ait: dicimus nos quod id, quod dixit, videlicet, quod illud, quod est in[...] te, est sine dubio quod sit volens, eligens, & sciens id, quod vult, ita quo[d] in id, quod vult. hęc quidem verba sunt verba ignota, & dubitabilia in [...] mundi, nisi demonstratiue probaretur, aut inditum. i. natura noti possit trans[ferri] in ignotum. (Nos enim) declarat qualiter illa verba sunt dubitabilia, &[...] enim inuenimus agentia & imprimentia. i. causantia duobus modis diuisa[...] rum vnus est, quod vna tantum est sua actio per se, vt calor agit calorem, & [fri]giditas frigiditatem, & talia agentia naturalia nuncupantur. & dixit Auer[...] se, quoniam per accidens calor potest infrigidare, vt dictum est in meta[...] de dicitur. 8. Phy. commen. 8. & . 9. Metaphy. commen. 3. & . 10. quod ages [na]turaliter determinatur ad vnum: quod debet intelligi primo per se, & hęc [...] eius. 3. cœli. commen. 72. & . 1. cœli. com. 8. vbi dicitur quod ab vna natura [vnum] tantum prouenit. (Secundus vero modus.) Ponit secundum modum. d. Sec[undus] vero modus est, quando aliquod agens interdum quandam agit actionem, & [in]terdum eius contrarium, & talia agentia vocantur a philosophis volentia & [eli]gentia, quodcunque agens fuerit huiusmodi agit sine dubio cum deliberatio[ne].

A meditatione. Debes scire quod ista distinctio pro parte potest accipi a philosopho in .9. Metaphysicę, tex. commen. 3. & .10. & vide expositores latinos, quia multa dicunt de hoc. (Vnde primum) declarat quomodo Deus sit agens, dicens: vnde primum agens benedictum nequit aliquo modo de aliquo istorum denominari, eo modo, quo generabile & corruptibile denominatur, quoniam aliquo modo non conuenit, vt dicit post, et primo ostendit quod Deus non sit agens volens & eligens. Et arguit primo in prima figura sic, volens & eligens deficit id, quod vult, i. diminuit factū. & ipse Deus non deficit aliquid de eo, quod vult. Et sic in secunda figura sequitur conclusio iam dicta.

Pro intellectu huius rationis debes scire, quod illud, quod eligitur a volente, appetitur a volente, & etiam id, quod dimittitur: & ambo sunt possibilia: quoniam, si vnum tantum esset possibile, electio esset vna. Eligibile autem est duobus modis: quoddam secundum melius, & quoddam secundum peius. Exemplū primi, vt, si eligerem furtum. Exemplum secundi. vt, si eligerem studium melius furto. Ex his sequitur veritas maioris: quoniā omne eligens diminuit ab electo: quoniam, si eligit ad peius, manifestum est ipsum esse diminutum: si eligit ad melius, ergo diminuit, saltem ab alio: & sic semper diminuit, saltem aliquo modo. Sed Deus nullo modo diminuit, quoniā esset inuidus, vt ait philosophus in libro

Duplex eligibile.

B de bona fortuna: ideo sequitur in secunda figura conclusio iam dicta. Et debes scire quod secundum nos, Deus respectiue potest diminui, simpliciter autem nō. vnde dicimus quod Deus multa potest, quę non facit: nec hoc apud nos est inconueniens. (Similiter eligens.) Ponit secundam rationem, & .d. similiter eligens eligit vnum duorum meliorum per se, & Deus benedictus, nulla talia debent attribui sibi, quia tunc vt dixi inuidus esset. Et debes scire, quod hęc secunda ratio differt a prima in hoc, quod prima vult quod eligēs eligit aliquando secundum peius, secunda autem assumit simpliciter, quod omne eligens eligendo diminuit aliquid, & vt dixi. sicut prima nulla est apud nos, ita nec secunda, eodem enim modo soluitur, vt patet. (Tandem quod voluntas.) Arguit tertio modo, eadem forma. & .d. tandem quod voluntas est passio & mutatio. s. in volente, & absit quod Deus de talibus denominetur. Ex omnibus his in secunda figura sequitur conclusio iam dicta. Sed an istę rationes sint simpliciter necessarię, an probabiles, non opus est facere modo moram: qm̄ dixi satis in quęstionibus, an Deus sit infiniti vigoris, et de intellectu, vbi dixi quod magna pars rationum philosophorum sunt ex suppositione, & ideo nihil concludunt: & quilibet modici cerebri soluere potest dicta illorum. (Maxime de actione.) Declarat quod Deus nō est agens sicut calor simpliciter, & dixit, maxime de actione naturali non debet denominari: vult dicere ꝙ nec Deus debet dici agens naturale actione naturali si-

Non est inconueniens Deum posse plura facere q̄ nō facit.

C cut calor, & primo arguit sic. actio nanq; agentis naturalis necessario est sua substantia, non tamen in volentis substantia. & forte intendit per hoc minorem. s. sed actio Dei non est in substantia volentis. i. ipsius. & forte intendit per totum illud expositionem maioris, sic. s. ꝙ agens naturaliter habet actionem, qua in sui substantia perficitur, non quod velit illam perfectionem, sed sine cognitione. Primo modo ponitur syllogismi maior, & minor, & deficit conclusio. Secundo modo ponitur tantum maior, & debet subintelligi conclusio, & minor. Sed pro intellectu huius rationis debes scire, quod agens naturale in agendo confortatur, & crescit. vnde, sicut dicitur in libro de anima, agens crescit in infinitum posito combustibili. ideo omne agens naturale propter eius actionem in substantia propria, valde perficitur. modo apparet minor, quoniam Deus propter actionem eius non sic perficitur, immo ipse est perfectus in fine, vt dictum est in Metaphysica. Ex his accipitur intellectus huius rationis philosophi, si bene consideres. (Rursus opus) ponit secundam rationem in eadem figura. & .d. rursus opus naturale non procedit a scientia, sed demonstratum est quod eius, scilicet Dei actio procedit a scientia, vt declarabitur in alijs disputationibus. ideo in secunda figura concluditur conclusio iam dicta. (Vnde illo modo, quo Deus.) Remouet dubium, posset quis dicere, si Deus non est naturale, nec eligens & deliberans; quomodo est agens? Soluit. & .d. vnde illo modo, quo Deus est agens

Agens naturale agendo crescit et cōfortatur.

Differentia inter opus naturale & actionē Dei.

volens non est hic. vult dicere aliquod, quod manifeste apparet. nulla vo-luntas nobis presens similis est voluntati Dei. Deinde concludit pec-ga.d. qualiter ergo dici potest, quod non intelligitur de agente nisi illud agit cum deliberatione & electione? (Neq; hec definitio) soluit quod-dubium: quoniam posset quis dicere, si hec definitio agentis liberi & non conuenit Deo, an sit, aliqua communis voluntati nostre, & Deo conueniens vtriq;. soluit. d. nec hic, id est in proposito definitio potest pa-liter, id est vniuoca in agente noto, vult dicere homine. & ignoto, vult Deo. (Vnde, dum philosophus.) Concludit id, quod philosophi p... vnde philosophi, dũ negant q̃ hec definitio non possit de predictis, id est te noto, & ignoto equaliter, id est vniuoce denominari; sequitur eos, q. hac definitione de primo agente, remouebitur actio, vult dicere agentis tis. & hoc satis per se notum.

Negatiue tãtum scitur apud philosophos, quomodo Deus vult.

Que sunt eadẽ definitione, sunt eadẽ forma, & q̃ eadẽ forma, sunt eadem operatione.

Ex his voluit quod philosophi non possunt scire nisi negatiue q. Deus vult: quoniam sciunt quod non agit sicut eligens & deliberans: co. non conuenit definitio deliberantis & eligentis. Debes scire quod, vt in primo cœli. commen. 19. quod ea, que sunt eadem definitione, sunt forma, & ea, que sunt eadem forma, sunt eadem operatione, & idem tio Physico. commen. 52. vide ergo a pari, que non sunt vnum in oper nec sunt vnum forma, & per consequens nec definitione. Ex his sequi tas Auer. scilicet, quod ex quo, Deo non conuenit definitio agentis del tis & eligentis, ei non conuenit operatio illius: & sic potest intelligi tan gatiue. Et istud voluit hic dicere Auer. vt apparet ex verbis eius. Et q xit hic non contradixit nobis nisi in parte, scilicet quantum ad hoc, qu bat Deum non agere ex deliberatione. Et rationes eius nihil sunt, & s lute superius.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et verificabimus vnumquemque horum mo trium cum imaginatione eorum in contradicendo ei. P quidem, cum dicimus agens est præfatio eius, ex quo actio cum eo, q̃ vult actionem electiue, & cum scientia in vo apud vos tenentes q̃ mundus est a Deo glo. sicut causatum a ca sequetur consecutione necessaria, ita quod non potest imagina rari a Deo glo. parum, sicut consecutio vmbræ ab homine, & Sole, &c. vsque ad, quoniam totum hoc emanat ab eo: & hoc c ueniens.

Hic primo ponit differentiam inter philosophos, & opinionem eius. & ait Alga. nos vero declarabimus quemlibet istorum trium modorum: & tendit modorum agentis dictorum ab Auerro. scilicet naturalis eligentis trius: & forte intendit modorum arguendi, quos non dixit, sed voluit in telligi, & dicit: Ad primum vero dicimus. vult dicere argumentum, vel agẽtis, secundum expositiones positas. quod per agens intelligebatur ill ab eo procedit actus cum voluntate illius actus modo electionis, & q illud, quod vult: & intendit quod Deus est agens eligens per voluntate tellectũ. attamen non soluit hic argumenta Auer. (Sed mundus apud eos opinionẽ philosophorũ, & dicit, sed mundus apud eos procedit a Deo, vt ꝓcedit a corpore, & lux a sole, Et cętera, vsq; cũ dixerat & cia ... ab eo: quod est falsum. Et dixit mihi translator, quod Auerro. quando verba Alga. accipiebat a libro eius vsque ad certum terminum, & hic vsque notat, scilicet terminum verborum, que accipiebat: & hoc di, in

bus frequenter. Sed quomodocunque, difficile est mihi multa verba huius libri interpretari: quoniam nullos habeo expositores, & paucos libros emendatos nisi meum, qui est emendatissimus: sed multa oportet sine dubio declarari partim propter defectum translatoris, partim propter obscurum modum loquendi arabum.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis sunt duo, quorum Vnum est, ꝙ non numeratur in numero causarum agentium nisi is, qui agit consilio, & electione. nam actio agentis naturaliter in aliud non numeratur numero causarum agentium. Secundum vero, quòd modus, quo tenent mundum emanare a Deo glo. est sicut consecutio vmbrę ab homine, & aeris a Sole, & descensus lapidis deorsum, quæ quidem non appellatur actio: nam actio non separatur ab agente. Dixi & hoc totũ est falsum. nã Philosophi tenent ꝙ causæ sunt quatuor, & sunt materia, agens, forma, & finis. & agẽs est id, quod extrahit aliquid de potentia ad actum, & a priuatione ad esse. & hæc quidem extractio aliquando est consilio, & electione, & aliquando natura. & ipsi nõ appellant hominem, cum facit vmbram, causam agentem, nisi abusiue. qm̃ non est separatus ab ea: agens vero separatur ab acto. ipsi tñ credunt ꝙ Deus glo. separatur a mundo. & non est apud eos huius generis. nec etiam est agens dispõne agentis, quod nobis apparet, nec habens electionem, nec non habens electionem, sed est agens harũ causarum, extrahens totum ex priuatione ad esse, & id conseruat modo pfectiori, & excelsiori, quã est in actionibus nobis apparentibus. Et nõ sequitur eis aliquid huius qõnis. nam ipsi tenent ꝙ actio eius emanat a sciẽtia, & non ex necessitate inducente ad illud, non ex se, nec ex re ab extra, sed propter excellentiam, et bonitatem suam: et est necessario volens, eligens excellentiori gradu volentium eligentium. nam non euenit ei diminutio, quæ euenit volenti, quod apparet. Et hęc est doctrina sapientis principis Philosophorum in quibusdam libellis suis, editis in scientia Metaphysicę. quoniam, cum aliqui dicunt quo incœpit Deus glo. mundum ex nihilo? et fecit eum ex nihilo? Dicimus in rñsione huius ꝙ agens aut erit vis eius, sicut posse eius, et posse eius, sicut voluntas eius, et voluntas eius, sicut sapientia eius: aut erit vis debilior ipso posse, et posse debilius voluntate, et voluntas debilior sapientia. et, si aliqua harum potentiarum fuerit debilior alia, tunc causa prima absque dubio, non erit inter eam et nos aliqua differentia, et sequeretur ei diminutio, sicut sequitur nobis. et hoc est nimiũ inconueniẽs: aut erit quęlibet harum potentiarum in vltimitate perfectionis, cum vult põt, et cum põt vigoratur, et omnia in vltimitate sapientiæ, adeo ꝙ reperietur actio eius, quod voluerit, vt voluerit ex nihilo. et absit ab hac diminutione reperta apud nos. Et dixit totum hoc, quod est in hoc mundo, est alligatum potentia, quæ est in eo, proueniente a Deo glo.

Causę quatuor.

Quõ Deus sit agens.

& nisi esset illa potentia in rebus, non esset permanens ictu oculi. ens compositum est duplex. aliquod. n. in quo compositio sit res a... ipsi esse compositorum, & aliquod, quod est ipsummet esse compo... rum in compositione eorum, sicut esse materiæ cum forma. & hic... dus entium non reperitur in intellectu, ita ꝙ præcedat esse eorum... positionem eorũ: sed cõpositio est cã esse, & est p̃cedens ipsum esse... tur primum fuerit cã compositionis partium mũdi, quorum esse... compositione, est cã esse eorum. Et non est dubium, ꝙ oẽ id, quod... cã esse rei, est agens eius. Sic debet intelligi res in opinione Philoso... rum, si verificatum fuerit apud speculantem de opinione eorum.

Hic exponit primo mentem Algazel, & dicit: dicimus nos quod sententi... rum, scilicet verborum in duobus continetur. Quorum vnum est, quod no... bet attribui agentibus causis, id est, causis agentibus mundum id, quod no... cum deliberatione & electione: immo, quasi dicat, Deo, qui agit mundu... bet attribui conditio agentis deliberantis & eligentis, & ideo actus natur... agentis non debet attribui agenti causæ, id est, primæ causæ: primum ergo, ... Algazel intendebat, est quod Deus sit agens eligens & deliberans & ... ter: & hæc fuit opinio eius. Secundus modus est, ex quo opponitur quod ... dus procedit a Deo modo processus particularis vmbræ a corpore, vel lu... le, & hic modus non dicitur actus, vult dicere quod effectus illo modo ca... non dicitur actus, id est, effectus proprie differt & separatur ab agente: ... est sententia huius hominis. Est ergo sciendum quod mundus procedit a... qualiter vmbra procedit a corpore: & quod ista non sit vera causatio. (E... dicimus.) Reprehendit Algazel, & primo declarat quid sit agens proprie, ... cit, & nos dicimus quod hoc est falsum. Philosophi nanq; opinati sunt q... esse causas, scilicet materia, forma, & efficiens, & finis. Efficiens est illud, ... detrahit alterum, id est, formam de potentia ad actum, & de priuatio... esse: & hæc actio fit forte cum deliberatione, id est, aliquando, vt in gene... ne hominis, & forsitan naturaliter, id est, in generatione ignis. (Philosoph... ro). Modo concludit errorem illius. d. philosophi vero non dicunt, quod ... agens vmbram, qui ab eo causatur, nisi largo modo. (Agens enim). Prob... lud, scilicet quod corpus non sit proprie agens vmbram. d. agens enim se... debet naturaliter ab effectu: & corpus cum vmbra non sic se habet: ergo ... cunda figura corpus non est proprie agens vmbram: confirmat hoc auctor... & isti opinati sunt, quod Deus benedictus differt a mundo, & est eum... (Ergo nulla) concludit intentum. d. ergo nulla est similitudo inter Dei a... & actionem agentium nobis præsentium tam naturalium, quam vol... rum. (Immo ipse). Et explanat quasi, quomodo Deus est agens. d. imm... Deus est agens, & efficiens dictas causas, vult dicere, quæ sunt nobis p... tes, & continetur in mundo protrahens totum de priuatione ad actum, & ... seruans eum in nobiliori gradu, & modo, qui attribui potest nullis age... nobis præsentibus, id est, qui modus nullis agentibus nobis manifestis ... bui potest: quoniam Deus tali modo mundum producit, quod ei non pot... ueniri modus conueniens in agentibus hic, quo sciremus illum, vt vides. ... tet ergo ex istis). Exponit plus, quo modo Deus est agens mundum, ... dens propositum, & di. patet ergo ex istis quod dictum argumentum Alga... erga philosophos dirigitur: ipsi enim meditati sunt quod actio Dei proce... scientia absq; necessitate inducente eum ad agendum nec de se, nec de re... qua extrinseca.

Differẽtia iter agẽs cõtigẽs, & agẽs necessariũ.

Sed, quia istud est valde difficile, ideo in expositione huius debes sci... quo differt agens liberum ab agente naturali: quoniam differentia inter a... contingens, & agens necessarium est per se nota: eo quia necessarium age... taliter quod effectus eius non euanuit: ita quod non potest impediri vel a...

A quo intra se, sicut homo, vel ab aliquo extra se: homo enim per intẽtionem, quã habet eundi ad cœnã, ita vadit quod si sibi occurrit aliqua ratio non eundi, Verbi gratia, quia non digessit, retinetur: & sic a ratione intrinseca impeditur: ignis quidem quoniam licet agat secundum sui naturam quantum potest, attamen ab aliquo agente fortiori, vel volenti potest eius actio impediri: & quia Deus benedictus, nec ab aliquo intra se, nec ab aliquo extra se in agendo impediri potest, ideo philosophi opinati sunt ipsum esse agens necessario, & nullo modo contingenter. Et sic appparet qualiter isti duo modi agendi, scilicet contingente, & necessario sunt simpliciter impossibiles vni, & inter se incompossibiles. Et quia hęc sunt manifesta, ideo oportet declarare quomodo differt agens libere ab agẽte naturali, & quomodo cum libera actione stant necessario, & contingenter agere, & quomodo cum naturali etiam stant huiusmodi duo modi. Dicendum igitur, vt Auicen. dicit in .6. suę Metaphy. vltimo capitulo vltra dimidium. Illius liberalitas apud omnes linguas est donatio extra se tribuens alij donum non propter retributionem: vbi Auicen. pauloante dixit quod vna met res est bonum, & liberalitas respectu diuersorum. Verbi gratia, si donabo ubi librum, liber potest dici liberalitas, & bonum: inquantum quidem perficit recipiens ipsum, vt sic bonum dicitur ex definitione boni primo Ethico. inquantum vero respicit agens, a quo prouenit taliter, quod non expectat huiusmodi doni retributionem, vt sic liberalitas appellatur: sed Auicen. hic loquitur de effectu liberalitatis, vnde liberalitas proprie est actus donandi aliquid boni alicui sine retributione. Ex hoc sequitur, quod libere agere est actus volentis eligibiliter & delectabiliter agentis secundum permanentiam eius in operato: in hoc enim consistit actus, & forma liberalitatis, vt Auicen. innuit. Et cum omnia ista sint, apparet quod cum libere agere stat necessario agere: quoniam, si agens liberum sit bonum per essentiam, & perfectum per essentiam, sicut est primus motor, tunc necessario aget: quoniam de ratione boni est communicare, vt dicitur primo Ethico. & de ratione perfecti est in alium perfectionem causare, vt dicitur. 4. Meteororum. Quia igitur primus motor per essentiam est bonus & perfectus, ideo necessario agit bonitatem suam in alijs, & perfectionẽ eius: vnde, sicut ignis, quia secundum essentiam & primo est calidus, secundo Meta. ideo necessario applicatus combustibili, calefacit, quoniam est ignis, & calidus per essentiam: ita Deus, cum sit per essentiam bonus & perfectus, eum necessario & essentialiter consequitur agere & entia perficere: & hoc innuit Auerroes secundo Physi. commen. 38. vbi dicit quod hęc est dispositio entis necessarij simpliciter, scilicet vt non sit propter suam actionem, sed actio sequitur ipsum, eo quia est bonum, cui essentiale est alteri communicare bonitatem eius: & cum hoc sit ita, apparet quod Deus libere agit & necessario: libere quidem, pro quanto voluntate & intellectus delectabiliter & eligibiliter non expectans a rebus perfectis & beneficiatis ab eo retributionem, necessario quidẽ propterea quia, est secundum essentiam bonum, cui essentialiter concomitatur bonitatem eius communicare, & ideo agit quantum potest, sicut ignis quantum potest calefacit: quia illa calefactio sequitur essentiam ignis. Quod vero agat quantum potest, & secundum sui totam essentiam, potest declarari: quoniam, si non ageret quantum potest sua essentia, & secundum totam eius essentiam: ergo secundum partem ageret, & secundum partem non: &, si secundum partem ageret, & secundum partem non, tunc secundum partem esset bonus et perfectus, & secundum partẽ non esset bonus nec perfectus: quoniam, vt dixi, bonum & perfectum est, quod potest in alio communicare suam bonitatem & suam operationem: ergo, si secundum partem suę essentię agit, & secundum partem non, sine dubio secundum partem erit bonus & perfectus, et secundum partem nec bonus nec perfectus, & sic, sine dubio Deus agit secundum totum ambitum suę essentię, & quantum potest. Si vero agens non est bonum per essentiam nec perfectum per essentiam. sed ratione & discursu, sicut est homo, qui in agendo libere tantum, non expectat retributionem propter discursum, per quẽ scit libere agere esse melius, quam agere pro retributionem. tunc tale agens erit libere agens, pro quanto delectabiliter & eli-

Quid sit liberalitas.

Quid sit libere agere.

Quod libere agit necessario agit.

Perfectũ in agendo, in alium perfectionem causat.

Quare Deus agit quantũ potest.

Quid sit bonũ & perfectum.

gibiliter agit, non expectans retributionem a re perfecta per ipsum, est in
contingens, quia per rationem interiorem potest impediri, vel exteriorem.
his apparet quid sit libere agere, & quomodo cum eo stat necessario & con
genter agere.

RESTAT modo declarare quid sit naturaliter agens, & quomodo con
stat necessitas & contingentia: & videtur mihi quod agens naturale apud
sophos sit illud, quod agit propter finem acquirendum, quo in esse melior
tur, vt apparet in omnibus: & hoc dicit ibidem Auicen. propter quod age
turale in agendo expectat ab acto retributionem & perfectionem, ideo age
bere, & naturaliter sunt modi impossibiles; & istud agens, quandoque na
quod ab aliquo perfectiori potest impediri, Verbi gratia, sicut ignis & aqu
sic contingenter agit: quandoq; vero non potest impediri, sicut ignis respe
lefactionis & aqua respectu frigefactionis: vnde ignis, si comparetur ad m
eius, se habet contingenter, naturaliter tamen, respectu vero proprij eius
bet naturaliter necessario: & sic apparent tria. Primo, qualiter Deus no
agens naturaliter, quoniam non agit propter finem, vt bene dicebat Auer
lutione ter. ij dub j, & secundo Physico. commen. 88. Secundo apparet,
agens naturale est impossibile agere libere. Apparet tertio, qualiter neces
agere, & contingenter agere possunt esse compossibiles agenti naturali.
his apparet solutio ad formam argumenti, quoniam Deus de necessitate ag
de necessitate suę scientię, non de necessitate naturę, sicut ignis, & reliqua.

Agens naturale impossibile est libere agere.

nego consequentiam, vt scis ex dictis. Ad secundum apparet, quomodo
consequentia illa Auerrois: quoniam, sine dubio Deus agit quantum potest,
per essentiam.. ergo, si essentia eius esset infinita, ageret motum in non tem
vt sępe dictum est in quęstione de infinitate primi: quia igitur sua bonitas
perfectio est eius essentia, ideo, sicut essentia eius est finita in qualitate acti
bonitas eius: ideo istud, quod dicit hic Auerroes, non contradicit dictis ab

Cōtingēter agere, & necessario agere possunt in esse agēti naturali.

naturalibus. Et cum omnia hic sint ita, apparet manifeste qualiter Deus ne
agens naturale, nec agens eligens & deliberans, vt Auerroes dicit, immo
quod agens, cui non potest inueniri simile in agentibus hic pręsentibus
potest aliquo modo describi, Deus est agens bonum & perfectum in fine p
tellectum & voluntatem libere, & necessario agens non naturaliter nec
genter: & tunc eius intellectus potest aliqualiter haberi: in rebus enim non

Deus de necessitate agit nō necessitate naturali, sed scientię suę.

sumus inuenire tale habens tot conditiones, sed bene possumus ex diuersis
pere perfectiones diuersas, & eas colligare & attribuere Deo, sicut ego fe
propter hoc apparet peccatum Ioan. in quęstionibus libri Physi. & pec
meum longo tempore. Tenuit enim ille, et ego secum, quod Deus sit agens

Descriptio Dei.

Error Ioan.

naturale naturaliter, & secundum naturam: & iam modo apparet error
quomodo Deus potest esse agens naturaliter, si non est natura, immo est su
turam: & quomodo potest esse, agens naturale, si non agit propter finem, se
suę actionis sit finis. Verum, propter famositatem illius opinionis debes
quod natura debet sumi, vt se extendit ad omne ens: & sic potest dici vol
natura, pro quanto est ens extra animam, immo potest dici natura neg
& sic extensiue necessitas in esse rei potest dici necessitas naturalis. & sic

Impugnatio

dici Deus agens naturale. Sed istud non valet ad propositum. Alio mod
pitur natura, vt est prima differentia agentis distincta contra libertatem, vi
tur Aristoteles innuere secundo physicorum, circa principium, vbi disting
sam agentem in naturam, & propositum, & idem videtur innuere. 9. Meta
tex. commen. 3. & ideo vide verba eius: & isto modo capiendo naturam,
nec est agens naturę, nec agens deliberans & eligens: sed agens liberum ex
scientia vt declaraui, & quomodocunque, Ioan. ignorauit istud, sicut & ego:

Error philosophorum.

Et debes scire, quod philosophi multum errant in his: ideo, quando accipit
roes, quod Deus agit necessario, est dictum tantum, & quando probat, quo
ratio agentis est essentia: dicendum, quod est essentia contracta per volunta
id est, essentia volens, & per consequens non sequitur, ergo necessario agit
niam essentia volens ad extra comparatur contingenter & libere

non

A nos: & sic primum argu. nihil est. Ad secundum essentiale est perfecto communicare, &c. Dicendum, quod essentiale est perfecto naturali, sed libero & voluntario est contingens communicare, licet esse communicatũ sit naturale & essentiale. sicut homo ridet contingenter, & tamen necessario homo est risibilis. Ad tertium dicimus nos, quod Deus agit secundum totam eius essentiam, non tamẽ secundum totam suam potentiam: quoniam, & si potentia & essentia sint idẽ, tamen differunt modo: & sic secundum totam suam potentiã non agit, & si agat secundum totam suam essentiam, & sic secundum totam suam essentiam est perfectus simpliciter: & hæc est vera nostra religio: & non est mirum de philosophis, quoniã sequuntur sensus mendaces, vt sæpe dixi. Deus agit secũdum totã suã essentiã, nõ tñ secundũ totã suã potentiam.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis, Si autem dicit, omne ens, quod non est necessarium in esse ex se, sed est ex alio, appellatur hoc ens actum, & appellatur eius causa agens. & non curamus, siue sit causa agens naturaliter, siue voluntarie, sicut vos nõ B curatis de hoc. nam ipsum, siue sit agens cum instrumento, siue sine instrumento, &c. vsque ad, sicut dicimus egit, & non egit.

Ponit hic sol. Alga. pro philosophis. ait Alga, respondens pro philosophis. &, si forte aliquis diceret ꝙ nullum ens non necessariũ per se, id est a se, sed per aliũ nuncupari potest efficiens, vult dicere primum, quoniam nullum causatum ab alio potest dici primum efficiens, quia primum excludit aliud prius. nanque eius, id est mundi causa agens, neque ꝙ illa causa fuit naturaliter, aut voluntarie, vult dicere, ꝙ quantumcunque nullum ens ab alio posit dici agens primũ, nec agens mundi, sed solum ens per se: nec tamen debet esse illa causa prima naturaliter, aut voluntarie, vsque quãdo dixit, eo modo, quo dicimus egit & nõ egit: ly vsq; quãdo dixit, est terminus verborũ, vt dixi alias in superiori dubio.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis sunt duæ respõsiones. Q C uarum prima est, omne, quod est necessarium ex alio, est productum à necessario ex se. Attamen hæc responsio debet argui contra eam. quoniam necessarium ex alio non oportet vt sit id, ex quo est necessarium suum esse agens, nisi denominetur de eo verificatio agentis, & est extrahens de potentia ad actum. Secunda vero responsio, & est ꝙ nomen agentis est, vt genus eius, quod producitur electione, & consilio, & eius, quod producitur naturaliter, est sermo verus. & hoc indicat id, quod diximus cum definiuimus nomẽ agentis, sed iste sermo inducit ad credendum ꝙ Philosophi non teneant ipsum velle. & hæc pars non est nota ex se, scilicet ꝙ omne ens aut erit necessariũ in esse ex se, aut ex alio.

Hic Auer. reprehendit Alga. in duobus: & primo dicit, dicimus nos quod super prædicta verba duobus modis exponit Alga. vult dicere duas responsiones innuit. quorum vnus est, quodcunque necessarium fuerit non per aliud, sed scilicet per se, & a se est efficiens necessarij per se, id est primum & efficiens mũdi. (Et hæc responsio.) Reprehendit hic, & dicit, & hæc responsio est antea, id est falsa, sicut illa iam dicta. & syllogismus sic componitur. ens simpliciter, &

per se necessarium non potest esse agens. Deus est simpliciter & a se necessarius. ergo non potest dici agens maior componitur sic: omne agens est extrahens de potentia ad actum: simpliciter ens, sicut est Deus, non est extrahens de priuatione ad actum. ergo non potest dici agens: quæ fuit maior huius. primo post maiorem. d. non enim potest secundũ virtutẽ denominari denominatione agentis, scilicet quod attrahat de potẽtia ad actum. & hæc fuit minor prosyllogismi reliquas propositiones voluit subintelligi. (Secunda vero responsio.) Exponit Alga. quantum ad secundam sol. & arguit contra illam, & dicit, secunda vero responsio hominis est, modus agentis est tanquam genus, sub quo continentur multæ species, scilicet agens per intellectum, & agens per naturam. Deinde dicit quid veritatis, & quid falsitatis contineant. d. & hæc verba sine dubio sunt vera, scilicet quantum ad istam distinctionem. Deinde ostendit quid falsitatis d. verum tantũ, prædicta verba indicant quod Deus non habet voluntatẽ, quod sup. falsum est. (Amplius.) Ponit secundum errorem, & d. amp. quod sua promissa propositio non est nota, scilicet ꝙ quodlibet ens, aut est necessarium per se, aut per aliud: quoniam sup. quidam existimant nullum esse ens necessarium ab alio, quia ly ab alio, notat contingentiam in tali effectu. A

Cõtingẽs in sui natura põt ab aliquo ppetuari scd.n Auer. & Alex.

Pro intellectu huius debes scire, vt Auerro. narrat. 8. Physic. commen. quod Auic. opinatus est quod aliquod in sui natura sit contingens tamen ab alio necessarium. & hoc videtur dicere Alexan. & Auerro. ibidem: dicit, vnde hic vir opinatus est quod omne ens ab alio sit in sui natura contingens, & possibile esse & non esse: & non habuit pro inconuenienti contingens in sui natura ab alio perpetuari, vt Auerro. dicit in primo de substantia orbis prope finem. Et pro hac opinione arguunt quidam latinorum sic. ens ab alio non est ens a se. ergo ens ab alio est non ens a se, & sic natura contingens. & sic omne ens ab alio in sui natura est contingens. antecedens est manifestum, consequentia probatur, a negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito. B

Impu.

Sed ista opinio reprobabitur ab Auer. ibidem. quoniam, tunc natura contingens efficitur necessaria. & alia multa, cõtra quę arguit Arist. in fine primi cœli. ideo oportet dicere ꝙ licet illa distinctio non sit nota, vt apparet per iam dicta, attamen opinandum est ꝙ non omne ens ab alio in sui natura est contingens: quoniam necessarium secundum philosophum potest habere causam, vt declaraui in disputatione dicta, & in .q. de intellectu.

Necessariũ potest habere causam.

Solutio.

Ad argumentum dico ꝙ istud argumentum est. nego enim antecedens, s. ꝙ ens ab alio non sit ens a se, vt ly se dicit necessitatem, immo ens ab alio potest esse a se, id est natura necessaria: si ens a se, id est non causatum, concedo, sed nihil est pro eis. Sed dices, ens ab alio habet esse ab alio, ergo de se non habet esse: concedo. Et cum infers. ergo de se habet non esse, nego argumentum, quia non arguitur per regulas secundi Perihermenias. Sed debet argui. ergo, de se non habens esse: & illud tantum concedo: quoniam nihil est contra me. Alia argumenta soluta sunt locis proprijs, & ibidem declarata est opinio Auer. C

Replica.

ALGAZEL.

Ait Alga. dubitans Philosophis. Hæc appellatio est corrupta nam nos non appellamus omnem causam, quomodocunque fuerit agens, nec omne causatum actum. si enim hoc esset, non esset possibile dicere inanimatum nõ habere operationem. sed operatio est animalis. & hic sermo est ex sermonibus famosis, & veris.

Inducit quandam euasionem Alga. pro philosophis, respondens pro philosophis, & di. ait Alga. dicimus quod hæc nominatio est erronea. nos enim non dicimus quod quælibet causa, qualitercunque sit, nuncupetur agens, nec quodlibet causatum debet effectus nuncupari. cuius rationem ait. d. si enim ita esset vult dicere ꝙ agens solum dicatur vno modo, videlicet de volente. non tamen dici posset ꝙ brutum habeat actionem, quia non habet voluntatem. immo actio tantum in animalibus debet attribui: quod concessum est ab omnibus.

A

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem dixit ꝙ non appellatur omnis causa agẽs, est verum. ratio vero eius in hoc, ꝙ inanimatum non appellatur agens, est falsa. Nam inanimatum, cum aufertur ab eo operatio, illud quidem, quod aufertur ab eo, est actio, quæ erit ab intellectu, & voluntate: non autem actio absoluta, quoniam reperimus aliqua inanimatorum, quæ extrahunt talia, qualia sunt ipsa à potentia ad actũ. sicut ignis, qui conuertit omne humidum, & siccum in ignem sibi similem. & hoc, quoniam extrahit eum à re, qua fuerat in potentia ad actum. & ideo omne id, in quo non est potentia, nec dispositio ad recipiendum in se actionem ignis, non agit ignis in eum sibi similem. ipsi vero negant vt ignis agat. & postea erit de hoc disputatio. Et etiã, quia nemo dubitat ꝙ in corporibus animalium sunt potentiæ naturales, facientes cibum esse partem nutriti. demum regit potentia corpus

Cũ causa nõ est agens.

Potẽtia regitiua in animali.

B viuum regimine tali, quæ si imaginata fuerit auferri, moritur animal, vt dixit Galenus. & ex hoc regimine appellamus id viuens, & ex priuatione huius potentiæ appellatur mortuum. Deinde dixit quòd appellare inanimatum agens, est locutio abusiua, vt appellatur requirens volens.

AVEROES.

AIt Auer. Cum appellatur agens, & intendit in eo, ꝙ agit operationem volentis, tunc est agens abusiue. sicut, cum dicit ꝙ ipsum requirit, & ꝙ ipsum vult. cum vero intẽdimus ꝙ ipsum extrahit aliud à potentia ad actum, est agens in rei veritate dispositione pfecta.

Hic verificat dicta Alga. & primo primum. d. dicimus nos quod id, ꝙ dixit, videlicet, qđ nõ debet quęlibet causa agẽs nũcupari, verũ est, dũ verificat aliud qm̃ Alga. duxit ad hoc incõueniẽs, s. quod sequitur brutum nõ esse agẽs. ideo Auer. verificat qualiter falsum est hoc cõsequẽs, & dicit: sed id, qđ sup hoc arguit, s. quod brutũ nõ diceretur agẽs, hoc est falsum, vult dicere qđ bene dictum

C extra primum, virtus & esse non est idem omnibus modis: sed hoc est verum in primo, quod agit per essentiam. alia autem, quia agunt per participationem, quia sunt per participationem, oportet dicere quod virtutes non sint eis per essentiam, sed quodammodo secundum distinctionem. Illo igitur supposito, dicendum, quod omnes virtutes omnium entium sunt vna virtus numero propter vnum finem, ad quem vltimate ordinantur, qui est participatio bonitatis Dei: per hoc est responsio, quæ est data hic, manifesta, scilicet quod Auerro. per virtutem non intelligit esse, sed intelligit virtutes omnium, quæ sunt propinquæ esse ipsi, pro quanto sequitur esse ipsum: & ista virtus causatur a primo, pro quanto omnia entia sunt ab eo, & diffunditur in omnibus, sicut dictum est. Et per hoc potes respondere ad formam quęstionis, cum quæritur, quomodo mundus multus potest procedere ab vno agente. dicendum enim quod, sicut compositum naturale multum procedit ab vno agente, quia ab eo recipit formam, mediante qua constituitur in vnitate & colligatione: ita multitudo mundi potest procedere a primo, eo quia omnia entia in eo colligantur propter virtutem illam diffusam in eis, quæ virtus est vna numero saltem, eo quia ordinatur ad vnũ finem numero: & sic iste intellectus est plus conformis verbis Auerro, ille autem est plus consonus veritati; & ideo tu plus persiste.

Propterunũ finẽ oẽs virtutes sunt vna virtus numero.

Ab vno possunt plura prouenire.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. dubitans eis. Dicimus & sequitur ex hoc non sit in mundo, nisi vna res composita ex diuersis: sed omnia erunt eadem, & quodlibet eorum erit causatum v cuiusq; superioris, & causa inferioris vsque ad causatum, quod non bet causatum, sicut deuenit ex parte ascensus ad causam, quę non bet causam. Et tamen non est sic. nam corpus apud eos est ex for & materia, & ex collectione earum fit quid vnum. nam homo est positus ex corpore, & anima: & non est esse vnius eorum ab alio esse eorum simul est ab alia causa. & orbis secundum opinionem rum est sic: quoniam est corpus animatum: & non est innouatum pus ab anima, nec anima a corpore, sed ambo proueniunt a causa ab eis. Quomodo ergo inuenta sunt hęc entia composita vna causa? & destruetur sermo eorum non emanat ab vno, nisi vn aut a causa composita? & conuenit interrogatio de illa causa, ad deueniat necessario ad compositum, & simplex. nam principium simplex, & prouenit ab eo compositio, & non imaginatur hoc, ni tactu. &, cum fuerit tactus, destruitur dictum eorum ꝙ ab vno prouenit, nisi vnum.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc sequitur eis, cum posuerint quòd agens prin vt sit est agens simplex, quod nobis apparet, scilicet vt sin tia omnia simplicia. Attamen hoc sequitur ei, qui ponit inquisitionem vniuersalem omnibus entibus. qui vero diuidit ens separatum, & ens materiale sensibile, ipse quidem ponit prin ad quæ ascendit ens sensibile, diuersa a principiis, ad quę ascend intelligibile. & ponit quidem principia entium sensibilium ma & formam: & ponit aliquod eorum agens aliquorum, adeo quod uenit ad corpus cœleste: & ponit substantias intelligibiles asce ad primum principium, quarum est principium ad similitudin mę, & similitudinem finis, & similitudinem agentis. & hoc tot declaratum in libris eorum. Et afferamus hanc propositionem munem, & non sequentur hę dubitationes. & hęc est opinio Ar Attamen hęc propositio, dicens quòd ab vno non emanat, nisi v est propositio in qua conuenerunt Antiqui Philosophorum, cum scrutarentur de principio primo mundi speculatione topica. in opinantur esse speculationem demonstratiuam, faciendo induct in vniuersali, in eo ꝙ primum principium est vnum omnibus, & necesse est vt non emanet ab eo, nisi vnum. &, cum fuerint apud duæ radices, perquirunt vnde prouenit multiplicatio. & hoc postquam est inconueniens apud eos, opinio antiquior ista,

a Examinatio huius ꝓpositionis, Ab vno nō ꝓuenit, nisi vnum.

A prima principia sunt duo, vnum quidem ad bonum, & aliud ad malũ.
nam impossibile est apud eos vt principia contrariorum sint vnum.
& viderunt quòd contrarietates vniuersales, quæ includunt omnia cõ
traria, sunt bonum, & malum: vnde existimauerũt ꝙ necessario prin
cipia sunt duo. Et, cum considerauerint Antiqui entia, & viderũt om-
nia tendere ad vnum finem, & est ordinatio reperta in mundo, sicut
ordinatio reperta in exercitu ex parte principis exercitus, & ordinatio
reperta in ciuitatibus ex parte gubernatorum ciuitatum, crediderunt
ꝙ mundus necessario est huiusmodi: & crediderunt propter bonũ re-
pertum in omni ente ꝙ malum fit per accidens: vt sunt condemnatio-
nes factæ a gubernatoribus probis ciuitatum, ꝙ sunt mala posita pro-
pter bonum, non autem prima intentione. nam sunt hic ex bonis ali-
qua, quæ impossibile est vt reperiantur, nisi admisceatur eis malum,
sicut est in esse hominis, quod est compositum ex anima intellectiua,
& anima bestiali. & determinauit sapientia apud eos vt reperiatur bo
B num magnum, licet admisceatur ei malum paruum. quoniam esse bo
num magnum cum paruo malo est melius, quàm priuatio boni ma-
gni propter malum paruum. Et, cum patuit apud eos in fine ꝙ pri-
mum principium necesse est vt sit vnum, & aduenit hæc dubitatio de
vno, responderunt ei tribus responsionibus. Nam aliqui putauerunt
ꝙ multiplicatio prouenit ex materia: & est secta Pythagorica, & socie
tas eius: & aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio proueniat ex multipli-
catione instrumentorum: & aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio pro-
ueniat ex mediis. Et primus, qui hoc posuit, fuit Plato, & est sufficien-
tior his opinionibus. quoniam interrogatio adhuc conuenit duabus
aliis responsionibus, & est vnde prouenit multiplicatio materierum,
& multiplicatio instrumentorum. & quicunque concederint hãc pro-
positionem, illud dubium est commune eis. & dubitatio de modo, quo
prouenit multiplicatio ab vno, sequitur eis, s. ei, qui confitetur ꝙ ab
C vno non prouenit, nisi vnum. famosum vero hoc tempore est contra-
rium huius, & est ꝙ vnum primum emanat ab eo emanatione prima
omnia entia diuersa. & sermo dubius in hoc tempore cum hominibus
nostræ tempestatis est in hac propositione. Id autem, cum quo dubi
tauit Alga. sectæ Peripateticorum, non sequitur eis; & est ꝙ, si multi-
plicatio proueniret ex parte mediorum, nõ sequitur profecto ex hoc,
nisi multiplicatio simplex. & quodlibet eorum est compositũ ex mul-
titudine. quoniam Philosophi tenent ꝙ hic sit multiplicatio vtroque
modo: multiplicatio quidem rebus simplicibus, & sunt entia simpli-
cia, quæ non sunt, in materia, & vnumquodque eorum est causa alte-
rius, & ascendunt omnia ad vnam causam, quæ est de genere eorum,
& ipsa est prima in hoc genere: & multiplicatio in corporibus cœle-
stibus prouenit ex multitudine horum principiorum: & multiplica-
tio, quæ est sub corporibus cœlestibus, prouenit ex materia, & forma,
& corporibus cœlestibus. & nõ sequitur eis aliquid huius dubitatio-

Pythagorici dubitauerunt an multiplicatio ꝓueniat a materia.

nis. Et corpora cœlestia mouentur primo ex motoribus eorum, qui non sunt in materia omnino: & formæ eorum, s. corporum cœlestium emanat ab istis motoribus: & formæ eorum, quæ sunt sub corporibus cælestibus, emanant à corporibus cœlestibus, & aliquæ ab aliquibus, siue sint formæ corporum simplicium, quæ sunt in materia prima, quæ non est generabilis nec corruptibilis, siue formæ corporum compositorum ex corporibus simplicibus: & compositio in istis est propter corpora cœlestia. hæc est opinio eorum in ordinatione hic aperta. Res autem, quæ mouerunt eos Philosophos ad hanc opinionem non possunt declarari hic. quoniam hæc declaratio est fundata super radices, & propositiones multas, quæ declarantur in multis artibus, cum artibus multis, quarum vna est sub altera. Philosophi vero Maurorum, vt Auiyesa, & Auicenna, quia consitentur aduersario ꝙ agens quod non apparet nobis, est sicut id, quod apparet nobis: & vnum agens non prouenit ab eo, nisi vnum actum. &, cum primū apud omnes sit vnum simplex: difficile est profecto eis prouenire multiplicationem ab eo: adeo ꝙ res ipsa coegit eos vt non ponant primum motorem motu diurno, sed dixerunt ꝙ primum sit ens simplex, ex quo emanauit motor orbis magni, & emanauit à motore orbis magni orbis magnus, & motor orbis secūdi, qui est sub magno. qm̄ hic motor est compositus ex eo, quod intelligit de primo, & ex eo, quod intelligit de ipso. Et hic est error secundum eorum radices. nam intelligens, & intellectum est idem in intellectu humano, quanto magis in intellectibus separatis. & hoc totum non sequitur sermoni Aristo. nam agens vnum, quod nobis apparet, si emanauerit ab eo actio vna, non dicitur cum agente primo, nisi æquiuoce. agens enim primum, quod non nobis apparet, est agens simpliciter: quod vero apparet, est agens secundum quid. & agens simpliciter non emanat ab eo, nisi actio absoluta: actio autem absoluta non appropriatur acto præter actum. &, hoc probat Aristo. ꝙ agens intellectorum humanorū est intellectus mundus materia, scilicet ex eo ꝙ intelligit omnia. Et sic etiam probat ꝙ intellectus passibilis non est generabilis, nec corruptibilis, ex eo quòd recipiet omnia. Et responsio huic opinioni sapientis, quòd res quæ non possunt esse, nisi cum copulatione adinuicem, vt est copulatio materiæ cum forma, & copulatio partium mundi simplicium adinuicem, esse quidem earum sequitur earum copulationem. &, cum sic fuerit, igitur dans copulationem dat esse. &, cum omne copulatum copulatur re, qua est vnum: & vnum, cum quo copulatur, fit ab vno, quod existit per se: necesse est vt sit hic vnum separatum existens per se, & necesse est vt illud vnum tribuat vnum per se. Huiusmodi diuiditur in species in entibus secundum naturam eorum: & prouenit ex hac vnitate attributa vnicuique enti esse huius entis sibi proprium, quæ est vnum. & omnia ascendunt ad vnitatem primam: sicut peruenit caliditas, quæ est in quolibet ente rerum

Intelligēs et intellectum est idē cū intellectu humano.

A lidarum à calido primo, quod est ignis, & ad id perueniunt. &, cum hoc fecit vnionem Aristote. inter esse sensibile, & esse intellectuale, & dixit ꝙ mundus est vnum, quod emanauit ab vno, & ꝙ vnum est causa vnitatis quodammodo, & causa multitudinis quodammodo. & in eo, quod fuit posibile ei, perscrutatus est in hoc. & propter difficultatem huius rei non intellexerunt eum multi, qui venerunt post eum, vt diximus. Et, cum hoc sic fuerit, manifestum est ꝙ hic est vnum ens, à quo emanat virtus vna, qua reperiuntur omnia entia. &, quia sunt multa, igitur ex vno, quod est vnum, necesse est vt sit multitudo, aut ipsa emanet, voca eam vt vis. Et hæc est dispositio dicti sui: & est aliter, quam id, quod dixit dicens ꝙ ab vno emanat vnum. & vide hunc errorem, quantum est magnus sapientibus, & tua interest intelligere hoc dictum eorum, an sit demonstratio, vel ne, s. in libris Antiquorum, non autem in libro Auicennæ, aut aliorum, qui mutauerunt opinionem Philosophorum in scientia Diuina, adeo ꝙ B facta est existimatio. Desunt ista i vetustiori.

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicet, cum patefacta fuerit opinio nostra, aufertur dubitatio. nam entia diuiduntur in ea, quæ sunt in subiecto, vt sunt accidentia, & formæ, & ea, quæ non sunt in subiecto: & ista diuiduntur in ea, quæ sunt subiectum aliorum, vt corpora: & in ea, quæ non sunt in subiecto, vt entia, quæ sunt substantiæ consistentes in se: & diuiduntur in ea, quæ imprimuntur in corporibus, & ea appellamus animas: & in ea, quæ non imprimũtur in corporibus, sed in animabus, & appellamus ea intelligentias abstractas. entia autem, quæ sunt in subiecto, vt accidentia, sunt innouata, & habent subiecta innouata, & perueniunt ad principium, quod est innouatum aliquo modo, & antiquum ali- C quo modo: & est motus circularis, de quo nõ loquimur. Loquimur vero de existentibus per se, nõ in subiecto, & sunt tria, s. corpora, & sunt viliora: & intelligentiæ abstractæ, nullam habentes dependentiã a corporibus, nisi dependentiam agẽtis, nõ innatam eis, & sunt excelsiora: & animæ, quæ sunt media: habent enim dependentiam in corporibus aliqua specie dependentiæ, & est impresio, & actio in eis. nam sunt media in dignitate, quia imprimuntur ab intellectibus, & imprimunt in corporibus. Vlterius corpora sunt decem: quorum nouem sunt orbes: decimũ vero materia, quæ est corpus sub concauitate orbis Lunæ: & orbes nouem sunt animalia, habentia quidem corpora, & animas, & habent influxum in entibus, vt dicemus, videlicet ꝙ primum principium emanat ab esse eius prima intelligentia, & est ens existens per se, quod non est corpus, nec est virtus in corpore, & scit seipsum, & scit principium suum. id autem appellauimus primã

intelligentiam: & non curamus de appellatione Angeli, aut intelle- A
ctus, aut cuiusuis nominis. Et sequuntur ab esse eius tria, scilicet in-
telligentia, & anima orbis superioris, & est orbis nonus, & corpus or-
bis superioris. deinde sequitur ab intelligentia secunda intelligen-
tertia, & anima orbis noni, & corpus eius. deinde sequitur ab intel-
gētia tertia intelligētia quarta, & anima orbis Saturni, & corpus eius:
& sequitur ab intelligentia quarta intelligentia quinta, & anima or-
bis Iouis, & corpus eius: & sic vsquequo deueniat ad hoc, quod sequa-
tur ab ea intelligentia, & anima orbis Lunæ, & corpus eius, & intel-
ligentia vltima, quæ appellatur intellectus agens. deinde sequitur à
orbe Lunæ materia, recipiens generationem, & corruptionem ab in-
tellectu agente, & naturas operationum. Vlterius materiæ misce-
tur propter motus orbium, & stellarum diuersis mixtionibus, ex qui-
bus proueniunt mineræ, & plantæ, & animalia. & non est necesse
sequatur ex vnaquaque intelligentia in infinitum: quoniam istæ in-
telligentiæ sunt diuersarum specierum, & quod est vni eorum non B
in aliis. Et sequitur ex hoc, ꝙ intelligentiæ post primum principium
sint decem, & orbes nouem. & summa ex istis principiis excelsis post
primum decem & nouem. & prouenit ab hoc, ꝙ sub vnaquaque intel-
ligentiarum primarum sint tria, intellectus, anima orbis, & corpus
eius. & impossibile est quin in principio eius sit trinitas proculdubio
& non imaginatur multitudo in intellecto primo, nisi vno modo,
est vt ipse intelligat principium suum, & intelligat seipsum, & in-
in consyderatione sui est possibile in esse, quoniam necessitas esse
est ab alio, non ex se. & ista tria sunt diuersa. & nobilius tribus cau-
satis debet ei attribui nobilior his rebus, & emanat quidem ab eo in-
telligentia, ex eo ꝙ intelligit principium suum, & emanat anima or-
bis, ex eo ꝙ intelligit seipsum, & emanat corpus orbis, ex eo quod pos-
sibilis in esse ex se. Et oportet vt dicamus vnde proueniat hæc trinitas
in causato, & tamen principium eius est idem. Et dicimus quod non C
consequitur à primo principio, nisi vnum, & est substantia huius in-
telligentiæ, qua intelligit seipsam, & sequitur ei necessario ex se,
non ex parte principii, vt intelligat principium: & ipsa tamen in se
possibilis in esse, & non habet possibilitatem à primo principio,
ex seipsa. nos autem non negamus reperiri vnum ab vno, ad quod se-
quitur causatum, non ex parte principii, sed ex rebus necessariis re-
uis. & ex eo prouenit multitudo, & fit in hoc principium multitudi-
nis. Et secundum hunc modum possunt composita esse contigua sim-
plicibus, cum impossibile sit absque contactu. & impossibile est
aliter: & est id, quo datur iudicium in eo. & hic est sermo in intelligen-
do opinionem eorum, & quietationem intellectus in ea.

Inducit Alga. responsionem pro philosophis, & dicit, ait Alga. respon-
dens pro philosophis. & loquitur suspensiue vsque ad dubium. 14. v...
& si aliquis diceret, quod hoc dubium facile potest remoueri, & dixit q...

A tur suspensiue, quia statim in dubio.14. impugnabit istud: & ponit modum, quo quis potest pro philosophis respondere, quia dicit, quia entia diuiduntur ad id, quod est alterius subiectum, vt corpus, & ad quod non sic se habent vt substantiæ per se existentes: est ergo diuisio ꝙ ens diuiditur in corporalia, & spiritualia. Deinde subdit spirituale. d. & hæc pars in duas diuiditur partes: quarum prima, vult dicere est, quod agit in corpus tanquam principium motus, & operationum corporis: & hæc dicitur anima tam corporibus generabilibus, quam æternis communis: secunda vero, quæ non agit in corpore, sed in anima, eo modo, quo finis agit in agens, vel agens in formam educendo vel creando illam, & dicitur intellectus separatus. (Entia tamen.) Remouet quoddam dubiũ, quoniam hæc diuisio non est sufficiens, quia dimittit aliquod: soluit. d. entia tamen, quæ in subiectis consistunt, vt accidentia, innouantur, & habent sine dubio subiectum nouum, & perueniunt sine dubio ad nouum principium quodãmodo, id est, generabile quodammodo, & continuum, id est, æternum quodam modo, & hic est motus circularis: est ergo prima solutio, ꝙ ideo non fecimus mentionem de his, quia iam manifestum est illa reduci ad vnum primum, quod est manifestum, (Et de talibus.) Quasi innuit secundam solutionem, d. & de talibus modis non curamus, immo curamus de radicibus per se existentibus non in subiecto, i. de substantijs, vult dicere, quia dicendo de istis erit dictum de

B accidentibus. (Quæ). s. substantiæ. Comparat radices inter se, & dicit, quæ scilicet substantiæ, sunt sine dubio tres. s. corpus, & istæ vilior istis tribus. vult dicere in istis tribus scilicet anima, & intelligentia, & intelligentia non innitens dependentiam, vult dicere, non causans dependentiam de corporibus, id est, in corporibus nisi dependentiam actionis non impresionis, & est nobilior istis tribus scilicet anima & corpore. Et debes intelligere ꝙ ipsa in istis tribus est quid melius alijs. Debes scire ꝙ sicut quatuor sunt causæ ita quatuor sunt dependentiæ: vero in proposito possunt esse duæ dependentiæ scilicet finis, & vocatur dependentia actionis, quia causalitas finis non est causa esse agentis, sed actionis agentis: & dependentia impresionis, quæ est dependentia agentis, quoniam agens imprimit dando esse vel operari: voluit ergo ꝙ intelligẽtia non causat nisi dependentiam actionis, id est, non sit causa nisi in genere finis, et nõ causaret dependentiam impresionis. i. non esset causa in genere agentis. (Et animæ quæ.) Accipit tertiam rẽ, & dicit. & animæ, quæ sunt mediæ inter istas naturas scilicet intelligentiam, & corpus, & habent aliquam dependentiam ad corpus, id est, sunt causa corporis, videlicet actionem, vult dicere in genere finis, & impresionem, vult dicere in genere agentis: quoniam animę cœlorum & generabilium sunt finis corporum illorum, & agentia operationum illorum,

C vel sic apparet modo diuisio entis, & membra eius. (Rursus corpora.) Vult ponere numerum, & ordinem horum diuersorum, & dicit, rursus corpora, sunt decẽ scilicet nouem orbes, & decimum est materia: apud enim istos materia est corpus, vt apparet ab Auic. in primo suę sufficientię: vel forte, per materiam intelligit corpus generabile & q. d. ꝙ corpora omnia sunt decem scilicet nouem orbes cælestes, & corpus generabile est decimum. (Nouum vero.) Declarat dispositionem orbium. d. nouem vero orbes, scilicet sunt animati. s. sunt corpora cum animabus, vnde secundum istos, quilibet orbis est vnum animal colligatum ex anima & corpore habens motum, & operationem vnam. (Et habent.) Exponit ordinem eorum. d. & habent ordinem in esse hoc modo, videlicet ꝙ a primo principio qui est Deus. & motor extra vniuersum influitur, id est, causatur primus intellectus, id est, prima intelligentia, qui est per se existens, id est, non inhærens, nec per assistentiam, nec per informationem, & non est corpus, nec virtus in corpore, cognoscens seipsum & suum principium, id est, Deum. (Et procedunt.) Exponit quomodo istud causat reliqua. d. & procedunt ab eo tres res, s. intellectus, vult dicere proximę sphęrę, qui mouet vt finis respectu illius sicut ipse respectu sui, & anima nonę sphęrę, & corpus supremę sphęrę. (Deinde ab eodem intellectu secundo.) Vult dicere causato ab isto primo procedit tertius intellectus, qui adhuc mouet vt finis respectu sui orbis, & anima

Sicut quatuor sũt causę, ita quatuor dependentię.

firmamenti.s. octauæ sphæræ, & eius corpus. Deinde ab intellectu tertio procedit quartus, scilicet qui mouet, vt finis respectu proximi orbis, & anima orbis saturni, & eius corpus. Deinde, donec peruenit ad intellectum, ex quo procedit intellectus, & anima, & corpus lunæ orbis, & vltima intelligentia, scilicet procedit in essentia ab intelligentia lunæ, quæ intelligentia agens dicitur, deinde ab ista causatur plenitudo lunæ orbis, scilicet materia recipiens generationem & corruptionem de agente intelligentia, id est, a colcodea. Debes scire, q materia dicitur plenitudo lunæ orbis, pro quanto est effectus similis orbi lunæ causatus immediate post illum ab intellectu agente secundum illos, vel forte dicitur plenitudo, pro quanto totam sphæram actiuorum implet: tu considera. Deinde prosequitur ordinem. d. rursus fiunt, deinde, post generationem materiæ mixtionis materierum alijs de causis, vult dicere alijs causis concurrentibus, & declarat quomodo. d. radij nanque siderum mixtiones habent, vult dicere in potentia actiua, sicut virtus genitiua animam, ex quibus fiunt mineralia, & plantæ, & animalia. (Et non oportet.) Soluit quoddam dubium: posset quis dicere, quare post intelligentiam actiuorum & passiuorum non fuit facta vlterius alia intelligentia ab illa alia: & sic inde soluit. d. & non oportet q a quolibet intellectu procedat intellectus ad infinitum, id est, vltimo. hæc namque intelligentiæ differunt specie, vult dicere, quod non est eadem ratio de vltima, & de alijs, quoniam differt specie ab illis: ideo ista non producit amplius aliam, quia huius naturæ, illæ autem sic, quia huiusmodi naturæ. Sic apparet solutio quæstionis. (Patet ergo.) Concludit ordinem, & dispositionem harum intelligentiarum. d. patet ergo ex istis, q intelligentiæ post primum sunt decem, & orbes nouem. ergo omnia ista mobilia principia, id est, intelligentiæ mouentes, vt finis tantum, sunt decem post primum principium, vult dicere dato primo principio. Deinde declarat dispositionem cuiuslibet intellectus. d. etiam sub quocunque intellectu tres continentur res computando ipsum, scilicet intellectus ipse, & anima orbis, & corpus ipsius, scilicet animæ. Deinde dat quasi causam correlarie, quare primum principium non potuit multa causare. d. & ideo oportet quod in suo principio trinitas nulla possit imaginari pluralitas in primo intelligibili: sic reperitur litera in libro meo, & forte est supra, vel translator male transtulit, vt reputo: sed quomodocunque, debet ordinari, & ideo oportet q in suo principio primo intelligibili nulla possit imaginari pluralitas trinitas, id est, pluralitas trinaria nisi vno modo tantum, in se autem oportet, videlicet prout intelligit suum principium & seipsum: & sic debet legi ista litera, & tunc apparet solutio, quare primum vnum tantum causat, & secundum tria: primum enim vnum tantum, quia non intelligit nisi se. aliquis autem pro quanto intelligit primum, & se potest causare multitudinem. (Vnde respectu sui.) Soluit quoddam aliud dubium, posset quis dicere, si primus intellectus causatus a primo motore vniuersi sit necesse esse, an naturaliter eius possibile: soluit. d. vnde respectu suiipsius, id est, natura eius est possibilis esse, necessitas enim sui esse consistit in alio, non in seipso. vult dicere natura eius est natura possibilis, attamen ab alio est perpetua & sempiterna. (Ecce ergo.) Remouet aliud dubium: ex quo intelligentia immediata producta a Deo producit tria propter dispositionem multam, quam habet, quomodo illas dispositiones producit illa tria. Soluit. d. ecce ergo, q hæc res sunt tres inerentes, vult dicere productę ab illa, quia intelligentia proximi orbis, anima orbis, & suus orbis: vnde nobilior trium tãtorum debet nobiliori attribui, est suum principium: sic habet litera mea, sed est corrupta, & debet dici: ergo intelligit suum principium, & anima orbis, prout intelligit seipsum, est corpus orbis inquantum est apud de seipso: & ideo inuestiganda est ista trinitas rerum factarum ab illa vna, vnde procedit in causato q suum principium sit vnum, & tamen ipsum sit tres res, vt vides: & voluit dicere q tu debes inquirere, quia est difficile: & forte ly vnde procedit in causato, debet continuari cum litera, quæ sequitur, ita q sit quasi quædam quęstio, quæ sic mouetur: vnde procedit in causato, q suum principium sit vnum, id est, quod Deus sit simplex ita

Qualiter materia dicitur plenitudo orbis lunę.

A

B

C

A dum esse, & virtutem: &, tunc per literam sequētem innuit solutionem. d. vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit nisi vnum, videlicet substantia huius intellectus, ex quo intelligit seipsum: hæc responsio primo aspectu non videtur esse ad punctum quæstionis: sed dico quod voluit dicere, quod ideo fuit vnus, quia talis. Et eius naturam non possumus scire aliter, nisi quia effectus eius est vnus: vel potest tertio illud verbum, vnde procedit in causato, exponi sic, vt dicamus ꝙ intentio quæstionis est ista, videlicet, vnde procedit in causato quod suum principium sit vnum, id est, vnus effectus: quod enim dicitur principium vnum, quod vnum tantum producit: est ergo sensus quæstionis, vnde procedit in causato, quod eius effectus & efficiens sit tantum vnum in causando: & tunc verba sequentia sunt manifesta: vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit nisi vnum, videlicet substantia huius intellectus, ex quo intelligit seipsum: & hæc tertia expositio est mihi plus apparens, & vera in se. Deinde vltimo remouet quoddam dubium, potest enim quis quærere, ex quo primus intellectus causatos intelligit, & est necessario, quomodo potest esse a primo. Vel potest quæstio esse: primum necessario causat, quomodo effectus potest esse contingens: & ambo sunt boni sensus. Ad secundum tamen sensum respondet, ex quo apparet solutio ad primum, vnde dicit: & sequitur, cum necessario habet a primo quod intelligat illud, quoniam in sui natura non est necesse esse, sed ipse de se est possibilis esse, & possibilis non esse, & non habet possibilitatem a primo principio, immo de seipso. ecce igitur solutio ad formam. Dicendum enim, quod licet primum necessario causat illud, attamen possibilitatem habet ex sui natura, quæ est secundum se contingens, ex quo apparet solutio ad primum sensum: negatur enim quod primum causatum sit ens necessario intellectus necessario, sed in sui natura est contingens, ideo potest esse a primo: isti enim crediderunt quod necesse esse non possit ab alio causari, vt alibi dixi.

B

SED HIC dubitatur, primo: quia primum causatum est simplex adhuc secundum rem, ergo adhuc non potest producere multa secundum rem quoniam, si distinctio rationis in principijs causatiuis sufficeret in primo, non esset repugnantia ex parte intellectus nostri intelligere multitudinem, ergo posset esse causa multorum. Secundo dubitatur fortius: quoniam, si intellectus ille producit, oportet ꝙ habeat tres rationes: modo non habet nisi duas. s. intelligere primum a quo fit, & intelligere se, ergo per ipsa duo non potest producere tertiū scilicet orbē. Alias quæstiones adduxi in lib. de intellectu contra hoc, vide eas, quia multum conferunt ad propositum. Ad primam dicendum, ꝙ distinctio secundum modum, quę apud nouos dicitur distinctio rationis, est duobus modis: quędam ficta non fundata in re, nec accepta in re: vt si vellem considerare ens quodcunque, possem ei fingere rationis distinctionem isto modo: alio modo vera, quæ accipitur a re, & fundatur in re, vt in homine est distinctio rationis secundo respectu animalis, quia accipitur a re. Ad propositum dicendum, ꝙ distinctio rationis seu modi in principijs secundo modo sufficit ad causandum diuersa secundum istos, & non oportet ꝙ illa sint distincta re, & subiecto, quoniam quę sunt dispersa in causatis colligantur in causa, modo hęc distinctio rationis bene potest inueniri in secundo ente, & non in primo: potest enim secundum ens intelligi inquantum intelligens primum, eo quia causatur ab eo, & inquantum intelligens se, primum autem, quia est simplex in causatum, ideo non potest intelligi inquantum intelligit aliud a se, & inquantum intelligit se nisi distinctione facta, ideo est simpliciter vnū re & modo apud istos, ideo tantū vnū produxit, videlicet pro quāto intelligit se, vnde intētio sui est principium, quo producit primū intellectū. Ad secūdum dicēdū, qđ diu reputaui qđ ille intellectus intelligendo se produxit tm̄ animam orbis, & orbis fuit causatus ab illa anima immediate, & pōt saltē hoc teneri de mente Auic. attamē pro nunc puto esse dicendū secundum istos, ꝙ orbis & aīa sunt vnū colligatione, & ideo intellectus produxit per hoc, qđ intelligit se totū illud colligatū mediante aīa illa, sicut in cōposito naturali apparet. Sed dices, a pari potest dici, quod totus mundus pro-

C

Prima dubitatio.

Secunda.

Solutio ad primam.

Duplex est distinctio rationis.

Ad secundū

Replic.

ducitur a primo, quia est vnus colligatione & esse, vt dictum est: ergo, vt A
positio contradicit sibi, vel tua non est ad mentem eius. Dicendum quod
facit istud argumentum contra illos, vt apparuit in principio debij pro
attamen posset dici quod non est simile de toto vniuerso apud istos, & a
paruo vniuerso: quoniam entia in toto mũdo sunt valde diuersa, vt appa
operationibus. sed istud est colligatum operæ & esse: ideo forte potest li
ligi: & tu considera melius.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc totũ est contradictio Philosophis, vt sensit
cenna, & Alfarabius, & alii. Opinio vero Antiquorum
sint hic principia, & sunt corpora cœlestia. & principia co
rum cœlestium sunt entia separata à materia, quæ mouent cor
cœlestia, & corpora cœlestia mouentur ab eis modo seruitutis, &
lectionis eis, & receptionis iussus eorum cum motu, & intellect
eorum. &, quia ipsa producta sunt propter motum: & hoc est, B
niam verificatum est quòd principia, mouẽtia corpora cœlestia,
separata à materia, & non sunt corpora: non remanet modus, quo
moueat hæc corpora, nisi ex eo, quòd mobili iniunctum sit ad m
& propter hoc necesse est apud eos vt sint corpora cœlestia vi
tia rationalia, quæ intelligunt seipsa, & intelligunt principia
uentia ea, modo iussus eis. Et, quoniam patet ꝙ nulla sit diffe
inter scientiã & scitũ, nisi ꝙ scitum est in materia, sciẽtia vero n
in materia: & hoc dictũ est in libris de Anima: & iã sunt entia, q
sunt in materia: sequitur ergo vt sit substantia corũ sciẽtia, aut in
ctus, aut quouis nomine appellabis eã. & verificatũ est apud eos
principia sunt separata à materia: qm̃ ipsa influunt corporibus c
stibus motum continuũ, quo eis nõ euenit labor, nec defectus: &
ne influens motum continuum huiusmodi non est corpus, nec
tentia in corpore: & corpus cœleste acquisiuit permanentiam
ratis. & verificatum est apud eos quòd ista principia separata
eorum est copulatum primo principio eorum. sin autem, non es
ordinatio reperta. & sermones eorum, quos scripserunt in h
vult scire veritatem, eis incumbat. Et ex eo, quo apparet ꝙ o
mouentur motu diurno, licet moueantur motu proprio, ve
apud eos ꝙ iubens in istis motibus est primum principiũ, & c
glo. & ꝙ ipse iussit omnibus principiis, vt iubeant cæteris o
aliis motibus. & hoc iussu permansit cœlum, & terra: vt iussu
Principis ciuitatis seruantur omnia præcepta prouenientia a
quo, quem Princeps præposuit in rebus ciuitatis omnibus e
tibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei co
sunt &c. Et hic iussus, & seruitus est principalis in iussu, &
quæ necesse est esse homini, ex eo quòd est animal rationa
tem, quod recitauit Auicenna de prouentione horum prin
abinuicem, est res, quam nescierunt sapientes. Quod vero

A eos est, q habent a primo principio status tales, quibus non perficitur esse, nisi in illo tali loco. & copulatio, quæ est inter ea, est illud, quod facit ea esse causata abinuicem, & omnia a primo principio, & non intelligitur de agente, & acto, & creatore, & creato in illo esse, nisi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cum vno, est aliter quam hic intelligitur de agente, & acto, & faciente, & facto in arte. Si autem imaginatus fueris quòd sit princeps, habens substitutos multos, & isti substituti habeant alios substitutos: & non est esse substitutis, nisi in recipiendo substitutionem, & faciendo præceptum eius: & non est esse eis, qui sunt substituti, nisi mediantibus substitutis prioribus: necesse est vt Princeps primus sit ille, qui tribuit omnibus entibus rem, qua sunt entia. nam, si aliquis est, cuius esse est vt sit substitutus, non est quidem ei esse, nisi propter dominum primum. Et hoc est id, quod tenent Philosophi, q sit præfatio legum in B creatione, & innouatione & iussu. & hęc est disciplina propinqua, qua potest intelligi opinio horum hominum, absque q eueniat ei dubitatio, quæ euenit ex auditu opinionum hominum, secundum differentiam, quam narrauit Alga. hic. & hoc totum existimauerunt declaratum fuisse in libris eorum. Et qui potest operam dare libris eorum cum conditionibus, quas narrauerunt, sciet veritatem eius, quo ratiocinantur, aut contrarium eius. & non intelligitur de opinione Arist. aliud pręter hoc, nec de opinione Platonis: & est finis eius, ad quod peruenerunt intellectus humani. Potest tamen homo peruenire ad istas res ex sermonibus euenientibus eis, quòd sint famosi, cum hoc, q sint intellectuales: in quibus hæc via disciplinæ est delitiosa, & dilecta omnibus. Et vna ex propositionibus, quibus hoc apparet, est q homo, cum consyderauerit entia, quæ sunt hic, apparet ei q res, quæ appellantur viuentia, scientia, sunt ea, quæ mouentur ex se motibus terminatis, versus intentiones, & operationes terminatas, ex quibus proue- C niunt operationes terminatæ. & ideo dixerunt Loquentes quòd omnis actio prouenit ex viuo sapiente. &, cùm fuerit apud eum hæc radix, & est quod omne, quod mouetur motibus terminatis, & proueniunt ex eo operationes terminatæ, & ordinatæ, est viuum, sapiens. & copulatur isti id, quod apparet sensui: & est quod cœli mouentur ex se motibus terminatis, & ordinantur ex hoc entibus, quæ sunt sub eis, operationes terminatæ. & ordo, & proportio, quo sustentatur id, quod est sub eis, ex entibus, concluditur radix tertia, in qua non est dubiũ: & est quod cœli sunt corpora viuentia cognoscentia. Quòd autem ex motibus eorum sequantur operationes terminatæ, quibus sustentatur id, quod est hic ex animalibus, plantis, & mineralibus, & conseruatio eius, hoc est notum per se cum consideratione. nam, nisi esset propinquitas Solis, & remotio eius in circulo suo obliquo, non essent hic quatuor tempora: &, nisi essent hic quatuor tempora, non essent plantæ, nec animalia, nec processus generationis secundum ordinem

Si nõ essent quatuor tempora anni, nõ esset nec plantę nec animalia.

in generatione elementorum adinuicem, secundum æqualitatem conseruetur esse eorum. v.g. cum prolongatur Sol a meridie, tur aer in parte septentrionali, & fiunt pluuiæ, & multiplicatur tio elementi aquę, & multiplicatur in parte meridionali genera menti aeris: in ęstate vero cōtrarium, s. cum fuerit Sol prope strum. versus septentrionem. & istę operationes, quę reperiuntur le propter propinquitatem, & remotionem, quam habet quolibet ente, ex eodem loco reperitur a Luna, & omnibus nam oēs habent orbes obliquos, & faciunt quatuor tempora eorum circulari. & quod magis est in esse entium, & conserua rum est motus diurnus, magnus quidem, faciens diem. & iam lex prouidentia Dei in homine, cum submittantur ei omnes dixit ipse glo. & ad prædominandum in die, & in nocte, & nia tempora terræ, &c. & nisi esset fœdus meum, &c. Et, cum raucrit homo has operationes, & regimina prouenietia, diuers ex motibus stellarum, & viderit stellas moueri iis motibus, & figuras terminatas, & ex partibus terminatis, & versus operat terminatas, & motus contrarios, scit istas operationes termina uenire ex entibus cognoscentibus, & animatis, habentibus & voluntatem. Et quod magis facit eum credere hoc, est, cum demus multa ex corporibus paruis, fœtidis, vilibus, & obscuris pertis non priuari vita generaliter cum paruitate partium eorum litate mensurę eorum, & breuitate vitæ eorum, & obscuritate ris eorum, & q̄ bonitas diuina eis influxit animam, & compre nem quandam, qua regūnt seipsa, & conseruant esse suum, tet q̄ multo magis debent esse corpora cœlestia animata, cópre tia, q̄ ista corpora, p p magnitudinem corporis, & dignitatem multitudinem luminis corū, vt dixit ipse glo. mediante Prop Cœli enarrant, &c. sed multi hominum nesciunt hoc. Demum, syderetur regimen eorum in corporibus animatis, quę sunt absolute q̄ sunt animata. nam animatum non regitur, nisi ab perfectiori anima, q̄ anima eius. Et, cum consyderauerit hom corpora magna, animata, rationalia, eligentia, q̄ nos contine syderauerit tertiam radicem, & est q̄ prouidentia eorum ad hic, non est necessaria eis in esse eorum sciet q̄ iniunctum motibus, & sunt submissa eis, q̄ sunt sub eis ex animalibus, & inanimatis, & iubens eis est aliud ab eis, & est non corp cessario. nam, si esset corpus, esset de numero eorum. & quo rum est obediens ei, quod est sub eo hic ex entibus, & seruit indiget seruitute eius in esse suo. &, nisi esset iussus eis, non rent ad id, quod est hic continue: quoniam ipsi vellent non quidem vtilitatem in hac operatione. Igitur mouentur propte sum, & timorem euenientem eis ad conseruandum ea, & sustentandum esse eius: & iubens est Deus glo. Verbi gratia,

Obserua pulchra.

A quis viderit multitudinem hominum dominantium in rebus, & operationibus terminatis, non cessantibus in instanti, licet operationes illæ non sint necessariæ in esse eorum, & non indigent eis, deliberabit proferre sententiam quod sunt timentes. & iniunctum est eis in operationibus illis, & quòd habent pręcipientem, qui pręcepit eis in hoc regimine continuante prouidentiam in aliis, qui est superior eis superiori gradu, & sunt vt serui obedientes ei. &, cum consyderauerit homo aliud, & est quod vnusquisque planetarum septem habet motus innouatos motui eius vniuersali, habentes quidem corpora seruientia corpori vniuersali, ac si essent obedientia, sciet absolute etiam quod quilibet planeta habet iussorem sibi proprium, deputatum eis ex primo iubente. vt euenit in gubernatione exercitus, qui est collectio vniuscuiusq; eorum sub vno iussore: & isti iussores, qui appellantur capitanei, deueniunt ad vnum principem, & est princeps exercitus, sic est dispositio in motu corporum cœlestium, quam perceperunt Antiqui de istis

B motibus, & sunt quadraginta, & postea reducuntur omnia ad septem planetas, & reducuntur illi septem ad octauum, & reducitur octauum secundum diuersitatem, quæ est inter Antiquos, in numero motuum ad iussorem primum. Et hæc notitia habetur homini hoc modo, siue sciat quomodo sit principium creationis horum corporum cœlestiũ, siue nesciat: & quomodo sit copulatio aliorum iubentium cum primo præcipiente, siue sciat, siue nesciat. nam ipse non dubitat quod, si essent ex seipsis, scilicet antiqua absque causa, & inuentore, possibile esset eis non recipere iussum a iubente vno cum subiectione, & seruitute. & sic est dispositio iubentium cum iubente primo. &, cum hoc non fuerit eis possibile, ergo est ibi proportio inter eos, & eum, & proportio, quæ determinauit eis obedientiam, & seruitutem. & hoc non est aliud, nisi ex eo quod sunt ei ex natura esse eorum, non vt accidens ex accidentibus, sicut est dominus cum suis seruis, sed in natura esse eorum.

C nam non est ibi seruitus addita substantię, immo substantię illę sustẽtantur in seruitute. & hęc adeptio est regnum cœli, & terrę, quod vidit Abraham pater noster, cum dixit Facies cęlum, & terram. Et scias quod, cum sic fuerit, necesse est vt non sit creatio horum corporũ, & principium generationis eorũ, modo generationis corporum, quę sunt hic. & intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem huius operationis, licet sciret esse eius. Qui autem perquirit assimilari duas entitates, quarum vna est in altera, & quod agens earum sit agens eo modo repe[illegible] [illegible], hic est in maxima perturbatione, deceptione, & confusione. Et hæc est summa eius, quod intellexerunt Antiqui de corporibus [illegible], & constitutione eorum a creatore glo. quod non sit corpus, [illegible] eius, quod est ex entibus inferioribus ab eo, quę [illegible], & vnum eorum est anima. constituere autem esse [illegible] quod sunt innouata eo modo, quo innouantur corpora, quæ sunt hic, vt conati sunt loquentes, est nimis difficile. & propo-

ſitiones, adductæ in hoc, non complent id, quod intendunt decla
& declarabimus hoc ex ſermonibus noſtris ſubſequentibus, cum
quemur de via conſtitutionis eſſe Dei glo. His autem habitis reu
mur ad narrandum ea, quæ dicit Alga. in contradicendo ei, quod
tauit de opinionibus Philoſophorum, & notificabimus gradum
in veritate. nam hoc eſt intentum primum in hoc libro.

Poſtquam dicta eſt opinio iſtorum, vult modo adducere Auerro. opin
verorum philoſophorum de ordine orbium, & diſpoſitione ipſorum, & m
eorum, & quomodo colligantur cum primo, & vnde appareat defectus op
nis prædictę: vnde dicit, dicimus nos, quod omnia iſta ſunt limitationes
ſophorum antiquorum, videlicet Auicen. & Alpharabij, & ipſorum ſe
voluit dicere ꝙ iſta opinio creditur eſſe ad mentem antiquorum, non tam
ideo ponit illam. d. & opinio tamen antiquorum eſt, ꝙ hæc vult dicere m
cœlorum ſunt principiantia corpora cœleſtia, & principia corporum im
tia ſeparata de materijs. ergo ſunt iſta principia ſeparata: & ſyllogiſmus
prima figura ſic. principia corporum cœleſtium ſunt ſeparata: motores c B
ſunt principia illorum, ergo ſeparata: hæc igitur eſt prima propoſitio, qu
habere contra eos, qui ponunt animas ineſſe corporibus illis, neque eſſe
ras formas. Deinde vult remouere alium errorem per aliam propoſition
enim error fuit, ꝙ animæ cœlorum trahuntur ab intellectibus ſeparatis
uent eos eo modo, quo finis mouet agens: contra iſtum probat iſtam pro
nem, ſcilicet ꝙ illi motores mouent propter complacentiam: & corpor
ta mouentur tanquam obedientia: & ſyllogiſmus componitur ſic: qu
mouent aliqua, quæ non eis reſiſtunt, ſed mouentur mota ipſa, mouent
amoris & complacentię. & illa mouentur propter obedientiam: ſed mo
ſeparati reſpectu corporum cœleſtium ſunt huiuſmodi. ergo concluſio
ſequitur. d. ergo quę, ſcilicet principia ſunt mouentia corpora cœleſtia
corpora mouentur: hęc eſt virtus minoris, & infert concluſionem. d. erg
cipia modo obedientiæ & amoris, vult dicere mouent: & corpora ob
mouentur: & tunc eſt concluſio. Deinde probat minorem, quantum ad
tem, ſcilicet ꝙ corpora illa mouentur: & poteſt ſyllogiſmus ſic compo
ſunt creata propter moueri, ſunt nata moueri cum obedientia: ſed corp
ſtia ſunt facta propter motum. ergo ſunt nata moueri: maior eſt mani
eſſent ocioſa, & ſuperflua: minor autem accipitur hic, tanquam nota: & C
tum minorem accipit. d. & ipſa corpora fuerunt creata propter motum
ſup. tu reſiduum: deinde probat idem per ſyllogiſmum alio modo, lice
virtualiter poſitus, & poteſt ſic componi: principia ſeparata a materia
pore, ſimpliciter impartibilia mouent amore & intelligentia corpora
corpora mota obedienter: ſed motores orbium ſunt huiuſmodi: ergo,
vnde huius ponit minorem, & concluſionem. d. cum enim declaratum
cipia mouentia ſupercœleſtia corpora ſeparata ſunt a materijs, & quod
cipia non ſunt corpora: iſta eſt minor: non ergo remanet modus, quo d
quod ipſa principia mouent corpora, niſi dicamus ꝙ mobile mouetur m
dientię. Et hęc eſt potentia concluſionis. Debes ſcire quod motores
omnia ſunt ſeparati, mouent propter amorem, intelligentiam, & compl
amorem quidem, quoniam amant primum, quod non poſſunt amare a
ligibili niſi eſſent ſeparati: intelligentiam quidem, quoniam mouent pro
quod intelligunt de primo, vt dicam poſt: complacentiam vero, quoniam
tio primi eſt conſeruare entia in ſuis diſpoſitionibus, & ideo in mo
quuntur intentum primi, ideo complacent ei, & ſic mouent per comp
& hęc omnia ſunt dicta in quęſtione de intellectu, & alibi, ſcilicet in
tia orbis, vt dicam forte poſt. Secundo debes ſcire, quod corpus c
uetur obedienter: eo quia non reſiſtit motori ſeparato, immo maxime
ad motum illius, eo quia factum fuit propter motum illum, vt colligitur

Quia motores orbium ſunt ſeparati, ideo tripliciter mouẽt orbes. ſ. ꝓp amorẽ, intelligentiã, & cõplacẽtiã.

Quia corpus cœleſte non

roe hic, & 3. commen. secundi cœli: vnde obedire proprie est sine resistentia trahi ab alio: & quia corpus sic trahitur: ideo dicitur obedienter moueri.

resistit motori, iõ mouet obediẽter.

Sed tunc occurrit dubium: quoniam, tunc mouent in instanti: quoniam, secundum dicta Auerrois, intelligentię mouent quantum possunt, & secundum vltimum suę potentię. ergo, si mobile nullo modo resistit eis, motus erit in instanti: quoniam successio in motu causatur, vel a resistentia medij, vel mobilis, vt. 4. Physi. com. 71. dictum est.

Dubitatio.

Solutio.

Et dicendum, quod ibi est resistentia: quia cœlum est corpus actuale, quantum, & extensum, vt dictum est in quęstione de resistentia: vnde cœlum resistit intelligentię, quia est corpus actuale quantum extensum: dico corpus actuale, quoniam corpus in potentia, sicut est forma corporis substãtialis materię coeterna nullam resistentiam habet ad motum, sicut nec materia, quia est illimitata ad omne vbi: quia igitur cœlũ est corpus actu vltima actualitate, ideo impossibile est ei, quando est sub a, esse sub b. vbi, & nulla est quærenda causa quare resistit, nisi quia corpus actuale vltimum quantum. Et hoc dicit Auerroes. 7. Physicorum soluens pręsentem: quasi dicat, & forte hoc accidit ex diuersitate naturarum mouentium, quę non sunt in materia in nobilitate secundum magis & minus, & diuersitate naturarum corporum, quę mouentur ex eis: ęcce quomodo patet solu. pręsens.

Sed dices, si resistit, ergo non obedit ei; ergo destruitur opinio Auerrois.

Replica.

B Hic dicendum, quod duplex est resistentia: quędam cũ inclinatione ad contrarium, immo impellens ad contrarium: & hæc affert obedientiam, sicut apparet in homine, qui trahitur violenter in aliquo: quędam cum determinata pausa suę obedientię, non tamen inclinatione impellente ad contrarium: si quis enim imperat mihi vt vadam ad eum, & ego vado libenter, certum est quod non vado ad ipsum in instanti, licet ipse appetat me in instanti, quoniã natura media est limitata ad certum: propter hoc non dicor inobediens: ita in proposito: cœlum obedit intelligentię, eo quia non inclinatur vi ad contrarium: attamen sua natura, quia corpus, limitatur ad motum tantę velocitatis: & istud non aufert obedientiam, vt dixi in exemplo, & de hoc dixi in quęstione de resistentia cœli.

Duplex est resistentia.

Et postquam remouit duas propositiones, scilicet dicentem corpora cœlestia esse animata animabus materialibus, & dicentem corpora cœlestia moueri a motoribus separatis trahentibus animas eorum, vult modo concludere dispositionem corporum cœlestium secundum veritatem Aristo. & dicit: quare sequitur eos, vult dicere philosophos antiquos, idcirco quod corpora cœlestia sunt viua, & rationalia, & quod intelligant seipsa, & ipsorum principiorum mouentia. Et videtur mihi quod innuat hunc syllogismum: omne compositum ex forma separata mouente amore, intelligentia, & complacentia, & ex corpore obedientię illi motori, est animal rationale viuens, intelligens se, & suum

C principium: sed corpora cœlestia sunt composita huiusmodi: ergo in prima figura sequitur conclusio, quam hic intulit: maior declarabitur, licet sit aliqualiter nota, minor fuit declarata ex iam dictis, & conclusionem hic posuit tantum. Deinde vult remouere dubium: quia posset quis opinari, si corpus cœleste est animal rationale viuens: ergo intentio eius, & eius scientia causatur a rebus, ergo recipit accidentia. Pręterea, si ita esset: corpus cœleste esset homo, quoniam nulla esset differentia inter scientiam corporis cœlestis, & hominis: vt ergo remoueat ista dubia, vult declarare qualiter scientia illorum cũ scientia nostra est ęquiuoce dicta: & sic erit quęstio soluta.

Dubitatio.

Et intendit probare hanc conclusionẽ, quod in separatis a materia scientia, & scibile non differunt, immo sunt vna substantia: & syllogismus est: omne scibile separatũ a materia est vnum in substantia cum substantia illius scientię: sed in separatis a materia omne scibile est separatum a materia: ergo in separatis a materia omne scibile est scientia scientis in substantia: maior declaratur, quoniam scientia & scibile differunt modo: eo quia scibile est in materia, quia est vniuersale in potentia, quod est actu indiuiduum, vt dixi in quęstione de vniuersali: scientia autem est separata a materia: sola differentia est in modo ratione materię: vbi ergo erit abscissa materia, ibidem remanebit abscissa cã dispositionis scibilis a scientia: & sic apparet maior. Et potest syllogismus sic componi, scientia & scibile solummodo differunt a materia: scien

Solutio.

Scietia, et scibile nõ differunt in separatis.

tia & scibile in separatis non differunt modo materię: ergo scientia & sci-
illis non differunt, in secunda figura: minor autem. f. 12. Metaph. tex. com
nolo pro nunc immorari in illo: huius syllogismi ponitur maior prosyllogi
cum ergo prælibatum sit a philosophis quod nulla sit differentia inter scie
& scibile, nisi quod scibile est in materia, & scientia minime, vt declara
in libro de anima: hęc fuit maior prosyllogismi. Deinde ponit conclusio
cipalem syllogismi. d. ergo, si inuenirentur entia immaterialia, oportet q
rum substantia esset scientia, aut intellectus, immo & intellectus. Hic
dendum, quō scibile in substantijs separatis sit separatum a materi necess
dendum quomodo ibi scientia, & scitum sunt vna substantia: esset vide
de intellectu nostro aliquid: & tamen pro euidentia dictorum recurre ad
nem de intellectu circa finem. Deinde probat minorē syllogismi princi
dicentem quod illa entia sint separata a materia: & syllogismus compon
omne agens mouens motu continuo, & sempiterno est separatum a mat
corpore secundum esse: sed oēs motores corporū cœlestium mouent illa co
tinuo & ęterno: ergo in prima figura omnes illi sunt separati simpliciter
primo tangit minorem. d. & declaratum est apud eos quod ista principia
A di intelligendi vnam rem, vel diuersitas connotatorum: vnde albedo, & album differunt in significatione, adeo quod album addit in significatione aliquid albedini, nō tamen actum sunt duę res, sed duę in modo: sic etiam esse, & necesse esse: esse enim non differt secundum rē a necesse esse, nec econtra: attamen necesse esse addit in significatione ipsius esse, eo quia addit diuersitatem modi, & connotati. Ex hoc apparet error Algazel. qui putat quod omne addens alteri in significatione, addat in re & esse: & hoc est error purus: & postquam dixit id, vult declarare ratione met. qualiter id sit verum dicens, tandem dicimus quod ens, quod est vniuersale, id est, communissimum, diuiditur ad necessarium, & ad possibile: tunc isto supposito ax meta. arguit: vnde, si differentia vnius partium, id est, vnius illius diuisi membrum super id vniuersale, additum fuerit, eo modo necessario dicetur de reliqua, scilicet quod illa sit addita super illud vniuersale, Verbi gratia, si possibile est additum super id vniuersale, tanquam res distincta, eo modo erit de necessario, quia est nulla differentia: sed illę differentię non possunt esse ambę additę super illud vniuersale: ergo hypothetice arguendo neutra additur super id vniuersale: maior est manifesta: minor declaratur, quę fuit oppositū consequent.s conditionalis. & .d. diuisio .n. entis ad possibile, & necessarium nō est similis diuisioni animalis ad rōnale, et irrationale, aut diuisioni eius ad ambulās,

B & natans, & volans. cuius rōnem dicit: ea .n. addita super genus, & inferunt additionem .i. compositionem in speciebus: et exēplificat .d.s. ꝙ animalitas est quid cōe, & hę drię sunt additę super eū .i. ipsum: sed possibile egressum .i. positū ab Aui. diuisione nullū quid extra aīam actualiter, vult dicere addit enti diuiso, & ꝑ consequens nec in inferioribus eius: immo est significatio erronea, vt supra dictū est, eo ꝙ ens qđ suū esse causam habeat, nullā habeat significantiā nisi priuatio tm: sic habet liber meus, & sine dubio est male traducta, & debet sic ordinari, eo qđ ens possile, quod suā causam habeat, nullā habet significationē nisi priuatio: vult dicere nisi significationē, q̄ est priuatio, videlicet. quod quodcunq; ens esse habuerit ab alio .i. dicatur ens possibile, non habet de se nisi priuationē, vult dicere necessitatis: vel forte litera pōt stare, & vult dicere. oportet quod ens, ꝙ suum esse causam habet, id est, non habet causam essendi nisi suū esse, & intēdit ens necesse nullā habet significationē nisi priuatio tm. Et secundū verbum, s.d. videlicet quod quodcunq; ens esse habuerit ab alio, non habet de se nisi priuationē, nisi natura ipsius fuerit de natura rei possibilis, vult dicere per hoc, quod aliud ens est possibile esse, quod est ēt .d. priuationem nisi eius natura sit possibilis possibilitate addita: & sic contra ea, quę dicta sunt. Deinde infert peccatū Aui. c .d. & ideo diuisio Aui. de ente ad necessarium esse, & ad possibile diuisio

C ignota est: qm̄ ex hoc non intelligitur verum necessarium: & hoc melius in sequentibus declarabitur. Deinde ponit vltimam conclusionem in hoc .d. quod tādem quod declarari debet est, quod ens necessario diuiditur ad substantiales differentias, id est, per differentias essentiales, aut ad dispositiones, id est, per modos relatiuos, aut accidentia addita super entis substantiā: vnde prima istarum diuisio infert multiplicationē actionum, id est compositionem ex pluribus in eodem ente: hę vero reliquę diuisiones nullam inferunt pluralitatem. Sed debes scire, quod ipsum ens potest diuidi tribus modis, vel diuisione essentiali per differētias essentiales: & sic est impossibile: qm̄, tunc esset genus, & sic omne contentū sub eo esset compositum, & sic Deus esset in se compositus: vel diuisione accidētali per accidentia, & tunc diuiditur in vnum & multa: quę diuisio est secundum hunc philosophum nec in differentias, nec in modo entis, sed in accidentia entis: & sic non facit compositionem in contentis sub eo: per hoc enim, quod ens aliquod est ens, & vnum, non est compositum: vel forte intelligit per diuisionē in accidentia, non diuisionem adequatam: qm̄ ens adequate non pōt diuidi per accidentia: qm̄ accidens est vnum membrum entis, sed diuisionem inadequatam: sed quomodocunq;, non facit cōpositionē veram in contentis sub ente: tertia diuisio in modos est optima diuisio, & sic ens diuiditur: & sic apparet vltima resolutio huius secundū hunc philosophum. Et postquā declarauit errores istorū, & vltimate posuit determinationē huius, ad probandum hoc remouet quędā dubia, vt

Tripliciter diuidit͛ ens.

vltimo veritas elucescat: & primo mouet dubium, quod potius cadit in ...tione Algazel. quam Auerrois, &c. d. & si aliquis diceret quod denomina... dispositiuę diuersitatem actionum inferunt, vult dicere quod posset quis... quod pluralitas modorum in aliquo facit quod ab eo possit prouenire mul... & tunc infert, ergo a primo principio procedit pluralitas necessario, vult ...re, quia in eo est pluralitas secundum modum: & tunc infert, & ideo prin... cipium non indiget de primo causato, id est, ipso primo causato: vnde, ... quo procedat pluralitas propter illius compositionem, si sine illo potest... pluralitas effectuum contra illos. Deinde inducit solutionem, quam posuit ... illi, & eam remouet. d. & si vero, vult dicere, dicatur quod pluralitas di... demonstrationum processum diuersarum actionum a primo principio non ... contra arguit. d. simile dici potest quod primi causati de nominibus, vult ... non procedat distinctio effectuum: quoniam non maior distinctio erit in ...tionibus causati primi, quam causę primę: & concludit errorem istorum. d. ergo ex hoc error huius hominis. Postquam remouit istam opinionem, ... ttitno veram solutionem. d. tandem dicimus quod non est impossibile, ... vna & eadem substantia sequatur affirmatio & negatio denominationum, vult dicere effectus contradictorij prouenientes a denominationibus illis ... hoc non sequitur pluralitas in ipsa substantia, vt opinatus est Algazel, ...

Dubitatio.

hoc possunt solui prædicta dubia huius capituli. Sed hic incidit dubium: ... non videtur ratio Auerrois contra solutionem illorum aliquid valere: ... dispositiones in primo causato sunt in modo distinctæ distinctione vera, ...

Solutio.

in primo non nisi ficta distinctione, vt iam dixi in expositione sui capitu... est valde difficilis solutio, attamen debes scire, quod Deus et si non dicat ... multitudinem, vt in comparatione ad prius, attamen in se dicit multitud... comparatione ad posterius: eo quia est multus in perfectione, & virtute se...cundum eos. Ex hoc dicit Auerroes. 12. Metaphy. com. 18. & 36. cum ... formas contineri in eo. ideo distinctio virtutum in Deo in comparatione ... est ficta, sed in comparatione ad posterius est vera. Ex hoc apparet d... rois quod, sicut illa sufficit in primo causato, ita & ista in prima causa: ... sicut illa non est ficta, ita nec ista, vt dixi. & per hoc apparet solutio ad d... Et postquam soluit dubium illud, vult modo soluere secundum dubium ... forte aliquis arguit. d. quod ex hoc sequeretur, quod nulla sit compositio ... sario esse ex se, nec in necessario per aliud: hoc dubium secundum me ... ligationem cum dictis dixerat enim quod necessarium non dicit nisi pri... & similiter possibile: modo ex hoc apparet vis quęstionis: qm̃, si nece... tiue nihil dicit, sed tantum priuationem, nullã poterit facere compositio... syllogismus sic potest componi: illa non differunt, quorum neutrum fa... positionem in eo, in quo est: sed necessarium ex se, & necessarium per al... faciant compositionem eis, in quibus sunt: ergo non differunt: minor appa... ambę priuationem dicunt. Et ad hoc respondet dicens, nos vero ad hoc ... demus, quod humanus intellectus facile comprehendit cõpositionem in ... necessarium est per aliud, videlicet, de causato, vult dicere in causato, ... ponit vbi facilius, & vbi difficilius id comprehendit dicens, vnde vult ... necesse esse per aliud esset corpus, sequeretur quod debeat reperiri in eo ... vult dicere duorum quodammodo, & pluralitas quodam modo, s. corpus ... bile & corruptibile: vult dicere quod in istis apparet facilius adhuc ... pore cœlesti, s. quia in eo est vnitio in actu, & multiplicatio in potentia ... modo, quo partes in potentia continentur in toto: vnde partes actu ... vnum, in potentia vero multa. Deinde exponit vbi esset difficile. d. ... esset corpus, intellectus non comprehendit in eo pluralitatem in actu, ... tentia. imme est ibi vnitio simpliciter, id est, summa identitas: hoc con... diuersitate antiquorum. d. & ideo putabant antiqui hęc species entium, ... re incorporalium est simplex, sed dicunt quod causa horum entium ... est causato: similiter opinantur quod primum simplicius omnibus ... principio: & ideo illud primum principium non potest intelligi causa, ...

A satum: sed in posterioribus primo bene potest pluralitas intelligi: & ideo secundum eos, secundum causatum est simplicius tertio, & deinde: hic non respondet ad formam proprie, attamen põt ad formam dici, quod licet maior sit falsa minor est in proposito neganda secundum dicta eius. Ad probationem dicendum, qđ licet ambo priuationem dicant, attamen non eodem modo: qm̃ necessario ab alio dicit priuationem possibilitatis, non tamen priuationem esse, quoniam dependet ex alio: & ita illa probatio nulla est, quoniam credit quod ambo necessariã priuationem dicant eodem modo, quod falsum est. Sed hic dubitatur: quia, non videtur quod primum causatum sit simplicius tertio: quoniam, sicut primum causatum dicitur a causa dependere, ita et tertium: ergo compositio non est maior in illo, quam in secundo. Dicendum, quod semper causatum deficit a causa: ideo, quanto causatum causatur a prima causa mediantibus causis proximis pluribus, tanto plus deficit ab illa prima vniuersalissima: & quanto causatur a prima paucioribus, tanto minus deficit. Ex quo sequitur, quod tertium causatum est imperfectius secundo: quoniam causatur a prima causa simpliciter mediante primo causato vnquam proximo agente, & per consequens deficit a prima, & secunda causa ei proxima: & sic est imperfectior. Ad formam dicendum quod, si loquamur de compositione ex duabus partibus realiter distinctis, nullum illorum est B altero compositius: quoniam ibi non est compositio ista, sed ibi loquimur de cõpositione ex priuatiuo seu imperfectione, & positiuo seu perfectione. Tertium causatum est compositius primo propter causam dictam. Deinde concludit dicens, ita debet intelligi philosophorum opinio: ergo, significatio causę, & causati in his entibus, vult dicere, arguit compositionem quasi, si esset pluralitas in potentia apparens in causato: vult dicere quod videtur ista compositio similis compositioni verę. Et debes scire quod, quia quęlibet intelligentia alia a prima est causa, & causatum, ideo quælibet est composita ex perfectione, & imperfectione: qm̃, quia est causa, est perfectior causato: & quia causatum, ideo imperfectior: ideo in qualibet aggregatur compositio ex perfectione & imperfectione, vt vides. Deinde vltimo declarat istam opinionem meliorem esse alia. d. vnde dicimus quod concessis istis nullum nos sequitur Algazel. argumentorum: sed qñ intelligitur ab eis philosophis quod secundus intellectus intelligit seipsum, & suum principium: & ex eo, quod intelligit se, procedit ab eo quędam res, vult dicere intellectus proximi orbis, seu anima sui orbis: et ex eo, quod intelligit suum principium, procedit ab eo alia res, puta intelligentia proximi orbis: quia secundas habet formas, seu duas substantias, vt putabat Algazel. Dicimus, quod tota hęc positio est error: & arguit contra illud dicens: si enim ita esset compositus, vult dicere, sicut ille dicit: ergo esset de plurali quam de vna forma, & esset illa C forma vna in subiecto, & multæ in definitione. Sed dubitatur: quia, non videtur quod illud consequens sit inconueniens, immo necessarium. Et hoc non solũ esset verum in illis, immo in primo, qm̃. 12. Meta. com. 39. in primo est multiplicitas aliquorum, quę sunt vnum in subiecto, plura in modo, vt Auer. ibidem. d. ergo a fortiori, nec hoc est inconueniens. Primo potest dici quod Auer. non arguit contra illum, sed tantum. d. illa, quę habet cõcedere ex positis ab eo: & hoc est verum, quod non reputat falsum, sed sequens ex positis ab eo. Vel forte potest dici quod aliqua multiplicitas modorum in vno est compossibilis vno modo & alio modo non. vnde multiplicitas modorum in attributis est possibilis Dei [illegible] multiplicitas modorum generis, & differentię, propter quod illa ab eo negaretur, sic dico quod multiplicitas modorum, sicut ponit Alga. est impossibilis intelligentię: qm̃ ponit ꝙ intelligentia sit composita ex duabus substantiis: quarum vna est de substantia primi, altera de substantia propria: quod patet, qm̃ alter non causaret diuersa: modo hanc compositionem reputat Auer. impossibilem, quę licet sit compositio ex modis distinctis, attamen est impossibilis: quia vna natura essent duę naturę: quod est valde apparens impossibile: & tu melius perdisce, quoniam est difficile.

Dubitatio.

Solutio.

Quęlibet intelligẽtia pt̃er primã est cõposita ex pfectione, et imperfectione: qm̃ quęlibet est cã, & causatum.

Dubitatio.

Solutio.

Aliter.

HIC QVAERO, vtrum possibile possit diuidi in possibile ex se, & possibile ab alio, sicut necessarium. Secundo quæro quid sit possibile, vt distinguitur

Quęstio. 8.
Secunda.

Tertia. contra necessarium. Tertio quero, vtrum diuisio entis sit per necessari... A sibile, an per quę. Quarto quero, an diuisio entis in illa diuisa sit diuis... ris in species, vel differentias, & quomodo differt a diuisione illa, & non...

Ad primã. Sicut duplex posse, ita duplex necessariũ. Causa possibilitatis est materia.

Sine argumentis dicendum ad primam.q.ꝙ possibile sine dubio est dup... dis, vt dicit Auer. in principio huius sol. scilicet a se, & ab alio, sicut dup... necessarium. scilicet a se, & ab alio. differentia membrorum apparet in ... possibile a se nihil addit naturę possibili nisi priuationem : possibile a... alio addit aliquid reale vltra esse possibile. similiter necessarium a se ni... vltra esse eius necessarium. ab alio addit aliquid vltra esse eius: sed id, q... auget difficultatẽ, est ex principio horum: hęc.n. sunt vera, sed adhuc no... gibilia. Ideo primo debes scire, quod possibile ab alio addit causas po... tatis. Causa autem possibilitatis prima est materia, vt dictum est secundo ... com.48.&.2.de Genera.com.51. & est in litera Aristo. vnde possibile a... addit aliquam rem vltra esse possibilitatis, vnde materia distinguitur se... rem ab esse formę, quod est esse possibilitatis: vel ab esse compositi, quod ... possibilitatis. ergo possibile ab alio ponit aliud, per quod est possibile v... possibilitatis. & per hoc apparet quid sit esse possibile a se. quoniam, ... sibile ab alio ponit illud aliud, per quod est possibile, vltra esse possibili... sam possibilitatis, per quam est tale, ita possibile a se ponit priuationem ... B possibilitatis. & sic possibile ab alio, & possibile a se differunt, sicut pri... habitus.

Replica. Solutio.

Sed dices, id, quod caret causis possibilitatis, est necessarium: ... possibile a se est necessarium. consequens est falsum : quoniam possibile ... necessarium, videtur mihi quod Auer. velit, quod possibile a se sit necessari... non absolute, sed ab alio. vnde necesse esse ab alio, & possibile a se sunt ... in re, & differunt in modo: quoniam possibile a se dicitur possibile a se ... quanto caret causis possibilitatis, per contrarium ad possibile ab alio, q... bet causas possibilitatis: dicitur quoque necesse esse ab alio, pro quanto non ... natura contingens, sed semper ens, ab alio tamen efficiente. Et apparet q... possibile a se, & possibile ab alio, & quomodo differunt.

Quid sit necesse eẽ a se, et necesse eẽ ab alio.

Superest ma... clarare quid sit necesse esse a se, & necesse esse ab alio. Et videtur mihi, q... cessarium a se est ens semper carens causis necessitatis, & sempiternita... agentis, quam cuiuscunq; ordinis, & generis. & sic solus Deus est nece... se: quoniam ipse solus habet esse necesse, & per carentiam causarum, ne... vero ab alio dicitur, quod in se est semper ens, habet tamen causam ext... suę necessitatis, scilicet agens: licet adhuc priuationem dicat, scilicet ca... possibilitatis. Et sic vno modo est habitus, alio modo priuatio. Si enim re... ad causam possibilitatis, erit priuatio. si ad causas necessitatis, erit habi... C cum omnia hęc sint ita, apparet verificatio dictorum Auer. & primo, cu... ꝙ necesse esse ex se, & ab alio non addit rei aliquid extra animã, ver... est vno modo, & falsum vno modo. vnde necesse esse ab alio addit aliqu... esse illius, sed non intrinsecum necesse esse a se nec intrinsecum, nec ext... aliquid extra animam addit. Secundo verificatur, quod necessariũ diuid... necessarium a se, & in necessarium ab alio. Tertio verificatur, qualiter p... le a se non addit aliquid extra animam vltra rem, cuius est, sed solum pri... causarum possibilitatis, & quod possibile ab alio addit causam possibilit... licet materiam, quę est prima causa huius. Verificatur quarto, qualiter p... diuiditur: quoniam quoddam est possibile a se, quoddam ab alio.

Dubitatio.

Sed re... manet locus quęstionis: quoniam opposita debent habere membra sub... opposita: modo necessarium, & possibile non habent membra subdiuision... posita, ergo non erunt opposita : quod est simpliciter falsum.

Solutio.

Potest di... me ista opposita non habent membra subdiuisionis opposita secundum ... stincta, sicut, nec ipsa sunt sic distincta. habent tamen membra subdiui... stincta secundum definitionem, & modum : quoniam, licet vna res sit p... ex se, & necesse esse ab alio, attamen secundum diuersos modos, & de... nes: quoniam necesse esse ab alio dicitur membrum subdiuisionis nece... est habitus ad ens causarum necessitatis, & id met est membrum possi...

A priuatio causarum possibilitatis. Et vna est res in subiecto, differens in modo, & definitione: & sic apparet solutio huius quęstionis secundum Auer. Ad hanc quęstionem apparet statim solutio ex positis. videtur enim mihi, ꝙ possibile, vt distinguitur contra necessarium, est conditio, quia aliquid habet causam possibilitatis, indifferens tamen ad habere, & ad carere illa causa. necessarium vero est etiam indifferens ad carere causis necessarijs, & ad habere. vnde opinio istorum non potest bene inspici in eis propter ęquiuocationem: quoniam ęquiuoca non opponuntur. potest tamen inspici facta diuisione in membra subdiuisionis, & tūc melius apparet quomodo opponuntur: & iam tibi declaratum est. Ad hanc quęstionem apparet solutio: quoniam diuisio entis fit per possibile, & necessarium, non tanquam in res distinctas extra animam: qm̄ sine dubio, vt dixi, non opponuntur secundum esse, sed in modo tantum. Sed tanquam in duos primos compossibiles vni in subiecto, non tamen in definitione, vt satis exposui. Et sic patet qualiter opinio philosophorum non est, ꝙ ens diuiditur tanquam in primos modos in esse necessarium, & in esse possibile, vt ly possibile causatur pro eo, quod potest esse, & non esse, vt iam tibi apparet: qm̄ possibile, vt est membrū diuisionis entis, non dicit conceptum, nisi indifferentem, vt dixi. Ad partē secundam iam apparet solutio: qm̄ differentię semper dicunt conceptus positiuos, B quia sumitur a diuersis gradibus in re existentibus: qui, licet non distinguatur extra animam, attamen semper sunt positiui extra animam existentes: sed diuisio illa in necessarium, et possibile non est tanquam in entia simpliciter positiua, sed indifferentia, vt dixi satis. vnde diuisio generis, & diuisio entis differunt. primo ex parte diuisi, secundo ex parte diuidentium. ex parte diuisi, quoniam ens non ponit rem aliquam extra animam, sed omnia entia modo confuso. genus autem ponit rem extra animam, licet non distinctam a differentijs extra animam: ex parte diuidentium, vt dictum est. esset tamen facilior solutio secundum tenentes pluralitatem formarum: de quo considera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæstio secunda est vt dicamus intelligere principium suum, aut est ipsummet esse ipsius, & ipsummet intelligere seipsum, aut aliud? si idem, tunc non est multitudo in seipso, nisi dictione ex seipso. si vero aliud, tunc hęc multitudo reperitur quoq; in primo: quoniam intelligit aliud, & intelligit seipsum.

C Modo Alga. adducit secundum argumentum contra philosophos, scilicet Alpha. & Aui. & dicit. Ait Alga. secundum argumentum est hoc. dicemus ꝙ intelligere suum principium, vult dicere in primo causato, est idem cum suo esse, & intelligere sequitur ipsum, aut differunt. si primo, ergo ibidem nulla est pluralitas, & per consequens carebit diuersitate. si secundo modo, ergo pluralitas reperitur in primo principio. ergo intelligit seipsum, & aliud pręter eum. Et hoc potest duobus modis intelligi. vno modo per primum principium, intelligendo primum causatum, quod apud eos est motor vniuersi: & sic apparet consequentia facile, licet non videtur valde inconueniens id, ad quod adducit, nisi tantum apparenter. Et potest intelligi per primum principium Deum, qui tantum vnum dixit, & tunc consequētia nullo modo valere videtur: attamen potest collocari ꝙ valet, eo quia illa multiplicitas in primo causato non est rerum distinctarum in esse, sed in modo. ergo illa est possibilis Deo: quoniam non est plus possibilis secundo, quā primo, quia illa non ponit aliquid reale extra illius esse.

AVEROES.

AIt Auer. Veritas est quòd id, quod intelligit de principio suo, est ipsummet esse ipsius, & quòd sit in natura relationis: & in hoc di-

Primũ est i natura entis qđ est p se, et nõ intelligit de seipso nisi seipsũ.

minuitur a gradu primi: primum vero est in natura entis, quod … A se. Attamen veritas apud eos est ꝙ primum nõ intelligit de sei… seipsum, non rem relatiuam, & est quòd sit principium. sed ipsum … apud eos est omnes intelligentiæ, & etiam omnia entia nobiliori … do, & perfectiori omnibus, vt postea dicemus. quare non sequit… hoc sermone aliquod inconuenientium, quæ intulit.

Auerroes modo vult dicere id, quod est dicendum secundum philoso… eius, &. d. primum membrum argumenti. d. dicimus nos quod verum est q… quod intelligit de sui principio, idem est quod intelligere seipsum. Deinde … uet quoddam dubium: qm̃ posset quis inferre, ergo non differt a Deo. Sal… nendo differentiam inter ipsum, & Deum dicens, & est de natura orbis … intelligere est quasi de natura relationis, pro quanto est respectu rei extr… in hoc puncto deficit a gradu primi principij: quod declarat. d. primum en… de natura entis habentis esse de se, ideo non intelligit nisi se, & addit. d. … tas concessa a philosophis est, quod primus intellectus non intelligit de … nisi seipsum, scilicet ipsum esse principium non aliud relatum, scilicet esse … camentũ ab alio: & litera est transposita, & debet sic ordinari, sed nihil … s. ipsum esse principium, non aliud relatum: & tunc intelligentię, sicut dix… Deinde exponit quomodo potest intelligere omnia. d. sed ipse est apud p… phos omnia entia in gradu nobiliori, quam ipsa sunt in seipsis, vt diffusius … ratur in antea. patet ergo ex istis, quod non sequitur huius hominis arg… tum. hoc, quod hoc dicit Auer. melius declarabitur in dubio sequenti, … dimittatur.

ALGAZEL.

Nonnulla addit antiquior.

AIt Alga. Si autem putauerint ꝙ intelligere seipsum est … met: & non intelligit seipsum id, quod non intelligit, ꝙ … sit principium alterius: igitur intellectus adæquatur … cto, & conuertetur ad seipsum.

Hic vult dicere, quasi confirmationem argumenti, & dicit. ait Alga. … mus quod, si intelligere causatum seipsum idem est, quod seipsum, qui … intellectus. vult dicere non medio vnitus. ergo intelligit seipsum, & … intelligens, & intelligibile in eo sunt vnum & idem. Deinde infert … consequens, dicens, vnde, si ipsum intelligere seipsum idem est cum sei… intelligit quod ipsum causatum est causa, vult dicere reliquorum: ergo … vult dicere, est vera causa, aliter intelligendo falsa esset: & tunc debet … sed intelligere se esse causam est intelligere absolute a se, & tunc arg… tellectus conuenit cum eo, quod intelligit. ergo omnia ista reducuntur a… idest ad intelligere se, vt causa, quod est intelligere absolute. Et tunc … nulla igitur reperitur pluralitas: quod probat, & si ibi esset pluralitas, v… re, in intelligendo se, vt causa est, inuenitur aliqua pluralitas. esset erg… primo: quoniam primum intelligit se vt causa. ergo ab eodem primo … plura, & diuersa non prouenirent. Debes scire quod tota vis huius co… hoc, quod primum causatum intelligit se vt causa, vt apparet, eo q… modis intelligibile, & intelligens in eo sunt idem: sed, vt se intelligit … est in eo multiplicitas. ergo non potest producere multa. Secundo d… quod litera illa, ergo intelligit quod ipsum causatum, &c. reperitur al… Alga. dicit enim hic, ergo intelligit ꝙ ipsum causatum est a causa, erg… Et tunc vult dicere aliter quam dixi: apud enim me quod illud non … nisi se vt causatum, et quicquid intelligit erit intellectũ, vt causatum ergo … intellecta reducuntur ad seipsum, id est, ad intelligere se vno mo…

A causatum, ergo in eo non reperitur pluralitas. & si sic, vult dicere intelligere se vt causatum esset pluralitas, tunc in primo, quod intelligit se vt causa, esset pluralitas per locum ab opposito, & tunc sequitur aliud: & sic videtur mihi qđ iste locus pōt duobus modis exponi secūdum quod litera reperitur duobus modis: & secundus modus videtur dictus ab Auer. in solutione eius.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc est falsum. nam esse principiū est quid relatiuū, & non conuenit vt sit ipsummet. &, licet intellexerit ipsum esse principium intellectus, non est tamen ei principiū eo modo, quo est. nam, si hoc esset, perficietur nobile ab ignobili. intellectum enim est perfectio intelligentis apud eos, vt apparet in scientiis intellectus humani.

Esse principium est qd relatiuū.

ALGAZEL.

B Ait Alg. Dicimus, causatum autem intelligere seipsum est ipsummet. nam intelligit seipsum, & intelligit animam suam. & intellectus, & intelligens, & intellectum eius est idem etiā. Deinde, si intelligere seipsum est ipsummet, tunc intelligit ꝙ ipsummet est causatū à causa, quæ est sic: & intellectus æquatur intellecto, & conuertitur totum ad seipsum: igitur multitudo non reperitur. si autem hoc esset, multitudo ergo reperitur in primo, & tunc non prouenient ab eo diuersa.

Non habentur in altero exemplari.

AVEROES.

C Ait Auer. Quod recitauit hic ex Philosophis circa multitudinem præter primum principium, est sermo corruptus, & non sequitur secundū radices eorum. nam non est multitudo illis intelligentiis omnibus secundū opinionē eorum. & non differūt apud eos ex parte simplicitatis, & multitudinis, sed differunt ex parte causæ, & causati. & differentia, quæ est inter intelligere primum seipsum, & alias intelligentias intelligere se ipsas secundum eos, est quoniam intelligentia prima intelligit de se aliquid existens ex se, non aliquid relatum ad causam. aliæ vero intelligentiæ intelligunt de se aliquid relatum ad causam earum, & ingreditur in eas multitudo hoc modo. & non est necesse vt sint omnes in eodem gradu simplicitatis, cū non sint in eodem gradu relationis ad primum principium. & nulla earum reperitur simplex, eo modo, quo primum est simplex. quoniā primum numeratur in esse ex se, illæ vero in esse relatiuo. Cum autem dixit postea, si intelligere seipsum est ipsummet, tunc intelligit seipsum esse causatum a causa, quæ sic est: & intellectus æquatur intellecto, & totum conuertitur ad seipsum: igitur non est multitudo.

Et si in oĩb' intelligẽt is intelligẽs & ĩtellectũ sint idem non tñ sunt equales in simplicitate.

si autem hoc esset, multitudo reperiretur in primo. Dicendum q
sequitur, ex eo ꝙ intellectus, & intellectum in separatis sunt id
sint oẽs æquales in simplicitate. nam ipsi præsupponunt ꝙ in
sese excedunt intelligentiæ adinuicem, quo ad diminutionem. ad
vero non reperitur in rei veritate, nisi in intelligentia prima. Et
in hoc est, quoniã intelligentia prima, substantia eius est existẽs
aliæ vero intelligentiæ intelligunt de substantiis suis ꝙ cõstitu
ab ea. si autem intellectus, intelligens, & intellectum in vno qu
earum esset in gradu vnitatis, qui est in prima, esset ens existens
conforme enti ex alio, aut intellectus non æquaretur naturæ rei in
lectæ. & hoc totum est falsum secundum eos. & hic sermo totus,
sponsio topica est. Potest tamen fieri in hoc sermo demonstratiu
paruitate speculationis hominis in rebus istis, si præsupponat, &
prius quid sit intellectus. & nunquam sciet quid sit intellectus,
sciat quid sit anima. & nũquã sciet quid sit anima, donec sciuerit
sit animatum. & non possunt haberi ista primo aspectu, & ex sci
vniuersalibus, quæ non sunt propriæ, nec proportionatæ. &, cũ a
locutus fuerit de his rebus, antequã sciat naturã ĩtellectus, erit s
eius in eis, similis ei, qui somniat. & ideo secta Assaria, cum rec
rit opiniones Philosophorum, ducit ad vltimitatem inconuenien
& prolongationis hominis à speculatione in entibus.

Postquam adduxit sententiam Alga. vult modo adducere solutiones
secundum veros philosophos, & .d. dicimus nos ꝙ id, quod narrauit nomine
losophorum in esse pluralitatis tñ in posterioribus Deo, vult dicere in e
dicit solũ in posterioribus Deo esse pluralitatẽ, sunt verba erronea, & p
theticorum radices non sequentia. Deinde assignat causam. d. nulla e
pluralitas in ipsis actibus, vult dicere separatis apud philosophos, neque
eos differunt ex simplicitate & pluralitate, id est, penes simplicitatem &
litatem, sed differũt ex causa & causato; & tunc adde maiorem, scilicet
tores corporum cœlestiũ sunt intellectus separati: ergo in eis non est diff
secundum pluralitatem & simplicitatem, sed solum secundum causam &
satum: quomodo differunt secundum causam & causatum, dictum est, &
forte post: & quomodo non secundum pluralitatẽ & simplicitatem, dic
forte, licet dixi multum in alijs. Et postquam remouit vnum errorem. v
do remouere aliud, quantum ad intelligere in illis, declarando quomodo
intelligere primi, & intelligere reliquorũ, & dicit, & differentia, quæ
intelligere primum intellectum seipsum, & intelligere alios intellectus
est, ꝙ primus intellectus, vult dicere Dei de seipso quid ens, de seipso
non relatum ad causam, vult dicere ꝙ primus intellectus non intellig
non intellectione relata ad causam priorem, & alij intellectus de seip
relatum ad causas ipsarum: & ideo vult dicere intelligere reliquorum
dinem retinere, vult dicere, quia in eis intelligens, & intellectum non
tur omnibus modis, vt dicam. Deinde infert modum, quomodo illæ s
positæ alio a modo Alga. d. quapropter non sequitur, ꝙ sint omnes in
plicitatis gradu, vult dicere æqualiter simplices. Et syllogismus sic
tur: omnia causata, quæ non sunt in vno gradu relationis ad primum
eorum, nec habent simplicitatem illi similem, non sunt in vno gradu
la causata ad eorum causam habent vnum gradum relationis, nec sunt
in simplicitate: ergo nulla causata eorum sunt in vno gradu simplicitatis
est manifesta per se; minor autem habet duas partes: & primam rel

A manifesta, secundam probat.d.primus enim habet esse de se, vult dicere non a causa priori eo, & alij habent esse relatum, & per consequens non habent æqualem gradum simplicitatis ad primum. Deinde venit ad formam argumenti, & primo repetit illud.d.sed id, quod dixerat, videlicet ꝙ, si intelligere seipsum idem est quod se ipsum, ergo intelligit se causatum a causa, ergo talis est: sed intellectus adæquatur ad intelligibile: ergo omnia ista reducuntur ad seipsum: nulla igitur est ibi pluralitas: & si esset recepta, vult dicere ibi pluralitas, similiter esset in primo intellectu: & hoc fuit motum Alga. voluit quasi argumentare: In separatis idem est intelligens & intelligibile, vt probatum est per argumentum iam dictum ab eo, ergo omnes sunt æquales in simplicitate: consequentia probatur, quia aliter in Deo esset compositio, vt dictum fuit. Auer. negat consequentiam: concedit enim antecedens, & negat consequentiam: quoniam posita identitate in illis inter intelligens & intelligibile, adhuc habet latitudinem, & solum in primo est simplicitas summa, & summa identitas: in reliquis vero, quia non sunt æquales in gradu relationis ad primũ, nec erit æqualis identitas, immo quanto intelligentia est inferior, tanto in ea reperitur maior compositio, vt dicam: et sic probatio nihil est: & hoc dicit, philosophi enim ponunt quod intellectus in hac proprietate in hoc, quod est idem intelligens

B & intelligibile in eis secundum magis & minus, & dicta simplicitas non reperitur secundum rei veritatem: vult dicere in fine nisi in primo intellectu. Deinde dat causam diuersitatis. d.& causa huius est, quia substantia primi intellectus est quid per se existens, vult dicere in causatis & absolutis: & alij intellectus intelligunt de seipsis, quod in primo intellectu consistant, vult dicere quod intelligunt ipsos esse causatos a primo: & tu potes ex hoc componere duos syllogismos, & sic persiste. Deinde redit ad id, quod iam dixit.d. vnde, si intellectus intelligens, & intelligibile in quolibet horum essent in gradu vnitatis, vult dicere simplicitatis, quod sunt, id est, qualiter sunt in primo, esset earum substantia similis substantiæ aliorum, vult dicere, omnes essent vnius & æqualis perfectionis: quod est falsum, & hoc fuit iam declaratum. Et postquam dixit tot, vult modo se excusare a diligentiori explanatione, & causam ponit, dicens, & est notandum quod ista verba, vult dicere sua, & eorum rationes sunt dialecticalia: sed bene potest inuestigari de hoc demonstratiue cui vellet, licet compreſſensio humana intelligibilibus præsuppositis profundis deficiat: & si litera non est corrupta, vult dicere, quia est ei difficultas aliqua circa cognitionem illorum profundam. Et oportet perscrutatorem præscire, quid est intellectus, & ante præscire quid est anima, & ante prescire quid est

C animatum, & omnia oportet vt præsciantur alibi diligenter, & seriatim: non enim in præsenti loco possunt talia ex improuiso declarari: quare ergo ad præsens sunt dimittenda. Ecce quomodo Auer. excusat se, & causam suæ excusationis innuit, & tu considera

Sed hic est quæstio, quæ licet sit dicta ante, in quæstione de intellectu, attamen pro nunc volo eam aliqualiter discutere, scilicet vtrum in primo, intelligens & intelligibile sint vnum, & idem omnibus modis, & per consequens quomodo in reliquis vera sit, ipsum intelligens, & intelligibile non sunt idem omnibus modis, sicut in primo: arguo ꝙ non in primo vniuntur omnibus modis, quoniam intellectus primi non intelligit, nisi inquantum causa reliquorum: sed causa refertur ad causatum: ergo intellectio primi est relatiua, sicut intellectio aliorum: ergo intelligibile, & intellectus ille non omnibus modis vniuntur: sic enim arguit Auer. de alijs intelligibilibus. In contrarium est Auer. [illegible] Pro solutione præsentis quæstionis, primo volo accipere aliqua, quasi præmissas. Secũdo ex illis declarabitur intentio huius philosophi. Quantum ad primum, oportet accipere ꝙ intelligentiæ, respectu primi, sunt in diuersis gradibus, volo dicere quod intelligentiæ, non sunt eiusdem, & æqualis perfectionis cum primo. hæc propositio est manifesta, eo quia causantur a primo, ergo deficiunt a perfectione primi: quoniam causatum causatur perfectione aliqua, quæ tamen continetur in causa eius. Secunda propositio est, quod intelli- Solutio. Prima positio. Secunda,

gentię nō sunt a primo ęqualiter punctualiter recedētes, immo vna plus, alia minus recedit. hæc ꝓpositio apparet, tū ex verbis Arist. 2. Cœli. tex. cō. 61. & verba Auer. ibidē. tū ratione, qm̄ Deus est causa primę intelligētię in genere causę proximę, & in genere cāę vniuersalis, secūda aūt est causa tertię in genere causę ꝓximę, & prima. s. Deus est causa illius tertię in gñe causę vniuersalis, & tertia est causa quartę in gñe causę proximę, & secūda causa quartę in genere causę vniuersalis, Deus aūt in genere causę vniuersalissimę, & sic de omnibus. vnde vltima causatur a penultima tāquā a causa proxima & particulari, ab alijs tanquā a causis secūdis, & a Deo tanquā ab vniuersalissima causa: & hoc est manifestū sępe in ista disputatione. Ex hoc apparet, qualiter intelligentię non sunt oēs ęqualiter punctualiter recedētes: quia prima recedit minus secunda, & secūda minus tertia, eo quia semper causatū deficit a causa eius proxima, quā vniuersalissima. A

Tertia. Tertia propositio. quęlibet intelligentia primā intelligit primū. s. Deum. qm̄ omnis talis mouet propter primū tanquam propter finē intellectū, vt dicā, Deo duce, ī vltima disputatione huius libri: vnde & Arist. 12. Me. tex. cō. 36. declarauit idē.

Quarta. Quarta propositio. in separatis intellectionibus intellectio, & eorū substātia est vna, & eadem modo: & licet sit declaratū hoc pro parte, attamē in disputationibus sexta & prima melius rationibus fortissimis declarabitur. ergo intelligere existētiam substātijs separatis citra primū, non est Deus omnibus modis. hoc apparet, eo quia tunc oēs essent Deus, qm̄ intelligere est substātia intelligentiarū, vt dixi tibi. B

Quō primū principiū intelligit oīa post ipm̄, & econuerso. Ex his oportet declarare modū, quō primum principium intelligit reliqua post ipsum, & quomodo reliqua intelligunt ipsum: & illud, quod primo apparet, est, ꝙ intelligentiæ non intelligunt primum, quia habent a materia sunt similitudines deriuatę a primo, sicut oculus meus per similitudinē coloris ipsum colorē inspicit. hoc apparet, eo quia in illis intellectus, & intellectū vnum in esse, vt dictū est. Secundo apparet, ꝙ non intelligunt primum, quia sunt esse primi: qm̄, vt dictum est, omnes recedūt a primo, eo quia causata ab illo, vt scis ex dictis. Tertio apparet, ꝙ intelligant primū per earū substantias & essentias: qm̄ intellectio & intellectus sunt vnū, vt dixi. Et cū non intelligant primū per species, nec per hoc, quod sint illius causę, & per hoc, quod per essentias eorū intelligunt. ergo, vt sunt causata a primo, intelligūt illud primū.

Intelligētiæ intelligunt Deū, inquātū intelligūt se causatas esse a Deo. Intelligentię igitur, quia intelligunt se causatas a primo, ideo intelligūt primū. Et dixi tibi modū, quomodo intelligūt primū, oportet declarare quō in intellectionibus non se habent ęqualiter & pūctualiter respectu primi: qm̄ prima intelligentia, quę est primo causata, intelligit primū in gradu proximo sibi, vt sibi est causatum ei proximum, ideo vnio inter intellectum eius, & intelligibile

Intellectiones intelligētiarū nō sunt ęquales respectu primi. earum recedit ab vnione intellectus & intelligibilis in primo. tertia autem intelligentia duo causata intelligit primum, sed vnio intelligibilis cum eius intellectu est minor, quam in secunda, quoniam ibi non solum est intellectio primi simpliciter, scilicet Dei, sed etiam secundæ, quæ fuit eius causa, ideo intellectus tertia, & intelligibile multiplicatur secundum quod, vt causatum non modo intelligit primū, quod fuit illius causa vniuersalis, immo & secundum, & sic quarta, & quinta vsque ad infinitam. Ex quibus apparet, quod vnitas in aliquis intelligentijs cum intellectu non est punctualis, immo ibi reperitur magis & minus. Et cum omnia hæc sint verificata: apparet qualiter intelligentia est altera simplicior, quoniam proxima Deo, quia parum recedit a Deo, & vnio intellectus eius cum intelligibili, quod est Deus, est parum recedens a simplicitate summa, & sic minus composita. tertia vero, quia recedit per iam plus intelligibile & intellectus multiplicatur; quoniam intelligibilia sunt & intellectus vnus. ergo intellectus eius est compositior tali compositione. C

Deus intelligēdo se intelligit alia. Superest modo videre quomodo Deus intelligit reliqua. & dicendum quod non intelligit reliqua, nec per species, nec per hoc, quod causatur ab eis, nec per hoc, quod est eis causa essendi. Tunc primo aspectu apparet, quod intelligit illa intelligendo se ipsum: quoniam perfectio eius est tanta intelligentiarum, & maior, quoniam est causa earum, & ideo non intelligit

A quia deficit ab illis, immo, & quia continet illas perfectiones illorum. Secundo apparet, quod intellectus eius & intelligibile omnibus modis est idem. quoniã intellecta non sunt in eo tanquam causa in causato, sed potius ipse est in illis isto modo. ideo intellectus & illud intelligibile sunt vnum omnibus modis. Tertio apparet, quod intelligentia sibi proxima intelligit tertiam ei proximã eodem modo, sicut prima intelligit reliquas, scilicet, quia est causa illius, & sic de alijs. Pro intellectu solutionis argumenti, debes scire quod per compositionem non intelligit Auerro. compositionem ex intellectu & re intellecta, vel ex duabus rebus secundum esse distinctis, sed ex gradu perfectionis a gradu imperfectionis, & ideo intelligentia proxima Deo est composita parua compositione, quia ei tantum vnus gradus perfectionis deficit, propter quod intellectus & intelligibile plus vniuntur quam in reliquis. in tertia, quia duo gradus deficiunt, scilicet primæ, & secundæ, & ideo intellectus & intelligibile plus componuntur compositione dicta, & sic de alijs. & quia in prima nulla deest perfectio, sed omnium perfectiones continet. ideo ibi nulla est compositio inter intellectum, & intelligibile. Ad argumentum igitur dicendum quod Deus non intelligit alia sub isto respectu causæ, quia sic intelligeret rem respectiue, & sic cognitio non esset absoluta. vnde Deus intelligit illa, quia esse B suum. vel posito quod intelligat se esse causam, adhuc non sequitur quod sua intellectio sit alio modo composita: quoniam, vt causa, non deficit a perfectione si præhabet illam, & non debet dici intellectio illa composita. Sed dices, ergo eius intellectio erit relatiua. nego argumentum: quoniam, non refertur ad aliud extra se, sed ad se: quoniam perfectiones aliæ omnes continentur sub eo, ideo non refertur nisi ad se: non sic de alijs, quoniam aliæ intelligunt Deum, nõ per perfectionem, quam habent illius: ideo intellectio earum refertur ad aliquid extra se, & ideo solus Deus nihil intelligit extra se. Et hæc non possunt perfecte intelligi, nisi videas ea, quæ dixi in lib. de intellectu. & forte dicam post. Et debes scire, quod omnia hæc sunt dicta philosophorum, & non sunt hic probata rationibus, sed posita. ego autẽ in libro meo de intellectu adduxi vias eorum, quibus concluserunt ista, & ibi adduxi solutiones veras nostræ legis. nunc autem sit dictum in tantum.

Replica. Solutio. Deus extra se nihil intelligit. Excusatio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et dimittamus rationes vnitatis eius omnimode. siquidem vnitas auferetur hac specie multitudinis.

C Hic Alga. arguit iterum contra philosophos, vnde dicit, ait Alga. Et modo nos dimittemus allegationes vnitatis primi principij, vult dicere argumenta probantia ipsum esse vnum. non enim apparet ꝙ sit vnum omnimode: quia ex dicta possibilitate remouetur ab eo vnitas, vult dicere: si primum principiũ potest multa producere, remouetur ab eo vnitas: sed ipse est summe vnum, nos. n. admittimus ipsum esse vnum, quoniam potest probari demonstratiue. ergo primum principium non potest multa producere.

AVEROES.

Ait Auer. Idest quòd, cum ipsi posuerint primum intelligere seipsum, & intelliget de se quòd sit causa alterius, debent ponere quòd non sit vnum omnimode. nam adhuc non est declaratum quòd necessario est vnum omnimode. & hoc, quod dixit, est opinio aliquorum Peripateticorum, qui exponunt eam esse opinionem Aristo.

Huic respondet Auer. sed primo repetit vim argumenti, d. dicimus res: intendit hic Alga. dicere, ꝙ posito ꝙ primus intellectus seipsum intelligit seipso, quod est causa posteriorum eius, vult dicere, posito ꝙ intelligat causam multorum posteriorum. potest igitur dici quod non est summe vnus. si alio modo probabitur, vult dicere, posito illo antecedente sequitur ipsum summe vnum: cui respondet Auer. dicens, & hoc, quod hic dixit, vult consequens illatum est sine dubio peripatheticorum opinio, & asserere esse argumentabilem .i. probabilem opinionē: vnde, apud peripatheticos est multiplex in virtute. & ita non est summe vnus, licet sit summe simplex secundum omnes. & sic non illud est necessarium, licet videtur impossibile. Debes scire, quod vnum, inquantum vnum, nec excludit summam simplicitatem, nec includit. quoniam ratio formalis vnius consistit in priuatione, ut dictum est, scilicet in diuisione in se a quolibet: modo, cum ista ratione potest stare summa simplicitas, & remoueri: vnde vnitas numeralis est summa maxima vnitas, attamen compositionem patitur: sic apparet, qualiter licet Deus sit summe simplex, non tamen propter hoc debet esse summe vnus: quia summa simplicitas arguit multitudinem perfectionum, vt dictum est in Metaphysi. commen. 39.

Quāuis Deus sit sūme simplex, nō tñ est summe vnus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit primū non intelligere nisi seipsum & intelligere se ipsum est ipsummet: & intellectus, & intelligens, & intellectum est vnum, & non intelligit aliud. Responsio huic est multipliciter, & primo ꝙ hanc opinionem propter turpitudinem eius expulerunt Auicenna, & alii verificantes, & existimauerunt ꝙ primum intelligit seipsum esse principium ad influendum id, quod influitur ab eo. & intelligit entia omnia in speciebus suis intellectione vniuersali, non autē particulari. nam vituperauerunt sermonem dicentis ꝙ ex primo principio non prouenit nisi intellectus vnus, & intelligit quod prouenit ab eo. & intellectū eius est intellectus, & influitur ab eo intellectus, & anima orbis, & corpus orbis, & intelligit seipsum, & causata eius tria. sed causa eius, & principiū eius non intelligit nisi seipsum. igitur causatū est nobilius causa. quoniā a causa non influitur nisi vnū: ab istis vero influuntur tria. & primū non intelligit nisi seipsum: hoc vero intelligit seipsum, & substantiā principii, & substantiam causatorum. Qui aūt contentatur vt sit sermo eius in Deo glo. sit in hoc gradu, iam posuit eum viliorem omni ente intelligente seipsum. nam id, quod intelligit eum, & intelligit seipsum, est dignius eo. ipse enim non intelligit nisi seipsum, & prouenit ex expressio excellentiæ eius, adeo ꝙ auferunt id, quod intelligitur celsitudine & constituerunt eum tanquā mortuum, cui non est ... nium, in eo ꝙ gubernat mundum, nisi ꝙ differt a mortuo, in eo ꝙ consyderat seipsum tantum. Sic meritum reddat Deus glo. deuiantibus a vijs eius, & tortuose incedentibus, decipientibus seipsos, & ... dictum suum glo. In principio creauit Deus, cogitantibus de Deo prauas cogitationes, & credentibus ꝙ res diuinæ absumuntur occultatione earū virtutibus carnalibus, & errantibus quidem ...

A ctibus suis, & cogitantibus q sit eis amplitudo, & non indigentia mādatis Dei. & secutum est eis propter hoc, q coacti sunt concedere constitutionem eorum intellectorum reduci ad id, quod si recitaretur, in somnio admirarentur eo.

Hic Alga. soluit motiuū philosophorū, vnde dicit ait Alg. et, si aliquis diceret qd primus intellectus nō intelligit nisi seipsum, & intelligere seipsum idem est quod seipsum. vult dicere, sunt oībus modis esse illius. ergo intellectus intelligēs & intelligibile est vnū oīmode, & nō intelligit aliud. hoc igitur est argumentū philosophorū: cui respōdet Alga. d. hęc verba, nos respōdemus dicētes qd hæc opinio reprobata est ab Auic. & alijs veracibus philosophorū. dicunt. n. quod primus intelligit seipsum principiū quod ab eo influit, & intelligit oīa entia distincte speciebus, sed vniuersali modo, non tñ particulari. ipsi nāq; negant opinionē dicentes, qd a primo principio non procedit nisi vnus intellectus tm̄, & id, quod intelligit, est intellectus, & influit ab eo intellectus, & anima orbis, et corpus orbis. hæc verba possunt intelligi primo, sicut iacent: & tunc, sine dubio videtur sibi contrarius, qm̄ ipse non ponit illud, quod modo sibi imponit Alga. nisi forte ipse Auicen. non habebat inconueniens, dicere duo opposita secundū
B diuersum modum, s. quorum vnum creditum, aliud secundum philosophiam. vel forte litera est corrupta. & vbi dicit hæc opinio reprobata est, vult, & debet dici approbata est: & vbi dicit, & intelligit omnia entia distincte speciebus, debet dicere non intelligit: & tunc sermo est manifestus per se. Sed, quomodo est, & qualiter sit, videbimus hoc in solutione dubij forte, vel saltem apparebit ibidem intentio istorum. Deinde videtur mihi, quod arguit contra opinionē illam peripatheticorū. d. & intelligit. vult dicere primus intellectus seipsum, & sua tria causata, scilicet animam orbis, & orbem, & intellectū alterius orbis, & intelligit etiā ipsius causam: & suum principium, vult dicere, Deus non intelligit nisi seipsum. ergo sequitur ex hoc, quod causatum est nobilius causa. vnde potest syllogismus sic componi. Intellectus intelligens Deum, & tria alia, est nobilior intellectu intelligente Deū tantum. Sed primus intellectus causatus intelligit Deum, & tria alia, & Deus non nisi se: ergo primus intellectus causatus est nobilior Deo: minor probatur, & sic componitur. intellectus, a quo procedunt tria illa, omnia intelligit. a quo vnum, vnum intelligit: sed Deus non nisi vnum causat, & primus intellectus tria. ergo sequitur conclusio illa. huius ponit minorem tantum. d. prout a causa. vult dicere a Deo non influit nisi vnum: & ab illo, scilicet causato tria influunt, videlicet quod primus intellectus non
C intelligit nisi seipsum: & istud primum causatum intelligit seipsum, & suā causam, & suum principium. ergo talem Deum gloriosum ponere facit eum defectiorem vllo ente seipsum intelligente: quia, sine dubio qui eum intelligit, & seipsum etiam, nobilior est illo, prout ille tātum seipsum intelligit. Deinde ostēdit vltimate quid dicunt. d. tandem, quod isti philosophi esse benedicti vult dicere Dei, æquiparant quasi ad esse mortui. Sed differt a mortuo, prout mortuus seipsum non sentit, sed ipse Deus sentit. quare dicimus quod omnia ista sunt erronea, & abūt, quod attribuantur ipsi benedicto Deo. immo meditamur quod hāc opinionem opinantes debent ab ipso Deo turpiter puniri: & vix ab eodē debent, id est sunt digni indulgentiam, nec veniam reperire.

A V E R O E S.

A ius ergo ponit tantum minorem: quoniam reliquum est manifestum: & totum hoc iam apparuit in libro Phy. Deinde explicat tertiam causam, scilicet ipsum agens: & syllogismus sic componitur. Omne, quod fit non a se, sed ex vi cuiusdam, indiget agente: sed omne generabile fit non a se, sed ex vi cuiusdam: ergo in prima figura omne generabile indiget agente: huius explicat minorem. d. & etiam videbant quod id generabile ex vi cuiusdam fiebat, & nominatur agens ad quandam intentionem notam, vel ignotam. Et hoc potest intelligi: primo qđ agens duobus modis est: scilicet a proposito, quod est agens ad quandam intentionem notam, vel ignotam, id est, comprehensam alicuius ei noti: secundo modo naturale, & hoc agit sine cognitione in se, licet dirigatur a cognoscente, vt dicit. 12. Meta. com. 18. Vel potest secūdo intelligi quod agens est duobus modis, s. gratia finis sibi noti, & dicitur agens per se: & gratia finis ignoti, & dicitur agens casuale. Vel potest tertio intelligi quod agens est duobus modis, scilicet famosum, quod est mouens, & hoc vocatur agens secundum intentionem notā, quia est famosius secundo modo capitur agens pro efficiente, quod non habet de intentione agentis, nisi hoc, quod effectus ab eodem dependet, & illum conseruat: & omnes istæ expositiones sunt possibiles, & veræ in se: & tu applica alteram, quæ tibi melior apparet. Ex his concludit secundam radicem dicēs, vnde, breuiter huiusmodi, scilicet philosophi conati fuerunt ponere causas p̄dictas quatuor. Et non expressit finem, quia finis, & forma sunt idem, ideo tacuit illum, vel quia finis est causa causarum, quem nullus philosophorum naturalium negauit, nisi antiqui: & tu inuestiga aliam causam, propter quam tacuit illam. Deinde ponit tertiam radicem: cuius potentia est, quod omne factū fit a sibi simili in specie, vel genere, & dicit. deinde procedentes inuenerunt quod forma rei generabilis, & res, a qua generatio fit, scilicet agens propinquū, sunt vnum & idem tam in genere, quam in specie, saltem in aliquibus eorum: videlicet, quod homo hominem generat, qui sibi similis est in specie: etiam aliqua sunt similia in genere tantum, sicut mulus, qui generatur ab asino, & equo, quī sunt ei similes in genere. Debes scire, quod multum immoratus sum, in multis locis, quomodo simile fit a simili sibi: pro nunc autem potes id declarare per dictum Auerrois. 12. Meta. commen. 24. vbi ponit tres conditiones secundum mentem Alexan. vide ibidem, si placet. Et postquam accepit illas propositiones, concludit per modum correlarij vltimum dicens, & quia impossibile est quod causæ successiuæ ad infinitum procedant coacti fuerūt ponere causam primam agētem: vnde potest syllogismus sic componi: in omni multitudine agētium, & patientium est aliquod agens primum: sed genitorum & agentium est multitudo huiusmodi: ergo oportet venire ad primum agens: & demonstratio de [illegible] est principio septimi, & melius in 8. Physi. & cum conclusit hoc, nar-

C rat [illegible] sapientum in natura illius primæ causæ. d. in ista causa philosophi [illegible]: aliqui namque eorum dicunt, quod hæc causa est corpus cœleste, & [illegible] est [illegible] caldeorum, vt apparet 2. cœli commen. 58. quia putauerunt [illegible] Deos, vt dixi in quæstio. de animatione corporis cœlestis, & dicā in [illegible] de hoc. Deinde narrat secundam sectam, d. & alij, quod principiū [illegible] agens, & principium separatum a supercœlestibus corporibus, [illegible] a principio illorum corporum, vult dicere est motor alius a moto [illegible], vt videtur dicere Auicen. deinde ponit diuersitatem circa principiū [illegible] corporū animaterū generabiliū dicens, sedentia inferiora ex inui[illegible] generabilia, quæ animata sunt, indigent de alio principio nomine animæ, [illegible] animā det, scilicet ipsi corpori, et etiam formam. Est igitur cōis sen[illegible], quod necessariū est ponere principiū animationis. Et narrat opi[illegible] d. & Gal. nuncupat eam virtutē formatiuā. Deinde ponit secundam [illegible] d. & aliqui sapientum dicunt, qđ ipsa virtus est separatum principiū: [illegible] sunt, quidam enim ipsorū dicunt quod est intellectus, quidā dicūt [illegible] anima, quidā dicunt quod est corpus super cœleste, quidam dicūt quod [illegible] nisi Deus: cuius signū ponit. d. & ideo dubitat Gale. vtrum agens animationis hanc, scilicet animā sit ipsemet Deus, aut aliud, Et, cū narrauit istas

opiniones, vult limitare id, in quo cadit diuersitas opinionum, & dicit: tandum quod hæc disceptatio inter philosophos est in plantis, & ani generatis ab eis similibus: sed de eis, quæ ex similibus generantur, dicit non oportet ponere dictum principium. Hæc summatim est sententia pe

De prĩcipio animorũ.

ticorum in entibus inferioribus, scilicet generabilibus & corruptibilibus bes scire, vt accipitur septimo Meta. commen. 31. & 12. Meta. com. 18 principio animorum apud peripatheticos, oportet dicere quod illud vel est ens in materia, vel separatum: & si est ens in materia, tunc tus formatiua existens in semine deciso a patre, quæ, vt instrumentum

Opĩo Gal.

nerantis animas contentas in materia, educit ad actum: & hæc est opinio

Opinio

& pro parte Aristote. Si vero est ens separatum, erit corpus, vel virtus corpus: si corpus, sic erit cœlum mediante lumine, & motu, & alijs vel

Astronomorum.

rem solis, & stellarum: & hæc est opinio Astronomorum, & pro parte A quoniam opinio Arist. est vt a sole, & homine fiat homo, & sic de alijs ro est principiũ separatum, hoc est duobus modis: vel erit intellectus

Opĩo Aui.

est opinio Auicen. qui posuit intellectum agentem datorem formarum

Opĩo The.

in sua Metaphysica. Si vero est anima, tunc est opinio Themistij, qui mam productam ex sole, & orbe decliui secundum Arist. & omnes nes declaratæ sunt in multis locis a me, & posita sunt fundamenta, & nes eorum: & nolo nunc plus immorari in hoc. Secundo debes scire ior pars peripatheticorum opinatur hoc solum in viuentibus, non in re

Prima ꝓpositio.

rentibus vita: vnde positio istorum fundatur in duabus propositionibus prima est, quod omne viuens debet fieri a viuente, aliter effectus esset

Secunda.

causa, & vniuersaliter factum esset nobilius agente. Secunda propositio quod animalia, & plantæ solum sunt viuentia, reliqua carentia vita: secunda figura concluserunt animalia, & plantas solum indigere principio quo modo anima, vel animato, & ideo post in illo diuersitati sunt, vnde

Licet virtus formatiua sit qualitas tñ vt instrumẽtũ hoĩs viuẽtis et corporũ cœlestiũ est principiũ dãs vitam.

ideo Auerroes limitauit optime dictum peripatheticorum: attamen pr dicens, quod omne viuens est a viuente secundum peripatheticos vel ligitur instrumentaliter, vel principaliter: vnde, licet virtus formatiua viuens, quoniam est qualitas: attamen, vt instrumentum hominis viu corporum cœlestium, potest esse principium dandi vitam, vt Arist. dicit de generatione animalium: vnde, sicut calor est calor, & instrumentum in corpore existentis, & vt calor calorem facit, & vt instrumentum ani cit operationes animæ: sic virtus illa, licet vt virtus non possit nisi q generare, attamen vt instrumentum hominis, & corporis cœlestis pot mam contentam in materia educere de potentia ad actum: & hæc est in peripatheticorũ. Et postquã dixit hæc in rebus generabilibus, ascendit cœlestes, et dicit, deinde vero gradatim ascendunt, scilicet philosophi re de supercœlestibus corporibus, & apparuit eis quod sunt ingenerabilia sicut sunt inferiora corpora: & hoc probat, & videtur quod syllogismus tur in duabus propositionibus: quarum prima est, quod omne generabile tum generabile, est pars huius mundi sensibilis, & causatum ab orbibus quam a causis remotis: cuius propositionis probatio est in prima figura ne, quod fit ex re, id est, agente de re, id est, materia, & pro re, id est forma ne, & in loco, & in tempore, est pars huius mundi sensibilis, & est ab tanquã a causis remotis: hæc propositio est manifesta per se apud omnes ẽta est in primo Cœli com. 5. & in fine quarti Physicorũ. Deinde assu da sic: sed omne generabile fit de re ex re, & pro re, in tempore, & loco primo primæ figuræ omne generabile est pars mundi sensibilis, & ab tanquã a causis remotis: & sic apparet prima propositio principalis Secunda propositio principalis est, quod secundum aduersarios corpora stia sunt generabilia, & corruptibilia: ergo in tertio primæ, corpora sunt partes huius mundi sensibilis, & sunt ab orbibus alijs tanquã a motis, & sic extra mundum esset alius mundus, sicut declarauit primo men. 33. in expositione mea, vide ibidẽ: & huius syllogismi ponit maior

A generabile, inquantum generabile, pars est huius mundi sensibilis, cuius generatio non sequitur, nisi prout est eius pars: hęc est prima pars maioris, huius ponit minorem prosyllogismi dicens, eo quod omne generatum generatur sine dubio de re.i. materia, ex re.i. agente, pro re.i. forma, & fine, & in loco, & tempore. Deinde complet maiorem, & accipit secundam partem. d. & inuenitur quod orbium corpora necessaria sunt in generatione inferiorum corporum, prout sunt agentia remota: est ergo maior, quod omne generabile, inquantum generabile, est pars huius mundi sensibilis, & causatum ab orbibus tanquam a causis remotis. Deinde ponit minorem dicens: vnde, si corpora cœlestia generabilia sunt, vult dicere, sed corpora cœlestia sunt generabilia secundum aduersarios, concludit conclusionem dicens, modo istius generationis indigerent de alijs corporibus præcedentibus eis, quod similiter essent partes alterius mundi, ergo erunt supercœlestia corpora alia, & indigerent etiam de alijs pręcedentibus corporibus, & sic in infinitum. Tandem concludit conclusionem dicens, patet ergo ex hoc, & ex alijs vijs propinquioribus istis, quod qui vellent quod corpora supercœlestia essent ingenerabilia & incorruptibilia, id est, ęterna eo modo, quo accidit corporibus inferioribus, quibus accidit per contrarium generatio, & corruptio, vt vides. Hic adduxit instantias quasdam in libro cœli in expositione commen. 33. primi, quas bonum est, vt colligas cum istis hic, & erit vobis intelle-

B ctus Auerrois manifestus per se. Postquam conclusit corpora cœlestia esse simpliciter incorruptibilia & ingenerabilia, accipit aliud, quod est notum ad sensum dicens, etiam apparuit eis quod corpora supercœlestia habent principia mouentia: & hoc apparet ex declaratis in octauo Physicorum: quoniam omne, quod mouetur ex se, est diuisibile in principium mouens, & partem motam. Et corpora cœlestia moueri ex se apparet sensibus, ideo sciuerunt corpora cœlestia habere principia mouentia. Deinde accipit maiorē dicens, & apparet eis quod hęc principia mouentia sunt incorporea, neque sunt virtutes in corpore: non sunt corpora, quia princia sunt corporum mundum ambientium, sicut dixerunt caldei, qui voluerunt principia prima esse corpora, quia sunt principia corporū: neque sunt virtutes in corporibus existentes, sicut principia composita inferiora se habent, videlicet, principia animalium. Est igitur tertia propositio, quod principia mouentia orbes nec sunt corpus, nec virtus in corpore: cuius probationem ponit multiplicem, & prima componitur sic: quęlibet virtus corporea est finita, vult dicere in tempore, quoniam diuisione subiecti diuiditur, ideo est finita in tempore, vt declaratum est in libro de substantia orbis: cui adde istam minorem, sed principia mouentia orbes non sunt finita in tempore, quia mouent sempiterno motu: ideo in secunda figura principia mouentia orbes non sunt virtutes

C in corpore: huius tantum accipit propositionem primam cum eius declaratione. Deinde probat illa principia non esse corpora: cuius ratio sic componitur: omne corpus generabile & corruptibile est compositum ex materia & forma: principia orbium non sunt corpora cōposita ex materia & forma generabilia & corruptibilia: ideo in secunda figura non erunt corpora: huius tantum accepit maiorem. Debes scire, ꝙ hic pręsupponit Auerro. ꝙ principia mouentia orbes non possunt esse de natura orbis: quoniam, tunc illud idem esset de natura moti, & rei mouentis: ideo maior debet intelligi sic. omne corpus alterius naturę a corporibus cœlestibus est generabile & corruptibile, compositum ex materia & forma: & tunc syllogismus eius est demonstratiuus non habens instantiam. D. ponit secundam rationem, quę potest sic componi: quorum corporum principia sufficientia sunt similia de necessitate, si quędam eorum sunt indigentia corporibus prioribus eis, & reliqua eorum: sed si corpora cœlestia haberent principia & eorum virtutes corporales, essent similia corporibus generabilibus & corruptibilibus. ergo, si corpora generabilia haberent principia corporalia priora eis, & corpora cœlestia adhuc habebunt corpora priora eis. huius syllogismi accipit minorem. d. rursus, si principia eorum corporum, scilicet generabilium essent similia principijs superiorum corporum, ergo essent illa, & ista similia, & indigerent illa corpora, scilicet cœlestia de alijs corporibus pręcedentibus istis: & hęc

Motores orbiū nec sunt corpora, nec virtutes in corpore.

Mouētes orbes nō sunt de natura orbium.

Correlariū. est conclusio. Ex his apparet ꝙ corpora cœlestia ingenerabilia & co[r]rubilia sunt, & ꝙ habent principia mouentia, & ꝙ illa principia nec sunt c[orpora] nec virtutes in corpore. Sed quęstiones, quę possunt accidere dictis istis, sunt in lib. de substantia orbis. & nolo dicere hic oĩa, nisi illa, quę oporte[t vt in]tellectus Auer. habeatur. ideo vide illic. Cum oĩa hic posita, & perfecte d[ic]ta fuerint, concludit aliqua de principiis corporum cœlestium, & dicit. vn[de] libatis istis apud eos, & prelibato etiam apud eos, ꝙ quęlibet forma du[o]bus habet esse, videlicet esse intelligibile, quod comprehenditur separata [a mate]ria ab intellectu. & esse sensibile, videlicet illud, quod actualiter est in m[ateria] & exemplum ponit consequens. d. Verbi gratia, lapis sine dubio forma[m] materialē extra animam, vult dicere, vt accipitur extra opus intellectus, [ha]bet aliam formā, quę est intellectio, & comprehensio facta in anima, p[ri]ma rationalis capit eam separatam. Debes scire, ꝙ hic apparet error Io[. qui] fuit species intelligibiles nouas ipsi intellectui causatas a phantasmat[ibus vir]te intellectus agentis. Iam apparet hic, qualiter comprehensio & intell[ectio non] est nisi res comprehensa, & intellecta. vnde, vt declaraui in quęstione de [intel]lectu vnum & forma, & secundum rem est indiuiduum & quidditas. Ve[rbi gra]tia, forma lapidis. secundum enim ꝙ est extra animam in se, non compa[rata in]tellectui, vt sic est indiuiduum: secundum vero quod intellectui compar[atur, &] ab eo concipitur, & comprehenditur, vt sic est quidditas: & ideo quid[ditas &] indiuiduum differunt in rebus materialibus, quoniam quidditas non co[ntinet] materiam. indiuiduum autem sic. & hoc iam dictum est in quęstione de v[niuersa]libus. Sed dices, si non ponuntur species intelligibiles secundum hunc p[hiloso]phum, quid est intellectio & comprehensio. Dicendum, vt innuit hic A[uer. &] ego in lib. de intellectu, ꝙ intellectio non est secundum rem nisi forma, [quid]ditas intellecta, seu comprehensa. Verbi gratia, pro iunioribus, quidditas [lapidis] & est res intellecta, & est intentio, vt intentio. vt enim abstracta a m[ateria &] conditionibus illius, dicitur quidditas: vt vero recepta in intellectu, non [tamen] subiectiue, vt Io. finxit de specie intelligibili, sed perfectiue & obiectiue [dicitur] intellectio: & sic intellectio, & res intellecta sunt vnum & idē secundū [rem, sed] differunt in modo, & secundū connotata: & hoc dicebat Auer. cū dixit, [lapis] habet aliā formam, quę est intellectio, & comprehēsio facta in anima, [&c. ani]ma rationalis capit eam separatā. Quęstiones, & difficultates accidētes [hic] motę sunt in lib. de intellectu loco eius, ideo lege illic, quia multa dic[untur de] hoc. Et postꝙ dixit de hoc, concludit intentum in principiis corpo[rum cœle]stium. d. vnde igitur sequi debet ꝙ predicta entia separata, vult dicere, principia corporum cœlestium absolute sunt purę intelligentię, id est p[uri intel]lectus. & intellige per purum intellectum, rem absolutam a materia [secundum] rem, & modum. vnde quidditas lapidis, licet sit aliquo modo intelle[ctus, non ta]men est purus intellectus, quia secundum rem est in materia. hæc au[tem] conclusio potest probari sic. omne absolutum a materia, & eius con[ditionibus] secundum rem, & modum est abstracte & purus intellectus: sed princ[ipia corpo]rū cœlestium sunt absoluta a materia secundum rem, & modum. ideo [sim]pliciter intellectus. maior apparet ex iam dictis de forma lapidis. mi[nor ap]paret simpliciter ex dictis, quia sunt simpliciter sempiterni, vt fuit d[ictum in] longū processum. Iterum ex dictis concludit, quasi secundam con[clusionem], quę est, ꝙ res intellectę ab illis intellectis sunt formę, & mundi ord[o, & si]militer oportet secundū ipsorum radices id, quod per istam intellige[n]tur, esse entiū formas, & mūdi ordinē: sed hoc pōt declarari duobus [modis] ipsorum: quorum vnum ponit, qui debet sic componi. Sicut intellectus [se habet] ad formas materiales, ita intelligentia ad illas: quod non probat, quia [manife]stum simpliciter, vt dicam: sed intellectus humanus non est aliud [quam res mate]riales, vt comprehensę. ergo & intellectus intelligentiarum erit res [ma]teriales etiam. Et hoc dicit. sicut se habet humanus intellectus ad res [materiales, ita] intelligentię ad illas. Deinde accipit minorem. d. Intellectus enim [non est] aliud nisi comprehensio entium formarum, prout immateriales sunt. D[e]...

Error Io. de specie intelligibili.

Opinio propria.

A clusionem.d.quapropter concluditur ex hoc, quod entia duo habent esse, videlicet sensibile, & insensibile, siue potius intelligibile: & hęc est conclusio prędicti syllogismi, æquiualenter saltem, vt apparet.

Sed hinc prouenit quęstio: an eodem modo intellectus humanus se habeat respectu formarum materialium, & intelligentia respectu illarum, vt maior assumebat. Decima qõ. Dicendum secundum doctrinam Auer. Intellectus hominis non est causans res intellectas simpliciter, sed tantum in esse, & secundum quid, ꝙ est esse diminutum, scilicet in esse intelligibili, vt Auer. dicit. 7. Meta. com. 31. in fine. intelligentia autem non modo est virtus causans formas materiales inesse in telligibili, immo in esse simpliciter: ideo intelligentia propter esse in gradu altiori ad intellectum, habuit pręeminentiã in causando res materiales duobus modis, scilicet in esse intelligibili, quod est esse diminutũ, & in esse existẽtię, quod est ens simpliciter. propter quod intelligentia non solũ est res cõprehensiue, sed effectiue, & ideo intelligentia non solum fuit res ipsę, immo ordo ipsarum, qui ordo prouenit ex eis, prout habent esse simpliciter. intellectus autem solum est res comprehensiue, & non est ordo illarum, nec ipsę effectiue: & sic apparet maior illius syllogismi. Sed quomodo verificatur minor, est multum difficile, & dixi quędam de hoc in libro de intellectu. sed, quia ibi dixi ad longum, volo aliqualiter abbreuiare, & dicere ꝙ intellectus hominis, & intelligibilia sunt vnũ

B numero, non in dispositione essentiali, sicut est intelligentia, sed per accidens, vt declaraui in expositione com. 15. & 8.3. de Anima, et aliqualiter dixi hic antea. oĩa ergo intellecta vniuntur in ipsa, pro quanto eam perficiunt: & non intelligo illa esse vnum numero, sicut est vnitas numeralis in formis materialibus, sed dico, sicut est dispositio in formis absolutis, isto modo igitur intellectus hominis, et res intellectę sunt vnum. Sed dices, quare intellectus hominis, & formę intel- Replica. lectę non sunt simpliciter idem numero cum intellectu, sicut formę intellectæ cũ intelligentia separata? Dicendum ꝙ ideo est, quoniam intelligentia non est Solutio. res materialis, quia causat eas in esse cognito tãtum, sed quia in esse simpliciter. vnde, ideo intelligit illas, quia causare potest illas in esse simpliciter. ideo scientia eius est causa rei, quia ipsa, quę est scientia, est causa rei: intellectus autem nõ intelligit res, quia causat illas. ideo non oportet quod simpliciter intellectus sit idem omnibus modis rebus intellectis. Si enim posset illas causare simpliciter, tunc intelligeret per essentiam eius, ratione cuius posset illas causare: quia igitur non causat illas in esse simpliciter, ideo non intelligit illas secundum quod intelligit se esse causam illarum, ideo intelligibiles res non sunt idem in dispositione vnitatis essentialis, sed accidentalis. ideo videtur quod scientia eius sit causata a rebus quodammodo. Ex his apparet minor, scilicet qualiter intellectus ho-

C minis est res, & formę intellectę.

Circa conclusionem adhuc est locus quęstionis: quia, non vide- Dubitatio. tur ꝙ vna res habeat duo esse, scilicet absolutum, & in materia. Secunda quęstio, posito ꝙ aliquo modo habeat duo esse: quod est melius ei, & nobilius, an esse absolutum, an esse existentię, quod est esse extra eius causas omnes? Ad hęc [illegible] puto, ꝙ omnis res, quę est effectus alicuius causę, habet duplex esse, scilicet proprium, per quod cadit in ambitu entis, & extraneum, quod est in [illegible] suę causę: & hoc est, quod Auer. 12. Meta. commẽ. 18. & 36. intendit in suis verbis obscuris. Ad formam quęstionis iam apparet solutio. concedo. n. ꝙ vna res non potest habere nisi vnum esse proprium, attamen non inconuenit ꝙ habeat vnum proprium, per quod cadit sub ente, & vnum participatiue, per quod [illegible] esse proprium, & conseruatur in esse proprię, vt vides in exemplo de [illegible], seu sanitate. Ex hoc verificatur tibi, quare intelligibiles formę in intelligentia mouente orbem, dicuntur omnibus modis secundum rem idem illi, non tamen in substantia intellectus hominis. homo. n. ideo est, qm̃ illa intelligẽtia est [illegible] rerum, ideo intelligit illas, secundum ꝙ intelligit sibi est esse rerũ [illegible] vt dixi. & ideo intelligit alia, quia intelligit se inquantum causa, ideo [illegible] formę, & intellectus sunt vnum in dispositione essentiali in intelligentia, [illegible] sic in intellectu nostro, vbi non ponitur rerum ad extra, ideo non

 A

intelligit illas, ſecundum ꝙ intelligit ſe: & tunc tibi eſt manifeſtum totum
Contra. ſi bene inſpexeris dicta Auer. Sed dices, ſaltem anima hominis eſt pro
ducere res in aliquo eſſe, ſaltem diminuto. ergo poteſt intelligere illas intelligen
Reſponſio. do ſe eſſe cauſam illorum aliquo modo. Poteſt dici apud me, ꝙ ſi teneamus in
tellectum agentem eſſe Deum, ſine dubio intelligit illas non modo ſecundum ꝙ
poteſt producere illas in eſſe intelligibili, immo ſecundum ꝙ poteſt pro
Intellectus agēs, & poſſibilis ſunt vna res ſecū dū rem, differunt tñ ſecū dū rationē. las ſimpliciter, vt dixi in quæſtione de intellectu. Sed, ſi teneamus intel
lectus agens ſit vna intelligentiarum, ſecundum quod dicit Ioan. ad...
fingi quod intellectus agens intelligit res, ſecundum quod poteſt illas p...
re aliquo modo in intellectu poſsibili, & ſic intelliget illas intelligend...
tenendo opinionem veram, quod intellectus agens & poſsibilis ſunt vna
diuerſę operationes, vt dicit Auerro. Tunc reputo eſſe dicendum, quod...
oportet: quoniam intellectum producere res in eſſe intelligibili non eſt...
cipere illas perfectiue, ideo non oportet vt intelligat illas, quia cauſa...
quia perficitur ab illis, ideo intelligit illas, & tu perſiſte, quoniam di...
raui in hoc, & aliqualiter tetigi totum hoc in libro de intellectu, F...
Solutio ad ſecūdā quæſtionem. bit mihi vitam, dicam melius de hoc. Ad ſecundam queſtionem dicen...
eſſe proprium eſt eſſe ſimpliciter ei, & ideo eſt melius ei: & ideo opor... B
ꝙ licet eſſe abſolutum formarum ſit abſolute nobilius, & melius, quia...
eſt eſſe nobile intelligentiarum. attamen non eſt melius, & nobilius ipſi
ductę: quoniam illud eſſe in cauſa non eſt eſſe proprium ſibi. Verbi gra.
modo, quę non eſt, habet eſſe in cauſa prima, & in cauſis proximis, &...
bio eſt eſſe melius, & nobilius, non tamē eſt melius ipſi roſę: propter...
abſolute modo non dicitur eſſe, ſed dicitur quod eſt in ſuis cauſis, & ſic e...
dum quid, & omnes res, antequam ſimpliciter ſunt, habent eſſe ſecund...
quoniam habent eſſe in ſuis cauſis, quod eſſe eſt ſimpliciter nobilius, n...
eis, vt ſic eſt ſimpliciter nobilius, quia tunc fruſtra fierent. & ſic appa...
queſtionis ſecundę. Et cum omnia iſta ſint ſic declarata, verificata e...
minor, & concluſio iſtius loci. Et poſtquam dixit totum hoc, declar...
iſta ſe habent vlterius, & dicit. vnde putant philoſophi ꝙ orbes dic...
ſeparata intelligunt. & hoc poteſt intelligi duobus modis: vel ꝙ ipſi...
intelligentes illa principia ſeparata, vel ꝙ illa principia ſunt intellig...
orbes: & ſi intelligitur primo modo, videtur mihi quod per orbes in...
corpora animata colligata ex intellectu, & orbe, quę intelligunt illa...
partes ſui: & hoc eſt declaratum in libro de ſubſtantia orbis, & eſt ...
cat ex intellectu humano, & homine conſtituitur vnum intelligens, & v... C
lens, quod intelligit ſe & intellectum ſeparatum, ita ex intelligentia co...
uenit vnum intelligens, & vnum operans, quod intelligit intelligent...
tam, quę eſt pars, vel quaſi pars illius. ſi intelligitur ſecundo modo res ...
feſta, quoniam intelligentię intelligunt orbes, pro quanto ſunt cauſę e...
modo, quo Deus intelligit reliqua, pro quanto eſt cauſa reliquorum, ...
pe in alijs, & dicetur melius. Deinde infert aliud. d. & quod regimen di...
orbium in entibus inferioribus, ſequitur ita quod ordinate, prout ip...
animata ſunt & ipſi ſcilicet orbes comparantes id eſt intelligentes ...
ni, & ſapientia ſapientiali: vel litera eſt corrupta, & debet dicere comp...
telligunt ipſa ſeparata principia intelligentia, & humanum intelle...
videtur mihi, ꝙ litera iſta debet aliter intelligi, ſ. & ipſe vult dicere, ...
comparantes inter ipſa ſeparata intelligentia, & inter humanum in...
ueniunt ea intelligentia nobiliora humano intellectu, & tunc litera ...
ſta per ſe: ſed quia natura comparationis eſt, vt comparata differant, &...
niant. ideo, cum dixit illas differre penes nobilitatem, & ignobilitate...
ea conuenire, & dicit, licet communicent prout intelligunt entium fo...
forma cuiuslibet eorum eſt id, quod comprehendit de formis entium. & ...
ordinem, vult dicere de natura intelligentiarum eſt in comprehendere
entium, & ordinem illorum, et ita ſimiliter eſt intellectus humanus. et ...
differentiam, & conuenientiam; exponit differentiam dicens, ſed differ...

A entium formę causę sunt humani intellectus, cuius causam dicit: ab eis nanque perficitur, sicut quęlibet res perficitur in sua forma: sed intelligentia dictarum intelligentiarum sunt causæ entium, id est, existentium formarum. ordo enim entium sequitur ordinem intelligentiarum separatarum, sicut ordo sanabilium sequitur ordinem sanabilium intellectorum, sed ordo nostri intellectus sequitur ordinem entium.

SED PROVENIT locus quęstionis, quare intellectus noster sic intelligit, & intelligentię non perficiuntur ab illis intelligibilibus. & etiam si intelligit, quia causatur ab eis, ergo intelligit illam per essentiam eius, sicut intelligentiæ intelligunt primum ens. & hoc est multum difficile, & diu immoratus sum, & diu ignoraui hoc. Pro intellectu huius primo debes scire, quod in intelligētiis, vt declarabitur, sunt gradus, adeo quod inferior est vilior: quanto enim intelligentia est remotior a prima, tanto in gradu perfectionis remouetur: & ideo sicut esse illarum diminuitur, ita & potentia. et quia intellectus humanus fuit infimus, vt dicit Auer. 3. de anima. com. 19. ideo est diminutus in potentia, & ideo non habuit causalitatem in entibus, nisi secundum quid: & dixi pro quanto conseruat illas in esse intellecti, & quia ita est, apparet solutio quęstionis primę: quia enim intellectus humanus non fuit causa entium, non potuit intelligere illa, secundum ꝙ est illorum causa: quia vero intelligentię sunt causę entium, ideo potuerunt intelligere illa, secundum quod intelligunt se, vbi sunt causę eorum: intellectus igitur humanus non potuit intelligere illas formas, vt est causa. ergo oportet vt intelligat illas, vt colligatur illis aliqua colligatione: hoc autem non potest esse, nisi quia colligatur illis, secundum ꝙ causatum colligatur causis. ideo intelligit illas, eo quia est causatum ab illis in aliquo genere causę. & sic apparet solutio primę quęstionis. Pro intellectu secundę, debes scire quod intellectus non intelligit illas, eo quia intelligit se causatum, sicut alię intelligentię intelligunt primum. quoniam intellectus non causatur ab illis simpliciter, ita ꝙ esse intellectus sit a rebus, sicut esse intelligentiarum a primo: quoniam intelligētię dependent a primo, tanquam ab agente simpliciter. ideo illę intelligendo se sufficienter, possunt primum intelligere, quia ipsæ sunt simpliciter effectus primi. Quia igitur intellectus non causatur simpliciter, ita ꝙ ab illis accipiunt esse, ideo non potuit intelligere illas intelligendo se. intelligit ergo intelligentias, pro quanto causatur ab illis in genere formæ, ipsæ enim perficiunt intellectum eo modo, quo formæ naturales perficiunt materiam, & ideo intelligit illas, pro quāto recipit illas, non dico subiectiue, sed perfectiue, & obiectiue, sicut dixi in quęstione de intellectu. & ideo intellectio humani intellectus non est nisi receptio formarum perfectiue. Et ex his apparet secunda quęstio, & diu ignoraui hoc, C & alias dicam plus de hoc. Et cum omnia hęc sint declarata, concludit differentiam, d. quare istius ratio. i. forma humani intellectus defectiua est, vult dicere est vilior intellectus, & hęc fuit differentia. Et postquam dixit hoc, concludit aliud de rerum formis. & sic, vult dicere, est, sicut dictum est, ergo esse sensibiliū entium multos habet gradus, quorum vilior est in materia, nobilior illo est esse, quod habetur in humano intellectu, & nobilior isto est esse, quod habetur in separatis intelligentijs: & adhuc ibi est ordo, quod declarat. d. deinde in ipsis separatis intelligentijs dictæ formę gradus habent adinuicem differentes, secundum quod differunt illę intelligentiæ adinuicē. ecce igitur dispositionem entium.

SED HIC est locus quęstionis: quia videtur ꝙ formæ habent nobilius esse in materia, eo quia ibi habent esse simpliciter. Secundo videtur, ꝙ habent esse nobilius in intellectu hominis, & ibi habent esse, prout sunt causæ eius in intellectu, prout sunt causatæ. Ad has. ad primam potuit apparere solutio ex iā dictis. sine dubio enim intelligentiæ habent esse simpliciter melius eis in materia, quam alibi: attamen Auer. loquitur de esse in se: licet enim esse muscæ sit nobilius ea, non tamen est melius esse hominis: & sic formę naturales simpliciter eis habent esse melius in materia, licet absolute esse earum in intellectu, & intelligentias sit nobilius, & melius, & hoc totum fuit declaratum supra. Ad secundam iam apparet solutio: esse formarum in intelligētijs est esse causa rerum,

Dubitatio.

Quanto intelligētia est remotior a prima, tanto impfectior ē & cōuerso.

Quęstio. 11.

eo quia illud esse nō est nisi essentia intelligentiarum, quę potest produc-
& sic ibi sunt causę. Sed intellecta hominis habent esse causę in generi
habent tamen esse causati secundum quid. ideo simpliciter nobilius est
in reliquis. & hoc patet. Et postquam tractauit de dispositione intellige
& ordine entium, vult modo tractare de dispositione primi principij, &
primo illud, quod dicit ad primum principium, & ad eius naturam, &
sus, qñ ipsi speculati fuerunt de corpore supercœlesti, inuenerunt ipsum
veritatem corpus simile vni animali vnum motum vniuersalē. i. totali
ti, & intelligit hic per corpus cœleste, non octauum orbem, nec ali
compositum ex oībus orbibus: & declarat illam cōuenientiam. d. sicut a
bet animal vnum vniuersalē habet motum. s. translationem sui corporis
& hic motus, vult dicere circularis vniuersalis in corpore cœlesti, est
tus, qui in suprema sphęra fit, est ergo similitudo, ꝙ sicut animal genera
uetur vno motu, qui conuenit oībus membris, & toti congregato, ita est
cœlesti. s. ꝙ mouetur vno motu totali, qui conuenit oībus mēbris, & toti
saliter. Deinde exponit alios. d. post ea inuenerunt ꝙ alij orbes motus
particulares similes oībus partibus mēbrorum vnius animalis. Deinde ex
dispositionem vnitatis illorum. d. dicunt philosophi ꝙ colligatione horum
rum inuicem, & reductione ipsorum ad vnum corpus, & vnum finem, c
nientia omniū in vno opere, s. regimine huius mundi: & ꝙ ex hoc seq
oēs motus cœlorū ad vnum primum reducuntur. et ponit exēplum conue
d. vt vere est simile reperire in pluribus artibus erga vnum finem tende
oēs enim illę artes ad vnam & eandem reducuntur, quę est princeps al
tiū sine dubio. & ideo coacti fuerunt opinari, ꝙ illa separata principia
separatum principiū reducuntur, quod est primum oīum causarum, & for
ordo, q̄ in hoc principio sunt, nobilior est formarū, & ordinū, vult dicere
sę rerum, & ordo earum in primo habent esse nobilissimum simpliciter
ordo est cā, & principium oīum ordinum huius mundi. amplius vult dicere
nerunt ꝙ dictę intelligentię inter se differunt in nobilitate secundum
habent de primo principio in propinquitate, & longitudine.

Quęstio. 12. SED in his est locus quęstionis. quare, non videtur verum, ꝙ simil
conueniens: qm̄ sedes animę est cor secundum omnes, quod ponitur
omnium membrorū, & totius. ergo medium oīum orbium, cum dicatur
ideo Deus deberet esse in orbe solis tanquam in sua sede. Et vel simil
est consequens, vel Deus non erit in octaua sphęra. quod est falsum.

Positio quorundam. rum: quidam philosophi, ꝙ Deus sine dubio est in orbe solis propter
Prima ratio mo esse in medio, qm̄ de natura principis est, vt sit in medio, vt dicitur
Secūda rō. causa motuum animalium. modo constat inter orbes medium esse sole
cundo, propter dignitatem orbis: quoniam orbis est finaliter propter ste
dictum est in libro cœli. ideo orbis, qui habet stellam nobiliorem, erit
Tertia rō. modo constat solem esse nobiliorem omnium, vt apparet apud omnes.
tio, propter propinquitatem ad nos, propter quos mouetur. oportet enim
uans, & agens non esse distans a conseruato, & acto, vt apparet com
omnibus. propter hęc, & multa alia dixerunt, ꝙ sol respectu totius
est, sicut cor: quoniam, sicut cor est fons caloris, ita & sol: & sicut cor
vnde omnes virtutes prouenıunt in membris animalis, sic sol propter
alia est id, vnde omnes virtutes in reliqua cœlestia diffunduntur: &
est in toto corpore, appropriatur tamen cordi, tanquam parti dignissimae
Deus est in toto congregato primo, & appropriatur tamen in sole, tanquam
Impugnatio parte principalissima. Sed, sine dubio hęc opinio est falsa, & contra
phos quidem: quia octauo Physi. Arist. vt dicit Auer. ibidem comm.
minat ꝙ Deus est in maximo circulo, & in secundo Cœli, vt dicit
15. determinat quod sit in Oriente. falsa quidem, vt probatur ab A
Metaphysi. commen. 44. quoniam omnes orbes diurnum motum intend
prouenit ab octauo orbe: hoc autem non esset, nisi quia ille orbis octauus
Secunda. bilior omnibus alijs. Secunda via sumitur ibidem ex dignitate corpo

A magnitudinis: quoniam maiori quanto debet appropriari maior virtus, vt dictum est in lib. Cœli, & in lib. Physi. modo constat octauum orbem esse maximum omnium: ergo ei appropriatur maior virtus. modo declaratum est in loco eius, quod virtus primi est maxima. ideo, sine dubio debet appropriari octaui orbis sedi. Tertia via ibidem colligitur: quoniam princeps debet poni in loco dignissimo: modo constat supremum locum esse omnium dignissimum, vt dicunt: & videmus hoc apud principes huiusmundi, qui semper appropriatur arci, & castris propter nobilitatem eorum. Quarta via est ex multitudine stellarum, & nobilitate earum, vt Auer. ibidem dicit. manifestum est enim illum orbem excellere orbem solis propter magnitudinem stellarum, & nobilitatem earum, vt Auer. ibidem dicit. manifestum est enim illum orbem excellere orbem solis propter multitudinem stellarum. ibi enim multę sunt stellę, & dignissimę: et reputo quod omnes, vel multę earum sint nobiliores sole: cuius signum videtur, eo quia oportet, vt motu diurno omnes sint pręsentes cuilibet parti terrę: quod non esset, nisi quia virtutibus earum conseruant mundum: videmus enim solem per multum tempus distare a nobis, & tamen pars, vbi nos sumus, sine propinquitate eius ad nos, est adhuc in sui esse constituta: & hoc significat, quod esse eius non est ita necessarium, sicut esse octauę sphęræ, & stellarum eius. Vltra a B signo potest ibidem probari: quoniam motus maximus circuli est velocissimus, & tamen est corporis maioris. & hoc non esset, nisi ex nobilitate & fortitudine virtutis: quoniam ex paruitate corporis esse non potest, sicut forte accidit in luna: & ex hoc scimus quod virtus mouens illam sphæram est fortior omnibus alijs, & ideo nō potest esse, nisi sit Deus. Ex omnibus his sequitur, quod octauus orbis est simpliciter nobilior omnibus alijs, licet alij inter se comparatiue sint in nobilitate: quia quidā eorum sunt nobiliores secundum vnum gradum nobilitatis, qui tamen secundum alium sunt viliores, vt dicit ibidem Auer. Pro solutione ad rationes alterius opinionis debes scire, quod dignitas loci, & magnitudo corporis sunt dignitates absolutę maiores, quam reliquę: &, ideo si vnus orbis sit alio dignior in vna dignitate, & alius in illis duabus, scilicet loco, & corpore, secundus erit simpliciter nobilior. Modo ad rationes. Ad primam dicendum quod, si illa causa esset vera, tunc Deus deberet esse in terra: quoniam ibidem est maxime in medio, cum medium simpliciter sit centrum mundi: ideo dico, quod debet locari in medio alijs saluatis, quę reddunt locatum simpliciter dignius, cuiusmodi sunt corporis magnitudo, & eius loci supremitas. Ad secundam, dicit ibidem Auerro. quod sol est nobilior erraticis, non tamen fixis: immo puto quod stellę octaui orbis sint nobiliores sole, saltem quædam earum. Sed dices, contra: quoniam, saltem intelligentia saturni erit nobi- C lior intelligentia solis, & tamen orbis solis est nobilior orbe illo. Prætere, omnes stellæ recipiunt lumen a sole, vt dicitur in libro de partibus elementorum. Ad primum dicendum, quod intelligentiæ orbium superiorum sunt nobiliores, & fortiores propter magnitudinem corporum, & propter supremitatem loci, quę arguunt esse simpliciter nobiliores, licet sol sit nobilior secundum quid. Ad secundum, dixi in libro de substantia orbis illud esse falsum. & Aristotel. intendit quod a sole stellæ intenduntur in lumine: & hoc non arguit solem esse nobiliorem nisi secundum quid, licet absolute octaua sphæra propter illa sit simpliciter nobilior. Ex his apparet, quod Deus est in maximo circulo, vt dicit Auerro. primo licet sit in omnibus adæquate, non tamen primarie: vnde sicut totum animal est adæquatum subiectum animæ, & cor principale: ita totum cœlum est subiectum adæquatum Dei, attamen principale est maximus orbis. Et ex hoc sequitur, qp illa similitudo non est in omnibus conueniens, & sic apparet illud, quod dicit Auerro. secundo Cœli commen. 56. vide ibidem. Et post quam dixit totum illud, vult declarare dispositionem eius, intelligendo entia, & dicit. vnde primus intellectus non intelligit nisi seipsum. & intelligens seipsum omnia entia intelligit, sed in nobiliori esse, & ordine, qui esse potest. Deinde innuit differentiam inter primum, & reliquos, subitātia tamen dicit primi intellectus posterioris, id est, respectu posterio-

Tertia

Quarta

Stellę fixæ motu diurno semper sunt p̄sentes cuilibet parti terrę.

Ad primā

Ad secūdā.

Contra.

Solutio.

Licet Deus sit adęquate in oībus orbibus tamē prīcipaliter est in maximo circulo.

ris, vel qui intelligit posterius, & id, quod intelligit de formis, & ordin... A mo intellectu existentibus: & dicta separata intelligentia adinuicem d... hoc puncto, vult dicere secundum diuersitatem graduum: propter quod... dit. d. sequitur ꝙ nullus infimorum intelligit de nobiliori illo. i. intellig... lius eo, ꝙ ille nobilior. i. intellectus primi intelligit de seipso, vult dicere... la intelligentiarum potest intelligere melius Deo, nec intelligendo se, n... ligendo aliud intelligendo se, non, quia nulla est nobilior Deo: nec intel... aliud, quia nihil Deo est melius, & nobilius, nec econuerso: vult d cere... ter se intelligunt in vno, & eodem puncto idem intelligibile. s. ꝙ quęlib... ligentiarum entia intelligit in vno, & eodem gradu: cuius rationes ponit... si enim ita esset, sequitur quod esset vnum, & idem, & non differunt nume... cludit conclusionem. d. vnde. i. ergo hoc modo. s. secundum gradus differ... in ista conclusione Ioan. tertio de anima laborauit, & ego in expositione... commenti dixi id, quod mihi apparuit, attamen, pro nunc videtur mihi... ratio sustentetur in duabus propositionibus: quarum prima est, quod actus... cui nulla potentia, nec imperfectioni, nec receptionis est admixta, non e... vno in specie, vt declaratum est primo Cœli commento. 90. vel. 9. quoni... indiuidua eiusdem speciei vere sunt corruptibilia, et actus purus non est... bilis: ergo in secunda figura non potest esse plus vno in specie: & maior B profyllogismi est manifesta, quoniam multitudo numeralis est per mater... quo modo, vt dixi in multis locis: & sic apparet propositio principalis... purus non est plus vno in specie. secunda propositio est concessa ab aduer... sed intelligentię sunt actus puri, quibus non est admixta potentia imper... nis, nec receptionis; ergo omnes sunt vnum numero, & non differunt, ... consequens: & quia consequens est impossibile, oportet vt minor sit imp... lis, quia maior est nota per se. & ideo dicit Auer. tertio de anima, comm... to. quod declaratũ est in prima philosophia, quod nulla est forma liberata... tentia nisi forma prima, quę nihil intelligit extra se, sed essentia eius e... eius, alię autem formę admiscẽtur in quiditate, & essentia quo quomodo... quod dixit esse dictum in Metaphysica, forte innuit. 12. illius tex. comm... vbi declarauit quod Deus nihil intelligit extra se, & forte innuit textum... menti. 37. vbi declarauit quod Deus est simplex, quia mouet reliquas int... tias. & forte ex his duobus erit declaratũ illud, & tu vide tertio de An... declarauit totum istud. Et postquam dixit hoc, dicit, & dicunt prędicti p... phi, quod primus non intelligit, nisi seipsum: & primus intellectus, qui p... ab eo. s. secunda intelligentia, quę intelligit primum, quia causatur a p... C intelligit eo posterius, quia causatus est, vult dicere ab illo, & si intellig... rursus esset causatus a causa, vult dicere alia a prima: & forte hęc verba... liganda cum illis. s. & dicunt ꝙ primus non intelligit, nisi seipsum, & si... ret cum. i. aliud ab eo, rursus esset causatus a causa: & sic ordo est pra... & ambo sermones sunt veri in se: & postquam dixit hoc, complet id... dicunt quod id, quod intelligit primus de seipso, est omnium entium ca... quod intelligit quilibet posteriorem de primo, est quodammodo, quod i... vult dicere quasi causa: & quod est. i. quodammodo causa suipsius: & ... sit hoc, est dictum in alijs supra. Sed pro hoc, in vltimo dicto debes i... id, quod intelligit secunda intelligentia, & sic de alijs, est inquantum in... causatam a prima: & quia esse eius est causa posteriorum, ideo intellig... quasi est causa reliquorum, & causa sui: quoniam, intantum intelligit ... tum causatur a prima: & ideo, quodammodo est causa propriorum per... intelligit de primo, & causa sui: & hoc est manifestum per se: & post... rauit ibi totum hoc tam in dispositionibus generabilium, quam æter... separatorum dicit, & hoc modo debent philosophorum opiniones ... intelligi, & in motoribus, idest argumentis eorum ad omnia prędicta, ... do diligenter inspiciuntur, reperiuntur in sublimiori gradu sufficientię... dinis, maxime respectu motorum. i. omnium loquẽtium, prę ferum ... vt sunt. i. cuiusmodi sunt duę sectę, quę dicuntur Mohanzela, & Asnarii...

nit ...

A nit opiniones harum. d, quæ in primo principio opinantur quod in mundo est vna substantia in corporea, nec in corpore consistens, & est viua, volens, sciẽs, potens, loquens, videns, & audiens. sed Assaria, vult dicere secunda secta, expresse opinatur quod hæc substantia sit efficiens omnia entia absque aliquo medio, & sit in eis infinita scientia, prout entia infinita sunt, quæ supple, vno actu intelligit: & negant hinc causas esse in rebus inferioribus, vult dicere quod auferunt virtutes causatiuas a rebus, & dicunt quod ex substantia reperitur cum qualibet re adiungentibus adiunctione essentiali, vult dicere quod ista est innata cum omnibus rebus essentialiter: hæ igitur sunt duæ sectæ, quas hic adduxit Auer. vt vides in dispositione primi principij. Post quã adduxit illas, vult remouere illas, & arguit contra eas. & primo contra primam. Et syllogismus componitur sic: omnis substantia incorporea viuẽs, videns, & reliqua, est generis aię: sed per loquẽtes suæ legis prima substantia est viuens, & reliqua: ergo est generis animæ: cuius contrarium opinati sunt: vnde. d. & non est dubium ꝙ multa inconuenientia sequuntur hanc opinionem, eo quod ens, quod tale est, vult dicere substantia incorporea viua, & reliqua, oportet necessario quod sit de genere animæ: hæc est vis maioris, cuius causam. d. anima enim est substantia incorporea viua, sciens, potens, volens, audiens, & loquens. Deinde infert conclusionem. d. ergo isti ponunt entium principium animatum, vniuersale, separatum a B materia, & ipsi non putant etiam opinari illud. Deinde arguit contra aliud. d. vnde dicemus dubia super hos errores cadentia: cuius fortius est id, quod opinati sunt de Dei & nominibus. i. attributis: ipsi enim dicunt, quod hæc est quædam substantia antiqua, composita: sed secta ashariæ, vel assariæ hoc negant: ipsi. n. dicunt quod quælibet compositio est noua: vnde syllogismus sic componitur: omnis compositio est noua: Deus est compositus: ergo est nouus: maior prosyllogizatur: omne accidens nouum est: compositio est accidens, scilicet ipsis partibus. ideo maior manifesta. quomodo hæc ratio sit vera, dictũ est 2. Meta. commen. 39. & nolo plus immorari in hoc. Et postquam dixit hoc, ponit alia, quę cõcedit secta illa, & dicit, opinantur cum hoc, quod omnia entia sunt irregularia: scilicet, quæ non sunt sub terminato ordine naturali, vult dicere secundum suas naturas, nec sub ministratione cuiusdam sapientiæ dantis entibus determinatã mensuram: ideo opinantur quod quodlibet ens aliam naturam habere potest pręter illam, quã habet: & hoc. i. ordo, & mensura, & natura determinata sequuntur eos. i. illa entia necessario in intellectu, vult dicere, pro quanto proueniunt ab intellectu. Et videtur mihi quod potentia syllogismi istorum sit in duabus propositionibus: quarum prima est: omne ordinatum terminatum in natura, & C mensuratum in debita mensura in sui natura, non ordinatum, nec terminatũ in natura, nec mensuratum in debita mensura, ab alio intellectuali ordinatur, & terminatur in natura, & in debita mensura ponitur: hæc propositio est manifesta per se: secunda est, quod nulla res est ordinata, nec naturæ terminatæ, nec in debita mensura existens, vt accipiunt & credunt: ideo concluserunt ordinem, & terminationem, & mensuram in entibus esse a virtute aliqua intellectuali: & nõ apparuit eis alia, nisi primi principij: propter quod addit Auerro. licet videant quod effectus mundi sequitur ordinem, & regulam, vult dicere primi principij. Deinde ponit alia, quæ dicunt. d. & vocant eum ordinem sapientiæ, & ipsum existens sapiens, assimilant opera naturalia ad voluntaria, & dicunt quod quilibet actus, id est effectus, inquantum actus, procedit ab agente volente, viuo, et sapiente, & dicunt quod actionis natura, inquantum actio, infert hoc, id est esse sapientia Deinde probat secundum eos, vnde Deus est viuens. d. i. & allegãt in hoc dicentes quod id, quod non est viuum, est mortuum: & de mortuo nullum opus procedere debet, & vult dicere quod propter hoc oportet vt Deus sit viuens, & negant opera procedentia naturalibus virtutibus, vult dicere, quia omnia ponunt, in posse Dei, & ideo negant quod res viuę nobis præsentes opera habeant, & dicunt quod hæc opera nobis apparentia adiunguntur viuo, vult dicere Deo primo viuorum: & licet appareat quod corpus brutum ea agat, non est dubium quod procedant a corpore viuo, occulto; & ideo sequitur eos, quod

nulla vita sit præsens, vult dicere in rebus secundum earum naturas, hæc illa, quæ isti loquentes concedunt. Et póstquam dixit totum hoc, videtur re vnum, quod apparet ei inopinabile inter alia plus, & d. rursus valde dum est de eis, qualiter talia incongrua & inconuenientia possunt quia sensibiliter reprobata sunt, videlicet, quod nulla sit vita præsens: cere quod dicere nullam vitam esse in rebus, hoc reprobatum est sensib. Deinde complet illud, quod dicunt, d. qualiter tamen principium agens ficiens asserunt hac vi, quasi dicat, dubium est: ipsi posuerunt quod bet innouatum habet innouantem, vult dicere, quilibet effectus nouus agens nouum: & est impossibile quod hoc procedat ad infinitum, ergo tet necessario quod hoc perueniat ad innouans antiquum, id est, agens an D. modo Auerro. & nos dicimus quod hoc est verum: sed, non ex hoc se quod agens ponatur incorporeum, & ideo oportet applicare eos ad hoc aliam propositionem, scilicet, quod omne corpus non est antiquum, vult re, nullum corpus est æternum: & tunc oportet addere quod Deus est æt. & concluditur in secunda figura. ergo Deus est non corpus. Et postq. xit totum istud, vult dicere de eo aliqua, & primo dicit: & est notádum hanc opinionem, vult dicere, illud totum, quod dictum est: vel forte dit per hanc opinionem, scilicet illud vltimum, quod dictum est per gismum in secunda figura, videlicet, quod Deus sit virtus extra corpus sequuntur. Deinde apud me, vt mihi videtur, remouet quasi dubium co lũ, & dixit, dici enim potest, vult dicere quod si Deus generat corpor stia, dici põt quod innouãs. i. agens est corpus antiquum, nudum ab omni cidentibus, vult dicere nouis: vel per accidentia intendit motus, ita sensus, quod Deus sit corpus immobile simpliciter. vel intendit id, quod placet. Ex quibus, vult dicere, propterea quia ipsi probant quod corpo lestia sunt innouata: virtus ergo quæstionis est: ex quo isti ponunt co lestia esse generata: & generatio omnis est ex corpore: ideo sequitur dictum est. Et syllogismus quæstionis potest sic componi: omne gener corpus agens: primum est generans, eo, quia apud eos generauit corpo stia: ergo primum agens est corpus: sed hæc litera potest aliter intelligi lit ponere opinionem, quæ dicit Deum esse corpus, & tunc non dubit ponit opinionem, & causam opinionis. & tunc vult dicere, quod hanc nem, scilicet quod Deus sit corpus, multi sequuntur: quia aliter non p mundum habere agens: opinatur enim quod omne agens sit corpus, & terminat quale corpus sit illud, & dicit: dici enim potest quod est corp plex nudum ab accidentibus: differt ergo secunda expositio a prima. vult quod Auerro. dubitat contra illos loquentes. secunda vult quod nando loquitur. Deinde addit, & posito ab eis quod cœli generentur, buunt eis generationem modo inconsueto in corporibus inferioribus cet quia ipsi dicunt cœlos generari, nec de re, nec in tempore, neque hæc sunt verba eius. & videtur mihi quod possunt intelligi duobus mo mus modus est, quod sit solutio primæ dubitationis secundum prima tionem: & secundum hoc vult distinguere generationem, scilicet & est in tempore, loco, & ex materia: vt dictum est lib. Physi. quæ est sine materia, & non in loco, nec in tempore, immo apud plures simplex emanatio. Ad formam quæstionis dicendum quod, si maior git primo modo, est vera, & tunc minor est falsa: sed, si maior intelli do modo, est falsa, & minor vera in se. hic igitur est primus modus di verba ista. secundus modus est, quod ex his velit remouere dubita tur opinio, quæ dicta est in secunda expositione: quoniam posset quis falsum est, Deum esse corpus sine accidentibus, sicut dictum fuit, tet vt habeat accidentia: eo quia omne corpus generans habet accide bus potest transmutari: Deus est corpus generans: ergo in prima figura bet accidentia, quibus potest transmutari. & solutio innuitur his verb ior est vera de generatione primo modo, nõ secundo modo, vt dictũ fu

A tione quęstionis primę expositionis. Et quia dixit corpora cœlestia generari,
nõ de re, nec in tpe, nec in loco, exponit quid est generatũ de re in tẽpore, & in
loco, & d. in corporibus, id est nobis præsentibus nulla sit generatio totaliter, s.
ex nihilo, & dicit, videlicet attribuũt mundo agentẽ similẽ agenti rerum nobis
pręsentiũ: sic reperitur in exẽplari meo: & forte litera est diminuta, & debet sta
re, videlicet quia non attribuitur, &c. et tunc hoc, quod diminutũ est causa eius,
quod dixit, & est manifestũ per se. & forte litera põt stare, & tũc intẽtio est q
Deus, qui facit generationẽ, totaliter est similis agẽti nobis pręsenti aliqualiter,
licet sit differens, quod declarat. d. agens nanque nobis præsens agit sine dubio
alterãdo ens in quadam dispositione. i. forma ad aliam, non de priuatione sim-
pliciter ex nihilo simpliciter adesse: immo expoliat eum, id est subiectum de
suo indumento formali, & induit eum alia forma. & ideo opinati sunt antiqui,
quod ens absolute, id est simpliciter non generatur, nec absolute corrumpitur.
est ergo sensus, quod agens hic præsens non est agens esse simpliciter, sed hoc
esse. vnde sor. generãs nõ simpliciter est causa: quia Plato sit ens, sed quare for
ma Platonis fuit in materia; ideo est generatio ex ente supposito: Deus aũt est
causa entis simpliciter: propter quod dicit quod antiqui sunt opinati, quod nihil
simpliciter generatur, id est, ex puro non ente, immo quidã dixerunt hominem
B fieri ex homine, & quod generatio nõ est, nisi exitus, vt dicit Anaxa. quidam
dicãt generationẽ esse congregationem, vt Democritus: & hæc sunt iã dicta in
libro Physi. & dat causam illius, quod dixit, scilicet quod cœli non generan-
tur generatione famosa, & dicit: vnde concesso ab eis quod cœli innouantur,
nequeunt declarare, quod fuit primum innouatorum: mihi videtur quod velit di
cere quod, si cœli generẽtur generatione proprie dicta, esset processus in infini-
tũ in generabilibus, & sic nõ daretur primũ innouatorũ, immo erit ire in infini-
tũ: & hoc iam declarauit, & maxime in primo Cœli commen. 33. Deinde ex-
ponit quomodo hoc agens primũ non comparatur effectibus secundũ vnũ mo-
dũ: & videtur mihi qđ apud illos actum est duobus modis, scilicet cõpositũ ex
materia & forma, & simplex & indiuisibile, sicut intellectus, & intelligentiæ,
& corpora cœlestia, quæ materia carent: modo vult ista opinio qđ agens illud,
si cõparetur ad effectum primo modo, non creat illud, sed tm̃ facit materiã & for
mã vniri, si comparetur ad effectum secũdo modo, dicit qđ illud creat ex nihilo
& hoc dicit: sed agens apud eos materiã & formã facit generaliter, vult dicere
tantum, si opinati sunt ipsum habere materiam, id est, si factũ est cõpositũ: aut fa
cit eũ totaliter, id est, ex nihilo, si factum fuerit simplex, sicut opinati sunt de
parte indiuisibili, sicut est anima hominis. Et postquã dixit hoc: arguit contra il-
lud. d. & si sit hæc species agentis, permutat priuationẽ, id est, purũ nihil ad esse
C in generatione, videlicet, in generatione substantiæ indiuisibilis, quæ apud eos
est corporũ elementũ, id est, pars integralis, sicut est anima intellectiua, & per-
mutat esse ad priuationẽ, quãdo illa pars indiuisibilis corrũpitur: & huius argu-
mẽti potentia fuit entimematis: cuius consequens destruit. d. & est manifestum,
quod nullũ cõtrariũ ad suum contrariũ cõuertitur: & ideo priuatio nequit, id est,
non potest cõuerti ad esse: cuius exẽplum ponit. d. quia calor non potest ad frigi
ditatẽ conuerti, & d. sed priuatũ reducitur ad esse, & calidũ reducitur ad frigi-
dum, & est conclusio: videtur mihi quod potest intelligi duobus modis: primus
est, quod vnũ contrariũ non potest conuerti, sed bene priuatum, & positiuũ pos-
sunt reduci ad sua contraria, licet non conuerti in naturam aliorum, & ecõuer-
so: vel litera est diminuta, & debet legi: sed quod priuatum reducatur ad ens, &
calidũ reducatur ad frigidũ, & econuerso, est impossibile; & tunc reduci idẽ est,
quod conuerti; & sermo vtroque modo manifestus est per se.

SED ACCIDIT locus quęstionis: qm̃ Auer. habet quod conuertitur id, qđ
videtur necessariũ: quod. n. vnũ oppositũ cõuertatur in naturã sui oppositi non
inconueniens: quoniã Sortes in potẽtia sit Sortes in actu: & etiã nullũ inconueniẽs
videtur, si conuertatur illo nõ permanenti: vnde calidũ conuertitur in frigidũ ca
lido corrupto sine dubio: sic põt dici in proposito. Dicendũ pro Auer. quod ipse
supponit, quod in omni transmutatione est subiectum recipiens terminum, vt

Dubitatio.

Solutio.

alias declaraui:modo arguit sic:si ex nihilo aliquid sit factum, & habet ... ctum, oportet vt eius subiectū sit ipsa simpliciter priuatio, & tunc priua- A tio conuertitur in naturam entis receptiue cum eius permanentia:& hoc dit Auerroes:id autē, quod dictum est, nihil est: quoniam, si calidum in frigidum transmutatur, illud est, quia calidū actu est potentia frigidum ratione ... & similiter de Socrate in potentia: sed quod calidum conuertatur in naturam frigidi, sicut natura materiæ in naturam formæ recipiendo illam, sine dubio error purus: & hoc est in primo Physic. commē. 71. & ego exposui illud ... de intellectu. Et debes scire quod hæc ratio tenet suppositis principijs ... rois: sed, secundum nos non est dicendum omne factū indigere materia ... quam reprobauit illam, dicit confirmationem sui argumenti, ex hoc, quod ... alios alterius sectæ, & dicit: & ideo dixit Mohanzela, vel Mohatmilla alia secta loquentium, quod priuatio est quædam substantia, sed putat ... substantia ante mundi creationem nuda erat denudatione esse: ecce igitur modo argumentum Auerrois valoris fuit maximi: quoniā, propter ipsum ... tet illos dicere illam secundam opinionem mirabilem: & postquam dixit vult remouere rationes illorum, & dixit; & notandum quod auctoritates ... quibus meditantur quod res ab aliqua re non fit, id est, quod detur ... nihilo, erroneæ sunt: & fortior illis est illud, quod dicunt, scilicet quod, si res de re deberet fieri, procederet ad infinitum: & consequentia est ... B per se apud eos: quoniam, vel oportet venire ad primum generatum ex ... vel semper quod generatur, ex ente priori generatur: si primum, habetur ... tum: si secundum, cum illud esse in potentia non sit nisi materia, quæ non ... stare sine forma, ideo ante factum fuit ens actu: ergo illud non fuit pri... sic de illo erit, & tandem in infinitum ibitur, ideo concesserunt primam ... nem, vt dicit Auerroes in libro Physi. Respondet: sicut dixit eis. 5. Phy... men. 13, & in 8. illius commen. 47. & in prima disputatione huius, in ... sexti dubij, & dicit, ad hoc respondendum est, quod hoc impossibile esset ... neratio procederet recte: quia sequitur ex hoc reperiri infinitum in ... culariter non est impossibile: quod exponit dicens, videlicet, quod ex ... ignis, & ex igne aer ad infinitum circulariter cum æterno subiecto.

13. questio. SED IN HAC solutione est locus quæstionis, quomodo valeat illa ... uenientia: si generatio entium procederet recte, ergo esset actu infinitum. Posset quis dicere, quod aer fit ex igne, & ignis ex quinto corpore, & ... corpus ex sexto, & sic in infinitū, non tamen cum permanētia eorum ... declaratum est in secundo perygeneseos commen. 36. & videtur mihi ... test primo deduci accipiendo propositiones ibidem declaratas: quarum ... C est, quod si ignis fit ex alio elemento, vel corpore, oportet vt contrarietur ... vel secundum omnes qualitates, vel secundum alteram. Verbi gratia: ... fit ex aqua, planum est quod ignis contrariatur ei secundum ambas ... & si ignis fit ex aere, tantum in vna ei contrariatur. Et secunda propositio ... quod si vnum contrarium est in rerum natura, oportet & reliquum: & ... telligit bono modo, sicut dicam loco eius: & hanc declarauit Auerroes ... commen. 18. Et in his deducitur consequentia duobus modis: & primo ... tur: quoniā, si ignis fit ex corpore quinto, tunc contrariabitur illi secundum ... qualitatem, vel secundum ambas: si ponitur secundum vnam, et quintum ... fit ex sexto: tunc oportet vt ignis conueniat ei cum illo sexto, & ... vt ibidem declaratum est, ideo ibidem concludit Arist. tex. illo: quod, ... essent elementa, infinita essent contraria in vno elemento, vt apparet ... dē. Ex secūdo potest argui sic: ignis est: ergo quintū corpus est, quod ... trariū per secundam: & eadē ratione: si quintū est, erit & sextū: & si ... generatio in directū, erit ire in infinitū, vt apparet: & sic, aliqualiter ... ta consequentia ista: sed melius ibidē exponitur, pro nunc sit dictum ... Et postquā respondit ad hanc, vult dare solutionem alterius, & dicit ... opinio, id est, & fortius argumentum probabile ad asserēdum quod ... uerium innouatur, tale est, & syllogismum ponit in forma sic: illud, ...

dere nequit a nouitatibus, est nouum: sed totum sic se habet, vult dicere, quod
non potest euadere a nouitatibus: ergo, &c. id est, ergo est nouus: sed Auerroes
redarguit istud, declarando non concludere quod volunt, & dicit, sed nos dici-
mus quod in hac probatione maxima est comprensio: ipsi enim non dicunt qđ
illud, quod non euadet a nouitatibus in præcedenti, sit nouum de nihilo: vult di-
cere quod non concludit argumentum, quod mundus fit ex nihilo: quia deberet
sumere in maiori, omne nouum fit ex nihilo: quod est falsum ideo non conclu-
dit mundum esse ex nihilo, & tamen ponunt quod totum innouatur de nihilo:
& postquam arguit cõtra maiorem, arguit contra minorem: est enim minor, qđ
vniuersum totum est nouum: contra arguit. d. Præterea, illud subiectũ, qđ apud
eos prima materia vocatur, non euadet de corporeitate, vult dicere, est semper
sub forma corporis, & corporeitas absoluta apud eos non innouatur: quoniam
corpus sub ratione, qua corpus, est sempiternũ: & per consequens falsum est,
quod vniuersum sit nouum: quia, tunc singulum eius esset nouum cuius contra-
rium dicunt, vel sequitur ad eos. Deinde verificauit maiorem taliter, qualiter nõ
est ad propositum eorum dicens, & propositio dicta ab eis ꝙ id, quod non eua-
det a nouitatibus, est nouum, id est, in tempore factum, non est concedẽda, vult
dicere absolute, nisi de eo, quod non euadet de vno innouato, vult dicere, nisi
B sit innouatum sine materia: sed id, quod non euadet a nouitatibus in vna gene-
ratione principium non habentibus, vult dicere, quæ nouitates non habẽt prin
cipium, non sequitur eo, quod subiectũ eorum nouitatum sit nouum: vult igitur
dicere, quod duplex est nouum: quoddam factum ex materia in loco, & in tem
pore: & quoddam factum nouitate carente principio materiali, & loco, & tem-
pore: dico ergo quod maior debet sic verificari: omne nouũ nouitate primo mo-
do fit in tempore, sed nouitate secundo modo non oportet: & per hoc habetur so
lutio ad argumentum ad formã. Et postquã soluit ista duo motiua istius sectæ,
soluit motiuum alterius sectæ, & dicit: quia loquentes idcirco, videlicet, de se-
cta Assariæ conati sunt applicare ad prædictam propositionẽ aliam, videlicet,
quod impossibile est inuenire nouitates infinitas, vult dicere effectus infinitos
vnus post alium, scilicet principium, nec finẽ habentes, soluit. d. & hoc est apud
philosophos necessariũ: & potest intelligi hoc, scilicet quod non procedatur in
infinitũ, est apud philosophos necessarium: qm̃, secundum philosophos nõ pro-
cedatur in infinitum, scilicet in essentialiter ordinatis, & potest intelligi: & hoc,
id est, ire in infinitum est necessarium apud philosophos: concedunt enim in ac-
cidentaliter ordinatis successiue processum in infinitum: & addit, patet ergo qđ
hoc inconueniens, & multa alia sequuntur loquentes, & eorum sequentes: &
sunt sine dubio plusquam inconuenientia philosophos sequentia: & forte vult
C dicere, quod patet hoc, scilicet processum in infinitum in essentialiter ordinatis
sequitur ad loquentes: quoniam, vt declaratum est, omne generatum nouiter est
ab alio nouo generato, & sic in infinitum: vel potest intelligi quod hoc, scilicet
illud, quod dictum est tam sequitur loquentes: & inconueniens fuit, quod natura
non entis mutetur ad naturam entis, & multa alia, quæ tibi dicta sunt. Et forte
intendit aliud, sed non curo: & postquam dixit hoc, reprehendit eos in alio. d.
rursus dicimus quod id, quod posuit, videlicet, quod vnum & idẽ, quod primum
principium est, efficit omnia mũdi entia absq; aliquo medio, positio falsa est, et
contra sensum, scilicet quod nos inuenimus in mundo multa entia minime agen
tia: vel forte ista litera debet sic legi. rursus dicimus quod id, quod posuit quod
vnum & idem, quod primum principium est, efficit omnia mundi entia, scilicet
quod, pro quia nos inuenimus multa entia minime agentia, id est, quæ nullo mo
do agunt, est contra sensum, quia videmus ignem agere, & reliqua vel litera est
corrupta, & debet intelligi quod nos inuenimus multa agentia ipsorum entis:
& tunc lymine, est superfluum, & quomodocunque, sensus est vnus, sicut appa-
ret in eius verbis. Et postquã dixit totum hoc, vult dissoluere aliud motiuum, &
dicit, sed fortior allegationibus eorũ. i. fortissima argumentatio est super hoc, qđ
si agẽs actus esset, vult dicere esset effectus, procederetur necessario ad infinitũ,
vult dicere qm̃ ageret inquantũ causatus ab alio, & eadem ratione illud, quod

causauit ipsum, & sic inde. Respondet. d. sed nos dicimus quod hoc here- A
tur, si agens esset agens inquantum actus, id est, causatus, & mouēs esset
inquantum mobile: sed non sic se habet, immo agens est agens inquan-
Agens agit, inquātū est ens in actu. in actu: quare priuatum, id est, ens in potentia, non agit aliquid: & ex hoc
tur sine dubio quod agentia proueniunt ad vnum agēs, quod nullum in
immo est omnino, & simpliciter immobilis, & incausatus, & omnia ca
Debes scire, quod agens non agit inquantum non ens priuatum, nec in
ens factum, sed inquātum ens in actu: isto modo enim est ratio comm
bus separatis, & materialibus: ideo argumentum illorum nihil est. Ergo
remouit opiniones loquentium, et eorum argumenta, recapitulat illa, quæ
& ordinat se ad dicenda, & excusat se de suo modo dicendi, & sermo
manifestus per se. Et cum fecerit hoc, statim incœpit soluere argume
gaze. & dicit: facta igitur hac excusatione, dicimus quod id, quod dixit
gazel, videlicet, quod si supremum principium tantum seipsum intel
ignoraret omnia, quæ creauit: bene sequitur, si illud, quod intelligit de
esset aliquid præter entia absolute: sed illud, quod ponunt, vult dicere p
phi, scilicet quod illud, quod intelligit de seipso, sunt entia in nobilior
quod fieri potest, scilicet quod ipse est intellectus, qui omnium entium e B
non quod ipse intelligat entia absolute, scilicet inquantum sunt esse, q
ea intelligit, sicut noster intellectus sic se habet: & exponit illud. d. &
scilicet philosophi dicere, quod ipse Deus entia posteriora ab eo non
git eo modo, quo nos ea intelligimus, immo modo, quo nullus intellect
ter eum ea intelligere potest: hoc autem probat. d. si enim alius intellect
intelligeret illo modo, quo Deus benedictus intelligit ea, ergo comm
cum eo in sui natura: quod est falsum: quoniam, tunc darentur duo prin
cipia simpliciter æqualis perfectionis: eo quia scientia, & scitum in pri
tur omnibus modis: ideo, si esset aliquod sciens scientia Dei, & secun
dum eius præcise, sine dubio esset alius Deus eiusdem rationis cum eo
quod concludit. d. & est manifestum quod Deus ab alijs in hac propriet
fert expresse, & inde vlterius concludit aliud. d. & ideo cauemus nobis
dere, quod de scientia sit vniuersalis, nec particularis: cuius rationem
quæ debet sic componi. scientia vniuersalis, & particularis causantur
bus, & sunt generabiles & corruptibiles, hæc est maior: sed scientia D
causatur a rebus, nec est generabilis, nec est corruptibilis: ergo in secun
ta, scientia Dei nec est vniuersalis, nec particularis: & hoc diffusius t
mus in sequentibus, quando tractabimus de scientia Dei. Deinde a C
declarat istud d. dicimus tamen ad præsens, quod hæc quæstio duo ha
bra. quorum vnum est, quod si ipse Deus intelligeret entia, prout sun
sius, sequitur quod Dei intellectus esset generabilis, & corruptibilis. &
nitur syllogismus sic: omne causatum ab alio est generabile & corr
per te, intellectus diuinus causatur a rebus: ergo erit generabilis & co
lis. Deinde infert secundum. d. & quod nobilior ex viliori perficeretur
logismus componitur sic. Deus est nobilissimum: Deus perficitur p
res generabiles viles: ergo nobilissimum perficitur a vili. Deinde a
vnde, si ens substantia ab intelligibilibus rerum, & earum ordine d
go oporteret dare huic intellectum, qui non est comprehensio forma
sicut in se in gradu, & ordine: vult dicere, si litera non est corrupta,
rerum non essent comprehensæ in gradu aliquo, nec in ordine aliquo
sent inordinatæ, & sic non haberent esse cognitum, sicut sunt in se, &
ne: & hoc habet Auerro. pro inconuenienti, ideo concludit. vnde,
ista dun sunt falsa, scilicet quod Deus perficitur a vili, & generatur &
pitur, & secundum quod res non sunt comprehensæ in gradu, & or
tur illud, quod seipsum intelligit, sint omnia entia, sed in nobiliori e
lud, quod habent in seipsis.

Dubitatio. SED HIC EST locus quæstionis: quia, prima ratio nō videtur v
intellectus noster causatur ab intelligibilibus, & tñ nō est generabilis

A tio enim. d. quod omne causatum est generabile & corruptibile, est propositio falsa in multis, vt iam dixi. tertia ratio non videtur necessitatem habere: quoniam, sine dubio posset quis dicere, quod res sunt ordinatæ in suis naturis: & ideo, non oportet, vt ordo earum sit res comprehensa ab aliquo: vnde videmus, quod si sub possibilitate principis sit aliquod ens ordinem habens, in eo princeps ordinem non ponit, nec oportet de ordine illius scientiam habere: ita diceret aduersarius, quod in naturis rerum est ordo de se, ideo potest ibi esse, dato ꝙ nullus ibidem consideret: & sic istæ duæ rationes videntur multum debiles.

Scientia nřa intellectus ē per accidēs corruptibilis.

Pro intellectu istarum primo debes scire, vt declaraui in lib. de intellectu, quod scientia nostri intellectus est per accidens corruptibilis, sicut apparet: quoniam scientia illius consistit circa formas rerum, quæ conseruantur in imaginibus ibi colligatis, quibus destructis, per accidens destruitur, sicut vniuersale corrumpitur secundum corruptionem indiuidui: ergo apparet quod omne intelligēs aliud a se, aliqualiter respectu illius rei intellectæ corrumpitur saltem per accidens. Ex hoc apparet inconueniens Auer. scilicet quod sequitur ꝙ Deus esset generabilis isto modo, saltem per accidens, vt dixi: vel potest dici ꝙ generari & corrumpi possunt accipi duobus modis: vno modo proprie pro eis, vt dicta sunt in primo de generatione: alio modo, prout dictum est: ꝙ cum difficultate intelligitur, videlicet generari pro omni dependentia, & corrumpi pro opposito

Generari & corrūpi dupliciter.

B illius: & tunc inconueniens Auerro. est, quod sequitur, ꝙ intellectus Dei esset generabilis, id est dependens ab alio: quod est falsum: quoniam est primum simpliciter independens: propositio. d. quod omne causatum est generabile, est vera sub isto met sensu, vt vides. Pro intellectu secundo, debes scire quod omnes res causatæ, oportet vt contineantur in causis, sicut sunt: quoniam, ex quo sunt causatæ in esse simpliciter, & inesse tali, oportet vt contineantur in vnoquoque: ideo oportet ꝙ omnes res, sicut sunt ordinatæ, ita oportet vt contineantur in sua causa: modo si earum causa prima est intellectus, oportet vt contineantur, sicut in puro intellectu: quod esse non potest, nisi ordo rerum sit ordo intellectus a prima causa: ideo inconueniens est, ꝙ res sint in se ordinatæ, & tamen non sint comprehensæ a causa sub tali ordine. illud autem, quod de principe dicebatur, non est simile: quoniam res existentes sub principe, non sunt causatæ a principe: ideo ordo earum non oportet, vt contineatur in intellectu principis. Et præterea, non inconuenit quod res secundum se sint ordinatæ, & tamen earum ordo est ab alio, sicut esse earum est ab alio: & sic apparet virtus illarum rationum. Et postquam dixit hoc, vult modo declarare illud, quod dixit in exemplo, & dicit sed quomodo vnū & idem ens gradus habeat diuersos in suo esse, manifeste apparet ab anima. color enim gradus habet diuersos in suo esse

Res causatę continentur in causis.

C adinuicem differentes in nobilitate: vilior enim suis gradibus est ille, quē habet in materia. Deinde habet nobiliorem eo, scilicet in visu: quare ex visu comprehenditur ipse color, ex materia minime: propterea declaratū est in naturalibus, quomodo color habet esse in virtute phantasiæ, qui est nobilior, & simplicior esse, quam in visu habet. Deinde habet nobilius esse isto in memoriæ virtute: sed quomodo sit hoc, ego declaraui in tertio de anima, in expositione commē. 6. vide. Deinde habet in intellectu esse nobilius alio, præcedentibus gradibus. cum dicunt peripathetici quod adhuc esse habet & aliud nobilius omnibus prędictis, sine aliqua comparatione, scilicet in scientia Dei, quo modo nobilius illo considerari non potest, vult dicere consideratione vera. Et postquam dixit hoc: vult ponderare alia dicta Alga. & primo dicit id, quod tantum narrauit Alga. nomine philosophorum in intelligentiarum ordine, & modo influentiæ illarum, & in earum numero non est demonstratum, nec determinatum a philosophis, & ideo de hoc nihil in libris antiquorum reperitur. Deinde ponit aliud, quod circa idem dixit Alga. & dicit: sed id, quod dixit nomine philosophorum scilicet omnia principia separata in inseparata a primo principio emanant, id est emanant, & quod ex fluxu vnius virtutis huius mundi fit mundus vnus, & eius partes inuicem colligantur, ita quod totū vniuersum erga vnam tendit actionem, sicut corpus vnius animalis, quod est vnum in colliga-

stione, & plura in virtutibus, & membris, & operibus: dicimus quod hæc
cessum ab omnibus philosophis: quod declarat, dicēs, corpus. n. supercœl
mile est vni aiali, & suus motus diurnus, qui est totius cōgregati, qui est
nibus cœlis, similis est vniuersaliter toti motui locali eiusdem animalis,
tus particulares cœlorum similes sunt motibus particularibus membror
sius animalis: & est philosophis manifestum quod in animali vna est vir
qua sit vnum, & ab eadem omnes virtutes ipsius erga vnum opus tend
licet in regimen, & conseruationem ipsius corporis, & dicit, & hæc vir
ligatur cum virtute a primo principio influente: & potest intelligi a Deo,
test intelligi a primo principio ipsius animalis. Deinde arguit per locū
ri. d. vnde, si hoc necessarium est in vno animali, scilicet quod vnam
virtutem spiritualem in omnibus suis partibus extensam, ex qua virtus,
bra illius fiunt vnum, & idem, & omnes eius virtutes fiunt vna, & ead
ratio partium entium ad modum similis operationi partium animalis ad
animal. sequitur ergo ꝙ oportet quod sit vna hæc virtus spiritualis, ex
ligantur omnes virtutes spirituales, & corporeæ, & est vnigenea exte
toto vniuerso, alioquin nullus ordo sequitur in hoc mundo. Debes
quod hæc virtus non extenditur corporaliter, sicut anima asini per eius
riam, sed extenditur, sicut iam in solutione. 12. dubij dictum est, vel
liter ratione esse, vel ratione operationis ordinatæ ad vnum: vide ib
Deinde remouet dubium: posset enim quis arguere quod ista virtus esse
quia ex ea proueniunt multa, soluit, dicens, & non sequitur ex intension
virtutis in pluribus, quod sit in ipsa virtute pluralitas, sicut opinati fuer
videlicet quod ab vno principio influit vnum, scilicet prima intellig
ab illo influit pluralitas, sicut putauit Auicen. post concludit conclusio
patet ergo ex istis, quod pluralitas potest procedere ab vno: & sic ap
lutio argumenti Auicen. & totum hoc declaratum est hic. Deinde
secundum me, innuere secundam solutionem ad idem argumentum. &
sus ex aliorum principiorum separatorum esse consistat in eo, quod in
tur de primo principio, vult dicere ꝙ causæ diuersæ rerum separatar
ex eo, quod de primo diuersa intelligunt: vnde, quia Deus est multiplex
dum intellectionem, ideo possunt de eo multi intellectus prouenire. Et
tat. d. & non est impossibile quod ab vna. & eadem re sumantur diuer
ginationes: sicut non est impossibile quod ex aliqua pluralitate sum
imaginatio: quod declarat. d. nos enim omnia corpora supercœlestia
no motu vnam, & eandem rem imaginamur: quare omnes mouent
motu ab vno motore, scilicet motore orbis stellarum fixarū: & reperi
orbes particulares, & diuersos habentes motus: quare oportet ꝙ ipsi
uersi procedant a motoribus quodammodo diuersis, & quodammodo
vult dicere quod quodammodo sunt vnum, prout colliguntur in mo
sphæræ, vult dicere sunt vnum: ponit exemplum. d. quare, sicut ali
natus esset ꝙ membrum commune alijs membris cuiusdam animalis,
animalis ab eodem animali auferatur, similiter omnia illius anim
bra, & omnes eius virtutes, similiter corpus supercœleste sub se h
motoribus virtutes: & tandem, sic se habent principia mundi, & ip
cum primo principio, vult dicere, sicut dictū est in animali. Deinde
exemplum, d. vnde dicunt philosophi, quod mundus est vere simi
tati: quare, sicut vna ciuitas ab vno rege, seu principe regitur, & c
& multi principatus subijciuntur illi principi, similiter recte est in
ostensum est a nobis superius. Debes scire, quod Deus est vnus sim
tamen pōt a multis intelligi, & ideo possunt ab eo prouenire multa,
quo ab vno intelligibili ꝓueniūt multi intellectus. Et ideo, non mo
ab vno per modum, quo intelligibile causat intelligens, prouenian
declarauit etiam ipse. 12. Meta. commen. 44. & ex hoc apparet al
telligendi dictum primi magistri, cum dicitur ab vno, inquantum
prouenit nisi vnum, intelligitur non per modum, quo intelligere ca

Licet Deus sit vnus simplex, tñ pōt a multis itelligi, et sic ab vno proueniūt multa.

A ligens: & tu videas ea, quę dicta sunt in solutione. 12. Et postquam dixit hunc modum, dicit alium, quomodo primus dat esse reliquis separatis. d. amplius declaratum est à philosophis, illud, quod dat finem entium separatorum a materia, est illud, quod dat eis esse: forma enim, & finis sunt vnum, & idem in hac specie entium, vult dicere separatorum: ergo illud, quod dat finem entibus, illudmet dat formam: et illud, quod dat formam, est agens: apparet idcirco, quod primum principium est omnium istorum principium, scilicet agens, & forma, & finis. vnde syllogismus potest componi sic: dator formę ipsis rebus est agens: primus motor est dator formę entibus separatis: ergo est agens. maior est manifesta ex definitione agentis. minor probatur in litera sic. dans finem in illis dat formam: sed primus motor dat finem in illis: ergo dat formam. maior prosyllogizatur: quoniam quę sunt vnum, & idem, dator vnius illorum est dator & reliqui: forma, & finis in illis sunt vnum, & idem: ergo dator vnius, scilicet finis est dator formę: & sic apparet, qualiter est agens finis, & forma omnium separatorum entium sine dubio. Et postquam dixit modum, quomodo primum est causa reliquorum, dicit quomodo est causa sensibilium, &. d. qualiter tamen principium primum sic se habet cum entibus sensibilibus, diximus quod ipsum dat eis vnitatem, & eorum vnitas causa est colligatiuę pluralitatis ab illa vnitate, & ideo est principium horum entium, scilicet efficiens, forma, & finis, & quodlibet entium appetit eius fi B nem cum motu, scilicet prout erga eum mouetur desiderans finem. homo tamen, vult dicere desiderat finem voluntarie, et alia naturaliter: quod intelligitur quod homo duobus modis, scilicet naturaliter, & voluntarie, alia tantum naturaliter. Deinde ponit id, quod manifestum est hic. d. sed illud, quod notum est hic, quod motiuum, idest argumentum prędictorum philosophorum ad opinandum, quod entia procedunt gradatim a primo principio secundum localem ordinem cœlorum, fuit, quod suprema sphęra, vt apparet, nobilior est suis inferioribus, & alię sphęrae eundem ordinem sequuntur in suo motu, vult dicere quod semper superior est nobilior: & totum hoc dixi, quare conati sunt opinari illud, quod Algaz. narrauit, ratione ipsorum in ordine ipsorum principiorum, vt prędicauimus. & ideo continuat se, & eius sermo est manifestus per se.

ALGAZEL.

Ait Alga. Responsio Secunda est, quòd qui tenet primum non intelligere, nisi seipsum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, si dicitur quòd intelligit aliud, necesse est vt sit in C intellectu eius pluralitas, & alietas, cum intelligat seipsum, & aliud. Et hoc profecto necesse est esse in causato primo. vnde oportet vt non intelligat, nisi seipsum. nam, si intelligeret aliud, id esset aliud a se ipso, & indigeret causa, quæ est alia a causa sui ipsius: & non repetitur causa, nisi causa sui ipsius: quare est primum principium: ergo oportet vt non sciat, nisi seipsum: & aufertur pluralitas, quę facta est hoc modo. Si autem dicet, ex eo quòd intelligit seipsum, oportet vt intelligat quod sit principium, dicimus, si sequitur hoc ei, aut erit ex causa? aut sine causa? Si ex causa, tunc non datur causa, nisi primum principium, & est vnum, & non potest imaginari quòd proueniat ab eo, nisi vnum, & iam prouenit, & est substantia causati, igitur secundum quomodo proueniet ab eo? Si vero sine causa, sequerentur ad esse primi entia multa absq; causa, & sequeretur ex eis pluralitas. Si autem hoc non intelligitur, ex eo quòd necessarium in esse, non erit nisi vnum, & additum vni est possibile, & possibile indiget causa, tunc hoc sequitur in causa-

to, si fuerit necessarium in esse. ex se igitur est inconueniens dic
rum, quod necessarium in esse est vnum. Si vero fuerit possibile, in
le est esse sine cā: & non est ei cā: igitur non intelligit esse suum
est de necessitate causati primi vt sit possibile in esse. nam poss
esse est necessaria omni causato. causatum aūt scire causam non
cessarium in esse sui, sicut causam scire causatū non est necessa
esse sui. sed fieri scientiam in causato est magis manifestum, quam
tiam in causa. igitur declaratum est quod pluralitas, proueniens in
tia eius de principio, est falsa. nam non habet principium, & n
de necessitate esse causati. & hoc etiam non potest euadi ab eo.

Inducit Alga. arguentem sic, ait Alga. secunda responsio hęc est, quicu
natus fuit quod primus intellectus non intelligit nisi seipsum, nequit. i. non d
prehendi de consecutione pluralitatis, vult dicere, quia ad eū nō sequitur
esse plura, quod exponit. d. si enim diceretur quod ipse intelligeret alia pręt
sequitur quod in suo intellectu esset pluralitas, & differentia, videlicet
do se, & id, quod differt ab eo: & hoc sequitur in primo causato, vult dicere
telligeret aliud: quare patet, quod non intelligat nisi seipsum vnde syllogi
test sic componi: omne intelligens aliud est compositum aliqua compo
sed per te Deus, & primum causatū intelligunt aliud a seipsis: ergo sunt
ta aliqua cōpositione: sed quomodo omne intelligens aliud est aliquo mod
positum, multotiens declaratum est, ideo pro nunc nolo immorari. Sec
guit, dicens. Si enim aliud pręter eum intelligeret, indigeret de alia causa
suijpsius causam, quę est primum principium: quare non oportet quod
gat nisi seipsum. Et hic syllogismus componitur sic, omne intelligens
extra se, habet causam aliquam priorem ea: sed primum principium per
ligit aliquid extra: ergo erit aliqua causa prior eo: quod est simpliciter
propter quod dicit, & si sic, vult dicere, si Deus non intelligit, nisi se
est pluralitas, vult dicere in eo hoc modo. Deinde ponit solu. quandam.
refutat, dicens, & si forte aliquis diceret, quod intelligendo seipsum, se
intelligat quod est principium. & per consequens intelligeret priuatum, &
ta. Contra hanc solutionem instat. & licet suus sermo potest duobus m
dinari, attamen ordinabo ipsum vno modo nunc: postmodum videbimus
in solutione dubij, quoniam Auerro reformabit illum. dicit ergo, nos d
quod hoc, vult dicere ista intellectio sui, inquantum principium, sequitur
sa, aut sine causa: vult dicere, quod si dicatur quod Deus intelligit se pri
necessarium, intellectio illa habebit causam, vel non: si ex causa, vult
si habet causam, non est alia causa nisi primum, vult dicere causa illius
nisi ipsemet Deus, qui est vnus. sed hoc esse falsum ostendit, d. & non d
ginari, quod ab eo procedat nisi vnum, sed ab eo processum est causatum
primus intellectus factus: ergo qualiter ab eo procedere potest, vult dic
tellectio illa. ergo virtus syllogismi in hoc consistens, ab vno non pro
solum vnum: Deus est vnus, & simplicissimus: ergo ab eo non nisi vn
uenit. ergo, vel ab eo nihil procederet primum causatum, vel ab eo non p
ista intellectio. Deinde destruit aliud membrum. d. si sine causa, ergo & h
sequentia, vult dicere entia posteriora in natura causati necessaria esse d
probata est eorum opinio, scilicet quod necessarium est esse vnum: &
quod velit dicere, quod si intellectio illa sit sine causa, ergo omnia p
sunt necessaria de se: quoniam a pari, sicut illa intellectio est sine caus
reliqua posteriora consequentia erunt sine causa, & sic erunt de se ne
cuius declarationem ponit. d. si vero impossibile esset, indigeret igitur de
vult dicere quod ideo sunt necessaria a se, quoniam omne causatum est p
le: & omne non causatum est necessarium, & addit: sed ipse non habet
ergo suum esse non potest intelligi: & forte hoc verbum est minor huius

A gismi, cuius maior est. omne intelligens aliquid habet causam: Deus non habet causam. ergo non intelligit se: & sic ista erit tertia ratio. ex quibus Alga. voluit reprobare opinionem philosophorum in eo, quod dicunt, quod Deus non intelligit nisi se tantum.

AVEROES.

AIt Auic. Hæc est ratio eius, quam affirmat primum intelligere id, cuius est causa. quoniam dicitur, si non intelligit ex se ꝙ sit principium, intelligere quidem seipsum est intellectio diminuta. Quæstio autem Alga. in hoc est. qm̃, si intelligit id, cuius est causa, non euadit, aut erit hoc ex causa, aut sine causa. si autem ex causa, igitur primum habet causam. sed primi non est causa. si vero fuerit sine causa, necesse est vt proueniat ab eo pluralitas, & ꝙ sciat eam. si autem prouenerint ex eo plura, non esset necessarium in esse. qm̃ ne-
B cessarium in esse non erit, nisi vnum: & quod proueniunt ab eo plures vno, est possibile in esse: & possibile in esse indiget causa. ergo falsum est dictum eorum, ꝙ primum est necessarium in esse, & scit causatum suum. Et dixit causatum autem scire causam non est de necessitate esse sui: & multo magis ꝙ non erit de necessitate causam scire causatum. Dicimus, hoc dictum est sophisticum. nam, cum posuerimus causam intellectam, qui intelligit causatum suum, non est de necessitate ex hoc, ꝙ sit ex causa addita substãtiæ eius, sed ex seipso: nam sequi causatum ab eo est, quasi sequens substantiam eius. si autem sequi causatum ab eo non ex causa, sed ex seipso, igitur non sequitur vt proueniat ab eo pluralitas. nam hoc secundum radicem eorum reducitur ad substantiam eius. &, si substantia eius est vna, proueniet ab ea vnum: si autem plures, plures. Id autem, quod ponitur in hoc sermone, ꝙ oẽ causaum est possibile in esse, hoc est verum in causato composito. & impossibile est esse aliquid compositum, & æternum: & omne possibile in esse
C apud Philosophos est innouatum. & hoc est id, quod declarauit Arist. in multis locis librorum suorum: & declarabitur magis hoc a nobis, cum loquemur de necessario in esse. Id autem, quod Auicenna appellat possibile in esse, ipsum quidem, & possibile in esse dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non est manifestum eo modo, quo est manifestum eo possibile indigere.

> Omne causatũ est possibile est verum de causato composito.

Et postquam recitauit ipse verba Alga. vult modo moderare illa, & primo dicit. Dicimus nos quod hęc est allegatio ipsius, qui opinatur quod primus intellectus non intelligit illud, quod est ipsius causa, immo vult dicere, quod non intelligit nisi se principium. ipse enim dicit ꝙ, si intelligeret de seipso quod est principium, intelligit ergo seipsum sine dubio defectiue, vult dicere non in optima perfectione: & sic reperi in libro meo, & tamen in alio non inuenitur litera negatiue: sed sic, videlicet quod primus intellectus intelligit id, quod est ipsius causa: & tunc expositio est difficilis, & videtur mihi quod sit sensus: quod ista allegatio, id est, ista ratio sit illius, qui ponit primum causatum intelligere suam causam, quasi dicat, quia vult quod non modo intelligat suam causam, verum se principium, aliter sua intellectio esset diminuta: & tunc inten-

tio eius est, quod argumentum Alga. est inuentum ab alijs: sed quomod... primus modus est melior. Et postquam dixit hoc, repetit rationem Alg... moderat, & dixit id, quod arguit Alga. super hoc, quod si primus intel... telligeret id, quod est principiatum ab eo, non euaderet quin esset ab al... sa, aut sine causa. & potest intelligi per primum intellectum, scilicet ips... & potest intelligi intellectum primi causati. Sed ego exposui Alga. ... ctio de intellectu Dei. Et quomodocunq;, vult dicere, quod si primus inte... intelligeret principiatum: omnino illius intellectio vel haberet causam, ... Deinde destruit membra. d. primum est falsum. Deus nanq; nullam hab... sam, & hoc significat quod per primum intellectum, intelligit Dei intel... si vero sine causa fuit, sequitur quod ab eodem primo pluralitas proce... quod ipse sciret eam. Et si ab eo procederet pluralitas, non esset ergo ne... esse: quod enim necessarium est, vnum est necessario. Et confirmat. d. &... quo procedit pluralitas, sine dubio est possibile, & quodlibet possibile ... de causa: ergo Deum non est necessarium esse, nec sic ab eo causata, vult... & dicit: & postquam nõ est necessarium in esse causati, quod suam caus... valde nimis necessarium est quod causa sciat suum causatum. Et hęc e... torum Alga. declaratio. Debes scire, quod ratio ista est alterius virtut... vt formaui in dubio, quoniam ista amplectitur quicquid dicit illa, & v... ter. Sed, quomodo habeat euidentiam aliqualem, non est curę scire ... niam dicta Auer. soluunt illam euidentiam, propter quod ait, & videt... quod sua verba sophismata sint: & respondens ad punctum. d. quando ... neremus quod illa causa esset intellectus, & quod intelligit sua causat... hoc sequitur quod sit causa suę intellectionis quid additum in substantia... tellectus, immo est de natura suiipsius. vult dicere, ꝙ causa illius inte... est nisi natura eius tantum, quoniam ibi vnita sunt omnibus modis. quare p... sus causati, vult dicere, alterius naturę ab eo est quid consequens sua... tiam, vult dicere dependens a substantia primi, sine hoc, ꝙ aliud prius ... rit. Deinde probat aliud membrum. d. similiter, si procederet sine caus... cere, si illa intellectio esset sine causa, ex hoc non sequitur ꝙ ab eo pro... ralitas, cuius causam dicit, id nanque, vult dicere intellectio ad ipsius ... reducitur, videlicet si vna fuit substantia, vnum procedit ab ea, non plu... his sequitur debilitas rationis Alga. quoniam positis. & concessis illis ... membris, non propter hoc sequitur inconueniens aliquod illorum, vt ... ga. Deinde reprobat illud, quod apposuit. d. Sed illud, quod posuit, sci... causatum est possibile esse, non verificatur nisi in causato composito ... cit, sed impossibile est inuenire quid compositum æternale: ergo quod ... sibile esse est nouum, vt declaratum est ab Alga. in pluribus locis, & ... bimus diffuse in sequentibus. Deinde remouet quoddam argument... nę contra se. arguebat enim sic: omne id, quod est ab alio, est in sui ... possibile, sed omnia pręter Deum sunt ab alio: ergo omnia sunt entia ... maior probatur apud illum: quoniam, ex quo est ab alio, non habet esse ... spondet Auer. d. sed illud, quod dicit Auicen. videlicet illud, quod di... bile esse, dicimus ꝙ dicitur cum isto possibili æquiuoce, vult dicere ꝙ ... sibile, & possibile compositum sunt possibilia ęquiuoce dicta: & ... maior, nisi impossibili composito.

Quęstio. 14. SED HIC prouenit locus quęstionis non modicus: quoniam secu...
ctrinam Auer. anima intellectiua composita est ex duabus partibus, ...
rem diuersis, & tamen non est noua, immo æterna, sicut & quælibet intel...
Positio Io. tia mouens stellas. Ioan. in lib. de Anima finxit solu. ꝙ illud dictum de...
Contra. ligi, ꝙ omne compositum est nouum, id est, dependens. Sed, quam remo...
Positio quorundam. solu. apparet, quoniam Auer. dicit ꝙ nullum compositum est æternale ...
omne compositum est possibile esse, & possibile non esse. Alij autem ...
vt mihi videtur, ꝙ compositum est duobus modis, ex actu particular...
riter recepto, & potentia particulari particulariter receptiua: & ex ...
sali vniuersaliter recepto, & potentia vniuersali vniuersaliter recipient...

A modo, quod compositum primo modo est generabile & corruptibile. secundo autem modo est æternum: & causa est, quoniam compositũ vniuersale abstrahitur a causis corruptionis & generationis, & a conditionibus illarum: eo quia non habet contrarium, nec est in loco, nec in tempore. Econtra est de composito particulari, & hanc solutionem ego tenui magno tempore, donec ego non vidi dicta Auer. multa, & posui ipsam in quęstione de compositione cœlestis corporis, & hoc solum, propter amorem. Ioan. quem sequebar, tanquam Deum: & post, cum colligaui dicta Auer. vidi ꝙ sol. hęc non est intelligibilis, & multas rationes posui in lib. de intellectu. Et pro nunc id declaro vna via, quoniam vniuersale secundum dicta Auer. est duobus modis. Quoddam per essentiam: sicut est agens intellectus, & reliqua entia separata, quę non sunt vniuersalia per hoc, ꝙ mens auferat ea a materia, & a conditionibus materiæ: sed, quia essentię sunt actu intelligentes, vt scis. aliud est vniuersale participatiue, sicut sunt formę rerum naturalium, quia secundum esse sunt indiuidua, attamen participando quodammodo lumen intellectus agẽtis, sunt secundum modum vniuersalia separata ab his, & nunc, & reliquis conditionibus materię. Hac distinctione posita, prima via sic deducitur. vniuersale participatiue est minus abstractum quã vniuersale per essentiam: & hoc est manifestum, quoniam abstractionem suam habet ab vniuer-
B sali per essentiam, vt dixi: & constat quod vniuersale materiale per modum suę vniuersalitatis est adeo abstractum, quod in nullo potest esse subiecto, nec particulari, nec vniuersali, nisi perfectiue eo modo, quo obiectum cognitum est in virtute cognoscentis. ergo vniuersale per essentiam, sicut est intellectus agens, non poterit recipi in aliquo subiecto nec vniuersali, nec particulari: nisi, sicut res intellecta recipitur in cognoscente: ideo oportet dicere intellectum agentem non vniri possibili subiectiue, sicut forma materię, sicut vniuersalia secundum modũ, scilicet materialia non possunt vniri ei, nec alicui subiectiue, propter eorum vniuersalitatem, & abstractionem, quam habent ab agente. & sic apparet peccatum Ioan. de compositione intellectus. Ex his patet quod omne compositum est particulare ex actu particulari, & indiuiduo, & potentia particulari, & indiuiduas & ideo omne tale est nouum generabile & corruptibile sine dubio. Et postquã scripsi hoc, occurrit alia via ad probandum, quod omne compositum est nouum ex verbis Philosophi in. 13. Metaphysicæ. & potest sic ordinari, videlicet, qm̃ omne factum, & causatum causatur, & fit secundũ modum sui esse. effectus enim non pullulat ab agente, nisi sicut est possibile in natura entis; modo compositum in hoc differt a simplici: ꝙ natura entis simplicis non habet esse nisi vno modo, ideo accipit esse simplici modo, & statim est id, quod est per sui naturam, vt dicitur. 8. Metaphy. in fine. compositum enim habet esse in vnione partium, & col-
C ligatione inuicem, ideo oportet, vt modus sui esse sit secundum colligationem earum inuicem: ideo causans compositum, debet colligare partes inuicem, aliter factio eius non differt a factione rei simplicis. modo apparet ꝙ non colligantur, nisi illa, quę in suis naturis non sunt ligata, & vnita, quoniam aliter agens fuisset ociosum: ergo oportet, vt natura partium sit non de se in colligatione consistens: modo partes, quę in suis naturis non consistunt in colligatione earum, sine dubio possunt esse in opposito colligationis, scilicet sub diuisione, et separatione. Ex his sequitur quod omne compositum est solubile in sui natura: quoniam partes eius sunt solubiles, & in suis naturis non consistentes in colligatione. Compono igitur sic viam: omne compositum colligatum ex partibus, in quarum natura, non est colligatio & compositio, est solubile & colligabile: omne compositum tam vniuersaliter, quam particulariter est compositum ex partibus, in quarum natura non est colligatio & compositio: ergo omne compositum est solubile, & colligabile. Tunc vltra, omne compositum colligabile omnino est generabile & corruptibile, vt est manifestum per se: omne compositum est colligabile & solubile, vt dictum est: ideo omne compositum simpliciter est nouum, & generabile, & corruptibile: & sine dubio hęc via est firmissima, & demonstratiua, & est Aristote. in loco iam dicto. Dicendum igitur, ꝙ omne compositum ex diuersis rebus est sine dubio nouum: verũ compositum est duobus modis: quoddam

Duplex vniuersale.

Alia via ad probãdũ oẽ cõpositũ esse nouum.

ex diuerſis rebus realiter diſtinctis, quoddam ex perfectione, & primi quadam maioris perfectionis, ſicut reperitur in omnibus citra primum. T cendum, quod omne compoſitum eſt depẽdens, & habet cauſam: & hęc uerſalis tam in compoſito primo, quam in compoſito ſecundo modo. ſed lo do de compoſito primo modo, omne compoſitum eſt nouum ſimpliciter. argumentum animę intellectiuę, dictum eſt in libro de intellectu, quod la eſt compoſitio, niſi ſecundo modo, non primo modo. agens enim intelle & poſsibilis non ſunt duę res, ſed duę operationes, vt dixi. eſt enim ibi diſtinctio ſecundum modum, non ſecundum rem, vt ibidem declaraui. & quia multa dixi contra Ioan.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Tertia. Intelligere autem cauſatum mum ſeipſum, aut eſt ipſummet, aut diuerſum. ſi autem uerſum, ſic etiam erit in primo principio, & prouenit pluralitas. ſi vero non fuerit diuerſum, ergo in eo eſt quaternitas trinitas ſecũdum exiſtimationem eorum, ſcilicet q intelligit ſe & intelligit principium ſuum, & eſt poſsibile in eſſe. & potest fit neceſſarium in eſſe, propter aliud: & ita apparet quinqueitas. hoc patet ampliatio eorum in errore.

tributorum comparata continenti compositionem facit, licet in se non [illegible]
sitio: quoniam vnum attributum alteri comparatum compositionem n[illegible]
dicere, cum neutrum respectu neutrius se habeat vt potentia, sed omnia [illegible]
perfectiones. Ad secundum dico, quod inter se nullam vnitatem dic[illegible]
respectu continentis, & ideo non sunt aggregatum per accidens: quoniam [illegible]
aggregatione, nec compositionem dicit, si illa, quæ sunt in eo, comp[illegible]
inter se, nec ad aliud: non sic attributa, quoniam comparata ipsi con[illegible]
bus, aliquando comparantur vt formæ, quando eis adduntur, non per e[illegible]
sed prout ab alio causantur, vt dixi: ecce igitur, quomodo potest tal[illegible]
simplicitas cum multitudine attributorum.

A

ALGAZEL.

AIt Alga. Modus autem Secundus, & est proprius huic disputationi est, vt dicatur iam scimus ꝙ ista entia habent causam, sed forte illa habet causam, & causa causæ habet causam, & sic in infinitum. Cum autem dicunt quod affirmare causas infinitas est falsum, hoc quidem non conuenit. quoniam nos dicimus an scitis hoc de necessitate absq; medio, aut scitis hoc mediante aliquo medio? & non est modus rationibus de necessitate. & quælibet via, quam vos dicitis cum consyderatione, destruitur vobis, cum admittis reuolutiones non habentes principium. &, cum fuerit possibile procedere in esse ipsum infinitum, non est inconueniens vt aliquod eorum sit causa alicuius, & finiunt in vltimo extremo ad causatum, quod non habet cau
B satum, & non finiunt ex alio latere ad causam non habentem causam, sicut tempus pręcedens habet finem, & est instans, & non habet principium. Si autem existimaueritis quòd innouationes præteritę non reperiuntur simul in vno tempore, nec in aliquibus temporibus: & quod non est, non denominatur fine, & priuatione finis, tunc sequitur hoc vobis in animabus hominum, separatis a corporibus, quæ non finiunt secundum vos, & ente separato a corpore ex animabus infinitis. nam nunquam cessauit sperma ab homine, & homo a spermate in infinitũ. Vlterius, omnis homo mortuus remanet anima eius, & est alia numero ab anima eius, qui mortuus est antea, & cum eo, & post eum, licet totum sit vnum specie: ergo secundum opinionem vestram sunt in esse in qualibet hora animæ infinitæ. Si autem dixerit animæ non habent copulationem adinuicem, & non habent gradum, nec natura, nec positione, nos autem negamus entia infinita cum habuerint ordinem naturaliter, vt sunt causæ, & causata, animæ vero non sunt sic. Dici-
C mus hoc iudicium est positione, & non est dignius consequi quàm contrarium eius. quare negastis vnam duarum partium, & non negastis aliam? & quæ est demonstratio distinguens? Et quare negatis ei, qui dicit quòd istæ animæ infinitæ non euadent ab ordine, & gradu? postquam esse alicuius earum est ante esse alterius. nam dies, & noctes præteritæ sunt infinitæ: &, cum consyderauerimus esse vnius animæ in die, & nocte, tunc esset id, quod est in pręsenti extra finem, & esset in ordine entitatis, scilicet aliquod post aliquod. Causa autem finis eius est vt dicatur quòd sit ante causatum naturaliter, vt dicitur quòd est supra causatum essentialiter non in loco. &, cum hoc non fuerit falsum in præcedenti vero, sic etiam non debet esse falsum in præcedenti essentiali naturali. & quæro quid habent in mente sua, cum non ponunt possibile, vt sint corporum aliqua supra aliqua in loco in infinitum, & ponunt possibile aliqua entia ante aliqua tempore in infinitum? est ne hoc nisi iudicium frigidum sine radice.

Cum narrauit primum modum, quo Alg. reprobauit philosophos, nunc
secundum modum: & primo, in hoc dubio narrat in breui argumentum p
phorum. d. secundum vero est, sup. in quo accusantur Peripathetici in co
cunt, ꝙ entia adinuicem causantur: modo, si non esset primũ in causis, e
cessus in infinitum: & litera est male translata. Sic enim reperitur in an
in translatione noua. secundum vero est, secũdum ꝙ dicunt Peripathe
entia adinuicem causantur. (Sed forte.) postquam narrauit motiuum il
respondet ei, vt debilitet ipsum. d. forte dicendum est, ꝙ causę successiuę
dunt ad infinitum: est ergo responsio, ꝙ inconueniens philosophorum
inconueniens: quoniam, in causis non inconuenit ire in infinitum. (Et
ponit primam euasionem philosophorum. d. & si ipsi responderent nobis,
est impossibile, quasi dicat, eo quia infinitum, quomodolibet est impossibil
(Nos dicemus.) arguit contra hoc. d. nos dicemus eis qualiter hoc asseru
hoc, id est, ista positio est prima cognitio, id est, propositio simpliciter no
vos sine aliquo medio, aut ab aliquo medio, id est, propositio demonstr

Triplex propositio.

Debes scire, vt dixi, & accipitur primo cœli. com. 2. ꝙ propositio est trib
dis: quędam simpliciter nota, vt primæ propositiones, quæ sunt naturalite
quædam omnino ignota, eo quia eius notitia solum per medium demo
nis fit in nobis: quædam medio modo, eo quia est nota sine medio, ta
men modicula innuitione, scilicet quę fit syllogismo hypothetico loco a
rio, vt dicit Auer. secundo Physicorum. commento. 3. ideo petit Alga
positio, in causis non est processus in infinitum, vel est simpliciter nota, v
ger aliquo medio? (Primum est.) nunc reprobat primum membrum,
tem secundum: quoniam intelligitur ex primo. d. primum est falsum:
tionem dicit, multa enim sunt obijcientia, id est, contradicunt huic: quo
mum ponit. d. vt reuolutiones orbium, quę apud vos sunt infinitę, & non
niunt in futurum sine dubio ad computum terminatum vltimum, & no
sunt infinitę a parte post, immo & sunt infinitę ab alia extremitate, id e
te ante. (Et si forte) ponit ad hoc secundam euasionem. d. & si forte dicen
præteritæ nouitates non reperiuntur præsentes aliquo tempore, & id, q
uatum est, nequit, id est, non debet denominari de infinitate, aut finitate
cere ꝙ Philosophi intelligunt in entibus positiuis esse inconueniens, n
tiuis, quę non sunt vere nec finita, nec infinita, nisi forte secundum ra
(Nos vero.) arguit contra hoc: & virtus argumenti est: quoniam, licet p
tiones non sint entia positiua, attamen in eis possunt esse infinitæ res p
quod declarat. d. nos vero respondebimus ad hoc vobis, quod animę
præteritorum hominum sunt infinitę, & præsentes, supposito mundum fu
æterno, & licet sint vna in specie, infinitę sunt in numero, & per con
euasio est. (Et si forte) adhuc ponit tertiam euasionem. d. & si forte dice
animæ separatę hominum nullum habent ordinem situalem, neque na
neque localem: & infinitates prędictę intelliguntur de entibus ordinati
liter in causis, & causatis: sed dictæ animę non sic se habent. Debes scire
duobus modis aliquid potest intelligi esse in rerum natura in terminat
vno modo situaliter, sicut ponit Auicen, de octaua sphęra. Alio modo lo
per circunscriptionem alicuius superius ambientis. & vtrunq; duobus mo
turaliter, sicut ignis in concauo lunæ, &c. secundo modo violenter, sicut
ibidem. vult ergo ista euasio, quod propositio dicta intelligatur in rebus si
bus, vel locatis naturaliter, cuiusmodi non sunt animæ hominum separatę.
ad hoc.) contra hoc arguit. d. nos ad hoc respondentes dicimus, quod hęc
quam sumpsistis in situ, id est in rebus situalibus, non est magis vera in eo,
situ, quam in suo contrario, id est non situalibus. quare, ergo magis a
impossibilitatem vni eorum, quam alteri? & qualis est demonstratio ap
in hoc, id est, quod magis sit inconueniens de vno, quam de altero? (Ru
cundo arguit cõtra idem. d. quare negatis dictas animas habere ordinem
omnes tenent eas ordinari secundum merita earum cum sunt in corporibus
est manifestum,) secundo, arguit quod sunt in loco: & ratio eius sic comp

A tur. In quorumcunq; naturis inuenitur ordo secundum ante, & post, idest secundum prius & posterius, illa sunt in loco, quoniam mouentur localiter. sed in naturis animarum inuenitur iste ordo prioris, & posterioris: ergo locus. minor probatur auctoritate legis, quoniam animę migrant de vita præsenti ad aliam vitam, & per consequens mouentur. Huius ergo primo tangit probationem minoris. d. & est manifestum, quod animæ separatæ transmigrant de hoc mundo ad aliam vitam gradatim in temporibus præteritis infinitis, idest vna post alteram in infinitum tempus ante tempus, quod est præsens. Deinde accipit minorem. d. vnde, postquam in esse, id est in naturis earum reperitur ordinatio, idest transitus de ante & post. Deinde ponit conclusionem. d. ergo, &c. id est ergo illæ sunt in loco. & cum dixit totum hoc, recapitulat peccatum eorum, d. patet ergo o Philosophi, quod verba vestra non sunt nisi phantasmata, & ambages.

AVEROES.

B At Auer. Cum dixit sed forte causa habet causam, & causa causæ habet causam, & sic in infinitum, vsquequo, & omnis via, quam dicitis in hac re, destruetur vobis, admittendo reuolutiones non habentes principium, est profecto dubitatio, cuius responsio iam præcessit, cum diximus ꝙ Philosophi non admittunt causas, & causata infinita: qm̄ deuenietur ad causatum, cui non est causa: & concedunt hoc per accidens, propter causam præcedentem: sed non cū sunt directe, & simul, nec in materiis infinitis, sed cum fuerit circulariter. Id autem, quod recitat de Auicenna, ꝙ ipse admittit animas infinitas, & hoc non est impossibile nisi in habente situm, est sermo non verus: quem nemo Philosophorum dixit. & impossibilitas eius apparet ex demonstratione vniuersali, quam recitauimus de eis. Et non sequitur Philosophis aliquid eius, quod intulit eis ex hac positione, s. sermone dicente quòd sint animæ infinitæ in actu. & propter hoc dixit de migratione animarum ex corpore in corpus, ex eo ꝙ animæ sunt numeratæ numeratione indiuiduorū, & quòd remaneant. Et, cū dixit & quare

Quomodo concedunt philosophi īfinitatem in causis et causatis.

C non admittunt corpora, quorum aliquod est supra aliquod in loco in infinitum, & tn̄ admittunt reperiri aliquod eorum ante aliquod in tp̄e in infinitum? est ne aliquid hoc, nisi iudicium frigidum? dr̄ia profecto inter ea apud Philosophos est manifesta. nam ponere corpora infinita simul, sequitur ex eo vt reperiatur infinito totum, & quòd sit in actu. & hoc est falsum. tempus vero non habet situm: & non sequitur ex eo quòd sunt corpora, quorum aliquod est ante aliquod in infinitum, vt sit infinitum in actu. quod est impossibile apud eos.

Videtur mihi, quod ista solutio potest diuidi in duo: quia, primo ponit veram euasionē philosophorum, secundo ibi. (Sed id, quod) respondet argumento cōtra illam. In primo repetit id, cui vult respondere. d. dicimus nos ꝙ id, quod dixit, ꝙ forte causę procedunt in infinitum, vsque quando dixit, illud verbum, vt reuolutiones orbium, &c. i. ꝙ sententia cōtenta in his verbis soluitur, quod declarat. d. ad hoc respondendū est, ꝙ philosophi negant infinitatem causarum, & causatorum, quia perueniunt. i. dicunt esse perueniendū ad ens causam non habens, vult dicere quod inconueniens philosophorum est, quia tunc in causis essentialiter ordinatis esset processus infinitus, Deinde ponit id, quod non reputant incon-

ueniens.d.sed per accidens bene concedunt hoc, ratione cuiusdam ar... sę. Deinde ponit secundum modum impossibilitatis.d. sed non, quando ... sæ descendunt recte. Deinde ponit tertium.d. vel simul in materia ... Vbi debes scire, quod quatuor modis in causis possumus imaginari p... in infinitum, scilicet prout sunt essentialiter ordinatę, secundo, prout ... feriorem in perfectionē, ascendendo in infinitum, idest in eodem genere ... & tertio, prout sunt in actu, & quarto, prout accidentaliter ordinatę, ... ue accipiuntur. Sed dices, quomodo differt secundus modus a primo ... quod primus modus intelligitur, siue in eodem genere causæ, siue ... cundus in eodem genere causę tantum: & hoc dicit Auer. 2. Meta... in expositione secunda, vbi ait, & forte intendit per rectitudinem vn... vult dicere causę. V.g. quando omnia sunt in eodem genere causę. ... mo sit ab homine, & sup. homo a sole, & sol a primo motore, semper ... idem genus causę. per secundam speciem intelligit ea, quę sunt de ... ciebus collocatis sub vno genere. V.g. vt ignis fiet ex aere, & aer ex ... aqua ex terra. omnia enim ista sunt causæ conuenientes in genere, qu... sunt eiusdem materię, & diuersantur in specie. Sed dices, quod ista ... fert a prima. Idem enim videtur intendere in vtroque: dicendum, quod ... intelligit in diuerso genere causę: & si exemplificauit in illo eodem, ... cundum vim exempli, non secundum veritatem. His habitis, dic... bus primis modis est impossibile processum sine fine in causis, sed ... to modo: & hoc, seruata vna causa ęterna, vt iam dixi in dubitatione ... solutionis. Sed dices, quare dicuntur causę accidentaliter ordinatę, & ... sentialiter ordinatæ? Secundo, quęro quare potius inconuenit de ... ordinatis, quam de accidentaliter ordinatis. Ad primam dicendum, ... est prioris ad posterius: & hoc est commune tam causis essentialiter ... quam accidentaliter ordinatis. differunt autem: quoniam, quando p... prius, quod omnino nec esse, nec imaginari potest posterius, & ... posterius, quod in re, nec esse, nec imaginari potest prius, est ordo esse... do, vero accidit priori quod fuerit prius, & posteriori quod sit posterius... est accidentalis. Exempla sunt: quoniam sol ita prior est, quod vt ... do esse, nec imaginari potest post hominē, similiter Deus, ita prior ... nec esse, nec imaginari potest post ipsum: eo quia esse hominis conti... tialiter in sole, & esse solis essentialiter continetur in Deo, ideo est ... tialis ordo. Exemplum secundi. Socrates est prior Platone, attamen ... econtra: quoniam ista differunt tantum accidentaliter, & ideo accidit ... sit altero prior, vt vides. Ex his soluitur prima quęstio, dicuntur ... taliter ordinatæ, quia accidit extremis quod sint extrema, illa quę ... liter quia essentialiter sunt extrema: & hoc dicit Auer. 8. Phy. com. ... cundam quæstionem respondet Auerro. 5. Phy. com. 13. in fine. ... consistit in hoc: quoniam essentialis ordo requirit extrema actu, & ... sed accidentalis, nec per se, nec necessario requirit extrema actu, ... liter & contingenter: &, ideo si causæ essentialiter ordinatæ essent ... simul in eodem instanti essent entia actu infinita: non sic est in acci... dinatis. & hoc dicit ibidem: &, quia moderni, idest loquentes suæ leg... gunt illud, quod est per se, & illud, quod est per accidens, idest ... aliquorum per se, & accidentaliter: estimauerunt quod sequitur ex hoc ... homo semper generetur ab homine, & primum non fuerit, & posteri... erit: & non est ita: quoniam primum est, quod est sol, & intelligentia ... tu illius, vult dicere in essentialiter ordinatis. hominem autem gener... mine in infinitum est verum per accidens, non per se: & per consequ... tet vt sit vltimum sit, sit primum, & econtra, si non est vltimum, ne... quoniam essentialis ordo requirit extrema actu, accidentalis autem ... & stat primum non esse, & posterius esse. Sed dices. si, inter illa est ... dentalis: ergo, non oportet vt sit sempiternus iste ordo in successione ... alterum. Respondet Auerro, in. 8. com. 47. d. impossibile est vt illa ...

In causis accidentaliter ordinatis procedere in infinitum est possibile.

Differentia inter ordinē essentialē, et accidentalē.

Dubitatio.

Solutio.

A ponatur hic aliquod motum ex se continens omnia ista aliquo modo continentiæ, vult dicere in potentia: & sic apparet tota solutio huius quęstionis. (Sed id.) Nunc respondet argumento eius de animabus infinitis. erat enim argumentum, animę sunt actu infinitæ, animæ sunt essentialiter ordinatę. ergo aliquod essentialiter ordinatum est actu infinitum in tertia figura: & per consequens per conuersionem in parte, aliquod infinitum est in essentialiter ordinatis. Ad hoc respondet: & primo repetit illud. d. sed id, quod dixit nomine Auicen. videlicet, quod possunt esse infinitę animę, quia infinitas non est impossibilis, nisi in rebus situatis. deinde respondet. d. dicimus quod sunt verba falsa: & respondet formaliter negando maiorem. d. & nullus veracium philosophorum concedit animas esse infinitas, immo potest ostendi demonstratiue eius oppositum: & hoc impossibile modo vniuersali. i. vniuersaliter, & omnibus modis est dictum in precedentibus animis, scilicet in prima disputatione, in solutione quinti dubij. ergo, non reperitur philosophos aliquod suorum argumentorum ratione huius positionis, videlicet reperiri animas infinitas in actu: quasi dicat, ergo peccat ratio in minori. (Vnde huiusmodi.) hęc litera reperitur sic. vnde huiusmodi ratione conati sunt aliqui opinari translationem animarum. animę enim humanæ distinguuntur in numero corporum, & remanent in perpetuum. Si litera sic stat, videtur mihi ꝙ

B per eam vult tangere eos, qui vsi sunt ratione Alga. & quasi dicant ꝙ illi sunt, qui ponunt animas moueri de loco ad locum. dicit ergo, vnde huiusmodi ratione, scilicet Alga, conati sunt aliqui opinari translationem animarum, id est animas moueri translatione, id est localiter, enim, pro quoniam post mortem animę humanæ distinguuntur numeratione corporum, in quibus iam fuerunt: & post, quæ remaneat in perpetuum, vult dicere, ꝙ est argumentum validum apud eos, qui supponunt hoc, scilicet ipsas remanere in perpetuum, & numero diuersas secundum corpora, in quibus iam fuerunt: non tamen debent acceptari apud philosophos, qui negant illud. Sed alia litera est sic. vnde huiusmodi ratione conati sunt aliqui opinari translationem animarum, quod est impossibile, animę enim humanę distinguuntur numero numeratione corporum, & non remanent in perpetuum. & tunc sermo eius est manifestus per se. vult enim dicere ꝙ animas moueri localiter est impossibile: quoniam ipsæ non sunt numeratę post mortem, cũ tantummodo numerentur per corpora, in quibus sunt actu, post quę non possunt remanere numerata in vna specie.

Sed, circa ista potest esse quæstio. vtrum, si animę humanę sint multiplicatæ in vna specie, possunt remanere numeratæ post exitum earum a corpore, vt videtur sermo secundæ translationis innuere pro ente impossibili. Ad hoc latini dicunt, ꝙ animę humanæ possunt numerari per corpora, per quæ fuerunt, s. per habitudines ad illa. anima enim Socra. est alia ab anima Platonis post mortem, quoniam remanet in ea habitudo alia ab habitudine alterius, quia scilicet fuit alterius corporis. Licet hęc responsio sit secundum legem vera, & per consequens simpliciter, soleant tamen philosophi sic arguere cõtra hoc. adducam ergo argumenta eorum contra illam. & suppono primo ꝙ vnitas, qua vnum indiuiduum est indiuisum in se, et diuisum a quolibet alio eiusdem speciei est ita propria esse indiuiduo, sicut vnitas communiter capta ipsi enti communiter capto. hoc est manifestum: quoniam est eadem ratio & vnius entis hominis, & vnius hominis, vt Arist. tradit in Metaphysica. tunc arguo, et quæro. vel ista habitudo est essentialiter ipsa essentia animæ, vel accidens illius. si essentialiter essentia, ergo a quocunque anima habuit istud esse vnum, habuit essentialiter essentiam: sed a materia habuit istud esse vnum, scilicet quando fuit in eo, ergo ab ea habuit essentialiter eius essentiam, & per cõsequens ita sicut forma asini, quia essentialiter dependet a materia, non potest esse sine materia: ita etiam & forma hominis non posset esse sine materia, eo quia essentia eius essentialiter fuit a materia: eo quia eius habitudo, quę est sua essentia, secundum rem fuit a materia. Si vero dicatur ꝙ hęc habitudo est accidens ipsi animę numeraliter sumptę: tunc arguo, quicquid essentialius & intimius inest ipsi animę, inerit prius ipsi quam illud, quod ei inest per accidens, sed, ex supposito vnitas inest essentialius quam

Secũda q̃o.

Positio latinorum.

Impu.

Primum argumentum.

habitudo, ergo anima prius erit vna numero, quam sibi insit habitudo illa, …
est ei accidens. Et hæc ratio tangitur ab Auer. 7. Metaphy. commen. …
in hoc ergo capitulo intendit declarare, q̄ quiditas indiuidui substantię pri…
in esse quid tatibus accidentium. indiuiduum enim substantię q̄ prius sit al…
diuiduis accidentium manifestum est per se: vult dicere, quod ideo quidi…
stantię prior est quiditate accidentiū, quam indiuidum illius est prius ind…
Secundum. accidentis: ecce, quomodo tangit illam vim. Secundo arguo, quoniam Ar…
Meta. vt ibi exponit Auer. com. 49. & Thomas, probat vnitatem mundi, …
mi motoris: & componit syllogismum sic. quęcunque sunt numero multa, …
habent materiam: sed primus motor non habet materiam: ergo in secund…
ra primus motor non est plus vno in specie eius: modo assumo maiorem Ar…
arguo addendo istam, scilicet, oēs animę separatę nō habent materiam, …
Responsio. sunt multę in numero: quod est propositum. Ad hoc dices, quod Arist. …
sic maiorem: quęcunq; sunt numero multa, habent materiam actu vel hab…
ne: modo assumendo minorem Arist. Deus non habet materiā actu, nec h…
dine: & minor tua falsa est, s. animę non habent materiam actu, nec habit…
Contra. quoniam saltem habent illam in habitudine. Sed contra, quoniam maiore…
bitudinem ad materiam dicit vniuersale materialę, quam anima post mor…
qm̄ vniuersale per identitatem est in materia, sed anima nec per identita…
per copulationem: sed vniuersale non propter illud dicitur indiuiduum sim…
ter, immo absolute dicitur vniuersale, ergo et multo magis anima dicitur …
vniuersalis. Secundo, contra idem arguo ex dictis in primo cœli vbi vn…
lomet argumento: nam probando illam maiorem ait, quod aliud est hoc cæ…
& cœlum simpliciter; & hoc quidē, vt species & forma, hoc aūt materia …
Deinde subdit, quibusdam interpositis, dicens; quorum substantia in mater…
plura, & infinita entia eiusdem speciei: modo arguo sic, ista propositio, …
substantia est in materia sunt plura indiuidua, vel intelligitur de materi…
sunt actu, vel in qua sunt in habitudine. si primum, ergo maior illa bene …
sumpta, & minor fuit multo melius accepta sub maiori. Si loquitur de mate…
qua est in habitudine, & non actu: ergo non bene dicit quod cœlum simpl…
& hoc cœlum differunt sicut forma, & materia: quoniam cœlum, id est, …
sale, saltem materiale est in materia secundum habitudinem, & sic omnino …
telligit de re, prout est in materia actu. Sed dices quod ibi Aristo. est in…
augmentatiua: quoniam, vt dicit Auerroes ibi commento. 52. Aristo. arg…
Fuga. vna parte quęstionis. Sed istud est fuga. quoniam Aristo. pro quęstione …
Contra. pit illam opinionem, & illam propositionem tanquam veram, vt appare…
Tertium. 95. & eam non negat. Tertio & vltimo arguo: vel tantam vnitatem n…
lem precise habuit anima, dum fuit in corpore, quantam habet post, vel …
rem, vel maiorem. nullus diceret nec minorem, quoniam hoc non esset, n…
anima post mortem esset indiuiduum vagum, & in corpore fuit indiuid…
gnatum, & qui dicit hoc stultus est. Si tantam, ergo in corpore fuit comp…
specie apud eos: per hoc, enim fuit in materia vnita, vt ponunt, ergo & n…
indiuiduum completum in specie, & per consequens nunquam erit v…
ipsi corpori, sicut nauta naui: cuius contrarium ipsi dicunt: dico ergo se…
dum philosophiam Aristotelis, & Auerrois, quod numerus indiuiduorum …
nisi per materiam, in qua actu sunt, habet fieri: & quia, igitur animę post…
tem sunt sine materia actuali, vt scis, ideo dicit Auerroes primo cœli com…
to 9. quod omne, quod non est in materia, declaratum est esse impossibile …
niri plus vno indiuiduo in specie, & sic diceret quod omnes essent vna …
numero omnium, sicut visum est in expositione tertij de Anima. Sed hæ …
Solutio ad primam. tiones non cogunt contra nos. Ad primam dicerem, quod illa habitu…
ipsa anima essentialiter differens in modo ab ea, attamen non propter hoc …
tialiter dependet a materia: cum materia non fuerit causa essendi simpl…
Ad secundā animæ, sed essendi in corpore, vt patet. Ad secundam dicendum, quod …
mentum concludit illam esse intentionem Aristote. non tamen intentio …
in hoc est sustinenda, immo Aristote. & Auerro. in hoc errauerunt, B…

A idem ad confirmationem primi cœli. non enim dubito illam fuisse intentionem Arist. sed teneo cum hoc, quod est Arist. illam esse falsam. Ad tertiam dicendum, quod anima habet ante, & post mortem illud met esse simpliciter, non tamen illud met esse secundum quid. & ideo post mortem non est completa in specie, sicut nec ante vitam, vt patet. Ad tertiam.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit, demonstratio quidem incisiua de falsitate eius, ꝙ proueniat ad infinitum, est vt dicatur vnumquodq; indiuiduorum causarum, aut erit possibile ex se, aut necessarium. si necessarium, non indiget causa. si vero possibile, ergo totum est denominatum possibile: & omne possibile indiget causa addita substantiæ eius: igitur vniuersum indiget causa extra se.

B Hic ponit viam aliam a prædicta, declarando qualiter est venire ad primam causam. d. ait Alg. respondens pro philosophis: &, si forte aliquis diceret, quod probatum est cum perfecta demonstratione causas nõ reperiri ad infinitum, hoc modo. (Aut quęlibet.) posita intentione ponit viam Auicen. dicens, aut quælibet illarum causarum possibilis est in esse, id est, aut omnes sunt possibiles esse, & possibiles non esse: aut quęlibet illarum necessaria, id est, necesse esse. primo destruit secundum membrum, secundo concludit primum. d. secũdum est falsum: quia, si ita esset, nulla illarum indigeret de causa, & sic essent simpliciter incausatę, & ita non inuicem causę. (Si primo modo.) nunc concludit secundum, dicens, si primo modo. ergo totum denominatur de possibilitate, id est, aggregatum ex eis totum dicitur ens possibile esse, & possibile non esse. Deinde arguit ex hoc propositum, dicens. & quodlibet possibile indiget de causa addita super eũ: & tunc replices propositionem conclusam tanquam minorem, sic, sed totum illud est possibile, ergo totum illud indiget de causa extrinseca ab illo toto, quæ scilicet sit prima simpliciter.

AVEROES.

C AIt Auer. Hęc demonstratio, quam recitauit Alga. nomine Philosophorum, primus, qui dedicauit eam Philosophis, fuit Auicenna, ita ꝙ sit viam optima viarum Antiquorum: quoniam existimauit ꝙ sit de substantia entis, & ꝙ via hominum est ex accidentibus consequentibus primũ principium. Attamen est via, quam Auicenna assumpsit ex Loquentibus. qm̃ Loquentes tenent ꝙ est notũ ꝑ se ens diuidi ad possibile, & necessariũ: & ponere aliquid possibile infert ꝙ habeat agens: & ideo mundus vniuersaliter, cũ fuerit possibilis, necesse est, vt agens eius sit necessarium in esse. Hæc est credulitas Mahatazalæ: & est sermo bonus: & non est in eo falsitas, nisi in eo, quod posuerunt, ꝙ mundus vniuersaliter sit possibilis. nam hoc non est notũ per se. Et voluit Auicenna ꝙ sit vniuersalis hæc propositio. & intelligit per possibile id, quod habet causam, vt dixit Alga. &, cum large appellauit hoc non extenditur ei diuisio ad id, quod vult. nam diuisio entis, primo ad id, quod habet causam, & id, quod non habet causam,

non est nota per se. Vlterrius habens causam diuiditur ad po... necessarium. Si intellexerimus possibile verum, finitur ad p... necessarium, & non finitur ad necessarium, non habens causam... ro intellexerimus de possibili id, quod habet causam, & est nec... non sequitur ex hoc, nisi quòd habens causam habeat causam: ... sumus ponere quòd illa causa habeat causam, & procedet in in... ergo non finitur res ad ens, non habens cām. & est id, quod inte... per necessarium in esse: nisi intelligatur de possibili posito ... contra non habens causam, quod est possibile verum. nam hæc ... bilia sunt, in quibus est falsum deuenire causas in infinitum. Si ... tellexerit per possibile id, quod habet causam, ex rebus nece... adhuc non est declaratum quòd hoc sit falsum eo modo, quo de... tum est in entibus possibilibus in rei veritate. & non est declar... adhuc quòd sit hic necessarium, indigens causa, vt sequatur ex hac ... sitione, vt finiatur ad necessarium absq; causa, nisi declaretur quo... spositio in vniuersali necessario, quod est ex causa, & causato hic est dispositio in vniuersali possibili.

In hac dubitationis solutio. primo innuit autorem huius vię, dicens, dic... nos quod hęc demonstratio, quam dixit Alga. nomine philosophorum, rep... tantum ab Auicen. deinde dat causam, quare Auicen. re; utauit viam: ... miorem, via antiquorum, quam narrauit, dicens: ipse mediatus est, quod di... verior est via antiquorum dicta. Cuius rationem innuit, & potest compo... logismus. omnis via, quę datur per essentialiora enti, & primo principio, ... mior via data per accidentia, vel consequentia illis. hanc maiorem suppo... accipit minorem, dicens, quia putauit quod hęc via sumitur de substantie ... et antiquorum via de accidentibus primo principio, aut consequentibus ... & dicit accidentibus, aut consequentibus ad demonstrandum quod ibi ... propria accidentia, sed debent dici consequentia, et tunc suppleas conclu... iam dictam. (Et dictam.) Nunc vult ostendere, in quo hęc via est vera, ... quo peccat: & ideo, primo repetit illius vim, declarando a quo sumpsit ill... dicens, & Auicen. sumit dictam a loquentibus: quod declarat. dicens, ipsi ... opinati sunt, quod notum est quod ens diuiditur duabus partibus, scilicet ad ... sibile, & ad necessariun · supposito quod hęc diuisio sit nota per se, & di... oportet quod possibile habeat agens. tunc arguunt sic: &, quia mundus tot... possibilis, oportet ergo quod habeat agens necessarium, ad hoc vt per ipsum ... petuetur, & addit quod hęc probatio est sectę Mothizelæ. (Et est.) Pon... rem rationis, dicens, & est sine dubio vera, sup. secundum quid, præter ... dixerunt quod mundus est possibilis: et quodlibet possibile oportet quod ... agens. ait, quod hoc non est notum de se, imo sup. oppositum totius h... monstratum est in fine primi cœli contra Platonem nullum enim possib... test habere agens, quo perpetuetur, aliter, natura contingens reuerteretur ... cessarium. (Et Auicen.) ponit enarrationem Auicen. quoniam, quod om... sit possibile vel necessarium, non est ita notum. ideo Auicen. loco entis po... lis posuit habens causam, & loco entis necessarii posuit non habens cau... cit ergo, & Auicen. hanc opinionem cœpit, id est, confirmauit per aliam p... sitionem vniuersalem, ita quod posuit intentionem possibilem, id est, ho... brum ens possibile in id, quod causam habet: &, sup. & loco necessarij, ... non habens causam, vt ait Alga. (Vnde si.) contra arguit Auer. d. vnde, ... propositio, scilicet, omne ens aut causatum, aut causa, sumitur absolute, ... tur diuisionem prædictam, id est, nō æquiualeret illi diuisioni: quoniam ... primo diuidit ens ad habens causam & non habens causam, non est diui... di...

A de se, & per consequens non respondent intento, in quo volebat illam diuisionem reddere per se notam.

Sed circa dicta tria. q. faciunt primo, an prima diuisio sit per se nota secundo, an secunda diuisio absolute sumpta sit per se nota, & illi æquiualens. tertio, vtrum aliquod possibile posit ab alio perpetuari: quibus habitis erit satis exposita solutio dubij. Primo arguitur quod sic: quoniam passiones entis sunt per se notæ de ente: quoniam nullũ potest esse medium notius eis. Secũdo, nullo modo in Metaphysica, neque in naturali scientia possunt demonstrari: ergo sunt per se notæ. Quantum ad istud dubium, videtur mihi, quod illa entis diuisio non sit per se nota de ente primo: quoniam illud apud antiquos fuit valde quæsitum: immo, vt narrat Arist. in 9. Meta. quidam dixerunt quod omne ens est ens possibile, & sunt omnia in fluxu. vt primo & quarto & nono Metaphy. dictum est. Præterea, in libro. 8. fuit illa diuisio demonstrata. ibi. n. demonstratum est genus substantiarum abstractarum esse vt dicit Auerroes cõmen. 3. octaui Physico. & ibidem commen. vlti. primi Physico. & 22. & 26. secũdi Physi. & sic videtur mihi. Ad primum, quod passiones entis simplices, & non sub diuisione, forte sunt per se notæ de ente. Istæ autem sub diuisiones possunt a posteriori saltem notæ fieri. Et sic ad secundum, apparet enim qualiter

B probatur ens necessarium esse, per viam motus æterni in octauo. & ita, saltem per viam philosophicam potest illa demonstratio esse nota. Ex his verificatur dictum Auerrois primo Physico. commen. vlti. vbi ait. vnde Auicen. peccauit maxime, cum dixit, quod primus philosophus demonstrat primum principium esse: & processit in hoc suo libro de scientia diuina, id est, Metaphysica per viam, quam æstimauit esse necessariam & essentialem in illa scientia, & peccauit peccato manifesto: certior enim illorum sermonum, idest, demonstrationũ, quibus vsus est in hoc, non pertransit ordinem, id est, metam sermonum probabilium: & iam causam innuimus huius alibi, vbi Ioan. & multi in octauo Physico. per ly alibi intelligunt in libro de substantia orbis. ecce, quomodo errauit. ait enim in secundo Physico. commen. 22. via autem, qua processit Auicen. in probando primum principium esse, est via loquentium, & sermo eius semper inuenitur quasi medius inter loquentes, & peripatheticos: modo arguo sic, in libro de substantia orbis non est demonstratum qualiter via Auicen. est media quasi inter peripatheticos & loquentes: immo, tantum ibi in quinto capitulo dictum est rationem eius fundari supra propositiones instabiles. Præterea. 8. Physi. commen. 3. vbi manifeste dicit, quod ipse fecit capitulum singulare contra illam viam: ecce, quomodo innuit librum Algazel. Ioan. autem, quia nõ vidit hunc librum, processit sicut cæcus, & ego longo tempore. ideo apparet quo-

C modo illa via est probabilis, quoniam fundatur supra ista diuisione entis, quam accepit notam de ente, auctoritate loquentium: quæ, vt declaratum est, est ignota simpliciter. Ad secundam Auicen. voluit ꝙ sic: quia, vt dictum est in disputatione tertia, apud Auicen. omne habens causam est ens possibile, & omne incausatũ est ens necessarium: & ideo, apud ipsum essent diuisiones æquiualẽtes: sed apud Auer. dicendum est, quod prima diuisio erit ista: ens quoddam erit necessarium, & quoddam possibile: & iterũ necessarium, quoddam est a se, sicut prima causa, & quoddam ab alio, sicut sunt substantiæ mouentes stellam. vnde, vt dicit ipse in 8. Phy. cõ. 79. non omne habens causam est possibile. licet, secundũ Auic. sit ita. Ad propositũ ergo, hęc diuisio vel capitur vt illa ęquiualẽs, & tũc nõ erit notior illa: si capitur, vt est vniuersalior p̄dicta, & minus cõmunis, tunc erit adhuc ignota, & nõ habebit propositũ, sicut fuit declaratum de prima.

Circa tertiam quęstionẽ hanc ego feci longam morã in tractatu de intellectu, ideo, pro nunc dicendum, ꝙ nullum contingens in eius natura potest ab alio perpetuari secundum philosophos, & hoc dicit Auer. in fine de substantia orbis. scilicet in primo capitulo, & primo cœli, commen. 138. Huius autem ratio potest sumi ex secundo Perihermenias. vult Aristo. ꝙ necesse esse, & impossibile esse sint contrariæ. possibile esse, & possibile non esse, subcontrariæ: primæ dicuntur contrariæ, quoniam necesse esse valet in omni tempore ens, &

Tertia quæstio.

Quarta q̃o.

impossibile esse in omni tẽpore nõ ens. possibile esse in aliquo tẽpore ens, ... bile non esse in aliquo tẽpore non ens. vide ibidẽ. tunc arguo sic. Si aliqu... contingens, ꝙ perpetuetur ab alio. vel hoc nunquã incœpit, vel istud incœ... & post remanebit semper in futuro. si primum, ergo ad impossibile se habe... trarie, & non contradictorie, & per cõsequens erit necesse esse, & sic natu... tingens vna & eadem, erit natura necessaria. Si secundũ, sicut dicit de anima... tellectiua. contra, q̃m antequã fuit, iam possibile est esse. ergo modo, si est, ... est possibile non esse, & sic istud erit possibile esse, & possibile non esse: sed ... argue ex regula primi priorũ. c. 13. ex maiori de cõtingenti, & minori de in... se, simpliciter oẽs syllogismi sunt perfecti. arguo modo sic. omnẽ animã inte... ctiuã contingit non esse. anima Adæ est anima intellectiua. ergo animã Adæ ... tingit non esse. Tunc vltra per aliam regulã ibidem. quicquid sequitur ad pr... missas de possibili, sequitur ad eas de inesse. volo dicere ꝙ impossibile nu... sequitur ex præmissis positis inesse. vnde dicit sic, falso posito & non impossi... li, & quod accidit propter positionẽ, falsum erit & non impossibile, tunc fiat ... gumentum istud. nulla anima est. anima adæ est anima hominis. ergo anima ... non est. consequens est falsum impossibile, vt omnes dicunt. ergo aliquę præ... sarum, et nõ minor: q̃m est de inesse simpliciter. ergo maior: sed maior est ... ad illam de contingenti, ergo illa fuit falsa, & per consequens nullam anim... tingit non esse. Sed dices, quod ista, anima Adæ non est, non est falsa impo... lis: ergo falsa possibilis, q̃m aliq̃n fuit vera. ergo est falsa possibilis. Hæc re... sio fuit mihi data ab vno, qui reputat se scire logicã, & nihil scit in logica ... Sed contra arguo: q̃m, vt dicitur ibidem in capitulo. 11. possibile seu con... distinguitur ab inesse, & necessario esse, per hoc, quod illæ de continge... ciunt futurum. vnde Auer. primo priorum, capitulo quarto, in principio ... propositiones quidem possibiles, scilicet istæ, de quibus dicitur nomen p... lis veræ, & sunt quæ sunt possibiles, vt inuenitur in futuro, &c. & ibidem ... tulo. 14. ait, & quia propositiones absolutæ, id est de inesse, & necessarię, ... sibiles diuersificantur. quædã a quibusdã in modo, & in materia, quã ... dus, quod est, quia hæc, id est aliquæ sunt res multæ inuentæ in actu, præter ... sit inuẽtio rerum necessaria, & illę sunt absolutæ, id est de inesse: & res, q... necessarię sunt inuentæ in actu, sed sunt possibiles vt inuentantur in fut... vt non inueniantur, sunt possibiles, id est contingentes propositiones: & ... sunt inuentæ semper, & ipsę sunt necessariæ. In quibus verbis vult ꝙ om... positio contingens sit respectu futuri: ergo, si aliqua propositio est, quæ in ... nunquam erit vera, nec est vera, illa propositio est impossibilis falsa, & p... sequens habetur propositum: q̃m nunquam ista, anima Adæ non est, erit ... per consequens, hoc ponere est falsum impossibile, & sequitur ex falso ... li: ergo contra regulam Arist. ex his apparet qualiter nulla natura con... potest perpetuari, simpliciter tenendo: & de hoc volui dicere hic logice, ... physicę dictũ est in quæstione de intellectu. Et debes scire, quod istud ... dum Aristo. & Auer. aliter autem secundum nos christianos. dicerent ... anima intellectiua acquirit necessitatem a Deo, nec inconuenit aliquod ... cessarium habens principium in parte. &, sic omnia argumenta ruunt. & ... rationem solui in lib. de intellectu. vel dicendum quod hęc anima Adæ ... est falsa possibilis: quia, aliquando non fuit: & licet hæc responsio non ... dum logicam Aristo, est vera simpliciter secundum nos, & tu considera.

Anima intellectiua a deo necessitatẽ acquirit secundum nostram legẽ.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dicimus quòd dictio possibilis, & necessarii ... ctio indefinita: nisi intelligat per necessarium, cuius ... habet causam. &, si hoc intelligunt, reuertamur ad hanc ... nem. Et dicimus aliquod totum est possibile, in eo quòd habet ...

A sam, additam substantiæ eius: & totū non est possibile, in eo ꝙ nō habet cām additā substantiæ eius extra eā. si aūt intelligit per dictionē possibilis, aliter quā nos intelligimus, est quid nō intelligibile. Si aūt dixerit, hoc inducit vt constituatur necessarium in esse per possibile in esse, quod est falsum, dicimus si intelligitis per necessarium, & possibile id, quod nos intelligimus, est ipsummet quæsitum. & non conceditur ꝙ sit falsum. & est sicut sermo dicentis, falsum est cōstituere antiquum per innouationes, & tempus apud eos est antiquum, & vnitates reuolutionum sunt innouatæ, & habent principium: aggregatum vero non habet principium in habentibus principium: & verificātur habentia principia de vnitatibus, & non verificātur de aggregato. & sic dicitur causa de vnaquaque earū, & non dicitur de aggregato, ꝙ habeat causam. & nō omne, quod verificatur de vnitatibus, necesse est vt verificetur de aggregato, postquā de vnaquaque verificatur ꝙ sit vna, & ꝙ sit aliqua, & ꝙ sit pars, & non verificatur de aggregato. & quili-
B bet locus demonstratus in terra est illuminatus à Sole in die, & obscurus in nocte, & vnusquisque est innouatus, postquā nō fuerat ei principium: aggregatum aūt apud eos habet principiū. & est manifestū ꝙ qui admittit innouationes non habentes principium, & sunt formæ quatuor elementorum, non potest euadere à possibilitate causarū infinitarū. & concluditur ex hoc ꝙ non eis est via ad constituendū primū principium propter hanc dubitationem, & confusionem. & fit sermo eorum industria absolute.

Hinc inducit sol. Alg. ad argumentū philosophorū, quā pro parte dedit, & dicit, Ait Alg. nos respōdemus eis, qđ hoc vocabulū possibile, & hoc vocabulū necessariū est obscurū, nisi declaratū fuerit isto modo: videlicet, ꝙ pro necessario intelligitur id, quod ipsius esse non habet causam, & pro possibili intelligitur illud, qđ habet causam. (vnde dicimus) ex hoc recolligit vnā vniuersalem. d. vnde, si ita intelligitur, dicimus quod quodlibet ens est possibile, videlicet ꝙ habeat causam additam super ipsius substanciam: et totum illud nō est possbile,
C quod non habet causam additā super substantiam suam extrinsecam ab eo. vult ergo ꝙ ista conuertitur, omne possibile habet causam super additam substantię suę, & omne habens causam superadditam substantiæ suæ est possibile: & tunc addit, sed si intelligitur, ꝙ aliud esset possibile præter id, quod dictum est, nullam habebit intellectionem, id est non erit intelligibile apud intellectum dispositū. (Et si forte.) hic mouet. q. & dicit. &, si forte diceretur ꝙ hoc induceret nos opinari quod necessarium esse constituitur ex possibilibus esse, quod est falsum, consequentiam probo, quoniā motus cœli apud philosophos non habet principium, & tamen constituitur ex reuolutionibus nouis habentibus principium. (Nos vero dicimus quod.) hic dicit nos vero dicimus respondentes, quod si intelligatur pro possibili, & necessario intelligitur illud, quod supra dictum est, idem erit ergo quod propositum. & non est concedendum quod sit falsum, vult dicere quod capiendo possibile & necessarium, prout nunc dictum est, concedo consequens, & consequentiam, scilicet quod aliquod necessarium non habens principiū cōponatur ex possibilibus habentibus principiū. (Tandē dicimus.) probat hāc solutionē. d. tandem dicimus hoc esse simile dicto dicentis, ꝙ possibile est antiquum constitui ex nouis: quod probat exemplo. d. & tēpus apud eos est antiquū, & singulares reuolutiones sunt nouæ, & principiatæ, & tamē aggregatio ipsarum, id est totus motus, & totum tēpus est sine principio: & tunc concludit intētum. d. ergo illud, quod principiū nō habet, constituitur ex reuolutio-

nibus principiatis: & ideo concludit, ergo verificatur principiatio in parti- A
ribus, id est partibus motus, & non in toto. q.d. ergo motus habet princ-
quo ad partem, non quo ad totum. Debes scire, quod reperitur alia litera.
(Tandem dicimus ꝙ simile erit dicto dicentis, ꝙ impossibile est antiqum
poni ex nouis, & tempus apud eos est antiquum, &c.) & tunc videtur mihi
litera possit stare: quoniam vult dicere, quod qui negat illud, est simile i-
verbum verbo dicentis, quod antiquum componi ex nouis sit impossibile:
est contra sensum, vt apparet in tempore, & motu: ergo oportet dicere co-
nienter sensatis, scilicet quod est possibile antiquum æternum componi ex
uis factis. (Patet ergo.) Nunc redit ad propositum. d. patet ergo ꝙ quicun-
cedet nouitates principiatas, videlicet, formas quatuor elementorum esse n-
& principiatas, vt ponunt peripathetici, oportet eum ponere possibilitate-
rum infinitarum. i. ꝙ possunt procedere in infinitum. Tunc concludit, vnde
hoc sequeretur quod nulla erit via apud philosophos ad primum princip-
neque a prædictis duobus euadere poterit. quod autem nulla erit via pot-
clarari aliqualiter: qm̃, si omnia sunt corruptibilia, non est aliquis motus æ-
nus, & si non est motus æternus, apud eos non potest demonstrari primum
cipium esse: ergo, istis sic stantibus, nulla erit via.

B

AVEROES.

Ait Auer. Ponere causas possibiles infinitas sequitur ex e-
nere possibile, cui nõ est agens. ponere vero res necessarias
bẽtes causas infinitas, sequitur ex eo vt sit id, quod posit-
habere cãm, nõ habere cãm. Et hoc profecto est verum, nisi ꝙ fa-
quæ sequitur ex talibus causis, est alia ab ea, quæ sequitur ex cau-
natura possibilitatis. Quare, si aliquis voluerit, vt ꝑlatio huius s-
nis Auicẽnę sit ꝑlatio demonstrationis, & faciat sic entia poss-
impossibile est vt sint absq; causis, & ꝓcedet in infinitũ. & si ꝓce-
infinitũ, nõ erit ibi cã. & sequitur ꝙ sit possibile sine causa: & hoc
falsum. & nõ est falsum ꝙ deueniet ad cãm necessariã. & hęc cau-
cessaria nõ euadit quin sit necessaria, aut cũ causa, aut sine cã. si c-
interrogetur ẽt de hac cã, & aut deuenient cãę in infinitũ, & seq-
vt sit absq; cã id, qđ positũ fuit cũ causa. & hoc est falsum. & imp- C
le est quin finiatur ad cãm necessariã absq; cã, i. ex se. & hoc est n-
sariũ in esse necessario. & ĩ hac specie diuisionis erit demõstratio.
Sed, cũ proferetur eo modo, quo protulit Auic. nõ est verũ mult-
dis. & primo qm̃ possibile positũ in ea est ęquiuoce. & diuisio en-
mo in ea ad possibile, & impossibile nõ est vera, s. nõ est diuisio
dẽs ens, in eo ꝙ est ens. Cũ aũt dixit in dubitatione contra Ph-
phos, & dicimus aliqđ totũ est possibile, in eo ꝙ est ei cã addita
stantię eius, i. &, cũ cõcesserint Philosophi ꝙ intelligunt per pos-
le in esse id, quod habet causam, & per necessariũ in esse id, qđ no-
bet cãm, dicitur eis non prohibetur secundũ radices vestras, q-
causæ, & causata infinita, & erit totũ aggregatũ necessarium in
ex radicibus eorũ est ꝙ ipsi admittunt vt sit ratio partis diuersa a
totius, & aggregati. Qui quidẽ sermo, est in eo inuolutio mult-
ter. & primo, qm̃ ipsi nõ admittunt cãs per se infinitas, vt diximus

A perius, siue sint causæ, & causata à natura possibilis, siue à natura necessarii, vt declaratum est ex sermone nostro. Et deceptio, quæ sequitur Auicennæ in hoc sermone est vt dicatur ei, cum diuisisti ens ad possibile in esse, & necessarium in esse, & fuit intentio tua per possibile in esse id, quod habet causam, & per necessarium id, quod non habet causam, impossibile quidem est tibi afferre demonstrationem, ꝙ sit impossibile vt sint cāæ infinitæ: quoniam sequitur ex hoc ꝙ sunt infinitæ, vt sint ex entibus non habentibus cām, & erunt de genere necessarii in esse præcipue, cum sit possibile apud eos vt constituatur æternum ex causis infinitis, & vnaquæq; earum est innouata. Accidit aūt huic sermoni hæc inuolutio ꝑꝑ diuisionem eius entis ad habens cām, & non habens causam. si autem diuisisset id eo modo, quo diuisimus nos, non esset ei aliqua harum dubitationum. Cum aūt dixit quòd Antiqui concedunt quòd iā constituitur antiquum ex infinito, ex eo quòd cōcedunt reuolutiones infinitas, est sermo corruptus. nā de hoc B dicitur nomē antiqui cū antiquo, quod est vnum æquiuoce. Cum aūt dixit, si aūt diceret hoc, inducit vt constituatur antiquū necessariū in esse per possibile in esse, dicimus si intelligitis per possibile, & necessarium id, quod nos intelligimus, est ipsummet quæsitum, & non concedimus quòd sit falsum. i. quòd, si intelligūt per necessariū id, quod nō habet cām, & per possibile id, quod habet cām, non concedimus quòd sit absurdū cōstituere id, qđ nō habet cām ꝑ causas infinitas. nam, cū ponimus quòd hoc sit falsum, est ablatio causarum infinitarum. & positio vestra est de necessario in esse, & est conclusio vestra, quā intenditis declarare. Deinde dixit, & est sicut sermo dicentis est falsum constituere antiquum per innouata. & tempus apud eos est antiquū, & vnitates reuolutionum sunt innouatæ, & habent principium, & aggregatum non habet principium: igitur constituitur id, quod nō habet principiū, per reuolutiones habentes principium. & est verum quòd vnitates sint habentes principium. & non est verum de aggregato, post-C quam sit verum de vnaquaque earū quòd sit vna, & quòd sit aliqua, & quòd sit pars, & non sit verum de aggregato, i. quòd non est falsum vt constituatur non habens causam per causata infinita, vt constituitur antiquū apud vos per innouata infinita. nam tempus apud eos est antiquū, & tamē constituitur per tēpora innouata. & sic motus orbis apud eos est antiquus, & reuolutiones, ex quibus cōstituitur, sunt infinitæ. Attamē respōsio est, quòd Philosophi, nō est de radicibus eorū quòd sit antiquū permanens ex parte partiū innouatarum, in eo quòd sunt infinitæ: sed ipsi negant hoc, magis quā omnes homines. Sed hoc est ex sermone Hæreticorum. nam aggregatū nihil prohibet quin aut sit ex indiuiduis finitis generabilibus, & corruptibilius, aut ex infinitis. si ex finitis, omnes quidem in hoc cōueniunt quòd totū, i. genus est generabile, & corruptibile. si vero ex īdiuiduis infinitis, Hæretici quidem ponunt quòd est possibile, aut necessariū vt sit aggregatū æternū

abſque cauſa, à qua proueniat. Philoſophi autem admittunt hoc, &... nent ꝙ talia tota, ex eo ꝙ conſtituuntur per indiuidua poſsibilia ge... rabilia, & corruptibilia, impoſsibile eſt eis vt ſint abſque cauſa ext... totum eorum continua æterna, qua ponimus hæc tota in æternita... & non exiſtimant etiam ꝙ falſitas cauſarum infinitarum ſit prop... falſitatem conſtitutionis antiqui per id, quod eſt infinitũ. & ipſi d... ꝙ ſunt hic motus diuerſi in toto, continui, & non ceſſantes: quia ... hic motus vnus numero æternus. Et cauſa, quare ſunt hic corpora g... nerabilia, & corruptibilia ſecundũ partẽ, æterna vero ſecundũ tota, ... quoniam eſt hic ens æternum ſecundum partẽ, & ſecundum totum, ... eſt corpus cœleſte. & motus infiniti ſunt æterni genere propter vn... motum continuũ, & eſt motus corporis cœleſtis. & non eſt motus c... li compoſitus ex multis reuolutionibus, niſi in intellectu tantũ. Sr... tus corporis cœleſtis acquiſiuit æternitatem, licet fuerit generab... & corruptibilis ſecundum partes ex motore, in quo impoſsibile e... aliquãdo moueat, & aliquãdo nõ moueat, & ex moto, in quo imp... ſibile eſt vt moueatur aliquãdo, & quieſcat aliquãdo, ex eo ꝙ mo... tur, vt reperitur hoc in motis, quæ ſunt hic. Opinio autem homi... de totis. i. generibus eſt triplex. Prima opinio eius, qui tenet ꝙ om... totum eſt generabile, & corruptibile, qm̃ eſt finitum in indiuidui... Secunda eſt opinio eius, qui tenet ꝙ ex totis aliqua ſunt, quæ ſ... æterna, non habentia principium, nec finem, ex eo, quod appare... eis, ꝙ ſunt ex indiuiduis infinitis. & diuiditur in duas ſectas. nam... qui dicunt ꝙ talia tota conuenit eis cõtinuitas ex cauſa neceſſaria ... numero. ſin autẽ, eueniet eis vt corrumpantur infinities in temp... infinito. & iſti ſunt Philoſophi. & aliqui crediderunt ꝙ eſſe indiui... eorum in infinitum, ſufficit vt ſint æterni, & ſunt Hæretici. Et co... derare veritatem de his tribus opinionibus, & ſumma diſputatio... reducitur ad has tres radices, & ſunt an mundus ſit æternus, vel ... æternus: & an ſit ei agens, vel ne? & ſermo Loquentium, & dicẽtiũ ... nouationem mundi, eſt vna ſecta, & ſermo Hæreticorũ eſt alia ſe... & ſermo Philoſophorum eſt medius inter eos. Et hoc habito, de... rabitur tibi ꝙ ſermo dicentis ꝙ admittens cauſas infinitas, impoſ... le eſt ei conſtituere cãm primam, eſt ſermo falſus. ſed quod mag... detur eſt contrariũ eius, & eſt ꝙ, qui nõ cõcedit ꝙ ſint cauſæ infi... non poterit conſtituere cauſam primã æternam. qm̃ eſſe cauſata ... ta eſt id, quod determinauit neceſsitatem cauſæ æternæ, ex qua e... nat infinitũ eſſe. ſin aũt, neceſſe eſſet vt finirentur tota, quorum ... quodq; indiuiduũ innouatur. & hoc modo tm̃ poſsibile eſt vt ſit ... quum cauſa innouatorũ, & eſſe infinita innouata infert eſſe Prim... antiquum, vnum glo. & non eſt Deus alius ab eo.

Opinio de generibus ẽ triplex,

Hic Auer. vult cõtradicere Alg. et duo principaliter facit: qm̃ primo d... vim rõnis Aui. declarãdo Alg. ipſam nõ intellexiſſe, ſcḋa ibi. (Sed id, ... bat eũ in alio dicto. In prima parte ꝑponit quaſi vnũ per ſe notum, ſecũ... (Vnde, ſi aliquis) exequitur dãdo vim rõni Ariſt. dicit, ergo dicimus nos ꝙ ...

A positione causarũ infinitarũ possibilium sequitur positio possibilis agentis non habentis causam, i. sequitur ꝙ possit dari agẽs nõ habẽs causam. Sed, ex positione rerũ necessariũ non habentiũ causas infinitas, sequitur ꝙ id, qđ causatũ fuerat, sit sine causa: & hoc satis manifestũ est. Deinde replicat illud sub forma breui, d. sed impossibile sequens ex prędictis causis, scilicet necessarijs, non sequitur ex causis existentibus de possibilitate, id est, possibilibus.

Sed circa hęc, duo faciũt quęstionẽ: primũ, qm̃ non videtur qualiter ex positione causarũ possibiliũ, sequitur causam agens possibilis incausata: qm̃, si sequitur causa agens incausata, illa est necessaria & non possibilis. Iterum, non videtur qualiter sequitur ex eis positis possibilibus. Secundum est: qm̃, nõ videtur ex rebus necessarijs carentibus causis esse aliquod incausatũ infinitũ sine cã: hęc.n. duo quęstionẽ magnã faciũt. Ideo debes scire, ꝙ qñ aliqua sunt vnius rõnis, & eiusdẽ ordinis, si debent poni in aliquo alio ordine, debẽt poni ab aliquo alterius coordinationis, vt sensu patet. sic in proposito: videmus.n. oĩa possibilia esse eiusdem rationis, quantũ ad possibilitatẽ: si igitur debẽt poni in ordine necessariorum, est opus, vt per aliquod ens necessarium ponantur: ergo, si res ponuntur possibiles, oportet vt aliqua causa ponatur necessaria conseruans illas in esse sempiterno scdm successionẽ: & sic apparet primũ: & iste modus declarãdi est Aristo. & Auer. 8. Phy. com. 46. & 47. & secundo perigeneseos. commen. 56. & 12. Meta. commen. 33. & 32. & 34. Sed, cum dicebatur quid intelligit per agens possibile non habens causam. Dicendũ, vt videtur, quod litera sit corrupta: habet enim sic, sequitur positio possibilis agentis nõ habẽtis finẽ: & tũc litera plana est, quoniã per hoc, quod dicitur quod illud agens sit possibile, verum dicit: quoniam corpus cœleste est possibile, saltem quantum ad motum, & non habet finem cum mouetur motu æterno: & ideo, si causæ hic inferius sint possibiles, oportet vt detur vnum agens sine fine, possibile secundum partem. Alio modo litera habet, sequitur positio possibilis agentis non habentis causam: & tunc per illud agens non habens causam, intelligit primum motorem simpliciter & tũc litera intelligitur sic. sequitur positio possibilis, i. sequitur qđ possit poni agẽs, nõ habẽs cãm, sicut est Deus et tũc ly possibilis cõstruitur cum ly posito, ita qđ sit sensus, sequitur possibilis positio agẽtis sine causa: et sic apparet vis primi dicti Auerrois. Pro intellectu secũdi debes scire, qđ si res sint necessarię, & multę, oportet vt sint causatæ: qm̃ omnis multitudo reducitur ad vnũ genus causę, & ex alio essent incausatæ: ergo erit effectus sine causa: qm̃ in eo quod multæ, sunt causatę: ex eo ꝙ necessarię, sunt incausatę, vt dicit Algazel: et sic apparet vis secundi. (Vnde, si aliquis.) in hac parte Auerro. eligit modum declarandi Auicen. ex datis, & dicit, vnde, si aliquis velit ordinare dictũ Auicen. declaratũ, debet ipsum tali ordine signare sine dubio, videlicet, entia possibilia indigent sine dubio de causis præcedentibus, vt nunc est suppositum: tunc arguit, & ideo, si illę causę possibiles fuerint, oporterent causari ab alijs causis, & sic procederent ad infinitum, & sic, nulla hic erit causa vltima: & ideo oportebit dare vnum eiusdem ordinis, scilicet vnum possibile incausatum. si nõ: erit processus infinitus: quod est falsum. (Patet ergo quod causę.) concludit conclusionem dicens, patet ergo, quod causę sine dubio perueniunt ad necessariam causam, vt dictum est. (Amplius.) complet rationem, dicens, amplius dicta causa non euaderet quin sit necessaria ex causa alia, aut sine causa. si ex causa, sequitur petere de illa causa, vnde: aut ad infinitum procedet: & sic sequetur quod illud, quod positũ fuit causatũ, sit incausatũ, vt dictũ fuit, quod est falsum, aut oportet venire ad causam primã: & ideo oportet quod perueniant ad necessariã causam incausatam ab alia: & hoc est necessarium esse. & hoc modo erit prędicta demonstratio vera, non tamen illo modo, quo eam posuit Auicen.

B (margin, beside "56. & 12. Meta.")

C (margin, beside "cen. declaratũ")

Dubita. (margin, beside "Sed circa hęc")

Dubita. (margin, beside "videtur qualiter sequitur")

Sed quaeritur, quomodo differt hic modus demonstrationis Auer. ab illo Auicen. vterque enim videtur procedere per viam possibilis, & necessarij. Dicendum, quod primus modus dicendi arguit supponendo differentias entis esse, Verbi gratia, esse ens necessariũ, & esse ens possibile. vult enim quod omne ens sit necessariũ, au. possibile. & hoc est petere principiũ, vt visum fuit.

Secūdus modus non supponit, nisi ens possibile esse, vt patet ad sensum. Deinde ex tali arguit esse motum æternū partim possibile, & partim necessariū: ex... concludit ens simpliciter primum: ergo differunt hi modi valde, & tu con... (Sed id, quod dixit.) Cum exposuit rationem Auicē. & dedit sibi vim, volendo contradicere Algazeli, quantum ad solutionem quæstionis motæ in de proposito: arguit enim supra, quod si possibile est id, quod causam habet peradditam suæ substantiæ, & necessarium non habet: sequitur necessar... componi ex possibilibus multis, vt apparuit de motu cœli, qui totus est ne... rius, & tamen quælibet reuolutio est possibilis, cui respondit, quod non co... uenit totum esse incausatum, cuius quælibet pars sit causata: quoniam ... cium partis differt a iudicio totius. Vult ergo Auerroes contradicere ... in hoc: & primo præponit eius verba, secundo exponit illa, tertio contrad... illi. dicit ergo, sed id, quod dixit Alga. scilicet, quando respondit ad ph... sophos, dicens, quod aliquod, idest aliqua pars habet causam additam ... suam substantiam, & tamen totum illius partis non sic se habet, vt patet de ... tu cœli, cuius quælibet pars est possibilis & habens causam, & tamen ... totus est æternus & incausatus. (Intendit.) Nunc exponit illam sol... nem, dicens, Intendit, quod quando philosophi concedunt quod possibile ... id, quod habet causam, & concedunt de necessario esse id, quod causam ... habet, diceretur eis quod non est negandum secundum ipsorum radices ... sint causæ, & causatæ infinitæ, id est quod sit aliquod totum habens causas finitas, & causata infinita. Verbi gratia, motus, habet enim reuolutiones infinitas: modo reuolutiones sunt causæ infinitæ & causatæ: cuius ratio... dicit, & sententia eorum est necessaria, quia secundum ipsorum radices, ... sibile est iudicium partis differre a iudicio totius, & per consequens po... omnes partes esse causatę & causæ, & totum incausatum semper: quoniam ... tum differt a partibus, vt fingit Alga. (Et hæc verba.) Nunc reprobat illam solutionem: &, quia tria illa solutio posuit, scilicet, quod causæ per se possunt infinitæ. Secundo, quod ens diuiditur per possibile & necessarium, intelligit possibile habens causam, & necessarium carens causa. Et tertio, quod possibile est aliquod totum esse incausatum, cuius quælibet pars sit possibilis & ca... sata. Ideo hos tres errores remouet, & primo primum, dicens, & hæc ve... absque dubio sunt sophisticalia diuersis modis, immo tribus modis, prout ... nit errores: & ponit primū, dicens, vnus est, quoniam peripathetici non co... dunt causas infinitas per se, vt in præcedentibus declaratum fuit. & amplia... ctum, dicens, licet, idest quantuncunque illę causę sint de natura possibilium ... de natura necessariorum, sicut supra dictū fuit. vult dicere, quod siue causę possibiles, siue entes necessarię non possunt esse infinitę per se, immo op... quod sint finitę omnino.

Dubitatio. **Solutio.** SED EST DUBITATIO, quia non videtur, quod Alga. concesse... sas infinitas per se, quoniam ipse non concessit nisi reuolutiones infi... tamen non sunt causę per se. Respondetur, quod Auerro. reprobat Alga... hoc tantum, quod dixit reuolutiones esse causas: quoniam non potest po... las causas esse nisi per se, quoniam reuolutio agit virtute propria, & non v... prioris reuolutionis, nec virtute sui orbis, immo orbis illius virtute ... quia cœlum non agit nisi motu, & lumine. verum est quod reuolutio ... rioris agit virtute reuolutionis orbis superioris, sed hoc non remouet ... causę per se, hoc autem non concedit Aristo. quoniam Aristo. non vult ... vna reuolutio agat, sed congregatio omnium reuolutionum. & sic ap... quomodo bene Auer. reprobat Alga. in primo errore. (Et sophisticatio ...) Nunc ponit secundum errorem, scilicet Auicen. qui etiam fuit Alga. & ... pręponit errorem loco antecedentis, dicens, & sophisticatio Auicē. hoc ... sibi potest dici sic. si ens diuiditur ad possibile esse, & necessarium, & ... remus pro possibili id, quod causam habet, & pro necessario id, quod ... habeat causam: hoc est antecedens. statim ponit consequens: tunc, non po... demonstratione probare esse possibile, causas esse infinitas secundum ...

A nem.quod probat: quia dato, supp. quod causę sint infinitæ, aggregatio earū erit sine causa, cum sit æterna: & ideo dicit, sequitur enim quod illę causæ essent de entibus causas inhabentibus.i. non habentibus, sicut apparet in congregatione ex omnibus reuolutionibus. ergo essent de genere necessarij esse. & ampliat inconueniens dicens, immo quod plus est, sequitur apud philosophos quod est possibile vnum constitui ex infinitis causis, cuius quęlibet ipsarum sit noua, totum tamen est æternum. & addit quod non est dubium, quod hic error accidit Auicen. quia diuidit ens ad habendam causam, & non ad habendam causam: sed, si ipse diuisisset ipsum modo a nobis facto, non sequerentur eum prædicta argumenta.

SED hic sunt duę quæstiones. primo, quia non videtur quod diuisio Auerro. differt a diuisione Auic. secundo, quoniam si differt, non videtur sequi quod adduxit Auer. contra Alg. Ad primum debes scire, ꝙ licet diuisio entis sit per causam, & causatum apud Auer. & per possibile, & necessarium apud ipsum, & in hoc cum Aui. conueniat, differt tamen, quoniam Aui. vult ista conuerti. s. possibile, & habens causam, & econtra, & necessarium, & carens causa, et econtra. Auer. aut non vult illa conuerti: aliquod enim est habens causam, cuius natura non est entis possibilis. vt quælibet intelligentia citra primam, & aliquod est habens necessitatem, & tamen non caret causa. & ideo bene sequitur inconueniēs ad Aui. prædictum. s. quod non potest probari esse causas infinitas, quoniam congregatio earum erit æterna, ergo carens causa: quod est falsum: apud Auer. non valet: quoniam, licet sit ęterna, tamen habet causam: & sic apparet solutio quæstionum insimul. (Sed id, quod dixerat.) Nunc reprobat ipsum de tertio errore, & primo proponit illum, secundo remouet illum, & successiue circa hoc remouet alia dicta eius, vt dicam. dicit ergo primo, sed id, quod dixerat, quod antiquū potest constitui ex infinitis, concessis pręteritis reuolutionibus infinitis, hoc est error. (Diximus quod est.) Nunc remouet illum dicens, dicimus quod est falsum, quia tale antiquum dicitur de antiquo, quod est vnum. &, si litera non est corrupta, vult dicere ꝙ est permanens, & vnum semper æquiuoce: quoniam antiquum successiuum non transcendit naturam possibilis, vt dicit. 12. Meta. com. 41. sed habet de intentione æterni non cadere in non esse, ideo dicitur ęquiuoce: quoniam antiquum permanens, sicut cœlum est totum simul, & non habet naturam entis possibilis apud philosophos. (Item id, quod.) Adhuc ponit alium errorem. d. Item id, quod dixit Alga. videlicet, ꝙ sup. opinio philosophorum induceret nos ad concedendum, ꝙ necesse esse constituatur ex possibilibus esse, vt patet in exemplo de motu. (Nos dicimus.) Hoc reprobat. d. nos dicimus sup. qđ

C vno modo est verum, alio modo falsum, & dicit, quia si intelligeremus pro possibili & necessario id, quod nos opinamur scilicet possibile, pro eo quod nō fuit, & post est, & pro eo, quod est, & post, non erit: necessarium, pro eo, quod semp est, tunc vere non sequitur falsum, vt apparet in motu cœli: esset enim idē, quod nostrum propositum. (Nos tamen dicimus.) videtur mihi, quod Auerro. narret modum, quomodo credit Alga. illud esse verum. & post exponit illum modum. ibi, (Intendit Alg.) dicit ergo in prima parte, nos tamen dicimus, quod Alga. intendit, quod si philosophi intendunt pro necessario id, quod causam nō habet, & pro possibili illud, quod habet sup. causam, adhuc vult, secundum hunc sensum, non esse falsum. ideo ait Alg. tunc non concederemus falsum esse, videlicet, quod incausatum, i. necesse esse constituitur ex infinitis causis: cuius rationem dedit Alga. d. quia, si poneremus quod esset impossibile, remouerentur ex hoc causę infinitę, vt supra deductum fuit: & sic vult Alga. quod exponendo etiam, vt alij philosophi exponunt, adhuc illud dictum est verum. (Item dixit.) adhuc ponit aliud dictum eius. d. Item dixit, & hoc est simile dicto dicentis, quod impossibile est antiquum constitui ex nouis: cuius contrarium patet ad sensum: qđ ponit. d. sed tempus apud eos est antiquum, & singulares reuolutiones sunt nouę & principiatę, & tamen aggregatum ipsarum est in principiatū, idest incausatū. ergo id, quod principium non habet, cōstituitur ex principiatis reuolutionibus: ergo fit principatio de reuolutionibus singularibus, sed non de aggregato ipsarū.

Dubitatio.

Solutio.

Cõueniẽtia, & differẽtia inter peripatheticos, & Algazelẽ,

patet ergo quomodo Alga. verificauit suam opinionem, etiam exponend[...] los terminos apud philosophos Arabes. (Intendit Alga. in hoc,) nunc expo[...] mentem Alga. post ibi, (Sed nos dicimus.) Dat modum verorum philo[...] rum intelligendi dictum Alga. dicit ergo. intendit Alg. in hoc, ꝙ non e[st] [pos]sibile incausatum constitui ex causis infinitis, sicut cõstituitur apud philosoph[os] antiquum ex infinitis nouis: cuius rationes repetit. tempus nanq; apud peri[pa]theticos est antiquum, & constituitur ex temporibus nouis: similiter motus c[...] rum est antiquus apud philosophos, & reuolutiones, ex quibus est co[...] sunt infinitę. (Sed nos dicimus.) Nunc ponit verum intellectum philosoph[orum] peripatheticorum. Et debes scire, quod Alga. voluit totum aggregatum es[...] se incausatum, & non habere causam, prout est aggregatum, immo de se nec[esse] esse, & tamen constituitur ex infinitis partibus causantibus illud totum: qu[ae] partes sunt causę saltem materiales totius, secundo Physi. ergo vult quod t[...] sit simpliciter necesse esse, neutra tamen pars necesse esse: peripathetici vo[lunt] quod totum est æternum, & possibile esse, & ideo volunt motum ab alio perp[e]tuari. s. a cœlo, & intelligentia mouente ipsum. conueniunt ergo, & differu[nt] conueniunt quidem, eo quia volunt illud æternum esse totum, eo quod fiat ex [in]finitis nouis. differunt vero, quia Alga. vult illud totum esse incausatum, & [in]dependens, immo sine causa & necesse esse. peripathetici vero volunt quod [il]lud totum, & si sit ęternum, quia est possibile ex se, tamen ab alio perpetu[atur] & hoc declarauit Auer. 12. Metaphy. com. 41. & in. 2. cap. de substantia or[bis] hoc ergo dicit, sed nos dicimus quod philosophi respõdent ad Alg. in hoc, q[uia] ipsi non concedunt reperiri antiquum constitutum ex nouis partibus, prout [...] partes sunt infinitę: & ponit argumentum, & post soluit illud apud philosop[hos] d. immo philosophi fortiter de hac opinione fugent, idest sophisticabunt d[...] te litera est corrupta, & debet stare. (Fugiunt.) & materia plana est, & ratio [...] sorum est, quia dictum aggregatum non euadet, quin copuletur ex partibus [in]nitis, aut finitis generabilibus & corruptibilibus. licet, si de finitis, ergo op[...] concedere quod genus sit generabile & corruptibile, id est quod totum ill[ud] generabile. si de infinitis, ergo prædicti opinantes, ponunt quod sit possib[ile] necessarium, quod illud aggregatum sit ab ęterno sine causa, a qua proced[...] erat vis philosophorum arabum: cui respõdet per philosophos veros. d. i. e. p[hi]losophi bene cõcedunt hoc, & opinati sunt quod talia genera, & eis simili[a] generabilia & corruptibilia, prout constituuntur ex possibilibilibus princip[i]bus. habent enim sine dubio causam extrinsecam, id est cœlum, & motore[m] quo prędicta genera ęterna procedunt: & ponit tunc illud, in quo conueniu[nt] & non putant ꝙ sit impossibile inuenire causas infinitas, quia sit, scilicet im[pos]sibile constitui antiquum ex nouis: immo, cum philosophis arabicis, perip[athe]tici hoc concedant: cuius rationem dicit ꝙ philosophi dicunt ꝙ ponere mo[tus di]uersos in genere ab æterno, est necessarium concedere: quia hic est vnus m[otus] in numero ab æterno, & dicunt ꝙ causa esse corporum generabilium & cor[ru]ptibilium in partibus æternalibus in toto, id est quæ sunt genita in parte, [...] secundum indiuiduum, ęterna in toto est: quia hic, id est motus primus est [ab] æterno in toto & parte, vt primus motor, & corpus cœleste, & hoc dicit, vid[eli]cet quia corpus cœleste, & infiniti motus sunt sempiterni in genere ex vno [mo]tu continuo in numero, qui est motus firmamenti, id est octaui orbis. Ex his [ha]bes differentiam vnam inter Auer. & Alga. (Et ille motus.) declarat quo[mo]do sunt illæ partes, d. & illę motus non cõponitur ex pluribus reuolution[ibus] actu, sed tm̃ in intellectu: quoniã partes sunt potentia in toto, fiunt aũt actu, [...] per intellectum, vel per separationem. (Et motus.) Iterum redit ad primam [diffe]rẽtiam. d. & motus supercœlestis corporis æternitatem accipit a suo motor[e] de eius natura continue semper mouere debet, & ponit differentiam inter [...] motorem, & eos, qui sunt hic. d. & non est de natura illius mobilis, ꝙ aliq[uando] moueatur, & aliquotiens non, sicut se habent mobilia inferiora: quare a[...] est huius naturæ in secundo capitulo de substantia orbis, & secundo cœli [...] 3. & in vltima disputatione declaratum est, & ego ibi declarabo, si Deus [...]

A vitam. (Et est notandum.) hic vltimo vult summatim opiniones philosophorũ tractare, vt habeatur differentia, & conuenientia eorum plene. primo ergo ponit summam opinionem. d. & est notandum quod hominum opiniones in generibus, id est rebus generabilibus & corruptibilibus, æternis secundũ genus, sunt tres, licet duę primę, altera subdiuisa. erunt tres: quarum vna est, quod quodlibet genus est generabile & corruptibile, id est finitum a parte ante, & post, prout continet finita indiuidua. secunda vero, quod quoddam genus est ab æterno, videlicet sine principio, & sine fine, prout apparet cõstitui ex infinitis indiuiduis. Et subdiuidit hanc. d. sed hęc opinio duobus modis diuiditur, id est subdiuiditur in duo membra. aliqui dicunt quod talia genera acquirunt æternitatẽ ab aliqua vna causa necessaria, alioquin priuarent vicibus infinitis tempore infinito, id est infinities genita essent, & infinities corrupta: & hęc est philosophorum opinio. Alij vero opinati sunt, quod prout continet infinita indiuidua, optime potest dici quod sunt ab ęterno: & hęc est opinio eorum, qui æternales dicuntur, id est arabum, sic nominatorum. & per hoc patet differentia inter arabes, & peripatheticos, vt supra dixi: (Et est notandum.) declarat hanc diuisionem, dicens, & est notandum quod hę tres sunt opiniones distinctę, & omnes diuersitates in hoc proposito interuenientes ad istas, scilicet tres reducuntur: & addit vtilitatem
B harum opinionum, dicens, & ex his debet declarari, id est, conuenit consequi vtrum mundus sit ab æterno, aut non: & vtrum habuerit agens, aut non: quoniam prima opinio legis infert mundum non fuisse ab ęterno. secunda arabum forte negat causam primam. tertia sola bene infert ęternitatem mundi. (Et est notandum.) Nunc comparat has opiniones, dicens, & est notandum quod de istis tribus opinionibus duę sunt extremitates, & vna tenet medium. quod exponit, dicens, videlicet, opinio loquentium, id est theologorum est vna extremitatum, quę nouitatem mundi opinatur. Alia extremitas est opinio ęternalium, id est, arabum. Media inter eas est philosophorum opinio. (Patet ergo ex his.) Nunc vult remouere omnes alias, & concludere opinionem Aristotelis, dicens, patet ergo ex istis dictis, quod quicunque opinatur quod possibile sit ponere causas infinitas, & non possit obtinere, id est, concludere primam causam, opinio falsa est. ideo dicit, immo totum contrarium videtur, quod qui esse infinitatum causarum negaret, sicut facit opinio legis, nequiet, id est, nõ poterit primam causam ab ęterno asserere. Cuius rationem ponit, dicens, esse enim causatorum infinitorum primam causam æternalem infert, ex qua acquirit esse infinitum, alioquin essent finita genera, quę causa æterna quędam suorum indiuiduorum innouat continue, & sic manutenet genera: & hoc modo tantum probatur quod
C antiquum est causa innouatorum, & declarat esse innouatorum infinitorum, scilicet, per successionem. Debes scire, quod nulla opinio trium, ratione philosophica potest concludere causam ęternam, nisi opinio Auerrois, quoniam opinio arabum non: quoniam, si tota multitudo est de necesse esse de se, ergo non arguit causam superiorem. Iterum opinio legis, si ponit omnia esse finita, tunc non potest ponere principium abstractum esse, vt declarat Auerroes primo cœli, cõmen. 33. immo habet ponere ipsum esse corpus, quia omne nouum fit ex corpore, vt credunt philosophi. Sola ergo opinio Auerrois, & Aristo. concludit propositum: quoniam multitudo generatorum arguit successionem sempiternam, & illa arguit motum primum æternum, & ille arguit primum motorem abstractum esse: & totum hoc dictum est. 8. Physico. commen. 46. & 47. & , licet hoc dicat Auerroes, tamen non demonstrat: quoniam lex nostra ponit, quod Deus sit virtus extra corpus, per hoc, quia causat sine transmutatione: & hoc philosophi non viderunt, immo in hoc fuerunt cæci: & hoc dixi sæpe in disputatione prima.

Nota.

Ponẽtes oĩa finita eẽ, nõ possunt ponere principium abstractum esse.

Lex nostra.

ALGAZEL.

Alt Alga. respondens pro Philosophis quæstioni, quam fecit eis. Si autem diceret reuolutiones non reperiuntur in aliqua hora, neque

formiæ elementorum, sed id, quod reperitur ex eis, est vna formi[...] actu, & id, quod non reperitur, non denominatur a finitate, neque [...] infinitate, nisi cum imaginetur in imaginatione esse eorum. & non [...] inconueniens id, quod consyderatur in imaginatione, licet fuerint [...] syderata, quòd sint aliqua earum causæ aliquorum. nam homini [...] euenit in imaginatione sua. Sermo autem est in entibus, prout su[...] non in entibus in intellectu: & nihil remanet, nisi animæ mortuor[...] Et iam concessit aliquis Philosophorum in hoc, quòd fuit vna ate[...] ante alligantiam eius in corporibus, & apud separationem ex corp[...] bus vniuntur: & non erit eis numerus, quanto magis vt denomin[...] quòd non habet finem. Et dixerunt alii, anima sequitur complex[...] nes: & mors est priuatio eius, & non habet consistentiam in se abs[...] corpore: igitur non est esse animę, nisi cum viuunt. & vita, quæ re[...] ritur, includitur, & non aufertur finis ab ea. quę vero non sunt, [...] denominantur omnino, nec finito, nec priuatione eius nisi existim[...] tione, cum ponantur in esse. B

ALGAZEL.

AIt etiam Alga. Et responsio quòd hæc dubitatio de anim[...] plurimum eius euenit nobis ab Auicenna, & Alpharabio [...] verificantibus ex eis, cum iudicauerint quòd anima sit sub[...] tia existens per se. & est opinio Aristo. & expositorum Antiquor[...] eius. Et ei, qui declinat ab hac via, dicimus an imaginetur quò[...] nouetur in omni instanti aliquid permanens, vel ne? si dixerit q[...] non, est falsum. si vero quòd sic, dicimus, cum cōsyderauerimus om[...] die innouari aliquid, & permanere aggregata, sunt profecto huc[...] entia infinita, & reuolutiones, licet fuerint incisæ, peruenire qu[...] aliquod ens ex eis, quod permanet, & non finitur, non est falsum. [...] C hac consyderatione quiescent dubitationes. & non est opus nobis [...] clarandi an sit hoc permanens anima, aut homo princeps, aut D[...] lus, aut Angelus, aut sit quicquid vis ex entibus. & hoc sequi[...] omnimode, cum affirmant reuolutiones infinitas.

Introducit Alg. respondentem pro philosophis in duobus punctis, vt vi[...] tur. d. & ait Alga. respondens pro philosophis in illo argumento, quod cōn[...] posuit: &, si aliquis diceret, quod reuolutiones non reperiuntur in actu, neq[...] me elementorum, sed sup. in successione: immo id, quod reperitur presens, [...] actu, nequit, id est, non potest aliquo modo denominari de finitate, & infini[...] nisi in intellectu tantum: sed nos loquimur de realibus entibus, non de imag[...] bilibus: & sic patet quod non datur infinitum apud philosophos. Non erg[...] manet. hic remouet aliam quęstionem contra philosophos, & est secund[...] ctus dubij. dicit ergo, non ergo remanet aliquid aliud, in quo possimus a[...] re, nisi de animabus mortuorum: vult dicere quod potest esse quęstio de a[...] bus mortuorum: quoniam vel remanent, vel non. si remanent, ergo sunt inf[...] cum apud philosophos mundus est æternus: si non remanent, erunt corrup[...] tra philosophos. Soluit dicens, & quidam philosophorum dicunt, quod a[...] hominum sunt vna ab æterno ante aduentum eius in corpus, & præter sep[...]

A tionem,idest,post separationem vniuntur,& fiunt vnum,absque aliqua mutatione:maxime,quia de infinitate nequeunt denominari. quomodo autem intelligitur hæc opinio in solutione,23. dubij primę quęstionis verificatum est, attamen amplius dicam in solutione huius dubij. (Alij vero.)hic ponit aliam euasionem dicens,alij vero peripatheticorum dicũt, quod anima sequitur complexionem, & dicunt quod mors non est nisi ipsius,id est,animæ priuatio:immo dicũt,quod de seipsam sustentare nequit,id est,non potestexistere sine corpore:ergo anima non habet esse nisi in viuentibus,& viuentes sunt terminati,& numerabiles,& ideo animæ non possunt de infinitate denominari,neque priuari, id est,dici infinitę,neque aliquo modo denominari possunt de finitate, neque infinitate,nisi ab intellectu:& sic patet secundus modus euadendi. (Item dixit plus.) adhuc ampliat dictum Algazel.d. Item dixit plus Algazel , quod responsio huius dubij clare reperitur ab Auicen.& ab Alpharabio : & opinio veracium philosophorum est,quod anima est substantia per se existens,vt habent ab Aristo. & primis commentatoribus. (Et si aliquis.) hic Algazel adhuc facit.q.quoniam,licet sit euasio ad id de anima,attamen adhuc simpliciter non euadis.vnde dicit, & si aliquis ab ista opinione deuiaret,petendum est ab eo,vtrum esset imaginandũ quod in quolibet mouetur aliquod,id est,generatur , & post remaneat , aut non est possibile ad imaginationem:si non, scilicet esse posibile ad imaginationem,
B dicimus quod est falsum:quis enim non potest imaginari in quolibet die fieri aliquid,& ipsum remanere. Si primo modo,dicimus quod si quolibet die imaginemur innouationem cuiusdam rei, & quod remaneant omnes illæ res,copulentur igitur vsque modo. ergo tota multitudo sine dubio erit infinita.ergo,licet tu euadas de anima,non de posibili euadis . Et ideo concludit modum ordinandi dubia.d.vnde,hoc modo debent dubia ordinari. (Et non est curandum.) ostendit qualiter,licet dubium de anima sit solutum , simpliciter tamen non est solutum: &.d.& non est curandum vtrum id,quod remanet,sit homo,aut anima,aut Dęmon,aut Angelus,aut quodcunque ens fuerit: vult dicere quod casus debet intelligi de quacunque re.ponitur ergo illa res esse in quolibet die,& remanere,vt supra:& patet argumentum.volo autem per illam rem indifferenter hominẽ, vel animam,&c.ergo,licet sit solutum de anima,non tamen simpliciter est solutum. (Id enim,quod.) hic tandem soluit.q.secundum opinionem veram,dicens,id.n. quod dictum est, sequitur opinionem dicentis , quod reuolutiones prætéritę sunt infinitæ,id est,sequitur ad philosophos,non ad me.

Sed potest esse quęstio non solum contra philosophos,sed contra eos, sic,diuidatur hora in partibus proportionabilibus minoribus terminatis versus
C a. tunc volo quod in prima Deus faciat vnum lapidem , vel saltem ad imaginationem fiat, vt ipse ponit: & secunda alium, & continue remaneant: ergo,cũ hic fuerunt infinitæ partes proportionales , erunt de facto in fine horæ lapides infiniti. Tu vero soluas pro te, & philosophis : est argumentum friuolum , & non dignum hoc loco.

AVEROES.

AIt Auer.Responsio autem ex Philosophis,quòd reuolutiones prętéritæ non sunt, & sic formæ elementorum præteritæ generatę ab inuicem non sunt, & quod non est non denominatur,nec finitate,nec infinitate, non est rñsio vera.& iam pręcessit hoc. Et quod dubitauit contra eos de credulitate eorum in animabus , non est aliquid huius in opinionibus Philosophorũ. & permutare de quęstione in quęstionem est operatio sophistica.

Hic Auer.reprobat Alga.in illis, quę philosophis imposuit,&.d.dicimus nos quod id , quod respondit nomine philosophorum , videlicet , quod reuolutiones

pręteritę ſunt priuatę, & quod priuatum nequit denominari de finitate, nec
infinitate, non eſt vera reſponſio: & nos hoc declarauimus in pręceden
ctum enim eſt quod, licet non dicatur infinitum actu, dicitur infinitum
tentia permixta actui. (Et id, quod.) Nunc tangit ſecundum punctum, d.
quod dubitat ſuper philoſophos, ſcilicet, de ipſorum opinione in anima, dicit
quod hoc, ſcilicet, ſua reſponſio non eſt philoſophorum opinio: & tunc ſe exa
ſat, & patet. Debes ſcire, quod illa prima opinio de anima, d. quod anima
vna ante aduentũ ad corpus, & poſt, & dum eſt in corpore multiplicatur
intelligi duobus modis. Vno modo, quod iſta multiplicatio fiat ſecundum
ipſi animę, ita quod ipſa anima, dum corpori vnitur, eſt multa ſecundum rē,
ſeparatur, vniatur ſecundũ rem, & fiant omnes vna: & hęc videtur opinio
buta Platoni, vt fuit viſum in prima diſputatione. Alio modo, poteſt inte
quod anima, prout eſt intellectus, eſt vnus numero, prout intelligitur in co
efficitur multa ſecundũ reſpectus & habitudines multas, non quidē reſpe
& habitudines inhęrentibus ipſi intellectui, ſed corporibus, in quibus vni
hęc eſt opinio Ariſto, & Auer. vt recitatum fuit in prima diſputatione in fi
Sed quomodocunq; intelligitur eſt falſa, & non eſt credibilis. Immo lex
ſtra ponit, quod animę mortuorum remanent poſt, & quędam in gloria: vt
quę fecerunt bene, aliquę damnatę, vt illę, quę peccauerunt: & hęc eſt opi
Auicę, & Platonis, vt puto. Poteſt tamen illa opinio famoſa ſecund
mum intellectum adhuc exponi: quoniam vnus vir coetaneus meus vole
lam eſſe mentem Platonis. Ideo debes ſcire quod, ſicut materia efficitur
diuerſa propter formas, ita formę actu diuerſę propter materiam: ſicut ergo
terię, dum carent formis, eſt vna materia priuatiue per priuationem differe
rum facientiũ eam diuerſam, vt dicit Auer. 12. Met. com. 14. ita animę, dic
materijs diuerſis, poſſunt dici vna anima priuatiue, pro quãto actu non ſunt
tibus diuerſis, nec locis diuerſis; poſſunt tamen eſſe, prout dicunt habitudine
corpora diuerſa. Et ſic poteſt intelligi, quod animę ſunt multa, dum ſu
corporibus actu, ante tamen quam veniant ad corpora, vel poſtquam rem
tur, cum careant differentijs, quibus erant multę, poſſunt dici, vnificari, &
fieri vna anima actu, licet plures potentia, prout poſſunt vniri diuer
ſis corporibus, quando iterum intrabunt corpora: & ſi hęc opinio
imponitur Pla. & dicunt quidam ꝙ opinio legis non eſt
contraria huic, niſi in hoc tantum: ꝙ iſtas animas po
nit nouiter creari, Plato autem ſimul cum mun
do omnes animas factas eſſe dicit. & quomo
docunq; ſit, ego non curo: ſit igitur de
clarata in tantum. Et ſic conſuma
ta eſt expoſitio quartę diſpu
tationis Auer. contra Al
ga. cum Dei laude,
& beatę virgi
nis Ma
rię.

Attributa opinio Platoni de anima.

Opinio Ariſto. et Auer.

Poſitio noſtrę legis.

Sicut materia pp formas actu efficitur diuerſa, ita formę diuerſantur propter materiam.

DISPVTATIO QVINTA.

DE DECLARATIONE, QVOD NON POSSVNT AFFERRE RATIONEM, QVOD DEVS GLO. SIT VNVS: & quod impossibile est ponere duo necessaria in esse, & quodlibet eorum non habeat causam.

ALGAZEL.

B AIT Alga. Ipsi autem adducunt rationem in hoc duabus viis. Prima quidem est, quia dicunt, si essent duo, tunc esset aliquod necessarium in esse, dictum de vnoquoq; eorum: & id, de quo dicitur necessarium in esse, aut erit necessitas esse sui ex se, & non imaginatur quòd sit ex alio: aut necessitas esse sui erit ei ex causa, & substantia necessarii in esse erit causata, & determinat causam, ex qua est ei necessitas essendi. Nos autem non intelligimus per necessarium in esse, nisi id, cuius esse non habet alligantiam cum causa aliquo modo. & existimauerunt ꝙ species hominis dicitur de Socrate, & Platone, & non est Socrates homo ex se. nam, si esset homo ex se, nõ esset Plato hõ, sed ex cã, q̃ posuit eum hominem. & iam posuit etiam Platonem hominem, & plurificatur humanitas plurificatione materiei prouenientis, & al-
C ligantia eius in materia intelligibili, non ex substantia humanitatis. & sic constitutio necessitatis esse necessario in esse, si esset ex se, non erit nisi ei. nam, si esset ex causa, tunc ipsum est causatum: & non est necessarium in esse: ergo apparet ex hoc quòd necessarium in esse impossibile est quin sit vnum. hic est sermo, quem posuit Alga. Deinde dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens per viam contradictionis. Dicimus cum dicitis aliqua necessitas in esse, quæ est necessario in esse, aut est ex se, aut ex causa, est diuisio falsa in positione sua: qm̃ nos declarauimus ꝙ dictio necessitatis in esse tollerat multas expositiones, nisi intelligat per eam ablationem causæ, & vsus fuit hac dictione. Et dicimus ꝙ non est falsum constituere duo entia non habentia

primum, quorum alterum non sit causa alterius. &, cum dicitis: non habens causam non habet causam aut ex se, aut ex causa, di- sio falsa. nam ablatio causæ, & non indigere causa, non quæri- eo causa. Et quid valet sermo dicentis quòd non habens causam non fuerit ei causa ex se, aut ex causa, cum dictum nostrum non ha- re causam, sit negatio absoluta, & negatum absolutum non habet sam, & non dicitur de eo quòd sit ex se, aut non ex se. Si vero inte- tis per necessarium in esse attributum secundum necessitati in esse, ter quòd sit ens, cuius esse non habet causam, non est quidem inte- bile in se. & quod attribuitur tibi de dictione ablationis causæ ir eius, & est negatum absolutum, non dicitur de eo quòd sit ex se, a- causa, vsque quo ędificemus in positione huius diuisionis quę- & significat quòd hæc sit demonstratio fallax, quę nihil est. sed mus quòd aliquid esse necessarium in esse est quòd eius esse non h- causam, nec habet causam vt sit absque causa omnino, & esse eius causa non est causatum etiam ex se, sed non ęst causa esse eius, nec- sa quòd sit sine causa omnino. Et hæc diuisio non innititur aliq. attributis constitutionis, quanto magis vt reducitur ad negatio- Nam, si aliquis dixerit nigredo aut est color ex se, aut ex causa, si- oportet vt non sit rubedo color, & vt non sit hęc species, scilicet ris, nisi substantiæ nigredinis. si vero nigredo esset color ex causa, posuit eam colorem, ergo intelligitur nigredo, quæ non est color, ponit eam causam colorum. nam omne, quod constituitur substan- additum substantię ex aliqua causa, potest consyderari priuatio- existimatione, licet non verificetur in esse. & ideo dicit quòd hæc sio est fallax positione, & non dicit quòd dicere nigredinem esse rem ex se sit sermo quòd impossibile est vt sit ex alio quàm ex se, sic non dicit quòd dicere hoc ens est necessarium in esse ex se, i. non bens causam in esse suo, quòd sit sermo quòd impossibile est vt causa, alia a substantia sua.

Lõge diuersa vetustiora verba.

IN ista quinta disputatione disputant philosophi de vnitate primi. Cum disputauit de ęternitate simpliciter, & post de effectu primi circa ipsum dum, & de rationibus philosophorum circa hoc: reliquũ est aggredi ... ta de vnitatę primi, & quęstiones facere. Dices: videtur ꝙ Auer. peruert- dinem, quoniam Aristo. primo cœli, vt narrat Auer. tractat de infinita- an scilicet mundus sit finitus, vel infinitus. Et vtrum sit vnus, vel plures. istum ordinem seruat, quoniam primo tractat vtrum mundus sit generab- corruptibilis. secundo, vtrum sit vnus numero aut plures. & ait Auerro. facit propter scientiam de vnitate & æternitate primi, vt patet ibidem com- 33. &c. Ergo Auerro. si tractaturus erat de vnitate primi, cur non tractau- finitus an non, & an vnus an non, postquam tractauit de generatione & ... ptione eius. Dicendum, quod si probatum sit mundum habere agens, ... batum ipsum esse finitum in magnitudine, vt dicit ibi Auerroes. &, quia ... uit Auer. an mundus habeat agens, ideo non opus fuit tractare an sit fi- qu intitate. Item, quia solu. vnitatis mundi præsupponit hic: quoniam, non ... tat vtrum Deus sit vnus, sed vtrum vię sapientum sint demonstratiuæ, ... curat tractare de vnitate mundi: quoniam, iam disputatio non verum ... mundus sit vnus, vt patet in titulo disputationis pręsentis. In primo ... bio ...

Dubitatio.

A hic adducit Algazel viam philosophorum, & dicit. Ait Alga. viæ sapientum sunt duæ, quarum prima hæc est: & primo ponit vnam hypotheticã. d. si essent duo necesse esse, igitur prædicaretur necesse esse de quolibet illorũ: & per hoc vult habere istam minorem, vbi duo sunt necesse esse, necesse esse prædicatur de pluribus eiusdem rationis. Deinde accipit maiorem. d. & id, quod sic se habet, id est & id, quod prædicatur de pluribus necesse esse, nõ euadet quin sit sua necessitas de seipso, non per aliud, aut ex causa: vult ergo, quod argumentum sic componatur: omne prædicatum de pluribus necesse esse omnino oportet, vel prædicetur de illis a se, & non ab alio, vel ab agente dante illis illud prædicatum. Deinde accipitur minor prædicta: sed, vbi sunt plura necesse esse, necesse esse prædicabitur de illis pluribus necesse esse: ergo in prima figura necesse esse non euadet quin prædicetur de illis, aut a se, aut ab alio. & statim cõtradicit vni membro, dicens. & supp. si ab alio, oportet quod esset causatum: & nos non sic intendimus de eo. (Et sequentes.) Hic declarat maiorem. Et debes scire, quod via prædicta potest componi in prima figura, vt dictum est, & in secunda sic: omne, quod pluribus inest secundum prædicationem & verificationem causatũ est illis ab aliqua causa: sed necesse esse non causatũ est pluribus aliquo modo: ergo non inest pluribus: vtriusque ergo syllogisticæ formæ vna est maior: ideo hic probat illam maiorem per exemplum. secũdo ibi, (Similiter, si necessitas.)

B statim accipit minoris vim, prout formatur in secunda figura. Dicit ergo, & sequentes hanc viam opinamur quod species hominis dicitur de Petro, & Guilelmo: & Petrus non est homo de se: immo, si nanque nõ esset Guillelmus actu, non esset de se homo: quia potest esse Guillermus: dico non esse hominem de se, nisi aliqua causa posuerit eum hominem, & posuerit Petrum hominem, ergo humanitas est multiplicata & materia præsens: sed dependentia dictæ multiplicationis de materia est quid intelligibile de se, non de substantia humanitatis, ideo hoc fuit ab agente. Deinde accipit minoris vim, prout componitur in secunda figura. d. similiter si necessitas est in necessario esse de se, tantum sibi inueniretur: vult dicere, sed necesse esse non est causatum ipsi necesse esse ab alio: & hęc erat minor: cuius rationem dicit. si, enim ab aliqua causa produceretur, esset ergo causatum. non ergo necessarium esse apud eos: & sic patet minor, conclusionem suppleт statim. d. patet ergo ex hoc, quod necesse esse est sine dubio vnum. (Hucusq;.) Hic vult adducere sol. Alga. ad argu. philosophorum, & ait. hucusq; sunt Alga. verba, demum respondẽt Alga. philosophis. d. ꝙ totaliter illud, quod dixi lis, ꝙ si essent duo necesse esse, &c. diuisio erronea est. vult dicere ꝙ illa diuisio, aut ipso seipso est necesse esse, aut ab agente, est diuisio erronea. Quod declarat. d. nos enim declarabimus, quod vocabulũ necesse esse est dubitabile, nisi

C intelligitur per id, quod causam non habet: necesse esse ergo idem est, quod causam non habens. Ideo concludit. d. vnde, si hęc sit huius vocabuli intentio dicimus quod non est impossibile ponere duos imprincipiatos, id est incausatos esse necessarios: &, pro sic quod nullus ipsorum sit causa alterius: ideo concludit, ergo quando dicitis quod id, quod non habet causam, caret causa de seipso, aut caret causa ex alio, est diuisio in re erronea: cuius rationem dicit, quia intẽtio causæ, & non indigere esse de causa, id est quia ratio causæ, & pro, id est non indigere causa, non oportet ab aliquo causari, id est quod causa nõ habeat causam, nõ habet ab alio. Huius autem dat rationem: cuius minorem primo accipit. d. quia non habere causam pura negatio est, & pura negatio non habet negationem, id est causam negationis, ideo ait ꝙ illa diuisio est erronea: neque pertinet dicere ꝙ illud, sup. sit de se, aut nõ de se. vult dicere ꝙ, sicut hæc diuisio erronea est, homo est rationalis, vel irrationalis, ita in proposito necesse esse habet causam, vel non habet causam. & per hoc ad formam argumenti negatur maior. licet enim necesse esse prædicatur de pluribus, non oportet quærere, aut a se, aut ab alio. (Sed, si intenderetis.) Vult cõfutare illud, quod Plato credebat: vbi debes scire, quod necessarium potest dupliciter exponi. vno modo priuatiue, pro eo, quod non habet causam: & sic est vera expositio. alio modo, pro eo, quod est sempiternum & semper ens, non quia caret causis esse, sed quia caret causis cor-

ruptibilitatis, vt dicit Auerro. in vltimo de substantia orbis. & sic exponitur positiue: dicit ergo, sed intenderetis sup. vos philosophi pro necesse esse secundum denominationem secundam .i. positiue, præter quod est ens sine causa, intelligendo primo modo .s. pro eo, quod caret causa, tunc non per se intelligitur non est per se intelligibile: quoniam, sic exponendo, etiam contingens est necessarium: quoniam aliquod est contingens, vt cœlum apud hos, quod est sempiternum, erit igitur necessarium, ideo concludit vnde, ex hoc patet quod demonstratio philosophorum est picta, & sine radice. Et debes scire, vt est in disputatione quarta. quod doctrina philosophorum arabum est, quod sint synonyma, ens sine causa, & necesse esse. Et hæc .s. ens habens causam contingens esse. opinati enim sunt, quod omne causatum sit nouum .i. dependens & omne dependens apud eos est ens in sui natura possibile. & ideo dicunt necesse esse, & carens causa sunt idem omnibus modis. Et propter hoc autem quæstionis manifesta est sol. quoniam, & si necesse esse de pluribus prædicetur, & in pluribus sit, non possumus quærere causam, cur insit: quoniam eius, quod non habet causam, causam quæreres. (Immo dicimus.) Cum responsionem viæ philosophorum, adhuc declarat illam. d. immo dicimus intentio dicti vocabuli est id, quod non habet causam: & tunc addit neque non habere causam procedit a causa. (Et hæc diuisio.) Remouet obiectionem quoniam posset dici quod ego volo intelligere necesse esse positiue: hoc remouet. d. & hæc diuisio sup. quæ ponitur in maiori, non tendit .i. dirigitur ergo nominationes affirmationis .i. inquantum illam extrema capiuntur positiue eius rationem dicit, quia id .i. necesse esse reducit ad negationem, quod intelligitur prout distinguitur a possibili, oportet, vt negatiue intelligitur. V.g. si aliquis Hanc responsionẽ iterum per exemplũ declarat. d. V.g. si aliquis diceret, nigredo est color, & peteret, aut ex se, aut ex causa. Si de se, oportet quod nigredo non sit color, & oportet ꝙ hæc species coloratio nõ reperiatur nisi in nigredine. Si vero nigredo color fuerit ex causa, oportet ꝙ intelligitur ꝙ nigredo sit color, nisi causa poneret eũ colorem: cuius rationem dicit, id enim attributum substantiæ, quod est additum supra substãtiam ipsius ab alio: ergo, si nigredo color esset attributiue, tunc ab alio esset color. (Forte priuatio.) Hic respondet exemplo, & vult quod aliquis posit imaginari quod nigredo sit color de se non ab alio, & de pluribus prædicatur color: quoniam illa negatio non est in rerum natura existens, sed tãtum in mente. hoc dicit, forte priuatio potest intellectu imaginari .i. concipi, quamuis realiter reperiri nequeat. (Sed dicetur) Replicat hanc responsionem. d. sed dicetur, quod hæc diuisio est erronea iuxta dum hanc positionem .i. si intelligitur negatiue, tunc illa diuisio est erronea sicut dictum fuit. Vnde, non est opinandum ꝙ si nos diceremus, ꝙ nigredo est color de se, ꝙ sit possibile dicere ꝙ sit non de se: quoniam non potest intelligi quod esse de se tale, & tamen intelligibile esse non de se tale: &, ideo si nigritudo est color de se frustra quæritur an de se, aut ab alio .i. non de se: quia non potest imaginari ipsam esse non de se, postquam ponitur de se talis. Et applicat sequens ad propositum. d. similiter est dicendum, quod hoc ens esse necessarium per se prohibet nos dicere quod sit non per se: ita quod ex hoc, ideo ex diuisione sequitur impossibile falsum. q. d. quod sit necesse esse, est necessarium cum hoc sit dicere, esse ens sine causa. ideo, non potest fieri diuisio, & quæri vtrum hoc ab alio, aut a se: quia nullus potest ambigere quod sit ens ab alio. Sic patet solutio.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc via præcipue est via Auicennæ: & nõ est via cuius Philosophorum Antiquorum: & est sermo compositus ex propositionibus generalibus, quæ quasi dicuntur æquiuoce

A ce:& ingreditur in eas propter hoc quæstio, & contradictio multotiens.quare cum diuidantur ista, & speculetur intentum eorum, appropinquatur sermonibus demonstratiuis. Et sermo Alga. in prima diuisione quòd sit diuisio corrupta est sermo non verus. nam ipse dicit quòd id,quod intelligitur de necessario in esse,est id, quod non habet causam. & tamen, si aliquis dixerit de non habente causam aut non habet causam ex se, aut ex causa, esset sermo falsus. & sic sermo dicentis in necessario in esse,aut erit necessarium in esse ex se, aut ex causa.& non est sic. Attamen sermo est an sit necessarium in esse ex natura sibi propria,ex eo ꝙ est vnum numero, aut ex natura communi ei,vt dicimus an Socrates sit homo,ex eo ꝙ est Socrates, aut ex natura communi ei,& Platoni.si autem esset homo,ex eo ꝙ est Socrates,non reperiretur humanitas alteri.si vero esset ex parte naturę communis,tunc est compositus ex duabus naturis,vniuersali, & particulari.compositum autem est causatum:& necessarium in esse nõ habet B causam:ergo necessarium in esse est vnum. cum autem sermo profertur hoc modo,sermo Auicennæ erit verus. Et,cum dixit & negatum absolutũ non habet causam,& nõ dicitur de eo ꝙ sit ex se, aut ex alio, nõ est sermo verus ẽt.quoniã res iam negatur à re,aut propter aliquid simplex sibi propriũ:& est id,quod hic debet intelligi,cum dicit ex se, aut ꝑ attributum ei non propriũ:& est id, quod debet intelligi hic, cum dicitur causa. Et,cum dixit ꝙ hoc non est verũ in attributis affirmatiuis,quãto magis negatiuis.* & contradixit huic per exemplum, quod adduxit de nigredine,& colore. Et dispositio sermonis eius est ꝙ,cũ dicimus de nigredine ꝙ sit color,nõ diuidit verũ & falsum de eo sermo dicẽtis aut erit color ex se,aut ex causa.sed ambo sermones sunt falsi.nam,si esset color ex se,necesse est vt non sit rubedo color.quemadmodum,si esset Socrates homo ex se, necesse est vt non sit Plato homo.si vero esset color ex causa, necesse est vt sit hoc attributũ additũ C substantiæ:& omne,quod est additum substantiæ, potest imaginari ex se absq; addito.& hæc positio facit vt sequatur ꝙ imaginetur nigredo absque coloreitate.& hoc est falsum.attamen est sermo sophisticus propter æquiuocationem nominis causæ. Et etiam cum dicimus ex se,quoniam cum intelligitur de substantia oppositum eius, quod est per accidens,est verum dicere ꝙ colori reperitur nigredo ex se:& nihil prohibet quin sit alii,id est rubedini. cum vero intelligitur ꝙ sit nigredini ex causa,idest ex alia re vltra nigredinem,scilicet ex causa nõ exeunte à re,non sequitur ex eo vt imaginetur nigredo absque coloreitate.nã genus est quid additum differẽtiæ,& speciei: & impossibile est imaginari speciem,aut differentiam absque genere.hoc tñ est possibile addito accidentali, nõ autẽ addito substantiali.& sic diuidit verũ,& falsum dictũ nostrum,ꝙ color est nigredini ex se aut ex causa,i. ꝙ color aut inest nigredini, in eo ꝙ est substantia nigredinis, aut in eo ꝙ est quid additum nigredini.Et hoc est, quod intelligit Auicen-

* Hucusq; antiquus, sequẽtia vero desiderantur in eo.

na, cum dixit ꝙ necessarium in esse aut est necessarium in esse pro- aliquid proprium sibiipsi, aut propter aliquid additum sibi: quod est proprium, si propter aliquid sibi proprium non imaginantur duo entia, & vnumquodque eorum quod sit necessarium in esse. si ro esset propter aliquid commune, tunc vnumquodque eorũ est compositum ex re communi, & re propria: compositum autem non est ne- cessarium in esse ex se. &, cum sic fuerit, tunc sermo Alga. quid pro- bet quin imaginentur duo entia, & vnumquodque eorum est neces- rium in esse, est sermo falsus. Si autem diceret ꝙ iam dixisti ꝙ hoc propè demonstrationem, & est manifestum ex eo ꝙ sit demonstra- dicimus ꝙ iam diximus hoc, quoniam vis huius demonstrationis vis sermonis dicentis ꝙ alietas inter duo posita necessaria in esse erit alietas in indiuiduo, & communicant in attributo speciei: aut specie, & cõmunicant in attributo generis, & ambæ alietates reper- tur in compositis. Attamen diminutio huius à demõstratione est, declaratum est ꝙ sunt hic entia diuersa, & sunt simplicia, quæ differunt in specie, nec differunt in indiuiduis, & sunt intelligentiæ paratæ. quare declaratum est de eis quòd necesse est vt sit in eis po- rius in esse, & prius. sin autem, non intelligitur ibi alietas omnino.

In intelligẽtijs nõ intelligitur alietas omnino.

Demonstratio autem Auicennæ completur hoc modo. Necessari- in esse si esset duplex, aut erit alietas, quæ est inter ea numero, aut spe- cie, aut prioritate & posterioritate. Si autem diuersitas, quæ est in- ea, est numero, tunc essent conformia specie. si vero esset diuersitas spe- cie, tunc essent conformia genere, & secundum hæc duo necesse vt sit necessarium in esse compositum. Attamen, si esset alietas, quæ est abinuicem in prioritate & posterioritate, sequeretur vt esse ne- sarium in esse vnum, & est causa amborũ: & hoc est verum. ergo ne- cessarium in esse est vnum, si non sunt hic, nisi hæ tres partes, quarum duæ cadent, & verificatur pars remanens, quæ necessitat separatio- necessarii in esse circa vnitatem.

Et sic videtur ꝙ nõ possumus ponere nisi prius & posterius in intelligẽtijs non aũt alietas & identitas.

Nunc Auer. vult pertractare solu. presentis dubii, & primo ponit au- huius viç. d. dicimus nos, quod hęc via, quam Algaze. dicit in vnitate, pri- mi nomine philosophorum, tantũ ab Auicen. reperitur, non ab alio a- rum philosophorum. Deinde addit naturam huius viç. d. & componitur ex vni- uersalibus propositionibus: & membra eius, id est, extrema huius viç sunt ac- pta ęquiuoce, id est, sunt multiplicia secundum ęquiuocationem, ideo est ve- tercanda. (Sed, si dicta.) Nunc vult ponere modum euadendi ab argu- Alga. contra hanc, & primo pręponit hoc, secundo exequitur: dicit ergo, si dicta membra diligenter diuiderentur, id est, reducerentur ad vniuocum, & Alga. respiceret intentum prędictę vię, faciliter possunt sup. membra redu- demonstratiuam viam. (Ergo quando Alga.) Nunc exequitur, & declarat q hęc via euidentiam habet. d. ergo, quando dixit Alga. ꝙ prima diuisio est fal- sa, & erronea, non est verum: dico non est verum, eo quia ipse dixit ꝙ id, intelligitur de vocabulo necesse esse, est id, quod non habet causam. Vult Auer. falsum esse necesse esse carere causa; quoniam intelligentię omnes necesse esse apud philosophos peripatheticos, & tñ plane apud Ari. habẽt cau- sam: est enim necesse esse a se, vt primum principium: & ab alio, vt reliq- ves, vt sępe dictum est. (Et, si forte,) Respondet Auer. ad formam, & prima

A ponit argumenti vim.d.&,si forte aliquis diceret quod id, quod causam non habet:aut illud non habere est de se,aut ex causa. Respondet, dicimus quod hęc sunt verba absurda:quasi dicat,non concludentia ad propositum. Similiter, si aliquis diceret ꝙ necesse esse non euadet,quin sit necessarium, aut ex causa,est falsum:immo necesse esse procedit a propria natura communi Petro, & Gulielmo:& ideo, si primo modo intelligitur, non debet humanitas reperiri in alio. Debes scire quod Auer. vult, quod necesse esse potest capi duobus modis. vno modo,pro ipsa natura communi necesse esse,quę in se nihil aliud est nisi natura carens causa:& sic nō habet causam,& sic quęrere an habeat causam, an non, Auerroes cum Alga.acceptat illam diuisionem esse absurdam. Secundo modo potest accipi natura illa,prout coniungitur pluribus, & componitur pluribus, eo modo,quo humanitas potest dupliciter capi:vno modo in se,et sic non habet causam:alio modo,vt componitur Sorti, & Platoni:& sic,licet ipsa non habeat causam,compositum tamen ex humanitate & differentia vltima contrahente illam ad sortem,habet causam.& sic necesse esse habere causam non est absurdum.& hoc apponit d.Si secundo modo, tunc sine dubio componitur ex duabus naturis,videlicet vniuersali & particulari,& per hoc vult minorem: deinde accipit maiorem.d.sed cōpositum est causatum:ergo necesse esse habet causam:quod est falsum tam in se,quam vt alteri appropriatur:quod declarat. d.& **Duplex necesse esse.**

B necesse esse non habet causam, ergo necesse est vnū. & ideo concludit. d.patet ergo,quod qū dicta via hoc modo ordinabitur,tunc erunt verba Auic.vera.potest ergo sic argui,omne cōpositum vel in se, vel alteri habet causam.sed primū necesse esse nec in se,nec alteri non habet causam:ergo nec in se, nec alteri est compositum,& per consequens non est vniuersale,& sic est vnum simpliciter. (Rursus id,quod.) vult nunc reprobare aliud dictum Alga.d.rursus id, quod dixit Alga.scilicet quod pura priuatio non habet causam,neque de ea dici debet, quod est ex se,aut causa,verba erronea sunt:quod probat, aliquid enim potest negari de aliquo,aut ab aliqua simplici re,id est,per carentiam causę tantum, vt debet hic intelligi, quando dixit de,id est, per id verbum de se, aut potest negari ex aliqua denominatione,id est,natura propria,id est,addita in eo, sicut debet hic intelligi in qualibet causa. Debes scire,ꝙ aliquid competit alicui per negationem,vt cœlo esse sempiternum, per priuationem causarum corruptionis:& hoc modo negatiue:& sic non habet causam aliqua negatio:competit alicui propter aliquid positiuum. Verbi gratia,homini per rationale inest hęc negatiue incredibile:modo hoc habet causam positiuam,ergo patet quod aliqua negatiue potest habere causam, & aliqua non:& sic dictum Alga.falsum est. Deinde apponit vltimum peccatū.d.sed id,quod dixit,quod hoc nō verificatur,nisi **Nota.**

C de denominationibus,quę prędicantur modo affirmationis maximę. Dicendū ꝙ verificatur de eis,quę ponuntur modo negationis,vt nunc tactum est.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda vero via eorum est,cum dicunt,si ponimus duo necessaria in esse aut erunt similia omnimode,aut diuersa. Si similia omnimode,non intelligitur numeratio,& secundatio.nam nigredines sunt duæ,cum fuerint in duobus subiectis, aut eodem subiecto,sed in duobus temporibus,cum nigredo, & motus in eodem subiecto,& eodem tēpore sunt duæ propter diuersitatem substantiarum earum.cum vero non differant ambæ substantiæ, vt sunt nigredines, cū vnitate temporis, & loci non intelligitur numeratio. Si autem est possibile dicere in eodem tempore, & eodem subiecto duas nigredines, tunc possibile est dicere in vnoquoque indiuiduo

ꝙ sunt duo indiuidua, & tamen non discernitur inter ea alietas, ... cum falsa sit assimilatio omnimode, & non potest fieri absq; alie... & non erit in tempore nec in loco, non remanet nisi diuersitas in s... stantia. & quotienscunque diuersificantur in aliquo, aut commun... in aliquo, aut nō communicant in aliquo. si non communicant in ... quo, est falsum, qm̄ sequitur ꝙ non communicent in esse, nec necessi... te in esse, nec in eo, ꝙ vnumquodque existit in se, non in subiecto. ... vero communicant in aliquo, & diuersificantur in alio, erit id, ex ... prouenit communicatio, aliud ab eo, ex quo prouenit diuersita... erit compositio, & diuisio in sermone. Attamen necessarium in ... non est in eo compositio, nec diuisio. &, sicut non diuiditur in quan... tate, sic non diuiditur in sermone declarante, cum non compon... substantia eius ex rebus, quarū connumerationem indicat sermo d... clarans. sicut est significatio animalis, & rationalis de eo, quo con... tuitur quiditas hominis, quæ est animal rationale: & significatio ... ctionis animal de homine alia est à significatione dictionis ration... & erit homo compositus ex partibus ordinatis in definitione cu... mone significante illas partes: & erit nomen hominis aggregatio ... rum. & hoc non imaginatur, & aliter non pōt imaginari alietas. R... sponsio autem est, conceditur ꝙ non potest imaginari secundario ... cum diuersitate in re: & similis omnimode non imaginatur diue... eorum. sed dictū vestrū, ꝙ hæc species cōpositionis est falsa in p... principio, est industria absoluta. & quæro quæ est demonstrat... hoc. nō aūt deputabimus hāc disputationē separatim. nam ex ... ne eorū famoso est ꝙ primum principium non diuiditur in serm... declarante, sicut non diuiditur quantitate. & super hoc ædificatur ... stitutio vnitatis Dei glo. apud eos.

Diuiditur hoc capitulum, qm̄ primo Auer. adduxit verba Alga. vbi po... via philosophorum, secundo ibi, (Sed ad hoc responden.) soluit viam p... phorū. Pro intellectu primę partis, debes scire quod via ista exponitur hy... tice: si necesse esse multiplicatur, est ibi compositio: sed in necesse esse non ... positio: ergo non multiplicatur: primo ergo probat maiorem, secundo ibi, ... necesse esse.) Accipit minorem, tertia ibi, (Et id, quod non.) Confirmat q... xit, vnde dicit, ait Alga. secunda vero prædictarū viarū hæc est. si ponere... duo necesse esse, aut essent similes omnino, id est, omnibus modis, aut diffe... si essent totaliter similes, tūc nulla esset ibi numeratio, neque binitas, id e... litas: quod probat exēplo. d. duæ nanque nigredines dicuntur, quando i... duobus subiectis, vel in vno & eodem, sed in duobus tēporibus diuersis: &... ponit hoc d. nigredo. n. & motus in vno subiecto, & eodem tēpore sunt duo ... in substantia differunt: sed, quando in substantia non differunt cum vnitat... poris, & loci, id est, nec in substantia, nec in loco, nec in tempore, nec s... cto: tunc, sine dubio nulla est numeratio. Vult ergo dicere quod duo ind... non differentia in substantia, id est, eiusdem speciei, nec differentia loco, ... pore, nec subiecto, omnino sunt vnum. Et hoc probat per impossibile. ... esset possibile dicere quod in vno tempore, & vno subiecto essent duæ ... nes, tunc possibile esset de quolibet indiuiduo, id est, nullam haberemus v... improbandum vnū indiuiduum esse duo: licet, ibi numeratio non cogno... & dicerem te esse duos homines, licet ego non cognoscam dualitatem ... patet, Ideo concludit aliud membrū, d. & postquā nulla est ibi similitudo: ...

A tet igitur quod differat, sed non differunt in tēpore, neq; in loco oportet ergo qđ differant in aliquo: & si sic, non euadetur, quin cōmunicent in aliqua re, aut nō. Quod non cōmunicent, falsum est, quia sequitur ex hoc, quod ipsi nō cōicent in esse, neque in necesse esse, ideo cōcludit quod oportet vt cōicent in aliquo, & in aliquo differant: & si sic, oportet ergo quod id, in quo cōicant, differat ab eo, in quo differūt. i. quod in alio cōueniant, & in alio differant: & tunc concludit maiorem. d. ergo est ibi necessaria compositio, & diuisio intellectualis. (Sed necesse.) Nunc accipit minorē. d. sed necesse esse non componitur: tacet conclusionem d. ergo necesse esse non potest multiplicari. (Et id, quod.) Potest dici quod hic confirmat prædicta, sic: illud, quod non definitur, non cōponitur: sed necesse esse non definitur. ergo, &c. vel potest dici quod infert corpore ipsum nō definiri, et est plus consona textui. ait ergo, & id, quod non diuiditur in quātitate. i. in multas partes, non diuiditur in dicto exponēte. i. non habet definitionē, quæ est dictū exponēs id, quod continet definitū. Probat quod dixit, eius, scilicet, necesse esse substantia non componitur ex rebus, quæ significari possunt ex dicto exponente. i. definitione quæ sunt numerales, idest multæ, sicut animal rationale significat illud, de quo humana quiditas constituitur. (Et non est.) probat quod dixit: & non est dubium φ id, quod significat animal, differat ab illo, quod significat rationale: ideo concludit ergo homo cōponitur ex partibus ordinatis in distin-B ctione ex dictis illas partes significantibus: & istud nomen homo illud aggregatum representat: & alio modo similitudo. s. inter illa duo necesse esse nō est imaginandum, nisi modo dicto. s. quod differant, & conueniant, vt dixi. Et sic patet, primo via philosophorum. & secundo, qualiter ipsum necesse esse est simplex: & ideo, non difficile videtur quod hæc sit confirmatio argumenti philosophorum. (Sed ad hoc.) Nunc Alga. respondet huic viæ, & dicit, sed ad hoc respondendum est, quod nos debemus concedere quod binitas. i. dualitas non est imaginanda, nisi cum differentia in aliqua re, & sup. conuenientia in aliqua: & etiā debemus concedere quod illi, qui sunt omnino similes, non est imaginandum quod differant: & sic concedo in Deo esse compositionem, ex quo conueniunt, & quo differunt: & statim dixit, vbi stat punctus. d. sed id, quod dixistis, videlicet, quod prędicta species compositionis falsum quid est in primo principio. verba sunt nuda ab omni demōstratione. i. sunt verba, & nō rationes: immo illud, videlicet, an in Deo sit comparatio, pertinet quod sit quęstio per se. Et apponit illud, quod philosophi ponunt. d. opinio. n. philosophorū cōis est, quod primum principium non diuiditur. s. in definitione, sicut realiter non diuiditur. Et sup. sed hæc est quęstio, quoniam multi concedunt compositionem in Deo, vt dicā

C in solu. dubii huius. Vult ergo Alga. quod hæc via ducit ad hoc incōueniens. s. quod in Deo sit compositio, & vult quod istud inconueniens, licet sit inconueniens. s. tamen via philosophorum, non ostendit istud esse inconueniēs, nisi per illud. s. quia Deus non est definibilis: sed illud est quæstio: &, sic ad probationē dubii adducunt, vel magis dubium, vel ęqualiter dubium: quare via illa non fuit demonstratiua, sed topica.

AVEROES.

Ait Auer. Alga. nō cōsyderauit inuolutionē, quę est in hac via secunda. & incœpit loqui cū eis cū possibilitate plurificationis in definitione necessarii in esse, quod ammouerūt ab eo, & voluit ponere id disputationē separatim. quoniā Loquentes sectę Assariæ admittunt in primo principio pluralitatem, cū posuerint id substantiam cum attributo. Inuolutio autem, quæ est in hac via secundā, est qīn distincta iā distinguuntur in substantiis suis, absque eo, φ communicent in re, nisi dictione tm̄. & hoc quidem, cum non communicēt in genere omnino, neq; propinquo, neq; remoto, vt est nomē cor-

poris apud Philoſophos,quod dicitur de corpore cœleſti,& corr
corruptibili:&,ſicut nomen intellectus,quod dicitur de intellectu h
mano,& intelligentiis ſeparatis:& ſicut nomen entis,quod dicitur
rebus generabilibus & corruptibilibus, ac æternis.nã tales dictio
veriſimilius eſt vt ingrediantur in nomina æquiuoca, quã vt in
nominibus vniuocis : ergo non eſt neceſſe in entibus diuerſis vt
compoſita.Et,qm̃ diminutus fuit Alga.in reſpondendo eis hac vi
hoc ſermone eorũ incœpit primo adaptare opinionem eorum pr
pue,& deinde conatur contradicere eis.

Nunc vult reprobare Alga.in eo,quod dixit extra propoſitum, ſecundo
(Sed error.) vult ponere verum defectum huius viæ: dicit ergo in prima d
mus nos ꝙ Alga.non eſtimauit errorem huius viæ ſecundæ.i.non putauit
inconueniens eſſe inconueniens.i.ꝙ in Deo ſit compoſitio non putauit imp
ſibile:& ideo cœpit loqui cum philoſophis in vna obſcura materia, quam e
plicat dicens,videlicet,quod ſit poſsibile ipſi neceſſe eſſe attribuere plurali
definitionis.Hoc enim Alga. conceſsit,quod philoſophi totaliter negant,&
detur ei quod ſit diſputatio per ſe.quoniam,infra declarabitur vtrum Deus
definibilis:quoniam,infra dicetur,vtrum Deus ſit in genere:vnde, ſi Deus
eſt in genere,habetur quod Deus non poteſt definiri. Debes ſcire,quod qu
an in Deo ſit definitio,eſt quæſtio,an Deus ſit compoſitus ex genere & diffe
rentia:&,quia iſtud tractabitur infra,ideo Alga.male aggreſſus eſt hanc qu
ſtionem.(Quædam enim ſecta.)ſecundo hanc quæſtionem eſſe per ſe oſte
per alium modum.d.quædam enim ſecta loquentium.i.theologorum, quæ
ſaria nuncupatur,attribuunt pluralitatem primo principio,prout ponunt
tiam cum denominationibus:& forte iſta ſecta eſt chriſtianorum,qui pon
Deo pluralitatem perſonarum,ſicut infra dicetur:& hæc eſt quæſtio infra
ctanda:ergo male Alga.aggreſſus eſt hãc quæſtionem propter duo:primo,
ſi exponitur de pluralitate definitionis,infra diſputatione ſeptima. Si vero
compoſitionem intelligitur pluralitas perſonarum,adhuc eſt quæſtio per ſe
go quomodocunque, Alga.male aggreſſus eſt hanc quæſtionem.(Sed error
ius.) Vult modo ponere errorem huius viæ. Et debes ſcire, quod poſſu
qua intelligi differre dupliciter.primo.ſ.inquantum ſunt primo diuerſa, qu
nullo reali vniuoco conueniunt:& quædam, quæ differunt differentia, q
aliquo conueniunt,& in aliquo differunt & hæc proprie ſunt in prędicam
Poteſt ergo reſponderi ad formam argumenti, quod dantur plura neceſſe
quæ differunt primo modo,& non conueniunt in aliquo vniuoco reali,lic
in ęquiuoco:& ſic ratio illa non concludet illa componi ex vniuerſali & p
ticulari. dicit ergo,ſed error huius vię hic eſt.illa enim,quę differunt ad
differunt in eorum ſubiectis.i.ſe totis ſubiectiue,& non cõueniunt in aliq
in dictis tantum.i.in nomine:& hoc eſt,quando non conueniunt in genere
que propinquo, neque remoto : quod declarat exemplo. d. vt nomen co
apud philoſophos,quod prædicatur de corpore ſupercœleſti,& de corpore
ruptibili.Deinde ponit ſecundum exẽplũ.d.vt nomen intellectus, quod d
ſuper intellectum humanum,& ſuper intelligentias ſeparatas , & nomen e
quod dicitur de rebus corruptibilibus,& eternalibus. Tandẽ,ſup. dicimus
Vocabula rationabilius debere ingredi nomina ęquiuoca,& nõ vniuoca &
concludit reſponſionem.d.ergo non ſequitur quod entia, ſcilicet ipſa ne
eſſe,adinuicem differentia componantur. quoniam non erunt differentia
primo diuerſa.poſt ordinat capitulum Algã. & ſermo eius patet. Sed
hoc capitulum,ſunt duæ quęſtiones:prima,quia hęc ſecunda via philoſo
ducit ad illudmet inconueniens,ad quod ducit prima, vt viſum eſt: prima
xit ad hoc,qđ tunc neceſſe eſt cõpoſitum:& hoc idem ſecũda:ergo nõ d
cur ergo Alg.dixit hãc viã eſſe ſcđam. Secunda quęſtio,qm̃ videtur q

A ...sit efficax, quod potest declarari processu Aristo. in primo coeli. tex. comme. 9. & 12. Metaphysi. tex. commen. 49. sic. vbi sunt plura necesse esse : vel ista sunt æqualis perfectionis, vel inæqualis, vel in perfectione sunt simpliciter æquiuoca: non potest fingi tertium: quoniam, si sunt simpliciter æquiuoca, ergo neutrum illorum erit altero perfectius immo quodlibet erit imperfectum, quoniam cuilibet deficiet perfectio alterius: ergo oportet, ut omnino sint æqualis perfectionis, & vnius, & eiusdem bonitatis, & simpliciter perfecti æquali perfectione: & hoc supponit via philosophorum, & tunc recte arguit quod quodlibet illorum esset compositum, vt dictum est, & generabile, &c. Ad has potest dici. Ad primam dicendum, quod licet ad idem ducant, nõ tamen eodem modo. habet enim prima via pro inconuenienti, quod primum necesse esse sit compositum: quia tunc haberet causam: secunda via habet pro inconuenienti idem per alium modum, scilicet quia tunc in Deo esset compositio difformis: & sic apparet diuersitas vtriusq; viæ. Ad secundam dicendum, quod illa demonstratio illo modo formata est virtus demonstrationis Arist. attamen Auer. reprobat illam, quantum ad hoc tantum, scilicet, quod si essent plura necesse esse differentia, ergo essent composita. hoc enim vult Auerro. non valere, vt est data multiplex instantia, vt dixit.

Solutio ad primam.

Ad secũdã.

B

ALGAZEL.

Ait Alga. recitans opiniones Philosophorum. Sed existimauerunt quòd vnitas non perficitur, nisi affirmatione vnitatis substantiæ Dei glo. omnimode. affirmatio autem vnitatis est ablatio pluralitatis omnimode. Attamen pluralitas intelligitur in substantiis quinque modis. Primus quidem est diuidi in actu, aut cogitatione. vnde non erit corpus vnum vnum simpliciter. nam est vnũ continuatione vniuersali, recipiente negationem quòd sit diuisibile cogitatione in quantitate. quod est falsum in primo principio. Secundus, quòd diuidatur res in intellectu ad duas res diuersas, non quantitatiue, vt diuiditur corpus in materiam, & formam. nã vnumquodq; eorum, licet non imaginetur quòd posit constitui ex se absque alio, sunt tamen duo diuersa definitione, & veritate, & prouenit ex ambobus vnum, & est corpus. & hoc etiam remouetur ab ipso Deo glo. nam impossibile est vt sit Deus glo. forma in corpore, nec materia, nec ambæ simul. Quòd autem non ambæ, hoc est duabus causis. quarum vna est, quoniam esset diuisibilis quantitate apud separationem actu, aut cogitatione. secunda vero, quia esset diuisibilis in se ad formam, & materiam: & non erit materia, quoniam indigeret forma. necessarium autem in esse est sibi sufficiens omnimode, & impossibile est vt copuletur esse eius cum aliqua conditione alia ab eo, nec erit forma indigens quidem materia. Tertius autem, pluralitas attributorum consyderatione scientiæ potentiæ, & voluntatis. nam hæc attributa, si essent necessaria in esse, tunc esset necessarium in esse, commune inter substantiam, & hæc attributa, & causaret pluralitatem necessario in esse, & auferetur vnitas. Quartus autem, pluralitas intellectualis, proueniens ex compositione generis, & speciei. nam in nigredine est nigredo, & color: & nigredo est aliud quam coloreitas in

C

intellectu: sed coloreitas est genus, & nigredo differentia: ergo est compositum ex genere & differentia. & animalitas est præter humanitatem in intellectu. nam homo est animal rationale, & animal est genus, & rationale est differentia, & est compositus ex genere, & differentia. & hæc species pluralitatis existimauerunt etiam quòd remouerent a primo principio. Quintus vero, pluralitas, quæ sequitur ex parte quiditatis, & ex parte esse illius quiditatis. nam homo habet quiditatem ante esse, & esse superuenit ei, & refertur ei. & sic triangulus habet quiditatem, & est ꝙ sit figura, quam circundant tria latera, & esse non est pars quiditatis, & esse non est pars substantiæ huius quiditatis, eam constituens. vnde potest intellectus percipere quiditatem hominis, & quiditatem trianguli: & tamen non scit an habeant esse in rerum natura, vel ne. &, si esse constitueret quiditatem, non imaginaretur constitutio quiditatis in intellectu ante esse eius. Igitur esse refertur quiditati, siue sit copulatum ei, ita ꝙ non erit hęc quiditas non existens, vt cœlum, siue eueniens, postquā non fuerat, vt est quiditas hominis de Socrate, & Platone, et quiditas accidentium, et formarum innouatarum in Socrate. et existimauerunt ꝙ hęc pluralitas oportet ut auferatur a primo, et dixerunt ꝙ non habet quiditatem, cui esse referatur, sed esse, quod oportet vt sit ei, est vt est quiditas alterius. & est esse necessarium quiditas eius, et essentia eius, et natura eius, et verificatio eius: vt homo, et arbor, et cœlum est quiditas: nam si constitueretur ei quiditas, esset esse necessarium copulatum illi quiditati, et non constituens eam: copulatum autem est sequens, & causatum: ergo esse necessarium est causatum, et contradicit ei ꝙ sit necessarium.

Vult Algaz. auctoritatibus philosophorum declarare, quot species vnitatis inueniuntur ab ipso primo principio. Et primo proponit modum, quo potest in Deo reperiri summa vnitas: dicit ergo, Ait Algazel, narrans philosophorum auctoritates talibus verbis: vnitas non perficitur, id est, non est summe perfecta nisi in eo, quod ipsi Deo glorioso attribuatur vnitas omnimoda, id est, simpliciter. hoc nequit obtineri, id est, & Deo non potest attribui, nisi auferatur ab eo totaliter pluralitatem. Debes scire, vt dicetur, quod quinque modis est multitudo. Vno modo quantitatiua, scilicet, quæ est diuisio in partes quantitatiuas eiusdē rationis. Secundo modo essentialis, qualis est in composito ex materia & forma. Tertio modo est multitudo perfectionum accidentaliter inexistentium alicui, quę apud catholicos vocatur multitudo attributorū vni essentiæ inhęrens. Quarto modo est multitudo, quę est compositio ex genere & differentia. Quinto modo est multitudo, quę est compositio ex quiditate & esse. Cum igitur vnitas est priuatio multitudinis, & nihil positiuum relinquit in subiecto cuius ponitur vnitas, ideo quinque modis potest esse ista priuatio, scilicet, diuisionis in partes quantitatiuas, id est, numerales. priuatio diuisionis in partes essentiales, priuatio diuisionis in partes perfectionales, priuatio diuisionis in partes rationis, scilicet, generis & differentię, priuatio diuisionis in quiditatem & esse. Vnitas ergo summa est amplectens priuationem quinque modorum multitudinis, & per consequens Deo nihil positiuum reliquit: vnde, sicut æternitas & necessitas insunt alicui per priuationem causarum facientium corruptibilitatem & contingentiam, sic vnitas, quæ est priuatio illa, inest Deo per priuationem causarum facientium illas species multitudinis, & sicut æternitas & nec-

Sicut quīq; modis multitudo, ita quīq; modis priuatio illius.

Quid sit vnitas.

nihil addunt naturę, cuius sunt vltra naturam: sic vnitas nihil addit ipsi Deo, cuius est: & hoc vult dicere Auerroes quod summa vnitas non potest Deo attribui, nisi auferendo de eo totaliter pluralitatem, id est, omnem speciem multitudinis. (Et ideo supponendum est.) Cum narrauit modum, quomodo Deo potest reperiri summa vnitas, nunc docet exequi illum modum, & ait, & ideo supponendum est hic, quod pluralitas reperitur in subiectis, id est, in rebus quinque modis. (Primus quorum.) Exequitur illos, & quorum primum sup. est ex diuisione actuali seu intellectuali, scilicet, in partes quantitatiuas eiusdem rationis: & hoc exemplo declarat. d. & hoc modo dicitur, quod corpus non est vnum absolute, licet sit vnum in communitate vniuersali, cuius rationem. d. semper enim ratione suę quantitatis reperitur, siue recipit in potentia diuisionem ad infinitum: & tunc recolligit. d. & talis pluralitas impossibilis est, vt attribuatur Deo bene dicto. Debes scire, vt accipitur. 5. Meta. quod quantum dicitur, quod est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum vtrunq;, aut singulum vnum aliquid, & hoc aliquid natum est esse: vbi Auer. com. 13. voluit, ꝙ propositio hęc habere potest duos sensus. attamen oēs consistunt ꝙ quantum, qñ diuiditur, diuiditur in plura numero, & per consequēs in indiuidua, quorū quodlibet est vnū, & hoc aliquid: & sic patet qualiter pōt intelligi dictum præsens: intendit. n. ꝙ corpus est vnum

Quantum quid sit.

B secundam rationem vniuersalem, tamen merito quantitatis plurificatur ad plura numero: & quia Deo non competit magnitudo quantitatiua, ideo ipse vnus est numero & non plures. (Secundus vero ꝙ diuidatur.) Hic ponitur secundus modus, & d. secundus vero modus est, ꝙ diuidatur res in intellectu ad duas diuisas res extra animam non modo quantitatis immo sunt duæ naturæ, vt materia & forma. Licet enim quælibet harum duarum naturarum nequeat per se sustentari realiter sine alia, neq; in intellectu: & forte litera est corrupta, & istud verbum. (Neque in intellectu.) superfluit, & vult dicere quod licet realiter materia non possit esse sine forma, tamen sunt duæ res realiter diuersæ: & si litera non sit corrupta, lege eam sic: licet enim quælibet harum duarum naturarum nequeat per se sustētari realiter, neque in intellectu, sup. vera intellectione: nihilominus duæ sunt res adinuicem differentes in definitione, & veritate, & ex ipsarum compactu resultat corpus vnum: & statim applicat hoc ad propositum, dicens, et dicimus quod hæc pluralitas est auferenda de Deo glorioso, videlicet, quia Deus non est forma in corpore, neque compactum, id est, compositum ipsorum: quod autem non sit forma in corpore, manifeste patet ex conclusionibus Arist. 8. Physi. tex. com. vlti. & quod non sit compactum ex illis, probatur duabus de causis: quarum vna est, quia esset diuisibilis in quantitate in actu, & intellectus consequentiam non probat, quoniam manifesta est per se. secunda causa

C est, quia esset diuisibilis in naturas diuersas, quarum vna est materia, & reliqua forma: his igitur duabus de causis in Deo non est compositio ex materia & forma. (Tertius prædictorum.) Ponit tertium modum, & ait, tertius prædictorum est pluralitas denominationum, i. accidentiū, & est ēt auferenda ab ipso Deo, vt sapientia, voluntas, & his similia. (Si enim.) Assignat causam huius. si. n. denominationes, id est, ista talia, prout sunt accidēria, fuerint in necesse esse, ergo esset communicatio inter substantiam, & has denominationes, & tunc ex hoc sequitur esse pluralitatem in necesse esse, ergo remouetur ab eo vnitas. Et hæc litera est multum difficilis, & vtinam haberem ante me aliquem expositorē, qui mihi hunc locū declarasset: vult ergo dicere, quod vbi in Deo essent huiusmodi attributa denominantia essentiam, i. inquantum accidentia: qm̄ nihil denominat, nisi accidens, quod extra essentiā ponitur subiecti, tunc esset cōmunicatio. forte intēdit receptiua cōmunicatio inter substantiam, i. essentiā primi, & illas denominationes: & forte per cōmunicationē intelligit cōpositiones: qm̄, vbi attributa ipsi essent accidentia, tunc ex essentia, & illis fieret vnum compositum, ergo esset ibi communicatio, id est, compositio communicatiua. Vel forte intendit ꝙ ibi esset communicatio, s. perfectionis: quoniam, tunc essentia esset imperfecta, & sibi ab illis attributis esset communicatio perfectionis, & est melius: sed, quomodo intelligat in rei veritate difficile est; hic, n, liber est multū difficilis, tum ex ver-

borum translatione barbarica, tum ex rei natura, tum quia nullos inue- A
me exponentes ipsum: & ideo, o fratres mei, & scholares sapientes con-
laborem meum: &, si non exponam vobis, vt est rei veritas, saltem co-
municabitur occasio inueniendi veritatem. Et debes scire, quod sapie-
negant attributa in Deo, quoniam Auerroes. commen. 39. 12. Meta. po-
sed negant illa esse denominationes, id est, accidentia addita essentiæ
formæ denominantes: quoniam, vbi sic esse, sequitur inconueniens
adductum. (quartus est pluralitas.) Hic ponitur quartus modus, & ait,
est pluralitas intellectualis sequens compositionem generis cum spec-
differentia specifica. si litera non est corrupta, vel forte litera est sic, (
compositionem generis cum differentia in specie.) Quod exponit, d
species nigredo: in nigro enim continetur nigredo, id est, differentia vltima
dinis cum colore, quæ sine dubio differunt in intellectu: est ergo quintus
compositionis, scilicet, ex genere & differentia, & vocatur definitio, &
cens, differentia enim cum genere differt: vt homo, in quo continentur a
tas cum humanitate, id est, differentia vltima hominis, quæ sine dubio d
in intellectu: & hęc est compositio rerum videlicet, ex genere & differen
vocatur definitio. (quintus vero.) Apponit quintum, dicens, quintus ve
dictorum est pluralitas sequens copulationem quiditatis cum esse: vt, B
nanq; quiditatem habet ante esse, similiter triangulus habet quiditatem, s
quę est figura contenta tribus lateribus, & eius esse non est substantia q
ditatis. Infert vnum correlarium, dicens, & ideo sup. quia quiditas & e
tunt, potest intellectu comprehendi quiditas hominis, vel trianguli, &
ignorare vtrum habeat esse reale, aut non. Vel forte quod Algazel per
causam, quare quiditas & esse differunt, quæ. 3. de anima assignatur, tex
mento. 20. scilicet, quia quiditas potest apprehendi sine esse, vt dicam
dubij: & tunc litera legatur: & ideo sup. est illud, quia quiditas & esse
comprehendi separatim. (Et si.) Dat secundam rationem ad idem per
bile, & ait, & si esse constitueret quiditatem, nulla quiditas comprehend
intellectu, antequam haberet esse: & si sic, ergo esse est quid relatum a
tatem, id est, necessario vnitum, adeo quod non potest poni quiditas sine
econtra. (Licet fuerit illa quiditas semper in esse, vt sunt corpora cœ
Sic reperitur litera, & forte est error translatoris, & debet sic stare: ergo
illa quiditas semper in esse, vt sunt corpora cœlestia, in quibus quiditas e
per cum esse, aut esse accidet quiditatibus, aut indiuiduis animalium, id
stantię, vel indiuiduis accidentibus corporum, id est, accidentis: sed,
mum membrum sit falsum, relinquitur quod esse accidat quiditati, & C
quiditatis, qua componitur ex quiditate & esse, vt dicam, vel accidit se
uenientibus compositis: & forte litera stat bene, & erit sensus: & si illa
sit semper esse coniuncta, eo modo, quo cœlum est semper cum esse, lice
te differat, aut esse accidet quiditatibus, aut reliquis: & sic potest litera
modari. (Et dicimus.) Applicat nunc hoc, dicens, & dicimus etiam, q
pluralitas de actuali esse debet remoueri a primo principio, & ideo co
quod esse eius non est additum suę quiditati, immo suum esse necessarium
est quiditati alterius, id est, est ita abstractum, sicut quiditas cuiuscunque
cti: ergo esse necesse esse, id est esse Dei idem est, quod sua quiditas &
ipsius: si enim suę quiditati esse attribueremus, oporteret esse ipsius necess
id est, quod est necesse esse sequi illam quiditatem, & esse constituens e
tet in alijs: & tunc apponit inconueniens, dicens, & quodlibet sequens ca
id est, omne additum alteri causatur, illi ergo esse ipsius entis necessarii
tur: quod est impossibile. Quibus visis patet, qualiter priuatio illa, quæ
tas, quinque gradus priuationis amplectitur: sicut & quinque sunt grad
positionis, & sic vnitas Dei est perfectissima omnium: quoniam nihil e
primum quin aliquem gradum compositionis habeat illorum quinque: &
patet intentio philosophorum adducta ab Algazele.

AVEROES.

A It Auer. Hoc est id, quod recitauit Alga. ex sermonibus Philosophorum in auferendo pluralitatem ab vno ipso: & postea incipiet adaptare id, in quo contradixerunt sibi ipsis in hac re. & oportet nos consyderare primo in his sermonibus, quos dedicauit ipsis, & declarabimus gradum eorum in veritate, deinde speculabimur in eo, quod accipit ipse de cōtradictione eis, deinde speculabimur in eo, quod contradicit eis in hac quæstione. Prima autem specierum diuisionis, de qua dixit quòd eam auferunt Philosophi a primo principio, est diuidi quātitatem cogitatione, aut esse. & est decretum apud omnes credentes primum principium non, esse corpus, tam apud eum, qui credit corpus compositum esse ex partibus non diuisibilibus, quā apud eum, qui credit quòd non sit compositum ex eis. & demonstratio B de hoc est demonstratio quòd non sit corpus: & postea loquemur de hac demonstratione. Secunda autem species est diuidi qualitate, vt diuiditur corpus ad materiam, & formam. & hoc quidem opinione eius, qui tenet quòd corpora sunt composita ex materia, & forma. & est opinio Philosophorum. & non est hic locus verificationis vnius duarum opinionum. & hęc diuisio aufertur a Primo ipso, etiam apud omnem credentem quòd ipsum non sit corpus. Auferri autem corporeitatem a Primo, ex eo quòd est necessarium in esse ex se, loquemur de eo notificatione gradus sermonis facti in hoc perfecte. Et hoc, quod necessarium in esse sufficit absque alio, idest quòd non constituitur ex alio, corpus vero constituitur ex forma & materia, & vtraque non necessaria in esse, quoniam forma non est non indigens materia, & materia etiam non sufficit nisi cum forma, in hoc est consyderatio. nam corpus cœleste non est compositum ex materia, & forma, sed est apud eos sim C plex: & tamen existimatur ꝙ sit verum dicere de eo quòd sit necessarium in esse ex se. & postea veniet hæc disputatio. Nos autem non scimus aliquem Philosophorum credere corpus cœleste esse compositum ex materia, & forma, vt sunt corpora composita, quæ sunt sub eo, nisi Auicennam tantum. & iam locuti sumus de hac quæstione in multis locis, & adhuc loquemur de ea in posterum. Tertia autem declaratio, & est auferri pluralitatem attributorum a necessario in esse. quoniam ista attributa, si essent necessaria in esse, & substantia necessaria in esse, tunc esset necessarium in esse plura vno ente. &, si sunt causata a substantia, necesse est vt non sint necessaria in esse: & erit ex attributis necessarii in esse aliquod, quod non est necessarium in esse: aut erit hoc genus, includens id, quod est necessarium in esse, & non necessarium in esse. & hoc est impossibile, & falsum. Et est ꝑfecto declaratio propinqua veritati, cum conceditur quòd necessarium in esse significat omnimode ens absque materia. quoniam entia, quæ non sunt in ma-

Auicēna solus vř temere corpora cœlestia eē cōposita ex materia & forma.

teria, & sunt permanentia in se, absque eo quòd sint corpora, im-
bile est imaginari in eis attributa essentialia, quibus constituitur
stantia, quanto magis vt imaginetur in eis esse attributa addita
stantiæ, & sunt attributa, quę appellantur accidentia. nam, cum
ginatur ipsa auferri, non aufertur substantia aliter, quam attrib
sentialia. quare verificantur attributa essentialia de re, cui attr
tur ꝙ sunt idem, & tamen non verificatur prædicatio attribu
non essentialium de eo, nisi nomine denominatiuo. nam non dic
de homine ꝙ sit scientia, vt dicimus de eo ꝙ sit viuum, sed dicim
eo ꝙ est sciens. Igitur esse talia attributa in eo, quod non est cor
est falsum. quoniam natura eorum est natura extranea ab eo, cui
buuntur. & ideo appellantur accidentia, & discernuntur, & dis
tur ab eo, cui attribuuntur in anima, & extra animam. Si autem
retur, Philosophi tenent ꝙ in anima sunt talia attributa: nam ip
dunt ꝙ ipsa comprehendit, & vult, & mouet, & tamen ipsi cred
hoc ꝙ non est corporea: Respondetur quòd ipsi non opinantur
attributa esse animæ addita substantiæ, sed tenent quòd sint att
essentialia. & de natura attributorum essentialium est vt non plu
tur ex eis subiectum sustinens ea in actu, sed tantum plurificatur
do, quo plurificatur definitum ex partibus definitionis: nam cir
ralitas intellectualis apud eos, non pluralitas in actu extra anim
Exemplum huius est ꝙ definitio hominis est animal rationale, &
men rationabilitas, & animalitas, vnaquęq; earum non cognos
ab alia in eo extra animam in actu: & tamen color, & figura plu
tur in eo extra animam. & ideo sequitur ei, qui concedit ꝙ anima
est de conditione esse eius materia, vt concedat quòd iam reperi
entibus separatis id, quod est vnum in actu, extra animam, & plu
finitione. Et hęc est opinio Christianorum in trinitate. nam ipsi
tenent ea attributa, addita substantiæ, sed sunt apud eos plurifica
finitione, & sunt plura in potentia, non autem in actu: & ideo d
quòd est trinus, & vnus, idest vnus in actu, & tres in potentia. & p
loquemur de inconuenientibus, & falsitatibus, quę sequentur c
ponit ꝙ primum principium sit habens attributa, addita substa
Pluralitas autem Quarta, & est pluralitas rei ex parte sui gene
differentiæ, est propinqua pluralitati, quæ est rei ex parte mate
formæ eius. definitiones enim sunt in compositis ex materia &
ma, non autem in simplicibus. & nemo debet contradicere ablatio
pluralitatis definitiuæ a primo principio. Pluralitas vero Quint
est numeratio quiditatis, & esse, est quoniam esse in rei veritate
tibus est quid intellectuale, & est esse rem extra animam, sicut
anima. & id, quod illud significat, est synonymum veri: & est id
significatur per copulam categoricam in propositionibus categ
Nam dictio est, dicitur dupliciter. Primo id, quod significatur p
rum, vt cum dicimus si res est, aut non est, aut si hoc erit hoc, au

Quę sit natura attributorū essentialium.

Male intelligis bone vir sñiam Christianorum.

Dictio ē dr dupliciter.

A erit hoc. Secundo id, quod ponitur de entibus tanquam genus, vt diuisio entis ad decem predicamenta, & ad substantiam, & accidens, & cũ intelligitur de ente id, quod intelligitur de vero, tunc non erit extra animam pluralitas. tunc vero intelligitur de eo id, quod intelligitur de substantia: & tunc nomen substantiæ dicitur de necessario in esse, & alio secundum prius & posterius, vt nomen calidi, quod dicitur de igne, & rebus calidis. hæc autem est opinio Philosophi. Attamen iste vir ædificauit sermonem suum in eis secundum opinionem Auicẽnę, & est opinio falsa. nam ipse existimat ꝙ entitas, s. ꝙ res sit, est quid additum quiditati extra animam, & quasi accidit ei. Et, cum posuit ꝙ sit conditio in esse quiditatis, tunc, si necessarium in esse haberet entitatẽ, quæ esset conditio in quiditate eius, esset necessarium in esse compositum ex conditione, & conditionato, & esset possibile in esse. Vlterius apud Auicennam id, cuius esse est additum substantiæ suę, habet causam. B Quòd autem esse apud Auicennam sit accidens eueniens quiditati, id indicat sermo Alga. hic. & hoc quidem, cum dixit ꝙ homo habet quiditatem ante esse, & esse reducitur ad eam, aut refertur ei. & sic triangulus habet quiditatem, & est ꝙ sit figura, quam circundant tria latera. & non est esse pars substantiæ huius quiditatis, constituens eã. & ideo possibile est vt comprehendant intellectus quiditatem hominis, & quiditatem trianguli, & non scit an sit eis esse, vel nõ esse: quod indicauit quòd esse, quo vtitur hic, non est esse, quod significat substantiam rerum, scilicet quod est tanquam genus eis, nec id, quod significat, quòd res sit extra animam. Nam nomen entis dicitur de duobus, vnum quidem de vero, & alterum de eo, cuius oppositum est priuatio. & hoc est, quod diuiditur in decem genera, & est tanquã genus eis. & hoc præcedit entia secundo modo, scilicet res, quæ sunt extra animam. & hoc est, quod dicitur secundum prius, & posterius de decem predicamentis. & hoc modo dicitur de substantia ꝙ sit ens ex se, & de C accidenti quòd sit ens, ex eo ꝙ reperitur in ente ex se. ens vero, quod est de vero, communicant in eo omnia predicamenta æqualiter. Et ens quidem, quod est verum, est quid in intellectibus, & est esse rei extra animam, prout in anima, quę quidem scientia pręcedit scientiã de quiditate rei, s. quòd non quæritur scientia quiditatis rei, nisi prius sciatur quòd sit. Quiditas vero, quę pręcedit scientiam esse in intellectu nostro, non est de verificatione quiditatis, sed est expositio rei nominis ex nominibus. &, cum scitur ꝙ hæc res reperiatur extra animam, sciatur quòd sit quiditas, & definitio, & de hoc dicitur in libro Prædicamentorum ꝙ vniuersalia rerum intellectarum sunt in indiuiduis suis, & indiuidua intelliguntur in vniuersalibus suis. & dictum est in libro de Anima ꝙ potentia, qua comprehenditur ꝙ res sit talis, & reperiatur alia a potentia, qua comprehenditur quiditas talis demonstrati. & de hoc dicitur quòd indiuidua sunt talia demonstrata, vniuersalia vero in intellectu, & non est differentia de vero in entibus mate-

Nomẽ entis dr̃. de duobus.

Ens dr̃ per prius & posterius de decẽ p̃dicamẽtis.

Indiuidua ĩtelligũtur in suis vniuersalibus.

rialibus,& separatis. Cum autem aliquis dicit quòd esse est ad- quiditati,& non constituitur eo ens ex se, est sermo fallax nim niam sequitur ex hoc vt nomen entis significet accidens comm- cem prædicamentis extra animam.& est opinio Auicennæ,& in- gabimus eum de hoc accidenti,cum dicitur de eo quòd sit, an li- cet verum,aut accidens repertum in hoc accidenti.& sic reperire- cidentia infinita.quod est falsum , & iam declarauimus hoc in m locis.Et existimo quòd hoc conatus est Alga . auferre a primo p pio,& tamen aufertur ab omnibus entibus, quanto magis a pri- sit credulitas falsa . Et, quoniam recitauit hoc de vnitate ex ie- eorum, incœpit narrare id , cum quo contradicunt sibi ipsis in h- ex eo,quod existimatur de eis.

Nunc Auer.vult hęc dicta speculari, et optime ponderari,& per ratio- iusmodi probare omnia hęc,& primo ponit ordinem dicendorum, & ri- mus nos ꝙ hæc sunt Alga.verba nomine philosophorum ad auferendam litatem de Deo benedicto . vnde dicet ꝙ nos speculemur primo in prędi- ctis,& inuestigemus gradus eorum in vnitate,deinde respiciemus altercat- eorum.d.respiciemus reprobationes huius hominis , id est instantias Alg- super eos putauit fecisse in hoc propositum . (Vnde dicimus.) Nunc po- ne prosequitur,& dicit. vnde dicimus quod primus prædictę diuisionis - est diuisio quantitatis mentalis aut realis:& dixit mentalis, propter q- diuiditur,& non diuisione reali,sed mentali , vt astronomi faciunt. (Et n- dubium.) Nunc verificat primum dictum Alg.d.& non est dubium q conueniunt omnes opinantes ꝙ primum principium non sit corpus,& de- monstratio facienda supra hoc,eadem est ꝙ demonstratio facta ꝙ primum p- cipium non est corpus:& excusat se.d.& de hoc tractabitur, Deo dante, quentibus,est ergo verificatum primum dictum. Debes scire ꝙ demon 8.Phy.quę fiet post,est,omnis virtus in corpore est finita in tempore:De- est finitus in tempore:ergo Deus non est virtus in corpore.maior,& mi- propositiones duę, ideo in illo relinquantur loco. (secundum vero mem- Verificat nunc secundum vero membrum.) Verificat nunc secundum,& recapitulat illud.d.secundum vero membrum prędictę diuisionis est diui- litatis,id est essentialis in partes qualitatiuas, vt dicimus.id est eo mo- cimus ꝙ corpus diuiditur ad materiam,& ad formam : & hęc est philos- opinio. Debes scire,vt accipitur ab Auer. primo Physi. com. 36. ars- tur quandoq; secundum qualitatem,& quandoq; secundum quantitatem, distinguit partes quantitatiuas : vide eum . Dico ergo ꝙ indiuidua actu- sunt partes quantitatiuę,vel saltem potentia propinqua, vt sint diuersa, - tes quantitatiuę:& dicuntur partes quantitatiuę, quoniam forte principia distinctiua earum sunt quantitates diuersæ: vt colligi videtur primo Phy- 6.vel saltem,quia sunt principiorum per se concomitantia,vt dixi in - tellectu. Partes quoque qualitatiuæ sunt materia & forma, & licet sola- qualitas dicatur,vt patet.5.Meta,tex.com.9. attamen ob excellentiam - ma habet quod non solum denominet se,verum & id, quod perfectionem mendicat ab ea, & sic materia potest dici qualitas forte participatiue. (Et diuisio) Nunc verificat hunc modum.d. & hęc diuisio auferenda est de p- principio apud quemcunq;,qui opinatus sit Deum non esse corpus. De- re,quod Emp.siculus,ciuis agrigenti, opinatus est corpus cœleste esse Dei- pter esse separatum a naturis elementorum, vt Auer.narrat.8.Physi.com. dei vero,in quibus philosophia aliquando fuit perfecta , vt Auerro. narr- Metaphy.com.50.& primo cœli com.22. opinati sunt iterum cœlum esse - propterea quia dat vitam omnibus:quod opus est diuinorum, vt narrat A-

ca.

A nat ab eo, non est occultum ei, nec abhorret id, sed ipsum bene scit quod perfectio eius est apud emanationem totius ab eo. & potest dici in hoc quòd sit volens. & potest dici de volente quòd sit desyderans. & nihil erit voluntas, nisi ipsummet posse. & non erit posse, nisi ipsamet scientia: nec erit scientia, nisi ipsamet substantia: ergo totum reducitur ad ipsammet substantiam. scientia enim eius in rebus non est assumpta a rebus. sin autem, tunc acquireret attributum, & perfectionem ab alio. quod est falsum in necessario in esse. Quare scientia nostra est duplex. aliqua enim est scientia rei, proueniens ex forma huius rei, vt scientia nostra de forma cœli, & terræ, & aliqua est scientia, quã facimus nos, vt est res, cuius formam non videmus, sed imaginamur eam in anima nostra, & postea eam accipimus. & tunc esse formæ emanat a scientia, non autem scientia ab ente. scientia vero Primi est secundum secundam speciem. nam imaginatio ordinis ex se ipso est causa emanationis ordinis ex se ipso. veruntamen, si reperire formam picturæ, aut
B scripturæ in tabula in mente nostra sufficeret in faciendo illam formam, tunc esset scientia nostra ipsummet posse, & ipsummet velle, sed propter diminutionem nostram in posse non sufficit imaginatio nostra ad inueniendum formam, sed indigemus cum hoc voluntate, quæ fit nobis, proueniens quidem ex potentia desyderatiua ad hoc, vt moueatur ab ea potentia motiua musculorum, & neruorum & membrorum organicorum, adeo quòd moueatur ex eis manus. verumtamen quòd mouetur in motione musculorum, & neruorum manus ipsa, & aliud, & mouetur ad motum eius calamus, aut aliud instrumentũ ab extra, & mouetur materia ad motum calami in atramento, aut alio, & postea prouenit figura imaginata in mente nostra. & ideo non est esse huius figuræ in mente nostra posse, nec voluntas, sed erit figura nobis aliud præter principium mouens musculos. & hæc figura mouet hunc motorem, qui est principium posse. & non est sic in necessario in esse.
C nam non est compositum ex corporibus, in quorum extremitatibus oriantur potentiæ. igitur potentia, & voluntas, & scientia, & substantia eius vnum, & idem est. Et, cum dicitur viuum, non intelligimus per id, nisi quòd scit scientia, a qua emanat esse, quod appellatur operatio eius. nam viuum est agens, comprehendens. & intelligimus per id ipsummet cum relatione operationum modo prædicto, & non sicut vita nostra, quæ perficitur, nisi cum duabus potentiis diuersis, ex quibus deriuantur comprehensio, & operatio. igitur vita eius est ipsamet substantia eius. Et, cum dicitur de eo beneficans, intelligimus quòd emanat ab eo totum, non ad intentionem, vt ad se redeat. beneficatio autem completur duabus rebus. quarum vna est vt sit recipienti vtilitas ex eo, quod tributum est ei. nam dare aliquid ei, qui non indiget eo, non dicitur beneficatio. secunda est vt non indigeat ipsum beneficans illa beneficentia, ita quòd beneficium tribuisset propter indigentiam suam. & qui beneficium præstat ex eo quòd vult gloriari, aut

adipisci bonum nomen, aut euadat suspitionem, ipse querit prem...
& non præstat beneficium. Sed beneficium, quod præstat Deus
est vt non querat vt euadat a suspitione, aut ad perfectionem fa...
adipisci gloriam ei. ergo beneficium præstans est nomen testifica...
esse eius, aut cum relatione eius ad operationem, & negationem ...
tionis, & non inducit quidem ad pluralitatem in substantia eius ...
cum dicitur bonum absolutum, est ꝙ nos videmus ꝙ esse eius est ...
stratum ab omni diminutione, & possibilitate priuationis. nam ...
nullam habet substantiam, sed reducitur ad priuationem substan...
aut priuationem abaptationis substantię, ex eo ꝙ est esse bonum ...
cuntur ergo omnia ista nomina ad negationem possibilitatis, di...
tionis, & mutationis. & ēt aliqñ dr̄ bonum de eo, quod est cā or...
rerum, primum aūt est principium ordinis omnium: ergo est bo...
tu... nomen significat esse cum aliqua specie relationis. * Et, cum
necessarium in esse est cū negationis causæ esse eius, & remotione ...
sæ priuationis eius in principio, & fine. Et, cum dicitur desydera...
desyderatū, & oblectari alio, & aliud oblectari eo est ꝙ est intell...
pulchritudinis, & dilectionis, & perfectionis, & est dilectus, & re...
tur ad habens perfectionem. Et nihil aliud est oblectari, nisi acq...
perfectionis debitæ. & qui sciuerit perfectionem sui ipsius, in eo ꝙ ...
prehendit scita, si comprehenderit ea, & pulchritudinem formę ...
& substantiam posse sui, & fortitudinem membrorum suorum, ...
eius peruentionem ad omnem perfectionem possibilē ei, si hoc ...
imaginari in vno homine, tunc diligeret perfectionem suam, & ...
ctaretur ea. Diminueretur autem oblectatio sua, cum consydera...
uationem, & diminutionem. nam lætitia non perficitur eo, quod ...
tur, aut sentit ablationem eius. Primum autem est ei gloria pre...
pulchritudo cōpleta, postquā omnis pfectio possibilis est ei. & ip...
comprehendit illam perfectionem cum securitate a possibilitate ...
nutionis, & ablationis. & pfectio excelsa proueniens ei est super ...
pfectione. & comprehensio eius pfectionis est superior omnibus ...
prehensionibus. & dilectio, & desyderium eius ad hanc perfectio...
excelsior omni dilectione. & oblectatio in ea est superior omni ...
ctatione & ēt non est proportio inter oblectationem nr̄am, & ...
omnino, sed est excelsior omni, quod potest proferri a nobis de ...
ctatione lætitia, & complacentia, & gaudio. Sed de istis rebus non ...
nobis proprii sermones. & non pōt fieri quin deueniamus ad ab...
transumptiue, vt, cum accommodamus ei dictionem volentis, ...
tis, & agentis assumptam a nobis cum decisione remotionis vo...
tatis eius a voluntate nr̄a, & posse eius a posse nr̄o, & sciētiæ eius ...
tia nr̄a. & non est incōueniens defectus proprii sermonis oblecta...
ab eo, & vsus alterius. Et intentum nostrum est ꝙ dispositio ...
nobilior dispositione Angelorum. & dignius est vt sit lætans, & ...
sitio Angelorum dignior dispositione nostra. &, si non esset ob...

Huc vsq; et valde mutilata habētur ī prisco exēplari.

A [illegible] tio, nisi in appetitu commestionis, & coitus, tunc esset dispositio asini, & por [illegible] nobilior dispositione angelorum, qui non habet hanc oblectationem & intellig[illegible] per Angelos principia abstracta a materia, cum gaudio, & consyderatione eius, quod est eis proprium ex perfectione, & pulchritudine, quæ non potest remoueri, sed illa, quæ est in primo, est superior ea, quę est in angelis. quoniam esse angelorum, qui sunt in [illegible] abstractæ, est esse possibile ex se, necessarium vero ex alio. & [illegible] est malum quid, & diminutio. & nihil est remotum ab [illegible] nisi Primum glo. ergo ipsum est bonum absolutum, & ei [illegible] & pulchritudo, & perfectio summa. Vlterius ipsum est desyderatum [illegible] siue desyderetur ab alio, siue nō desyderetur: sicut est Deus, intelligens, [illegible] intellectum, siue intelligat eum alter, siue non intelligat. & [illegible] ista reducuntur ad seipsum, & ad intelligentiam sui ipsius. & intelligere ipsam, & intelligere seipsum est ipsummet. nam est [illegible] abstractus, & totum reducitur ad idem. Hęc est via intel-

B [illegible] opinionem eorum. & omnia ista diuiduntur ad id, quod possibile [illegible] credere, & declarabitur quod est inconueniens secundum radices eorum, & ad id, quod non est possibile credere, & declarabitur falsitas eius. & reuertamur ad quinque gradus diuisionis pluralitatis, & rationem eorum in auferendo eos. & declarabimus quòd non possunt in hoc [illegible] rationem, & faciemus de vnoquoque eorum disputationem [illegible] paratam.

Hic Alga. primo narrat omnia illa, quę philosophi attribuunt primo principio [illegible] ibi, (Qualiter tamen.) Verificat illa. d. ergo. ait Alga. & cum toto [illegible] videlicet quod ipsi asserant primum principium esse vnum simplicissimū, [illegible] quod ipse Deus est primum principium, & substantia, & vnum, intelligens [illegible] intellectus, agens, creator, volens, potens, viuum, cupiens, delectans, dele[illegible] bonum, & pura veritas. (Et opinantur.) Declarat modum, quo modo hęc ponuntur in Deo. d. & opinantur omnia ista vnam, & eandem rem significare [illegible] absque aliqua pluralitate. (Et hoc.) Nunc exponit ordinem dicendorum.

C d. & hoc valde mirabile est, & ideo oportet quod declaremus sapientum opinionem. Deinde oportet respicere illud, quod potest argui super hoc: vult ergo primo declarare opinionem philosophorum, & hoc faciet in pręsenti dubio, [illegible] declarata in sequentibus disputationibus vult arguere contra philosophos. [illegible] autem rationem ordinis. d. redargutio enim super quodcunque propo[illegible] antequam sap. propositum intelligatur, est fatuitas, & error, & ideo [illegible] declarare opinionem philosophorum est conueniens, post arguere contra [illegible] (Vnde dicimus.) Nunc exequitur. d. vnde dicimus quod philosophi putant, [illegible] primi principij est vna sup. simpliciter, sed multiplicata est [illegible] respectiue, vel modo negationis, id est secundum negationem. (Et negatio.) Quia potest dici, ergo est ibi aliqua pluralitas, soluit. d. & ne[illegible] infert pluralitatem in substantia negati, neque relatio similiter in[illegible] pluralitatem: & sic Deus vnus simpliciter, potest intelligi multus secundum respectus & negationem: quod concludit. d. quapropter peripathetici non negant pluralitatem negationum, vel relationum in Deo. (Sed qualiter.) Po[illegible] qualiter ipsi reducunt supradicta ad negationem, vel relationem, hęc est quęstio non modica. Soluit. d. quod taliter fit, quando dicunt primum principium, indicant quod cætera entia ab eo procedunt, & causantur. & hęc est relatio. Potest etiam reduci ad negationem, eo quia non causatur ab ali quo priori, (Et quando.) Verificat aliud dicens, & quando dicunt substantiam,

ſunnunt ad ens non in ſubiecto. (Et quando.) Verificat aliud.d.& quando dicunt antiquum, ſignificat negationem principij ab eo, ſicut quando dicunt ſempiternum ſignificat priuationem finis. (Et quando.) Nunc verificat aliud, & quando dicunt neceſſe eſſe, intelligitur ens incauſatum, & quod eſt alteri cauſa vnum primum iſtorum duorum eſt negatio, videlicet neceſſe eſſe, ſecundum vero relatio. (Et quando.) Verificat aliud, dicens, & quando dicunt ipſum intellectum, indicant ꝙ eſt ens mundum ab omni materia, & addit, ꝙ quæ ſic ſe habet, eſt intellectus, videlicet intelligit ſeipſum, & ſentit ſeipſum, & alia præter ſeipſum; hæc poteſt poni tanquam maior. Deinde accepit minor. d. ſed Dei ſubſtantia ſic ſe habet, ergo eſt purus intellectus. (Et quādo.) Nunc verificat aliud. d, & quando dicunt intellectus, ſignificat ꝙ dicta ſubſtantia eſt intellectus, habet naturam intelligibilem, ſcilicet ſeipſam: ideo concludit & ideo illa ſubſtantia ſe habens ſic, intelligit ſeipſam, ergo eſt intellectus intelligibilis; & addit, & intellectus, & intelligibile totum eſt vnum, & idem clarius patefit ab Ariſt. in lib. Metaphyſi. id eſt. 12. Meta. tex. com. ... (Sed eſt notandum.) Quia poſſet credere quis, ꝙ intellectus Dei, & noſter propter ſint vna eſſentia: propterea dicit, ſed eſt notandum, ꝙ intellectus humanus ... ſter differt ab intellectu diuino in hac proprietate, id eſt in intelligere: ... intellectus diuinus eſt ſemper in actu, ſed intellectus humanus eſt interdum in potentia, interdum in actu: & hoc Ariſto. plane declarauit. 12. Meta. tex. com. 39. & Auerro. ibidem. commen. 38. in fine: & in illo meo lib. de intellectu multa de hoc, & non eſt opus aggredi hoc. (Et quando dicunt.) Verificat dicens, et quando dicunt ꝙ ipſe eſt creator, vel agens, vel alias denominationis habens, ſignificat ꝙ eius eſſe eſt ita nobile, ꝙ ab eo influit ... modo neceſſarium, & ꝙ eſſe ſequitur dictum eſt primi, ſicut ſolem ſequitur ... & calor ſequitur ignem. (Sed eſt notandum.) Nunc vult declarare comparationem illam, dicens, ſed eſt notandum, ꝙ nō eſt comparatio mundi, id eſt ... hominis mundi ad Deum ſimilis comparationi lucis ad ſolem omnibus ... vult dicere quod non omnibus modis comparantur entia huius mundi ad ... ſicut comparatur lux ad ſolem: attamen ponit aliquam comparationem ... niſi inquantum cauſantur tantum. cuius rationem dat, dicens, ſol enim non ... mat. i. non comprehendit influentiam lucis ab eo verſus nos, immo eſt ... ſimplex natura illam cauſans ſup. Sed primum principium ſentit. i. intelligit & ſentit quod illud eſt primum omnium entium, & ideo nihil ipſe ignorat ... entibus ab eo procedentibus, econtrario eſt de ſole. Sed quomodo ſit ... diſputatione ſequenti declarabitur. (Et quando.) Verificat aliud, dicens & quando dicunt quod ipſe eſt potens, ſignificat quod eius actiones non dependent ... alterius natura, ſeu voluntatis, ſed quod ipſe agit virtute propria, & ... te eius. (Et quando) Verificat nunc aliud, dicens, & quando dicunt volentem ... ligitur ex hoc, quod ipſe non ignorat id, quod ab eo procedit, immo ... perfectionem, ex qua conſtat in eo, quod omne ens ab eo influit. (Et quando.) Verificat aliud dicens, & quando dicunt viuum, non intelligitur niſi quod ſcit, quod entia ab eo procedentia, de quibus, id eſt reſpectu quorū dicitur ... ſint ſibi præſentia, id eſt cognita: cuius rationem ait, viuum enim eſt agens ... prehendens, & ideo eius intentio, id eſt ratio vitæ, eſt idem, quod ſubdit ... relatione operum ſibi modo prædicto, id eſt prout præſentes ſunt intelligit ...

Nota.

Debes ſcire, vt traditur ſecundo de Anima. tex. commen. 13. quod vnus gradus vitę eſt intellectus: Deus ergo, vt dicitur. 12. Metaphyſi. commen. 39. ... viuit, inquantum intelligit, intelligit autem, prout ipſe ſeipſum intelligit, & ſic eſſe viuum ibi eſt omne intelligens ſe, & opera ſua, ſecundum quod ... poſsibilia intelligi. (Et vita.) Ponit differentiam inter vitam noſtram, & ... dicens, & vita noſtra humana non ſic ſe habet, id eſt, non viuit ſola vita ... ctiua: ipſa nanq; non perficitur, niſi cum duabus virtutibus diuerſis, a ... procedunt comprehenſio, & actio. Verbi gratia, intellectu & vegetatiua ... du. concludit dicens, ergo ipſius vita, id eſt Dei vita, id eſt Dei vita eſt ... ipſe; ipſe ergo, vt intellectus, eſt eius ſubſtantia. (Et quando.) Verificat ... dicens

A dicens, & quando dicunt bonum, intendunt dicere quod entia omnia ab eo influunt pura miseratione, id est pure misericorditer, non præmiali intentione, id est non vt præmietur a rebus, neque modo indigentiæ, immo summa bonitate. Concludit nunc vltimo, dicens, tandem quod omnia sua præfata nomina, &c. facile possunt reduci ad negationem, & relationem, & nulla istarum pluralitatem infert: hæc est intentio peripatheticorũ in prædictis dictis. Deinde se ordinat ad disputationes quinque, quę sequuntur pullulanter ex his: & sermo eius patet.

AVEROES.

AIt Auer. Benefecit in pluribus, quod scripsi de narratione opinionum Philosophorum quòd sit Deus glo. vnus, cum denominatione attributorum multorum: & non loquimur cũ eo, de eis, nisi in eo, quod dixit de appellatione intellectus, quòd indicat rem * negatiuam. & non est sic, sed est nomen sibi proprium secundũ Philosophos Peripateticos, & aliter quã intelligit Plato, ꝙ intellectus B sit aliud, quã primum principium, & ꝙ non denominetur ꝙ sit intellectus. & sic, cum dixit de intelligentiis separatis ꝙ est in eis ex possibilitate, & priuatione, & malo, non est de sermone eorũ. & reuertamur ad id, quod dixit ex quæstione contra eos in illis quinque disputationibus.

* a.l. relatiuam.

Deus habet nomen proprium.

Nunc Auer. vult quædam approbare, & ordinat se, dicens, dicimus nos quod pro maiori parte verba istius hominis optime possunt, & iuste iuxta philosophorum opinionem saluari, videlicet quod ipse Deus benedictus est vnus simplex, licet & pluribus denominationibus denominatur: quapropter, non licet secum in istis aliquid altercare, videlicet ipsum redarguere. (Nisi in eo.) Apponit tamen vnum, in quo errauit, dicens, nisi in eo, quod dixit, quod intellectus significat relatiue, id est, in eo, quod putat intellectum sibi attribui respectiue: cuius rationẽ dat, dicens, in hoc enim a veritate deuiauit, eo quod intellectus nomẽ proprium est Dei substantiæ apud peripatheticos excepto Platone. arguit ergo sic, nomen proprium Deo non debet dicere sibi relatiuum: sed intellectus, vt supponitur, est nomen proprium Deo: ergo non debet dicere relatiuum. Dixit aũt prę C ter Platonẽ, quia Plato opinatur, quod intellectus sit Deo nomen relationis, vt patet in principio thimei. Deinde se ordinat ad alias disputationes, & sermo eius patet. Debes scire, quod Deus vnus, simplex, impermutabilis, & indiuisibilis potest esse multa relatione, & negatione duobus modis. vno modo, ex parte naturæ Dei: & hoc non: quia Deus in sui natura nec relationẽ, nec negationem includit. alio modo, ex parte nostri modi intelligẽdi, prout res intelligimus sub quodãmodo, & per attributionẽ illum modum sub contraria forma Deo attribuimus, vel sub relatiua qualitate. & sic verificantur omnia dicta hic.

SED in his est locus quęstionis non paruus: an, in Deo ista addant aliquid diuersum additũ, an præcise sint rationes & modi intelligẽdi ipsius ex parte nostri et attributi. Et quod facit. q. est: qm̃, tunc essent synonyma cum omnibus modis significent idem, & ab eodem sumitur fundamento. Secundo, qm̃ quicquid est perfectionis in rebus, principalius & primo debet conuenire primo principio: sed omnia hæc sunt perfectiones in creaturis: ergo primo debent Deo conuenire. Tertio illa, quæ per essentiam conueniunt Deo, & alijs per participationem, primo conueniunt Deo: sed huiusmodi attributa per essentiam Deo conueniunt: ergo primo. In contrarium est Auer. hic, & Algaze. Pro intellectu quęstionis breuiter est intelligendum, quod in rerum naturis oportet, vt detur quoddam, ratione cuius res sint multæ, & est materia: qñ enim res est in materia, vel in materia participante, eo ipso fit multum & diuersum: & qm̃ oportet vt detur

Dubita.

aliud extremũ, ideo datur in natura primum simplex, s. Deus, qui est act…
plex & purus, ratione cuius res fiunt vnũ & indistincte: vnde res est vn…
pter formam, quæ est vt vestigium primi actus, & similiter res sunt diuer…
pter materiam, quã participant. Dicendum itaque primo, quod attribu…
mo, & per se attribuuntur Deo in ratione essendi & vnitatis, adeo quod …
omnibus alijs participantibus materiam, apud philosophos attributa in De…
secundum rem & modum significarent, & sic essent synonyma, quoniam …
ratione essendi, & vnitatis sunt simpliciter & vnum simpliciter. Si vero lo…
mur de attributis, prout diuersa sunt, sic primo insunt rebus, & per res in…
quadam diuersitate attribuuntur Deo. Est ergo imaginandum, ꝙ attrib…
Nota de attributis. sunt primo Deo, & ratione Dei insunt rebus in ratione essendi, in ratione
differentiæ insunt primo rebus, & per res insunt Deo: attributa enim …
inquantum insunt Deo, & ratione Dei insunt alijs: inquantum sunt diuer…
sunt rebus, & ratione rerum insunt sub modo diuersitatis Deo. Ex his …
dit Auer. 12. Meta. com. 39. ꝙ attributa in Deo non sunt idem, sicut no…
synonyma: quoniam synonyma significãt idem, & eodẽ modo, & respe…
dem. Nec sunt idem, sicut principale. s. abstractum, & sumptum, id est, …
quoniam principale idem significat, quod sumptum sub diuerso modo …
di. vult ergo ꝙ idem in subiecto significant, differunt autem in modo, … B
attributionem ad res extra. s. prout eorum diuersitas sumitur a rebus …
visum est in verificatione horum prædictorum. Hæc positio potest …
pluribus vijs: tamen, ad præsens arguo primo: apud philosophos omnis …
do, quæ vnum facit, oportet vt sit, quia vnum est prima potẽtia, alterum …
mus actus. & hoc patet in vnitate compositi. 8. Meta. com. pen. Et 7. …
definitione. com. 42. & 43. & vniuersaliter quæcunque faciunt vnum, …
vt aliquo modo vniantur per modum actus, & potentiæ. Sed, in Deo no…
esse dispositio actus, nec dispositio potentiæ, ideo concludit ꝙ huiusmodi …
buta sub modo diuersitatis sunt per intellectum tantum. Secũdo potest …
quoniam, vt primo Phys. scribitur commen. 6. omnis multitudo apud ph…
phos vel est rerum secundum formam, vel rerum secundum quantitatem …
enim philosophi recipiunt pro manifesta: sed in neutra istarum multi…
poni potest per se, ergo non sunt realiter multa. Tertio, quæcunque …
aliquo, sunt in eo per modum eius, vt manifestũ est tertio de anima. com…
Deus est summe simplex, & simpliciter idem: ergo quæcunque sunt in e…
sub forma simplicitatis & identitatis, & per consequens in eo nulla debe…
diuersitas extra animam. Quarto, sicut in principio diuersitatis, quæcunq…
inherentia sunt diuersa, ita in principio identitatis & vnitatis, quæcunque … C
debent esse idem & vnum: & per consequens, cum ratione Dei omnia …
dem & vnum, ideo omnia existentia in eo sunt idem & vnum: diceret …
philosophi, ꝙ multiplicitas attributorum in Deo sit per intellectum tant…
Solutio. dicit Auer. licet attributa in esse ei sit per essentiam & per se. Ad argu…
cendum ꝙ non sunt synonyma, cum sumantur a diuersis comparationi…
bus, vt dictum est. Ad secundum dicendum, quod maior intelligitur co…
quo sunt de perfectione: modo minor intelligitur ꝙ sub ratione essen…
perfectione, non autem sub ratione differentię, vt dictum est. Ad tertium …
solutio: Deo enim per essentiam insunt, & quia essentia est summe simp…
summe eadem, ideo etiam attributa sunt summe idem, et simplicia in De…
tur sunt multa, comparatione & negatione sunt multa. Et sic est finis …
disputationis.

DISPVTATIO SEXTA.

DE CONVENIENTIA EORVM CIRCA FALSITATEM CONSTITVTIONIS SCIENTIAE POSSE, ET voluntatis in primo principio.

ALGAZEL.

AIT Alga. Conuenerunt Philoſophi circa falſitatem conſtitutionis ſcientię,& poſſe, & volūtatis in
B primo principio, vt conuenit in hoc ſecta Mahatazela; & exiſtimauerunt ꝙ iſta nomina imponūtur in lege, & poteſt proferre ea idioma alicuius gētis; ſed reducuntur ad eādem ſubſtantiā (vt diximus.) & impoſsibile eſt conſtituere attributum additum ſubſtantiæ eius, ſicut poſsibile eſt in nobis vt ſit ſcientia noſtra, & poſſe noſtrum, & voluntas noſtra attributum nobis additum ſubſtantiæ noſtræ. & exiſtimauerunt ꝙ hoc facit pluralitatem. quoniam, ſi iſta attributa innouarentur nobis, ſciremus ꝙ ſunt addita ſubſtantiæ, cum abſtrahantur. &, ſi conſyderentur copulata eſſe noſtro abſque vnione, non euadent quin ſint addita ſubſtantiæ in copulatione. & omnia duo, quorum vnum innouatur ſuper alterū, & ſcitur ꝙ hoc non eſt illud, nec illud eſt hoc, ſi copularetur, determinat intellectus ꝙ ſint duo. &, cum non poſſumus fugere de iſtis attributis in hoc, ꝙ ſint copulata ſubſtantiæ primæ, ita ꝙ ſint cauſę pręter
C ſubſtantiam, igitur hoc faciet pluralitatem in neceſſario in eſſe. & hoc eſt falſum: & ideo conuenerunt circa ablationem attributorum.

Nec quidem vllum habetur iſtorum verbum ab antiquiorib⁹ vſque ad eā particulam quam expoſitor explanat.

AVEROES.

AIt Auer. Qui autem dubitat contra dicentē auferri numerationem attributorum, eſt ꝙ attributa diuerſa reducantur ad eandem ſubſtantiā, ita ꝙ id, quod intelligitur per ſcientiā exēpli gratia, & voluntatē, & poſſe, eſt idē, & ꝙ ſint eandē ſubſtantia, & ꝙ ēt ſcientia & ſciens, poſſe & potens, voluntas & volens ſint idem. & qui dubitat contra dicentem ꝙ hic ſit ſubſtantia, & attributa addita ſubſtātiæ, eſt ꝙ ſit ſubſtantia cōditio in eſſe attributorū, & attributa conditio in pfectione ſubſtantiæ: & erit aggregatū ex hoc aliquid neceſſariū in eſſe, ſ. ens, non habens cauſam, nec cauſatum. Quare hæc non eſt reſponſio eius in rei veritate, cum ponitur ꝙ hic ſit aliquid

partē partium, quās fecerunt in destructione pluralitatis, peruen- A
hoc, vt affirment ꝙ necessarium in esse impossibile est vt sit com-
tum ex attributo, & eo, cui attribuitur, nec ꝙ sit substantia eius ha-
multa attributa. & hoc non pōt esse secundum radices eorum. Di-
incœpit declarare ꝙ falsitas, quā conati sunt probare expositione-
ius partis, non sequitur. & dixit & dicatur eis, si aūt intelligitis pe-
cessarium in esse, quod nō habet causam agentem, quare dicitis ho-
quare est falsum dicere sicut substantia necessarii antiqui non ha-
agens, sic attributa eius antiqua non habent agens? Dixi, hoc to-
est contradictio ei, qui procedit in remotione attributorum via A-
cennæ in constituendo necessarium in esse ex se. sed via magis fi-
in hoc in constituendo vnionem. & hoc sequitur sectæ Assariæ, &
via Mahatazelæ. nam ipsi intelligunt per possibile in esse possibi-
rum, & tenēt ꝙ omne id, quod est sub primo principio, sit tale. & -
uersarii eorū ex secta Assaria concedunt hoc, & tenent etiam ꝙ o-
possibile habet agens, & ꝙ emanatio cessat, finiendo ad id, quod B
est possibile ex se. & aduersarii concedunt eis hoc. &, cum conce-
eis hoc, existimatur apud eos ꝙ sequitur ex hoc, vt primum, ad -
cessata est possibilitas, non sit possibile: ergo necesse est vt sit sim-
non compositum. Sed sectæ Assariæ est dicere quòd id, ex quo a-
tur possibile verum, nō est de necessitate simplex, sed est necesse -
antiquum tm̄, non habens causam agētem. quare nō est apud eos -
monstratio, ꝙ primū sit simplex per viam necessarii in esse. Dein-
xit Si autem dicet necessarium in esse absolute est, quod non ha-
causam agentem, nec receptiuam: &, cum conceditur quod habe-
sam receptiuam, tunc non est necessarium in esse secundum ha-
positionem. 1. si autem dixerint Philosophi ꝙ demonstratio in-
ad hoc, quòd necessarium in esse non habet causam agentem: ergo
habet causam receptiuam. &, cum ponitis substantiam, & attri-
iam ponitis causam receptiuam. Deinde dixit, respondens huic, C
cimus, cum concedimus quòd habet cām receptiuam, tunc con-
ꝙ sit causatum, dicendum appellare substantiam receptiuam -
est ex deliberatione vestra. ratio autem non indicat constitu-
necessarii in esse secundum deliberationē vestram, sed indica-
mum, in quo cessat emanatio causarum, & causatorum, i. ꝙ sect-
ria non concedit quòd hæc substantia, quæ sustinet attributa, in-
sa receptiua, & sequitur eis vt in ea, s. in causa receptiua sit caus-
& non indicat necessarium in esse, secundum ꝙ induxit demō-
vestra ad ens, non habens causam receptiuam, quāto magis ve-
non habens substantiā, & attributa, sed indicauit causam agen-
xi, Hæc quæstio sequitur secūdū rónem eorū. nā, si secta Assaria c-
dit Philosophis ꝙ nō habēs cām agentē non habet cām receptiuā,
destruitur ex hoc sermo eorū. qm̄ substantia posita ab eis recip-
buta, non autē primum, cum ponant ꝙ attributa sint addita su-

A tarum, dicitur volens.&, cum consyderetur ex eo quod comprehendit operata sua, dicitur sciens.&, cum consyderetur scientia, ex eo ꝙ est comprehensio, & causa motus, dicitur vita.nam viuens comprehédit, & mouetur ex se. Quod autem prohibetur, est esse vnũ simplex, habens attributa multa, fixa in se: & præcipue si fuerint illa attributa essentialia, & reperta in actu.si vero in potentia, non prohibetur apud Philosophos quin sit aliquid vnum in actu, multa vero in potentia. & hoc apud eos sunt partes definitionum cum definitionibus. Et cum dixit,& existimauerũt ꝙ hoc facit pluralitatem vsque ad, cũ sint duo.i. ꝙ esse hæc attributa copulata substantiæ non prohibet quin sint necessario multa ex se, sicut si postponitur esse eorum substãtiæ, & postponitur esse aliquorũ eorum aliquibus, non esset intelligentia eorum apud intellectum eadem.&, quia recitauit Alga.opinionem Philosophorum dixit.

B

ALGAZEL.

Ait Alga. Et dicitur eis vnde scitis uos falsitatem pluralitatis ex hac via,& tamẽ vos contradicitis ex sectis Maurorum sectæ Mahatazelæ tm̃? & quæro quæ est demonstratio de hoc? nam sermo dicentis pluralitatem esse falsam in necessario in esse cum hoc, ꝙ substantia, cui attribuitur, sit vna, reducitur ad id, ꝙ sit falsa pluralitas attributorum.& ibi est quęstio,& non est falsitas eius scita necessario.& impossibile est dicere hoc absq; demonstratione. Et ipsi profecto habent in hoc duas vias. Quarũ prima est, cum dicunt demonstratio aũt eius est.nam vnumquodq; attributũ,& eius, cui attribuitur cum non fuerit hoc ipsum, nec ipsum hoc, aut sufficit vnumquodque eorũ absq; alio in esse suo, aut indiget vnumquodq; eorum alio, aut sufficit vnum eorum absq; alio, & tamen aliud indiget eo. Si C autem ponatur ꝙ vnumquodque eorum sufficit, erunt ambo necessaria in esse, & est posterioritas absoluta & hoc est falsum. si vero indiget vnumquodque eorũ alio, non erit quidem aliquod eorũ necessariũ in esse, cum necessarium in esse est quod existit in se, & nõ indiget omnimode alio: & quod indiget alio, hoc quidem aliud est causa eius: &, si auferatur hoc aliud, prohibetur esse eius: ergo esse eius non est ex se, sed ex alio. Sed, si dicitur ꝙ vnum eorũ indiget alio, & non aliud, tũc id quidẽ, quod indiget, est causatum, & necessarium in esse est aliud.& quodcunque eorum fuerit, causatum indiget causa, & inducitur ad copulationem necessarii in esse cum causa.

AVEROES.

Ait Auer. Cum concedit aduersarius Philosophis ꝙ sit hic ens necessariũ in esse ex se, & ꝙ necessarium in esse vt non sit ei cau-

sa, nec ex se, ex qua constituitur, nec ab extra, non potest fuge quod intulerunt necessario contra eum Philosophi. nam, si ista sunt fixa in substantia, substantia quidem est necessaria in esse, & attributa per aliud, & erit necessarium in esse ex se ipsa substantia, & attributa necessaria per aliud, & aggregatum ex eis erit compositum. Attamen secta Assaria non concedit eis ꝙ necessarium in esse ex se significet hoc. qm̃ demonstratio eorum non perueniunt ad demonstratio enim eorum inducit ad non habens causam agentem additam ei.

ALGAZEL.

A It Alga. Et quæstio in hoc est, vt dicatur, melior liatum per est pars vltima. & ideo, cum destruitis primam partem, & secundatio absoluta, iam declarauimus ꝙ non est vobis destructio in hoc in disputatione præcedenti. &, cum non perficitur in ædificatione ablationis pluralitatis in hac disputatione, & subsequenti, cum sit ramus huius disputationis, quomodo ergo ædificabitur disputatio super eam? Quare melius est dicere ꝙ substantia non indiget in constitutione eius attributis, tamē attributa indigent cui attribuuntur, sicut est in nobis. Et remanet sermo eorum, ꝙ indiget alio non est necessarium in esse. & dicitur, si intelligitis per necessarium in esse, quod non habet causam agētem, quare dicitis hoc? & quare falsum dicere sicut est substantia necessaria in esse antiqua, non habens agens, sic attributa eius sunt antiqua cum eo, non habentia agens. Si vero intelligitis per necessarium in esse ꝙ non erit ei causa receptiua, ergo nō est necessariū in esse secundū hanc expositionē, sed est antiquum cum hoc, & non est ei agens. quæro quid est quod reddit hoc falsum. sed, si dicēt necessarium in esse simpliciter est, qđ nō habet causam agentē, nec receptiuam, & cū conceditur ꝙ sit ei cā receptiua, ergo conceditur ꝙ sit causatū, dicimus appellare substantiā recipiētem cām receptiuam est ex inuentione, & adaptatione vestra. Ratio autē non indicat constitutionem necessarii in esse secundū adaptationem vestram, sed indicat constitutionē finis, in quo cessat emanatio causarum, & causatorum. non indicat secundum hanc consyderationem ꝙ cessatio emanationis est possibilis in vno. nam ista attributa sunt antiqua non habentia agens, sicut ipsum id non habet, sed ipsa sunt consyderata in substantia eius. & proiiciamus dictionem necessarii in esse, vt non erretur in ea. nam demonstratio non indicat nisi cessationem emanationis, & non indicat aliud omnino: & rationes alterius sunt industriæ sophisticationes. Si autem diceret, sicut necesse est vt sit cessatio emanationis in causa agenti, sic necesse est vt sit cessatio eius in causa receptiua: nam, si omne ens indigeret subiecto, in quo esset, & indigeret etiam subiectum alio subiecto, esset necessario emanatio

A tio: sicut, si indigeret omne ens causa, & illa causa indigeret causa etiam, diceremus ei bene dicitis. & propter hoc dicimus quòd cessat hæc emanatio, & dicimus quòd sit attributum in substantia eius, & substantia eius non existit in alio, sicut est scientia nostra in substantia nostra, & substantia nostra est subiectum eius, & non est substantia nostra in subiecto. Igitur attributum, cessat emanatio causæ eius agentis cum substantia, cum non sit ei agens, sicut non est agens substantiæ: sed non cessat esse substantiæ in hoc attributo, & non habet causam, nec attributa habent causam. causa vero receptiua non cessat emanatio eius, nisi ad substantiam. Et quæro vnde sequitur vt auferatur subiectum cum ablatione causæ? demonstratio autem non concludit nisi cessationem emanationis. & omnis via, qua possibilis sit cessatio emanationis, est in apparentia eius demonstratio inducens ad necessarium in esse. sed, si intelligit per necessariũ in esse aliquod ens non habens causam agentẽ, ita ꝙ cessat in eo emanatio, tunc non conceditur ꝙ hoc sit necessarium omnino. & quotiẽscunque dilatauerit se intellectus ad concedendum ens antiquum, B cuius esse non habet causam dilatabit se etiam ad concedẽdum antiquũ, cui attribuitur attributum, cuius esse non habet causam in substantia, & attributis simul.

AVEROES.

Ait Auer. Cum autem dixit sed destructio vestra primæ partis, & est secundatio absoluta, iam declarauimus ꝙ non est vobis demonstratio de hoc in disputatione præcedenti, & ꝙ non perficitur nisi in ædificatione ablationis pluralitatis, idest destructio eorum quòd sit id, cui attribuitur, & attributum vnumquodque eorum existens in se. nam sequitur ex hoc vt sufficiat vnumquodque eorũ absq; C alio: & erit Deus glo. sufficiens in se, & tamen erit ibi secundatio, postquam non erit aliquid, quo erunt attributum, & id, cui attribuitur vnum. Et, quoniam laborauerunt in destructione huius speciei pluralitatis, & in necessitate esse secundationem in Deo, & demonstrauerunt id necesse est vt sit in contrarium, scilicet vt auferatur secundatio ex ablatione pluralitatis, ideo dixit in eo ꝙ est contrarium, & declarauerunt radicem per ramum. Et id, quod fecit, est quæstio non secundũ rem ipsam, sed secundum sermonem aduersarii. nam aduersarii auferunt posterioritatem. & tu iam sciuisti in multis locis quòd quæstio est duplex, aliqua est secundũ rẽ ipsam, & aliqua secũdũ sermoné contradicẽtis, & ꝙ veritas est illa, quæ est secũdum rem ipsam, & quæstio alia, licet non fuerit vera, aliqñ quidem fit. Deinde dixit & ideo melius est vt dicatur, substantia in se non indiget attributis, & attributa indigent eo, cui attribuuntur, & remanet dictum eorum, ꝙ indigẽs alio non erit necessarium in esse. i. cum ipse posuerit eis hanc

necessarium in esse ex se, vt sequatur ꝙ sit vnũ omnimode, & non compositum omnino ex conditione & cõditionato, et causa & causato. Nã omne ens tale aut erit cõpositio eius necessaria, aut possibilis. si necessaria, erit necessaria per aliud, non ex se. qm̃ difficile est ponere cõpositum antiquũ ex se, s. absq; ꝙ sit ei cõpositor, & præcipue secundũ ponentẽ ꝙ omne accidẽs sit innouatũ. nam compositio in eo est accidens antiquũ. si vero possibilis, indiget quidẽ copulante cãm causato. Attamen ꝙ reperiatur aliquid cõpositum ex se secundũ radices Philosophorũ, & an admittantur large accidentia antiqua, est impossibile. nã cõpositio est cõditio in esse eius. & impossibile est vt partes faciant compositionem. componi enim est conditio in esse eorũ. quare partes omnis compositi rerũ naturalium cum resoluantur, non erit nomen dictum de eis, nisi æquiuoce. vt est nomen manus, quod dicitur de ea, quæ est pars hominis viui, & manu incisa. sed omnis cõpositio apud Arist. est generabilis & corruptibilis, quanto magis vt sit non habens causam. Si autẽ teneretur via, qua incessit Auicenna de necessario in esse, & possibili in esse, quæ remouet compositum antiquũ, nõ finitur quidẽ ad hoc. nã, cũ posuerimus ꝙ possibile finitur ad causam necessariam: & necessaria aut habebit causam, aut non habebit cãm: si habet causam, ergo finitur ad necessarium nõ habens cãm. Hic sermo inducit ad impossibilitatẽ perueniendi ad ens necessariũ non habens causam agentem, non aũt ad ens non habens causam omnino. nã potest habere causam formalẽ, seu materialẽ, nisi ponatur ꝙ omne habẽs formã, & materiã. demum omne compositũ necesse est vt habeat agens extra id. & hoc quidẽ indiget declaratione. & id nõ includit sermo, quo processit circa declarationẽ necessarii in esse cũ eo, quod diximus, ꝙ sit in eo ex inuolutione. & ex hocmet non verificatur ratio sectæ Assariæ, et est ꝙ omne innouatum habet innouans æternum primũ, antiquũ, nõ compositũ: perficitur vero ad primum, quod non est innouatũ. Quòd autẽ sit sciens, & scientia idẽ, non est impossibile, sed est necesse vt deueniat in his talibus ad id, ꝙ vniatur id, quod intelligitur de eis. nam sciẽs, si est sciens per sciẽtiã, id quidẽ, quo sciẽs est sciens, multo magis debet esse sciens. nã id, quod acquirit attributũ ab alio, illud quidẽ attributũ dignius est in hac re, quæ facit acquirere. v. g. ꝙ ista corpora viuentia apud nos, si nõ essent viuẽtia ex se, sed ꝓꝑ vitã, quæ inest eis, necesse esset vt illa vita, ex qua acquisiuit id, quod non est viuens, ipsum viuere esset vita ex se, aut procedet in infinitũ. & hoc idẽ euenit scientiæ, et aliis attributis. Attamen esse eandem substantiam, habentem multa attributa relatiua, aut negatiua, aut imaginatiua diuersimode, absque eo quòd hæc substantia plurificetur plurificatione attributorum illorum, hoc quidem non aufertur esse eius, vt est aliquid ens, aut vnum, & possibile, aut necessarium. nam idem, cum consyderetur ex eo quòd ab eo prouenit aliud, dicitur potens, aut agens. &, cum consyderetur ex appropriatione vnius duarum operationum opposi-

Manus abscisa non est manus.

A tiæ, nec ponunt ea attributa essentialia, vt ponunt Christiani. Deinde dixit. Si autem dicet, sicut sequitur cessatio emanationis in causa agente, sic sequitur cessatio eius in receptiua. nam, si indigeret omne ens subiecto, in quo existat, & indigeret subiectum subiecto, tunc sequeretur emanatio, vt peruenjat ad ens non habens subiectum, sicut est in causa agenti. Deinde dixit, respondens eis, vos bene dicitis. & propter hoc dicimus quòd cessat hæc emanatio, & dicimus quòd attributum est in substantia eius, & non est substãtia eius existens in alio, sicut scientia nostra in substantia nostra, & substantia nostra est subiectum ei, & substantia nostra non est in subiecto. Dixi hic sermo non habet alligãtiam in hac disputatione, nec in eo, quod recitauit de Philosophis, nec in eò, quod respondet eis: & quasi est sermo sophisticus. nam sermo de necessitate cessationis causarum receptiuarum, & non cessationis earum, nulla est proportio inter eum, & disputationem, de B qua loquimur: & est an ex conditione agentis primi sit vt sit ei causa receptiua. speculatio enim de cessatione causarum agentium est diuersa a speculatione de necessitate causatum receptiuarum. quoniam qui concedit esse causas receptiuas, concedit necessario cessationem emanationis earum ad causam receptiuam primam extra agens primum necessario, sicut concedit esse agens primum extra materias receptiuas. igitur agens primum, si esset ei materia, illa quidem materia non numeratur in recipiente primo, nec in eò, quod est sub eò ex recipientibus in aliis entibus, sed necesse est vt sit illa materia agentis primi, si esset ei materia, & materia propria ei. demum erit quidem ei: & hoc quidem aut erit prima ei, aut cessabit ad receptiuum primum. demum non erunt hæc recipientia de genere receptionis conditionatæ in esse aliorum entium prouenientium a primo agente. quare, si esset materia conditio in esse agentis primi tantum, sequeretur necessario vt sit conditio in esse omnium agentium in passis, & materia non erit conditio C in esse actionis agentis tantum: cum omne agens agit in recipiẽte. sed, si esset conditio in esse agentis, erit omne agens corporeum. & hoc totum non concedit secta Assaria, nec id quærit. Si vero dixerint quòd hæc substantia, cui attribuuntur hæc attributa, necesse est vt sit corpus, respondetur eis, anime apud vos, attribuuntur ei hæc attributa, & tamen apud vos anima non est corpus. & hic est finis, ad quem finiunt sermones topici in hac quæstione. sermones vero demonstratiui sunt in libris Antiquorum, quos scripserunt in hac scientia, & maxime in libro primi Sapientis. Attamen id, quod dixit in hoc Auicenna, & alii ex eis, qui dedicantur Mauris, si reperitur eis aliquid in hoc, id quidem, quod cõstituerunt in hac scientia, est de genere sermonum probabilium, quoniam sunt ex propositionibus generalibus, non autem propriis de natura rei, de qua speculantur. Et, cum dixit dicimus de hoc attributo, cessata est emanatio causæ agentis eius cum substantia. nam non habet agens, sicut non est agens substantiæ, sed non de-

ficit substantia talis quin sit. & non habet causam, nec attributa posita ab eis habent causam. Dixi, hoc non concedunt aduersarii, sed dicunt quòd ex conditione agentis primi est, vt non recipiat attributum aliquod. nam receptio indicat materiam, impossibile enim est vt esset emanatio ponendo agens, quodcunq; fuerit: sed agens, cui non est actio omnino, nec cui datum sit vt sit ei actio. nam ponendo attributum agenti primo, quòd constituatur ex causa receptiua, quæ sit conditio in esse eius, existimatur quòd sit falsum. nam omne, quod habet conditionem in esse suo, copulatio quidem eius conditioni est ex causa alterius. quoniam aliquid non potest esse causa copulationis conditioni esse eius, sicut non erit causa esse sui ipsius. conditionatum enim non euadit quin existat in se absque copulatione eius conditioni, & indiget causa agente copulationis eius, conditionatorum aliquid non est causa conditionis sui esse. sed omnia ista sunt res communes. Deinde hæc nominis accommodatio, non possumus imaginari de ea aliquid propinquum veritati ex hac via. & hoc propter æquiuocationem necessarii in esse ex se, & possibilis in esse ex se, necessarii vero ex alio, & aliarum propositionum additarum eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, cum dicunt quòd scientia, & posse in nobis non ingreditur quiditatem substantiæ nostræ, sed est accidens: &, cum constituantur hæc attributa primo, non ingredientur etiam quiditatem substantiæ eius, sed erunt accidentia relatiue ad id: & licet continuata fuerint antea, tamen non separabuntur, aut sequentur ad quiditatem eius: & cum hoc non constituent substantiam eius, & cum fuerint accidentia, sequuntur ad substantiam, & substantia erit causa in eis, & erunt causata: ergo quomodo erunt necessaria in esse?

ALGAZEL.

AIt Alga. dubitans huic sermoni. Et hoc quidem est primum cum mutatione præfationis. & dicimus, si intelligitis, cum dicitis ꝙ sequitur ad substantiam, & esse substantiam causam eius, ꝙ substantia sit causa agens eius, & quòd sunt acta a substantia, hoc non est verum. nam hoc sequitur in scientia nostra in relatione ad substantiam nostram, cum substantia nostra non est causa agens scientiæ nostræ. Si vero putatis ꝙ substantia sit subiectum, & attributum non existit per seipsum in alio, hoc quidem conceditur, & non prohibetur, licet proferant per verbum sequitur, seu accidit, seu causatur, aut quicquid voluerit dicere proferens, modo non mutat prolatio rem ipsam: nam res ipsa nihil aliud est, nisi ꝙ existit in substantia consistentia

A tributi in rei, cui attribuitur. & non erit falsum ꝙ existat in substãtia, & sit cum hoc antiquum, & non habet agens. & omnes rationes eorũ sunt inuolutiones in vituperatione prolationis, cum appellatur possibile, & transiens, & sequens, & proueniens, & causatum. & hoc est absurdum. Nos vero dicimus, si intelligit per hoc, ꝙ habet agens, non est sic. si vero non intelligit per id, nisi ꝙ non habet agens, tamen habet subiectum, in quo existit, licet proferat in hoc quacunque prolatione, non est in ea falsitas.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc est multiplicare sermonem in eadem re. Responsio autem in hac propositione ab aduersario breuis talis est. videlicet aut est possibile habenti causam receptiuam vt non habeat agens, aut est impossibile. & ex radicibus loquentium ꝙ copula-
B tio conditionis conditionato est possibilis, & omne possibile indiget in exitu eius ad actum aliquo faciente illud, & copulatione conditionis conditionato. &, qm̃ copulatio est conditio in esse conditionati, & impossibile est vt sit res causa conditionis esse sui, & impossibile est etiam vt conditio sit causa agens esse conditionati: nam substantia nostra non est causa agens esse scientiæ in ea, sed est conditio esse scientiæ existentis in eo: quare non euadet secundum has radices a causa agente, quæ faciet copulationẽ conditionis conditionato? & sic est in omni composito ex conditione, & conditionato. Attamen hoc totum destruitur secundum Philosophos, cum ponunt orbes cęlestes antiquos, & sunt substantia, & attributa, & non ponunt eis agens eo modo, quo est agens in apparentibus nobis, vt sequitur ex hoc, nisi ponant ꝙ sit hic demonstratio inducens ad copulationem antiquam ex copulante antiquo, & est species copulationis diuersa ab ea, quæ est in generabi-
C libus, & corruptibilibus. Et omnia quidem ista sunt loca magnæ speculationis. Quod autem ponunt, ꝙ ista attributa, non constituantur ex eis substantia, non est verum. nam omnis substantia, quæ perficitur attributis, quibus erit magis perfecta, & magis electa, substantia illa consistit cum attributis illis, quemadmodum per scientiam, & posse, & voluntatem sumus entia nobiliora entibus non scientibus, & substantia nostra, in qua existunt ista attributa est communis nobis, & inanimatis, quæro quomodo erunt hæc attributa accidentia, sequentia substantiam nostram? hoc totum quidem est ex sermone eius, qui non est peritus in attributis essentialibus, & accidentalibus.

In antiquis non est agẽs secundũ apparentibus nobis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et aliquando dicunt in vituperatione prolationis alio modo. & dicunt hoc inducit vt sit primum indigens his at-

tributis, & non erit sufficiens simpliciter. nam sufficiens simpliciter no indiget alio. Deinde dixit dubitans eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hic est sermo disputatiuus in vltimitate debilitatis. nam attributa perfectionum non separantur a substantia perfecta, ita quòd dicatur quòd indigent alio. &, cum non cessauit, nec cessabit esse perfectum in scientia, & posse, & vita, quomodo ergo indigebit alio, aut quomodo possunt proferre de continuatione perfectionis indigentiam? & est, sicut sermo dicentis, perfectum est id, quòd non indiget perfectione. Et, si dicet, indigens attributis ad perficiendum seipsum est diminutum, dicetur quidem, sicut nihil est vt sit perfectum, nisi sit perfectio in se, sic nihil est vt sit sufficiens, nisi sit ei attributum, quod aufert indigentias in se. quomodo ergo remouentur attributa, quibus perficitur deitas, his talibus imaginationibus verborum?

AVEROES.

Perfectũ est duplex.

AIt Auer. Perfectum autem est duplex, perfectum in se, & perfectum attributis tribuentibus ei perfectionem. & illa attributa necesse est vt sint perfecta in se. nam, si essent perfecta per attributa perficientia, etiam interrogaretur de illis attributis an sint perfecta ex se, aut ex aliis attributis, & deueniret ad perfectum ex se. perfectum vero per aliud indiget necessario secundum radices praecedentes, cum concedantur aliquo tribuente ei attributa perfectionis. sin autem, esset diminutum. Attamen perfectum ex se est in ente ex se, & conuenit vt sit ens ex se perfectum ex se. si autem est hic ens ex se, necesse est vt sit perfectum ex se, & sufficiens ex se. sin autem, esset compositum ex substantia diminuta, & attributis perficientibus substantiam illam. &, cum sic fuerit, ergo attributum, & id, cui attribuitur, est idem: & quod attribuitur ei ex actionibus, quae inducent vt proueniant ab attributis separatis, in eo est relatiue.

ALGAZEL.

AIt Alga. redarguens Philosophos. O quantum est inconueniens vt simus nos, & Deus glo. in hoc aequales, scilicet quòd perfectio est substantiae nostrae per attributa perficientia. Si autem dicet cum constitutis substantiam, & attributum, & existentia attributi in substantia est compositio, & omnis compositio indiget componente, quare non admittimus quòd primum sit corpus, quia est compositum? Dicimus quòd sermo dicentis omne compositum indiget

A componente est, sicut sermo omne inuentum indiget inuentore. &, sicut dicitur de eo primum est antiquum ens, non habens causam, nec inuentorem, sic dicitur, id, quod attribuitur ei, attributum est antiquum, & non est causa substantiæ eius, nec attributorum eius, nec existentiæ attributorum in substantia eius, sed totum est antiquum sine causa. corpus vero impossibile est vt sit primum. ipsum nanq; est innouatum, ex eo quòd non euadit ab innouationibus, & qui non constituit ei innouationes corporis, non est necesse ei vt concedat quòd sit causa prima corpus, vt sequitur hoc vobis in eo, quod sequetur postea.

AVEROES.

Ait Auer. Compositio autem non est sicut esse. nam compositio est sicut moueri, scilicet attributum possibile, additum substantiæ rerum recipientium compositionem. esse vero est denominatio, quæ est ipsamet substantia. & qui aliter dicit, errat. compositum autem non diuiditur ad compositum ex se, & compositum ex alio. & necesse est vt deueniat ad compositum antiquum, vt deuenit in entibus ad ens antiquum. & iam locuti sumus de hac disputatione in multis locis. Vlterius, cum fuerit, sicut diximus quòd compositio sit quid additum esse, potest aliquis dicere si reperitur compositum ex se, erit motum ex se: &, si erit motum ex se, erit priuatum ex se: quoniam esse priuati est exitus eius, quod est in potentia ad actum. & sic est de motu & moto, & non est sic de esse: quoniam ipsum non est attributum additum substantiæ, & omne ens, quod non est aliquando in potentia, & aliquando in actu, est ens ex se, & esse moti est vt sit cum potentia motiua, & ideo indiget omne motum motore. Attamen responsio in hac disputatione est quòd compositum aut erit quælibet pars partium eius, ex quibus componitur, conditio in esse sui socii duobus modis diuersis, sicut est in compositis ex materiis, & formis apud Peripateticos: aut non erit quælibet earum conditio in esse socii sui: aut vna earum est conditio in esse alterius, & altera non erit conditio in esse primi. prima autem pars impossibile est vt sit antiqua. nam compositio ipsa est conditio in esse alterius, & impossibile est vt partes sint causa compositionis, nec compositio causa sui ipsius. & ideo talia composita sunt generabilia, & corruptibilia: & impossibile est eis vt sint absque agente, quod extrahat ea a priuatione ad esse. Secunda vero pars, scilicet q nulla duarum partium sit conditio in esse socii, hæ tales, cum non fuerint in natura vnius earum vt sequatur ab alia, non componentur, nisi cum compositore extra eas: cum compositio non sit de natura earum, qua cõstituitur substantia earum. si vero natura earum determinaret compositionem, & sunt ex se antiquæ, necesse est vt compositum ex eis sit antiquum. quare impossibile est ei vt sit sine causa tribuente ei vnitatem: quoniam impossibile est reperiri aliquid an-

Compositio non est sicut esse.

tiquum, cui sit vnitas per accidens. sed, si esset vna earum conditio in esse alterius, & altera non est conditio ei, sicut est in attributo, & eo, cui attribuitur non essentiali: si quidem id, cui attribuitur, est antiquum, & de natura eius est vt non separetur ab eo attributum: tunc compositum est antiquum. &, cum sic fuerit, impossibile est vt concedat aliquis esse compositum antiquum. Sic ædificatur via sectæ Assariæ, quòd omne corpus est innouatum. nam, si esset compositum antiquum, reperientur accidentia antiqua, quorum vnum est compositio: q̃m fundamentum, supra quod ædificant necessitatem innouationis accidentium, est quia non sunt partes, ex quibus componitur corpus apud eos, nisi post separationem. &, cum admittunt compositum antiquum, possibile est vt reperiatur aggregatio, quam non præcedit separatio, & motus, quem non præcedit quies. &, cum hoc fuerit possibile, tunc esset possibile vt reperiatur corpus, habens accidentia antiqua, & non est verificatum eis quòd id, quod non euadit ex innouationibus, sit innouatum. & adhuc etiam dictum est superius quòd omne compositum erit vnum ex vnitate reperta in eo. & hæc vnitas reperitur in eo ex aliquo, quod est vnum ex se. &, cum sic fuerit, tunc vnis in eo quòd est vnum, præcedit omne compositum. & hoc quidem agens vnum, si fuerit æternum, operatio quidem eius, quæ est influere omnia entia indiuidualia, quibus sunt entia distincta, est operatio continua æterna, non autem aliquando sic, & aliquando non. nam agens, cuius actio alligatur acto, hora quidem, qua exit a potentia ad actum, est agens innouatum necessario, & actum eius est innouatum necessario. agens vero primum habet alligationem acto continue, & actum miscetur ei potentia continue. Et secundum hoc debet intelligi dispositio Primi glo. cum omnibus entibus. & hæc quidem, cum impossibile est nobis declarare ea in hoc loco, dimittimus. nam intentio nostra est declarare quòd id, quod comprehenditur in hoc libro ex sermonibus, sunt sermones non demonstratiui: & plurimi eorum sunt sophistici: & maior gradus eorum est, vt sint topici. sermones enim demonstratiui sunt pauci nimium, & sunt inter sermonem tanquam aurum purum inter alia mineralia, & adamas inter gemmas, & redeamus ad id, in quo fuimus.

Nota de sermonibus demõstratiuis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et omnes viæ eorum in hac disputatione sunt imaginationes. Vlterius ipsi non possunt auferre omne id, quod attribuerunt substantiæ primæ. nam ipsi constituerunt ꝙ sit sciens, & necesse est vt hoc sit additum abstracto substantiæ. Et dr eis an conceditis ꝙ primum sciat aliud a seipso? & aliqui eorum sunt, qui concedunt aliud ab hoc, & aliqui dicunt non scit nisi seipsum. sed primum est id, quod elegit Auicenna. nam ipse putat quòd Deus glo. scit

A omnia specie vniuersali, quæ non ingreditur sub tempore, & non scit particularia, quorum comprehensio causat mutationem in substantia scientis. Nos autem dicimus aut scientia Primi de omnibus entitatibus generum, & specierum infinitarum est ipsamet scientia sui ipsius, aut alia. si dicitis alia, iam constituitis pluralitatem, & ruinatis fundamentum. si vero dicitis ꝙ sit eadem, non cognoscimini ab eo, qui ratiocinatur ꝙ scientia hominis de alio est alia a scientia eius de seipso, & de alio. & qui dicit hoc cum intellectu suo ex definitione eiusdem falsificatur in imaginatione aggregatio inter negationem, & affirmationem, & sic scientia de eodem. quia idem falsum est vt imaginetur de vna eadem re, ꝙ reperiatur, & non reperiatur. &, cum non erit falsum in imaginatione, vt consyderet scientiam hominis de se, & nescit aliud, ergo necesse est vt credat ꝙ scientia sua de alio est præter scientiã suam de se. nam, si esset eadem, tunc esset negatio sui negatio eius, &
B affirmatio eius. cum falsum fuerit ꝙ Socrates sit, & Socrates non sit, s. vt sit idem in eadem dispositione, & tamen non falsificatur tale in sciẽtia eius de alio cum scientia de se. & sic est in scientia Primi de se cum scientia eius de alio. nam possibile est vt imaginetur esse sui absque esse alterius. si autem similitudo est sic, tunc hæc imaginatio est falsa. & omnis, qui ex Philosophis concedit quòd primum scit aliud, necesse est vt constituat pluralitatem proculdubio.

Cum Auerro disputauit cum Alg. in vnitate primi, vult nunc disputare cum eo in scientia, & sapientia Dei, vt disputationis inscriptio ostendit: &, licet multę istarum quęstionum ordinem habere possunt, multę tamen non possunt inuicem colligari: cum disputationes istę sint eo modo, quo sunt ordinatę ab Alg. & primo proponit qualiter hęc disputatio non congruit, detestans ipsam, & dicẽs, ait Alga. quicunque insudauerit se philosophari, in hoc summa est phantasia, id est, est labor phantasticus. (Eo quod ipsi.) Eius, quod dixit, rationem assignat, dicens, eo quod ipsi nequeunt remouere omnia, quę substantię attribuuntur, i. q̃a ipsi non possunt saluare substantiam primi simplicem esse, si ei scientiam attribuunt: quod declarat. d. ipsi enim asserunt ipsum Deum scientem esse. Tunc ostẽ-
C dit qualiter non possunt saluare simplicitatem substantæ. d. & sequitur eos, ꝙ hoc sit additum super definitam Dei substãtiam: & sic patet prima causa, quare labor hic phantasticus est. Debes scire primo, ꝙ sciẽtia omnis est attributum, & quodammodo additum ei, cuius est, cum sit extra essentiam & quiditatem illius, vt patet in intellectu hominis: inquit modo Alga. ꝙ labor iste est ociosus & phantasticus, eo quia imponit Deo attributum additum essentię primi, & per consequens multitudinem quandam, & tollit summam simplicitatem: & nullus philosophorum potest saluare simplicitatem primi cum scientia eius, cum illius non possit haberi sana & perfecta cognitio, nisi ex effectibus, vbi scientia & sciens sunt diuersa: & sic patet prima causa, cur hæc phantasia dici potest. Secundo debes scire, quod phantasia, vt dicit philosophus primo Priorum in prologo, est virtus sensitiua interior, mediante qua cognitiua componit rationes sophisticas, id est, apparentes, & non existentes: &, quia hęc perscrutatio appatet imponere compositionem ipsi primo, quę non inest ei, ideo potest dici phantasia: & sic patet sensus illius. (Et potest dici.) Nunc ostendit difficultatem quęstionis alio modo. Et debes scire, vt colligitur secundo Meta. in principio, & videtur plana sententia Auer. commen. primo, quod difficultas cognoscendi potest esse ex parte rei, & ex parte nostri modi cognoscendi: cum igitur declarauit difficultatem ex parte rei, ostendit illam ex parte nostri modi cogno-

Quid sit phantasia.

scendi, & narrat multorum opiniones, & ait: & potest etiam dici taliter primo a vobis philosophis, vtrum o philosophi, vos concederitis ꝙ primum principium sciat aliud pręter seipsum? Cui apponit statim opiniones. d. quare quidam ipsorum afferunt hoc, id est, Deum scire aliud pręter ipsum, & aliqui negant & dicunt quod ipse nescit nisi seipsum. (Auicen. tamen.) Quia dixit opiniones secundas in generali, specificat illas: & primo narrat opinionem Auicen. d. Auicenna tamen opinatus est, quod Deus benedictus sciat omnia modo vniuersali, tempore non ingrediente, id est, tali modo, quod abstrahat a tempore, et loco: & quod ipse ignorat particularia, est ergo opi. Auicē. quod Deus scit omnia vniuersali, prout abstrahit a loco, tempore, & alijs appendicijs, & ignorat particularia, vt indiuidua sunt in loco, & reliquis materię cōditionibus posita. (Quia sequitur.) Quod dixit probat. d. quia sequitur ex particularium scientia permutatio in substantia Dei scientis. Quę consequentia non declaratur hic, attamen potest declarari ex dictis eius, tertio de Anima. com. 5. & in libro de Somno: duas propositiones: quarum prima est, omnis potentia comprehendens singularia singulariter, & indiuidualiter, permutatur: cuius ratio esse potest, quoniam comprehendens singularia singulariter, & signate, est virtus in materia, vt dictum est, & declaratum in libro de Somno: secunda propositio, potentia intellectiua Dei est sciens, per aduersarios, singularia & signate, & indiuidualiter: ergo intellectus Dei est permutabilis: & sic patet consequentia. (Vnde dicimus.) Cum adduxit opiniones, vult per viam diuisionis colligere opiniones, quę possunt dici in hoc quęsito, & dicit: vnde dicimus quod scientia Dei in omnibus generibus, & speciebus, quę finitę sunt, aut eadē est quod scire seipsum, aut differt. Si differt, ergo ponitis pluralitatem in Deo, quod est cōtra nostrum argumentum. Deinde declarat secundum membrum. d. si est eadem, s. sua cum substantia primi, ergo nulla erit distinctio inter hoc, & opinionem dicentem scire seipsum idem est quod scire alia pręter eum, & sic illę opiniones non erunt diuersę. (Et impossibile.) Declarat consequentis impossibilitatem. d. & impossibile est imaginari, quod scire ipsum seipsum non differat ab ipsius sciētia in alijs pręter eum: impossibile est quod scire alia, & scire seipsum non differunt: propter quod concludit. d. & ideo meditandum est, quod scire seipsum differt a scire alia pręter eum. Hoc probat. d. si enim esset vnus, & idem, sequitur quod esset id, quod affirmaret affirmationem suijpsius illud, quod negaret negationem suijpsius. i. sequitur ꝙ idem affirmatur, & negatur de eodem: quod ostendit esse impossibile. d. impossibile est enim, quod Plato sit, & quod priuetur in vno & eodē tempore. i. quod idem numero simul sit, & non sit. Sed, quomodo teneat cōsequentia Auer. declarat, & accipit duo: quorum primum est hoc, quod dicit: sed hoc non est impossibile scire seipsum, cum scire alia pręter eum: similiter, non est impossibile Deum benedictum scire seipsum cum scire alia pręter eum. secundum est, possibile est nanq; imaginari esse ipsius substantię pręter esse cuiuscunque alterius, quoniam substantia Dei est absoluta. Ex his duobus arguo consequentiam. si Deus scit se: ergo potest non scire alia. ponitur in esse: ergo ignorat alia: & sic se habet negationem aliorum. Tunc vltra. si Deus scit se, possibile est scire alia: ponitur in esse: ergo habet affirmationem aliorum: ergo vnum & idem affirmatur & negatur: hoc totum patet ex iam dictis, ideo concludit. d. tandem supponimus quod quicunque philosophorum meditatus sit, quod Deus sciat entia pręter eum, necessario concludit pluralitatem in Deo. Et sic patet difficultas ex parte nostri modi cognoscendi, & sententia tota textus.

Virtus ĩ materia cōprehēdit singularia.

A V E R O E S.

AIt Auer. Summa huius sermonis est quæstio contra dicentem ꝙ primum scit seipsum, & intelligit aliud: quoniam scientia scientis seipsum est diuersa a scientia scientis aliud. Quæ quidem

A quidem est sophisticatio. quoniam ex hoc intelliguntur duo, quorum vnum est vt sit scientia Socratis de seipso indiuiduali scientia eius de alio. & hoc nullo pacto potest esse verum. secundum vero est, vt sit scientia hominis de alio, vt sunt entia, scientia eius de se. & hoc est verum. Et declaratio eius est. quoniam nihil aliud est substantia eius, nisi scientia eius de entibus. &, si esset homo, vt alia entia, & sciret quiditatem suam sibi propriam, & esset quiditas eius scientia rerum, tunc scientia hominis de se necessario esset scientia eius de aliis rebus. nam, si esset alia, tunc substantia eius non esset scientia de rebus. & hoc manifestum est in artifice. nam substantia eius, qua appellatur artifex, non est aliquid nisi scientia sua de artibus. cum autem dixit, nam si scientia eius de se esset scientia eius de alio, tunc negatio sui esset negatio eius, & affirmatio sui affirmatio eius idest. ꝙ, si esset scientia hominis de se, scientia eius de alio, tunc homo, cum non sciuerit aliud, non sciet seipsum, scilicet cum ignorauerit aliud, ignorabit seipsum. &, cum sciuerit aliud, sciet seipsum.
B Attamen est sermo verus aliquo modo, & falsus aliquo modo. quoniam quiditas hominis est scientia, & scientia est scitum aliquo modo, & aliud à scito aliquo modo: &, cum ignorat scitum, tunc ignorat aliquam partem sui ipsius: &, si ignorauerit omnia scita, ignorabit se ipsum. & negare hanc scientiam de homine est negare scientiam hominis de se ipso. nam, cum auferetur à scientia scitum, ex eo quòd scitum & scientia sunt idem, tunc auferetur scientia hominis de seipso. scitum autem, ex eo quòd est aliud à scientia, est præter hominem. & non sequitur ex ablatione huius scientiæ ab homine ablatio scientiæ hominis de seipso. & sic est in indiuiduis. nam non est scientia Socratis de Platone anima Socratis, quare scit Socrates seipsum, cum ignorātia eius de Platone.

Nunc Auer. vult examinare sententiam Alga. & primo exponit mentem
C eius. d. dicimus nos, quod horum verborum sententia est, quod ipse arguendo contra id, quod primum principium intelligit seipsum, & alia entia præter eum: declarat sic, scientia scientis in seipso differt a scientia suiipsius in alijs. hæc est abbreuiatio opinionis Alga. (Sed nos.) Nunc vult declarare peccatum Alga. & primo proponit illud. d. sed nos dicemus quod hæc est sophisticatio. Quod declarat. d. hoc enim scilicet scientiam scientis seipsum differre a scientia aliorum dupliciter potest intelligi, & non exponit illos. Attamen scire debes, quod scire Deum seipsum, & alia id est, ꝙ scientiam sui & aliorum esse vnam & eandem potest dupliciter intelligi. Vno modo simpliciter secundum subiectum, & modum: &, sic non est verum. Alio modo secundum subiectum, non tamen secundum modum: & hoc est verum, quoniam Deus scit se, prout essentia eius est intellectus, & scientia suijpsius: scit alia, prout est causa aliorum, vt dictum est disputatione tertia maxime in solu. 18. dubij. ergo scientia suijpsius, & scientia aliorum in subiecto idem sunt, in modo tamen differunt: & per consequens, patet qualiter illas scientias differre est dupliciter. vno modo in subiecto, & modo. Alio modo in modo tantum. Auer. ergo tacet ista duo membra differentiæ, & ponit vnum membrum identitatis. vno modo sup. dicuntur idē ꝙ scire entia præter eum idem est quod scire seipsum. i. in subiecto & re, licet in modo differunt: & hoc manifeste est verū. (Et declaratio.) Et hoc verificat. d.

Deū scire se & alia pōt dupliciter intelligi.

& declaratio huius, quia ſcire ſeipſum non eſt aliud niſi ipſum ſcire entia in ſubiecto. ſup. & ſubſtantia, eo quod ipſe, vt ens abſolutum, & ipſe, vt cauſa aliorum, vnum eſt in ſubſtantia & ſubiecto. (Vnde, ſi homo.) Hoc idem probat exēplo. d. vnde, ſi homo ſimilis fuerit alijs entibus. i. ſi homo in communi ſit natura entium, & per conſequens omnibus ſimilis in virtute eis, & per caſum ipſe ipſius quiditatē propriam ſciret, ſcire ipſam propriā quiditatē idem eſt, quod ſcire alias res neceſſario: cuius rationem ait, d. ſi enim diceret, eſſet eius ſubſtantia hominis præter eius ſcientiā: quod relinquitur tanquā inconueniens. Debes ſcire, quod homo cōis eſt omnibus indiuiduis ſimilis, cū ſit eſſe omnium indiuiduorū, & ideo dicit Auer. ſi homo in cōi eſſet natura intelligens eſſentiam propriā, & omnia indiuidua cōtenta ſub eo, ſequitur illud. (Et hoc.) Declarat quis iſte homo eſſet ille, in quo ſcientia nō differt a ſcientia aliorū de facto. d. & hoc vnde patet in artifice: quia eius ſubſtantia, qua differt artifex, in quantum artifex a rebus factis, non eſt aliud in ſubiecto niſi ipſum ſcire res finitas, vel factas, vt habet alia translatio. Debes ſcire, ꝙ exemplum iſtud valde eſt conueniens: qm̄ artifex, vt artifex, poteſt dupliciter conſiderari. vno modo abſolute, alio modo vt artifex potēs cauſare res artificiales. primo modo ſciētia artificis ſuijpſius differt a ſcientia aliorū in ſubiecto, ſecūdo modo, non differt niſi in modo: vnde homo, vt homo, & homo, vt artifex, vnū ſunt in ſubiecto, & differunt in modo. ſic ſcientia ſui vt homo, & ſcientia aliorū, vt ipſe eſt artifex, ſunt vnum in ſubiecto, & differunt in modo: applicando ad propoſitum ſic, Deus poteſt conſiderari vno modo, vt ens abſolutum, alio modo vt prima cauſa, & primus finis, & prima forma. dico ergo ꝙ ſcientia ſuijpſius vt Deus, eſt vna in ſubiecto cum ſcientia, quā habet de alijs, ꝓut eſt cauſa, & prout, eſt forma, & finis: & licet hoc exēplū ſit multū conueniens, attamē differt aliqualiter, & eius differentiā conſidera tu. (Sed id, quod.) Nunc vult examinare ſecundū dictū Alga. & primo proponit illud, ſecundo ibi, (Sed hoc eſt.) Verificat ipſum vno modo, & falſificat ipſum alio modo. dicit ergo: ſed illud, quod dixit. ſ. ꝙ ſcire ipſum idē eſt, quod ipſum ſcire alia, eſt neceſſario affirmatio ſua, non autem affirmatio ſuijpſius, & ſimiliter de negatione dicatur. Debes ſcire qđ, vt dictū eſt, Deus ſcit ſe, & alia, ergo affirmationem habet, & poteſt habere negationem: quoniam poteſt ſcire ſeipſum, & ignorare alia. ergo negationem ſequitur vnius eſſe affirmationem & negationem. (Si intendit.) Nunc arguit contra illud. d. ſi intendit vere hoc, ꝙ ſcire ſeipſum idem eſt ꝙ ſcire alia, ſequeretur ꝙ, quando ſup. per poſsibile, vel impoſsibile ignoraret alia, ignoraret & ſeipſum, & quando ea ſciret, ſeipſum ſciret: & ſic patet hoc. (Sed hoc.) Nunc verificat illud vno modo, & falſat alio modo: & primo proponit hoc. d. ſed hoc eſt verum aliquo modo, & aliquo modo eſt falſum. Quod declarat, dando exemplum de homine ſuperius poſito. d. quiditas namque hominis ſup. in communi eſt ſcientia ſup. aliquo modo in ſubiecto, & ſcientia eſt ſcibile aliquo modo. i. & ſcientia ſuijpſius eſt ſciētia omnium indiuiduorū aliquo modo, & differt ab eo alio modo: qm̄ ſcire hominē in communi eſt ſcire oēs homines, prout habent eſſe in illo vno, non tamen omnibus modis. ſ. indiuidualiter, & ſignate: & tunc concludit, ergo quando ignorat quodđ ſcibile, id eſt aliquod indiuiduum hominis, ignorat ipſe homo eius partem ſubiectiuam: & , ſi forte omnia ſcibilia ignoraret, ignoraret ſeipſum totaliter, eo quia natura hominis non eſt alia a naturis indiuiduorum, ergo remotio huius, id eſt ſcientiæ indiuiduorum ab homine eadem eſt, quod remotio ſcientiæ hominis a ſeipſo: cuius rationem ait, quia quando remouetur ſcibile de ſciente, inquātum ſcibile, & ſcientia ſunt vnum & idem, remouetur ſcientia hominis a ſeipſo: ergo, ſi remouetur ſcientia indiuiduorum hominis, & ſcientia illorum eſt eadem in ſubiecto cum ſcientia hominis in communi, ambæ remouentur. Patet ergo plane quod ſcientia hominis ſuijpſius, & aliorum ſunt vnum in ſubiecto, & differunt in modo. quod ſint idem in ſubiecto patet, quoniam ablatio vnius infert ablationem alterius. quod differunt in modo oſtendit. d. ſed id, quod eſt in quantum differt a ſcientia, tunc differt ab homine, id eſt ſed natura hominis, prout differt a ſcientia aliorum, tunc differt ab homine, id eſt ſcientia hominis, & aliorum

A rum differunt in modo tantum. Quia quis poſſet dicere, ergo ſtat hominem in-
telligere ſe, non intelligendo alios homines: &, ſic idem quod prius. hoc remo-
uet. d. & non infert remotio, id eſt differentia huius ſcientiæ ab homine remotio
nem ſcientiæ hominis a ſeipſo, id eſt non ſequitur ſcientia hominis. vt homo dif-
fert in modo a ſcientia aliorum indiuiduorum. ergo ſtat hominem intelligere ſe,
& ignorare alia. Hoc idem declarat ſpecialiter. d. & ſimiliter in indiuiduis ſe-
quitur: non enim ſcire Petrũ Galenum idem eſt quod Gale. &, ideo Petrus ſcit
ſeipſum ignorans Galenum. attamen ſcientia Petri non differt ſpecie a ſcien-
tia Galeni. applicando modo ad propoſitum: patet intellectio in Deo, qualiter
ſcientiæ illæ, ſcilicet ſuiipſius, & aliorũ ſunt vnum in ſubiecto, & duæ in modo,
& qualiter non valet cõſequentia Alga. ſ. quia illæ differũt. ergo ſtat Deũ intel
ligere ſe nõ intelligẽdo alia, vel econtra intelligere alia, non intelligẽdo ſe.

Sed, circa dicta accidit quæſtio: qm̃, licet Deus, vt ens abſolutum, **Dubitatio.**
& a materia ſeparatum, idem ſit cum eo, vt prima omnium cauſa, attamen acci-
pitur Deus in illo priori, in quo eſt ens abſolutum, cum tunc intelligat ſe, an in-
telligat alia, vel ignoret alia. &, ſi intelligit alia: ergo ſcientia eius, & aliorum
erit vna omnibus modis. ſi ignorat alia: ergo habebit negationem, & affirma-
tionem, i. ignorantiam & ſcientiam aliorum, vt dixit Alga. Dicendum, vt dicit
Auer. 12. Metaphy. commen. 51. in fine. quod id, quod non eſt innatum diſponi **Solutio.**
B per ſcientiam, non eſt innatum diſponi per ignorantiam: dico ergo quod in illo
priori Deus ſcit ſe tantum, & alia non ignorat, nec ſcit: attamen alia non ſcit:
ſicut lapis nec eſt cæcus, nec videns, ſed bene non videns. Sic Deus in illo ti- **Differt non**
gno nec ſcit alia, nec ignorat, ſed bene non ſcit: & ſic, per hoc patet ſolutio ad **ſcire ab igno**
argumentum. non enim eſt inconueniens Deum ſcire ſe tantũ, & non ſcire alia: **rare.**
ſed eſſet incõueniens Deũ ſcire ſe, & ignorare alia: &, quia Alg. non diſtinxit
inter nõ ſcire, & ignorare, ideo latuit ſolutio huius quæſtionis, & intulit vnum,
quod reputat inconueniens, quod tamẽ bene intellectum eſt neceſſarium.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit ipſum non ſcit aliud prima inten-
tione, ſed ſcit ſeipſum, quia eſt principiũ omnium, & copula-
tur ei ſcientia totius ſecunda intentione, cum impoſsibile ſit
ei ſcire ſeipſum, & neſcire ꝙ ſit principiũ alterius. nã verificatio ſui eſt
eſſe principiũ alterius: & impoſsibile eſt ſcire ſe eſſe principiũ alterius,
C niſi ingreſſum fuerit illud aliud in ſcientiam eius vniuerſaliter, & cõ
ſecutiue. & non eſt inconueniens quin ſubſtantiæ eius ſint conſequen
tia. & hoc quidem non facit pluralitatem in quiditate ſubſtãtiæ, im-
poſsibile vero vt ſit in ipſa ſubſtantia pluralitas. Et reſpondetur ei
multipliciter, & primo ꝙ, cum dicitis ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium,
eſt induſtria quædam veſtra, & imaginatio. ſed oportet vt ſciat eſſe
ſui. ſcientia autẽ ꝙ ſit principium eſt addita ſcientiæ de eſſe eius. nam
principium eſt relatiuum ſubſtantiæ: & poteſt ſcire ſubſtantiam, &
neſcire relationem principii ad ſubſtantiam: & poteſt ſcire ſubſtãtiã,
& neſcire ꝙ ſit principium: nam eſſe principium, & eſſe ens, ſunt duo
diuerſa. & ſicut poſsibile eſt vt ſciat homo ſeipſum, & neſciat quòd ſit
cauſatum: nã ſcire ꝙ ſit cauſatum eſt relatio eius ad cauſam: ſic eſſe ip-
ſum glo. principium, & eſſe cauſam, eſt relatio eius ad cauſatum. &
conſequentia eſt bona in abſtracto, cum dicunt ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe
principium. in eo enim, eſt ſcientia de ſubſtãtia, & principio, quod eſt

relatio: & relatio est diuersa à substantia: & scientia relationis est diuersa à scientia substantiæ, ratione, quam diximus: & est quia possibile est vt imaginetur scientia de substantia præter scientiam de principiis, & impossibile est vt imaginetur scientia de substantia præter scientiam de substantia: nam substantia est vna.

Hic Algazel. inducit primo vnum modũ dicendi quorũdam philosophorum, secundo ibi. (Sed ad primum.) soluit. In primo duo dicit, quorum vnum sequitur ad alterum: & primũ est, quod Deus scit se dupliciter: prout est ens absolutum a materia & motu, &, sic scit se tantum. alio modo, prout est principium totius entis, & sic secundaria intentione scit alia, eo quia esse principium est additum post substantiam, & per consequens secundaria intentione scit alia: inquit ergo, Ait Algazel & si forte aliquis diceret quod ipse Deus ignorat alia prima intentione, id est, quod ipse, absolute cõsideratus, scit tantum se, & alia ignorat, vt sic. Sed, quia scit se, prout est principium totius generis entis, sequitur quod sciat totum ens secundaria intentione. (Impossibile.) quia dixit, quod scit alia secundaria intentione, & quis posset dicere, an scire se esse principium addat aliquid substantiæ absolutæ eius, cum dicant philosophi quod sic, & adducit Alga. rationem eorum dicens, impossibile est enim, quod sciat seipsum esse principium totius, & hoc non inferat pluralitatem in quiditate substãtię Dei: modo hoc destruunt philosophi, dicentes, veruntamen impossibile est quod ... in substantiam et, id est, ipsius Dei pluralitas: ergo falsum est Deum scire ... secundaria intentione, prout est principium totius entis. (Sed ad primum.) soluit Alga. argumentum illud, & primo declarat primum dictum: in ... declarat secundum dubium. In prima ergo parte intendit declarare, quod ... scit se absolute, & scire alia, prout est principium aliorum, est quid additum ... essentiæ, & ait. Sed ad primum respondendum est: quod, quando dicitis quod ipse scit quod est primum, est quædam euasio, vult dicere quod Deum scire se prout est principium tantum, & non absolute, est quædam euasio, non tamen solutio vera: quod declarat, dicens, immo pertinet quod ipse sciat esse suipsius prima intentione, sed quod ipse sciat quod est principium, est sine dubio, quid additum super substantiam, vel vt habet alia litera, super scientiam suipsius: cuius rationem dicit, principiatio nanque est quid relatum ad substantiam, & sic sequitur illud esse additum substantiæ dei. (Et postquã.) cum dixit illud, infert vnum, quod supra tetigit, dicens, & postquam adinuicem differunt, id est, scientia sui, prout est ens absolutum, & scientia eius, vt est principium, differunt, potest ignorari quodlibet istorum sciri sine alio: cuius exemplum ponit, dicens, sicut homo ... scire seipsum ignorans quod causatur, quia ipsum esse causatum est quid relatiuum: applicat modo ad propositum, dicens, similiter, in Deo scientia relationis differt a scientia substantiæ Dei: verificatum ergo est quod Deus, ita ens absolutum scit se, & ignorat se in illo pirori esse principium: ergo sequitur id, quod iam dixit in dubio prædicto.

AVEROES.

Quo pacto intellect' nr̃, & ĩtellectus separatus intelligant.

AIt Auer. Sermo Philosophorum cum isto homine in hac disputatione ædificatur secundum radices, quas habent, de quibus necesse est prius loqui cum eis. Nam, cum conceditur id, quod posuerunt de eis, & existimauerunt ꝙ demõstratio induxit eos ad id, non sequitur eis aliqua harum consequentiarum suarum. Nam Philosophi ponunt quòd ens, quod non est corpus, est in se scientia tantum. quoniam ipsi tenent ꝙ formæ non sciunt, quia sunt in mate-

A riis:&, cum inuenitur aliquid, quod non sit in materia, notum est ꝙ scit. & hoc habetur ratione. quoniam inuenerunt ꝙ formæ materiales, cum abstrahantur in anima à materiis suis, fiunt scientia, & intellectus: & intellectus nihil aliud est, nisi formę abstractæ à materia. &, cum sic fuerit in eo, quod non est abstractum à radice naturæ suæ, id quidem, quod est abstractum a radice naturæ suæ, multo dignius est vt sit sciétia, & intellectus. & qm̄ intellecta rerum sunt verificatio rerum, intellectus nihil aliud est nisi comprehensio intellectorum, tunc intellectus noster est ipsummet intellectũ, in eo ꝙ est intellectum. & non erit alietas inter intellectũ & ipsam rem intellectam, nisi quia intellecta sunt intellecta rerum, quæ nó sunt in naturis suis intellectus, sed fiunt intellectus, cum abstrahit intellectus formas earum à materiis: & propter hoc non erit intellectus noster intellectum omnimode. si vero reperiatur aliquid absque materia, erit intellectus eius intellectum omnimode, & est intellectio intellectorum absque dubio. &, qm̄ B intellectus nihil aliud est nisi comprehensio ordinis rerum, quæ reperiuntur, & gradus earum, ideo necesse est, in eo ꝙ est intellectus separatus, vt non sustentetur in intellectione rerum, quæ reperiuntur in rebus, quæ reperiuntur, & retardetur intellectum eius eis. nam omnis intellectus talis sequitur ordinem repertum in entibus, & complet eũ: & ipse de necessitate diminutus est in eo, quod intelligit ex rebus. & ideo intellectus noster est diminutus in eo, quod determinat de natura rerum circa ordinem, & proportionem repertam in eis. &, cum naturæ rerũ sequantur secundũ rationem intellectus, & fuerit hic intellectus, qui est in nobis, diminutus in comprehendendo naturas entiũ, necesse est vt sit hic scientia cum ordine, & cũ proportione, quæ est causa ordinis, & proportionis, & scientiæ repertæ in quolibet ente. Et necesse est vt iste intellectus, ordo eius sit causa huius ordinis in entibus & comprehensio eius non denominetur de vniuersalibus, quanto C magis de particularibus. quoniã vniuersalia sunt intellecta entium, et posteriora eis. hic vero intellectus, entia sequuntur eum, & intelligit necessario entia, cum intelligit ex se ordinem, & proportionem repertam in entibus, non autem cum intelligit rem extra se. nam esset causatum ab ente, quod intelligitur, & tamen nullam habet causam: & esset diminutus: scientia enim rerum notitia vniuersali est scientia diminuta, quoniam est scientia eius, quod est in potentia. Cum autē intellexeris hoc ex opinione Philosophorum, intelligens ꝙ intellectus separatus non intelligit nisi seipsum, & intelligit seipsum, cũ intelligit omnia entia. intellectio enim eius nihil aliud est nisi ordo, & proportio, quæ est in omnibus entibus. & iste ordo, & proportio est ille, quē recipiunt potentiæ actiuę, habentes ordinē, & proportionem, repertam in omnibus entibus, & est id, quod Philosophi appellant naturã. nam videtur ꝙ omne ens habet operationes, quæ sequuntur ordinem intellectus, & proportionem eius. & impossibile est vt hoc sit per

Intellectio intellectus separati nihil aliud est, nisi rerũ ordo, atq; proportio.

accidens: & impossibile est vt sit propter intellectum similem intellectui nostro, sed propter intellectum superiorem omnibus entibus, & non est nec vniuersalis, nec particularis. Et, cum intellexeris hoc ex opinionibus Philosophorum, soluuntur tibi omnes dubitationes, quas fecit eis iste vir hic, &, cum posueris ꝙ intellectus, qui est ibi, est similis intellectui humano, valent illæ dubitationes prædictæ. nam intellectus, qui est in nobis, est is, cui euenit numeratio, & pluralitas: ille vero intellectus non euenit ei aliquid horum. nam est mūdus pluralitate eueniente his intellectis, & non imaginatur in eo alietas inter comprehendentem, & comprehensum. intellectus vero, qui est in nobis, eius comprehensio substantiæ rei est aliud à comprehensione eius, ꝙ sit principiū rei: & sic eius comprehensio alterius est alia a comprehensione sui aliquo modo. attamen est in eo similitudo illius intellectus: & ille intellectus est ille, qui tribuit ei illam similitudinem. nā intellecta, quæ sunt in illo intellectu, sunt remota à diminutionibus, quæ eueniunt huic nostro intellectui. ver. g. ꝙ intellectus sit intellectum, in eo ꝙ est intellectum. quoniā reperitur intellectus, qui est intellectum omnimode. nam omne id, cui reperitur attributum diminutum, reperitur quidem ei propter ens, cui est illud attributum perfectum. ver. g. id, in quo reperitur caliditas diminuta, reperitur quidem ei propter aliquid, quod est in caliditate perfecta. & sic quod reperitur intelligens intellectu diminuto, reperitur quidem ei propter aliquid, quod est intellectus intellectu perfecto. & sic omne, cui reperitur operatio intellectualis diminuta reperitur quidem ei propter intellectum perfectum. Et, cum fuerint operationes omnium entium operationes intellectuales perfectæ, & sapientes, & non sunt habentes intellectū, necesse vt sit hic intellectus, quo operationes entium sunt operationes intellectuales. & qui non intelligit hoc ex debilibus sapientum, est is, qui quærit vtrum primum principium intelligat seipsum, aut intelligat aliquid extra seipsum. &, si ponit ꝙ intelligit aliquid extra se, ergo sequitur vt perficiat seipsum per aliud. si vero ponit ꝙ non intelligit aliquid extra se, sequitur vt ignoret entia. Et mirādum est de istis hominibus, ꝙ ipsi auferunt attributa, quæ reperiuntur in Deo glo. & creaturis ex diminutionibus euenientibus creaturis, & ponunt intellectum nostrum similem intellectui, qui est in eo, & ipse est dignior omnibus in tali ablatione. & hoc sufficit in hoc capitulo. quare statim narrabimus sermonem huius viri in hoc capitulo, & declarabimus errorem euenientem ei.

Cum adduxit sententiam Algazel. vbi declarauit quod oportet omnino in Deo scientiam suipsius differre aliquo modo a scientia aliorum, & per consequens scire alia est quid additum essentiæ Dei, vult nunc soluere hoc, et declarare qualiter nulla est pluralitas in Deo, prout scit se & alia, nec secundum rem, nec secundum modum: & primo proponit quoddam, dicens, dicimus nos quod verba philosophorum cum Algazel. in præsenti quæstione, decet quod sint fundata super corū radices: concessis. n. Peripatheticorum præmissis, mox datur medium, id est, solutio consequentiarum positarū ab Algazel. (Vnde dicimus.)

A Nunc exequitur, & primo proponit vnum fundamentũ Peripatheticorũ. Deinde probat illud: inquit ergo, vnde dicimus quod manifeste apparet ex philosophorum conclusionibus, quod ens incorporeum est in se pura scientia tantum, id est, quod in abstractis a materia scientia est substantia scientis, & scibilis: & hoc est vnum fundamentum, quod proponit declarandum. Ipsi enim.) Nũc vult dare causam huius fundamenti, & primo narrat opinionẽ eorum, dicens, ipsi. n. opinati sunt quod formæ sunt inscientes, id est, non cognoscentes, prout consistunt in materia, id est, prout dependent in esse, & in conseruari a materia: & dicunt quod, si forte inuenitur aliquid non consistens in materia, id est, non dependens a materia manifestũ est quod est pura scientia: hæc est opinio eorum. (Et hoc.) Nunc probat hoc, & arguit per locum a maiori, hoc modo. Si res secundũ rem materiales, secundũ modum abstractæ a materia sunt quoquo modo scientiæ: ergo res omnino abstractæ a materia erunt, & simpliciter scientiæ: huius primo proponit antecedens: inquit ergo, & hoc patefit apud eos omni ratione: ipsi enim reperiunt formas naturales aliquo modo separatas a materia, & sunt pura scientia quodammodo, & quodammodo purus intellectus: & intellectus, id est, intellectio non est aliud in essentia a forma rerum separatarũ, hoc est antecedẽs & ponit consequẽs, replicãdo antecedens, dicens: vnde, postq̃ res, quæ de ipsarum naturis nõ separãtur, sic se habẽt, quãto magis illæ, quæ de natura earũ cõ-
B tinue separãtur, digniores sunt quod sint purus intellectus, & pura scientia: & sic patet fundamentum prædictũ. Illud ratione probabili probauit, quia difficile est probare ratione demõstratiua: vel quia accepit illud tanquã constans in libro de anima, & in Metaphy. Debes scire, quod hæc ratio potest deduci ad demonstratiuã hoc modo: qm̃ declaratũ est in libro Meteororum ab Auer. in capit. de galaxia, qđ omnino dispositio cõueniens pluribus per vnam causam, ei cõuenit magis, cui causa illius cõuenit magis. V.g. lucere competit toti cœlo propter aliquam densitatem corporis cœlestis, cũ igitur sol sit maxime densus, et ideo ei plus conuenit lucere: sic in proposito, quia esse scientiam idem cum scibili, & sciente competit naturæ propter esse abstractum a materia, ideo, quia datur aliquid simpliciter, & summe abstractum, ideo ei competit esse vnum, & idẽ cum scientia, scibili, & sciente: & sic hęc ratio potest hoc modo reduci ad vim demonstratiuam. (Et quia rerum intelligibilia.) Vult nunc concludere definitionem intellectus nostri, vt idem veniat ad propositũ de intellectu primi entis: vult ergo quod intellectus est rerum veritates, & syllogismus componitur sic. intelligibilia sunt rerum veritates: intellectus est intelligibilia: ergo intellectus est rerum veritates. huius primo ponit maiorem, dicens. & quia rerum intelligibilia eadem sunt quod rerum veritates: est ergo maior, intelligibilia sunt rerum
C veritates. Deinde ponit minorem, dicens, & intellectus non est aliud nisi comprehensio intelligibilium, id est ipsa intelligibilia comprehensiue. conclusionẽ propriam huic syllogismo non ponit: sed illud, quod sequitur ad illam, dicens est in nobis intellectus, & intelligibile vnum & idem, inquantum intelligibile est.

Sed in hoc syllogismo quæstio est circa maiorem, & quæstio circa minorem: videntur enim omnes falsæ: prima quidem, quoniam intelligibilia non sunt veritates, cum veritas sit vel conformitas intelligibilis ad intellectũ, vel econtra, vel in illa conformitate consistens. Secunda est, quoniam intellectus nec est intelligibilia, nec comprehensio intelligibilium, vt patet. Esset etiam quæstio in conclusione, sed ad proprium transferatur locum. Ad primam ergo debes scire, quod propositio continetur in terminis eius, sicut effectus in suis causis: veritas autem in propositione, sicut proprium in suo subiecto, vel sicut signatum in signo: ergo a primo ad vltimum veritas continẽbitur in terminis, vt effectus in causa remota: &, sic patet qualiter veritas est ipsum intelligibile: sicut planta est sol. non in prædicatione formali, sed virtuali, sicut communiter vtitur hic vir. Secundo debes scire, quod intellectus non est subiectũ intelligibiliũ inhæsionis, cum sit substantia pura, quæ recipere nõ potest, vt declaraui in libro meo de intellectu, est tamen subiectum appropriatio-

Dubitatio literalis.

Secunda.

Solutio.

nis, pro quanto omnia intelligibilia in eſſe cognito continentur in intellectu, &
quia ab illo comprehenduntur, & habent eſſe abſtractum: & ſic poteſt dici ipſa
intelligibilia, vel comprehenſio ipſorum intelligibilium, cum ſubiectum omne
denominari poſsit a ſua forma: ex his apparet maior, & minor, & quomodo in
telligantur, & qualiter, & patent ſol. queſtionum. (Et nulla.) Nunc vult conclu
dere qualiter intellectus diuinus eſt ſimpliciter idem cum intelligibili, & ſcien
tia eius: & primo proponit differentiam inter intellectum noſtrũ, & intelligibi
le. d. & nulla eſt ibi differentia, ſcilicet inter intellectũ noſtrũ, & intelligibile,
niſi inquantũ intelligibilia ſunt rerum intelligibilia, quæ de rerum natura non
ſunt intellectus, id eſt actu intellecta, immo ſunt intellectus, id eſt res actu intel
lectæ, prout intellectus ſeparat dictas formas a materijs ipſarum: ideo conclu
dit, & propter hoc intellectus noſter, & intelligibile non ſunt vnum & idem
omnimode: & litera, quæ ſequitur, eſt tranſpoſita, & debet legi ſic: quare intelle
ctus, non eſt aliud, niſi comprehenſio entium ſecundum ordinem, & ipſarũ gra
duationem: & hæc eſt concluſio ſyllogiſmi prædicti.

Prima quæſtio.

SED HIC eſt locus queſtionis: primo, quare intellectus et intelligibilia re
ta nõ ſunt idẽ in intellectu noſtro. Secundo, cur intellectus non eſt comprehen
ſio entium abſolute, ſed ſecundum eorum, ordinẽ, & graduationem. Ideo Do
debes ſcire. primo, ꝙ ſicut lumen eſt eſſentialiter, & formaliter viſibile, & per
eſſentiam. & colores ſunt viſibiles ratione luminis, & participatiue: ſic intelle
ctus eſt eſſentialiter & per ſe intelligibilis, & intelligibilia participatiue per

Duplex eſſe intelligibile habet.

participant intellectiuo eſſe, vt d. Auer. in cõ. 5. 3. de Anima, in fine. Intelligibi
le ergo duplex habet eſſe. vnum ſimpliciter, & eſt eſſe in materia. aliud ſecundum
quid, & eſt eſſe comprehenſum, vel eſſe cognitũ. quia igitur intellectus noſter
non eſt cauſa eſſe entis ſimpliciter, ideo non dicitur ſimpliciter idem cum intel
ligibili, quia vero eſt cauſa eius, prout habet eſſe ſecundum quid, ideo eſt idem
ei ſecundum quid, prout habet eſſe comprehenſum. & ſic patet primum, ſcilicet
qualiter intelligibile propter habere eſſe in materia incauſatum ab intellectu
differt aliquo modo ab intellectu noſtro, qui non eſt cauſa entis ſimpliciter ſed
intelligibilis eſſe. Secundo debes ſcire, ꝙ intellectus noſter, quia perficitur a
rebus, & non res perficit, ideo a re nobiliori denominatur nobilior intellectus,
& nobilioris intellectionis: vnde intellectus noſter nobilior eſt, ſi intelligat ele
mentũ ꝗ̃ materiã: & nobilior, ſi intelligat mixtũ inanimatũ ꝗ̃ elementũ, et no
bilior, ſi intelligat plantã ꝗ̃ lapidẽ: & breuiter, cũ nobilitetur a rebus, talẽ ordi
nẽ ſeruat in gradu perfectionis intellectus, qualẽ ſeruãt entia: qa vero intelle
ctus Dei perficit res, cũ ipſas cauſet, & ꝓducat, ideo in eo omnes res ſunt equa
lis gradus ꝑfectionis, & ęqualiter perfecta intellectione intelligit muſcã, & ho
minẽ, eo qa cauſat illas res, & nõ perficitur ab eis. Ex his patẽt duo, ſ. quare in
tellectus, & intelligibile ĩ nobis nõ ſunt vnũ, & idẽ ſimpliciter. Secũdo patet,
qualiter intellectus noſter non eſt aliud niſi entiũ cõprehenſio ſecundũ ordinẽ,
& ipſarũ graduationẽ. & ſic verificata ſunt dicta huius philoſophi. (Vnde ſi ali
quid.) ſicut dixi litera erat tranſpoſita: & hæc debet ſequi illam nunc expoſitã.
dico ergo ꝙ Auer. nunc ex differẽtia intelligibilis, & intellectus in nobis infert
propoſitũ. d. vnde, ſi aliquid fuerit ſine materia, id eſt aliquod intelligibile ſit ſe
paratũ a materia, tunc intellectus ipſius idẽ eſt quod intelligibile omnino, id eſt
intellectus, & intelligibilia ſint ſimpliciter ſine materia, tunc intellectus & in
telligibile ſunt vnũ ſimpliciter. (Immo neceſſariũ.) hic admouet queſtionẽ, poſ
enim quis dicere intelligibile a noſtro intellectu, & adeo eſt vnius rationis: ...
pis enim intellectus a nobis, & a Deo eſt vnius rationis, ergo in vtroque intel
lectu intelligibile differt ab intellectu. Reſpondet Auer. d. immo neceſſariũ e...
in eo, quod eſt ſeparatus intellectus, qđ non dependeat in ſua intellectione reru,
ſeu entium de illis, id eſt ab illis rebus: hoc probat, & intendit arguere in ſecun
da figura hoc modo. intellectus depẽdens in ſui intellectione a rebus, ſequitur or
dinem rerum, & perficitur a rebus, & deficit. ſed Deus non ſequitur ordinẽ re
rũ, nec perficitur nec deficit. ergo nõ depẽdet in ſui intellectione a rebus. ...
tangit maiorem, dicens, quilibet nanque intellectio ſic ſe habens, id eſt depẽdens

A in sui intellectione a rebus; sequitur necessario ordinem entis in eo, quod perficitur, & ideo deficit in eo, quod intelligit de eo. tacet minorem, quia patet. probat maiorem exemplo. d. sicut noster intellectus deficit in comprehensione naturarum rerum comprehensione, videlicet in ordine earum, vt dictum est: & per hoc patet solutio ad quæstionem. Quoniam intelligibile in Deo, & in nobis differunt ratione quoniam modus intelligendi differt: quoniam noster intellectus intelligit, prout mouetur a rebus. ille, prout mouet & causat res. ideo lapis intellectus a nobis, & a Deo sunt ratione diuersi. intelligitur enim a Deo, prout causatur: a nobis vero, vt causa: ideo in nobis habet esse in materia, in Deo habet esse simpliciter sine materia: & hæc est optima solutio huius quæstionis. (Vnde, si rerum.) ex his concludit propositum, & arguit enthimematice, cuius antecedēs sunt duę propositiones, & dicit. vnde, si rerum naturæ ordinem intellectus sequuntur: hęc est prima, & intellectus noster deficit de, id est a comprehensione naturarum entium: ponit nunc consequens, dicens, sequitur necessario ꝙ hæc sit scientia ordinata, quæ est sine dubio causa ordinis cuiuscunq; entium, & sequitur ꝙ hic intellectus sit ordo, ex quo causatur hic, id est in entibus ordo, & sequitur tertio, ꝙ ipsius ordinis comprehensio non denominatur de vniuersalitate, id est vniuersalis maxime, nec de particularitate, id est particularitatis: & sic
B patet enthimema, cuius antecedēs sunt duæ propositiones, & consequens tres propositiones. (Vniuersalia nanque.) probat consequentiam, & primo quantum ad tertiam partem consequentis. d. vniuersalia nanq; intelligibilium entium sequūtur entia, & sunt eis posteriora. & per hoc habetur ꝙ scientia Dei non est vniuersalis, quia tunc esset vniuersalium comprehensio, & sic sequitur ordinem entium. tacet autem probationem quantum ad alias partes consequentis, q̄m patet. sic enim entia intelligibilia sequuntur intellectum: non nostrum, quia ille sequitur entia, vt premissum est. ergo diuinum: & per consequens diuinus intellectus causat res in suo ordine, vt dictum est, propter quod dicit: & ille intellectus, quē entia sequuntur, intelligit necessario entia in eo, quod intelligit de seipso ordinem cuiuslibet entium, non quod intelligat aliquid extra se: cuius rationem dicit, quia enim causatur ab illo ente quod intelligit, & non esset causa illius entis intelligibilis. Patet ergo.) Nunc concludit fundamentum prędictum. d. patet ergo quod declaratio hęc sit philosophorum intentio, & cōcluditur ex ipsis prę missis ꝙ intellectus separatus, id est primi non intelligit nisi seipsum, & intelligendo seipsum intelligit omnia entia. (Quia intentio sua.) Nunc dat causam, quare intelligendo se omnia intelligit, & per consequens nihil extra se intelligit. Et syllogismus sic componitur. nullus intellectus intelligit extra se, cuius in
C tellectio recipit omnium entium virtutes, & ordinem in cūctis rebus seruat, hęc maior patet in suo contrario. videmus enim quod intellectus noster intelligit extra se, eo quia intellectio eius cōtinetur a virtutibus entium. ergo intellectus, cuius intellectio continet virtutes entium, non intelligit extra se. Huic maiori addo hanc minorem: sed intellectio Dei est huiusmodi, s. continens oēs virtutes omnium, & seruans ordinem in cunctis entibus, ergo intellectus Dei nihil intelligit extra se. huius non ponit maiorem, neq; minorem, sed probationem minoris tm̄. & subijcitur eius probatio consistere in syllogismo expositio, & sic componitur. ordo intellectiuus Dei recipit virtutes omnium, & ordinem in cunctis rebus seruat entium, id est continet virtutes omnium entium, intellectio Dei est omnium entium ordo: ergo intellectio Dei continet virtutes omnium entium, et seruat ordinem in cunctis: & hęc fuit minor. primo ergo proponit maiorem. d. quia intellectio sua non est aliud nisi omnium entium ordo, & iste ordo actiuas virtutes recipit, & ordines in cunctis entibus seruat: & hęc fuit maior. suppleas conclusionem, quę fuit minor syllogismi principalis, & addit nomen ordinis, & vocat apud philosophos scientia, id est iste ordo est scientia Dei, & intellectio Dei, & breuiter esse Dei. (Quilibet.) Nunc probat minorem per syllogismū. d. quilibet nanq; pōt inuestigare, quod quodlibet ens habet virtutes actiuas sequētes ordinem intellectus, i. quodlibet ens factum dependet a virtute, quæ est ordo ille Dei & ens illud est tale, sup. quod nullatenus per accidēs potest prouenire,

Intelligibile in nobis, & ī Deo differūt ratiōe, quia modus intelligendi differt.

neque causari potest ab intellectu nostro, vel simili nostro intellectui idest an-gelico, immo ab intellectu supra omnibus entibus nominabilibus: & per hoc pa-tet minor. vnde syllogismus pōt esse entimematicus, cuius antecedens sunt 2 propositiones, videlicet, quodlibet ens factum depēdet a virtute, q̄ est illic ca. & omne ens ꝓuenit a virtute intellectus diuini per se: ergo intellectio Dei est ordo contentus in mente Dei actiuas virtutes continens: & consequentia patet per se ex dictis, & addit Auer. & sup. illa scientia non est vniuersalis, nec parti-cularis: & hoc declaratū est, quibus habitis concludit intentū. d. vnde, declara-tis istis preambulis dictis nomine philosophorū, huius hominis dubia interna sunt in huiusmodi proposito. (Quia posito,) Assumpsit Auer. quod nullū ens fit ab in-tellectu nostro, vel simili nostro. hoc probat: & primo assumit qūo fiunt dubia Alga. contra philosophos, & dicit: quia posito, quod intellectus praefatus simile sit intellectui nostro, tunc surgunt Alg. dubia: quod declarat. d. intellectum enim nostrum sequitur numeratio, & pluralitas: & hec est quasi maior: assumit mino-rem. d. sed dictus intellectus, s. qui est omnium causa, non sic se habet, id est e accidit pluralitas, & numeratio: cuius probationem apponit. d. prout purus est & nudus ab omnibus entia consequentibus intelligibilibus, idest ab omnibus accidentibus, & entibus. ponit conclusionem. d. & ideo non est imaginandum quod in eo sit aliqua differentia inter comprehendens & comprehensum, & ad-dit, sed intellectus noster non sic se habet: quia, in eo dicta duo differunt aliquo modo. (Sed est quaedam) quia dixit intellectū nostrum, & diuinum omnino esse diuersos, ostendit inter eos aliquam conuenientiā. vbi primo apponit similitudi-nem, secundo declarat illam, inquit, sed est quaedam similitudo inter nostrum in-tellectum, & praedictum. Dicit quedam, qm̄ non est plenaria & totalis similitu-do: quod declarat. d. quia noster intellectus sumit illam similitudinem ab illo prae-fato intellectu. Vbi debes scire, quod in intellectu nostro est intelligibile, & intellectus vnum, & idem aliquo modo, inquit modo Auer. quod hoc habet no-ster intellectus a primo intellectu. V. g. lignum est calidum imperfecte, & q̄ est per accidens, ideo habet illum ab eo, quod est tale per se, vt est ignis. (Et de-claratio huius.) probat illud, & primo probat intellectum Dei habere illud. d. intellectus, & intelligibile sunt idem per se, & secundum sui essentiam. & ratio sic componitur. Intellectus habet intelligibile idem cum intellectu, cuius intel-lecta sunt pura, & nuda ab omnibus defectibus, qui nostrum intellectum sequun-tur. hec maior est nota. ponit minorem in litera, & dicit. & huius declaratio est, quia intellecta dicti intellectus sunt pura, & nuda ab omnibus defectibus, qui nostrum intellectum consequuntur: quod exemplo exponit, Verbi gratia, intel-lectus est intelligibilis, inquantum est intellectus: hic enim est intellectus, qui est intelligibilis omnimode: tunc apponas conclusionem, scilicet q̄ intellectus diuinus est per se, & per essentiam intelligibile, & intellectus. (Quicunque) Nunc probat propositum: & ratio sic componitur: omne ens per accidens & di-minute tale, habet reduci ad aliquod tale per se, & per essentiam: sed intellectus noster est intellectus, & intelligibile per accidens, & diminute: & intellectus Dei, vt probatum est, tale per essentiam & per se: ergo intellectus noster habet reduci ad diuinum, & habet esse tale per illud: huius primo accipit maiorem. d. quicquid enim quandam denominationem habet defectibilem, habet illam deno-minationem sine dubio ratione cuiusdam entis habentis illam denominationem perfecte: hec fuit maior: & hoc probat inductione. d. vt dicamus q̄ quicquid ha-bet calorem defectibilem, habet eum talem secundū cuiusdam calidi perfecti de-nominationem habentis. similiter, si aliquid diceretur viuens defectiue, diceretur si-ne dubio respectu cuiusdam perfecte viuentis, vt intelligentis, quod viuens dici-tur perfectissime. 12. Meta. com. 39. tacet autem minorem, & infert conclusionem. d. & ideo quicunque actum intelligibilem habuerit, habet eum sine dubio ratione perfecti intellectus: patet ergo, qualiter intellectus noster si est idem intelligi-bili, non est nisi per accidēs idem, per se autem est intellectus Dei. (Vnde, ratio-ra.) Nunc apponit correlarium consuetū dici apud philosophos, & dicitur, si opera omnium entium intellectualiter, et cum prudentia fuerint, & supra ...

A rintab habentibus intellectum, oportebit nos necessario ponere intellectum pu rum, a quo dicta opera sunt intelligibilia: & hoc est, quod dicit Themistius, quod opus naturę est opus intelligentiæ, vt narrat Auer. 12. Metaphy. com. 18. (Et est notandum.) Nunc vltimo apponit quid accidit ignorantibus hanc differentiam inter nostrum intellectum, & illum. d. & est notandum quod quicunque sapien tum hoc ignorat, conatus erit inuestigare vtrum primum principium intelligat seipsum tantum, aut aliud extra seipsum: si secundum istorum sup. dicatur, oportebit quod perficiatur in aliud, id est, ab alio: si primo modo, sup. dicatur, oportet dicere, & concedere eum quod ignoret entia: sed quia nos scimus differentiam, ideo stat quod intellectus Dei nihil intelligat extra se, & tamen non ignorat entia, vt dictum est sæpe: post apponit continuationem ad sequentia, & patet. Sed, circa finem huius capituli oportet digressionem facere, licet in sequentibus dicam amplius. Et primo, quomodo omne intelligens extra se perficitur ab intelligibili. Secundo, quomodo intellectus noster, & intelligibile sunt vnum per accidens: & intelligibile, & intellectus in Deo vnum per se. Tertio, quomodo intellectus diuinus intelligit omnia, eo quia intelligit ordinem omnium. Et quarto quare intellectio Dei nec vniuersalis, nec particularis: dixi de istis dubijs in tertia disputatione, & in lib. de intellectu, & in tertio de anima: attamen volo

Opus naturę est opus intelligẽtię nõ errantis.

Questio. 1.

Questio. 2.

Questio. 3.

Questio. 4.

B aliqua congregare, gratia maioris declarationis. Quinto, quomodo opus agentis naturalis sit opus intellectus Dei, & per consequens intelligentiæ, vt dicit Themistius. Et 6. quo questio Alga. est soluta. Quantum ad hoc, videtur dictum Auer. esse falsum: quoniam oẽs intelligẽtię intelligunt primam, & inferior intelligit superiorem, vt patet. 12. Meta. com. 36. & 44. & tamen non perficitur a prima, cum prima nihil causet in intellectu secundę intelligentiæ. In contrarium est Auer. Dicendum, quod semper intelligens oportet vt sit quodammodo simile intelligibili, vt omnes antiqui testificati sunt; est autem intelligens tribus modis secundum Auer. aliquod, quod intelligit prout est causa tantum omniũ, et sic primus intellectus omnia intelligit, eo quia est ordo & cã omnium, vt dicã: aliquod, quod intelligit prout est causatum tm̃, & sic intelligit intellectus noster: intellectus enim noster, cum sit infima intelligentiarũ tertio de Anima. com. 19. ideo causatur ab omnibus intelligentijs, & illas intelligit prout est causata in esse ab illis, & sic intelligendo se in sui essentia intelligit omnes, cum sit omnium effectus, similiter causatur & perficitur ab intelligibilibus omnibus, vt materia a formis, & sic causatur ab illis: ergo, vt causatum omnino intelligit: aliquod intelligens intelligit prout est causa & causatum respectu diuersorum, vt intelligentiæ mouentes stellas: intelligunt enim superiores, vt sunt causatę ab illis, & inferiora entia prout sunt causę illorum. Recollige ndo oĩa dicam, quod omne intelli-

Questio. 5.

Questio. 6.

C gens aliud perficitur, quoniam omne intelligens aliud causatur ab illo: & per consequens, cũ omne causatum perficitur a sua causa, hoc quidẽ in esse simpliciter, illud vero in esse secundum quid, patet qualiter omne intelligẽs perficitur ab intelligibili extra se: vnde intelligentia nostra ab intelligentia superiori perficitur essentialiter in esse, ab intelligibilibus perficitur in esse operationis, & secũdum quid: & sic patet solutio questionis in principio adductę: & tu videas in lib. de intellectu, quoniam plus declaraui istud, & in disputatione tertia: pro nunc autem sit dictum intantum. Quantum ad istud, videtur quod in nostro intellectu intelligibile, & intellectus sint vnum per se: qm̃. 8. Meta. prope finem dicitur quod ratio, quare aliqua sunt vnum per se, est, quia hoc actus per se, & illud potentia: modo intellectus noster est per se potentia intelligibilium, & intelligibilia per se actus intellectus, ergo intellectus & intelligibile in nostro sunt per se vnum. Præterea, tertio de Anima. com. 5. ex intellectu & intelligibili fit verius vnum quam ex materia & forma, sed ex materia & forma fit per se vnum. In oppositum est Auer. in solutione quæstionis. Debes scire, quod hęc quæstio potest habere plures intellectus: vno modo potest intelligi, an intellectus & intelligibilia materialia sint per se vnum. Verbi gratia intellectus noster cum quiditatibus omnium intelligibilium fiat per se vnum. Secundo põt intelligi, an intellectus noster, prout est intellectus, sit intelligibile, id est, esse intelligibile competit

Dubitatio.

per se ipsi intellectui, an ratione alterius. Tertio, an intellectus noster & intelligibilia sint vnum, id est, idem sensus: primus refertur ad vnitatem vnionis, secundus sensus ad vnitatem identitatis. His sensibus habitis, dicendum quod loquendo primo modo, ex intellectu & intelligibili fit verius vnum, quam ex intellectu & intelligibile in intellectu primi: quoniam omnis vnio duo requirit, s. diuersitatem vnibilium, & modum vnibilium: modo in nostro sunt ambo hęc: intelligibile enim, & intellectus sunt diuersa omnino, vt patet, eo quia intellectus immaterialis secundum se, & intelligibile per se in materia est, secundum modum extra materiam: & dictum est tertio de anima sæpe. Habet et modum vnibilium. Sunt enim aliqua, quę vniuntur inuicem per medium, vt materia & forma per dispositiones qualitatiuas & quantitatiuas: intellectus aut̃ & intelligibile vniuntur immediate, & ideo fiunt verius vnum quam materia & forma: dico ergo, quod loquendo de hoc modo vnionis, intellectus noster & intelligibile sunt verius vnum quam intellectus Dei & intelligibile: immo, in intellectu Dei & intelligibili non cadit vnio, nisi denominatione, sicut columna dextra, vel sinistra, sic Deus: vnde sicut in columna nihil est dextreitas, sed respectus tantum in nobis, sic in Deo nihil est vnio, sed respectus in nostro intellectu. attributa enim attribuuntur Deo ex nobis. 12. Meta. com. 39. & patet in fine quintę disputationis. Si vero loquamur de secundo intellectu quęstionis: dicendum, quod intellectus noster potest dupliciter accipi. vno modo, vt est vna intelligentiarum absolute. alio modo, vt est principium & forma corporis humani, vt est anima hominis. loquendo de primo modo, sic est per se intellectus & intelligibile, ita quod esse intelligibile non accidit ei, immo de sui essentia: quoniam, vt dicit Auer. tertio de Anima com. 18. & 15. esse intelligibile competit alicui, prout est separatum a materia: quia igitur intellectus, vt vna intelligentiarum, est separatus a materia, ideo per se competit esse intelligibile. Si vero loquamur de intellectu, prout est anima hominis, vt sic, intellectus primo intelligit alia, & secundo se: non sic intelligendo quod diuersis actibus intelligendi intelligit alia, & se, immo intellectus primo attingit alia: &, quia illa sunt in modo omnino similia illi, ideo secundo eodem actu & eadem attingentia attingit se. vnde, sicut vnico actu fit forma compositi, & omnia accidẽtia propria, licet primo forma, & ratione formę accidẽtia propria, sic vnica attingentia attingit intellectus primo alia, & secundo se. Sed diceres, quare intellectus, vt anima non primo intelligit se, & secundario res, sicut, cum consideratur, vt intelligentia. Dicendum: quia, vt anima dicit ordinem ad corpus, corpus aũt est sensitiuum, ideo oportet vt cognitio nostra ortum habeat a sensibus: quia, vt anima colligatur corpori, ideo primo oportet vt incipiat a sensibilibus, & secundo redeat ad se: vt intelligentia aũt, non dependet a corpore, ideo primo, & simpliciter intelligit se. His habitis, concludam quod intellectus intelligibile est per accidens: quoniam ipse non est intelligibilis actu, nisi prout intelligit alia: ergo intelligendo alia intelligit se. & hoc est per accidens esse intelligibile ad intellectionem aliorum. intellectus aũt primi, cum nullius corporis sit actus, nec eius operatio intellectiua dependeat e corpore, ideo per se & primo ipse est intellectus, & intelligibile, adeo quod esse intelligibile non erit accidens ei ratione aliorum, sed ipse per se ratione sui esse est intelligibilis. Patet ergo, qualiter secundo modo intelligendo intellectus noster est intelligibilis per accidens, & intellectus Dei per se. & hunc intellectum habuit Auer. hic, vt reputo. Si vero intelligitur tertio modo, iterum patet, qualiter in Deo intellectus & intelligibile sunt vnum simpliciter vnitate identitatis: quoniam Deus, vt dicam, intelligit se et alia, quę est quodammodo alia: sed qualiter hoc sit declarabitur. intellectus aũt noster & intelligibile sunt diuersa, eo quia intelligibile, & intellectus sunt diuersarum naturarum: &, cum sit ita, patet solutio ad duo obiecta in principio quęstionis adducta.

Dubitatio. Quantum ad hanc quęstionem, videtur quod Deus non intelligit ordinem, quia intelligat ordinem: quoniam, tunc intellectio Dei non esset absoluta, immo relatiua: cuius contrarium dicunt philosophi. In oppositum est Auer. hic. Ego dixi multum in disputatione tertia, & in in illo libro de intellectu. pro nunc dicam aliquid. Dicendum, secundum philosophos quod, sicut esse metallum conuenit

A tur in auro in sua puritate, & in alijs participatiue, imperfecte, & quasi obumbrate. Similiter sicut esse coloris continetur in luce formaliter, & in coloribus obumbrate, est enim color lux obumbrata: sic esse absolute continetur in Deo, in alijs autem participatiue, & imperfecte, & obumbrate. Dicendum ergo, sicut percipiens aurum, percipit omnia metalla: non quidem in propria forma, sed prout omnia sunt aurum purum. & similiter percipiens lucem, percipit omnes colores: & sic Deus percipiens esse eius, percipit omnia, prout omnia sunt ipse: Deus ergo est ordo rerum esse rerum in sua puritate: res aũt sunt esse Dei in sua puritate, & in obumbratione quadam. & hæc fuit intentio Parme. & Mellis. dicentium omnia esse vnum infinitum, & immobile, omnia enim entia sunt ipse Deus, qui est infinitus, & immobilis: & hæc opinio est omniũ legum. Ad obiectum patet solutio: qm̃ Deus intelligit ordinẽ entium, prout intelligit esse eius, quod est rerum ordo & series: nec ille ordo est relatio, immo est purum esse, & reliqua habent esse relatum, & ideo alia intelligunt se relatiue, vt dicam melius [illegible] vt legatur in lib. de intellectu, propositione dicente, Deus non intelligit nisi [illegible]. Quantum ad hanc quæstionem, videtur quod intellectio Dei est vniuersalis: [illegible] intellectio Dei est esse Dei. esse Dei est vniuersale per essentiam: ergo intellectio Dei est vniuersalis. Ad oppositum est verbum Auer. Dicendum, quod

Dubitatio.

B vniuersale potest capi duobus modis. Vno modo pro natura materiali concepta [illegible] materia, vt homo, & animal, &c. Alio modo p eo, quod in sui essentia simpliciter & per se abstrahit a materia. primum dicitur vniuersale per participationem secundum per essentiam: qm̃ est vniuersale secũdum sui naturam. sed illud dicitur vniuersale per participationem, eo quia vniuersalitas competit ei per intellectum & participatiue. Dicendum ergo, quod intellectio Dei pōt dici vniuersalis per essentiam, vt argumentum cogit, sic arguendo. hoc est vniuersale per essentiam, demonstrando esse Dei: hoc, intellectione Dei demōstrando, idē: ergo hæc intellectio Dei est vniuersalis per essentiam: sed capiendo primo modo, nec est vniuersalis, nec particularis: qm̃ esse Dei, nec est vniuersale per abstractionem a materia, nec particulare per concretionem materię: ideo intellectio quę est illud esse, non debet dici, nec vniuersalis, nec particularis. Ex hoc sequitur vnum, secundum philosophos, ꝙ Deus nec intelligit lapidem in vniuersali: nec in particulari: non in vniuersali, quia non intelligit illud per abstractionem a materia, & conditionibus materiæ: non enim intelligit lapidem per hoc, quod mens remouet lapidem a materia, & conditionibus materiæ, sicut facit noster intellectus: nec intelligit illud particulariter, & signate, quia non potest fieri illud nisi a sensu, vt docet Auer. in lib. de Somno & vigilia: dico ergo quod

C intelligit illud æquiuoca intellectione, vt dicit Auer. 12. Meta. comm. 51. & tali modo, quali modo non est a nobis nominabilis. vnde, sicut nos non scimus cælum nisi negatione, videlicet ipsum non esse graue, aut leue, sic dicimus Deum intelligere lapidem, non tamen vniuersaliter, nec particulariter, sed modo ęquiuoce [illegible] modo nostro: & istud volunt dicere omnes leges, licet multi non curant de philosophis, & dicant illos male dicere. Ad oppositum patet solutio. Quantum ad hanc quęstionem, diuus Albertus in primo Physicorum. tractatu vltimo capitulo. 18. ait. quod omne mobile mouetur a primo motore, vt a causa prima, quæ per intellectum mouet: & intendit per motum moueri in aliquid, quod est esse diuinum motum, per quem potest aliquo modo assimilari: & ideo appetitus intelligibilis est, quo appetit materia assimilari primo in esse diuino: sed appetitus ille, cum dicitur esse materię, duplex est locutio. potest enim materiæ esse sicut subiecti, & hoc modo materia non habet appetitum: & potest esse sicut motore, qui habet appetitum, a quo procedens motus est actus mobilis, in quem directe mouetur: & hoc modo dictum est ab Arist. quod opus naturę opus est intelligentię. hęc Alb. Vult ergo Alb. ꝙ opus naturę est opus intelligentię, prout natura dirigitur ab intelligentia. est enim opus ipsius intelligentiæ, vt dirigentis, & ipsius naturæ, vt directę, huius exemplum posuit Themistius de hominibus, qui loquuntur futura, & nihil de eo, quod dicunt, intelligunt. Sed ego improbaui hunc modum dicendi alibi: pro nunc autem dico quod, vt dicit Arist.

De' nec vle nec particulariter intelligit, sed eius modus intelligēdi a nobis ignorat.

Pō Alb.

secundo perigeneseos, omnia agentia hic sunt vt instrumenta primę causę: quia virtus causę secundę redundat in virtutem primę, ideo opus cuiusl beris potest dici attributiue primę causę, eo quia omnes causę causant in virtute primę potissime. & hęc est opinio Platonis in Thimeo plane. Huius exemplum est: quoniam, & si martellus sit instrumentum in factione cultelli, non propter hoc cultellus dicitur opus martelli, sed artificis. sic in proposito, & si homo generat hominem, quia tamen homo generans generat in virtute primi agentis, ideo illud dicitur opus primæ intelligentię: & hęc est opinio Arist. & Auer. & n. ponere locum, vbi Aristo. plane ponit hoc. sit igitur dictum intantum. Quantum ad sextam quęstionem, erat dubitatio Algaz. in hoc, Deus non intelligit alia, nisi prout est causa aliorum, & vt est causa est esse relatum: & esse relatum est esse additum substantiæ Dei: ergo esse Dei, & esse intelligens alia faciunt compositionem & pluralitatem in illo. est ergo quęstio sexta. quomodo ex verbis & præambulis philosophorum patet solutio ad hoc argumentum, ego non video quomodo responsum sit. Dicendum, quod Alg. nunquã sciuit solu. horum, sed mirabiliter breuiter Auer. soluit. Debes ergo scire, quod ipsa causa refertur ad effectum, & effectus ad causam diuersimode. effectus enim refertur ad causam per aliquid relatum acquisitum in effectu, sed causa non refertur ad effectum per aliquid additum causę, sed per illud additum effectui: ideo, cum Deus sit causa, Deus non dicitur causa & relatum per relationem additam sibi, sed eis quorum est causa, esse ergo causę in Deo est absolutum: quia ergo Deus est causa omnium, ideo intelligit omnia, nec illa intellectio est relatiua, immo absoluta: cum esse causę non dicatur relatiuum relatione addita Deo, sed relatione addita eis, quibus apponitur causa: & sic per dicta iam patet solutio.

Dubitatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus est, cum vos dicitis quod totum est scitum ei intentione secunda, est sermo non intelligibilis: nam quotiescunque scientia eius comprehendit aliud, sicut comprehendit seipsum, tunc essent ei duo scita diuersa, & esset ei scientia eis. numeratio autem sciti, & diuersitas eius facit numerationem scientiæ, & reperitur numeratione eius, cum recipiat vnum duorum secundum differentia eius ab alio imaginatione, & non erit scientia de vno eorum eadem scientia de alio. nam non numeratur consyderatio vnius eorum ab alio, & non est ibi aliud, quotienscunque fuerit totum vnum. & hoc differt, cum exponitur ab eo secunda intentione. Vlterius vellem scire quomodo est pluralitas apud dicentem quod non deficit a scientia sua pondus grani in cœlo, & terra? nisi quod scit omnia specie vniuersali, & vniuersalia scita non sunt finita & erit scientia copulata eis cum pluralitate, & diuersitate eorum eadem omnimode.

Sicut dixi in expositione dubij secundi, duo dixerunt philosophi vt Alg. imponit eis. s. & Deus scientia absoluta scit se, Secundaria autem intentione scit alia, scilicet prout est principium aliorum. cum igitur corrumpit primum modum, vult corrumpere secundum. & primo proponit eum. d. ait Alga. secundus autem modus est quod id, quod dicitis, videlicet, quod ipse Deus scit omnia secunda intentione, sunt verba erronea. (Si enim.) Proposito illo modo arguit contra eum, & arguit entimematica forma dicens. Si enim fuerit eius scientia comprehendens alia præter eum, sicut seipsum comprehendit. concludit consequens, ergo debet scibilia ad inuicẽ differentia. Istud est entimema, & statim probat consequentiam, d. namque, pro quia, nullatenus dici potest quod hę duę scientiæ, scilicet quia

A non vna comprehendit ſe, altera alia, ſunt vna & eadem. Debes ſcire, vt dicit Auer. tertio de Anima, comm. 38. ꝙ ſcientię diuiduntur ſecundum naturas ſcibilium. cum igitur eſſe Dei, & eſſe rerum ſint ſcibilia diuerſa diuerſorum generum, & rationum, ſcientiæ erunt omnino diuerſę ratione, & genere, & per conſequẽs omnino incompoſsibiles, & non poſſunt dici vna & eadem ſcientia. & ſic patet conſequentia Algazelis. (Et hoc.) Apponit ſol. quandam, & eam confutat, inquit, & hoc non poteſt excuſari dicendo ꝙ hoc eſt ſecunda intentione. Debes ſcire, quod quis dicere poſſet, quod Deus vnica ſcientia ſcit ſe, & alia diuerſimode. ſe primaria intentione, alia ſecundaria intentione. V. g. ſicut viſus vnica viſione aſpicit album, & ſubiectum. album quidem primo, ſubiectum ſecundaria intentione, & tñ vna viſio numero eſt: ſic Deus vnica ſcientia aſpicit ſe, & res. ſe vt abſoluta ſubſtãtia, & ꝑ ſe primo, & reliqua ſecundo vt cã eorũ: quare, &c. Eſt ergo ſolutio, quod illorum ſcientia eſt vna modo diuerſo conſiderata. Contra Arg. d. non eſt hoc, niſi euaſio: & non declarat quomodo. Ideo debes ſcire, ꝙ euaſio eſt apparenter reſpondere, & nõ reſolute: quia igitur hęc ſolutio eſt apparens, ideo euaſio dici põt. Quod aũt appareat, & non exiſtat declaro: quoniã diuerſorum ſcibilium ſecundũ rem, & modum diuerſę ſunt ſcientię ſecundum rẽ, & modum. bene enim ſtat eſſe diuerſa ſcibilia ſecundum rem, & eſſe vnam ſciẽ-
B tiam numero, vt patet in omnibus conſideratis in Phyſica, de quibus eſt vna ſcientia ſpecie, & forte numero. Sed ſcibilium ſecundum rem, & modum diuerſorum de neceſsitate ſunt ſcientię ſecundum rem, & modum diuerſę, vt patet. Cum igitur eſſe Dei, & eſſe rerum ſint ſcibilia ratione, & re diuerſa, ergo & ſcientię. illa ergo reſponſio fuit euaſio, & non exiſtens. (Rurſus.) Nunc vult impugnare quoddam aliud dictum, & duo facit. primo proponit illud. d. rurſus mirandum eſt de illo, qui opinatur quod Deus nulla ignorat, ſed putat ſe excuſare, dicendo quod ea ſcit vniuerſali modo: & hoc nihil valet. Eſt ergo dictum tertium, quod & ſi Deus non ſciat indiuidua, non ſequitur, ergo ignorat illa: qm̃ ſcit illa aliquo modo. ſ. in vniuerſali: & eſt ſolutio Auicen. (Vniuerſalia enim intelligit.) Nunc ſecundo declarat, qualiter hęc euaſio nihil ſit. d. vniuerſalia enim intelligit, & illa differunt ab indiuiduis, quę ſunt infinita multitudine. ergo ſcientia dependens de tali pluralitate rerum, id eſt ſingularium, & ſcientia vniuerſalium adinuicem differunt. componitur ergo ratio ſic. quarum cognitionum ſcibilia ſunt diuerſa, & ſcientię ſunt diuerſæ. ſed vniuerſalia, & ſingularia ſunt diuerſa, cum ſingularia ſint multitudine. i. ſucceſsiue infinita: ergo ſcientiæ ſingularium, & vniuerſalium ſunt diuerſæ. huius tangit minorem, & concluſionem, et tunc deſtruit ſolutio. d. ergo qualiter dici poteſt vna omnimode. quaſi dicat, non eſt poſsibile. patet ergo, cum ſingularia ſunt diuerſa ſcibilia ab vniuerſalibus,
C quod, qui ſcit vniuerſalia, poteſt ignorare ſingularia, & hoc dicit Ariſt. 2. Prio. tem, ſtat ſciri in vniuerſali, & ignorari in particulari: quod non eſt verum, niſi ſecundum comparationem poſitam.

Diuiduntur ſciẽtię ſecũdum naturã ſcibilium.

Euaſio.

Cõfutatio.

Poteſt ſciri in vniuerſali, & ignorari in particulari.

AVEROES.

Ait Auer. Sermo eius hic conſiſtit in duabus quæſtionibus. Quarum vna eſt quomodo ſit ſcientia eius de ſe ſcientia eius de alio. & iam præceſsit reſponſio in hoc, ꝙ reperitur in intellectu humano ex hoc aliquid, quod facit nos peruenire ad neceſsitatẽ eſſe eius intellecta primo. Et ſecunda quęſtio eſt, an pluraficatur ſciẽtia eius ex pluraficatione ſcitorum. nam ipſum comprehendit omnia ſcita finita, & infinita. Et reſponſio eius eſt, ꝙ non eſt impoſsibile ſcientiæ primę vt reperiatur ei cum vnitate differentia in ſcitis. nã non eſt impoſſibile apud Philoſophos vt ſciat aliud, & ſeipſum ſcientia diſtincta, ex eo q̃ ſint ibi ſciẽtiæ multæ: ſed eſt impoſsibile apud eos vt intellectus

Queſtio q̃uo ſcientia Dei de ſe eſt ſciẽtia eius de alio.

perficiat seipsum per aliquod intellectum, & causatum eius. si enim intelligeret aliud eo modo, quo intelligimus nos, erit intellectus causatus ab ente intellecto non habente causalitatem. & iam fuit demonstratum ꝙ ipsum est causa entis. Pluralitas autem, quam negauerunt Philosophi, est vt sit sciens non ex se, sed ex scientia addita substantiæ eius. & non sequitur ex negatione huius pluralitatis de Deo, negatio pluralitatis scitorum, nisi topice. & permutatio quæstionis de pluralitate prohibita apud eos ad pluralitatem, quæ est in scitis ipsis, est de operationibus sophisticis. quoniam inducit ad opinandum quòd ipsi, quemadmodum negant pluralitatem illam, quæ est ex subiecto, & prędicato, sic negant pluralitatem, quę est scientię propter scita. Quare veritas in hoc est, quòd non est numeratio scitorum in scientia ęterna, sicut est numeratio in scientia humana. nam euenit eis numeratio in scientia humana duobus modis, quorum vnus est ex parte imaginationum: & hęc assimilatur numerationi locali. numeratio vero secunda est numeratio in seipsis intellectu nostro, scilicet numeratio, quę euenit primo generi, ac si diceres ipsi enti, cum diuiditur in omnes species, quę sunt sub eo. nam intellectus, qui est in nobis, est vnus ex parte rei vniuersalis, comprehendentis omnes species entium in mundo, & numeratur numeratione specierum. & est manifestum quòd, cum abstulerimus sciens æternum a re vniuersali, quòd aufertur ab hac numeratione, & remanet ibi numeratio, quam comprehendere non potest intellectus noster, nisi esset intellectus noster idem intellectus cum illo æterno. & hoc est falsum. Quare verũ est id, quod dixerunt Philosophi, quòd intellectus habent terminum, in quo firmantur, & eum non transeunt: & est diminutio imaginationis, & comprehensionis, quæ est in hac scientia. Vlterius, quoniam intellectus noster est scientia entium in potentia, non autem scientia in actu: & scientia in potentia est diminuta a scientia in actu: & quanto magis erit scientia nostra vniuersalior, tanto magis ingreditur in capitulum scientię in potentia, & magis ingreditur in capitulum diminutionis scientiæ: & non conuenit vt sit scientia æterna diminuta aliquo modo & non reperitur in ea scientia in potentia, quoniam scientia in potentia est scientia in materia. & ideo tenent Philosophi quòd necesse est, vt scientia primi sit in actu, & quòd non sit ibi vniuersalitas, nec pluralitas orta a potentia, sicut est pluralitas specierum, quæ oritur a genere. prohibetur autem apud nos comprehendere infinitum in actu: quoniam scita apud nos disiunguntur abinuicem. si vero reperiatur hæc scientia, in qua vniantur scita, tunc infinita, & finita apud eam sunt æqualiter. Hoc totum est, quod existimauerunt Philosophi, quòd de eo fuerit demonstratio apud eos. &, cum nos non intelligimus de pluralitate scientiæ, nisi hanc pluralitatem, quæ aufertur ab eo, tunc est scientia eius vna, & existens in actu. Sed comprehendere hoc, & hanc rem imaginari est impossibile intellectui humano. nam, si homo comprehenderet

Quã pluralitatẽ scientię negarũt Philosophi in Deo.

A prehendere hoc, tunc esset intellectus eius intellectus Dei glo. & hoc est falsum. Et, quoniam scientia de indiuiduo apud nos est scientia in actu, scimus quod scientia eius est magis similis scientiæ indiuiduali, quam scientiæ vniuersali, licet non fuerit nec vniuersalis, nec particularis. & qui intelligit hoc, intelligit dictum suum, quod non deficit ei pondus grani, nec in cœlo, nec in terra, & alia ex sermonibus, qui sunt de hac re.

Suam de indiuiduo apud nos est suam in actu.

Nunc Auer. respondet ad dubium Algazelis, & primo resumit quæstiones dicens, Dicimus nos quod sententia horum verborum in duabus constat quæstionibus, & explicat illas. d. quarum vna supple est, qualiter potest fieri quod scientia Dei sit in seipso vna, & eadem cum sua scientia in rebus extrinsecis ab eo: est ergo prima quæstio ista. (Sed de ista.) Nunc resumit solutionem superius factam, dicens, sed de ista superius responsum fuit scilicet, quod in humano intellectu reperitur quoddam exemplar de hoc, ex quo possumus certificari quod intellectus primi principij sic se habeat necessario. Et debes scire quod illud exemplar est, quoniam, sicut intellectus noster vna scientia intelligit alia primo, & secundo se, sic dicimus quod intellectus primi vna scientia intelligit se, & secundo alia. (Secunda quæstio.) Adducit secundam quæstionem, dicens, secundam quæstionem, dicens, secunda quæstio est, vtrum scientia Dei multiplicari possit, multiplicando scibilia, id est ipsis scibilibus diuersis entibus secundum rem, & ratione. dat autem euidentiam quæstionis. d. ipse enim, scilicet Deus comprehendit omnia subiecta finita, id est, vniuersalia eodem modo, id est, eadem scientia numero, quo, id est, quia infinita indiuidua possunt, & sciuntur ab eo, ergo vna scientia erit vtrorumque: hæc ergo est quæstio secunda. (Sed de hac.) Soluit hanc quæstionem secundam, & primo ponit solutionem. d. sed de hac quæstione respondendum est, quod non est impossibile in scientia Dei vna, & eadem existente quod retineat scibilium diuisionem, id est, quod Deus vnica scientia sciat multa, & diuersa scibilia: cuius rationem ait. d. nanque pro quia, non est impossibile apud philosophos quod ipse Deus sciat seipsum, & alia mobilia, id est, generabilia præter eum. Debes scire, vt dictum est, quod Deum scire alia dupliciter intelligi potest. Vno modo, prout esse suum est esse aliorum: & sic scit alia, non quod illa percipiat in vniuersali, vel particulari, sed prout esse eius est esse aliorum. Alio modo, prout illa intelligit sub esse diuerso a se, & esse eius, &, sic intelligere est perfici ab illis: vult ergo quod primo modo Deus vna scientia intelligit se, & alia, prout alia sunt ipse. Ad formam argumenti negatur minor: quoniam esse Dei, & esse aliorum non sunt diuersa scibilia, vt visum est. (Diuisio tamen.) declarat qualiter non potest secundo modo Deus intelligere alia, prout illa sunt diuersa ab esse Dei, & prout perficitur ab illis, & dicit, diuisio tamen illa, id est, secundum membrum apud eos est impossibile, & exponit illud. d. dico esse impossibile, intelligendo quod intellectus Dei perficiatur ab intelligibili causato ab eodem intellectu. Debes scire, quod si intellectus primi intelligit alia, prout diuersa sunt ab eo, sequitur omnino quod intellectus perficiatur ab illis, quod declaro: quoniam, prout diuersa sunt, non continentur in eo, quia sic, non essent diuersa. si non continerentur in eo, ergo aliquid deficit ab eo, s. alia: ergo, cum comprehendit illa, efficitur illa, & per consequens perficitur ab illis. Et huius simile est: quoniam intellectus noster non continet scibilia: ideo, cum intelligit illa, fit illa aliquo modo, & prout fit illa, perficitur ab illis: & sic in proposito applicatur. Inquit ergo. Si. n. aliud præter eum intelligeret illo modo, quo nos intelligimus, esset eius intellectus causatus ab intelligibili, & non ipsius causa: & totum contrarium demonstratiue probatur: hæc consequentia patuit in tertia disputatione, omne enim intelligens, vel intelligit prout est causa, vel prout est causatum: prout est causa, sic intellectus est idem intelligibili: semper enim causa continet effectum, & per consequens est idem effectus prout est causatum, sic intelligibile est diuersum ab intelligente, & intellectus: diuersus quoniam effectus semper priuat perfectionem causæ, & per consequens ponit esse diuersum a causa. Si ergo

Nota.

B

C

Dupliciter intelligitur Deum scire alia.

Pluralitas sciētiarū in Deo negatur a philosophis.

Deus intelligeret aliud, tunc esset diuersum ab intelligibili, & per consequens causatū: & sic patet consequentia. (Et notandū.) exponit quod dixit, & ait: est notandum quod pluralitas a philosophis negatur, id est, quod pluralitas scientiarū in Deo non conceditur a philosophis: non enim volunt quod vna scientia Deus intelligat se, & alia diuersa intelligat reliqua: & non est sup. scientia negata a philosophis, quod ipse de seipso sciat, immo hanc ponunt, sed sup. negat de scientia addita sibi, id est, sed dicunt quod non intelligit Deus alia per scientiam additam scientiæ eius. Sed contradixit huic Algazel dicendo, ergo ignorat alia: cui respondet Auer. d. & non sequitur ex talis pluralitatis remotione a Deo benedicto remotio pluralitatis scibilium, id est, non valet: Deus non intelligit diuersis scientijs se, & alia, ergo non intelligit diuersa: qm̄ stat intelligere plura per vnam scientiam, prout illa plura sunt vnum in Deo, & plura a parte eorum. argumentum ergo Algazel. supposuit responsionē Auicennæ falsam, & contra illam valet. Auer. aūt non sic intelligit, immo solutio patet hic alio modo. Et debes scire, quod effectus & causa, V. g. Deus, & res causatæ possunt dupliciter cōparari: vel a parte effectus, & sic possunt dici diuersa: vel a parte causæ, & sic possunt dici idem: a parte effectus dicuntur diuersa, quoniā effectus non continet causam, sed potius cōtinetur, immo effectus deficit a perfectione causæ, & ideo diuersum est esse eius ab esse causæ. a parte causæ sunt idem, qm̄ causa continet effectum secundum totum esse, & ideo a parte causæ est identitas. dico ergo, quod Deus vno modo intelligit diuersum, alio modo non intelligit diuersum. intelligit quidem diuersum a parte effectus, intelligit idem a parte sui ipsius: non ergo valet hæc consequentia. Deus vna scientia intelligit se, & alia, ergo non scit diuersa: quoniā illa a parte eius sunt eadem, a parte illorū sunt diuersa, & sic apparet vnus intellectus verborū Auer. (Et dicimus.) Nūc remouet omnino dictū Alga. Alga. enim arguit sic. non possunt esse plures scientiæ diuersæ in Deo, ergo Deus non potest intelligere diuersa. Respondet Auer. d. & dicimus idcirco, quod quando Alga. transtulit de quæstione de pluralitate impossibili, id est, scientiarum, quæ Deo est impossibilis, ad scibilium pluralitatē, tale dicendo, ergo non potest scire plura, est opus sophisticum, id est, argumentum apparens, & non existens: quod declarat. d quia secundum veritatem numeratio scibilium in scientia Dei non est similis numerationi eorum in scientia humana: bene enim valet, in humana sunt scibilia diuersa, ergo & scientiæ: & hoc declarat. d. namque pro quia, in humana potest accidere duplex. vna est ratione phantasmatū, quæ supple quasi reddunt naturam localis numerationis, id est, quæ reddunt diuersitatē quasi in subiecto, per hoc enim, quod phantasma lapidis in me est aliud a phantasmate Platonis, quasi scientia mea lapidis, & sua differunt quasi in subiecto, id est, secundum rem. accipit enim hic locum pro subiecto, vnde localis numeratio idem est, quod realis distinctio. (Secunda vero.) Ponit secundam dicens, secunda vero est numeratio ipsarum in seipsis in intellectu nostro, id est, ratione subiecti, in quo inhærent, videlicet in numerando, prout communicant in primo genere: vt puta, quod est ens, inquantū diuiditur ad omnes species ipsum ens ingredientes: vult ergo quod numeratio scibilium est ratione subiecti, in quo habēt esse inquantū entia: & hanc distinctionem posuit in tertio de anima com. 5. vbi dixit, quod intelligibilia habent duplex subiectum, vnum prout sunt entia vera, & sic numerantur ratione phantasmatum. aliud, prout sunt entia in mundo, & sic est intellectus, & sic sunt vnum ens. hoc declarat, dicens intellectus. n. noster vnus est ratione vnitatis in speciebus animalis correspondentibus numeralia, id est, entia mundi diuersa, & numeratur ratione specierum, vult dicere quod, si intellectus comparatur ad quoddam genus animalis, V. g. gratia, ad hominē, qui cōtinet plures species, id est, plures conditiones indiuiduorum: vt græcos, & tuscos, & latinos, &c. est vnus numero vnus & per se permanens totius speciei: sed, si comparetur ad species, id est, indiuidua, quæ differūt, per accidens est plures: quod intelligo secundū habitudines, vt dixi in libro de intellectu, & in fine quartæ disputationis. scibilia ergo nostra, si comparentur ad subiectum, per quod sunt, omnia sunt vnum ens, si comparentur ad

Causa, & effectus pñt dupliciter cōparari.

Intelligibilia duplex subiectū habent.

A bieĉta, per quæ ſunt vera, ſic ſunt multa, vt patet in dicto commento. In Deo autem ſcibilia non poſſunt comparari ad diuerſa, immo omnia ſunt vnum ratione eſſentiæ, quæ eſt cauſa illorum, & multa a parte effectus: & hæc eſt mens Arabi. & Auerro. Attamen ſecundũ fidem, quam nos chriſticolæ tenemus, hęc ſunt temeraria, & falſiſsima: quoniam ſcibilia ſunt multa, & ratione phantaſmatũ, & ratione intellectuũ, qui realiter & per ſe multiplicantur, vt dixi in libro de intellectu contra Auer. (Et eſt manifeſtũ.) declarat nunc propoſitum in ſciẽtia Dei, d. & eſt manifeſtũ, quod quando remouemus ſcientiam Dei de vniuerſali re, id eſt, dicimus ſcientiam Dei non eſſe vniuerſalem, quod ſine dubio remouetur dicta numeratio, id eſt, ſine dubio ſciẽtia, & Deus nõ erunt diuerſa, addu. & remanebit numeratio talis, quã noſter intellectus nequit comprehendere ſup. poſitiue, niſi noſtra ſcientia eſſet ſimilis ſciẽtiæ Dei benedicti: quod eſt impoſsibile. Debes ſcire, quod ſcientia Dei qualis eſt, negatiue poteſt intelligi. poteſt enim intelligi a nobis qđ non eſt vniuerſalis, nec particularis, vt dictũ eſt, attamen, quod ſit talis, vel talis naturæ, non poteſt intelligi a nobis, & hoc voluit dicere Auer. (Et ideo dicimus) apponit quoddam correlarium. d. & ideo dicimus quod valde fuit manifeſtum dictum diceatis, quod intelligentiæ terminum habent limitatum, quẽ aliquo modo pertranſire nequeunt. Debes ſcire, quod tribus modis cõtingit intelligere intelligens, ſ. vniuerſaliter, ſecundo parti B culariter, tertio modo, qui nec eſt vniuerſalis, nec particularis. Intelligentia ergo in intelligendo habet certum terminum: quoniam, ita intelligit tertio modo quod non primo, vel ſecundo modo: & ſic patet dictum Auerro. vel forte intelligit, quod ideo patet intelligentias non intelligere vniuerſaliter, & particulariter: quia eſſe earum eſt finitum in vigore, & non continet omnibus modis perfectionem rerum: & tu conſidera. (Præterea intellectus noſter.) Vult probare, quod Dei ſcientia ſit actualis, immo actualiſsima: & primo ponit vnũ. d. præterea intellectus noſter eſt ſcientia entium potentialiter, non autem actualiter. eſt enim potentialis, quoniã non eſt per eſſentiam eius, ſed per receptionem a rebus & ideſicut ſcientia actualis de actuali, quanto magis ſcientia noſtra vilior erit, cum magis ingreditur potentialem ſcientiam, & per conſequens magis erit deſectibilis. Debes ſcire, quod intellectiones omnium intelligentiarũ ſunt actuales, cum ſint per eſſentias earum, attamen vna eſt altera actualior, & ſic vna eſt altera vilior: vult ergo habere, quod ſi vna actualis ſit vilior altera actuali, vt ſcientia ſecundæ intelligentiæ eſt vilior ſcientia primæ, & ſcientia tertiæ eſt vilior ſcientia ſecundæ: & ſic, quanto magis ſcientia noſtra, quæ non continetur intra genus actualiſsimum, erit vilior ſcientia actuali. Vult ergo habere hanc maiorẽ: omnis ſcientia potentialis eſt vilior ſciẽtia actuali: quam probauit per C locum a maiori: per hoc, quia actualis eſt vilior actuali, ergo a maiori potentialis erit vilior actuali. (Et abſit.) Nunc aſſumit ſecundam propoſitionem, quaſi minorẽ d. & abſit, quod Dei ſcientia deficiat aliquo modo, & quod ſibi attribuatur ſcientia potentialis: potentialis enim ſcientia materialis id eſt, paſsiua, & receptiua eſt: vult ergo habere hanc minorem, ſcilicet, ſed ſcientia Dei non eſt deficiens, ſeu vilis aliquo modo. (Et ideo.) concludit concluſionem, quæ partim ſequitur ex ſyllogiſmo nũc facto, partim ex prædictis. d. & ideo opinati ſunt Philoſophi, quod ſcientia Dei ſemper neceſſaria eſt in actu, & quod in ea nulla ſit vilitas: & hæc concluſio ſequitur ex ſyllogiſmo nũc facto, neq; pluralitas, i. compoſitio ex potẽtia conducta ſeu conſtituta, ſicut multiplicatur, id eſt, componitur ſpecies ex genere, & hoc ſequitur ad prædicta. eſt ergo virtus ſyllogiſmi præſentis hoc modo: omnis ſcientia potentialis eſt vilis: ſcientia Dei non eſt vilis: ergo in ſecunda figura ſcientia Dei non eſt potentialis ergo eſt actualis per locũ ab oppoſito: immo actualiſsima, cũ ei nulla ſit annexa vilitas. (Et eſt notãdũ.) Soluit quęſtionẽ tacitã & pulchrã, quam Alg. mouit, an ſcilicet intellectus Dei comprehendat ſingularia? & dictum eſt quod nõ quoniã ſingularia ſunt infinita: nullus intellectus comprehendit infinita: ergo intellectus Dei nõ cõprehẽdit ſingularia, in ſcda figura. Reſpõdet, qđ infinitũ non põt cõprehendi ab intellectũ noſtro, eo quia nõ comprehẽdit ſingularia ſimul, ſed ſucceſsiue, & impoſ-

Scibilia in Deo non cõparantur diuerſa.

Contra.

Sciẽtia Dei qualis ſit, nõ poteſt ſciri niſi negatiue.

Tripliciter cõtingit intelligere.

sibile est infinitũ pertransire: attamen, apud intelligentiam Dei, qui omnia cõprehẽdit insimul per eius essentiã, cõprehendit singularia & infinita: immo sciẽtia Dei nõ est finita differẽs ab infinita: maior ergo propositio. d. nullus intellectus cõprehendit infinitũ, falsa est de intellectu primi: dicit ergo, et est notandũ quod apud nos, i. quo ad intellectũ nostrũ est impossibile cõprehẽdere infinitũ in actu: cuius rationẽ dicit, quia scibilia, i. ea, quæ scimus, sunt adinuicẽ separabilia, i. non sciuntur insimul, sed vnũ post alterũ, vt forte post Platonẽ. Sed, si ponendũ, i. concedendũ erit hic esse quandã scientiã, in qua oia scibilia vniri poterint, vt est sciẽtia primi, in qua omnia insimul ponũtur, esset apud eũ scientia finita æqualis infinitæ, i. scientia finita, & infinita haberent eandẽ vim: & omnia ista demõstratiue probata sunt a philosophis. Debes scire, qđ intellectus primi non intelligit, vel scit singularia, nisi prout est causa illorũ sub ratione entis & esse, ideo intelligit illa sub ratione esse, & entis: ens aũt, vel esse nec finitũ, neque infinitũ: ideo sciẽtia Dei, prout est finita, nõ differt ab illa, vt est infinita: & quia cognoscit illa, prout est causa, & esse cãm est Dei essentiale, ideo insimul omnia singularia cõprehẽdit, prout est possibile ei, i. sub forma entis, & esse eius: & sic maior propositio vniuersaliter negãda est, licet de intellectu nostro veritatẽ habeat. (Et ideo.) Nunc apponit correlariũ, qđ quasi dictũ est, & est, quod sciẽtia Dei est simplex, vna, & in actu: & syllogismus eius cõponitur sic: quælibet pluralitas a Deo auferẽda est. sed, qñ pluralitas sciẽtię hoc modo intelligitur, sicut dictũ est, est quædã pluralitas: qm̃, qñ intelligitur scientiã Dei esse singularium, vt singularia, & potentialẽ, &c. vt sic est pluralitas: concluditur in prima figura ꝙ ipsius scientia sit vna, & in actu, id est simplex, & nõ potẽtialis: & huius primo tangit minorẽ, secundo ibi, (Et quęlibet.) tangit maiorem, tertio cõclusionẽ: & verba eius sunt manifesta per se. (Sed de hoc.) ostẽdit difficultatẽ quęstionis dicens, sed de hoc, i. isto modo scientia clare informari ab humano intellectu est impossibile: cuius rationẽ dat dicẽs, si enim hoc perfecte sup. homo intelligeret, esset suus, id est hominis intellectus vnus, & idẽ, id est æqualis perfectionis cum intellectu ipsius Dei benedicti: quod est impossibile: & consequentia patet: quia opinio esset omnino æqualis vtriusq;. Sed dices, Auer. secũdo Meta. cõ. 1. vult ꝙ sit possibile intellectui nostro cognoscere Dei essentiã, & per cõsequẽs Dei scientiam. Dicendũ quod, sicut ipse glosauit Arist. ita ego gloso eũ, ꝙ. s. exemplũ istud notat difficultatẽ. q. d. ꝙ difficile est intellectũ nostrũ intelligere Dei scientiã, non tñ impossibile simpliciter. (Et, quia scire.) Soluit quęstionẽ tacitã: posset enim quis dicere, licet scientia Dei nõ sit vniuersalis, nec particularis, an sit magis propinqua alteri istarum? dicit respondendo, & quia scire particularia, id est species apud nos est scientia in actu: patet ergo ꝙ scientia Dei est magis propinqua scientię particulari q̃ vniuersali, licet nulla sit istarũ per se, vt superius dictum est. Sed contra: qm̃ scientia Dei est per essentiam eius, essentia sua est ens, adeo ꝙ ei respondet gradus entis: est. n. essentia Dei vniuersalis per essentiam: ergo maxime est vniuersalis, & vniuersali scientiæ propinqua. Dicendũ, quod singulare duo habet, scilicet actualitatẽ, & determinationẽ, & habet materialitatẽ, est enim singulare actualissimũ respectu vniuersalis, & determinatissimũ, & nullo modo potẽtiale contrahibile, habet ẽt materialitatẽ, cũ singulare cõcernat materiã & appẽditia materiæ. Dicendũ ergo, ꝙ Auer. hic loquitur de singulari quo ad primũ modũ, non quo ad secundũ modũ: ratio aũt cõcludit scientiam Dei esse vniuersaliorem, quantum ad respectum secundi modi: & sic patet intentio Auer hic.

Qualiter Deus intelligit singularia.

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et iam contradicit in hoc Auicen. aliis Philosophis, qui opinantur quòd ipse non scit nisi seipsum ad cautelam consecutionis pluralitatis. quomodo ergo communica-

A municamus eis in negatione pluralitatis? Vlterius contradicit eis in constitutione scientiæ de alio. & quoniam pudet ipsum dicere quòd Deus non scit aliquid in hoc seculo,& in alio, sed scit seipsum tãtum, & bene scit aliud,& scit etiam se,& aliud:ergo aliud est dignius eo in scientia.& dimisit hoc tanquã verecũdus de hac opinione, & quasi timens:deinde non puduit eum omnimode: & existimauit ꝙ eius scientia de se,& alio etiam omnibus rebus est substantia eius absque additione, & sunt eædem diminutiones, quibus vituperati sunt omnes Philosophi,cum sit manifesta contradictio eius prima consideratione:ergo non euasit aliqua secta eorum à prauo eloquio de scientiis. Sic meritum reddat Deus glo.ei,qui declinat à viis eius, & existimat ꝙ rebus diuinis dominatur cum consideratione sua.

In hoc dubio Algazel inducit motiuum Auicennæ,& opinionem eius,& dicit. Sed in prædictis obiecit Auicenna,in quibus aliqui philosophi opinati erãt ꝙ Deus gloriosus nihil scit præter seipsum:& hoc dixerunt,sup. vt non sequeB
retur eos de necessitate ponere pluralitatem in Deo,id est vt euitarent compositionem in Deo,ideo tantum Deum scire seipsum dicunt. (Vnde miratur.) cũ recitauit opinionem philosophorum, ponit motiuum Auicennæ, dicens, vnde miratur sup. Auicenna,qualiter nos cõcedimus eis,scilicet philosophis remotionem pluralitatis a Deo,id est quod Deus nõ est compositus ex scientia & scibili,& postea concedimus quod ipse sciat alia entia præter eum, & quod ipse Deus ignorat omnia entia, præter seipsum, & quod sciat ipsa entia: hæc enim sunt concessa. concessum est enim Deum tantum se scire, & quod sciendo se, sciat alia entia,& quod ipse Deus ignorat alia, eo quia non scit illa in propria forma,& quod aliquo modo sciat ipsa entia:& quomodocunque, arguit probando quod Deus non scit aliud.d.sciens nanque perficitur ex suo scibili : sed per te Deus scit aliud,ergo sequitur quod persicitur a suo scibili: & tunc dedit incõueniens, dicens, & sequeretur ex istis quod scibile Dei nobilius esset eo,id est ipso Deo:quod falsum est:& consequentia patet. quoniam omne perficiens est nobilius perfecto,vt patet.(Quare conatus est.) Nunc opponit opinionem Auicennæ, dicens, quare conatus fuit dictus Auicenna opinari quod Deum sciret seipsum,& alia entia,sit idem quod esse eius,id est quod scientia sui, & aliorum sit esse Dei,& ideo non accidit Deo pluralitas: & laudat hanc opinionem di-
C cens,& de ista conuersione Auicennæ ad philosophiam stupefacti sunt philosophi,sup.nostri temporis,eo quia Auicenna erat extraneus a philosophia : cũ igitur conuersus sit ad philosophos, stupefacti sunt philosophi: vnde manifeste asserere possumus qđ nulla secta philosophorũ clare de pdicto proposito inuenire potuit veritatẽ,nisi sup.solus Auic.& sic patet sermo Auic.& opinio, &c.

AVEROES.

AIt Auer. Respõsio huic toti apparet ex eis,quę diximus.quoniam Philosophi negant ꝙ sciat aliud eo modo,quo hoc aliud est vilioris esse,ad hoc vt causatum non fiat causa, & nobilius esse vilius esse. scientia enim est scitum, & non negant id, ex eo ꝙ scit hoc aliud scientiã nobilioris esse,quã sit sciẽtia,qua nos scimus aliud, sed necesse est vt sciat illud hoc modo: qm̃ hic modus est modus, quo reperitur aliud ab eo. Attamẽ cõsideratio possibilitatis pluralitatis scitorũ de scientia æterna est disputatio secunda. & iam recitauimus eã.

& non fugiunt Philosophi propter hanc quæstionem ad id, ꝙ ipse non scit, nisi seipsum, prout imaginatur iste homo, sed propter id, quod diximus. & est vniuersaliter vt non assimiletur scientia eius scientiæ nostræ, quæ est in vltimitate differentiæ cum ipso. Auicenna autem conatus est congregare sermonẽ, ꝙ ipse non scit nisi seipsum, & scit alia entia scientia nobiliori, quã sit illa, qua scit ea homo: nam illa scientia est substantia eius. & hoc apparet ex eo, quod dixit, ꝙ scientia eius de se, & de alio etiam omnibus rebus est substantia eius, licet nõ exposuerit hoc, vt exposuimus nos. Quare hic sermo eius non est eadẽ contradictio, qua vituperati fuerunt alii Philosophi, sed est sermo omniũ, aut quod sequitur ex sermone omnium. &, cum hoc quieuerit in mente tua, apparebit tibi vilitas eius, quod infert iste homo de instructu contra sapientes cum eo, quod apparet de conuenientia viri cum eis in plurimis opinionum eorum.

Nunc Auerro. vult accusare Auicennam, quantum ad intellectum quæstionis, secundo ibi, (Et per hoc philosophi.) Vult accusare Alga. quãtum ad illud quod imponit philosophis. Quantum ad primam partem, quasi excusando se a declaratione opinionis Auicen. dicit, dicimus nos, quod responsio horum verborum, id est, ad hæc verba clarissime apparet in præcedentibus, vult dicere solutionibus prædictorũ dubiorum, ideo nolo immorari. (Videlicet, quod si philosophi.) Nunc ponit verba Auicennæ, quibus dubitauit, videlicet quod si philosophi opinati sunt quod ipse Deus sciat entia modo, quo fit vilior eis scibilibus, id est modo nostro, scilicet prout perficitur a rebus, sequitur vt causatum, id est entia causata non reducantur ad causam, immo potius causa reducitur ad causatum: & sequitur, vt nobilius esset vilius, quia Deus optimus in natura esset vilior rebus hoc fuit motiuum Auicen. ergo, scilicet ꝙ si Deus intelligeret aliud, ergo vilesceret, qm̃ perficitur a rebus. (Sed non cauent.) Nũc reprehendit Auicennam, quantum ad duo. primo, quia non vtitur in solutione eius verbis philosophorum, secundo, quia non respondet ad quæstionẽ, prout mouit ipse eam, dicens, sed sup. philosophi non cauent sibi, id est non euitant hoc inconueniens modo, quem dicit Auicenna, videlicet quod ideo non sequitur: quia scire Deũ se, & alia sit vnum & idem. sed sup. philosophi vtuntur his verbis, quod ipse Deus sciat entia modo nobiliori, quo nos scimus ea, id est æquiuoce, prout scientia nostra causata est a rebus, & Dei scientia causa est rerum, vt dictum est. 12. Metaphy. commen. 51. & adductum est in pręcedentibus. ergo solutio Auicennæ peccauit in verbis. (Sed, qualiter.) Nunc reprehendit ipsum quantum ad rem, quoniam quæstio mota ab Auicen. fuit, quomodo Deus scit alia, & tamen scientia sua non est cõposita, inquit, modo Auerro. sed qualiter possibile fuerit multiplicare scibilia in Deo benedicto, quęstio est per se, id est seorsum ab illa, quam soluit. Huic respondet, potest enim quæstio intelligi, an Deus scit alia, & an Deus sciat scientia composita. Hinc mouit quæstionẽ sub secundo intellectu, scilicet an scientia Dei sit composita, & soluit eam ad primum intellectum, declarando quod scit alia, non tamen sequitur quod vilescit: ergo peccauit Auicẽ. quantũ ad rem, cum soluit vnam, quam non mouit, & tacuit sol. illius, quã mouit. (Et per hoc philosophi.) Nunc vult accusare Alga. dixit enim Alga. ad intellectum secundę quęstionis, ꝙ scientia Dei non est composita: quoniam, secundum philosphos, Deus non scit nisi se. Cui contradicit Auer. d. & per hoc philosophi sibi non cauent, id est non euitant quęstionem illam, opinando ꝙ Deus non sciat nisi seipsum, sicut eis attribuit Alga. immo philosophi, sup. euitant illam propter id, quod dictum est superius, ꝙ scientia Dei est sui, prout est ens, & aliorum, vt est principium eorum. (Et Auic.) Declarat quomodo Auicennus erat mediare, d. & Aui. insudauit se conuenire inter opinionem dicentis, ꝙ

A Deus non scit nisi se, vt fuit opinio Alga. & vt sciat modo nobiliori illo, quo nos scimus ea, quę fuit opinio philosophorũ, quod ostendit esse ad eius mentẽ. d. & hoc satis patet ex dictis suis, videlicet, sup. quę fuerũt, quod scire Deum bene dictum seipsum, & omnia alia entia mundi, est idem: licet istud ipse non dicat ita clare, ergo quasi mediat: cui contradicit: ergo cõstat ex dictis, quõ acerrimus est error huius hominis, & suum facinus, & peccatum est in eo. i. illo, quod dolose philosophis imponit: imponit enim ꝙ Deũ scire se est idẽ, quod Deum scire alia omnia: & hoc falsum est: sed videtur ꝙ Auer. contradicat sibi: qm̃, superius dixit, quod Deum scire se & alia idem est, quod esse eius & esse aliorum. Dicendum, ꝙ differentia Auer. & Aui. in hoc consistit: qm̃ Auer. voluit Deum vnico actu sciendi scire se, & alia, prout illa alia sunt eadem cum esse Dei: quia, vt dixi, entia a parte Dei sunt eadem ipsi, Auicenna opinatur quod Deum scire se, & alia, prout alia sunt diuersa ab eo, est idem: & istud facinus est, & error acerrimus, vt visum est superius: & sic amouetur contradictio. **Differentia inter Auic. & Auer.**

ALGAZEL.

B Ait Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit, cum affirmatum fuerit ꝙ scit se esse principium relatiue, tunc scientia de duobus relatiuis est eadem. nam qui scit filium, sciet eũ vna scientia, qua etiam est scientia de patre. paternitas autem, & filiatio sunt vniuersalia, & plurificantur scita, & vnitur scientia. & sic etiam ipsum scit seipsum esse principium alterius, & vnitur scientia, licet numerentur scita. deinde, cum intellexerit hoc in vno causato respectu eius, & hoc non faciet pluralitatem, additio quidẽ in eo, cuius genus non faciet pluralitatem. & sic etiam qui scit rem, & scit scientiam suã de re, tunc scit eam hac sciẽtia. & omnis scientia est sciẽtia de seipso, & de scito eius, & numeratur scitũ, & vnitur scientia. & inducat idetiã, quoniã vos tenetis ꝙ scita Dei glo. sunt infinita, & sciẽtia eius est vna, & non attribuitis ei sciẽtias infinitas numero. si autem esset numeratio scientiæ, tunc in substãtia Dei glo. essent scientiæ infinitæ, &
C scientia eius vna. & hoc est falsum. Deinde dixit respondens eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dicimus quotienscunque fuerit scientia vna omnimode, non imaginatur alligantia eius duobus scitis, sed facit hoc pluralitatem, vt ponunt Philosophi, & secundum deliberationem eorum in capitulo pluralitatis, ita ꝙ deuenerũt ad hoc, & dixerũt, si esset in primo quiditas copulata ipsi esse, esset in hoc pluralitas. nã non intelligũt rem habentẽ veritatẽ, & postea attribuitur esse: sed existimauerunt ꝙ esse copulatur verificationi, & est aliud ab ea, & determinat pluralitatẽ. Et secundũ hunc modũ impossibile est considerare scientiam alligari scitis multis, quin sequatur ei aliqua pluralitas maior, & excelsior ea, quæ sequit̃ ex esse suo copulato quiditati suæ. scientia autem de filio, & patre, & sic aliis relatiuis, est in ea

pluralitas. nam impoſsibile eſt abſque ſcientia de ſubſtantia filii, & ſubſtantia patris: & ſunt duo ſcita, & ſcitum tertium, & eſt relatio. q̃ hoc tertiũ includatur in duobus ſcitis præcedẽtibus, cũ fuerint ex cõ tione eius, & neceſsitate eius. ſin aũt, qui nõ ſcit relatũ primo, nõ ſcit relationẽ. Igitur ſunt ſciẽtiæ numeratæ, quarũ aliqua eſt conditionata alteri. & ſic, cũ ſcit primũ ſeipſum relatũ aliis generibus, & ſpeciebus, tunc eſſe principiũ eorũ indiget vt ſciat ſeipſum, & vnitates generi, & ſciat relationem ſui, quoad eſſe principium eorum, licet non intellexerit eſſe hanc relationem ſcitam ei. Cum vero dicunt, ꝙ qui ſcit aliquid, ſcit ſeipſum ſcire eadem ſcientia, & erit ſcitum numeratum, & ſcientia vna, non eſt verum: ſed ſcit ipſum ſcire alia ſcientia à ſcientia, & deueniet ad ſcientiam, quæ latet eum, & non ſciet eam. & non dicimus ꝙ emanatio procedat in infinitum, ſed ceſſat in ſcientia alligata ſcito, & latet in eſſe ſcientiæ: non autem eſſe ſciti. & qui ſcit nigredinẽ, & ipſe tempore ſuæ ſcientiæ eſt profundæ animæ in ſcito ſuo, quod eſt nigredo, & latet eum ſcientia eius de ſcientia nigredinis, & non reſpicit eam. ſi. n. reſpiceret eam, indigeret alia ſcientia, vſquequo ceſſat aſpectus eius. * Cum autem dicit ꝙ hoc conuertitur contra vos in ſcitis Dei glo. quæ ſunt infinita, & ſcientia apud vos eſt vna, nos quidem dicimus, non diſputamus in hoc libro diſputatione cõſtituentium, ſed diſputatione ruinantium, & dubitantium. & ideo appellauimus hunc librum Deſtructionem Philoſophorum, non conſtitutionem veritatis. & non eſt nobis hæc reſponſio. Si autem dixerit, verum eſt ꝙ non ſequitur vobis opinio alicuius ſectæ ſectarum, ſed id, quod cõuertitur ſecundum curſum creationis, & ſunt æquales intelligentiæ in dubietate eius, impoſsibile eſt vobis id ponere, & hoc dubium conuertitur contra vos, & non eſt fuga ab eo, dicimus ꝙ non, ſed intentio noſtra eſt de diminutione veſtra in rationibus veſtris circa ſcire res veras demonſtrationibus inciſiuis. & induxit vobis dubium in rationibus veſtris. &, cum apparuerit diminutio veſtra, dicimus quòd ſunt aliqui, qui opinantur quòd verificatio rerum diuinarum non comprehenditur conſyderatione intellectus, & etiam non eſt impoſsibile homini comprehendere eas. & ideo dixit ſapiens Conſyderate in operationibus Dei, & non cogitetis in ſubſtantia Dei. Quare vos negatis contra ſectam credentem veritatem nuntii cum euidentia miraculorum, quæ non habentur à propoſitionibus intellectus ſuper affirmationem mittentis, quæ magnificat conſyderatione attributorum, conſyderatione intellectus, quæ fit per habentem fidẽ, in eo quod eſt in ea de attributis Dei glo. quæ eſt poſt, cum profertur dictio ſcientis, volentis, & potentis, & viuentis, quæ cauſa eſt proferre id, quod non conceditur in eo ſciens in diminutione comprehendi veritatem. cum vero vos negatis ea imputando eis ignorantiam in viis demonſtrationum, & modo ordinis propoſitionum in figura ſyllogiſmorũ, & rationum, dicentes vos quòd nos ſciuimus

Sequẽtia in antiquori deſiderantur.

A a viis intellectualibus, iam profecto declarata est diminutio vestra, & destructio viarum vestrarum, & dedecoris vestri in rationibus sciétiæ vestræ. & intentum huius declarationis est, vt qui ponit quòd demõstrationes Diuinæ sunt incisiuæ, vt demonstrationes Geometrię.

Debes scire ꝙ Alga. philosophis imponit, quod Deus nihil sciat nisi se, & quod omnino ignoret hęc: & hoc, quia si Deus scit se, & alia, in Deo accideret compositio, vt declaratum fuit istis diebus elapsis in nostris scholis. vult Algazel primo narrare argumẽta quorundam philosophorum, qui probant qđ Deus non modo scit se, immo, & alia, secundo ibi, (Sed ipse.) respondet his argumẽtis, inquit ergo Auer. ait Alg. respondens pro philosophis, sup. primo adducendo argumenta aduersariorum, quę sunt infrascripta: potest ergo argumentum componi sic. scientia relatiuorum est vna. scientia Dei, & aliorum est scientia relatiuorum: ergo est vna. maior probatur exemplo. inquit ergo primo ponens minorẽ: & si aliquis diceret quod ipse Deus scit se in eo, quod est principium aliorum, et sup. alia, quorum est principium modo relationis: hæc est minor scilicet scientia Dei, & aliorum est relatiua. Deinde ponit maiorem. d. & scientia, relatiuorũ est vna, cuius exemplum ponit, d. paternitas enim, & filiatio simul & semel cognoscuntur. Deinde ponit conclusionem. d. vnde, sicut hic, id est, in relatiuis plures B scientię vniuntur, id est, diuersorum est vna scientia, eodem modo dici potest in Deo benedicto, videlicet, quod ipse scit seipsum principium entium, & est vna & eadem scientia, licet pluralitatem aliquo modo retineat. Est ergo conclusio argumenti, quod Deus vna scientia numero scit, se & alia contra philosophos, vel positionem, quam philosophis imponit. (Rursus.) Nunc ponit secundam rationem contra philosophos, & ratio consistit in hoc: qualiter possibile est intelligere causatum, taliter potest intelligi & causa: sed potest causatum intelligi vnica scientia cum sua causa: ergo potest causa intelligi vnica scientia cum causato: dicit ergo, rursus quomodo hoc intelligitur in vno causato relatiuo sibi, id est, quod refertur ad Deum, & tamen sup. scientia illius causati ad causam primam non infert pluralitatem, suppleas, eodem modo potest intelligi causa in habitudine ad causatum, & tamen non erit intellectio composita: tacet minorem, et infert conclusionẽ. d. ergo multiplicatio ipsius, siue illius, quod est in genere suo. i. ergo intellectio causæ in relatione ad causatum, quæ causa est vnius generis cum causato, non infert pluralitatem; & sic patet esse possibile Deum intelligere se, & alia vnica scientia, prout Deus dicitur relatiuum quoddam ad alia. (Præterea.) Ponit tertiam rationem contra philosophos: & ratio componitur sic: sicut, se habet intellectus intelligens aliquam rem, & sciens se scire illã rem, sic Deus sciẽs C alias res, per similitudinem, quam existimant esse bonam. Huic maiori subintelligendę apponit minorem. d. sicut qui scit rem, & scit quod eam ipse scit vna & eadem scientia: hæc est virtus minoris: apponit conclusionem. d. sic vna & eadẽ scientia est cum istis multiplicationibus, id est, sic ergo Deus scit se, & alia vna, & eadem scientia numero. (Maxime.) Confirmat argumentum. d. maxime sup. cerunt philosophi, quia loquentes, id est, theologi opinantur quod scibilia Dei sunt infinita, & quod eius scientia est vna & eadem, non quod ei attribuant sciẽtiam infinitam: arguo ergo sic: si possibile est scire infinita scientia vna: ergo possibile est scire plura eadem scientia, & per consequens Deus potest scire se, & alia vna, & eadem scientia, inquit Auer. vsque huc sunt verba Alg. adducta contra philosophos nomine philosophorum aduersariorum veris philosophis. (Sed ipse.) Nunc exponit pro philosophis veris, & reprobat eorum opinionem. secũda ibi, (Similiter ad id.) Respondet ad argumenta per ordinem, inquit, sed ipse respondit pro eis sic: si Dei scientia vna, et eadem est omnimode: non imaginandum est ꝙ scientia Dei dependeat a duobus scibilibus, scilicet ab ipso Deo, & rebus generabilibus causatis: quia, vt philosophi ponunt, hęc depẽdentia infert pluralitatem: est ergo solutio, quod Deus potest scire se, & alia, non scientia causata ab illis. (Et tamen.) Ostendit qualiter est hęc intentio philosophorum, scilicet in Deo non esse compositionem scientię, & scibilis seu scientiarum: probant

Prima rõ.

Secunda.

Tertia.

Solutio.

enim philoſophi ꝙ, ſi Deus eſſet id, in quo eſſentia eſſet diſtincta ab eſſe, in eſſet compoſitio: & habent hoc pro maximo inconuenienti: arguo modo ſi conueniens eſt in Deo eſſe compoſitionem ex eſſe & eſſentia: ergo multo magis ex ſubſtantia & accidente: dicit ergo, & tamen ſolicitantur in hoc, ita ꝙ di ꝙ, ſi Deus haberet quiditatẽ denominatã ab entitate, id eſt, quiditatiuã, vbi denominat illam tanquam realiter diuerſum eſſet hic pluralitas in Deo, quod maxime reputant inconueniens, ideo dicit, & ideo ſecundum philoſophorum ſe ces: impoſsibile eſt ponere vnã & eandem ſcientiam a pluribus ſcibilibus ca dentem, ita ꝙ pluralitatem nõ inferat: ideo magis infert hic, ſcilicet in eo, ſi

Ad primã. quis diceret ſcientiam eſſe additam eſſentiæ, quam attribuere ipſi Deo eſſe, ſiue quiditatem, ſup. additam. (Similiter.) Nunc ſoluit argumentũ primum, & bre ter negat maiorẽ: dicit ergo ſimiliter ad id, quod dicebant, quod ſcientia re uorũ eſt vna & eadem: dicimus quod eſt falſum, immo ſunt tres ſcientiæ, vi cet duę duorum relatiuorum, & tertia illa, quę eſt relationis: ergo ſunt ſcien

Ad ſecundã diſtinctę. (Similiter.) Reſpondet ad ſecundam, & primo replicat vim eius. ſi militer ad id argumentum ſup. quomodo Deus ſcit ſeipſum, & genera ſing ria, & quod ipſe eſt ipſorum principium, & addas, & quod poſsibile eſt cau intelligere ſe, & cauſam vna ſcientia: dicimus quod in cauſato infert neceſ

Ad tertiã. pluralitatẽ, eo quia cauſatũ intelligit ſe, & cauſam diuerſis ſcientijs. (Amp. Soluit ad tertiam. d. amplius ad id, quod ipſi dicunt, videlicet quod, ſi aliquis rem, ſcit ſine dubio quod ipſe ſcit eam eadem ſcientia. dicimus quod non eſt id eſt, dicimus quod minor eſt falſa, immo ſunt duæ diſtinctę, concludit ergo qualiter philoſophorum. ſup. aduerſariorum defectus eſt acerrimus in propoſito: ſolutæ ergo ſunt rationes pro philoſophis.

AVEROES.

AIt Auer. Hic eſt ſermo prolixus: cuius concluſio eſt rheto ca, ſeu topica. Et ſumma eius, quod recitauit, eſt conſeruatio Philoſophorum, quòd ſcientia Dei glo. eſt vna ex duabus tionibus, quarum concluſio eſt ꝙ ipſi tenent, ex eo ꝙ in intellectis ſtris ſunt multa, ex quorum pluralitate non plurificantur ſubſtantiæ intellectorum, vt apparent in entibus quædam diſpoſitiones, & non multiplicantur ſubſtantiæ in multiplicatione earum, vt ꝙ res ſit ens, & vnum, & neceſſarium, aut poſsibile. & hoc, poſtquã fuerat ens, eſt ratio ꝙ ſit ſcientia vna, comprehendens ſcientias multas, & infinitas. Ratio autem prima, quam facit in hoc capitulo, eſt id, quod vr de re bus intellectualibus, quæ eueniunt rei intellectæ in anima: & eſt lis rebus in entibus apud conſyderationem relationum repertarum eis ex negatione. nam relatio eueniens intellectis, apparet de ea ꝙ aliquid, quo non plurificantur intellecta. & dant rationem in hoc relatio eueniens rebus relatis eſt huiuſmodi. Ipſe autem contra huic rationi, ꝙ relatio, & duo relatiua ſunt ſcientiæ multæ, & ſcien noſtra de paternitate, exempli gratia, eſt alia a ſcientia noſtra de pa tre, & filio. veruntamen ꝙ relatio eſt attributum additum re extra animam in entibus, relatio vero, quæ eſt in intellectis, dign eſt vt ſit res, quàm vt ſit attributum additum ambobus relatiuis. A tamen hoc totum eſt aſsimilatio ſcientiæ humanæ ſcientiæ æternæ, & eſt ſubſtantia erroris. & ideo omnis, qui adduxit dubium in ſcien

A tia æterna, & conatur soluere id cum eo, quod apparet de ſcientia humana, ipſe quidem permutauit iudicium ab eo, quod apparet ad occultum in duobus entibus in vltimitate diſtantiæ, non in duobus communibus ſpecie, aut genere, ſed diuerſis in vltimitate diuerſitatis. Secunda vero ratio eſt. quoniam nos ſcimus rem eadem ſcientia, & ſcimus quòd ſcimus ſcientia, quæ eſt eadem cum ſcientia prima, non attributum ei. & ratio in hoc eſt, quoniam procederet in infinitum. & id, cum quo reſpondet ei, quòd hæc ſcientia eſt ſcientia ſecunda, & non procedit, nihil eſt. quoniam apparet de nobis quòd procedit, & non ſequitur ex eo quòd ſciens aliquid, & non ſcit quòd ipſe ſcit, vt, cum ſcit quòd ipſe ſcit, ſciat ſcientia addita ſcientiæ primæ, ſed ſcientia ſecunda eſt aliquid ex rebus ſcientiæ primæ. quare non eſt ei impoſsibile procedere in infinitum. ſi autem eſſet ſcientia exiſtens in ſubſtantia noſtra, addita primæ ſcientiæ, non

Error eſt aſſimilare ſciẽtiam humanam ſciẽtiæ æternæ.

B eſſet verus in eo proceſſus in infinitum. * Ratio autem, quam fecerunt Philoſophi Loquentibus, ex eo quòd Loquentes omnes conceſſerunt quòd ſcientiæ Dei glo. ſunt infinitæ, & ſcientia vna, eſt quæſtio ſecundum opinionem dicentis, non autem quæſtio ſecundum rem. & eſt contradictio, quam aduerſarii non poſſunt euadere, niſi cum ponunt quòd ſcientia Dei glo. non aſsimilatur in hoc ſcientiæ creatæ. nam ipſe non ignorat, magis quàm ille, qui credit quòd ſcientia Dei glo. non differt a ſcientia creata, niſi in quantitate tantum, ſcilicet quòd eſt multarum ſcientiarum tantum. & omnia iſta ſunt ſermones topici, & id, quo ſuſtentatur, eſt quod ſcientia Dei eſt vna, & non eſt cauſatum ex cauſatis, ſed eſt cauſa eorum. & res profecto, cuius cauſæ ſunt multæ, eſt etiam multa. res vero, cuius cauſata ſunt multa, non eſt neceſſe vt ſit multa, eo modo, quo cauſata ſunt multa. & ſcientia prima, non eſt dubium quòd negatur ab ea pluralitas, quæ eſt in ſcientia creata, vt negatur ab ea mutatione ſciti. & Loquentes ponunt

Hic finit antiquus text.

C hoc vnam ex radicibus ſuis. Sed ſermones, qui hic dicuntur, ſunt ſermones topici. Cum autem dixit quòd intentio eius hic non eſt notificatio veritatis, ſed intentio eius eſt deſtruere ſermones eorum, & facere apparere rationes eorum falſas, non eſt intentio conueniens, niſi hominibus peſsimis. Et quomodo non erit hoc ſic, cum plurimum, quod adeptus eſt iſte homo ex virtutibus, & excellentia, & docuit ſapientiam homines in eo, quod tribuit eis in compendiis ſuis, non fuerat niſi ex eo, quod accepit ex libris, quos poſuerunt Philoſophi, & ex diſciplinis eorum. Et ponamus quod ipſi errauerunt in vna re, non tamen ex hoc debemus negare excellentiam eorum in ſpeculatione, & in eo, quòd fecerunt exercere intellectum noſtrum. Et niſi fuiſſet eis nihil, niſi Logica, eſſet neceſſe ei, & omni, qui ſcit hanc artem, laudare eos in ea. & tamen ipſe ſcit hoc, & contradicit ei. & iam fecit in ea libellos, & dixit quòd nemini eſt via ad ſciendum veritatẽ, niſi ex hac ſcientia: & peruenit ei exaltatio in ea, ita quod extraxit eam a

libris Dei glo. eſt ne conueniens ei, qui adeptus eſt ex libris, & doctri-
nis eorum illam vtilitatem, quam accepit ipſe? Ex eis itaque iudica-
homines ſuæ tempeſtatis, & magnificatum eſt nomen eius in Mau-
vt dicat hunc ſermonem, & narret vilitatem eorum ſimpliciter, & vi-
litatem ſcientiarum eorum. &, licet poſuerimus ꝙ ipſi errauerint
aliquibus ex rebus ſcientiarum diuinarum, nos tamen non ratiocina-
bimur de errore eorum, niſi ex canonibus, quos notificauerunt no-
in ſcientia Logicæ, & determinamus ꝙ ipſi non vilipenderent no-
eo, quòd ſumus in errore, ſi fuiſſet ſecundum opinionem eorum, quo-
niam intentio eorum eſt notificare veritatem. &, licet non fuerit
niſi hoc intentum, ſufficit hoc in laudem eorum: quàmquàm nemo
cat in ſcientiis diuinis ſermonem, cui ſit fidelitas: & nemo euadit
errore, niſi is, cui tribuit Deus glo. rem diuinam præter naturalem
minis, ſicut ſunt Prophetæ. & neſcio quid lucratus eſt iſte vir in
bus rebus, peto a Deo veniam de vilipēſione ſermonis, & facti. Qu-
autem recitauit de credulitate eius, qui ſequitur fidem in his rebus
id, quod dicunt verificantes Philoſophorum. nam ſermo dicens
ſcientia Dei, & attributa eius non conſyderantur, & non compara-
tur attributis creaturarum, ita ꝙ dicit ꝙ ſunt ſubſtantia, aut additi-
ſtantiæ, eſt ſermo verificantium ex Philoſophis, & verificantium
rum ex hominibus ſcientiæ. & Deus dirigat ad veritatem.

Hic velit nolit fatetur neceſsitatē luminis ſuper naturalis.

Vult nunc Auer. redarguere quædam dicta Alg. & primo proponit ſumma-
intentionis eorum, & inquit, Dicimus nos quod huius hominis verbi hic ſu-
longa, & vtplurimum, id eſt, quantum ad maiorem partem eorum dialectica
ſed ipſorum verborū ſententia duabus concluſionibus cōtinetur. (Et id, q
Nunc exequitur, & primo proponit quoddam neceſſarium ad ſuum propoſi-
ſecundo ibi, (Et primo duarum) ponit concluſiones ſummatim, inquit er-
prima. Et id, quod conſtat ex his, eſt, ꝙ aſſerendo ſcientiam Dei vnam eſſe
xit ꝙ in noſtris intelligibilibus, prout intelligentia, id eſt, intellectus int-
ea, non multiplicantur, id eſt, res intelligibiles ab intellectu noſtro vna ſcie-
intelliguntur, vt relatiua, & multa alia: immo probauit hoc dicendo, ꝙ ſicut
entibus reperitur, videlicet ꝙ ſunt aliquę res in quibuſdam entibus, quę in
rebus non multiplicantur, vt puta ꝙ res eſt vna, & ens eſt neceſſariū: ens er-
& vnum idem ſunt ſimpliciter: ſicut ergo ex natura rei vnum ſecundum rem p-
teſt eſſe multa ſecundum rationem, inquit propter hoc, vnde ex hoc ſecundum
deprimitur ꝙ vna, & eadem ſcientia multa, & forte infinita continet, cum
ſcientia eſt res in anima: modo, ſicut res extra animam poteſt eſſe vna in ſub-
cto, & plures ſecundum modum, multofortius res in anima, ſicut eſt ſcientia p-
teſt eſſe vna in ſubiecto, & plures in habitudine. iſtud eſt illud neceſſarium
Auer. proponit. (Et prima duarum prędictarum.) Nunc ponit concluſiones ſum-
matim, & inquit, & prima duarum prędictarum ab Alg. dictarum eſt, ꝙ ipſe
mit exemplar ab imaginabilibus rebus, quę contingunt intellectui in anima no-
ſtra, & ſunt ſimilia entia comitantibus relationes entium adinuicem. i. &
entia, a quibus ſumpſit exemplar, ſunt res relatiuę, & res comitantes eorum
gationem. i. quibus nihil correſpondent in re, quibus potius reſpondet non e-
inquit modo Auer. apparret ꝙ relatio, quę contingit intelligibilibus, non
multiplicationem intelligibilium: & allegatio. i. probatio ipſius eſt ſuper h-
relatio concomitans relatiuas res, ſic ſe habet, qm̄ vna eſt ſcientia duorum re-
tiuorum: dicit modo Auer. & ipſe Alg. obiecit dictæ auctoritati. i. exemplo d-
do, ꝙ relatio & duo relatiua ſunt plura, & pluribus egent ſententiis, vt dicit

A meditatus est ostendere. (Et nos.) Cum posuit primam conclusionem, nunc reprobat eam, & dicit, & nos dicimus ꝙ hic error accidit, & assimilando scientiā humanam ad diuinam, bene dicimus ꝙ quicunq; mouet dubium in diuina scientia, & perpendit illud soluere per humanam scientiam, est manifestum ꝙ illud transfert indiuiduum præsens ad absens, id est, indiuiduum generabile, & sensatum ad æternum insensatum. dico absens in duobus entibus in maxima distantia distantibus, videlicet in specie, & in genere. Sed dices, de insensibilibus nō possumus loqui nisi per sensibilia: ergo non malefecit Alga. per simile in nostro intellectu declarare in intellectu primi. Dicendum, quod error fuit Alga. credendo per hæc omnino scire illa, & credere hęc esse illis similia omnino: sed qualiter per hęc veniamus in illorum cognitionem, non est dubium, vt scitur ab Auer. tertio de Anima. com. 36. (Secunda vero) ponit secundum. d. secunda vero prædictarum rerum fuit, ꝙ nos scimus rem esse, & scimus ꝙ nos scimus eam, & non denominatione, id est, scientia noua addita super primam, quia procederetur in infinitum. inquit Auer. sed nos dicimus quod hoc, id est, hęc ratio nihil ei quod ostendit. d. quia satis patet ꝙ procederetur ad infinitum, si aliquis sciret rem, & ignoraret ꝙ ipse scit eam, & postea scit quod ipse scit eam, adeo ꝙ ex hoc innouetur secunda scientia: vult ergo contra Alg. habere ꝙ homo scit rem, B & se scire illam, & ibi statur, per vnam regulam, quādo aliquid est tale per aliud, illud, per quod est tale, est tale per se, vt dicit. 8. Phy. com. 46. ideo conclusio & ideo non est possibile procedere ad infinitum, sicut putabat ipse: & sic patet qualiter Alga. in duabus conclusionibus peccauit aliqualiter.

Dubitatio.

Solutio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc dubium sequitur secundū opinionem Auicennę, cum existimauit ꝙ primum scit aliud: verificantes vero ex Philosophis determinauerunt ꝙ ipsum nō scit, nisi seipsum, & aufertur ab eis hoc dubium. Et dicimus labor videtur esse dedecus in hac opinione. & nisi esset in vltimitate mollitiei, & debilitatis, non dimisissent posteriores tenere eam. Nos autem ostendemus modum dedecoris in ea. quoniam in ea est ꝙ causata eius essent digniora eo. nam Angelus, & homo, & vnaquęq; intelligentiarū scit C seipsam, & principium suum, & scit aliud: Primum vero non scit nisi seipsum: ergo est diminutum in comparatione ad quemlibet hominum, quanto magis Angelorum. immo etiam bestię cum earum sensatione sui ipsius sciunt alia pręter se. & non est dubium ꝙ scientia est nobilis, & priuatio eius est diminutio. Quæro vbi est dictum eorum quod ipsum est desyderatum, & desyderans, & est ei gloria perfecta, & pulchritudo adimpleta? et quęro quę pulchritudo est enti simplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, neque scientiam de eo, quod currit in mundo, & de eo, quod sequitur a substantia eius, et prouenit ab eo: et quę diminutio est maior ista scientia Dei? O quàm maxime admirabitur intelligens eo, quod profunde speculati sunt de intellectis secundum existimationem eorum: deinde finit speculatio eorum ad hoc, ꝙ Deus Deorum, et causa causatorum non habet scientiam omnino de eo, quod currit in mundo. et quę est differentia inter eum, et mortuum, nisi ꝙ scit seipsum? et quę est perfectio in scientia simplicius, cum ignorauerit aliud? et hęc opinio non indiget in ima-

ginatione dedecoris eius loquela cum Melodia, & Retorica. Deinde dixit eis ꝙ isti non euadunt a pluralitate cum reductione co... hoc dedecus. Nam nos dicimus, aut scientia eius est alia a se... eadem. si dicitis ꝙ est alia, tunc est pluralitas. si vero dicitis ... eadem, quæ ergo est differentia inter vos, & dicentem ꝙ scien... nis de seipso est ipsemet? & est dementia, & stultitia, cū intel... sui per aliquid existens in eo, quod non apparet in substātia eius... de aufertur illa occultatio, & excitatur, & reducitur ad se, & ... consyderatio eius de se ipso alia a substantia eius absque dubio. ... ro dicitis quòd homo est priuatus scientia de substantia sua, & ... tur ei, & erit alia ab ea sine dubio, dicimus ꝙ alietas non scitur in... uatione, & copulatione. nam idētitas rei impossibile est vt inno... supra rem, & alietas rei, cum separetur a re, non redit idem, & ... quin sit aliud. Si autem primum non defecit esse sciens de se ipso, ... indicat ꝙ sciā eius de se ipso est ipsummet. & ampliata est cogi... in consyderationem substantiæ, deinde in innouationem consyde... rationis. &, si hoc esset, ipsamet substantia non potuisset imag... hanc consyderationem. Si vero dixerit substantia eius est intelle... & scientia non habet substantiam, deinde scientia existit in eo, ... dicimus delusio est manifesta in hoc sermone. nam scientia est at... tum: & attributum est accidens determinans rem, cui attribuitur. ... sermo dicentis est in seipso intellectus, & scientia est sicut dicere... posse, & voluntas, & ipsum existit in se. Si autem hoc dicatur ... quidem sicut sermo dicentis de nigredine, & albedine ꝙ existens ... & quantitate, & quadratura, & trinitate existit in se, & sic in omni... accidentibus. Attamen via, quæ facit falsitatem, vt sint attributa ... poribus in se absque corpore, quod est præter attributa in alio, ... in scientia, ꝙ attributa viuentis ex scientiis, & vita, & posse, & vo... tas etiam non existunt in se, sed existunt in substantia. nam vita ... stit in substantia, & ex ea erit vita eius. & sic scientia existit in su... tia, & erit sciens ex ea. & sic alia attributa. ergo non solum prohi... primo negationem aliorum attributorum, & negationem verifica... nis, & quiditatis, sed etiam negant ab eo existentiam in seipso: ... reducunt in veritatem accidentium, & attributorum, quæ non ha... bent existentiam in seipsis, ita quòd nos declarabimus postea dim... tionem eorum a producendo rationem, ꝙ sciat de se ipso. & alia quæ... stio est separata.

Nunc Alg. in præsenti dubio vult reprobare philosophos, & primo declar... qualiter prędictum dubium est contra Auicennam, & non contra peripat... cos. Deinde arguit contra peripatheticos, inquit, & si aliquis diceret qu... dubium. i. datum sequitur tantum Auicen. i. est contra Auicēnam tantū: ... tionem ait. d. ipse enim opinatus est quod Deus alia entia pręter eum sciat, ... sup. dubium factum procedit contra Auic. & ostendit qualiter non est co... peripatheticos. d. sed aliqui veraces philosophi conueniunt, quod ipse Deus ... scit nisi seipsum: ergo, secundum eos hoc dubium remouetur. i. non habet lo... (Nos dicimus) cum declarauit qualiter hoc dubiū procedit contra Auic. & non

A contra philoſophos, nunc arguit contra philoſophos rationibus nouis, & primo vilipendit eos. d. nos dicimus quod remanens. i. ſoluens hoc argumentum illo modo, deberet merito tacere, & ſtupefieri de vtilitate eius. i. ſuiipſius. (Quilibet. n. homo) nunc declarat ſolutionem illam eſſe falſam, & arguit entimematice: et ratio ſtat in hoc, ſi Deus non ſciret niſi ſe, eſſet defectibilis reſpectu hominis, & maxime reſpectu angeli. conſequentiam probat: quoniam minora intelligeret ipſo angelo, & ipſo homine: quoniam homo, & angeli non modo ſe, immo alia intelligunt, vt patet. in tex. huius rationis: primo ponit probationẽ conſequentię. d. quilibet enim homo, vel angelus cognoſcit ſeipſum, & ſuum principium, & alia entia praeter eum. (Vnde ſi.) ponit nunc entimema dicens. vnde, ſi ipſe Deus non ſciret niſi ſe, ergo eſſet defectibilis reſpectu creaturarum humanarum, quanto maxime reſpectu angelorum: & ſic patet tota ratio. (Immo, quod plus eſt) hic ponit ſecundam rationem contra idem: & poteſt ratio ſic componi: illud, quod videtur cognoſcere ſeipſum, nouit aliud extra ſe. Sed ſuppleas, Deus cognoſcit ſeipſum: ergo Deus nouit aliud extra ſe. maior ponitur tantum, & non probatur, quia ibi intra. (Qualis ergo eſt differentia inter hoc, &c.) probatur, ideo vſq; ad illum dimittatur locum: minor autem eſt peripatheticorum, vt dictum eſt. (Et non.) Soluit dubium contra primam rationem: quoniam, ſicut dicitur. 12. Meta. com. 51. B Scientia vilium non eſt digna apponi in re nobiliſſima, ſicut eſt Deus: exemplum eſt: ſicut videre turpia viſibilia non decet honeſta videntem videre: ergo, cum entia generabilia ſint vilia in comparatione ad Deum, nõ decet Deũ videre: & ſic ad primam rationem negatur conſequentia. & ad probationem patet ſolu. ex hoc, eo quia homo, & angelus non ſunt perfectiſſima, qualis eſt Deus, &c. Hanc ergo quæſtionem remouet. d. & non eſt dubium quod ſcientia eſt nobilitas, & perfectio: & ignorantia totum contrarium ſe habet. i. eſt vilitas, & imperfectio: vult ergo dicere quod licet ei congruit ſcire vilia, non propter hoc vileſcit, eo quia & ſi obiecta ſenſibilia vilia ſunt, attamen ſcientia eſt perfectio, & bonitas. (Rurſus.) Hic ponitur tertia ratio, et componitur ſic: omne diligens entia, habens mirabilem gloriam, intelligit dilecta: hanc maiorem ſupponit, & ſtatim apponit minorem. d. rurſus philoſophi ſunt conſueti dicere quod ipſe Deus eſt diligens ſup. entia, & quod habet mirabilem gloriam, id eſt in hoc eſt, quia miſericors eſt eorũ, quæ diligit, concluditur ergo concluſio, quod Deus intelligit dilecta, quorum eſt miſericors. (Vnde etiam.) adducit quartam rationem, & ſic componitur. nullum ſciens ſimpliciter ſine quiditate differente ab eſſe eſt ignorans ea, quę ſunt extra ipſum: ſed Deus eſt ſimpliciter ſciens ſine quiditate differente ab eſſe. ergo non eſt ignorans res extra ipſum. primo ergo proponit quod vult deſtruere. d. vnde etiam mirandum eſt qualiter poſſunt ei C talia attribuere. (Poſito enim.) Nunc arguit, & ponit minorem. d. poſito enim quod ipſe ſciat ſimpliciter ſine quiditate. i. differenter ab eſſe, ponit concluſionem ſub forma quæſtionis. d. quomodo poterit eſſe ignorãs omnia alia præter eum (quaſi dicat non. (Cum procedunt.) probatur maior, & componitur ſic: nullum ſciens ſimpliciter, a quo procedunt omnia, ignorat illa. ſciens ſine quiditate differenter ab eſſe eſt id, a quo procedunt omnia. ergo nullum ſciens ſimpliciter ſine quiditate, &c. ignorat omnia alia. huius tangit minorẽ. d. cum procedant ab eo. (Qualis igitur etiam.) Nunc ponit quintam rationem, & poteſt ſic cõponi: illud, quod eſt homini mortuo plus propinquum, eſt vilius eo, quod ab illo eſt remotius. ſed Deus intelligens tantum ſe eſt propinquior homini mortuo ipſo homine viuo: ergo Deus eſt vilior homine viuo. minor probatur, quoniam homo duo habet, ſcilicet, quod intelligat ſe, & intelligat alia: mortuus quod neque ſe, neque alia: Deus eſt in medio, caret enim ſcientia aliorum, & quantum ad hoc conuenit cũ homine mortuo, & habet ſcientiam ſui, & in hoc differt ab eo: ergo, cum ſit in medio, eſt plus propinquus homini mortuo. inquit ergo, igitur qualis etiam eſt differentia inter eundem Deum, & hominem mortuum, niſi quia ipſe Deus ſeipſum nouit, & mortuus minime: & per hoc habetur minoris declaratio. (Amplius dicimus.) Nunc arguit contra illud, quod philoſophi volunt fugere. d. amplius dicimus, quod poſſumus eos compellere, vt concedant pluralitatem in Deo bene-

dicto, quod intendunt fugere hoc modo: videlicet, aut scientia Dei eadem est, q ipse Deus, aut differunt adinuicem. si differũt, ergo statim est pluralitas in D si sunt vnum & idem, ergo qualis differentia est in hoc, & dictum dicemus, q scire hoc seipsum idem est, quod ipsum. i. nulla: idem enim erit dicere scien Dei non differt a Deo, & quod ipse non scit nisi se tantum. Destruit hoc. d. hoc est summa fatuitas: quod declarat per exemplum hoc modo. d. homo m multotiens essentiam suipsius ignorat, & scit quod est postea. i. accidentia: tunc, quandoque remouetur illa ignorantia arguendo ab accidentibus ad essen tiam, inquit modo, & hęc. i. scientia sui & accidentium differunt adinuicem dubio: & videtur mihi qnod Alg. voluit per hoc innuere hanc rationem: qu que scit difficilius, scit facilius: sed Deum scire essentiam est difficilius, quã posteriora, vt patet in exemplo de homine: ergo sciens essentiam suam sciet p steriora. (Et licet.) Nunc ostendit responsionem philosophorum esse ex propositum: ipsi enim credebant euadere a compositione in Deo, dicendo q Deus scit se tantum, ideo scientia eius non est composita. contra arguit Alg. & licet diceremus quod Deus sciuit seipsum, non sequitur ex hoc, quod ip eius scientia sit vnum, & idem: vt posito quod homo sciat tantum se, non seq tur scientiam hominis esse idem, quod homo. (Et, si forte.) Adducit euasion philosophorum ab hac replica. d. &, si forte dicti philosophi dicerent quod ip Deus purus est intellectus absque alia substantia, & per consequens similitu hominis, & Dei nihil est, quoniam homo materialis est, & compositus. con arguit. d. dicimus nos, ꝙ hoc est impossibile: cuius rationem ponit, & pote componi. omnis denominatio, & accidens additum intellectui, facit composi nem: hanc maiorem supponit: explicat minorem. d. scientia enim est quæ denominatio intellectus, quæ subiecto sine dubio indiget, vt in alijs accident eiusdem rationis reperitur. concludit errorem eorum. d. vnde dicimus ꝙ ex apparet defectus philosophorum in pręsenti proposito, & ordinat se ad sequen tia, & sermo eius patet: hæc igitur sunt, quę continentur in pręsenti dubio.

AVEROES.

Quo pacto debeat tradi scietia vulgaribus, et quo sapientibus.

AIt Auer. Sermo in scientia Dei glo. de se, & de alio est prohi bitus, cum sit topice hora disputationis, quanto magis pon eum in scriptis. nam non peruenit intelligentia vulgi ad tal profunditates. &, cum disputatur cum eis in hoc, destruitur diuinit apud eos. quare disputatio cum eis in hac scientia prohibita est, cum sufficiat in felicitate eorum vt intelligant in hoc id, quod potest perci pere intelligentia eorum. Quare lex, cuius intentio prima fuit do vulgus, non defecit circa intelligentiam harum rerum de Deo glo. ex eo ꝙ sunt in homine, sicut dixit ipse glo. Non erit tibi Deus alienus. & dixit Qui non vident, nec audiunt. & dixit Oculos habent, & non vident. sed indiguit ad faciendum intelligere aliqua de Deo glo. assi milatione eius instrumentis humanis, vt dixit Manus eius funda terram, & dextra eius mensurauit cœlum. Et hæc quidem quæstio propria sapientibus, quos dedicauit Deus veritati. vnde non debe poni in scripturis, nisi in libris positis in via demonstratiua: & sun quorum mos est vt legantur secundum ordinem, & post acquisitione scientiarum aliarum, quæ impediunt multos homines a speculatione in eis modo demonstratiuo, cum fuerint perfectæ creationis conuen tis cum paucitate reperiendi hanc creationem perfectam in homine

Sermo

A Sermo autem de his rebus cum vulgo est, sicut qui dat potum venenorum multis corporibus animaliū, quibus sunt venena. nā venena sunt res appropriatæ: quia aliquod erit venenū proprium alicui animali, quod erit nutrimentū in alio animali. & sic est dispositio in opinionibus cum hominibus, s. ꝙ aliquādo erit opinio, quæ erit venenum in aliquibus hominibus, & nutrimentum in aliis. & qui ponit ꝙ opiniones oēs sint cōuenientes omnibus hominibus est, sicut qui ponit oia esse nutrimentū omnibus hominibus. & qui prohibet speculationem ab eo, cui debet tribui est, sicut qui ponit cibos oēs venena omnibus hominibus, & non est sic, sed est in eis aliquod, quod est venenū aliquibus hominibus, & nutrimentū aliis. & qui dat venenum ei, cui est conueniens, debet inculpari, licet fuerit aliis nutrimentū. & qui prohibet venenum ab eo, cui est nutrimentū, ita ꝙ moritur, debet et ei inculpari. & secundū hoc res debet intelligi hic. & ideo, cū errāt praui, & stulti, & dant venenum ei, cui debet venenū tribui, ita ꝙ sit nutrimentū, B debet Medicus conari in arte sua ad medendū ei. Quare licitum est nobis loqui de hac quæstione in huiusmodi libro. & nisi esset hoc, nō teneremus ꝙ liceret nobis. sed est rebellio expressa, aut ex rebus maximi fetus in terris, & pœna exprimentium est scita in lege. Et, cum impossibile sit quin loquamur in hac quæstione, dicimus in ea, secundū ꝙ requirit vis loquelæ de ea in hoc loco apud eum, qui non est assuefactus in rebus, in quibus debet se exercere ante consyderationē in hac quæstione. Et dicimus ꝙ, cū Philosophi consyderauerunt in omnibus comprehensibilibus, inuenerunt ꝙ sunt dupliciter. aliquod .n. est comprehensibile sensu, & corpora existentia in se demonstrata, & accidentia demonstrata in corporibus illis: & aliquod comprehensibile in intellectu, & sunt quiditates rerum illarum sensibilium, & naturæ earū, scilicet substantiæ, & accidentia. Et inuenerunt ꝙ ea, quæ habent quiditates, in rei veritate sunt corpora. Et intelligimus per quiditates corporum attributa reperta in eis, quibus corpora illa sunt in actu, & C appropriata in aduentu alicuius actionis, & operationibus prouenientibus ex eis. Differunt autem hæc attributa ab accidētibus apud eos. qm̄ inuenerunt accidentia res additas substantiæ demonstratæ existenti ei, indigentia quidem substantiis, in quibus existunt, & substantiæ eadem non indigent existentia eorū in eis, s. accidentium. Et inuenerunt hæc attributa, quæ non sunt accidentia, non addita substantiæ, sed sunt ipsamet verificatio substantiæ demonstratæ, existentis per se: ita quòd, si imaginaretur ablatio illorum attributorum, auferetur substantia. Et sciuerunt hæc attributa in entibus demonstratis, scilicet corporibus ex operationibus vniuscuiusque corporis, ex corporibus [illegible] eis propriis. exempli gratia quoniam ipsi comprehenderunt attributum, quo fuit planta, planta, ex operatione eius sibi propria: & attributa, quibus viuens est viuens, ex operationibus viuentis sibi propriis. & sic comprehenderunt ꝙ sunt in inanimatis formæ huiusmodi

Via, q̄ Philosophi entia cōsyderauerūt, earūque qditates ac accidētia inuenerunt. Vide supra dispu. 3.

sibi propriæ propter operationes inanimatorum sibi proprias. Deinde, cum consyderauerunt in his attributis, sciuerunt ꝙ sunt in subiecto huius substantiæ. & cognitum fuit eis hoc subiectum ex conuersione entium demonstratorum ex specie ad speciem, & ex genere ad genus cum conuersione attributorum, & mutatione eorum. v. g. conuersio naturæ ignis ad aerem, cum aufertur attributum, ex quo prouenit operatio ignis. & est id, quo ignis est ignis ad attributum, ex quo prouenit operatio aeris sibi propria: & est id, quo aer appellatur aer. Et induxerunt rationē etiam, ꝙ reperiatur hoc subiectū, ex eo ꝙ substantia demonstrata patitur ab alio: sicut assumpserunt rationem de operatione ex parte formæ. quoniam impossibile est vt imaginetur ꝙ sit actio & passio ex re, quæ sit vnius naturæ. Et crediderunt ex hoc ꝙ omnia corpora agentia, & patientia sunt composita ex duabus naturis, agente, & patiente: & appellauerunt agens formam, & quiditatem, & substantiam: & appellauerunt patiens subiectum, fundamentum, & materiam. & patuit eis ex hoc ꝙ ista corpora sensibilia non sunt corpora simplicia, sicut apparet sensui, nec composita ex corporibus simplicibus: cum omne corpus habeat actionem, & passionem. Et opinati sunt ꝙ ea, quæ apprehendit sensus ex istis, sunt corpora demonstrata, composita quidem ex duobus istis: quorum vnum appellauerunt formam, aliud vero materiam. & id, quod comprehēdit intellectus ex istis, sunt formæ, quæ fiunt intellecta, & intellectus, cum abstraxerit ea intellectus ex rebus, quibus existunt, scilicet eo; quod appellauerunt subiectum, & materiā. & esse accidentium diuiditur intellectu in has duas naturas: licet subiectū eorū in rei veritate, scilicet sedes, in qua fuerint, sint corpora composita ex his duobus. Et, cum distinctæ fuerunt apud eos res intellectuales à rebus sensibilibus, & declaratū fuit eis ꝙ sint in sensibilibus duæ naturæ, quarum vna est potentia, alia vero actus, consyderauerunt quæ duarum naturarū præcedit aliam: & inuenerunt ꝙ actus præcedit potentiam, cum agens sit prius acto. Et consyderauerunt in causis, & causatis. & finitur processus in eis ad causam primam, quæ est in actu, & est causa prima oium causarum, & affirmauerunt ꝙ sit actus purus, & ꝙ in ea nihil sit potentiæ omnino. nam, si esset in ea potentia, esset causata aliquo modo, & non esset prima. Et, quoniam omne compositum ex attributo, & re, cui attribuitur, est in eo potentia, & actus, sequitur apud eos vt non sit Primum, compositum ex attributo, & eo, cui attribuitur. &, cum fuerit apud eos omne, quod est immune à potentia, intellectus, sequitur apud eos, vt Primum sit intellectus. Hæc est via Philosophorum conclusa breuiter. Si autem fueris ex hominibus perfectæ creationis dispositæ ad recipiendum scientias, & eris ex hominibus constantiæ, & ocii, iubeo profecto tibi vt incumbas libris Philosophorum, & scientiis eorum, ad hoc vt habeas id, quod est in eorum ex veritate, aut contrario eius. Si vero fueris ex eis, qui

Pasſio ratio fuit inueniē-di subiectū: opatio vero formam.

A bus deficit vnum horum trium, iubeo vt incumbas dictis simplicibus legis, & non consyderes in his credulitatibus, quæ fiunt in Mauris. nam, si tu eris ex eis, non eris quidem nec ex hominibus veritatis, nec ex hominibus legis. & hoc est, quod mouit istos homines ad credendum quòd hæc substantia, quam inuenerunt, sit principium mundi, & quòd sit simplex, & quòd sit sciẽtia, & intellectus. Et, quoniam viderunt quòd ordo hic repertus in mundo, & partibus eius prouenit ex scientia præcedenti, determinauerunt quòd hic intellectus, & scientia sit principium mundi: quod fuit causa vt reperiatur, & vt sit intellectum. & hoc profecto est distans à primis notitiis, & rebus famosis, ita ꝙ impossibile est vt exponatur vulgo etiam, & multis ex hominibus: & est prohibitum ei, cui est veritas patefacere hoc ei, cui non est via ad habendum veritatem. nam esset, ac si interfecisset eum.

Vnde ordo mundi.

Et plura & diuersa hic habẽtur quã in antiquo.

Quid separatũ a materia

Appellant autem separatum à materia substantiam: quoniam inuenerunt definitionem propriam substantiæ, quòd est id, quod existit B per se. &, cum primum sit causa omnis eius, quod existit per se ex entibus, ideo est dignius nomine substantiæ, & nomine entis, & nomine scientis, & nomine viuentis, & omnium rerum, quas influxit entibus, & præcipue, & quicquid est earum ex attributis perfectionis. Reliquum vero, in quo vituperauit iste vir hanc opinionem, est res, cui non est inspiciendum nisi à vulgo, & vilibus hominibus, & sunt quibus prohibitum est eis audire hunc sermonem. Et, cum dixit & quæ pulchritudo est enti simplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, nec scientiam eius quod fit in mundo? nec eius, quod sequitur ex substantia eius, & prouenit ab ea? vsque ad finem sermonis, est sesmo corruptus totus. Nam, si ipsi ponerent quiditatem remotam à subiecto, tunc profecto erit remota ab attributis, & non erit subiectum attributis, nisi esset in subiecto, & esset composita ex natura potentiæ, & natura actus. Et est habens C quiditatem, quæ est simpliciter. & entia non erunt habentia quiditatem, nisi mediante ea. Et est ens scientię de entibus simpliciter, quoniã entia sunt intellecta, & reperta ex scientia eius de seipso. nam, cum fuerit ipsum causa quòd entia reperiantur, & sint intellecta, & sunt entia in quiditatibus suis, & intellecta propter scientiam eius, ergo ipsum est causa quòd quiditates eorum reperiantur, & sint intellecta. Philosophi autem negauerunt de eo quòd sit scientia eius de entibus, vt scientia hominis de eis, qui est causatus ab eis. ergo sciẽtia eius de entibus est in cõtrariũ sciẽtię hominis, cũ fuerit istã demõstratio de hac specie sciẽtiæ. attñ secundũ opinionem sectę Assarię nõ habet oĩno quiditatẽ, nec substantiam. quoniam esse substantię non habentis quiditatem, nec quòd ipsa sit quiditas, non intelligitur: licet quędam pars Assarię sectę opinetur quòd sit quiditas ei propria, qua discernitur substantia eiùs ab aliis entibus. & hęc quiditas apud Sophios est quod significatur per nomẽ Dei magni. Cum

Intellect' prim' habet qditatẽ simpliciter: reliqua vero entia habẽt quiditatem ea mediante.

autem dixit, iterum dicatur istis non euadunt à pluralitate cũ red-ctione eorũ in hanc vilipensionem. nam nos dicimus aut scientia e... est alia à substantia eius, aut est eadem. si dicitis ꝙ sit alia, ecce q... pluralitas. si vero dicitis ꝙ sit eadem, quæro quæ differentia est in... vos, & dicentem ꝙ scientia hominis de se ipso est ipsemet, est pro... sermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. & qui loquitur in eo ... dignior hominibus verecundia, & vituperio: qm̃ est inconueniens ... perfectũ remotum ab attributis innouationis, & mutationis, & dimi-nutionis sit in denominatione diminuti, & mutabilis. nam homo, ... eo ꝙ est quid compositum ex subiecto, & scientia reperta in hoc sub-ecto, necesse est vt sit scientia eius alia à substantia eius aliquo mo... vt dictum est, cum subiectum sit causa mutationis scientiæ, & sub... tiæ. Et, quoniam homo est homo, & dignior omnibus entibus sen-sibilibus, propter intellectum copulatum substantiæ suæ, non ex ... ipso necesse est vt ille, qui est ex seipso intellectus, sit dignior omni-bus entibus, & sit remotus ab omni diminutione, quæ reperitur ... intellectu hominis. Et, cum dixit, si autem dicatur substantia eius e... intellectus, & scientia, nec habet substantiam, & postea scientiam ... stentem in ea, dicimus ꝙ stultitia apparet in hoc sermone. nam scien-tia est attributum, & accidens determinans rem, cui attribuitur. ... mo dicentis de nigredine, & albedine, & eo, quod existit ex se, & qua-titate, & quadratura, & trinitate ꝙ consistat in se, & sic in omni... accidẽtibus, vsque ad & sic in aliis attributis, dicimus quòd malig-... tas, & fallacia magis videtur in sermone eius: quoniam declara... ꝙ reperitur aliquod attributum, quod est dignius appellari substan-tia, quàm substantia existens per se, & est attributum, quo hæc ... stantia, existens per se, existit per se. nam declaratum est ꝙ sub... huius attributi non est aliquid existens per se, nec repertum in ac... sed inest ei existentia per se, & esse in actu ex hoc attributo, & est ... suo esse modo, quo sit recipiens accidẽtia, licet appareat in aliquo ... ꝙ indigeat subiecto in rebus, quæ mutantur. quia fundamentum ... accidentibus est vt existant in alio: & fundamentum in quidita... vt existant in se, nisi id, quod euenit hic in rebus generabilibus, & cor-ruptibilibus de indigentia quiditatum earum subiecto. & hoc præ-dicto attributum est distantissimum omnium à natura accidentium. ... assimilari apud eum scientiam, quæ est ibi accidentibus, quæ ... est in vltimitate mollitiei: & est quid debilius, & leuius ... eius, qui dicit animam esse accidens, vt trinitatem, & quadratu... Et hoc sufficiat in destructione huius sermonis totius, & ... tis eius. Et appellatur hic liber Destructio simpliciter, non ... destructio Philosophiæ. O quantum est distans natura scientiæ à na-tura accidentis, & præcipue scientia primi glo. & cum fuerit in ... mitate distantiæ à natura, accidens est in maxima remotione ... gentiæ subiecti.

Homo est dignior ceteris substãtijs sẽsibilibus.

A Nunc Auerro. vult respondere dictis Algazel. & primo proponit excusationem eius. f. cunda ibi. (Vnde redibimus.) incipit declarare veritatem de dictis ab illo, inquit ergo. Dicimus nos, quod loqui de ipsius Dei gloriosi scientia, videlicet tam de se, id est, scientia eius, quam de alijs scibilibus entibus, non licet, immo prohibetur manifeste a legibus nostris scilicet, non modo dialetico, seu topicali, sed etiam sophisticali, & maxime sup. prohibetur ponere in libris, qui ad manus cuiuslibet peruenient. (Et quia vulgus, vt manifestum est.) Nunc ponit quid iam sequitur ex illo, dicens, & quia vulgus, vt manifestum est, nequit comprehendere veritatem talium ipsorum, scilicet, vulgarium, ruditateque pro &, rerum subtilitate, ideo inducit eos ad insudandum, vt negligant pulchritudinem diuinitatis: concludit illud, dicens, & ideo non sunt talia omnibus liberanda, multa enim incongrua possunt ex hoc oriri. Tunc dat differentiam inter vias legis, & philosophiæ, dicens, & hæc est causa, quare via ponentium leges differt, a via philosophorum, scilicet quia via legis simplex, & narratiua ponitur: cuius rationem ait, namque pro quia, si forte demonstratiue loqui insudassent se, & vulgares obijcerent eorum auctoritatibus, id est, rationibus, & excitarent dubia, & argumenta sophisticalia, igitur dicta verba legis essent in fine, id est, tandem in errore: vult ergo Auerro. quod lex debet poni sine ratio-

B ne, quoniam, si poneretur cum ratione, ita quod tantum credatur propter rationem tunc vulgares, si responderēt illi rationi, forte crederent oppositum legis: & istud dictum Auerro. est etiam verum secundum legem nostram: debēt enim theologi tantū rationibus cōtra legē soluere, & non rationes apponere pro lege. (Vnde valde.) & cū dixit hoc, cōmēdat dictū cōe, & dicit, vnde, valde sunt laudanda verba dicentis, quod qui tradit vulgo, similis est ei, qui dat venenum quibusdam corporibus quorundā animalium, videlicet, quod illud venenum fit eis mortificabile: venena nāque sunt res relatiuæ, quia aliqua sunt venena alicui animali, alicui vero sunt cibaria: vnde simile est de propositis dubijs cū vulgo: & ideo semper decet dare cuilibet id, quod suę naturę competit. Debes scire, quod hic homo fatuus fuit quantum ad hoc, credit enim omnes leges esse datas ab hominibus, vt Auicen. dicit 10. Metaphy. suæ cō. 2. & credit quod legislator debet aspicere inclinationē populorū prouinciæ, & secundum eam ponere leges, sicut fecit Mahumetus, qui vidēs saracenos maxime inclinatos ad scortum, concessit eis vxores innumerabiles, & multa mirabilia, quæ narrat in libro sui ordinis, qui dicitur Alcoranus, & in hoc mentitur hic homo, immo apparet propter hoc legē nostram non potuisse esse nisi ex Deo: in qua .n. lege ponuntur paupertas, castitas, & obedientia plusquā in nostra, sunt .n. contra in-

C clinationē nostram hæc tria: & ideo, cū auctor nostræ legis vicit nos his, non potuit esse nisi Deus; immo videmus Auicen. in com. suæ Metaphy. c. 7. deridere Mahumet. ait enim, lex nostra, quā dedit Mahumetus, ostendit dispositionē felicitatis & miserię, quæ sunt secundū corpus, alia est promissio, quę attēditur secundum intellectum & argumentationē demonstratiuam, vt propheria approbat; & hęc est felicitas, & miseria animarum, quæ probantur argumentationibus, cum nostra estimatione debiles sint ad imaginandum eas, nunc propter causas, quas ego ostendam: sapientibus vero theologis maior cupiditas fuit ad consequendam hanc felicitatem, quā felicitatem argumentorum, quę quāuis daretur eis, non attendunt eam, nec appreciati sunt eam in cōparatione huius felicitatis, quæ est cōiunctio primę veritatis: hęc ille: vbi aperte dat intelligere illā legē esse positā ad populi inclinationē magis quā ad veritatem, & hominum salutē: & ideo apparet aperte legem nostram esse veram, & ex Deo positam immediate. (Et nos.) Nunc cōcludit causam, quare vult differre ab his alio modo, & inquit. Et nos idcirco, quia in hoc libro cū philosophis veracibus intendimus licite loqui, igitur est nobis de predictis tractare hic latenter, alio enim modo est cauēdum valde a nobis: & sic vult loqui hic cum difficultate, quoniā nō vult intelligi a vulgaribus, sed tātū a peripatheticis. (Vnde redibimus.) Cū proposuit excusationē, nunc exequitur, & primo accipit quædam fundamēta, & inquit, vnde redibimus ad propositū dicentes, qd peripathetici tractantes de omnibus cōpre-

Differētia iter viā philosophorū, & legis.

Permissio legis Mahumeti.

henſibilibus, inuenerunt comprehenſibilia eſſe duobus modis, videlicet, ſenſibilia ſenſibiliter, vt corpora indicabilia, id eſt, demonſtrata indiuidua, & actualia exiſtentia in eodem genere: eſt ergo vnum genus comprehenſibile ſenſibile, vt indiuidua demonſtrata (Et comprehenſibilia.) Nunc ponit ſecundum genus, & inquit, & comprehenſibilia ab intellectu, vt ſunt quidditates ſenſibilium eorum, & ipſarum naturæ; id eſt, formæ ſubſtantiarum ſenſibilium, & accidentium. Eſt ergo ſecundum genus comprehenſibile quiditas rei ſenſibilis, ſiue accidentis, ſiue ſubſtantiæ: hoc eſt ergo vnum fundamentum, quod, ſcilicet, comprehenſibile eſt duobus modis, ſcilicet, ſenſu, & intellectu, vt indiuiduũ demonſtratũ: intelligẽtia, vt quiditas rei ſenſibilis. (Inuenerunt.) Nunc declarat quorũ eſt quiditas, quæ ab intellectu comprehenditur, & inquit, & inuenerunt dicti philoſophi quod res quiditatẽ habentes ſecundũ veritatem ſunt corpora: id eſt compoſita ex materia & forma. (Et intẽdimus.) Poſſet quis ambigere, hæc diuiſio non eſt ſufficiens: quoniam ſunt quædam, quæ non ſubſtantiæ, nec accidens, vt ſunt propria ſubſtantiarum. Cui reſpondet, dicens intendimus ſub accidentis nomine de quibuſdam denominationibus in eiſdem corporibus exiſtẽtibus, ex quibus, id eſt propter quæ dicta corpora actualiter reperiuntur, id eſt propter quæ corpora compoſita ſunt, & propter quæ præponitur, vt ab eis aliqua procedant corpora. Debes ſcire, vt accipitur ſecũdo periganeſeos, elementa, & mixta habere duplex eſſe, ſcilicet ſenſibile, & eſſentiuũ ſeu quiditatiuũ. quantũ ad primum eſſe requiruntur qualitates primæ ratione quarũ habent eſſe tale, & ratione quarum agunt & patiuntur. Secũdo modo non requiruntur, cum vt ſic, abſtrahant ab eis. vult ergo quod ſub genere accidentis cõtineantur talia propria corporibus ſenſibilibus. (Et differunt) quia poſſet quis dicere, an illa ſint abſolute accidentia: ſoluit, & differunt hæ denominationes ab accidentibus apud philoſophos, eo ꝙ accidentia ſunt res additæ ſuper ſubſtantiam indicatam, id eſt demonſtratã per ſe exiſtentem, id eſt indiuiduũ, & dictæ denominationes non ſic ſe habent, imo ipſæmet idem ſunt quod ſubſtantiæ rerũ indicatarũ, id eſt demonſtratarũ per ſe exiſtentium. Et, quia huiuſmodi diſpoſitiones nõ ſunt idẽ ſecundũ rẽ ipſis ſubſtantijs, ſtatim ſe ſimitat, & itaq; ſi imaginaremur remotionẽ dictarũ denominationum, ſubiectũ totaliter mouetur. eſt ergo ibi identitas inſeparabilis, & non identitas eſſentiæ: & in hoc errãt multi, qui credũt ſubiectũ, & propriũ eſſe vnã rẽ: & eſt error maximus, & in Metaphy. deſtruitur: patet ergo qualiter nõ ſunt abſolute accidẽtia, ſed quodammodo. (Et inueniemus.) Nũc ponit artẽ, qua huiuſmodi denominationes ſunt, vel reperiuntur ineſſe ſubiectis, & inquit, & inueniemus veritatẽ harum denominationũ, quæ rebus indicatis reperiuntur, id eſt quæ rebus demonſtratis ſunt ab operibus cuiuſlibet corporis. Verbi gratia, reperiũ eſt ab eis, quæ planta ſit vegetatiua: ratione, videlicet cuiuſdã operis ſibi proprij, vt eſt vegetare: ſimiliter, de animalibus ex quibuſdã proprijs operibus cuiuſlibet eorũ reperitur ſup. proprium eius, & eodẽ comprehẽderunt formas brutorum, videlicet ex virtutibus, & actionibus proprijs ipſorum in eis: modus ergo eſt ex operationibus proprijs rebus: propria enim operatio arguit virtutẽ propriã: & hæc ſit denominatio, quæ competit ſubſtantiæ per ſe. (Amplius.) Nunc dat artẽ inueniendi, qualiter huiuſmodi diſpoſitiones ſint ſubſtantiæ rerũ, & inquit, amplius inueniemus, ꝙ hę denominationes ſunt in ſubiectis earũ ſubſtãtię: oſtẽditur. n. hoc, & hoc inuẽtũ fuit ab eis ex cõuerſione dictarũ denominationũ, vel permutatione entiũ de ſpecie ad ſpeciẽ, aut de genere ad genus: vt permutatio naturę ignis ad aquã, videlicet quia remota denominatione, i. proprio accidẽte, ex aqua fit ignis, & ab eodẽ accidente proprio poſt procedit opus igneum, quãm ignis comburit lignum, &c. Patet ergo nunc ars inueniendi huiuſmodi propria accidentia eſſe ſubſtantias corporum.

Elemẽta, & mixta habẽt duplex eſſe.

Quæſtio. Sed in his eſt locus quæſtionis: quoniam, vt dictum eſt primo Phyſicorum, Impoſsibile eſt accidens vnius eſſe ſubſtantiam alterius, ſic, quod vere eſt nulli accidit: quomodo ergo huiuſmodi propriæ qualitates poſſunt eſſe ſubſtantiæ elementorum, cum ſint accidentia in iſtis? Præterea, Auer. declarauit

A in 5.Physi.commen.10.huiusmodi qualitates non esse substantias elementorũ: hic autem dicit totum oppositum. In ista quæstione fuit opinio Alexan. vt narrat Auer.5.Physi.commen.10.scilicet quod qualitates primæ in corporibus mixtis sunt accidentia, in elementis sunt substantiæ. huius autem rationem dixit Alex. quoniam Aristo. in prædicamentis dixit, ꝙ substantiæ nihil est contrarium, in lib. autem de generatione, vt in 2. tex. commen.49. dicit ꝙ ignis est contrarius aquæ, & terra aeri: modo hoc non potest verificari, nisi ponendo ꝙ huiusmodi qualitates sunt substantiæ elementorum, & non substantiarum mixtarũ. Põt hęc opinio adhuc probari: quoniam, vt Auic. inquit in epistola de causa, & causato. causa est id, ad cuius esse sequitur aliud: sed ad esse harũ qualitatũ sequitur elementum, & ad remotionem remouetur: ergo in prima figura qualitates illæ sunt causa elementi: vel igitur agentes, vel formales, vel finales, vel materiales. non agentes, vt dictum est in disputatione tertia: nec finales, cũ sint deteriores: nec materiales, cũ subiectum sit materia accidentium. 4. Met. cõ. 2. formales igitur, & per consequens substantię: qm̃ forma, vt dicetur in hoc loco, dicitur substantia eius, cuius est forma. Præterea omne illud, per cuius variationẽ res variatur ĩ nomine & definitione, est substãtia illius, vt Auer. inquit. 1. Phy. cõ. 73. & in 1. cap. de substãtia orbis. sed; per variationẽ qualitatũ primarũ elementa variantur in nomine, et definitione: ergo sunt substãtię elementorũ. Prę-
B terea, omne illud, per qđ res naturalis exit in ꝓpriã operationẽ, est forma eius: quia, vt dicetur statim, actio facit scire formã, passio materiã: & hoc dictũ est. 8. Meta. com. 12. sed per huiusmodi qualitates elementa exeunt in suis ꝓprijs operationibus, vt dictum est in lib. de generatione, & de sensu & sensato: ergo, vt prius. Pręterea illud, per quod res definitur, est substantia rei definitę: sed Aristo. docet 2. perigeneseos definire elemẽta per huiusmodi qualitates primas: ergo hmõi qualitates sunt substãtię elementorũ: istę ergo possunt esse rationes, quibus Alex. forte credidit illã positionẽ, quã sibi imposuit Auer. ibi Auer. aũt 5. Phy. com. 10. cõtradicit huic opinioni, vt inquit, impossibile est, vt aliquid in aliquo sit de aliquo predicamẽto, & in alio de alio, ita ꝙ calor sit in hoĩe de qualitate, & in igne substantia. Impossibile ergo est vt calor sit qualitas mixti, & substantia elemẽti. Pręterea, Arist. in lib. de sensu dixit. nullã substantiã esse principiũ immediatũ suæ operationis: sed calor est principiũ immediatũ operationis ignis: ergo calor nõ est substantia ignis. Confirmatur, dicit. n. ꝙ ignis agit in quantũ calidũ, & nõ inquãtũ ignis: modo qđ dicit ly ignis? non materiã, vt dicit Arist. quia reduplicatio illa nihil esset. ergo formam. Propter hęc Io. Iand. 5. Phy. opinatus est hãc non fuisse opinionẽ Alex. inquit. n. verecundum enim est tãto philosopho, & sic subtili, sicut fuit Alexã. attribuere talẽ errorem
C manifestũ, ꝙ qualitas sit substãtia: hęc. n. propositio est immediata, nulla qualitas est substantia, vt dicitur primo poste. sed oĩs qualitas est qualitas: ergo nulla qualitas est substãtia: arguitur ergo sic: nulla qualitas est substãtia. omnis forma substãtialis est substãtia: ergo in primo secũdę: nulla forma substãtialis est qualitas. ꝙ autem istam rationẽ ignoravit Alex. nõ credo, quãuis quasi oẽs loquentes de hac materia vsque nunc, dixerint istam fuisse opinionẽ eius: ecce, quomodo Io. pręsum detestatur Auer. quem visus est sequi semper. Sed hic bonus homo mẽtitur. ꝙ enim illa fuerit opinio Alex. apparet ab eo aperte in lib. de sensu. cap. de sapore. particula illa. Si igitur aquę esse est in frigiditate, &c. vbi mouet quæstionem, & soluit, & in solutione ponit opinionẽ eius, & Io. tantũ accipit verba quæstionis & tacuit verba solutionis, vel propter maliciam, vel quia accepit ab alio, qui non vidit Alex. & tu vide eũ: & nolui adducere verba eius, quoniam ego posui illa in tractatu de substantia orbis, quem scripsi multis diebus. Pręterea, quid dicit iste homo: nonne Themi. est maioris auctoritatis ꝙ̃ ipse: attamen ait. 5. Physi. sic. huic occurrit Alex. conceditq; nonnullas ignis qualitates esse qualitatibus aquę contrarias, frigiditatem caliditati, & humiditatem siccitati: nec tamen, ex eis accipi vult, vniuersum ignem esse aquę contrariũ: quippe quę nõ ex qualitatibus tantũ, sed ex alijs quoq; corpusculis constent ecce ꝙ Themistius refert quasi verba formaliter Alex. in lib. de sensu. c.

Quid sensit Ioã. de opiniõe Alex.

Cõtra Io.

dicto. quomodo ergo Ioan. præsumpsit dicere illud? propter quod verecundetur hic homo, qui parum, aut nihil sciuit, licet præsumpsit scire: opinio ergo Alexan. est, vt dicit Auer. & The. sine dubio. Et, postquam impugnata est opinio Alexan. superest modo declarare mentem Auerr. in huiusmodi quæstione. Vbi debes scire quod elementum potest dupliciter accipi: vno modo in se, & quo ad esse eius: alio modo, quo ad nos, prout scilicet a nobis cognoscitur, & intelligitur: primo modo, adhuc elementum potest accipi vt habet esse quiditatiuum, & substantiale: alio modo, vt habet esse naturale, & tertio, vt habet esse operatiuum, videlicet vt agit & patitur: si secundo modo, vel intelligitur actu physicali, vel actu metaphysicali. His habitis, dicendum quod si elementum consideratur quo ad esse quiditatiuum in se: vt sic, qualitates non sunt essentia, neque pars essentiæ elementi, immo tota essentia elemēti, vt sic, erit forma & deferens essentiā erit materia, vt declaraui superius: & sic verificatur dictum Auerro. 5. Physi. commen. 10. vbi contra Alexan. dixit qualitates non esse formas elementorum, & 8. Metaphysi. commen. 5. vbi ostendit huiusmodi qualitates non esse substantias elementorum. Si autem consideratur, quantum ad esse naturale, vt sic, qualitates sunt substantiæ seu essentiæ elementorum: quoniam quantum ad esse philosophicum & naturale qualitates sunt principia essendi naturaliter eorum, eo quia ipsis ablatis aufertur substantia eorum, & ipsis positis ponuntur substantiæ elementorum: immo, sic sunt propria elementorum: & elementa intenduntur & remittuntur secundum intentionem & remissionem harum qualitatum, vt 3. Cœli. dicit, commen. 67. & sic potest verificari dictum eius hic. & 3. Cœli. commento. 30. 31. & 32. vbi ait. Deinde, post hæc perscrutabitur de qualitatibus, & quantitatibus eorum, id est quæ est substantia elementi, & si sunt corpora, & quæ corpora sunt, & quorum sunt elementa. Deinde perscrutabitur de qualitatibus eorum, per quas sunt elementa: ecce, quomodo ponit elementa esse per huiusmodi qualitates, & illas esse substantias elementorum. Tertio dico, quod si considerentur elementa, quantum ad esse actiuum & passiuum, vt sic, qualitates sunt naturæ & formæ naturales elementorum, quia sine huiusmodi qualitatibus elementa non possunt operari nec actiue, neque passiue. quoniam, vt dicitur in lib. de sensu, ignis non agit inquātum ignis sed inquantum calidus: & sic verificatur dictum Aristo. 2. Perigeneseos. vbi dixit elementorum differentias esse qualitates tangibiles: si vero considerentur quo ad nos, vt sic, dicendum quod qualitates sunt quiditas, vel differentiæ elementorum, quoniā non possunt intelligi a nobis quo ad differentias proprias, ideo vtimur qualitatibus loco illarum, vt dicit Auer. 5. Physi. com. 10. & 8. Meta. com. 5. & in lib. de substātia orbis: si vero cōsiderentur consideratione metaphysica. s. inquantū substātię sunt: vt sic, sola forma & materia est principium essentię & quiditatis, immo forma, vt dixi, solū. Dicendū ergo. quod qualitates sunt vno modo formę, seu essentię elementorū, siue substātię, alio modo naturę elementorū, alio modo quiditates, seu differētię elementorū. sunt quidem formę seu substantię, seu essentię, prout habēt esse elementa per illas in esse naturali, sunt quoque naturæ, prout elementa habent agere, vel pati propter illas. sunt etiam quiditates, & differentiæ, prout definitur a nobis philosophica, & naturali definitione: & sic colligendo dicta Auer. quædam cum quibusdam, verificantur illa, quæ inuicem repugnare videntur. Ad argumenta pro Alex. ad primum dicendum, quod elementa sunt contraria, non quo ad substantias pure quiditatiue sumptas, sed quo ad qualitates: & est solu. Auer. in 5. Phy. cō. 10. & in primo de substantia orbis. Ad secundum, respondet Auer. 5. com. 8. Meta. d. & [illegible] aufertur mediante calore, non primo, neque per se, sed mediante ablatione formę ignis: sicut, qn̄ aufertur risibilitas, aufertur homo, sed nō primo, sed mediante ablatione rationabilitatis: et sic per idem patet ad tertium formaliter. Ad quartum solutio patet: sunt. n. qualitates de esse elementorum prout agunt, vel patiuntur, vt dicebā. Ad quintū solutio Auer. fuit dicta, quod nō ponuntur [illegible] differētię, sed prout sunt vicinę differētijs proprijs, & prout elementa considerantur consideratione philosophica, & naturali: & sic patet solutio quęstionis &

Pō Auerr. Dupliciter elemētū pōt capi.

Nota.

Solutio ad argumenta Alexan.

A opi. Auer. opus est ergo, vt ad sermonem eius veniam, ipsum, vt prius exponendo. (Vnde patet quod ipsi) Habitis his, conducit modũ, quo materia inuenitur, et modũ, quo forma, & inquit. vnde patet quod ipsi sumpserunt signum subiecti, i. materię ex passionibus, sicut signũ formę reperiũtur ex actionibus. cuius rõnem apponit. d. impossibile est, n. quod actio, & passio ab vna & eadẽ re procedant. & sic apparet illud dictum in. 8. Meta. com. 12. vbi positum est quod actio fecit scire formam, transmutatio materiam. Et debes scire, vt capitur. 9. Meta. com. 2. quod materia per se patitur corruptiue. i. est subiectum per se corruptionis, forma aũt per accidens rõne materię: dictum ergo Auer. intelligi debet de actione, & passione corruptiuis, qm̃ de actione & passione perfectiuis, & æquiuocis [illegible] impossibile est idẽ agere in seipsum, vt patet de forma materiali, quę prout est forma, agit, prout est in materia, recipit motum, vt patet. 3. cœ. cõ. 28. & . 4. cœli. cõ. 22. & . 8. Phy. com. 40. & sic patet dictum hoc. (Quarę definitiue.) Iterum ex hoc conducit aliud. d. quare definitiue posuerunt ꝙ oĩa corpora ex duabus naturis. s. ex agente, & patiente. s. ex materia, & forma componuntur, & statim exponit terminos. d. nuncupatur. n. agens forma, et quiditas, & substantia: & patiẽs appellatur subiectum, elementum, & materia. dr̃ quidem agens forma, prout est principium operationis. dr̃ quiditas, prout est principiũ intelligendi rem. dr̃ substantia, seu essentia, prout est principium essendi. dr̃ quoq; patiens subiectũ, put B subest accidentibus, & dispõnibus, & formis. dr̃ elementum, prout in ipsum resoluitur compositum, dr̃ materia, prout manet in re composita. (Et apparuit eis.) Nunc probat illud correlarium, & primo proponit illud. d. & apparuit eis ꝙ corpora sensibilia. i. gñabilia & corruptibilia non sunt simplicia, et specialiter apparet ad sensum de illis, q̃ minus videntur, videlicet de corporibus simplicibus. i. elementis esse composita: & apponit rõnem. d. quodlibet nanq; corpus simplex actionem & passionem habet. & huic addo istam maiorem. & oẽ habẽs actionẽ & passionẽ est corpus cõpositum, ergo quodlibet corpus sensibile est corpus cõpositum. (Præterea opinantur.) Nunc verificat illud, quod a principio accepit d. præterea sup. apparet ꝙ verum est id, quod opinãtur. s. ꝙ id, quod de prędictis duabus naturis ad sensum comprehensis ex materia & forma compositis tm̃ ab intellectu comprehenditur, est forma: cuius rõnem dat. d. quia formę sunt intelligibiles semper, & intellectus. i. res intellectę, qñ separantur a subiectis earũ ab humano intellectu, i. qñ fiunt vniuersales per remotionem conditionũ materiæ. Et debes scire, ꝙ materia ẽt intelligitur, sed non per se primo. cum non intelligitur nisi in analogia ad formam, vt declaratum est in libro Phy. id ergo, quod per se proprie intelligitur est forma: quoniam illa est proprie & per fundamentũ C intellectualitatis, vt. d. Auer. primo Meta. com. 27. & . 17. & alibi. (Similiter.) Nũc [illegible] loqui de accidentibus, & inquit, similiter esse accidentium diuidit in intellectu [illegible] has duas naturas, id est, ad materiam & formam. ponit tamen differentiã [illegible] d. licet subiectum verum, & proprium eorum sit corpus compositum ex prędictis duabus naturis, scilicet materia & forma.

Materia p se est subiectũ corruptionis, forma vero p accidens.

Materia nõ intelligit' nisi per analogiam ad formam.

[illegible], IN HOC est locus questionis non paruus. ait. n. Auer. accidens non habere materiam, nisi compositam, & per consequens tm̃ materiam in qua, & non ex qua fit. Hoc & dictis eius, & rationibus oppugnare vr̃. Dictis quidẽ, qm̃ [illegible] cõ. 5. & . 14. ait. ꝙ nulla intelligentiarum est liberata a materia, prę ter primam: cum igitur quodlibet accidens sit quęlibet intelligentia compositus, [illegible] accidens erit in materia. & nullum eorum liberatum a materia. Pręterea. 12. Meta. com. 17. & . 25. vult ꝙ forma simplex, & liberata a materia subiectum non possit esse cũ igitur multa accidentia sint subiecta: vt quantitas, & [illegible] ergo &c. Preterea. 7. Meta. com. 35. voluit ꝙ si mathematicalia abstrahãt a materia sensibili, non tñ a materia intelligibili: ergo, cum mathematicalia sint [illegible], oportet accidentium concedere aliquam [illegible] materię. Rationibus [illegible] qm̃ oĩs forma educta de potentia materię habet materiam, ex qua fit: manifestum est per se. 8. Meta. cõ. 15. Sed accidentia sunt formę, quę educuntur de potentia materię, cũ non ex nihilo creentur, vt constat: ergo accidentia materiã habent ex qua fiunt. Pręterea omne generabile & corruptibile de-

Secunda.

bet eſſe compoſitum ex materia & forma, vt Auer. pluribus cõmẽ. octaui. c. 79. & 83. & 12. Meta. cõ. 10. & primo cœli, cõ. 20. & alibi demonſtrat. accidentia maxime ſenſibilia ſunt gñabilia & corruptibilia, ergo ſunt cõpoſita ex materia & forma. hoc ergo, quod hic. d. Auer. & dictis, & rõnibus opponere videtur, &c. Oppugnat ẽt eis, q̃ dicit Ariſt. 9. Meta. vbi voluit ꝙ oĩs forma ſimplex eſt tm̃ actus, & non potentia. cũ igitur accidens eſt forma ſimplex, erit tm̃ actus. In oppoſitum eſt, quod Ariſt. dicit. 8. Meta. vbi ait. nec quęcunq; itaq; natura quidem, non ſubſtantia vero non eſt his materia, Sed quod ſubijcitur ſubſtantia, puta quę cã eclypſis? quę materia non eſt, ſed luna, quę patitur: vbi Auer. com. 12. illius partis inquit, & accidentia, quę ſunt naturaliter iſtis corporibus, quæ non habent materiam, quæ ſit in potentia, non indigent materia tali, ſed indigent materia, quę ſit ſubiectum tm̃. ſ. in actu: vt cã eclypſis materialis. eclypſis enim non indiget vt fiat materia in potentia, ſed luna eſt cauſa materialis. videtur ...

Põ Ioã. ce, qũo ſnĩa Auer. hęc eſt ſententia Ariſt. & qũo ſermones ſui reperiuntur inuicem concordes. Circa iſtam quęſtionem, Io. Iand. in quęſtionibus ſuis. 5. Meta. maxime. q. 15. opinatus eſt vniuerſaliter in ſubiectis, & accidentibus realem compoſitionem ex natura generis, & natura differentię realiter, & ſecundum rẽ diſtinctis: quorum vna eſt natura potentię paſsiuę, & altera natura actus. V. g. albedo componitur ex natura coloris, tanquã ex potentia receptiua, & natura differentię, quę eſt diſgregatio viſus, dico naturas diuerſas ſecundum rem. Hoc ... non verificat niſi in ſpeciebus generis vniuoci, quod dicit propter intelligentias, & corpora cœleſtia, quæ apud ipſum, ſecundo & primo cœli. non componuntur ex natura gñis & differentię, quia non ſunt eiuſdem generis vniuoci, vt dicit Auer. ſecundo cœli. cõ. 49. Ex his ſequitur, ꝙ quęlibet forma p̃dicamẽtalis ſecundum opinionẽ huius hominis eſt cõpoſita ex duabus partibus realiter diſtinctis: quarum vna eſt tãquam materia, & altera tanquã forma: vel vna tanquã potentia, & altera velut actus. Pro hac opinione poſſunt induci rõnes eius, ſed quia fere oẽs tactę ſunt, ideo breuiati adhęrens ſub ſilentio tranſeo. vide tamen illas loco prędicto. Sed hęc opinio, vt vides, & contra Ariſt. & contra Auer.

Impugnatio esse videtur: vt per dicta horũ colligere ſatis potes. Et ẽt rõnibus oppugnatur multum. Primo: qm̃, tunc accidens pure ſumptum poſſet per ſe generari, & corrumpi contra Ariſt. 5. Phy. & primo de genera. & conſequentia ſatis patet: quoniam habet per ſe receptiuum aliud a ſubiecto, & per ſe formã & aliam a forma ſubiecti: ergo ſibi reſpondet proprius terminus a quo, & proprius terminus ad quem, & proprium ſubiectum, & per cõſequens oĩa neceſſaria ad veram, & ſimpliciter generationem. Secundo arguitur ſic. illud, quod eſt totale & immediatum principium agendi, non poteſt eſſe cõpoſitum ex duabus partibus, quarum vna ſit potentia, & altera actus: qm̃, tunc non primo ageret, ſed per partem, quæ eſſet in eo, vt actus: ſed declaratum eſt in lib. de ſenſu, ꝙ accidens eſt principium immediatum agendi, & non ſubſtantia, vt ẽt Auer. conſentit. 7. Meta. cõ. 31. & 12. Meta. com. 18. ergo accidens non põt eſſe compoſitum ex duabus partibus, quarum vna eſt tanquam actus, & altera tanquam potentia. Ideo, apud Auer. aliter dicendum: qm̃ eo modo accidentia habent materiam, quo modo generantur: ſed generantur nõ ſimpliciter vt principalia, ſed vt ſuppoſita, vt dicit Auer. non enim generatur albedo, ſed albũ, vel albus homo. & ideo. 12. Meta. cõ. 26. maxime vult Auer. exponendo magiſtrũ eius, ꝙ principia. 10. Prędicamentorum ſunt eadẽ omniũ ſecundũ proportionẽ, & non ſecundũ genus, vel ſpeciẽ. forma enim, & priuatio, & materia, ita vt dicit, reperiuntur in. 9. Prędicamentis, ſicut in ſubſtantia: licet ſit differentia, qm̃ in ſubſtantia reperiuntur primo & per ſe, in alijs prędicamentis. 9. cum attributione & proportione. forma enim primo et p ſe dicitur de ſubſtantia, attributione & ſecundo de accidente. ſimiliter priuatio primo & per ſe dr̃ in ſubſtantia, ſecundo & attributione in priuatione accidentis. ſimiliter materia primo & per ſe dr̃ in materia ſubſtantiæ, attributione, & & ſecundo de materia accidentium: ergo, ſicut forma in ſubſtantia non generatur, ſed compoſitum: ita, nec accidens ſupradictum in principali ſignificato, ſcilicet vt albedo generatur, ſed album, vel homo albus: &, ſicut homo habet ma

A principia, ita proportionaliter album tria, scilicet forma, priuatio, & materia. ve-
rum, sicut generatio non dr̄ primo, nisi in substantia, ita principia primo sunt in
substantia. Quod autem ista sit intentio Arist. patet, 7. Meta. tex. com. 26. 22. &
27. vbi declarauit ꝙ non sit forma, vt sphęra, neq; æs, sed ænea sphæra. Prę-
terea, primo Physi. tex. com. 50. inquit, & est vna quantitas in omni genere
vno, & per hoc probat in substantia esse vnam quantitatem, & cuiuslibet quan
titatis est vnum subiectum, vt post subdit, ergo cō. 9. genera sint genera entis, in
quolibet est vna quantitas, & vnum subiectum. Prętérea, postquam conclusit **Solutio argumentorū̄ principaliū̄.**
ibidem numerum principiorum, & illa esse in quolibet prędicamēto, statim post
tex. com. 62. dicit, multipliciter aūt, cum dicatur fieri, & horum quidem non sim
pliciter fieri, sed hoc aliquid fieri: simpliciter aūt fieri solum substantiarum est,
secundum quid aliorum, manifestum est ꝙ necesse est subijci aliquid quod fit. et
enim quantū̄. aut quale, & ad alterum, & qñ, & vbi fiunt in subiecto aliquo. ec-
ce, quomodo Arist. plane ponit tria principia in accidentibus, licet non primo,
sed secundario & consequenter. & secundum quid, vt patet. Prętérea. 5. Physi.
postquam diuisit mutationem, inquit. ex non subiecto quidem igitur in subiectū̄
mutatio secundum contradictionem generatio est. alia quidem simpliciter sim-
plex, alia vero quędam cuiusdam: vt ex non albo in album, generatio quidem
B huiusmodi est. Idem potest accipere primo perigeneseos pluribus textibus, sci-
licet commen. 11. commen. 18. commen. 20. Prętérea, secundo perigeneseos
ponit ęternorum, & omnium generabilium esse eadem principia numero. s. tria,
quę exponit Auer. ibidem. com. 51. vide. cum igitur. 10. prędicamenta sint gene
rabilia & corruptibilia, oīum erunt tria principia numero, licet differunt modo
dicto. cū igitur ita sit, apparet peccatū Io. Ian. & veritas Auer. hic. Ad argu-
menta ad oppositū. Ad primū dicendū, quod quodlibet accidens habet materiā.
qñ, i sumitur vt suppositū. i. in concreto, habet materiā tanq̄ partem eius, non
quidem per se, sed p accidens, vt dictū est. Si capitur, vt principale, adhuc habet
materiā ex qua fit, & in qua inducitur. ex qua fit quidem nō tanquam ex parte,
sed tanquā a principio, ex quo extrahitur: in qua inducitur vero, vt in subiecto.
modo nulla intelligentia habet materiam aliquo istorū modorum, ideo accidēs
quomodocunq; sumptū est cōpositius intelligentia. Ad secundā pōt multiplici
ter dici, pro nunc dicendum, accidens esse subiectū accidentis non vltimum, sed
proximū: & cū hoc habet materiā diuersimode, prout diuersimode intelligitur.
Ad tertiā dicendum, ꝙ per materiā intellectualē forte intelligit substantiā, vel
forte aliud: sed qūocunq;, illud non obstat nobis, vt manifestū est intelligenti.
Ad rōnes, ad oēs insimul apparet sol'. qm̄ forma accidentalis non per se gñatur:
sed, si gñatur, cōpositum gñatur. & . i. cōpositum, vt dixi, & habet principia tria
C numero proportione eadē cum tribus principijs substantię, vt patet. Etiam patet,
quo huiusmodi non sunt formę simplices, habent enim materiam, & in qua, &
ex qua: non quidem ex qua fiunt tanquā ex aliquo sui, nisi sumant vt supposi-
ta, & concreta: & totum hoc visum est. Venio ergo ad principium, vnde incœ-
pi sermo. (Declaratis igitur.) Cum hęc dicta sunt, inducit alia fundamenta, &
inquit, declaratis igitur istis, procedunt vlterius speculari quæ dictarum duarū
naturarum alteram præcedit, & inuenerunt ꝙ actus pręcedit potentiam: cuius
rōnem dicit, prout agens pręcedit actū. i. effectum. quia, vt sit, agens pręcedit pas
sum, vbi recipitur effectus. Et declaratū est loco eius, ꝙ actus p̄cedit potentia tē **Actus præcedit potentiam.**
pore, & natura, & definitione: ꝙ quidē pręcedit natura. i. perfectione, & defini-
tione. i. notitia manifestum est per se, Sed an pręcedit tēpore, est locus quęstio- **Dubitatio.**
nis: qm̄ actus primus, vt Deus, est prior actus quā potentia noua, sed nō est prior
tēpore potentia æterna. cum ęternū nihil pręcedat tempore, vt declaratum est
disputatione prima. Dicendum ergo, quod aliqua propositio est vera per se, quę
alio modo est falsa p accidens. V. g. quocunq; motu dato potest dari velocior. est **Solutio.**
enim vera per se, vt dicit Auer. 6. Phy. commen. 15. quæ tamen est falsa de mo-
tu cœli, & alijs. sic dico. capiendo ergo actum per se, & potentiam per se, sub
rationibus vniuersalibus, & prius, & posterius. Similiter hæc est vera per se,
actus est prior potentia tempore, attamen descendendo ad potētiam ęternam, &

actum nouum, vel ęternũ per accidens falsatur. V.g. hęc est vera, oẽ animal pōt videre, cũ cuilibet inquantũ animal cōpetat, attamen talpa animal non pōt videre & sic ad formã dicendum ꝙ actus pręcedit potentiã tēpore per se, licet per accidens non sit ita. hęc est solutio Auer. formaliter. com. 57. 8. Phy. vbi vendicans quō motus gñationis præcedit alterationem tempore, inquit, secundũ igitur hunc modũ dixit Arist. ꝙ motus gñationis pręcedit alios motus, & ꝙ motus alterationis pręcedit gñationem per accidens. econtra aũt vult gñationẽ precedere alterationẽ per se. vide. Sed dices, oẽ per se est de oĩ, si igitur hęc est per se actus pręcedit potentiã tēpore, ergo de oĩ potentia. Dicendũ, ꝙ illud debet intelligi respectu inferiorũ per se. hęc.n. est per se, oĩs homo pōt esse musicus, & forte hęc est falsa, surdus pōt esse musicus: qm̃ homo surdus non est suppositũ per se hoĩs, sed per accidens. sic in proposito. hęc potētia est suppositũ per se potentię, vt hęc, non tñ vt coniuncta ęternitati, qm̃, vt sic abstrahit a supposito per se: sicut, licet hic hō sit per se inferius ad hominem, non tñ homo albus. & licet aliquid cōpetit per se homini, non tñ homini albo. competit.n. per se rōnale, non tñ homini albo, cum enti per accidens nihil per se competat, cum non dicat rationem in se vnam. 5. Meta. (Deinde conati.) Nunc accedit ad aliud fundamentum, & dicit. deinde conati sunt speculari de causis, & causatis, & induxit eos inuestigatio ad cãm primam actualem, quę cęteras oẽs causas entium superexcellit. Ex hoc conducit correlarium, & inquit, quare oportet ꝙ sit purus actus & nullatenus potentiam retineat. quod probat. d. si.n. aliquo modo potentiã teneret esset necessario causata quodãmodo, & cã alio modo, ergo non esset prima. consequentia prima declaratur. qm̃ oẽ ens in potentia est duobus modis, i. per compositionem realem, sicut composita gñabilia, vel per compositionẽ imperfectionis eo modo, quo quęlibet intelligentia excepta prima est composita, vt dicitur. modo compositum primo modo generatur gñatione physica, cōpositum primo modo ergo habet agens. Iterũ compositum secundo modo est causatum, eo quod ab altero dependet, ratione cuius dependentię quandam imperfectionem habet, vnde dr̃ compositum ergo iterum habet causam, ergo, si prima cã haberet potentiam, non erit prima: qm̃, siue primo mō, siue secundo mō habet potentiam, semper habebit cãm priorẽ: ergo non erit prima. (Et quia.) Conducit, & aliud d. & quodlibet purum, & nudum a potentia apud philosophos est necessario intellectus, ergo oportet quod prima cã sit intellectus, cum sup. sit purum & nudũ a potentia vt dicebatur. & syll's componitur sic oẽ purum & nudum ab ipsa potentia est intellectus, prima cã est pura & nuda a potentia, ergo prima cã est intellectus. inquit, mō hęc est summatim opinio philosophorum, & addit ꝙ qui vult de istis clarius informari, concurrat ad abundantiam librorum peripatheticorum. (Prælibatis ergo) Adhuc conducit aliud theorema, & dicit. pręlibatis ergo his, q̃ mouerunt philosophos ad opinandum ꝙ principium mundi, i. prima cã sit simplex, & purus intellectus, coacti fuerunt dicti sapiētes inuestigare de ordine mundi, & dixerunt sup. ꝙ ordo huius mundi procedit ex parte ipsius primæ causæ a scĩa, cum illa scĩa sit principium mundi, & dat sibi. i. mundo esse. & dicunt ꝙ illa scĩa est ordo intelligibilis, ad cuius instar factus est ordo mundi sensibilis, & dicit. & hoc, sine dubio totaliter. i. hoc modo est difficilis comprehensionis: propter quod, non est mirũ si non ingreditur cor vulgarium, cũ & subtiles & solertes viri vix possunt illud rarissimum. i. tenuissimum lumen prospicere, & quanto minus vulgares. (Amplius oĩa.) Nunc finaliter concludit causam erroris eius. d. amplius oĩa verba huius hoĩs relicta, in quibus reprehendit philosophos de prædicta opinione non sunt nisi ambages, ad complacendum vulgaribus & rudibus hominibus, fingentibus legem seruare. Et tunc statim soluit argumentum secundũ. d. ergo, qñ ipse dixit, qualis est gloria entis simplicis sine quiditate, & absque scĩa eius quod ab eo procedit, & c. istud fuit secundum argumentum cui respondet. d, dicimus quod sunt verba erronea, & absurda. cuius rōnem assignat philosophi posuerunt quiditatem eius esse nudam a subiecto. i. a materia, ergo est necessario denudata a denominationibus. i. ab accidentibus. cuius rationem assignat cit, non.n. pōt esse subiectum denominationum nisi essentia eius fuerit composita

Dubitatio.
Solutio.

A ex natura potentiæ, et natura actus. concludit ergo propositum. d. ergo prima cã est quiditas absoluta, & oĩa alia a prædicta quiditate habent quiditatem. i. composita sunt ex quiditate, & habẽte quiditatem. Tunc, hoc habito ostendit qũo intelligit. d. & dicta prima cã est ens sciens oĩa entia absolute. cuius rationẽ apponit. d. entia namq; esse habent sup. in ea, & sunt intelligibilia ꝓut ipse scipsum scit. i. eodem modo, quo ipse intelligit se: qm̃ Deus intelligendo se, & esse eius intelligit alia, & esse aliorum: cum esse ens primo sit eius, secundario aliorum, vt dixi sæpe. & tunc concludit. d. postquã igitur vltima cã est, igitur entia habent esse in ea, & sunt intelligibiles res ab eo, & ab ipsius scientia sup. causata. ergo est cã dupliciter. s. esse prædictorum, & quod illa sint intelligibilia, ergo cã essendi & intelligendi illa. Ad probationem rationis inquit, & philosophi negant quod scientia Dei in entibus sit simul scientię humanę in esse. cuius rationem dicit. scientia enim humana causatur ab entibus, ergo scientia Dei in entibus oppo nitur humanæ scientiæ, prout est causa entium, vt dictum est sępe. (Rursus id.) Nunc accedit ad soluendum aliud, & primo recapitulat vim argumenti. Et sermo eius manifestus per se. (Dicimus nos.) Soluit argumentum, & primo ait. dicimus nos ꝙ in istis verbis ostendit, aut suam fatuitatem, aut prauitatem: quod declarat. d. declaratum est enim quod quædam denominationes sunt digniores de
B nominari a substantialitate. i. dignius dicuntur substantia, quam accidens: qñ sup. substantia denomincta est per se existens, & in actu, id est purus actus, immo in hoc casu denominationem tm̃ existentiam habent in seipsis, vnde modus essendi huius denominationis totum contrarium se habet ad modum accidentiũ: licet de quibusdam denominationibus videtur quod indigent subiecto, V. g. in rebus permutabilibus, i. generabilibus & corruptibilibus. & dat rationem. d. radix namq; accidentium est, quod ab alijs habeant sustentationem et quiditatem. natura. n. accidentis est inesse, sustentantur autem per se, id est sunt autem substantię nisi id, quod interdũ rebus generabilibus & corruptibilibus accidat, quarum quiditates indigeant subiecto, i. materia accidentis: ergo accidens substantiæ compositæ est alteri inhęrens, sed substantiæ simplici est substantia: & tunc ait, & ideo hæc denominatio valde differt, & distat a natura accidentium, cum sit æquiuoce dicta, ergo qui scientiam Dei spernit, quia assimilatur naturis accidentium, summe excęcatus est, aut prauiter homines intendit deuiare a via veritatis. Sed dices, quod vere est nulli accidit, & econtra quod alicui accidit nulli est substantia: sed scire est accidens homini, ergo non potest esse substantia in Deo. Dicendum, ꝙ scire, cum est homini accidens, illud idem numero, vel specie, vel genere nulli est substantia, attamen illud met æquiuoce, vel analogice potest esse in Deo substantia: quoniam scientia non dr̃ vniuoce de scientia nostra & ipsius Dei, vt bene dicit Auer. immo nostra causatur a rebus, ideo est accidens, illa est causa rerum, & ideo est substantia. Sed dices, saltem habet modum accidentis. Dicendum, quod accidens secundo habet esse. est enim non de intellectu eius, cuius ponitur, & aduenticium & super addens aliquam perfectionẽ illi, primum habet, prout non est prædicatum essentiale & quiditatiuum. secundum habet, prout subiectũ est imperfectum, & limitati generis. substantia enim, cum sit limitati generis, id est non continet accidentis perfectionem totaliter secundum omnem modum, vt sic accidens aduenit ei. dico ergo quod accidens, s. scientia prout est accidens in Deo habet primum modum: quoniam, non est de formali intellectu essentiæ & quiditatis primi, cum non sit ꝑdicatum primi modi de Deo, vt etiam concedit Auer. 12. Meta. com. 39. vide ibidem. Vt vero secundo modo consideratur, sic transit in essentiam Dei, cum essentia illa sit velut pelagus omnem perfectionem continens, vt perfectio est: ideo ibi accidens non habet rationem aduenticij. & sic pater qualiter aliquo modo habet modum accidentis, & alio modo nõ, Et sic cõsummata est expositio sextæ disputationis.

Dubitatio.
Solutio.
Replica.
Solutio.

DISPVTATIO SEPTIMA.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM, QVOD PRIMVM IMPOSSIBILE EST VT COMMVNICET CVM ALIO IN GE- nere, & ſeparetur ab eo differentia aliqua: & quod non dirigitur ad id verificatione intellectus diuiſio in genus, & differentiam.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et determinauerunt in hoc, & ędificauerunt ſupra id, ꝙ cum non communicetur cum alio in re generica, non ſeparatur ab ea in re differentiali. ergo non erit ei definitio. nam definitio fit a genere, & differentia, & quicquid non habet compoſitionem, non habet definitionem, & hæc quidem eſt ſpecies compoſitionis. Et exiſtimauerunt ꝙ ſermo dicentis ꝙ in eo, ꝙ ęquatur cauſato primo, cũ ſit ens, & ſubſtantia. & cauſa alterius, & ſeparatur ab eo in alio, abſq; dubio non eſt cõicatio in genere, ſed eſt comunicatio in conſequenti vniuerſali. Et eſt quidem differentia inter genus, & conſequens in rei veritate, licet non differant in vniuerſalitate, vt ſcitum eſt in Logicis. nã genus ſubſtantiale eſt vniuerſale dictum cum reſponſione quid eſt, & ingreditur in quiditatem rei definitę, & notificat ſubſtãtiam eius. cũ dicitur hominem animal, ingreditur in quiditatem hominis, ſ. vita, & eſt genus: eſſe vero genitum, ſeu creatum eſt quid conſequens ei, a quo non ſeparatur omnino, ſed non ingreditur in quiditatem, licet fuerit conſequens vniuerſale. & ſcitur hoc in Logicis ſcientia vera, quę non dubitatur. Et exiſtimauerunt ꝙ eſſe non ingreditur omnino in quiditatem rerum, ſed eſt relatum quiditati, aut copulatum, quod non ſeparatur, vt cœlum, aut quid ſuperueniens, poſtquam non fuerat, vt res innouatę. ergo communicatio in eſſe non eſt cõicatio in genere, ſed communicatio eius, ex eo ꝙ eſt cã alterius, ſicut ſunt alię cauſę, eſt cõicatio relatiue, & conſecutiue. & non ingreditur etiam in quiditatem. nam principium, & eſſe non facit vnumquodq; eorum conſiſtere ſubſtãtiam, ſed conſequuntur ſubſtantiam poſt conſtitutionem ſubſtantię per partes quiditatis eius. & non eſt communicatio in eo, niſi communicatio in conſequenti vniuerſali, quod ſequitur ſubſtantiam cõſecutionis eius, non autem in genere. quare non definimus res, niſi per conſtitutiua

A eas. si vero definimus per consequentes, erit descriptio ad discernendum, non ad formandum veritatem rei. nam non dicitur in definitione trianguli ꝙ est is, qui habet tres angulos ęquales duobus rectis, licet hoc fuerit consequens vniuersale omnibus triangulis, sed dicitur ꝙ est figura, quam circundant tria latera. Et sic est cõmunicatio in eo ꝙ sit substantia. nam esse substantiam est ꝙ sit ens non in subiecto: ens autem non est genus. cum.n. copuletur ei aliquid negatiuum, & est ꝙ non sit in subiecto, non fit genus constitutiuum: sed, si copulentur ei consequentia eius, & dicitur ens in subiecto, non numeratur quidem genus per accidens. nã qui scit substantiam ꝑ definitionem eius, q̃ est quasi descriptio eius, & ꝙ est ens non in subiecto, non scit ꝙ sit ens, quanto magis vt sciat ꝙ sit in subiecto, aut non in subiecto. sed, cum dicimus in descriptione substantię ꝙ est ens nõ in subiecto, intelligimus ꝙ sit verum ꝙ reperitur ens non in subiecto, & non intelligimus ꝙ sit

B ens actu dispositione abstractionis: ergo non est communicatio cum eo commicatio in genere, sed commun catio per constituentes quiditatem est communicatio in genere, ducens separationem postea cum differentia. Primum vero non habet quiditatem, nisi esse necessarium. nam esse necessarium est natura verificationis eius, & quiditas eius in se ei: ei, & non alteri. &, cum necessitas in esse non fuerit natura vera, & quiditas in se, nisi communicet cum alio, et non separatur ab eo differentia specifica, ergo non habet definitionem.

Hęc est septima disputatio: & vr̃ mihi quod problema istu l hic inducitur per se, adeo ꝙ nullã continuationẽ habet ad pręcedentes, nisi in materia. qm̃ oẽs disputationes dictę de Deo loquuntur, & cum ista de Deo loquatur, intantũ hæc illis continuatur, inquantũ circa idẽ subiectũ, vel materiã eandẽ dirigitur, cõtinuatio aũt penes formã non apparet: sed, quia problema istud est vtile ꝓpter se, ideo & si continuatione careat, ipsum exponã continuatum ad pręcedentia. Primo ergo inducit, vt solet, verba Alg. deinde dicta abscindenda abscindit, & cõseruanda conseruat, inquit ergo, ait Alg. manifestum est quod philosophi cõueniunt in hoc, & super hoc, qđ dicunt, fundant se dicẽtes, ꝙ postq̃ ipse Deus nõ

C cõicat cũ aliquo in genere, neq; differt ab eo. i. ab aliquo in differentia, ergo nullã habet definitionẽ. & dat rõnem. d. definitio nanq; ex his constituitur: cõponitur ergo ratio hoc modo. oẽ definibile cõmunicat cũ aliquo in genere, & differt ab aliquo in differentia. sed Deus non cõmunicat cũ aliquo in genere, neq; differt ab aliquo in differentia, tunc apponit conclusionẽ. d. ergo id, quod nequit definiri aliquo modo, est Deus benedictus. (Et, si forte.) Nũc inducit obiecta cõtra hoc, & inquit, & si forte aliquis arguit eis, d. quod prima cã cõmunicat cũ primo causato, inquantũ est ens, & inquantum est substantia, & inquantum ambo sunt cã alterius, puta generabilium & corruptibilium. hęc enim est vera, prima causa est ens, sicut ista primũ causatũ. s. intelligentia prima est ens. itẽ hęc est ẽt vera, prima causa est substantia, sicut hęc primum causatum est substantia. & hęc prima causa est causa alicuius, et primũ causatum est cã alicuius, quia tertij causati, vel quarti, vt patet. ergo ens, substantia, & cã sunt vniuersalia illis. vel igitur genus, vel differentia, vel proprium, vel accidens, vel species. & dici non possunt species, nec aliquod aliorum nisi genus, relinquitur ꝙ quodlibet eorũ genus est illorum. & hoc volunt contra philosophos. Similiter addit, & differt ab eo in aliquo sine dubio: quod, pro tanto dicit, quoniam si apparet conuenientia manifesta est differentia, ergo habent genus, & differentiam, ergo primus motor est definibilis. (Ipsi respondent.) Inducit sol. philosophorum. vbi debes scire,

ꝙ differentia est inter genus, & consequens: qm̃ genus prædicatur per se primo de eo, cuius ponitur genus: vt aĩal de hoĩe, & equo: sed consequens, i. accidens essentiale p̃dicatur per se secundo mõ de eo, cuius est: vt risibile de homine. dicunt ergo ꝙ illa diuisio verificatur pro proprio, qm̃ ens, cã, & substantia nõ sunt genus, neq; species, neq; differentia, neq; accidens, sed conueniens, i. accidens proprium, & essentiale, & hoc primo dicit, secundo probat. ibi secunda. (Opinati enim.) Inquit ergo. ipsi respondent ꝙ hęc communicatio non est in genere, immo est in quodam consequenti vniuersali, & inquit, & maxima differentia est inter consequens, & genus: qm̃ proprium, & genus sunt duę species vniuersalis distinctę, licet iuxta vniuersalitate non differant, vt in logicalibus dictum est, quia vniuersale dr̃ de quinq; vniuersalibus, velut genus de suis speciebus. ergo proprium, & genus non differunt in ratione vniuersalis, cũ in illa cõicent. Ad primã ergo dicendum. ꝙ neq; sunt genus, neq; species, neque ponitur differentia, neq; accidens, sed quintũ vniuersale, quod est proprium, seu consequens, quod idem est. (Opinati enim.) Nunc probat solu. & tria facit prout de illis tribus ... probat solu. inquit. n. pro qm̃ philosophi, vt Auic. opinati sunt quod entitas est quid relatum ad quiditatẽ modo cuiusdam consequentis inseparabilis, aut separabilis. Et debes scire, vt superius disputaui, ꝙ Auic. opinatur, quod esse distinguitur secundum rẽ ab essentia, immo sit accidens ei, siue separabile, siue inseparabile, pro nunc non curo: quod accidens non est formaliter & intrinsecum quiditati & essentiæ, sed tm̃ aduenien ei, & ideo inquit, hic Alg. ꝙ philosophi opinati sunt ꝙ entitas est quid relatum ad quiditatem, i. essentiam, i. quoddã adueniens essentię modo cuiusdam consequentis separabilis, vel inseparabilis. ergo illa, quę in entitate sui in esse cõmunicant, in genere non cõmunicant, sed in accidente proprio vel separabili, vt vides. (Similiter dici.) Nunc approbat solu. quantum ad secundum di. similiter dici potest de communicatione causali, vult dicere ꝙ cã non est genus, sed consequens vniuersale vtriq; commune. cuius rationem dicit, cã enim quid relatum est, & consequens, id est accidens attributi, quod non ingreditur quiditatẽ, i. essentiam in primo modo dicendi per se, ... inquit, & ideo si sunt duę res, quę in causalitate communicarent, autem pro ... non propter hoc in genere communicarent, cum cã non sit genus, sed accidens proprium. (Et sic similiter.) Nunc approbat solu. quantum ad tertium, & ait, & sic similiter dici potest de substantia vult dicere ꝙ non sit aliquinq;, sed tantum accidens proprium, quod declarat di. esse enim quoddam ens per se substantia intelligitur, quia habet esse non in subiecto, modo habere esse non in subiecto, & esse ens per se non est genus. ergo duæ res communicantes in nomine substantiæ, non communicant in genere, immo in quodam consequente inseparabili. & tunc concludit propositum. d. patet patet ergo ex præmissis, ꝙ ipse Deus definiri nequit: & hęc est opinio philosophorum.

Esse distinguitur scd̃m rẽ ab essentia secũdum Auicen.

AVEROES.

AIt Auer. Hęc est summa eius, quod recitauit nomine Philosophorum in hoc sermone, & in eo est veritas, & falsitas. Cum autem dicunt quòd Primum impossibile est vt communicet cum alio in genere, & separetur ab eo differentia, si intelligunt per genus quod dicitur vniuoce, est verum. & sic differentia, quę dicitur vniuoce, quoniam omne, quod est huiusmodi, est compositum ex forma vniuersali, & particulari. & hoc est id, cui reperitur definitio. Si vero intelligunt per genus genus dictum per prius, & posterius, reperitur ei genus, et est ens exempli gratia, aut res, aut esse, aut substantia. & iam erit ei definitio ex hac specie definitionis. nam talibus definitionibus

vtimur

A vtimur in scientiis, vt dicitur in definitione animæ quòd sit perfectio corporis naturalis, organici. & sicut dicitur in definitione substantiæ ꝙ est ens non in subiecto. Attamen istæ definitiones non sufficiunt in notificatione rei, sed faciunt ad dirigendum ex hoc ad vnũquodq; eorum, quæ ingrediuntur sub talibus definitionibus, & ad imaginationem eius cum eo, quod est ei proprium. Cum vero dixit nomine Philosophorum ꝙ nomen entis significat de substantiis rerum consequens vniuersale, eius est sermo falsus. nam declarauimus hoc in multis locis, & nemo eorum dixit hoc, nisi Auicenna tantum. quoniam, cum est inconueniens apud eum vt sit genus dictũ vniuoce, & est inconueniens quoque apud eum vt sit nomen æquiuocum, existimauit ꝙ sit nomen significans consequens vniuersale rebus. & quicquid dixerint de substantia, sequitur de consequenti, licet consequens non dicitur de eo cum responsione quid est. Vlterius, si significaret consequens rerum, aut significaret hoc consequens vniuoce, aut æquiuoce, B aut consecutiuo alio. Si significaret vniuoce, quęro quomodo reperitur accidens, dictum vniuoce de rebus diuersis in substantia. & puto ꝙ Auicenna concedit hoc: & est falsum, quoniam erit rerum diuersarum aliquid, quod est vniuocum, & vnum, non ex eo quòd res illæ diuersæ conueniunt in vna natura. nam sequitur necessario vt sit consequens vnũ naturæ vnius, sicut actio vna prouenit etiam à natura vna. &, cum hoc fuerit falsum, ergo nomen entis significat de rebus substantias propiaquas adinuicē. & aliqua in hoc perfectior est alia. quare res, quarũ esse est tale, esse in eis est primum, quod est causa aliorum, quæ recipiuntur in hoc genere. ver. g. cum dicimus calidum dicitur secundum prius de igne, & posterius de rebus calidis. & quod dicitur secũdum prius de eis, & est ignis, est causa vt alia sint calida. & sic est in intellectu, & principio, & substantia, & similibus nominibus. & plurimæ naturarum eius, quod comprehendit scientia Diuina, sunt C huius generis, & nomina talia reperiuntur in substantiis, & reperiuntur in accidentibus. Quod autem dixit de descriptione substantiæ nihil est. sed ens est genus substantiæ, assumptum in definitione eius eo modo, quo assumuntur genera harum rerum in definitionibus earũ. et iam declarauit hoc Alpharabius in libro suo de demōstratione. & id, quod est apud Philosophos, est dignius hoc. Auicenna autem errauit. quoniam, cum ipse vidit ꝙ nomē entis significat verum idiomate Arabico, & quod significat verũ significat accidens proculdubio, sed in rei veritate significat verificationem intellectorum secundorum, s. rationabilium, existimauit ꝙ, cum vtuntur eo translatores, significat hoc idem. & non est sic, sed intelligunt per id translatores significare id, quod significat nomen substantiæ, & rei. * Et iā declarauit hoc Auiyesa in libro nominum, & notificauit ꝙ vna causarum errorum eueniētium in hoc est, quoniam nomen entis est in figura deriuati, & deriuatum significat accidens. Attamen in rei veritate est in radice

Ens nō pōt esse dictum vniuoce vt putauit Auicen.

Error Auic. de ente.

Hucusq; antiquus tex.

idiomatis deriuatum. sed quoniam translatores non inuenerunt in idiomate Arabico vocabulum significans id, quod diuidunt Antiqui in substantiam & accidens, & potentiam & actum, scilicet vocabulum, quod sit prima radix, & non deriuatum, ideo protulerunt aliqui eorum per nomen entis, non quod intelligatur de eo deriuatum, quod significat accidens, sed id, quod significat nomen substantiæ, & est nomen artificiale, non autem idiomaticum. Et aliqui eorum propter dubium, quod euenit in hoc, decreuit vt proferret rem, quam intelligit idioma Græcum dicere de eo, proferens per dictionem entis id, quod significat copulam prædicati cum subiecto. quoniam vidit quòd hoc est propinquius significationi huius nominis vsus est loco nominis entis nomine esse. sed ipsum etiam est diuersum ab hac dictione aliquo regimine, quod non reperitur in Arabico. quare inclinauit alia secta ad nomen entis. ens vero, quod dicitur verum, est cuius intelligentia est diuersa ab intelligentia quiditatis, & propter hoc aliquis potest scire quiditatem, & non sciet esse, & hoc est aliud à quiditate in composito de necessitate. Attamen ipsum & quiditas in simplici est idem, non autem id, quod significauerunt translatores per nomen entis. nam est ipsamet quiditas. Et cum dicimus quòd entis aliquod est substantia, & aliquod accidens, debet intelligi per ens, id quod significant translatores & est significatio dicta per prius & posterius de substantiis rerum diuersarum. Et cum dicimus ꝙ substantia est ens, debet intelligi id, quod intelligitur de vero. & sic etiam, cũ intelligimus de interrogatione famosa apud Antiquos. & est an ens est vnum, aut plura. & est de qua loquitur Arist. cum Parmenide, & Melisso ex Antiquis Primo Physicorum. & non debet intelligi de hoc, nisi id, quod significat substantiã. si enim ens significaret accidens in subiecto, erit sermo dicentis quòd ens est vnũ contradicens sibi ipsi. & hoc totum est manifestum ei, qui assuetus est in libris Philosophorũ. Et, cum compleuit adaptare sermonem eorum, incœpit dubitare eis.

Arabes non habẽt nomẽ ꝙ diuidatur in substãtiã & accidẽs.

Quid intelligamus p ens et quõ dicatur de entibus.

Nunc Auerroes respondet, & proponit intentum, dicens, dicimus nos quod hæc sunt verba Algazel. nomine philosophorũ narrata, sed quædã sunt vera & quædã erronea. (Id enim, quod dicit.) Proposito intento ostendit illud, dicens: id enim, quod dicit, scilicet, quod Deus nequit communicare cũ aliquo in genere, & in differentia differre: si intelligũt de genere id, quod dicitur vniuoce, dicimus quod est verũ, & similiter si intelligunt de differentia vniuoca: cuius rationẽ apponit. d. quodlibet namq;, quod sic se habet, cõpositum ex vniuersali forma & particulari, & tale definitur certissime: potest igitur ratio sic cõponi. omne compositum ex forma vniuersali, & forma particulari põt definiri: sed omne existens in genere vniuoco, & differens differentia vniuoca est cõpositũ ex forma vniuersali, & forma particulari: ergo omne existẽs in genere vniuoco, & est definibile. (Sed si.) ostẽdit quõ est verũ aliquo modo. d. sed, si intendit genere genus dictũ analogice, tunc habet genus vt ens, aut res, aut substantia, & tunc concludit: ergo hoc modo, id est, analogice potest definiri, & multotiens tales definitiones sunt in artibus speculatiuis, vt dicitur in definitione animæ, quæ est perfectio corporis physici organici. Ponit tamen differentiam inter huiusmodi definitiones. d. veruntamen tales definitiones, seu denominationes,

A id est, descriptiones secundum veritatem non sufficiunt ad cognitionem veritatis, sed dirigunt valde ad cognitionem rerum ignotarum: eo quod proprior, id est, propinquior est eis: & sic patet differentia inter definitionem analogicã, & vniuocam, eo quod vniuoca totam essentiam rei declarat, & perfecte, analogica non patet. (Sed id, quod.) Nunc ostendit aliud, in quo peccat. d. sed id, quod narrat nomine philosophorũ, videlicet, quod istud nomen ens significat cõsequens vniuersale in subiectis rerũ, id est, accidẽs essentiæ, dicimus quod sunt verba erronea, vt declarauimus in pluribus locis, immo quod plus est, hæc opinio tantum ab Auicen. reperitur, non autem ab alio philosopho, ergo sup. non debet induci nomine peripatheticorum. (Amplius.) Nunc transit ad reprobandum aliud, dicens. Amplius id, quod dixit de descriptione substantiæ, nihil est: quod declarat. d. quia esse genus substantiæ sup. analogum, & sumitur in sua definitione illo modo, quo rerum genera analoga sumuntur in ipsarum definitionibus, vt habetur ab Alpharabio in suo libro de demonstratione: ergo esse non est accidens substantiæ, & per consequens illa fuit satis bona definitio. Adducit tamen opinionem Auicen. d. sed Auicen. in hoc errauit, prout opinatus est quod hoc nomen, scilicet, ens in arabica lingua in eo, quod est verum, id est, prout conuertitur cum vero, significat accidens sine dubio secundum veritatem, scilicet tunc cum hoc sit vniuersale. Cõcludit igitur non est de eo vlterius mirandum sup. cum ipse solus id dicat, & ideo redeamus ad propositũ, dimittentes B ipsum tanquã non dignum reprobari a nobis. Quomodo quidẽ differat esse ab essentia, superius determinatũ est: quomodo autem omne cõpositum ex genere, & differentia vniuocis cõpositum sit ex forma vniuersali & particulari, licet sit dictum a me in libro de substantia orbis, & in expositione mea. 12. Metaphy. attamen posterius in dubijs, & solutionibus sequentibus dicam. Pro nũc autem volo declarare quid sit genus vniuocũ, & quid genus analogũ: vbi debes scire, vt dicit Auer. secundo Cœli com. 49. quod sicut species est duplex vniuoca, & æquiuoca, ita genus duplex, vniuocum, & æquiuocum, genus vniuocũ est nomen prædicãs de pluribus ordine quodam notando suppositũ ab vna forma seu natura, sed vna ratione mentali omnibus illis cõe: & hoc inquit Arist. 7. Physi. cum dicit, sunt quædã æquiuocationum, alie quidem multum distantes: vt gratia exẽpli, canis cœlestis, & canis marinus, & canis latrans, quæ adeo distant, quod solam in nomine sunt conuenientia. Aliæ vero habentes quandam similitudinẽ: vt substantia, & accidẽs, quæ habẽt nomen cõmune, & ordinẽ essentialem depẽdentiæ vnius ad alterũ. Aliæ vero proximæ aut genere, aut similitudine. V. g. vt homo & leo, quæ habẽt nomẽ vnũ, & rationem seu conceptũ vnũ, C a quo sumitur illud nomen, & habent habitudinem perfectionis, & imperfectionis in. . .ĉe: quia homo perfectior est leone. Ex hoc sequitur quid est genus vniuocũ, quid æquiuocũ: est enim genus vniuocum nomẽ conueniens pluribus secundum vnam rationem formalem, cui nulla forma correspondet in re ordinatis secundũ perfectionẽ & imperfectionem: genus analogum, seu æquiuocum est nomen cõe pluribus ordinatis secundũ causam & causatum essentialiter, cuius nec forma, nec ratio illis est communis, vt patet in æquiuocis secundo modo dictis. Quod aũt genus sit hoc modo, vt dixi, lucidus vir Themistius in primo de anima ca. 4. pulchre explanauit: & tu vide verba eius, quia multũ loquitur. Sed dices, Auer. 12. Metaphy. cõ. 14. ponit differentiã inter vnitatẽ materiæ, & generis: & vult quod vnitas generis sumitur ab vnitate formæ: vnitas materiæ ab vnitate priuationis. Præterea, dicit Auer. primo Meta. cõ. 27. circa finẽ, quod intentiones vniuersales, quas intus cõprehendit, sunt formæ, ergo generi correspondet aliqua forma. Idẽ ibidẽ cõ. 18. inquit, genus est aliud a materia: genus. n. est forma vniuersalis, &c. ecce, quõ opponitur dictis. Ita ponit. 5. Metaphy. com. 3. in fine vide. & iã dixit hic definitionem componi ex forma vniuersali & particulari, ideo dictum istud videtur remotum ab intentione Auer. propter hęc Ioan. Iandonus genere dixit correspondere vnam formã diuersam a formis specificis. sed de hoc ego locutus sum in quæstionibus meis de anima, & in libro de substantia orbis, & in expositione. 12. Metaphy. vbi cõtradixi Ioãni in par-

Quid genus vniuocum, & analogũ.

Dubitatio.

Ioan. Iand.

te: & quia de hoc faciam quæstionem forte in fine huius disputationis, vel vbi melius locus occuret, non amplius immorari volo, sat sit mihi, aperuisse, loca monstrasse pro nunc.

ALGAZEL.

AIt Alga. Hæc est intelligentia opinionis eorum. & sermo contra eam est dupliciter interrogatio, & destructio. interrogatio autẽ est vt dicatur eis hæc est narratio opinionis, quæro vnde sciuistis hoc esse falsum in Primo? adeo ꝙ ædificastis super illud negationem secundationis, quoniam dixistis quòd Deus non debet communicare cum alio, & separari ab eo in aliquo: & id, in quo est aliquid, quo communicat cum alio separatur ab eo, est compositum, & compositio in eo est falsa.

Nunc Algazel vult inducere deductionem apud illos philosophos, qualiter Deum esse compositũ est impossibile, & inquit, ait Algazel, ad hoc, id est, illud quod nomine philosophorũ diximus. i. ergo Auer. narraui: & sic dicimus competendum est ab eis qualiter scitis, quod hoc sit impossibile in ipso Deo glorioso, s. ipsum esse in genere: quod exponit. d. ita quod possitis dicere quod Deum non decet, vt communicet cum aliqua re in aliquo, & differat ab ea in aliquo: ergo petit cur, scilicet, istud sit impossibile. (Hoc tamen probatum.) Cui respondet modo nomine philosophorum dicens, possetis tamen dicere hoc esse probatum a nobis hoc modo, scilicet, quia sequitur ex hoc Deum esse compositum. Cuius rationem ponit. d. illud namque, quod duo talia habet, scilicet quod communicat cum aliquo, & quod differt ab eo, est compositum: huic maiori additur minor: sed per te Deus communicat cum aliquo in genere, & differt ab eo in differentia: ergo Deus est compositus ad minus compositione aliqua, quæ Deo omnino repugnat, & est incompossibilis.

AVEROES.

AIt Auer. Iam dixi ꝙ hoc sequitur propter communicationẽ quæ reperitur ex parte generis dicti vniuoce nõ autem ex parte generis dicti secundum prius & posterius. &, cum ponitur cum Deo Deus in gradu Primi in Deitate, tunc erit nomen Dei dictum de eis vniuoce. ergo est genus. & oportet vt diuidantur ab inuicem aliqua differentia, & erit quilibet eorum compositus ex genere & differentia. Philosophi autem non concedunt de ente antiquo aliquam communicationem in genere omnino. Si vero dicitur de eo secundum prius, & posterius, necesse est vt prius sit causa posterioris.

Deus nullo pacto cõmunicat in gñe cũ aliquo.

Auerroes limitet dictum eius, dicens, dicimus nos quod hoc. i. Deum esse compositum, sequitur communicationẽ necessario ratione generis vniuoce prædicatis, non autem analogice, vt superius dictum fuit: quare, non oportet amplius iterare, nec replicare. Vnde bene valet, hoc communicat cũ aliquo in genere vniuoco, & differt ab eo differentia vniuoca, ergo est compositum: sed non valet de genere & differentia analogice dictis, vt dixi. Ad propositum, modo Deus & entia mundi communicant in genere, & differentia æquiuoce dictis: & ideo non sequitur Deum esse compositum.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens eis. Et dicimus hæc species compositionis vnde scitis quod sit falsa? & non est ratio de hoc, nisi sermo recitatus nomine eorum de ablatione attributorũ, & est quod cõpositum ex genere, & differentia aggregatur ex partibus. &, si possibile esset alicui partium, aut omnibus esse absque alia, erit ipsa necessarium in esse, alia vero non erit necessarium. &, si non est verum esse partium præter aggregatum, & aggregati præter partes, erit totũ causatum, indigens alio· & iam locuti sumus de eo in attributis, quod hoc nõ est falsum in cessatione emanationis. & demonstratio non infert nisi cessationem emanationis. Magnificationes autem, quas falso inuenerunt de necessitate attributi necessarii in esse, hoc quidem non demõstrat, ratio. &, si esset necessarium in esse id, quod dixerunt ipsi, & est
B quod non sit in eo pluralitas, tunc non indigeret inconsistentia eius alio: igitur non est probatio de affirmatione necessarii in esse, sed probatio de cessatione emanationis causarum. & hoc est, cui respondemus in attributis. & est in hac specie magis manifestum. nam diuidi aliquid in genus, & differentiam non est sicut diuidi aliquid in attributum, & id, cui attribuitur. nam attributum est aliud à substantia, & substantia alia ab attributo. & species vero nõ est alia à genere omnimode. &, quotiescunque nominamus speciem, nominamus genus cum additione &, cum nominamus hominem non nominamus nisi animal cum additione rationis. Igitur sermo dicentis an humanitas sufficeret absque animalitate est, sicut sermo dicentis an humanitas sufficiat in ipsa, cum includitur cum ea aliquid aliud. & hoc remotius est à pluralitate, quàm sit attributum, & id, cui attribuitur. Et quæro quomodo erit falsum, vt cesset emanatio causatorum ad duas causas, quarum vna est causa cœli, & alia causa elementorum, aut vna est causa
C intelligentiarum, & alia causa corporum omnium, & erit inter ea differentia in re, vt est differentia rubedinis, & calidi in eodem subiecto, cum differunt re, absque eo quòd ponatur in rubedine compositio generis, & differentiæ, modo, quo recipit separationem, sed, si fuerit ei pluralitas, erit species pluralitatis, quæ non ingreditur in esse substantiæ. quæro quomodo hoc erit falsum in causis? & cum hoc declarabitur eos non posse remouere duos Deos agentes.

Nunc Alga. proponit loqui de compositione Dei, & primo proponit hoc, d. Ait Alga. dicens philosophis, qualis est apud vos demonstratio ad remouendã compositionem ab ipso Deo. est ergo interrogatio, qua possunt via philosophi auferre a Deo compositionem. (Nisi id, quod.) Ponit viam, vel opinionem pro philosophis. d. nisi id, quod asseritis de remotione denominationum a Deo, quasi dicat, quod via philosophorum non est valida, nisi tantùm quando probant in Deo non esse compositionem ex substantiæ denominationibus, idest accidentibus attributis, & sic argumentum illud de genere, & differentia non valet. (Quodlibet. n. compositũ.) Attamen licet ita sit, adducit viã de cõpositione ex genere, & differentia, & dicit, quodlibet enim compositum ex genere, & diffe-

rentia constituitur ex partibus illis: tunc arguit. si enim nulla partiũ vel aggre tum ipsarũ haberet sine altera esse. igitur, vel primũ esset necesse esse: aut stante compositione in primo ex genere & differentia quæritur, vel est compositũ ex necesse esse, vel non. Si non, ergo totum illud est causatum, & per consequens indigeret causa. consequentia patet: eo quia si non est necesse esse, erit generabile, vel erit æternum. si generabile, ergo indiget causa. si æternum, cum sit æternum a se, ergo ab alio, ergo adhuc causa indiget. Si vero dicatur q hoc non tangit: quoniam iam tactum est eo, quia omne compositum est no (Et nos.) Nunc Alga debilitat hanc viam: quoniam hęc via est via per impossibile. ducit enim ad hoc impossibile. quoniam, si ponitur causatum ab alia causa, & eadem ratione illa causabitur, & sic procedetur in infinitum. respondẽdo, & nos iam tractauimus de denominationibus, id est attributis, & dimus ꝙ hoc non est impossibile procedere ad infinitum. & demonstratio non significat nisi ꝙ processus in infinitum est falsus. ergo non ducit ad impossibile simpliciter, qm̃ illa demonstratio reputat ducere ad impossibile, quod tamẽ non est impossibile: ergo, cũ ista. sol. sit data in capitulo de attributis, e tur & nunc: quoniam hæc demonstratio de compositione ex genere & differentia ducet ad processum infinitum: quod non est impossibile. Ad formam argumenti dicendum, inconueniens illud non esse inconueniens. (Sed ad id q Nunc tangit vnũ aliud, quod etiam vult debilitare. d. Sed ad id, quod in sudarunt deponere, id est annullare, scilicet quod in Deo nulla sit pluralitas & quia in suo esse non indiget alio: dicimus quod nullam habet auctoritatẽ, id est rationem manifestam. ergo nullam habet demonstrationem ad asserendum necesse esse, est ergo debilitatio quod demonstratio illa nihil est, quæ probat se vnũ necesse esse, & simplex. & noluit explicare illud, quoniam super eo disputauit prolixe. (Illud vero.) Nunc apponit id, in quo bene dixerunt. d. Id vero, quod probauerunt clare est, quod causæ non procedunt ad infinitum, & remittit se. d. & de istis nos in præcedentibus satis late disputabimus. Debes scire, quod tria sunt, quæ Alga tetigit, quorum primum est. primum non esse compositum, neque ex denominatione & denominato, neque ex genere & differentia, per hanc rationem: quia tunc esset processus infinitus in illis. Secundum est, ꝙ Deus non sit cõpositus alio in sui esse indigens: cuius rationem, & responsionem tacuit in propria forma. Tertiũ est, ꝙ in causis essentialiter ordinatis non est processus infinitus. Circa quæ dixit primum non valere, eo quia inconueniens non est inconueniens. Secundum etiam dixit non valere, eo quia videtur demonstratiua, & non est, licet nec rationem, nec responsionem expresserit, sed remittit se. Tertium solum approbat, ꝙ debet intelligi in causis per se essentialiter ordinatis. aliter primo opponeret, vt satis patet. (Vnde dicimus.) Quia philosophi credebant compositionem ex denominatione, & denominato esse consimilem compositioni ex genere, & differentia, vult remouere hoc, & primo proponit illud. d. vnde dicimus quod in hoc proposito clarius patet peccatum philosophorum: vel vt habet alia translatio, clarius pat fit eorum debilitas. (Diuisio nanq;.) Exequitur, & ait: nanque pro quia, diuisio rei, id est speciei ad genus, & ad differentiam non est similis diuisioni rei ad denominationem, id est attributum, & ad denominatum, id est subiectum eius. huius rationem assignat. d. denominatio, & substantia, id est subiectum differunt abinuicem, & species non differt a genere omnino, id est tanta differentia. cuius rationem apponit. d. quando enim facimus mentionem de specie, non includimus genus, quando dicimus hominem, nos facimus mentionem de animali, cum additione rationis, id est differentiæ, vel definitionis: & sic apponit conclusionem. d. vnde patet ꝙ hoc magis distat a pluralitate. sup. compositio ex genere, & differentia, q̃ denominatio, & denominatum. vult dicere, patet compositionẽ ex genere in specie esse minorẽ, q̃ cõpositio ex ipso subiecto, & accidẽte. Debes scire, ꝙ in intellectu speciei includitur genus, vel differẽtia, vel definitio, & ideo nullus potest intelligere speciẽ nisi intelligat denominatũ genus, vel differẽtiã, vel vtrũq; & ideo ibi est identitas rõnis formalis, vt dicũt viri huius tpis. Quia vero stat intelle

A ligi subiectũ non intelligẽdo accidẽs, & ecõtra: ideo ibi est diuersitas rationis formalis. & sic maior est identitas generis cũ specie, q̃ accidẽtis, siue cõis, siue proprii cũ subiecto, vt dicit hic Alga. & in hoc verificatur dictum Auerr. primo Meta. com. 31. scilicet q mixtio intentionis vniuersalis substantialis cũ particularib. est fortior mixtione accidentium cum suis subiectis, quod pro tanto dicit, q prima est formalis, secunda est secundũ subiectũ tantum. (Rursus qualiter, &c. dictis Alga. vult debilitare quoddam dictum philosophorum superius positum. probant enim philosophi vnum primum motorem hoc modo. q̃m, si essent plures, ergo conuenirent genere & sic darentur duo mundi, sicut superius declarabatur. hoc ostendit. d. qualiter est impossibile finire processus causatorũ ad duas causas in vno gradu, i. in vno genere quasi dicat, non est impossibile, q̃d declarat. d. quarũ prima sit causa orbiũ, & altera elementorũ, id est põt ergo fingi, q sint duo dij, quorũ vnus est Deus causa orbiũ, id est æternorũ, alter causa elementorũ, id est sphæræ actiuorũ & passiuorũ, vt posuit forte Auicẽ. vel vna illarũ sit sup. causa intelligibiliũ rerũ causatarũ, & altera sit causa sensibilium, scilicet omnium corporũ caducorũ, Ex hoc vult habere primum inconueniens non sequi, q̃ intulit, ergo dantur plures mundi: immo ambo erunt eiusdẽ mundi causæ secundũ partem, vt visum est. Dixerunt etiam philosophi, q tunc essent in vno genere, & per consequens hi essent cõpositi, propter quod respõdet
B ad hoc. d. & illæ duæ causæ differunt inter se realiter, sicut rubedo, & caliditas, quod declarat. d. quæ in vno, & eodẽ subiecto reperiuntur, & differũt adinuicem realiter, scilicet in forma. sic illæ duæ primæ causæ differunt, s. quia sunt in vno quasi subiecto, scilicet vniuerso, & differunt quasi forma, & secundũ rem. Tunc applicat. d. & sup. licet rubedo, & caliditas differunt, non oportet rubedini attribuere cõpositionẽ generalẽ, id est generis, neque differentialẽ, id est generis & differentiæ. ergo a pari, & si illæ duæ causæ differũt, & conueniunt, non oportet illas esse compositas. & per hoc patet sol. ad secundũ inconueniens, & ideo concludit. vnde patet ex hoc ẽt q philosophi deficiunt in ostensione, q est impossibile peruenire ad duos Deos, & dixit, patet ex hoc etiam, q̃m cum tribus euitatis patet peccatum quartum. vt ergo colligeret quartum cum tribus dixit etiam. Et quasi. d. & cum patent illa tria, patet etiam ex hoc quartam viam ducentem ad vnitatem primi non esse firmam.

AVEROES.

AIt Auer. Compositio autẽ, quæ est inter genus, & differentiã, est eadẽ cõpositio, quæ est rei, quæ est in potentia, & rei, quæ erit in actu. quoniam natura, quam significat genus non reperitur in actu aliquo tempore, nisi ex natura, quæ appellatur differentia, & forma. & omne id, quod est apud homines compositum ex compositis naturis, est generabile, & corruptibile, & habet agens. nã differentia est ex conditione esse generis, in eo quòd est in potentia, & non reperitur nudum differentia. & copulatio vniuscuiusque eorum cum altero est aliquo modo conditio in esse alterius. & idem impossibile est vt sit causa conditionis esse sui ipsius, ergo est ei de necessitate causa, & est illa, quæ tribuit ei esse, cum copulauerit conditionem conditionato. Et apud eos etiam est vt recipiens in rei veritate sit id, quod est potentia tantum. nam, si esset actus, est per accidens: receptum vero est id, quod est actus. &, si esset actus, est per accidens. nam non discernitur, & cognoscitur receptum in eo à recipiente, nisi ex eo quòd vnum eorũ est in potentia alterius rei, & est in actu res recepta: & omne, quod est in potentia alterius, necessario

Quæ sit cõpositio generis cũ spetie.

C

recipit illud aliud, & ſpoliatur à re, quæ eſt in actu. & ideo, ſi reperi-
hic recipiens in actu, & receptum in actu, ambo quidem exiſtũt in
ſed recipiens eſt corpus neceſſario: nam receptio reperitur prius corpo-
ri, aut ei, quod eſt in corpore. accidentia. n. non attribuitur eis rece-
ptio, nec forma, nec ſuperficies, nec linea, nec punctus, nec vniuerſa-
ter id, quod non diuiditur. agens autem non in corpore iam declara-
tum eſt demonſtratiue: recipiens vero non corpus, nec in corpore
falſum. Sed id, de quo dubitauerunt circa intellectum, qui eſt in p-
tentia, eſt, quoniam, cum compoſitum ex attributo, & eo, cui attri-
buitur, non additur ſubſtantię, erit generabile, & corruptibile, & e-
corpus neceſſario. ſi autẽ eſſet compoſitũ ex eo, cui attribuitur, & a-
buto additis ſubſtantiæ, abſque eo ꝙ ſit in eo potentia in ſubſtan-
nec potentia ad attributum illud, vt dicunt Antiqui de corpore c-
leſti, neceſſe eſt vt ſit habens quantitatem, & vt ſit corpus. nam, ſi
feretur corporeitas à ſubſtantia illa ſubiecta attributo, auferetur
eo ꝙ ſit recipiens ſenſibile: & ſic auferetur comprehenſio ſenſ-
lius attributi, & fient attributum, & id, cui attribuitur ambo i-
ctus, & fient idem ſimplex: quoniam intellectus, & intellectum
apparet de eis, ꝙ ſunt idem, cum pluralitas ſit eis per accidens,
parte ſubiecti. Demum homines ponere ſubſtantiam, & attributa a-
dita ſubſtãtiæ nihil aliud eſt niſi ponere corpus antiquum, & accide-
tia poſita in eo. Et ipſi non conſyderant ꝙ, cum ipſi auferunt qu-
tatem, quæ eſt corporeitas aufertur ꝙ ſit in eo aliquid ſenſibile, n-
aũt ꝙ nõ ſit ibi nec ſubiectũ, nec prædicatum. ſi vero ponerent ſu-
ctũ, & prędicatũ ſeparata à materia, & corpore, ſequeretur vt ſit in-
ligens, & intellectum. & id eſt vnũ, ſimplex, & verum. Cũ aũt dix-
fallacia eorũ tota eſt: qm̃ eſt ex appellatione eorum neceſſariũ in e-
&, cum fecerit loco huius id, quod non habet cauſam, non ſequ-
primo id, quod intulerunt ex attributis ſequentibus neceſſario in-
non eſt verum. quoniam, cum poſitum fuerit ens non habens cauſam,
neceſſe eſt vt ſit neceſſarium ex ſe: ſicut compoſitum, cum fuerit ne-
ceſſarium ex ſe, neceſſe eſt vt non ſit ei cauſa: &, cum non fuerit ei cau-
ſa, multo dignius eſt vt non diuidatur in duo, ſcilicet cauſam, &
cauſatum. Poſitio autem Loquentium ꝙ Primum ſit compoſitum ex
attributo, & eo, cui attribuitur, determinat ꝙ ſit ei cauſa agẽs. ergo nõ
erit cauſa prima, nec neceſſarium in eſſe, et eſt contrarium eius, quod
poſuerunt, ꝙ ſit ex entibus, in quibus fiunt attributũ, et id, cui attri-
buitur idem ſimplex. et hic non debemus reiterare quod dictũ e-
eo ſuperius, et protelare ſermonem in eo. Ad id autem, quod d-
runt quòd Deus glo. ſi non eſt falſum dicere de eo ꝙ ſit comp-
ex eo, cui attribuitur, et attributo addito ei, multo dignius eſt v-
ſit falſum dicere ꝙ ſit compoſitum ex eo, cui attribuitur, et attri-
quod eſt idẽ, quod id, cui attribuitur, iam profecto diximus qu-
eſt falſum, et qũo non eſt falſum, et eſt, quia ſunt ſeparata à ma-

A ria. Cum autem dixit quòd demonstratio eorum de ablatione secundationis prohibet quin sint hic duo Dii, quorum Vnus est causa cœli, exempli gratia, & alius causa terræ: aut vnus eorum causa intellecti, & alius causa sensibilis ex corporibus: & erit inter eos differentia non determinans contrarietatem, sicut differentia, quæ est inter rubedinem, & caliditatem, quæ reperiuntur in vno, & eodem subiecto. Et est sermo non verus. nam, cum tribuitur innouatio entis, & principium eius naturæ vni, & substantiæ vni, non diuersis naturis, necesse est vt, cum ponitur aliquid illius naturæ, æquale in natura, & intellectu naturæ primi, vt sint communicantes in attributo, & differentes in attributo. & id, quo differunt, aut erit ex specie differentiæ hominum, aut specie differentiæ specierum. si ex specie differentiæ specierum, dicitur de eis nomen Dei æquiuoce. & hoc est aliud ab eo, quod positum est. nam species communes in vno genere sunt aut B contraria, aut ea, quæ sunt inter contraria. & hoc totum est falsum. si vero fuerit differentia eorum in indiuiduo. ergo ambo sunt in materia. & hoc est contra id, ad quod conuenerunt. Attamen, si positum fuerit quòd hæc natura fuerit nobilior alia, & dicitur de eis secundum prius, & posterius, ergo natura primi erit nobilior secundo, & secundum est causatum ab eo necessario, adeo quòd erit, exempli gratia, innouans cœlum innouans causam, quæ innouauit elementa. & hæc est positio Philosophorum. & ambæ positiones reducuntur ad positionem causæ primæ, scilicet eius, qui ponit quod Primum est causa ex se omnium rerum diuersarum immediate. Veruntamen hoc non est possibile apud Philosophos. quoniam est notum per se quòd mundi consistunt ex causa, & consyderatio de his causis finit apud nos ad causam primam omnium. &, si non essent omnia ista principia diuersa, aliquod eorum prouenient ex aliquo, scilicet quòd aliquod non esset causa alicuius, non esset in mundo aliquid C vnum, & copulatum. & quod significauit illud esse falsum, est, cum dixit Deus glo. Videte nunc quòd ego sum, & non sunt Dei mecum. ego autem facio mori, & viuifico. idest significat processus entitatis destructionem communicationis. nam, si esset ibi alius Deus, tunc corrumperetur totum, & esset ibi destructio, & non reparatio.

De natura Analogatorum.

In solutione propositi dubij primo proponit quædam, quæ sub dubio tangebantur. secundo venit ad propositum, vt patebit, inquit in prima parte. Dicimus quod actio & pro. i. compositio, quę fit ex genere, & differentia est eadem cum compositione, quę fit ex re potentiali, & re actuali. est ergo conclusio. compositio ex genere, & differentia eadem est cum compositione ex actu, & potentia. Probatur hęc conclusio in litera, &. d. natura nanque generis nunquam in actu reperitur, videlicet nuda de natura differentiæ, seu formę. & hæc ratio sic componitur. omnis compositio, cuius vnum componentium nunquam separatur a natura formę, est compositio ex actu & potentia: tunc apponitur minor: sed compositio ex genere & differentia est compositio, cuius vnum componentium nunquam secluditur a natura actus: ergo compositio ex genere & differentia est cōpositio ex actu & potentia. huius syllogismi tetigit tantum minorem in litera:

vt patet propositio. d. omnis compositio, cuius vnum componentium nunquam separatur a natura formę, est compositio ex actu & potẽtia, est manifesta per se, & declaratur in Meta. dictum est enim in. 8. illius prope finem, ꝙ potentia per se fit cum actu per se vnum, adeo quod nunquam potentiã potest esse sine actu. minor autem dicta in Porphyrio. dixit enim ꝙ genus semper reperitur cum aliqua differentia, licet actu non sit ita cum vna, quin possit esse cum alia, & ideo. & . 4. Topi. & . 7. Meta. dixit Arist. genus non esse pręter generis species, eo quia nunquam est pręter generis differentias, vt manifestum est. A

Dubitatio.

SED dubitatur: quoniam, vt dictum est. 8. Phy. quęcunque reperiuntur vnita insimul, si vnum reperitur separatum sine altero, & reliquum. & per hoc probat esse vnum primũ motorem, ita mouentem ꝙ nullo modo mouetur: vt perspicuũ fit per demonstrationem ibidem positam. Cũ igitur neq; genus, neq; differentia reperiantur separatim, quare potius dixit gñis naturã esse non posse sine natura differentię, quã econtra: vel igitur ambo poterunt esse seorsum, vt ratio concludit: vel non debuit dicere magis vnum, quam alterum. Dicendum primo, ꝙ regulam Arist. interpretatur Auer. 12. Meta. com. 35. duobus modis: attamen vnus est auctoritate Alex. s. ꝙ illud compositũ sit cõpositum ex duobus extremis oppositis, quorũ neutrum est accidens alteri. Dixit extremis, qm̃, si vnum componitur ex medijs, non oportet vt media per se constent. dixit oppositis, qm̃ materia non reperitur sine forma, cũ sit extrema in ambitu potentię. Dixit, quorum neutrum sit accidens alteri, qm̃ substantia põt esse sinę accidente, & non econtra: & tñ sunt opposita saltem disperate, & extrema. istis tribus conditionibus vsus est Auer. etiam. 8. Phy. cõ. 37. si bene verba eius inspiciantur. Sed dices, qño ex hac regula propositũ habetur de primo motore? secundo videtur adhuc argumentum stare. s. qño cum genus neq; possit esse sine differentia, neq; econtra, magis attribuit illud generi quam differentię. Et dicendum, ꝙ primus motor, & primum mobile sunt extrema: hoc quidem in ratione motorũ, illud quoq; in ratione mobilium, vt constat. Sunt ẽt opposita per se, & si per accidens coniungantur: quod facile dignoscitur, cum mouere sit agere, et moueri pati. constat vero agere & pati opposita esse plusquam disperata. Quod aũt neq; primus motor sit accidens primo mobili, neq; econtra, perspicuum est per se. põt ergo problema Aristo. sic componi. quęcunq; opposita, vel inuicem vnita extrema opposita, quorum neutrum neutro accidit, possunt separatim reperiri simpliciter. sed primus motor, & primum mobile sunt vnita extrema opposita, quorum neutrum neutro accidit: ergo in prima figura primus motor, & primum mobile possunt separatim reperiri. Intelligo separatim hoc modo, ꝙ primum mobile ita mouetur ꝙ nullo modo moueat, primus motor ita moueat, ꝙ nullo modo mouetur. ecce, quomodo expositio illa Alex. & Auer. est conueniens. Ad secundum dicendum, ꝙ neque genus, neque differentia sunt extrema, neque opposita, neque eis regula illa potest applicari. attamen Arist. accepit genus, cum habeat rationẽ potentiæ, & plus sit propinquum materię, vt dicitur primo Meta. comm. 18. & ideo minus repugnat differentiam esse sine genere, quam econtra, cum differentia rationem actus habeat, ideo accepit genus, & non curat de differentia, vt cõstat. (Et quodcunq;.) Nunc vult ex illo concludere quoddam problema ad propositum, & inquit, & quodcunq; compositum ex istis duabus naturis apud philosophos est generabile & corruptibile, & habet agens: est ergo maior: omne compositum ex potentia, & actu est generabile, et corruptibile, & habens agẽs. tunc, non ponit minorem in propria forma, quę est, sed omne existens in genere est compositum ex actu, & potentia, sed vim illius hoc modo. d. cum igitur ita sit, ꝙ genus, cum sit de potentiali natura, nequit aliquo modo de natura differentię denudari: tunc ponit conclusionem huius syllogismi. d. ergo adhęrentia ipsorum adinuicem indiget in esse alterius, id est, habet aliquod agens. ergo indiget causa coniungente, & faciente acquirere eorum esse, scilicet ipsius causa, id est, agente. est ergo conclusio ꝙ compositum ex genere, & differentia est generabile & corruptibile habens agens.

Replica.

Responsio.

F

Dubitatio.

SED, IN hoc est quęstio. primo maiori Auer. appono hanc minorem: sed

A accidens, videlicet albedo est in genere, ergo est generabilis & corruptibilis, et habebit agens. conclusio falsa: accidens enim, cum non sit per se ens nisi entis, ideo non per se generatur, neque habet agens. ergo aliqua propositionum, & non minor, ergo maior: & ita propositio dicens omne compositum ex potentia, & actu habet agens, & est generabile & corruptibile, est impossibilis. Preterea, si illi compositioni ex genere & differentia respondet agens. vel est idem cum agente compositionẽ ex vera materia & vera forma, vel aliud. si idẽ, ergo vnum & idem genus ageret per se duas compositiones vnica actione: quod est contra Auer. 8. Phy. com. 32. Si aliud: vel est indiuiduũ, vel vniuersale: & quicquid dicatur sequitur inconueniens. Dicendum, ꝙ in hoc diu steti, & in magno dubio, & vidi Io. in pluribus locis tangere hoc, & nihil dicit. plura enim, quae ille vir dicit, potius tradunt ignorantiam quam scientiam largiantur. Dicendũ ergo, cum licentia dicendi aliter, si aliquando aliter occurrit, ꝙ in generatione Platonis plures compositiones occurrunt. quando enim Plato accipit esse, prima & propinqua compositio est ex materia & forma. secunda ex actu & potentia, quam Auer hic glosat ex genere & differentia. tertia ex esse & essentia, quam Auer. secundo Meta. tetigit. com. 4. & 12. Meta. com. 51. & hanc appellauit ex participante & participato, quam declaraui diffuse in expositione mea. B 3. de Anima in expositione com. 10. & 9. vide. & hanc dixit Auer. cõ. 5. & 14. illius tertij, quando dixit, ꝙ nulla intelligentia est liberata a potentia praeter primam. & tu vide. Vltima compositio illis tribus aduentitia est ex substantia & accidente. omne enim nouum est recipiens aliquod accidens, & per consequens sibi aliqua compositio aderit: & quia istę quatuor compositiones attribuũtur genitę, ideo quatuor alia attribuuntur a parte agentis. prima, quae est ex esse & essentia respondet primę causae: omne enim causatum est compositum ex esse & essentia, & prima causa illius cõpositionis est prima causa, scilicet Deus. Deus enim est ens per essentiam, & per consequens causa cuiuslibet entis per participationem. compositioni vero ex materia & forma respondet genus particulare, quod primo generat compositum ex materia & forma. compositioni quoq; ex substantia & accidente non correspondet agens determinatum: qm̃ ea, quae sunt per accidens, reducuntur ad per se, illud idem agens, quod est per se compositi ex materia & forma, erit per accidens agens compositionis ex substã tia & accidente, vt patet: compositioni vero ex genere & differentia, quę dicitur ex actu & potentia, non respondet agens aliud apud philosophos ab illo particulari secundum subiectum, sed bene secundum modum. vnde Sor. generans, & est Sortes, & est in genere animalis. i. & est animal. prout est Sor. generat indiuiduum compositum ex materia & forma. prout est in genere animalis, habet C generare sibi simile in genere: ideo, vt sic habet vnire genus cum differẽtia. vnico. n. actu, quo Sortes, vt Sor. vnit materiam cum forma, Sortes, vt animal vnit genus cũ differentia. Et cum hoc sit ita, declaratum erit ꝙ oẽ existens in genere est generabile & corruptibile, & habet agens: hoc modo, s. omne compositũ ex materia & forma habet agens, & est gñabile & corruptibile. omne cõpositũ ex genere & differentia est cõpositum ex materia & forma, vt manifestũ est: ergo omne cõpositum ex genere & differentia est generabile & corruptibile, & habet agens. Ad argumenta. Ad primum dicendũ, ꝙ accidens est in genere, & habet agens, vt patet: qm̃ eo modo, quo est cõpositum, eodem modo est generabile, & habet agens. modo dictum est, ꝙ illud compositum est valde per accidens, ideo oportet, vt reducatur ad per se, eo modo, quo dixi. Ad secundum dicendũ, ꝙ illi compositioni respondet idem agens in subiecto, diuersum secundum definitionem, vt dictum est, & ideo diuersis rationibus aeque primo illud est causa diuersarum compositionum. Sed adhuc animal formidat. primo, quoniam prima causa respondet primae compositioni, & vltima causa vltimae compositioni, scilicet ex materia & forma; ergo intermediae causae, vt intelligentiae, concurrunt secundum rationes, & gradus medios. qui sunt ergo isti? Preterea secundo, quoniam albedo est per se in genere, ergo albedo est per se composita ex genere & differentia, ergo habet agens per se. licet enim homo

Solutio.

Dubitatio.

albus, non habeat agens per se, attamen albedo debet habere: quoniam albedo est vere ens per se compositum ex genere per se, & differentia per se. Ad hęc dicendum, vt mihi videtur pro nunc, φ semper effectus vniuersales oportet in causas vniuersales reducere, & ad hunc intellectum in lib. de causis dicitur propositione quinta. prima creaturarum est esse. dico ergo φ in effectu sūo plures considerandi sunt gradus essendi, quorum nomina non habemus, secundum quos causæ intermediæ concurrit. effectus enim scilicet Plato genitus, quando generatur, fit ens, substantia, corpus, animal, homo. prout est ens, reducitur ad primam causam, quæ est causa esse: esse enim proprius est effectus Dei. Prout est substantia, reducitur ad saturnum. vnde saturnus causa est rei stabilitatis, & permanet secundum astronomos. Iuppiter autem causa est bonę habitudinis. vnde Plato, vt substantia reducitur ad saturnum, vt bene se habens, & perfectus ad iouem, prout contra nociua tuetur, & illa propellit correspondet marti: ergo secundus effectus est substantia bene se habens nociua propellens, ad quā secundum diuersos gradus concurrunt planetæ secundum astronomos. Si consideretur Plato genitus, vt corpus, adhuc concurrunt tres alij, scilicet sol, venus, & mercurius diuersis gradibus: quoniam Plato vt corpus motum, reducitur ad solem. & ideo dicunt astronomi φ oppositio solis in inferioribus maxime apparet. Est enim motus, quasi vita omnium, vt dicitur in principio. 8. Physi. & ideo astronomi dicunt solem esse dominum vitæ. 12. Metaphysic. commen. 34 Plato vero, vt corpus motum motu generationis, reducitur ad venerem. Venus enim, vt dicunt astronomi, proprium effectum habet, prout est causa rei generationis, per quam aliquid consequitur in specie. Pla. vero, vt corpus motum genitum multiplicatum in specie, reducitur ad mercurium. mercurius enim videtur proprium effectum habere in multiplicatione indiuiduorum in vna specie. S. vero consideratur, vt animal, sic concurrit luna. lunę enim proprius effectus est mutatio materiæ, & dispositio ipsius ad recipiendum. nihil autem mutat, & mutatur plus in genere substantiæ quam animal, cum posit per quinque sensus variari, & ratione corporis, & ratione formæ, & per consequens lunæ debet attribui. Si autem consideratur, vt homo, sic attribuitur homini generanti: homo enim hominem generat. patet ergo iam, quomodo causæ intermediæ concurrunt secundum gradus occultos & diuinos, quos astronomi explanant in libris eorum. Potest etiam aliunde accipi ordo concursus illorum, quem declarat Ptolemeus in quatripartito. inquit enim effectus saturni ad vniuersalia loca, & tempora, Iouis ad annos, martis, solis, veneris, & mercurij ad menses, lunæ ad dies. ecce, quomodo alio modo potest accipi ordo. Et, cum corpora cœlestia sint quasi instrumenta substantiarum separatarum, sequitur φ substantia, quæ mouet superiorem orbem, sit vniuersalioris conceptionis & virtutis: & sic consequenter sunt aliæ. Ad primum ergo argumentum patet sol. quoniam prima causa concurrit secundum propriam rationem, & proprium effectum. s. esse, causæ intermediæ secundum gradus intermedios, quos explicaui.

SED, adhuc est locus quęstionis: quoniam, vt dicit auctor de causis, propositione prima. omnis causa primaria plus est influens, quam causa vniuersalis secunda. Et illud, quod plus influit, explicat propositione secunda. d. & causa prima adiuuat secundam causam super operationem suam: quoniam omnem operationem, quam causa efficit secunda, prima etiam efficit: ergo, ad quemcunq; gradum concurrit causa inferior, concurrit causa superior, & vltra. & per consequens homo, vt homo, fit etiam secundum concursum omnium causarum mediarum. Præterea, for. generans est ens, substantia, corpus, animal, & homo. ergo for. vt ens, potest causare Platonem vt ens. vt substantia, iterum illum vt substantia, & sic de alijs: ergo superfluunt causalitates mediæ. Dicendum, φ dictum illud debet intelligi hoc modo, scilicet de causato, & non de modo causanti, vel causandi. omne enim causatum, quod causatur a causa secunda, causatur a prima. V. g. for. causat Plato. & prima causa causat eundem. non conuertitur tamen, quoniam prima potest causare alium effectum, quem non potest secunda: et ideo subdit auctor ibidem, veruntamen efficit eum per modum alium altiorem,

Solutio.

Effectus vniuersales ad causas vniuersales reducuntur.

Dubitatio.

Solutio.

A & sublimiorem, vnde dicitur in lib. Proculi, a quo fuit extractus ille liber de causis, propositione prima, omne, quod producitur in secūdis causis a prioribus, & caus abilioribus, producitur eminentius. ecce, quomodo idem est causatum vtriusque, licet modus non sit idem. Ad secundum dicendum, quod illa sunt in sorte. vt in instrumento: tamen sunt in corporibus cœlestibus, vt in agente principali. & hoc dixit elegantissimus philosophus Auer. 8. Physi. com. 47. inquit: enim, homo non dat in generatione hominis nisi illud, quod est quasi instrumentum, & corpora cœlestia quasi artifex: & vide reliqua: modo instrumentum non agit, nisi conseruatur a principali agente: & ideo patet qualiter corpora cœlestia principaliter concurrunt secundum illos gradus, licet homo possit secundum omnes illos concurrere, prout est instrumentum omnium illorum. Ad secundam rationem principalem dicendum, ꝙ si albedo secundum philosophos haberet genus per se, & differentiam per se, esset vere ens per se existens. cum omnis differentia sit actus secundum Auer. hic: & omnis actus principium est essendi & existendi: ideo, si albedo haberet proprium genus & propriam differētiam, esset completa in specie: & per consequens esset vere existens seorsum secundum philosophos: ideo oportet dicere opinionem, quam diu celaui scholaribus meis, ꝙ secundum doctrinam Auer. accidentia bene habent genus per se, B non tamen differentiam per se: immo differentia accidentium secundum ipsum est subiectum. sicut enim essentia hominis constituitur ex animali & rationali, ita essentia albedinis, eo modo, quo ei competit essentia, constituitur ex genere, scilicet colore & subiecto. Verum debes scire, quod accidens est duplex: quoddam proprium notans proprium subiectum, & sic differentia eius est subiectum proprium, & semper debet poni proprium subiectum. Quoddam commune, & quia est indifferens secundum subgenerationem, ideo non expedit ponere proprium subiectum: sed, quandoq; apponimus propriam passionem illius accidentis, per quod notatur subiectum: vt patet in definitione albedinis. Sed dices, hæc opinio noua est, & ficta, nec Auer. eam ponit in aliquo loco. Præterea, est contra rationem: quoniam, tunc non differret albedo, & album: cum vtrunq; notet subiectum per se, tanquam differentiam. Præterea, omne prædicamentum habet proprium genus, & propriam differentiam: quoniam omne generalissimum diuiditur per differentias proprias eiusdem generis. Præterea, potius subiectum videtur esse vt materia accidentis: quoniam, vt dicitur. 4. Meta. cōm. secundo, accidentia habent materiam in qua, & genus puta color, habet potius rationem formę respectu substantię, vt patet. 2. de Anima. com. 4. plures alias rationes adduxi contra hoc in trac. de accidente, quem feci paucis diebus: & declaraui qualiter hęc opinio adeo euitatur a quibusdam, quod eis videtur venenum: & non est mirum: quoniam, non viderunt dicta domini philosophi Auer. C & Arist. Ad primam dicendum, ꝙ hęc opinio patet per verba, & fundamenta eius in diuersis locis. per verba quidem inquit. 7. Meta. commen. 14. cum declarauit quod definitio simpliciter non inuenitur nisi in substantijs, non in accidentibus, quia sunt composita ex substantia & accidente, &c. ecce, quomodo ponit accidentium naturam esse compositam ex substantia & accidente. Pręterea ibidem commen. 4. inquit, & diximus quod substantia est prior definitione cuiuslibet accidentium: quoniam necesse est, vt substantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium, quoniam partes definitionis sunt illa, per quæ constituitur res: & quia accidentia constituuntur per substantias, necesse fuit vt accipiantur in definitionibus eorum: ecce quam plane Auer. illud ostendit. alia verba collegi in tractatu dicto. Contra fundamentum vero: quoniam Auer. 4. Physic. commen. 60. intulit, quod si prædicamentum esset separatum, tunc quantitas esset substantia separata. hæc autem consequentia non tenet, nisi quia variatur eius substantialis differentia, scilicet subiectum, ergo variatur species: & immorari in hoc est superfluum, patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod differunt; quoniam album notat subiectum in actu, albedo in potentia, vt dicit Auer. 7. Meta. com. 18. attamen essentia est vna, scilicet albedinis, albi, & hominis albi, vnde, sicut idem est humanitas homo, & homo rationalis, diffe-

Accidēs duplex.

Albū notat subiectū in actu, albedo in potentia.

runt tamen in modo: ita idem est albedo, album, & homo albus secundum philosophos simpliciter, & differunt in modo. Ad tertium dicendum, quod maior est falsa de generibus accidentium: quoniam sicut generalissimum non est ens per se, ita non debet habere differentias per se, neq; constitutiuas. Ad quartum dicendum, quod subiectum est materia in qua, & genus forma in qua: est tamen subiectum differentia per quam, & genus materia ex qua fit accidens, &c. ergo accidens est tantum secundum quid, & in relatione ad substantiam: sed hic oporteret amplius immorari, & nolo, quoniam dixi ibidem, & nullus bonus vir debet condemnare absentem, id est me non intelligentem, vt primo cœli dicitur: & qui non vidit dicta mea, vbi diffuse locutus sum, non debet me condemnare ex hoc breui, & transitorio sermone.

Dubitatio. ET POSTQVAM scripsi hoc, occurrerunt quæstiones, quas tetigerunt scholares mei. Quarum prima est, per id, quod est forma, & essentia alicuius contingit agere id, cuius est forma & essentia: sed essentia & esse est forma fortis: & substantia, & corpus, & animal sunt essentia & forma fortis: cum hæc sint per se vera. for. est ens, for. est substantia, for. est corpus, for. est animal. ergo for. per se potest agere ens, substantiam, corpus, & animal, & hominem: ergo omnino superfluunt corpora cœlestia.

Dubita. Secunda quæstio. si fortes, vt instrumentum Saturni producit animal, vt instrumentum solis corpus, vt instrumentũ lunæ animal, propter quid, vt instrumentum primæ causæ non producit esse?

Solutio ad primam. Ad primũ dicendum, quod for. est animal, corpus, substantia, & ens potest intelligi duobus modis vno modo formaliter p essentiam. alio modo formaliter per participationẽ. primo modo non, qm̃ solus Deus est ens formaliter per essentiam, qm̃ est ens, & in ratione essendi excluditur ab omni alio in ratione causæ alio modo. & secundo verificatur. est enim fortes ens, non tamen per essentiam, cum in ratione essendi dependeat a prima causa, similiter for. est substantia formaliter & per se, sed non per essentiam, cum dependet a saturno in esse, cum, vt sic sit illius instrumentũ, & sic de alijs. maior debet intelligi de per se primo modo, non secundo modo.

Ad secundã Ad secundã dicendum, quod esse est effectus primus, qui nullũ aliũ praesupponit, & ideo non põt ibi concurrere vt instrumentum: qm̃, vt instrumentum ageret dispositiue. hęc solutio est primi expositoris interr latinos in loco eius.

Replica. Sed, adhuc arguitur: qm̃ instrumentum adęquatur virtuti suę causæ: ergo, quãdo põt prima causa producere, vt principalis causa, causabit for. vt instrumentum. Prętcrea, esse substantiale etiam simplex est, & ad eius fieri non disponunt fortes: ergo, nec ad illud secundum hoc concurret. Prętcrea, ipse dixit in Meta. & in pluribus locis quod aliquod instrumentum põt attingere virtutem principalis agentis, propter quid ergo for. vt instrumentum illud non potest?

Solutio. Ideo notetur esse dicendum, quod for. vt instrumentum primę causę, potest producere Platonem in esse. i. inquantum ens, vt argumentũ concludit: nec; sequitur q for. aliquid creet, qm̃ creatio est productio ipsius rei ex nihilo per se, & secundum modo fortes non facit esse per se, sed esse prout continetur in homine, vt patet. & tu considera, quia est multum difficile.

Correlariũ. Cum hęc omnia verificata sint, Apparet aperte primum motorem non esse in genere, ipsumq; non esse compositũ ex actu & potentia, vt manifestum est. potest enim sermo hic sic componi. omne cõpositum ex genere & differentia est generabile et corruptibile, & habet agens, sed primus motor non est generabilis & corruptibilis, neq; habet agens. ergo in secunda figura, non est cõpositus ex genere & differentia, & ita neq; ex actu & potentia. propositio. d. oẽ compositum ex genere & differentia est generabile & corruptibile, et habet agens, verificata est iam. Minor autem est per se nota, & perspicua. & sic habetur primum.

Rationes. Aui. probãtes primum motorẽ non eẽ i genere. Debes scire quod Auic. 9. Meta. ca. 4. probauit alijs rationibus primum motorem non esse in genere quarum prima est, genus est pars, Deus autem simplex est non habens partem & partem, ergo Deus non est in genere potest ergo ratio Auic. sic componi. omne, quod est in genere, habet partem & partem: Deus non habet partem & partem, cum sit simplex. ergo Deus non est in genere. maior patet, quoniam genus est pars. Secunda ratio ponitur ibidem sic, si necesse esse habet genus, ergo intentio generis vel

A erit ex se necesse esse, vel non si primo modo, non cessabit quousque sit ibi differentia. vult dicere, tunc genus in actu includeret differentiam. modo hoc falsum esse. 3. Metaphy. declaratum est. Si dicatur, ꝙ intentio generis non erit necesse esse erit constitutum ex eo, quod non est necesse esse, quia ex illa intentione, quæ non est necesse esse. Posteriores autem theologantes adducunt tertiam rationem, quæ potest hoc modo componi. omne existens in genere est limitatum, sed primus motor non est limitatus, igitur primus motor non est in genere. maior est perspicua. minor patet etiam. est enim primus motor perfectionis infinitę. Primus expositor adduxit quartam viam, quę sic componitur. nullum cōtinens perfectiones omnium generum in se est in genere. primus motor continet perfectiones omnium generum: ergo primus motor non est in genere. Circa has rationes quidam dicunt rationem primam Auic. esse demonstratiuam, si exponitur bono modo: ideo, secundum eos debes scire, quod in aliquibus rebus genus, & differentia accipiuntur ab alia, & alia re: sicut ponendo plures formas in homine: animal, quod est genus, accipitur a sensitiua, & rationale ab intellectiua, vel cogitatiua pro nunc, aliquando ibi non sunt res, & res sicut in accidentibus, sed oportet vt sint realitas & realitas: quædam, scilicet a qua sumitur genus, altera vero, a qua sumitur differentia: ergo est duplex compositio, vna ex re, &

Ratio primi expositoris.

Positio quorundam.

B re diuersis omnino, altera ex realitate, & realitate. secunda est minima compositio, & sufficit ad rationem generis. Ex his volunt primam rationem Auic. habere vim hoc modo. omne, quod est in genere, est compositum prima, vel secunda compositione. seu Deus non est compositus aliqua illarum: ergo Deus non est in genere. maior patet. minor, quantum ad primam partem, est perspicua, quantum ad secundam probatur: qm̄ omnis realitas in Deo est formaliter infinita, & qualitercunq; sumpta, per se non esset in potentia ad alterā: ergo, cum Deo quęcunque realitas essentialis sit formaliter infinita, nulla est, a qua possit accipi ratio generis. Secundam rationem Auic. dicunt absolute valere, nec aliter eam exponunt. Contra rationem primi expositoris arguunt, & illi maiori adde istā minorem: sed homo continet perfectiones omnium generum, qm̄ homo continet perfectiones omnium existentium in genere substantię eminenter, ponendo intelligentias non in genere, & omnium nouem prædicamentorum accidentium, ergo homo non esset in genere. Sed mihi videtur, ꝙ ea, quæ hi dicunt, nihil sunt, & non sunt digna recitatione. prima quidem expositio primæ rationis patitur calumniam manifestam, quoniam petit, quod est in principio. secundum .n. philosophos primus motor non est infinitæ perfectionis, licet secundum nos christicolas sic: ergo illa ratio supponit Deum esse infinitum, & quodlibet illius esse infinitum, & sic realitas nulla est ibi potentialis ad alteram: & hoc non transcē

Contra primum expositorem.

Impugnatio cōtra illos.

C dit ordinem credulitatis. Præterea quæro ab his, propter quid omnis realitas in Deo essentialis est infinita, & non omnis conceptus realis in Deo essentialis, & intrinsecus. æque enim est essentialis hęc, immo plus, Deus est ens, vbi ens esset genus, & modo vbi non ponitur genus. propter quid ergo, modo secundū hos ens in Deo essentialiter, & formaliter existens, non est formaliter infinitū, cum predicetur essentialiter, & vniuoce de Deo, & alijs: & tunc sic, scilicet vbi ponitur genus. Et si dicant: quia, vbi ponitur genus fit realitas, & omnis realitas in Deo est formaliter infinita, & modo non est realitas. ideo non oportet. Et hoc admiror, quoniam vtrunque est essentialis, & formalis prædicatio. ideo, propter quid vno modo erit infinitum, & alio modo nō. & iam reducti sunt ad voluntatem. Pręterea, apud istos quodlibet attributum in Deo est formaliter infinitum, & tamen hæc predicatio, Deus est sapiens, est denominatiua & non essentialis: hęc autem prędicatio, Deus est ens, est essentialis & quiditatiua, ergo est ens intimius ipsi Deo quam sapiens. sed essentia habet vim infinitandi sapientiam, ergo multo plus habet vim infinitandi ens, cum sit sibi essentialius. Quod si tu dicas hoc esse, quia ens non est capax infinitatis, eo quia est indifferens Deo, & decem prædicamentis, scilicet finito, & infinito, sic dicam de sapiente. sapiens enim apud eos prædicatur vniuoce de Deo, & homine, vt constat ipsis. Et per hoc patet, qualiter ratio illa, quæ procedit ex illimitatione

Ratio pro illis.

Idē est cōtinere pfectiones, et esse illimitatū secūdū sanctū Tho.

Dei, nihil est: tum primo, quia petit principium, tum, quia coincidit cum ratione Thomę, idem enim intelligit Thomas per continere perfectiones omnium generum, & esse illimitatum: quoniam continere, apud Thomam est virtute propria, quodlibet illorum posse producere: & sic maior est vera, nullum continens virtute propria perfectiones omnium generum est in genere: sed primus motor continet illas virtute propria: ergo primus motor non est in genere: & sic ratio est forte efficacior, quam sit sua. Instantia nihil est, quoniam homo nō continet omnium perfectiones virtute propria, cum contineat in virtute primi continentis: sic ratio Thomę vel reducitur ad illam tertiā eius, vel est efficacior: cur ergo student in reprobando illum bonum virum. Iterum, secunda ratio Auic. debilitatur, & retorqueo eam contra illos, qui tenent illam, hoc modo: intentio entis quæ prædicatur vniuoce de Deo, & alijs, vel est formaliter necesse esse, vel non: si non, ergo necesse ex non necesse esse: si sic, ergo ens includeret formaliter necesse esse: quod est inconueniens: immo potest argui, quod nullum attributum competit Deo, & alijs vniuoce contra eos, hoc modo: sapientia vel est necesse esse, vel non necesse esse: si necesse esse, ergo formaliter includeret illud, & non competeret nisi Deo: si non, ergo, vt prius necesse esse esset ex non necesse esse, & breuiter nulla istarum rationum, quas isti approbant, mihi valet: solum ergo ratio Auer. quam hic posuit, videtur apud me habere efficaciam. Et, quia amor dicendi veritatem coegit me ad digressionem, redeo ad expositionem textus Auer. (Præterea id, quod recipit.) Cum remouit a Deo compositionem ex genere, & differentia, vult nunc ponere aliud fundamentum, per quod vult remouere compositionem ab eo ex denominatione, & denominato, & inquit, præterea id, quod recipit secundum veritatem apud philosophos, est pura potentia. (Et si.) Solutio obiectionem contra hoc, quoniam anima recipit, & tamen non est pura potentia, & inquit: &, si forte esset actus, esset per accidens: vult dicere quod anima recipit, & actus: recipit quidem, prout est potentia, & est actus per accidens sibi, prout recipit: & hoc dicit ad notandum quod de ratione recipientis formaliter non est esse in actu. Sed obijcietur, quoniam Auer. secundo de Anima commento, 4. & primo Physi. commen. 63. & in primo capite de substantia orbis, vult, quod accidentia recipiantur in ente actu, prout est in actu: substantia in ente in potentia, prout est in potentia. Ad hoc Auerro. 5. Physi. com. 8. dicit hęc verba. Et causa in hoc, quod generatio in substantia non est, motus est, quoniam generatum in ea non est ens simpliciter, & est ens in potentia, quod transmutatur, & exit de potentia ad actum, quod non est ita in generatione accidentium: transmutatum enim in ea est in actu, licet transmutetur secundum quod est in potentia in quibus verbis Auer. innuit solutionem quęstionis: vult enim dicere, quod esse in actu non sit ratio ipsi mobili recipiendi motum, sed magis, vt est ens in potentia, & tamen concomitans est necessario requisitum ad hoc, quod aliquod recipiat motum: & ideo ait, quod non est ita in generatione accidentium: transmutatum enim in ea est in actu, licet transmutetur secundum quod est in potentia: est ergo in receptione accidentali ratio formalis transmutationis esse in potentia, licet concomitetur esse actu in transmutatione substantiali, & formaliter & concomitatiue esse in potentia est requisitum, vt innuit in prędictis verbis: & sic patet solu. (Et id, quod) definit actum. d. & id, quod aduenit, est actus: & iterum soluit quęstionem consimilem. d. &, si forte esset potentia, esset per accidens. Colligantur ergo duæ definitiones, quarum prima est: potentia est principium recipiendi per se, actus est ens alteri aduentens per se: & hę duæ definitiones sunt quasi consimiles illis, quas dixit Aristoteles in Metaphysica. dixit enim potentia actiua est principium transmutandi aliud, inquantum aliud: & passiua est principium transmutandi ab alio, inquantum alio. Et forte quod non definit actum receptum, & potentiam recipientem, & non actum dantem, & quia definitiones sunt diuersæ: sed hoc nihil refert: & tunc colligit horum differentiam dicens, & hoc modo distinguitur adinuicem, scilicet recipiens: & hoc patet ex dictis, quoniam recipiens habet rationem perfectibilis, receptum rationem perficientis. (Et quodcunque.) Nunc accipit secundam propositionem, & inquit, et quodcunque

Ad secundā rationē Auicen.

Dubitatio.

Solutio.

A quodcunque est potētialiter scilicet, receptum, aliquid recipiet illud necessario, & dimittit illud, quod actualiter retinet. Verbi gratia, si homo est potentia calidum, quandoque recipit illud, & dimittit frigus: et hoc dicitur. 9. Metaphy. tex. commen. 17. & 19. omnis potentia passiua est contradictionis: vide ibidē Arist. (Et si.) Ponitur tertia propositio, & inquit, & si poterit aliquid recipere in actu cum aliquo recepto in actu, id est, quando recipiens est ens in actu, & receptū ens in actu, quodlibet ipsorum est per se existens: & hoc est per se manifestū. (Et etiam recipiens) Apponit quartam, & inquit, & etiam recipiens est corpus necessario: cuius rationem dicit: namque pro quia, receptio principaliter reperitur in corpore, vel in eo, quod est in corpore: potest ergo sermo componi hoc modo: omne corpus, vel in corpore existens, est corpus: omne recipiens est corpus, vel in corpore existens: ergo omne recipiens est corpus: & hic sermo alibi fuit expositus. Debes autē scire pro nunc, quod corpus capitur hic pro materia: & hoc est ita, qm̄ omne corpus, vel est corpus, id est, materia, vel in corpore, id est, cōposito existens pars: quod autē omne recipiens sit corpus, id est, materia vel in materia existēs, est manifestū nunc: & sic patet ratio eius hic. Sed posset dici contra, qm̄ aliqua accidentia recipiunt, vt superficies: cui respondet, dicens, namque pro quia, accidentia nō deoominātur, id est, denominantur a re-

B ceptione, id est, receptiua principaliter, neq; formæ, quæ sunt superficies, neq; lineæ, neque puncta: quod intelligo principaliter, quia possunt immediate recipere, sed non virtute propria & principaliter, sed virtute substantiæ. (Tandem.) Vltimo apponit ex dictis propositionem similem maiori. d. tandem id, quod nō denudatur in aliquid, non recipit: est ergo propositio ex dictis conducta: nullum indiuisibile subiectum esse potest denominationum, & accidentium. (Sed quod extra.) Nunc apponit minorem. d. sed quod extra compositum sit agens primū, probatum est demonstratiue: est ergo minor: sed primum agens est indiuisibile, cum sit probatum demonstratiue ipsum esse extra compositionem: ergo primum agens non potest esse subiectum denominationum, & accidentium: tota ergo ratio potest componi duobus modis: vno modo, vt eam format Auer. in litera, scilicet, in prima figura sic. Nullum indiuisibile potest esse subiectū denominationum, & accidentium: primus motor est indiuisibilis, omni compositione carens: ergo non potest esse subiectū accidentiū, & denominationū: & sic patet, qualiter remouetur compositio ex subiecto, & denominatione. Vel potest componi sermo sic: omne recipiēs est corpus, vel virtus in corpore, vt quarta inquit propositio: sed primus motor non est corpus, neque virtus in corpore: ergo primus motor non est recipiens accidentia, & denominationes: & sic sermo est in figura secunda. Potest ēt ratio formari iuxta tertiā propositionem, hoc modo, omne

C recipiens in actu est per se existens sine recepto, vt dicit tertia propositio: sed primus motor non est in actu sine attributis: ergo in secunda figura non recipit illa: & sic, vt prius. Potest & quarto, ratio componi iuxta secundam propositionem, hoc modo: omne recipiens aliquid, quandoq; acquirit illud, & quandoq; perdit illud: sed primus motor non quādoq; acquirit attributa, & quandoq; perdit: ergo primus motor nō recipit: & sic, vt prius: illæ ergo quatuor propositiones possunt esse propositiones ad syllogismos hos, licet prima ponatur, vt terminorum declaratio. (Sed quod sit,) Nunc vult conclusionem dictam difficultare, & primo quasi epilogando ponit eam: secundo ponit. q. circa illam: inquit ergo, sed quod sit recipiens incorporeum siue per se, siue per aliud, hoc est impossibile: hæc est conclusio: nisi in aliquo, quia dubium est, scilicet de intellectu in potentia, id est, materiali: est ergo quæstio: acceptis illis quatuor maioribus, additur minor: sed intellectus in potētia est indiuisibilis, & a materia abstractus: ergo nō recipit: conclusio est falsa, & non pro minori, ergo omnes quatuor maiores sunt impossibiles. (Et quomodo) Hic respondet Auer. & vult conclusionē esse verā, scilicet, qđ intellectus in potētia nō recipit: qđ intelligo sic, quod non sit subiectū recipiēs: & hoc probat. d. & qm̄ aliquid componitur ex denominatione, id est, accidente, & denominato, i. subiecto, & illa denominatio nō est adducta super substantiā, id est, aduēticia ab extrinseco, quasi dicat, impossibile est.

Secundo arguit, & sup. quomodo est possibile quin subiectũ recipiens sit generabile & corruptibile, & corpus necessario, quasi dicat, quia oportet vt subiectũ recipiens sit corpus generabile & corruptibile. Ex his possunt ordiri duæ cõpositiones. Quarum prima est: omne accidens adueniens alteri, cum eo faciens compositionem, est extrinsecũ, & illi aduenticium: sed denominatio intellectus in potentia adueniens, est accidens adueniens alteri, cum eo faciens compositionem: ergo est accidens aduenticium ei: hoc consequens reputat pro impossibili, non propter figurã syllogismi, & modũ, ergo propter propositiones, & nõ propter maiorẽ, ergo propter minorem. Secũda est, omne subiectũ recipiẽs accidẽs nouũ aduẽticiũ ab extrinseco est corpus generabile & corruptibile: sed per te intellectus in potentia est recipiens accidens nouũ aduenticiũ ab extrinseco: ergo intellectus in potẽtia est corpus generabile & corruptibile, & econuerso, vt prius: est falsa ergo maior, quoniam minorem vult esse manifestam. Sed obijciet quis contra has in hunc modum: acceptis maioribus, accipio hanc, sed corpus cœleste recipit accidentia, & multas denominationes vt lumen, motum, & dimẽsionem, ergo est corpus generabile & corruptibile. Cui respõdet Auer. quod, & si dicta ratio non concludat recipiens esse corpus generabile & corruptibile, saltem concludit ipsum esse corpus quantũ, cuiusmodi est corpus cœleste: vnde est regula apud Auerro. omne recipiens est duobus modis: vel accidens nouũ, & sic est corpus generabile & corruptibile: vel accidens æternum & sic est corpus æternum quantum: modo huic addo minorem, sed intellectus nec est corpus nouum, nec æternum, ergo non recipit: & ratio fuit aliqualiter fortis. Inquit ergo sed, si illa denominatio dicti compositi .i. dicti intellectus cõpositi ex subiecto & accidẽte addita fuerit super substantiam, id est, recepta fuerit in substãtia intellectus in potẽtia, & nõ sit sup. ille intellectus substãtia in potentia, scilicet noua in illa denominatione, sed potentia antiqua, vt opinati sunt antiqui de corpore cœlesti, quod ponitur subiectum in potentia antiqua accidentiũ. Hoc remouet .d. oportet necessario, quod intellectus in potentia ad [illegible] quantitabile, & quod sit corpus. Huius rationẽ assignat .d. si. n. remoueretur corporeitas ab illa substantia intellectus materialis, gerẽs illam denominationem, remoueretur ab ea receptio sensibilis, id est, indiuidualis & subiectiua, & similiter remoueretur ab eadem substãtia intellectus denominatio comprehensionis sensibilis, id est, rei indiuidualis.

Dubitatio. SED, HIC EST locus quæstionis: q̃m, secundum Auer. in tertio de Anima commen. 5. & 14. & 28. duplex est receptio, scilicet trãsmutabilis, & simpliciter seu vniuersalis, dicerẽ ergo, quod si intellectus non recipit intellecta receptione transmutabili indiuisibili, recipit illa receptione vniuersali: & sic [illegible]

Solutio. mentũ non concludit vniuersaliter, sed in parte. Ad hoc debes scire, vt [illegible] dixi in libro de intellectu, quod omnis receptio transmutabilis est indiuidualis & subiectiua, & omnis subiectiua est indiuidualis trãsmutabilis secundũ Auer. Item omnis receptio vniuersalis, seu simpliciter est receptio obiectiua, id est cognitiua eo modo, quo color est in oculo, & nõ species coloris. Tunc, ad [illegible] dicendũ, quod intellectus recipit illa receptione vniuersali & simpliciter, sed illud non est recipere subiectiue, sed obiectiue. Et quod receptio vniuersalis [illegible] sit receptio subiectiua, sed perfectiua, id est, obiectiua, patet tertio de Anima commen. 14. inquit enim, vnde non est opinandũ quod prima materia est causa receptionis, sed causa receptionis transmutabilis, & est receptio huius singularis: causa aũt receptionis simpliciter, id est, vniuersalis & perfectiue est [illegible] id est, intellectus in potentia: & statim verificat per hoc quoddam antiquũ dictũ .d. & ex hoc modo fuit possibile, quod corpora cœlestia reciperent [illegible] abstractas, & intelligerent eas: & fuit possibile, vt intelligentiæ abstractæ [illegible] sceret per se adinuicẽ. Cuius rationẽ di. & si non esset possibile, vt [illegible] gatur recipiẽs, neq; receptibile: hæc sunt verba illius. Arguo modo, & [illegible] qua specie receptionis intelligentiæ perficiunt se, scilicet, inferior perficit [illegible] periori secũdum ipsum, vel subiectiue per inhærentiã superioris sibi, vel perfectiue & obiectiue: nõ primo modo, vt cõstat apud ipsum: ergo secũdo modo: & iã [illegible]

A cit quod eodē modo intellectus in potentia recipit intellecta, ergo illa non recipit subiectiue, sed obiectiue. (Ergo illa.) Cū remouit modū falsum, quo intellecta intelligūtur recipere intellectū, inducit modū verū, & inquit, ergo illa denominatio & illud denominatū, id est, intellectus, & intelligibile reducūtur in summo intellectu, id est, possibili, & sunt vnū & idem, & dixit. (In summo intellectu.) Quoniā intellectus, quādoq; capitur pro cogitatiua, vt patet tertio de Anima cōmen. 36. & 20. & 5. dixit, ergo in summo intellectu, id est, intellectu possibili, qui est superioris gradus ad cogitatiuam: huius ratione assignat. d. simplex enim intellectus, & intelligibile vnum, & idem sunt realiter, plura respectiue, & per accidens, videlicet, ratione subiecti.

SED QVAESTIO accidit nō parua, quā tetigi in libro de intellectu prolixe, quō intellectus, & intelligibile apud Auer. sunt vnū & idē secundū rē, & differūt per accidēs. Videtur. n. ꝙ hoc cōtra dicat sibi sibi in 3. cō. 8. vbi vult ꝙ intellectus, & intelligibile sunt diuersa essentialiter, & sint idem per accidēs: ꝙ exponit ibidē. d. i. scdm ꝙ accidit intellectis rerū, quod fuerint ipse, id est essentia eius, & hoc est ecōtrario dispositioni in formis abstractis, id est intelligētijs. ille enim, cū intellecto earū, non est aliud ab eis in intētione, per quā sunt intellecta istius intellectus, ideo intelligunt se essentialiter, & nō accidētaliter. ecce, quō vult ꝙ intellectus, & intelligibile in nobis vniūtur per accidens, & differunt secundū rem, econtra in intelligentijs separatis. Praeterea ibidem cō. 15. inquit, & necesse est vt intellectum sit per intentionem in eo, quia formare per intellectū, id est intelligere, & formatum id est intellectum idem sunt in rebus immaterialibus. & si iste intellectus esset intellectum per se, contingeret vt sciētia speculatiua, & scitū essent idem: quod est impossibile. Praeterea, tunc non differret ab opinione Themistij: qm̄, vt dixi in lib. de intellectu, Themistius existimat intellectum, & intelligibile esse idē secūdum rem, & differre in modo. quomodo ergo differt haec positio ab illa? Dicendum, ꝙ & si de his dixi ibi, quantum potui, nunc dicendum reputo, quātum sufficit. ideo debes scire, primo, ꝙ intelligibile, dum accipitur in se, & non comparatur intellectui, est indiuiduū sensibile apud Auer. dum autem comparatur intellectui, est vniuersale actu separatum ab hic, & nunc, & loco, & alijs appenditijs, adeo ꝙ nihil additur intelligibili in se, sed tm̄ modus quidā, per quē cognoscitur ab intellectu nostro. & hoc pulchre di. Auerro. tertio de Anima. com. 5. quasi in fine. vbi ait, debes scire ꝙ respectus intellectus agentis ad istum intellectū, est respectus lucis ad diaphanū, & respectus formarum materialium ad ipsum, est respectus coloris ad diaphanum: quod declarat. d. quemadmodum enim lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellectus materialis: &, quemadmodum C diaphanum non mouetur a calore, neque recipit eum nisi quando lucet: ita iste intellectus non recipit intellecta, quae sunt hic nisi secundum, quod perficitur per illum intellectum, & illuminatur per ipsum: & quemadmodum lux facit colorem in potentia esse in actu, ita ꝙ possit mouere diaphanum, ita intellectus agens facit intellectiones in potentia intellectas in actu, ita quod recipit eas intellectus materialis. secundum hoc igitur est intelligendum de intellectu materiali, & agente. Ecce, quomodo intelligibilia nihil recipiunt, sicut nec color a luce: sed, sicut color, quando lucet, fit actu mouens, ita intelligibile, quādo intelligitur actu, mouetur intellectum. ergo tantum variatur secundum modum abstractionis. Ex his eligitur ꝙ intellectus possibilis, & intelligibile sunt vnū secundū formā: qm̄ forma est principiū mouendi. Cum igitur intelligibile non mouent, nisi dum fit abstractū, esse ergo abstractū, est forma intelligibilis. & hęc eadē est forma intellectus, qm̄ intellectus secundum rem est abstractus: ergo intelligibile & intellectū sunt vnum secundum formā, differunt autē secundū materiā. qm̄ materia intelligibilis sunt indiuidua, quibus adiungitur modus abstractionis, materia vero abstractionis, intellectus est essentia pura eius. Secūdo debes scire, vt Themistius voluit, ꝙ intellectus agēs sit causa oium formarū, vt patet in primo suę abbreuiationis de aīa. & sic habet dicere, ꝙ intellectus agēs continet oēs formas sensibiles in potētia, ergo habet dicere ꝙ intellectus ma-

Prima qō.

Solutio.

terialis intelligens intellectū agentē intelligit oīa entia materialia, quorum est causa, & sic fit intellectio apud Themistiū. qñ, enim intellectus materialis conuertitur ad agentem, tunc comprehendit illum, & omnia sensibilia per illum: sicut intellectus Dei, qñ comprehendit essentiā, comprehendit illam, & oīa entia hic, quorū est causa. Quia vero, secundū Auer. intellectus agēs nō est causa formarū sensibiliū, vt patet. 7. Meta. cō. 31. & 12. Meta. cōmen. 13. & 18. ideo opinatur ꝙ intellectus materialis nō intelligit entia materialia, qñ intelligit agentē, sed, qñ entia fiunt abstracta. & sic patet differētia Themistij, & Auer. His visis, dicendum puto hic, ꝙ aliqua esse idē in re pōt intelligi duobus modis. vno modo, in re, quæ est materia. alio modo in re, quæ est forma. Primo modo, intellectus & intelligibile differūt: qm̄ materia illius abstractionis sunt indiuidua, q differūt secundū esse, & essentialiter, & subiectiue ab intellectu. & sic loquitur Auer. 3. de Anima, vt apparet in verbis eius ibidē. & sic verificatur dictū eius, qñ dicit qđ intellectus per accidēs est idē intellectus prout illis, quę sunt materia, accidit forma abstractionis: vnde, prout intelligibilibus accidit forma abstractionis, vt sic, accidit eis fieri essentiā intellectus. Secūdo modo sunt idē, qñ intellectus & intelligibile, qñ actu intelligitur, sunt vnius modi abstractionis. ergo sunt idē essentialiter, & realiter, id est in forma, quę est vna essentia, & vna res eis cōis. & sic loquitur hic. vult enim, ꝙ sint idē in forma, & differūt per accidens, s. in materia. econtrario est in substātijs abstractis, vbi intellectus & intellecta vnū sunt in materia & forma: qm̄ materia abstractionis in illis est essentia & illa est materia intellectus. & ideo ibi per se sunt idē, & fere omnibus modis. & sic patet ad verba cōmēti octaui sed quid sit ista forma abstractionis s. an accidens rei intellectæ, an accidens intellectui, et quomodo fiat. Auic. quē sequitur Ioan. Iand. opinatur, ꝙ sit accidēs intellectui possibili. opinatur. n. ꝙ intellectui multiplicatur quędā qualitas, quę est similitudo obiecti. & quia ista qualitas recipitur in subiecto, quod est abstractū ab hic, & nunc, ideo intellectui præsentatur obiectū abstractū ab hic, & nunc, licet, in se non sit sine loco tempore: ergo intellectus possibilis, & obiectū extra conueniunt in forma abstractionis, quæ in illa specie. est. n. species forma obiecti, prout est eius species, & figura ab eo deriuata est, & intellectus forma, prout ei inhæret subiectiue, vt accidēs in subiecto. Auēpace aūt, quem sequuntur alij moderni, opinatus est ꝙ ab intellectu agente emittitur quædā qualitas spiritualis in indiuiduis præsentatis per phantasmata, quæ est accidēs illis, & forma eis: qm̄, sicut lux est forma, & actualitas coloris apud ipsum, prout ille color mouet visum, ita illa qualitas est forma indiuiduorum illorū, prout indiuiduali actuata illa qualitate, mouēt intellectū possibilē. est enim intellectus agens apud ipsum similis soli, & qualitas illa similis luci, & indiuidua in phantasmatibus existentia similia coloribus. hæc Auēpa. in epistola sua de luce, & lumine intellectus. Auēpa. ergo vult, ꝙ intellectus materialis, qui est virtus imaginatiua, & obiectū sunt in forma abstractionis conuenientia. illa qualitas est forma inhærens obiectis, & est dispositio intellectui sicut lux est dispositio visus, & coloribus inhærens. Auerroes aūt opinatur in verbis nūc positis, tertio de Anima. cō. 5. quod illa forma abstractionis est substātia, s. intellectus agēs: qm̄, quemadmodū apud ipsum lux est forma diaphani inhærēs, & forma coloris nō inhærens, sed appropriata, qua colores mouent diaphanū. sic intellectus agens est forma intellectus possibilis intrinseca, qua intellectus agēs ponitur in tali specie, & qua disponitur ad hoc, vt attingat obiectū. & est forma intelligibiliū extrinseca appropriata tñ, qua intelligibilia possunt mouere illū intellectū. omne. n. id, quo intelligibile pōt mouere intellectū, pōt dici forma intelligibilis. est ergo forma intellectus, & intelligibilis alio modo, & alio. vnde lux est forma coloris, non qua sunt colores, sed qua sunt mouentia, & anima intellectiua est forma hominis, non qua homo est, sed qua homo est operans. sic intellectus agēs est forma intelligibiliū, non qua sunt in rerum natura, sed qua possunt perficere intellectum possibilem perfectione obiectiua: & ideo dicit Auer. 2. de Anima. commen. 67. quando inquit, vnde assimilat lucem intelligentiæ agenti, & colores phantasmatibus. Sed quid sit ista vnio, & quo

Aliqua esse eadē ī re dupliciter pōt intelligi.

Quid sensit Auic. de forma abstractionis.

Pō Auēpa.

Pō Auerro.

A modo fiat, & quare nunc sit, & non tunc, non est locus hic, sed dixi in libro de intellectu. & tu vide ibidem, quia omnia declaraui. & impossibile est, vt aliquis intelligat opinionem meam, nisi vel audiuerit me, vel viderit omnia mea, nisi fuerit intellectus mirabilis, huiusmodi enim secreta non sunt omnibus propalanda. dispersim enim tradidi opiniones meas. & ideo, qui vult illas, colligat illa scripta, & sic remouebitur omnis locus quæstionis. Dixi hæc, quia scio ꝙ multi præsumptuosi carentes, & arte docendi, & materia scribendi meis quæstionibus vtentes, & meis opinionibus se magnos præseferentes, amant solum sophisticam artem, scilicet stilum contradicendi. & ideo, si volunt contradicere, compensent bene, quia iam adsunt mei singulares auditores, qui longo tempore audiuerunt me, qui poterunt me defendere post mortem, & poterunt iudicare quod si aliquid edunt, iam omnia ex meis scriptis, quæ dixi in cœlo, & in lib. de anima, & 12. Metaphy. & in libro de substantia orbis, & in posterioribus, & prioribus, & Perihermenias, & in lib. de intellectu, & in infinitis scriptis acceperunt, & illud mali, quod dixerunt in suis editionibus, est ex ipsorum ruditia, & ex eorum iactantia. quare, &c. Ad verba. 15. commen. dicendũ ꝙ ipse vult ibi intellectũ & intelligibile non esse vnũ, & idem omnibus modis secundum materiam, scilicet & formam: quia, tunc sequitur illud inconueniens, sed secundũ formã non est inconueniens, vt dixi. Ad Themistiũ sol. est

B perspicua ex secundo sermone notato, & sic apparet hoc. Et cum totum hoc sit ita, apparet peccatum Ioan. Iand. in lib. de Anima, vbi posuit intellectum possibilẽ recipere, & esse subiectũ omniũ specierum, et posuit tot, quot nec ipse, nec alter adhuc intellexit. paucitas. n. exercitij huius hominis in libris Auer. fecit istum hominẽ errare. (Tandem id.) Cum dicta sunt hæc, conuertit sermonem ad corpus cœleste, & inquit. Tandem illud, quod posuerunt philosophi, videlicet substantiã cœlestẽ cũ denominationibus, id est accidentibus additis super ipsam substantiã, non est aliud, nisi quia posuerunt antiquũ corpus, id est æternum corpus, & adhærentia, id est lumen, motum, & qualitatem, & figurã esse accidentia in eodem: ergo vult dicere, qñ ponunt cœlũ recipere, ponunt ipsum esse corpus: &, quando ponunt ipsum recipere receptione æterna, ponunt ipsum esse corpus æternum. (Et ipsi.) Ponit causam erroris. d. & ipsi non æstimant, ꝙ quando ipsi remouent quantitatẽ, quę est corporeitas, remouẽt ab eo totam sensibilẽ naturã, id est materiam, & per consequens esse indiuisibile sensibile. & tũc infert, ergo non erit ibi gerẽs, neque gestum. (Et si forte.) Remouet. q. ad hoc. d. Et, si forte ponerent gerens, & gestum separata a materia, sequitur quod esset intellectus & intellectuale, ergo erit vnus intellectus simplex. & sic sequitur, vt prius, quod sint idem secundum rem, & differunt relatiue ratione subiecti, id est ratione materię vt dixi.

Error Ioã. Iand.

C Sed dubitatur, quoniam corpus cœleste secũdum Auer. primo Cœli com. 20. & 45. & in lib. de substantia orbis, & in infinitis locis est abstractum a materia: ergo, per ipsum erit abstractum a natura sensibili ergo erit intellectus seu substãtia separata, & per consequens erit non recipiens. Dicendum, quod materia potest capi tripliciter. Vno modo, pro materia trãsmutabili corruptiue. & hanc materiã in primo Physi. inuestigauit, & de hac dicit in 9. Meta. quod ens separatum ab ea, non est transmutabile. vide commen. 2. Alio modo capitur materia, pro subiecto receptiuo indiuidualiter, & signate. & sic est cõmunis corporis cœlesti, & materię primę: materia enim prima est subiectũ omnium formarum sensibilium, vt dicitur in libr. de substantia orbis, & dicitur de corpore cœlesti, & verius, vt dicitur in secundo capite libri de substantia orbis, & 8. Meta. cõ. 12. Tertio modo capitur materia pro subiecto formarum vniuersaliũ, & sic dicitur materia æquiuoce, & valde remote, &, sic conceditur materia in subiectis separatis: est enim gradus imperfectionis, quo res propinqua fit priuationẽ entis, & sic dicitur. 3. de Anima. commen. 5. & 14. quod nulla intelligentia est liberata a materia, nisi prima. Ad formã argumenti dicendũ, quod corpus cœleste est abstractũ a materia, primo modo: non, propter hoc sequitur quod sit abstractũ a materia, secũdo modo, ideo non est intellectus. & sic potest con-

Dubitatio

Tripliciter capitur materia.

An materia Cœli, & generabiliũ ſit eiuſdem rationis.

cedi corpus cœleſte eſſe compoſitum ex materia ſenſibili, & forma, quæ mate-
ria ſenſibilis eſt ſubiectum, & forma eſt anima cœli, i. motor eius. Sed dices,
an materia corporis cœleſtis, & materia generabilis ſint vnius rationis? Dicē-
dum, quod in ratione Metaphyſica conueniant: quæ ratio Metaphyſicæ eſt ra-
tio potentiæ ſubiectiuę, prout ambæ ſunt ſubiectum formę propriæ, non tamen
in ratione Phyſica, quæ eſt potētia transmutabilis. materia.n. corporis cœle-
ſtis eſt abſtracta a ratione potentiæ transmutabilis, ergo materia cœli, & mate-
ria generabilium ſunt vnius rationis, & vnius ſpeciei in ratione, & ſpecie me-
taphy. non tamen in ratione, & ſpecie Phyſica: nec hoc repugnat fundamentis,
& verbis Auerro. vt alibi declaraui, ſcilicet in epiſtola felicitatis, quã expoſui:
patet ergo qualiter corpus cœleſte eſt natura ſenſibilis, & tamen eſt abſtractum
a prima materia. & tu conſidera bene (ſi ad, id, quod) Cũ declarata ſunt duo fun
damenta Peripatheticorum, quibus abſciſſæ ſunt duæ propoſitiones falſæ, nunc
ponit, & accedit ad abſcindendum aliud peccatum. & primo reperit illud, et in-
quit, ſed id, quod dixerat ſup. Alga. videlicet quod nō eſt impoſsibile ꝙ res re-
ducatur ad duos Deos, quorum vnus erit cauſa orbium. i. omniũ ſenſibilium, &
alter nō, ſed cauſa omniũ intelligibiliũ, &c. dicimus quod ſunt verba errονea.
Deinde arguit contra illud ratione fortiſsima, & inquit, quia poſito q̃d produ-
ctio entis ſenſibilis ſit ab vna & eadem natura, & vna & eadē ſubſtantia, non
aũt a naturis diuerſis. & ſuppoſito, quod eſſet productio entis intelligibilis ab
altera ſubſtantia prima, ſequitur neceſſario ꝙ ſi aliquid in illa natura, quæ eſt
cauſa ſenſibilium æqualiter fuerit, & in natura, quæ eſt cauſa rerũ intelligibi-
liũ ad primã cauſam reductarum, ſequuntur duo neceſſario ꝙ communicent in
quadam denominatione, id eſt, natura, & differunt in altera. eſt ergo propoſitio,
quando ſunt duæ res, in quibus eſt aliquid æqualiter, oportet ꝙ illæ res conue-
niant in vno, & differant in altero. & hoc poteſt probari virtute inductionis,
vt conſtat. eſt enim maxima Metaphyſica. Tunc arguit & inquit, & id, in quo
differunt, non euadet quin ſit de natura, in qua indiuidua differunt, aut ſup. de na
tura, in qua differunt ſpecies, id eſt, quin ſit differentia indiuidualis, vel differen
tia ſpecifica. Tunc deſtruit ſecundum membrum, & inquit, ſi ſecundo modo di-
cetur. ſ. ꝙ differunt differentia ſpecifica, ergo nomen Dei dicetur æquiuoce de
illis: quod eſt contra poſitum. poſitum enim erat illos eſſe æquales in aliqua na
tura. conſequentiam probat, & poteſt ſermo ſic componi: quæcunque contraria,
aut media in vno genere non poſſunt vniuocari, ſed ſpecies, quæ communicãt
in genere, ſunt contraria, aut media, ergo ſpecies alicuius generis non vniuocan
tur in aliquo. Tunc aſſumatur concluſio hæc pro maiori, & aſſumatur ſecũm
hæc minor: ſed illi duo dij ſunt ſpecies alicuius generis, ergo illi duo dij nō poſ-
ſunt vniuocari in aliqua natura. huius ſyllogiſmi accepit tm̃ minorem primi, &
inquit, nanq; pro quia, ſpecies, quæ communicant in vno genere, ſunt aut con-
traria, aut intermedia. quod, id eſt, quæ concluſio ſecundi ſyllogiſmi eſt falſa, &
contra poſitum. Debes ſcire, ꝙ quæ cōueniunt in genere, æquiuoca ſunt Phy-
ſice: quia, nō ſunt vnius naturæ, cũ genus multas dicat naturas, vt ſuperius ex-
planaui: ergo, ſi illi dij differunt differentia eſſentiali, non conueniunt in vna na
tura ſpecifica. & hoc accipitur. dicebatur enim quod illi ſunt æquales. æquales
autem ſunt indiuidua in ſpecie, & non ſpecies in genere, vt dicitur. 12. Metaco
men. 2. ideo dictum iſtud cōtradicit poſito. quomodo autem ſpecies generis ſint
contrariæ extremæ, vel mediæ non eſt opus hic declarari. ſatis ſit pro nunc, ꝙ
ſint omnino naturis diſperatis oppoſitæ, & hoc rationi ſufficit pro poſsib. hac.
(Si primo modo.) Nunc remouet primum modum, & inquit, ſi primo modo, er-
go ſunt ambo in materia, quod eſt contra hoc, quod conceſſum eſt ab omnibus.
eſt enim conceſſum ab omnibus ipſum eſſe virtutem ſeparatam, & ſine mate-
ria. (Sed ſi ponerent.) Hic remouet dubiũ: poteſt enim quis dicere, ꝙ illi duo
dij differunt naturis ſpecificis, & generibus, ſed tantum analogice conueniunt
eo modo, quo Deus, & opera eius conueniunt, & quo modo ſubſtantia conue-
nit accidenti. hoc ergo inquit, ſed, ſi ponerent ꝙ pars ipſius naturæ eſt nobilior
alia, V. g. natura vnius ſit prior eſſentialiter, & nobilitate natura alterius, & ꝙ

A hoc sup. nomē Deus prędicatur de eis analogice. hæc est sol. (Erit ergo natura.) Confutat illam. d. ergo erit hæc natura vna prima, quæ erit nobilior altera, quę erit secunda. Tūc dedit illud, quod sequitur ex hoc. d. & sic secunda causatur ab ea, id est, prima necessario: quod exponit. d. ita ꝙ producentes orbes, id est, causa intelligibilium erit producens, id est, causans causam, quæ elementa producit, & tunc. d. & hæc met est positio philosophorum. & potest intelligi dupliciter: vel arabum, qui opinantur colcodeam, quæ est dea actiuorum & passiuorum, & hi sequūtur Platonem in Thimeo, & Themistium. Vel Peripatheticorum, qui ponunt intelligentiam, quæ mouet lunā appropriate ad gubernandum hæc actiua & passiua, vt declaraui in expositione. com. 18. 12. & hæc est plus dilecta apud me. Debes scire, ꝙ tribus modis possunt estimari duos esse Deos: vel vnius generis, & differre specie essentialiter. Vel vnius speciei, & differre materia. Vel differre genere & specie, & esse conuenientia in analogo. primum modum remouit Auer. per hoc, quia, tunc nō essent æquales in perfectione. species enim generis sunt semper inęqualis perfectionis, qm̄ sunt sicut numeri, vt dicitur in Metaphy. Si igitur illi dij essent differentes specie, vnus esset altero prior in perfectione, & sic ille solus esset Deus. secundū remouet per confessium communem omnibus, scilicet quia tunc quilibet illorum esset in materia. tertium pōt remouere per primum: attamen remouet per hoc, quia ordo analogiæ est ordo

Triplicitèr pōt existimari plures esse Deos.

B causę ad causatum, vt nunc debet homo supponere: ergo primum in illo ordine erit causa secundi, & hęc est positio omnium philosophorum: hęc igitur est summa eorum, quę Auer. attulit hic. (Et ambo.) Debes scire, ꝙ loquentes saraceni ponunt Deum omnia agere sine medio, & sic negant intelligentias intermedias esse causas secundas. Peripathetici autem ponunt numerum intelligentiarum secundum numerū orbium, & illas esse secundas causas, vt superius visum est. has ergo duas opiniones tāgit Auer. vt d. & ambo, id est, illę duę opiniones ponūt, sive coguntur ponere primā causam, videlicet ꝙ ponunt primum agens agere mediantibus pluribus causis, & qui ponunt primam causam per se agentē opposita sine aliquo medio. Apponit tamen differentiam. d. sed hoc, id est, primū agere sine medio est impossibile apud philosophos, vt diffuse, & clare ostensum est ab eis in diuersis locis.

Sed, hic est quęstio: qm̄ Auer. primo Cœli. cō. 33. & 8. Phy. cō. 15. & fere locis infinitis, voluit ꝙ loquentes suę legis non possunt ponere primam causam esse, sed bene philosophi. ait rationem, qm̄ illi ponunt causam primam agere nouum immediate: ergo habent ponere illam esse corpus, & per consequens non primam causam. philosophi igitur bene cum ponant illā agere motu ęterno.

Dubitatio.

C Dicendū, Auer. vult ꝙ ambo cogūtur ponere primam causam. Sed non expressit quomodo, sed in locis illis expressit quomodo, quia loquētes suę legis habēt ponere illam esse corpus, philosophi motorē separatū, & sic non est contradictio. Vel, forte ponderanda sunt verba eius. hic inquit. n. ꝙ ambo coguntur ponere primam causam, licet diuersimode: qm̄ illi coguntur ponere, vt euitent processum in infinitum: quę tamen ratio non est demonstratiua, ergo illi coguntur ratione probabili, philosophi ratione efficaci. & ideo dixit post, ꝙ hoc est impossibile, vt patuit: & sic amouetur contradictio.

Solutio.

Sed in iam dictis est qō mirabilis, quam mouit Simplicius, & Auer. primo Cœli. cō. 90. & Auer. pro quęstione sumit ꝓpositionē cōfessam a philosophis, & dicit, & potest aliquis dicere, cū declaratū est ꝙ mouens. i. motor Cœli non mouet Cœlū nisi desiderio. i. volūtate existente in Cœlo ꝓpter intellectū eius. i. eo quia intellectus est in Cœlo. est ergo propositio ꝙ motor cœlestis corporis non mouet illud, nisi voluntate et intellectu, qui existunt in corpore cœlesti. Tunc arguit. d. quid prohibebit ergo, ꝙ non sint plures Cœli: immo de facto erunt plures Cœli, i. plures mundi, & per consequens plures primi mouētes, vt vnū quod. ; cœlorū desiderat hoc primū mouēs eiusdē modi intellectus. est ergo virtus rationis ꝙ fingi potest, vt sit vnus primus motor, vt finis: &, quia finis potest appeti a pluribus intelligentibus, ergo possunt esse plures dij mouentes, & vnus finis communis, qui non mouet, ideo dicit, & vnumquodque eorum

Dubitatio.

desiderat hoc primũ mouẽs, i. hunc primũ finem, qui est eiusdẽ modi intellectus omnibus illis duobus, id est, qui intelligitur ab eis eodem modo. Hoc confirm exemplo: sicut in nobis vnũ intellectũ mouet plura imaginantia, V.g. cibũ et vtilẽ mouet omnẽ famelicum ad cibũ: & forte sic erit de cœlis, idest, primis mo toribus cœlorũ. ergo est forma. q. ꝙ põt esse vnus finis primus, & duo agentia

Solutio Simplicij. prima, quę possunt esse dij. & sic adhuc erit aliquo modo pluralitas Deorũ. H. questioni Simplicius dedit sol. & vult qõnem fundari in hoc, ꝙ primus finis, & primũ agens sunt diuersa secundum subiectũ: sed non est ita, qm̃, vt dicit, prim finis, primũ agens, & prima forma sunt vnum in subiecto, & differunt defini tione, id est, ratione, & modo. Ad formã ergo questionis negatur suppositum, scilicet ꝙ sit vnus cõis finis diuersis, & duo agentia prima: qm̃ primus finis, & primus motor sunt vna res simpliciter. Et hanc sol. dedit Auer. d. dicamus er go, quod declaratum est iam, quod imaginatũ, id est, primus finis intellectus est illis, id est, in abstractis idem imaginanti, i. primo intelligenti: & cũ ita sit, imagi natio, id est, finis primus intellectus est eadẽ, id est, est vnus, sicut imaginans est idem, id est, vnũ. tũc vltra inquit, & cũ imaginatio, id est, finis sit vnus, & eadẽ non intenditur nisi in eodẽ imaginato, i. vno intelligente. Ex his sequitur, quod suppositum iam falsum est. supponitur. n. primum finem esse diuersum a primo agente. quod falsum est. Post respondet ad exemplum. d. in hominibus autẽ ima ginatio, id est, finis non est imaginanti eadẽ omnibus modis. Ideo cõcludit, qua propter possibile est idẽ imaginatũ pluribus imaginãtibus imaginari, & pluri bus imaginationibus. Tũc ait. secundum hoc ergo debemus intelligere imagina tiones corporũ cœlestiũ: & iã declarauimus hoc in eo, qd scripsimus in ea scie tia, id est, in Metaphy. s. 12. com. 36. & 55. & alibi patet ergo solu. ad formã &

Error Io. ad exemplũ. refert ẽt Simplicius hoc voluisse Ammoniũ eius magistrũ. Etiã hoc apparet peccatũ Io. qui ponit primũ motorem mouere vt finis tm̃: &, quo niã ille homo potest saluare dictum Auer. ibi. & dictũ Simplicij. & ego dixi de

Dubitatio. hoc alibi. Sed dices, adhuc est questio, qm̃ Auer. 12. Meta. com. 44. voluit qd vnum primũ intelligibile mouet plures intelligentias: & tamẽ hic dicit, quod in hominibus bene potest vnum mouere plura imaginantia, quia imaginatio, i. fi

Solutio. nis, & imaginans sunt quodammodo diuersa. Dicendũ, vt ibidem capitur, qd vnum intelligibile, & vnũ appetibile mouet plures intelligẽtias ordine quodã, in hominibus vnum appetibile põt plura appetentia, & imaginantia mouere eque primo, & sic est aliqua diuersitas, & tu comple istud.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit hoc est falsum, qm̃ id, quo est dif ferentia inter duas substantias, si esset conditio in necessi tate in esse, necesse est vt reperiatur vnicuiq; necessario in esse, ergo non differunt. Si vero hoc non est conditio, nec aliud conditio, ergo omne id, quod non conditionatur, in necessario in esse eius est sufficit absque illo, & perficietur necessarium in esse per aliud. Dica mus hoc, quod dixistis de attributis, iam locuti sumus de eo. Et faci inuolutionem in hoc toto dictio necessarii in esse, & proiicimus eã, quoniam nos non concedimus ꝙ ratio significat necessarium in esse, nisi intelligimus per id, ens non habens agens antiquum. Si vero hoc intelligimus, omittemus dictionẽ necessarii in esse, & declarabimus ꝙ ens Antiquũ, non habens causam, est falsa in eo numeratio, & diffe rentia: & non erit de hoc probatio, & remanebit ꝙ dictũ eorũ est, ꝙ hoc sit conditio, cum non habuerit cãm. Et est error manifestus. nã no

A habens causam declarauimus quòd non dicitur non habere causam, vsquequo perquiratur conditio eius, & est sicut sermo dicentis an nigredo sit conditio vt sit color. &, si erit conditio, tunc rubedo non erit color. Et dicitur in rei veritate quòd non conditionatur aliquod eorum, scilicet in affirmatione verificationis coloreitas in intellectu. in esse vero eius erit conditio vnius eorum, non autem demonstrati, cum impossibile est vt sit genus entis, quod non habeat differentiam. & sic etiam qui constituit duas causas, & cessat emanatio in eis, dicit quòd differunt in differentia. & quælibet differentiarum quidem est conditio consecutionis absque dubio, attamen non in demonstrato.

Inducit hic Alga. argumentum contra se: quoniam ipse opinabatur ꝙ in primo est compositio ex denominatione, & denominato, vt visum est. inquit modo, & si aliquis diceret ꝙ hoc est impossibile, scilicet impossibile est dicere ibi esse duo componentia, scilicet denominationem, & subiectum illius. (Quia si.) B Inducit modo argumentum, & potest sic ordiri. si in Deo sunt duo. s. denominatio & denominatum, vel ambo sunt necesse esse, vel neutrum, vel alterum sic, et alterum non. si ambo. ergo non differunt, quoniam ambo sunt necesse esse, & necesse esse vnum numero est simpliciter, ergo illa non differunt. si vero neutrum, ergo totum compositum est ens possibile esse, & possibile non esse, & sic primus motor indigeret aliquo priori, quo perpetuetur, quod est falsum. Si vero de alterutrum. tunc vna natura simplex esset duę naturę, scilicet contingens & necessaria. horum membrorum tacuit tertium, quia manifestum erit per se. inquit ergo. Quod si id, in quo est differentia inter duas substantias. i. si ambo illa differentia, puta denominatio, & subiectum indigent necesse esse. i. sunt simpliciter necesse esse, oportet ꝙ quodlibet ipsorum habeat vnum esse necessarium, ergo non differunt. & si nullum ipsorum indiget, id est sit necesse esse: ergo esse ipsius scilicet compositi eo non indiget, id est ergo esse totius non est necesse esse, & necesse esse perficietur ab altero. i. conseruabitur ab altero priori, quod est inconueniens. Translatio autem hebrea est multum facilis, & sic reperitur: &, si aliquis fingit hoc esse remotum, quoniam non euadet, quin illa duo, scilicet denominatio, & subiectum sint necesse esse, vel non. & si sic, quomodo ergo ibi signabitur differentia, ergo non differunt. & si non, totum in sui esse dependebit ad aliud C prius, & sic contrapositum. hæc est aperta translatio: & est quasi explanatio illius. (Nos vero,) Hic tangit quasi sol. argumenti præsentis, & inquit, Nos vero dicimus ꝙ hoc non conuenit cum illo, quod dixistis in denominationibus. i. quã tractauimus de denominationibus: tunc remittit se. d. & iam tractauimus de hoc in præcedentibus: & apponit locum latentiæ. d. & locus sophisticationis hic sumitur in vocabulo necesse esse: quare dimittendum est, quia necesse esse probatum est. (Nisi intendamus) quia proposuit locum sophisticationis esse in illo vocabulo necesse esse, hoc declarat. Ideo debes scire, ꝙ necesse esse potest capi positiue, prout addit naturam aliquam ei, cui apponitur: alio modo priuatiue pro eo quod caret causis contingentiæ & possibilitatis: ergo necesse esse ęquiuoce accipitur, & per consequens dicendum, ꝙ si necesse esse capitur positiue, verũ est, ꝙ si aliqua conueniunt in necesse esse, illa sunt eadem: sed, si capitur priuatiue, non oportet. cęcitas enim, & surditas conueniunt in carentia causarum visionis, & auditus, & tamen non sunt eadem in proposito: ergo illa, scilicet denominatio, & subiectum conueniunt in carentia causę contingentiæ, non tamen sequitur ꝙ sint idem inter se, dicit ergo, nisi intendamus per id. i. dico argumentum valere nisi intendamus per illud. i. per necesse esse causam carentem agente. i. nisi necesse esse capitur priuatiue: ergo, sic accipiendo, non est impossibile ponere numerationem in eo, licet positiue sit impossibile; & sic forte intelligitur iste locus: & habet aliam expositionem, & tu persiste.

Necesse esse potest capi positiue, & priuatiue.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius est id, quod recitauit, inferens quidem rationes contra Philosophos. quoniam ipsi dicunt non cadit differentia, qua est secundario in necessario in esse, quin sit conditio necessarii esse, aut sit differentia, quæ non erit conditio necessarii esse. &, si differentia, qua differunt, fuerit conditio necessarii esse in definitione vniuscuiusque eorum, & non differunt in necessario, esse igitur necessarium in esse est vnum necessario. quemadmodum esset nigredo conditio in esse coloris, & albedo conditio in esse coloratis, non differunt quidem in coloreitate. si vero differentia, qua differunt, non ingredietur in necessarium esse, erit necessitas esse vnicuique eorum per accidens, & sunt duo, non ex eo quod vnumquodque eorum est necessarium in esse. Attamen hic sermo non est verus. nam species sunt conditio in esse generis. & vnaquæq; earum est conditio in esse generis, non autem quo ad indiuiduitatem, & demonstrationem talem. nam, si hoc esset, non aggregarentur in esse coloris. Ipse autem contradicit huic sermoni duabus contradictionibus, quarum vna est, quòd hoc accidit ex eo quòd existimatur quòd necessarium in esse significat naturam ex naturis. Attamen non est sic apud nos sed intelligitur per necessarium in esse quid negatiuum, & est quod non habet causam, negatio autem non est causarum. Et quomodo erit hoc in negatione eius, quod non habet causam? adeo quòd dicitur, an erit id, quo differt non habens causam a non habente causam, conditio eius, quòd non sit causa, aut non erit conditio. si erit conditio non erit ibi numeratio, nec differentia. si vero non erit conditio, non erit numeratio in non habente causam, & tamen non habens causam est vnum. Et modus corruptionis huius sermonis est in eo, quod existimauit, quòd id, quod non habet causam, est ablatio absoluta: & ablatio quidem non habet causam. & quomodo erit ei conditio quæ est causa esse eius? & hæc est fallacia: quoniam negatio proueniens, quæ currit cursu nominum imperfectorum, & est negatio, quæ fit in discernendo entia abinuicem, habet causas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hanc negationem, sicut habet causas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hæc attributa affirmatiua, & negatiua. & affirmatio necessarii in esse est attributum non separabile a non habente causam. & non est differentia, siue dicatur necessarium in esse, siue non habens causam. & error est Loquentis hoc sermone, non autem aduersarii eius. Contradictio vero secunda est quod, cum dicunt aut erit differentia, qua differt necessarium in esse, conditio, aut non erit conditio. si est conditio, non differt vnum eorum ab alio, ex eo quod est necessarium in esse, ergo necessarium in esse est vnum. si vero non erit conditio, erit sermo dicentis necessarium in esse non habet differentiam, qua differt,

Species sunt conditio in esse generis.

A est sicut sermo dicentis color si reperitur de eo plusquàm vnum, aut erit id, quo differt color a colore conditio in esse coloris, aut non erit. si est conditio in esse coloris, non differt vnus eorum ab alio, in eo quod est color, & erit color vna natura. si vero nullus eorum fuerit conditio in esse coloreitatis, color non haberet differentiam, qua differret ab alio. & hoc est falsum. Deinde dixit pro Philosophis huic quandam responsionem.

Nunc Auer. examinando dubium dictum, proponit expositionem quęstionis suæ, & inquit, dicimus nos quod sententia illius rationis, quam allegauit cōtra philosophos. s. arabes est, quę sic dicit, non euadet, quin differentia, ex qua prouenit dualitas. i. compositio in necesse esse, indigeat necesse esse. i. sit necesse esse, vt habet alia translatio, aut non. Si illa differentia, in qua differunt, indiget necesse esse. i. sit necesse esse, ita quod in definitione cuiuslibet ipsorum sit necesse esse, i. est si quodlibet illorum sit necesse esse definitiue, & per se primo modo; ergo non differunt in necesse esse, ergo oportet quod necesse esse vnum sit tantū quod exēplo ostendit. d. vt si nigredo indiget, indiget in sui necessitate colore & albedo et si sit in sui necessitate indiget colore, tunc ambo non differunt in
B necessitate coloris. Sed, si differentia, in qua differunt, nullū introitum habent in necesse esse. i. si nullū illorum sit necesse esse, ergo necessitas est cuiuslibet illorū per accidens, id est erunt necesse esse ab altero, & in suis naturis possibilia, vt dictum est. hæc est sniā verborū huius hominis. (Quę nobis.) Nūc examinat hoc dictū, & primo proponit intentionē eius. d. quę nobis error apparet. Et hoc ostēdit. Vbi debes scire, quod Alg. fecit entimema hoc. illa duo sunt necesse esse, ita quod conueniunt in necesse esse, ergo non differunt. modo ostendit Auer. consequētiā hanc non tenere per simile, quōd species conueniunt in necesse esse earū generis: tamen differunt inter se: immo quęlibet ipsarum vniuersaliter sumpta est necesse esse, licet non particulariter sumpta: ergo dictum illud est debile. dicit ergo. species enim necesse sunt in esse generis, &. i. immo & quelibet ipsarū non particulariter tenta, sed vniuersaliter sic se habet. i. est necesse esse. (Si enim.) Potest intelligi dupliciter. vno modo, vt assignet causam, quare differunt inter se, & si conueniant. d. si enim ita esset sup. quod omnibus modis essent eadem, non copularentur in esse coloris, quoniam copulari præsupponit diuisionem, idem enim non copulatur sibi. Vel potest intelligi, vt det causam, quare quælibet species vniuersaliter tenta sit necesse esse, & inquit. Si enim ita esset, scilicet
C quod quælibet omni modo supposita, esset contingens esse, tunc non copularentur in esse coloris, quia necesse esse non fit ex non necesse esse. Sed prima est melior quoniam, sic species non copulatur ex indiuiduis, cum illorum nullum sit necesse esse, vt constat. (Et hic obijcit.) Nunc cœpit quasi solutio argumenti, quā dedit Alga. vult colligere vnum errorem ibidem. d. & hic obijcit homo. d. quod hoc accidit. s. illa esse eadem, prout quis imaginatur illud necesse esse significare quandam causam, aut naturam. (Sed apud) ponit solutio. Alga. dicens: sed apud nos non est sic, immo per id. i. necesse esse intendimus quid negatiuum. s. non habens causam: quoniam negationes non habent causam, cuius rationē dicit. causæ namq; quomodo possunt fieri in remotione cuiusdā incausati. (Ita quod) sumpere tenemus vim. d. ita quod dicatur, quod non euadet, quin sit illud, in quo differunt incausatum. s. necesse esse, aut non. i. non euadet quin illa duo sint necesse esse, aut non. Si primo modo, nulla erit ibi numeratio, neq; differentia, vt supra dictum est. Si secundo modo, sit id, quod non habet causam, est vnum: & forte litera est corrupta, & superfluit negatio, & debet legi hoc modo. & similiter ei, quod non habet causam, est vnum. i. simplex, ergo ibi non est multitudo. vel sic dicetur. & similiter ei, quod non habet causam, est vnum. i. similiter illi, quod est non causatum hoc, quod est causatum, debet esse vnum. i. simplex: & quomodocunque superfluit negatio. (Et nos.) Nunc ostendit errorem eius. d. & nos diximus quod ipse errauit in eo, quod meditatus est, videlicet, quod quid incausatum sit pura

priuatio, qnia remotio.i.priuatio non habet cauſam. Contra arguit, & inæqualiter ergo erit cauſa ſui eſſe.q.d.eſt impoſsibile. modo omne neceſſe eſt cauſa ſui. (Et hic.) Oſtendit alio modo errorem eius.d.& hic eſt error, quia negationes currentes curſu priuatorum nominum. ſ.negationes, quæ ſumuntur in definitione entium habent adinuicem ſine dubio cauſas, dico cauſas inferentes … ctis entibus neceſſarijs illam negationem, & addit: & ſi affirmationes.i.habitus haberent cauſas inferentes affirmatiuas denominationes, ergo nulla differentia eſt in hoc inter denominationes affirmatiuas.i.habitus, & negatiuas.i.priuationes.

Negatio duplex,

Debes ſcire, quod negatio capitur dupliciter. vno modo, prout eſt propria vni, & non alteri. V.g. cęcitas eſt ita propria animali, quod non competit … di, & ſic negatio vocatur currens curſu priuati.i.ſubiecti, eo quia propria eſt … non dico quarto modo: alio modo eſt negatio ſimpliciter, vt non homo, non … bum: & ſic dicitur de ente, & non ente, vt dicitur in lib. Periher. eſt ergo dif… tia, vt.d.hic Auer. quoniam negationes primo modo habent cauſam in ſubiecto: ſed ſecundo modo non habent cauſam, & ſic eſt in Deo: quoniam neceſſe eſt … habet cauſam in Deo, cum ſit negatio primo modo.

Dubitatio.

Sed accidit quæſtio, quoniam dictum eſt in lib. de ſubſtantia orbis, in fine, ꝙ æternum dicitur per priuationem cauſę corruptibilitatis, ergo non habet cauſam.

Solutio.

Dicendum, ꝙ … poteſt capi dupliciter. vno modo pro re addita ſubiecto, cuius eſt: & ſic primum non habet cauſam ſuæ neceſsitatis, nec aliquod ęternum, & ſic loquitur ibi … modo poteſt capi pro cauſa, vel addita, vel pro ſeipſo, ad quod ſequitur neceſſe eſſe, quæ potius dicitur concauſa, vt notatur in illo verbo cauſa inferens: & ſic conceditur ꝙ neceſſe eſſe habet cauſam, quia eius eſſentia poſita ponitur neceſſe eſſe: ergo cauſa eſt eius eſſentia, & eius nota: & ſic patet hoc.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit, hoc poſsibile eſt colori, quoniam habet eſſe relatum quiditati, additum quiditati. & hoc impoſſibile eſt neceſſario in eſſe. nam non habet niſi neceſsitatem eſſe, & non habet quiditatem, cui referatur ipſum eſſe. & nos bene dicimus quòd differentia nigredinis, & differentia albedinis non conditionatur in coloreitate, in eo quòd eſt coloreitas: conditionatur vero eſſe earum, in eo quòd ſunt prouenientes a cauſa. ſic etiam non habet conditionari eſſe in neceſſario. nam eſſe neceſſarium Primo eſt ſicut coloreitas colori, non autem ſicut eſſe relatum coloreitati. Dicimus ꝙ non concedimus hoc: ſed habet verificationem eius, cui attribuitur eſſe, vt declarabimus in diſputatione ſubſequenti. Cum vero dicunt quòd eſt ens abſque quiditate, eſt exiens ab intelligibili, & … ſumma ſermonis, quòd ipſi ædificauerunt ablationem ſecundationis ſupra ablationem compoſitionis generi, & differentiæ: deinde ædificauerunt hoc ſupra ablationem quiditatis poſt ipſum eſſe. & quotiens … que deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum … deſtruitur & non totum. & eſt ædificium debilis ſtabilitatis propter … ficium araneæ.

AVEROES.

Ait Auer. Reſponſio eius pro Philoſophis ædificauit eam hic ſu… per ſermonem, quòd eſſe eſt accidens enti, ſcilicet quiditas. & con…

A tradicit eis ipse, ex eo quòd esse in omnibus est aliud a quiditate, & existimauit quòd sermo eorum ædificauerunt eum super hoc. Attamen differentia, quam adduxit in hoc, nō sequitur ex ea responsio ei, quod intulerunt ex rebus coloreitatis, & differentiis, quæ sunt in ea, quomodocunque id posuerint. nam nemo dubitat quòd differentiæ generis sunt causa generis, siue ponatur generi esse aliud a quiditate, aut quiditas eius ipsummet esse: nam, si essent differentiæ ipsi esse, & esse coloris aliud a quiditate coloris, sequeretur vt non sint differentiæ, quibus diuiditur color differentiæ quiditatis coloris, sed differentiæ alicuius accidentis accidentium eius. & hęc est positio falsa. Quare veritas est quòd, cum nos diuidimus colorem in differentias suas, & dicimus quòd esse coloris, in eo quòd est color, erit in actu, aut quia est albus, aut niger, aut alius color, non diuidimus quidem accidens in colorem, sed diuidimus substantiam coloris. igitur sermo, quòd esse est accidens enti, est inconueniens in hoc, & quęstio, ac responsio eius quæstioni sermo cadens. B Cum autem dixit q̄ ipsi ædificauerunt ablationem secundationis super ablationem compositionis ex genere, & differentia, deinde ædificauerunt hoc super ablationem quiditatis post esse: &, cum destruimus vltimum, quod est fundamentum fundamentorum, destruitur & totum, est sermo non verus. nam ædificium eorum est ablatio secundationis numero in duabus rebus simplicibus, de quibus dicitur vniuoce. & est notum per se q, cum ponimus secundationem, & communicationem in duobus simplicibus q simplex fit compositum. Et conclusio sermonis est q̄ natura appellata necessarium in esse, quod non habet causam, & ipsum non habens est causa alterius, aut erit vnum numero, aut plus. Deince, si fuerit plus, aut erunt plures forma vnum genere dicto vniuoce, aut vnum proportione, aut vnum nomine tantum. Si erunt diuersa numero, vt Socrates, & Plato, & vnum specie, tunc erunt animalia necessario. C & hoc est falsum. Si vero erunt diuersa in forma, & vnum in genere, dicto de eis vniuoce, tunc erunt cōposita necessario. sed, si erunt vnum in genere, dicto secundum proportionem ad aliquid, nihil prohibet quin sit hoc, & aliquod erit causa alicuius, & deueniunt ad primū. & hæc est dispositio formarum abstractarum materiis apud Philosophos. attamen, si communicant nomine, nihil prohibet quin reperiatur ex eis plusquam vnum. quoniam hæc est dispositio causarum primarum quatuor, s. agens primum, & forma vltima, & materia vltima. & propterea non prouenit ex hoc modo speculationis quid completū, & non finit ad primū principiū, vt putauit Auic. nec q̄ vnū sine dubio. *Ista desunt in antiquo.*

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via consecutionis est vt nos dicimus quòd non erit esse, & substantia, & principalitas genus. quia nos

respondemus per quid est. Primum vero apud vos est intellectus abstractus, quemadmodum alii intellectus, qui sunt principia per se, quæ appellantur Angeli apud eos, & quæ sunt causata Primi intellectus abstracti a materiis. Hæc quidem verificatio includit Primum, & eius causatum. Primum, quoniam ens primum est simplex nullam habens compositionem in substantia sua, nisi ex parte consequentium, & sunt communicantes in eo, ꝙ vnumquodq; eorum intellectus abstractus a materia. & hoc est verificatio generica. igitur intellectio abstracta in substancia non est ex consequentibus, sed quiditas. & hæc quiditas est communis inter primum, & alios intellectus. &, si non erit differentia in alio, tunc intelligitis secundationem absq; differentia. si vero differt, id quidem, quo est differentia, est aliud ab eo, quo est communicatio, & intellectio communis eis est communis in rei veritate. nam Primum intelligit seipsum, & intelligitur apud tenentem hoc, ex eo quòd est ex se intellectus abstractus a materia. & sic definitio causati primi ꝙ est intellectus primus, quem Deus glo. immediate est communis in hoc. & ratio huius est, quoniam intellectus, qui sunt causata, habent species diuersas, sed communicant in intellectione, & differunt aliis differentiis. & sic primum communicat cum omnibus in intellectione. igitur apparet contradictio opinionis: & id, quod inducit ad intellectionem, non constituit substantiam. & ambo sunt falsa apud eos.

Hic Alga. inducit quoddam argumentum contra peripatheticos, & primo ponit opinionem illam. d. Adhuc est alia via ad reprobandum philosophorum opinionem in præsenti proposito, scilicet ꝙ ipse Deus non cōicat cum aliquo genere, neq; differt ab eo in differentia. hęc est opinio ergo philosophorum scilicet ꝙ Deus non est in genere, neq; ab aliquo differentia differt. (Nos enim. Nunc facit motiuum, & primo accepit vnam propositionem. d. Nos enim dicimus sic eis, neq; substantia, neq; principiatio, id est principiū nequit esse genus quia nullum istorum dr̄, id est datur in responsione quid est Deus: & hęc propositio fuit posita, & declarata superius. Tunc infert vnā secundā. d. & sup. cū Deus non sit substantia, neq; principium tanquā genus, ergo prima cā apud nos est intellectus, sicut sunt alię intelligentię, quę sunt entis principia sup. in eo, quod est vt dicitur. 12. Meta. cō. 1. & dicuntur angeli secundū leges, & causantur a prima cā, & sunt sine dubio separatę a materiis. est ergo consequēs, ꝙ Deus est intellectus purus a materia separatus, sicut & quælibet intelligentia mouens stellam.

Dubitatio. Sed dubitares forte, vnde habet euidentiā hęc consequentia. Deus non est substantia, ergo Deus est intellectus purus. ex negatiua. n. non sequitur affirmatiua, vt dr̄ in secundo periher. non. n. sequitur, chimera non est homo, ergo chimera est non homo, & quāto magis non sequitur, ergo chimera est leo, cum ... sperata. Debes ergo scire, ꝙ qn̄ presupponitur cōstantia subiecti, & diuisio duorū membrorū tm̄, bene valet ex negatiua affirmatiua. V. g. supponitur, lumen sit ens, & ꝙ ens diuiditur tm̄ in substantiam, & accidēs. Tunc bene sequitur, lumen non est substantia, ergo lumen est accidēs: qm̄, iam suppositum est lumen esse ens: & cū ens oē vel sit substantia, vel accidens, ideo infertur, ergo accidens. sic in in ppposito Alg. p substantiā intelligit substantiā corporeā. modo ens bene diuiditur in substātiā corporeā, & intellectualē: & supponit Deū esse ... sequitur. Deus non est substantia. s. corpus, & sup. est, ergo Deus est intellectus qm̄, vt dr̄. 1. Meta. cō. 31. inter materiale, & abstractum a materia non datur medium. Quo habito, concludit ergo hęc veritas seu natura, s. quę est intellectus. ...

A cludit, id est continet causam primā. s. Deum, & primum causatum. s. intelligentias, ex hoc quasi infert vim rationis. d. primū ergo ens. i. Deus simplex est absq; alia cōpositione in se, & ex parte suorū consequentium, i. est accidentiū, id est Deus est simplex simplicitate opposita cōpositioni ex materia & forma, & simplicitate opposita compositioni ex subiecto & accidente, & cōicant in eo, id est in simplicitate illa omnes intelligentię, quia quęlibet ipsarum est intellectus separatus a materia, & hęc, id est ergo hęc est natura generalis. s. quę ponitur genus cōis illis, patet ergo perspicue ꝙ Deus, & intelligentię conueniunt in genere. (Et intellectus.) Abscindit quęstionem tacitā, posset enim quis dicere, ꝙ intellectus non est quiditas Dei, sed accidens commune illis, & sic non est genus. Respondet, & intellectus separatus non est de consequentibus, id est accidentibus, immo est ipsa quiditas, quę sine dubio communis est Deo, & alijs intelligētijs. (Vnde, si modo.) Recolligit quod ibi differentia etiam reperitur, & inquit, vnde, si modo differunt, vt constat per se, ergo id, in quo differunt, id est ergo differentia differt ab eo, quo cōicantur, s. intellectu. vult ergo habere ꝙ aliud est, quo differunt, & aliud, quo conueniunt: & per consequens Deus est in genere, & differentia, & ita compositus, vt supra visum est. Quod autem conueniunt, probat. d. Deus nanq; intelligit seipsum, & alia entia: ergo conueniunt in intellectu, vt in ratione generis: & sic primum causatum sic se habet scilicet quod est B intellectus, & addit praeterea intelligentię differunt adinuicem specie, & communicant genere, vt dictum est, scilicet in intellectu, ideo concludit conclusionē d. patet ergo, quomodo prima causa communicat cum omnibus intelligentijs in intellectione, & differt ab eisdem in alijs. Et debes scire, quod tota rationis virtus potest in hunc modum componi: omne id, quod conuenit in aliquo quiditatiue praedicato cum alijs, & differt ab eis in alio, est in genere: sed Deus, vt declaratum est, conuenit quiditatiue cum intelligentijs in esse intus, & differt ab eis in alio: ergo Deus est in genere: & hęc est virtus rationis Algazel.

AVEROES.

AIt Auer. Si intellexisti id, quod diximus antea de eo, quòd sunt hic aliqua, quæ includuntur vno nomine, non inclusione rerum vniuocarum, nec inclusione rerum æquiuocarum, sed inclusione rerum relatarum ad aliud, quæ dicuntur secundú prius, & posterius, & ꝙ proprietas harum rerum vt deueniant ad primum C in eo genere, quod est causa prima omnibus, quibus imponitur hoc nomen, vt est nomen calidi, quod dicitur de igne, & aliis rebus calidis, & sicut est nomen entis, quod dicitur de substantia, & aliis accidentibus, & sicut nomen motus, quod dicitur de motu locali, & aliis motibus, non deficies scire inane, quod ingreditur in hoc sermone. nam nomen intellectus dicitur de intellectibus separatis apud Philosophos secundum prius, & posterius, quorum est intellectus primus, qui est causa aliorum, & sic est in substantia. Et ratio, quæ demonstrat quòd non habent vnam naturam communem, est quoniam aliquis eorum est causa alterius. & id, quod est causa rei, est prius causato. & impossibile est vt sit natura causæ, & causati vna genere, nisi in causis indiuiduorum. & hæc quidem species communicationis est contradicens cōmunicationi genericæ vere. quoniam communia genere, non est in eis primum, quod est causa aliorum, sed omnia sunt in eodem gradu. & non reperitur in eis aliquid simplex, sed communia in re, qua di-

Quare oīa non habent vnā naturā communē.

cuntur secundum prius, & posterius, necesse est vt sit in eis primum & simplex. & hoc primum impossibile est vt imaginetur ei secundatio. nam quotienscunque ponatur ei secundum, necesse est vt sit ad du eius, quo ad esse, & naturam: & erit ibi natura communis eis, communicant communicatione generis veri: & necesse est vt differentiis additis generi: ergo erit vnumquodq; eorum compositum ex genere, & differentia. & omne, quod est huiusmodi, est innouatum.

Quod est perfectū necesse est q̄ sit vnū

Demum id, quod est in vltimitate perfectionis in esse, necesse est sit vnum. nam, nisi esset vnum, impossibile est vt sit ei vltimitas: id enim, quod est in vltimitate, non communicat ei aliud. nam, linea vna non habet ex vno latere duos fines, sic res, quæ succedunt esse, diuersæ quidem in additione, & diminutione, non habent duo nes ex vno latere.

Auic. ignorauit Analoga.

Auicenna autem nesciuit in esse hanc naturam mediam inter naturam, quam significat nomen vniuocum, & naturam quæ non communicant nisi nominibus tantum, aut accidenti remoto. & euenit ei hæc dubitatio.

Hic vult soluere argu. Alga. & primo dicit, dicimus nos quod qui bene intelligit id, quod superius diximus, euasus est ab istis erroribus. Tunc ad formam quæstionis inquit, videlicet, quia hęc id est, Deus, & intelligentiæ sunt res, quæ continentur sub vno nomine, non modo continentię vniuocorum nominum, videlicet, equiuocorum: immo modo continentię nominum vni rei attributorum secundum dubitationem, id est, indifferentiam modi cōcipiendi, & declarat quæ natura sit talium nominum. d. et proprietas talium est, quod significata a causa, id est, ordinentur ad primum illius generis, quod est causa prima omnium appellatorum, id est, omnium illorum significatorum illo nomine. (Verbi gratia,) ostendit exemplo Ari. in Met. d. vt nomen caliditatis producitur ab igne, & ab alijs rebus calidis: & forte litera est corrupta, & debet dicere, vt nomen caliditatis, quæ attribuitur, & igni & alijs rebus calidis: vel nomen entis, qd de substantia dicitur, & de alijs nominibus, id est, alijs significatis aliorum nominum. applicat modo ad propositum. d. similiter dicimus quod nomen intellectus dicitur de separatis intelligentijs analogice apud philosophos, ita quod, id est, tali modo quod primus intellectus est causa aliorum, id est, analogia causæ ad causatum: & sic similiter dicimus de substantia: & forte vult dicere respectu accidentium: dicitur enim ens analogice de substantia, & accidente. Et forte vult dicere & sic dicimus de substantia quantum ad hoc, quod prędicatur de Deo, & alijs intelligentijs prędicatur enim analogice. Ex hoc respondetur ad formam, negando minor: quoniam intellectus non competit quiditatiue illis, cum non dicitur vniuoce, sed analogice: & sic est solum nomen commune illis, & non natura, nec quiditas, nec aliquid aliud nisi nomen tantum, & sic ratio non concludit: intellectus enim dicitur de Deo, & de alijs attributione, vt patet. Debes scire, quod Auer. vbiq;, vt dixi, appellat nomen analogum, nomen ambiguum, vel secundum attributionem, vt facit hic, & hoc artificiose. Quoniam Aui. primo Metaphysica, 6, videtur opinari quod ens sit vniuocum, licet secundum aliquam prioritatem: & argumentum eius est, quia intellectus est certus de intentione entis, & dubitabit de intentionibus substantiæ, & accidentis, ergo ens dicit intentionem tertiam: & syllogismus eius componitur secundum ipsum: omne nomen, de cuius intentione intellectus est certus, dubitans de contentis sub illo nomine, dicit intentionem tertiam, & per consequens est vniuocum; sed ens est nomen, de cuius intentione intellectus est certus, dubitans de intentionibus accidentis, & substantiæ. hanc minorem probat Auicen. ibi in exemplo de resurrectione, an erit, an non: & vide, quia nolui ponere verba eius hic. Hoc argumentum intantum magnificatur

A ficatur a quibusdam, quod eis videtur Achilles Zenonis, quibusdam alijs Vlixes Empedoclis, quibusdã alijs Hector Parmenidis, & Mellisi. Ego autẽ reputo ipsum nihil esse, vt dicam: ideo debes scire, quod argumentum supponit falsum, scilicet quod intẽtio entis sit id, de quo intellectus est certus, immo dico quod ens est nomen tñ significans æqualiter immediate substantiã & accidens, licet sit ibi ordo causæ, ideo intellectus est certus de disiuncto, dubius autẽ de alterutro illorũ: quilibet enim scit quod lumen est substãtia, vel accidens, licet dubius sit, an sit substantia determinate, vel accidens, sicut quilibet scit principem sedere, vel non sedere, nullus nisi astantes sciunt illum sedere determinate, vel non sedere determinate: & hoc attendens Auer. appellat nomen entis ambiguum, vel secundum attributionẽ, ad notandum quod ens nihil commune dicit nisi disiunctionẽ: quando ergo capitur determinate, accidit dubitatio: quando vero sub dubitatione & disiunctione accidit certitudo: ergo certitudo non est de intentione tertia, sed significatis alio modo suppositis. Contra hoc iterum instat quidã, & reputat argumentum demonstrare. d. ista certitudo præcedit omnẽ apprehensionẽ quorũcũq; diuidentiũ ipsum ens, ergo præcedit certitudinẽ de toto disiuncto. Ad hoc dicendum quod illa certitudo præcedit oẽm apprehensionẽ determinatã, non autẽ confusam de ipsius entis diuidentibus: &, sic apparet qualiter argumentũ hoc nõ transcendit metam sermonis sophistici. (Et probatio.) Quia

B in solutione data supponit ens non dicere naturã tertiã, ideo hoc intendit probare, & apponit ad hoc rationes duas: secunda ibi ponitur. (Tandẽ quod.) Et primo proponit cõclusionẽ. d. & probatio qđ ens ideo habeat vnã, & eandẽ naturam cõem, id est, vniuocam est. Deinde apponit rationẽ, & debet sic cõponi: nulla causa essentialis, & per se alicuius effectus communicat cum eo in vna natura vniuoca, quã dat illi effectui. Sed prima causa est causa essentialis, & per se intelligentiarum in ente, qm̃ dat esse illis, quod habet in se formaliter, & per essentiam, ergo non cõicat cum eis in esse vniuoce: ponit ergo minorẽ. d. quia quidã ipsorũ causa est aliorũ: deinde ponit vim minoris. d. & id, qđ causa est alterius, præcedit causatũ sine dubio: quia impossibile est quod natura causæ, & causati sit vna, & eadẽ in genere nisi in particularibus causis, id est, nõ essentialibus essentialiter ordinatis: & opponatur ergo conclusio superius posita, scilicet quod ens non dicatur vniuoce de Deo & alijs. Debes scire, quod quidã rudes nõ intelligunt hanc rationem, & ideo derident eam: vnde expositores latini, quia illam nõ faciunt, ideo eam appreciant: propter quod mihi videtur, quod sit propinqua primis principijs: consistit enim in propositionibus per se notis, quarũ vna est quod id, in quo aliquid antecedit essentialiter aliud, non conuenit ei vniuoce dico essentialiter, quoniã Sortes pater antecedit Plato. filiũ in humanitate,

C tamẽ quia antecedit accidentaliter & non essentialiter, ideo humanitas cum eis communis & vniuoca: ergo, quando aliquid antecedit aliud essentialiter & per se in a, non potest æqualiter & vniuoce conuenire in a, ideo hanc maiorem voluit intelligere Auerro. cum dicit, & id, quod causa est alterius præcedit causatum sine dubio: intendit enim id, in quo causa antecedit causatum essentialiter & per se: impossibile est vt sit commune vtrique vniuoce, quilibet enim concedit hanc terminis intellectis. Tunc accipitur secunda propositio: sed prima causa antecedit omnia alia entia essentialiter & per se in esse tali: & hanc dedit Auer. cum dicit, quia quidam ipsorum est causa aliorum: prima enim causa est causa entis in eo quod ens, ideo dicitur in libro de causis: prima creaturarum est esse, vt dicebam: & hoc declarauit Aristo. 2. Metaphy. & Auerro. ibidem cõ. 4. vide. Ex his conclusio sequitur demonstratiue, ergo ens non potest esse commune vniuocum primæ causæ, & primo causato: & hæc ratio non potest solui, si bene intelligitur: possunt enim fingi solutiones sed solutiones non sunt nisi verba, si post considerentur. (Et ideo.) Hic conducit ex dictis theorema ad propositum, & inquit, & ideo hęc species cõicationis opposita est communicationi generali, id est, generis vniuoci, & huius dedit rationẽ, & ait, res. n. quæ in genere communicant, non habentẽ rem primam, quæ causa sit aliorũ, scilicet, essentialis, & antecedens illa in natura generis, immo omnes sunt in vno gradu esse, &

ín vna & eadem natura. (Ergo, ſi haberent.) Ex hoc oſtendit intelligen[tias] non conuenire cum prima in genere, & inquit, ergo, ſi ſup. intelligentię habe[rent] naturam cõem, videlicet, naturam veri generis, id eſt, vniuoci generis, ſequ[itur] & quod differũt in quibuſdam differentijs ſuper genus additis, & tunc infer[t] ergo quælibet ipſarum ex genere & differentia cõponitur, & addit illud, quod ſuperius addebatur. d. & quodcunque ſic ſe habet, nouum eſt ſine dubio: & [...] tus rationis componitur, vt prius: patet ergo prima ratio, & theoremata con[...] ducta ex illa. D

Dubitatio. SED DVBITATVR forte: quoniã, ſicut declarat Auer. 10. Metaph. c[...] ex verbis Ariſt. in omni genere eſt dare vnum quod eſt metrũ, & menſura alio[rum] rũ in illo genere: ergo, in ſpeciebus omnis generis eſt ordo: vel igitur eſſentia[-] lis, vel accidentalis. Si eſſentialis, ergo vna eſt cauſa alterius, & per conſequẽ[s] genus non erit vniuocũ. Si accidentalis, ſpecies non differunt niſi per acciden[s.]

Solutio, duplex ordo eſſentialis. Et dicendum forte, quod ordo eſſentialis eſt duplex ſcilicet, ſecundũ cauſalita[-] tem, & ſecundum perfectionem eſſentialẽ: dico ergo, quod ibi eſt ordo eſſentia[-] lis perfectionis, non tñ cauſę ad cauſatũ, & hoc ponit Auer. in ſecundo Met[aph.] cõ. 2. & alibi. (Tandẽ.) Nunc ſecundã apponit rationẽ, & põt in hunc modũ [...] poni: illud, qđ eſt in fine cuiuſdã naturæ, id eſt, per eſſentiã aliqua natura, no[n] cõicat cum aliquo in illa: ſed prima cauſa eſt per eſſentiã ens, & in fine, i. ſum[-] mum ens: ergo nõ cõmunicat cũ alijs in ente: huius ponit tm̃ maioris vim, [...] dem, quod eſt in ſumma perfectione, oportet neceſſario quod ſit vnũ: nã, ſi [...] non eſſet, nõ eſſet in ſummo gradu, & ſic quaſi reſumit maiorẽ. d. id, quod e[ſt in] fine cuiuſdã naturæ, non cõicat cum alia in illa ſup. & ſic patet vis rationis. [(Et] quia.) Hic ponit cauſam erroris Aui. d. & quia Auicen. non eſtimauit iſtã na[-] turam mediã inter naturã ſignificatam cum nominibus vniuocis, & naturã [...] rum, quæ tantum nomine communicãt, i. quia nõ reputat mediũ inter vniuo[cũ] & æquiuocũ, ideo ſequitur eum dictum argumentum, ſcilicet quod quia non e[ſt] æquiuocũ, ergo vniuocũ. Debes ſcire, quod illa ratio ſecũda eſt multum fortis, ſi conſideratur, & etiã in duabus conſiſtit propoſitionibus: quarũ prima eſt [...] id, quod eſt in ſummo gradu alicuius rationis, vel naturæ, vel intentionis adeo quod per eſſentiam capit totum ambitum eius, non poteſt cõmunicare in eo vni[-] uoce cum alio: & hæc propoſitio eſt manifeſta per ſe, quia enim humanitas [non] eſt in ſummo, & per eſſentiam in Sor. ideo Sor. & Plato participatiue ſunt ho[-] mo: ſimiliter, ſi homo in ſummo, & per eſſentiã eſſet animal, leo non eſſet a[ni-] mal, niſi participatiue, & non formaliter: eo quia, ſi formaliter eſſet animal, ſi[-] cut & homo, animal formaliter acceptũ, non plus eſſet in homine, quam in ani[-] mali: ergo propoſitio dicens quod id, quod eſt in ſummo gradu alicuius rationis, vel naturę, vel intentionis, adeo quod per eſſentiam capit totum ambitum eius, non poteſt communicare cum alio in eo vniuoce, eſt manifeſta per ſe. Secun[-] da propoſitio erit, quod Deus eſt in ſummo gradu entis, & per eſſentiam capit totam perfectionem entis: & hoc eſt certũ cuilibet: ergo ſequitur ex his duabus propoſitionibus concluſio. ſ. d. quod Deus non poteſt communicare in ente cum aliquo vniuoce: & tu conſidera bene has vias quoniam, ſi recte inſpicis, ſunt multum ſubtiles, & fortiſsimæ argumenta autem, quæ fiunt contra hanc poſi[-] tionem Auer. ſunt ſophiſtica, & adeo Metaphyſicam extraneant quod ad ſophiſti[-] cam reduxerunt fingunt enim quoſdam terminos, quos illi ſolum magnificant, & nec ſunt dicti ab Ariſto. nec ab aliquo ſapiente. Et ſic conſummata ſit expo[-] ſitio ſeptimæ diſputationis.

DISPVTATIO OCTAVA.

DE DESTRVCTIONE DICTI EORVM, QVOD ESSE PRIMI SIT SIMPLEX, SCILICET ESSE ABSOLVTVM, & non est quiditas, nec verificatio, ad quas referatur esse, sed esse conueniens ei est sicut quiditas alteri.

ALGAZEL.

B DIT Alga. Sermo autẽ de hoc est duobus modis. quorum Primus est interrogatio de probatione, & dicatur qũo sciuistis hoc, an necessitate intellectus, aut speculatione eius: & non est ex necessitate: ergo impossibile est, absque eo ꝙ recitemus viam speculationis. Si aũt dixerit, quoniã si esset ei quiditas, esse quidẽ ipsum esset relatum ei, aut consequẽs eã, & prouenies post eã: &, cum consequens sit causatum, ergo necessarium in esse erit causatum; & contradicit sibi ipsi. Dicimus quòd hoc reuersio erroris est, cum proferimus dictionem esse necessarii. Nos vero dicimus ei verificationem, & quiditatem. & illa verificatio reperitur, id est non deperditur, & aufertur. & esse eius refertur ad eam.* Si vero dilexerint appellare eam cõsequens, & proueniens, non est cura de nominibus, postquã scit ꝙ non est agens C efficiens aliud, sed non defecit hoc esse antiquũ esse absq; causa agenti. Et, si intelligũt per consequens, & causatum, quod habet causam agentem, non est sic. Si vero intelligunt aliud, profecto conceditur, & non est in eo falsitas, cum probatio non inferat nisi cessationem emanationis a causis, & tamen cessatio eius in verificatione reperitur, & quiditas cõsequens est possibilis, & nõ oportet ponere negationẽ quiditatis. Si vero dixerit quiditas erit causa ipsius esse, quod sequitur ei, ergo esse erit causatum, aut actum, Dicimus ꝙ quiditas in rebus caducis nõ erit cã esse, quãto magis in antiquo, si intelligant per causam agẽs eius. Si vero intelligũt per eã aliud, & est ꝙ nõ sufficit absq; eo, tunc erit hoc, & nõ est in eo falsitas, sed falsitas est in emanatione causati. &, cũ cessauerit, tũc remouetur falsitas, & aliud ab hoc, non scitur falsitas eius. & impossibile est quin adducatur demonstratio de falsitate eius. & oẽs quidẽ opiniones eorũ sunt industriæ, quæ ædificantur supra definitionem dictionis necessarii in esse, in eo quòd habet con-

Huc vsq; cõueniunt antiquus & hic tex. in sequẽtibus vero nihil.

ſequentia. & concedendo q̄ ratio inferat neceſſarium in eſſe eo modo, quo attribuerunt ei, & tamen non eſt ſic, ſicut diximus. Demum hæc probatio eorum reducitur ad probationem ablationis attributorum, & ablationis diuiſionis genericæ, & differentialis, niſi q̄ eſt quid magis profundum, & occultum, & debilius: quoniam hæc pluralitas nec reducitur niſi in abſtractũ dictionis. ſin autem, tunc intellectus dilataretur ad conſiderandum eſſe vnam quiditatem. ipſi vero dicunt omnem quiditatẽ repertam an eſſe pluralitatem, cum in ea ſit quiditas, & eſſe. & hæc eſt vltimitas obſcuritatis. nam ens vnum eſt intelligibile ſemper, & non eſt ens, quod non habet verificationem, & eſſe verificationis non aufert vnitatem.

Quid ē eſſe, & quid q̄ditas.

Circa introductionẽ huius diſputationis, primo declarabo titulũ diſputationis, deinde ad expoſitionẽ illius veniã. Debes ergo ſcire quid ſit eſſe, quidq; quiditas. & dico, quod eſſe quandoq; accipitur pro quiditate ſeu eſſentia, & ſic dicitur. 6. Topico. q̄ definitio eſt ſermo. d. eſſe, & ſic ēt Auer. 8. Met. cõ. 15. q̄ formæ habent eſſe in materia tot, quot ſunt in effectu, & 12. Meta. cõ. 36. & 18. formæ habent duplex eſſe, ſ. in materia, & in primo motore. et ſic conceditur q̄ roſa in hyeme habet eſſe, capiendo eſſe hoc modo. quandoque capitur, id eſt eſſe propoſitione ſubiecti, & prædicati, vt dicit Ariſt. in 1. Perihermenias, quod verbũ ſignificat eſſe, quod ſine extremis non eſt intelligere. illam. n. compoſitio dicitur eſſe, quoniam eſſe eſt, quo agens educit compoſitum in actu, & quia intellectus educit prodoſitionẽ compoſitam ex ſubiecto & prædicato in actu mediante illa vnione, ideo vnio illa eſſe propoſitionis dici poteſt, vt declaraui in primo poſteriorum, in verbo Ariſt. dum dixit definitionẽ non dicere eſſe, neque non eſſe. vide. Quandoque capitur eſſe pro forma, & ſic capitur ſecundo Phyſicorum commen. 30. vbi dicitur quod forma eſt cauſa materiæ, pro quanto eſt eſſe eius. Quandoque capitur eſſe pro indiuiduo, vt dicit, & exponit Auer. tertio de Anima commen. 9. illud verbum aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe, vbi vult Auer. in commento, q̄ eſſe poteſt capi pro indiuiduo. Vltimo capitur pro modo quodã eſſentiæ, quo eſſentia ponitur in eſſe extra cauſas ſuas. eſſe non eſt aliud, niſi proprietas quædã, qua res ponitur extra ſuas cauſas [illegible] abſolute prædicationem entis: & ſic loquitur Ariſto. ſecundo Metaph. & Auerro. commento illo [illegible] & 12. Metaphy. commen. [illegible] vbi voluit quod primus eſt eſſe per eſſentiam, & reliqua per primũ. Et, cum conſiderationes iſtiuſmodi accipiendi eſſe, abſcindentur innumeræ [illegible] aſpectu imaginantur in dictis ſapientum.

Multipliciter capitur q̄ditas.

Dicendum, quod quiditas [illegible] apud Peripatheticos multiphariam: vno quidem modo, pro [illegible] potentijs cauſarum. Quandoque capitur quiditas pro definitione, [illegible] Meta. commentis. 72. & 43. Quandoque pro vniuerſali, vt dicitur [illegible] Anima commen. 9. Quandoque pro forma ſola, vt dicitur. 7. Meta. [illegible] men. 21. & alibi. eſt enim forma quiditas, prout eſt principium definiendi [illegible] forma eſſentia, prout eſt principium eſſendi. eſt etiam quandoque forma [illegible] prout eſt principium operandi. 2. Phyſi. & ſic quiditas capitur pro natura.

Intellect' diſputationis.

His viſis dico, quod intellectus diſputationis eſt, vtrum Deus ſit compoſitus [illegible] quiditate, capiendo quiditatẽ pro vniuerſali, & eſſentia, & eſſe: capiendo [illegible] pro indiuiduo, & modo eſſentię, quo eſſentia ponitur in effectu: &, [illegible] poteſt eſſe duplex, an in Deo compoſitio ſit ex vniuerſali & indiuiduo, ſicut in [illegible] forte. &, ſecundo an in Deo ſit compoſitio eſſentię & eſſe: & licet de hoc dictũ ſit in tertia diſputatione, attamen vult dicere ſermone ſeparato, & ſic [illegible] ſtio eſt partita, & tamen magis vergit ad ſecundum ſenſum. Et, quia [illegible] quodammodo potentia ad eſſe, & eſſe quodammodo actus eſſentię, ideo eſſentia poteſt capi pro materia, & eſſe pro forma: & hoc modo dicit Auerro. 3. de Anima com. 14. & 15. quod nulla intelligentiarum liberata eſt a materia [illegible]

A mam: & sic potest esse tertius sensus, an in Deo sit compositio ex materia & forma, hoc modo capiendo nomina. hęc quidem quęstio est continua septimę: quoniam, cum ibi quęsitum sit an Deus sit in genere, quęsitum est etiam latēter, an in eo sit compositio ex vniuersali & particulari, ideo consequens erit perscrutari modo, an ibi sit compositio ex esse & essentia. possumus itaque in Deo rationaliter quinque compositiones intelligere scilicet in numero, videlicet qđ sint plures dij. & plura necesse esse: propter quod ordinata fuit quinta disputatio, an scilicet sit vnum necesse esse, an plura. Possumus etiam fingere in Deo compositionem ex denominatione, id est accidente & subiecto, propter quod ordinata fuit sexta disputatio declarans scientiam Dei non est quid additum essentię. Possumus etiam ipsum imaginari esse in genere, & differre differentia, & sic compositionem ex vniuersali & particulari: & hunc remouens errorem ordinauit disputationem septimam. Possumus etiam imaginari in Deo compositionem ex essentia & esse, & propter hoc fuit hęc disputatio. Possumus etiam fingere in Deo esse compositionem ex materia & forma, & sic ordinata fuit nona disputatio, declarans Deum non esse corpus, neque corporeum. per hanc enim nonam abscindere possumus errorem posibilem credi Deum esse compositum ex partibus quantitatiuis, & ex materia & forma. Cum enim declarauit

B quod non est corpus, habebitur quod non sit compositus ex partibus quantitatiuis. Cum vero declarabitur φ non est corporeus, scietur quod non sit compositus ex materia & forma. Poterit autem esse quęstio, an ipse veniat cum alijs in compositionem, multi enim theologizātes dicūt ens esse simplex illis quinq; compositionibus, attamen dicunt ipsum esse alteri componibile. Etiam multi antiqui dixerunt Deum venire in compositione omnium rerum. dixit enim Cenonas vnum solum esse omnia, & illud esse Deum. ait enim esse scriptum in templo Palladis, quod Pallas est quicquid fuit, quicquid erit, & quicquid est: nec aliquis hominum detexit peplum, quo facies eius velabatur: & inquit Plutarchus philosophus, quod vetustissimi philosophi interpretati sunt illud esse dictum de Deo, qui peplo tectus est, quia omnes eum ignorant, & omnes nihil aliud quam eum vident. peplum enim, quo ipse tectus est, videtur esse sensus, qui est in anima, & forma, quę est in corpore, quibus duobus circumscriptis ab anima, & corpore, tunc quod remanet, apparet ipse Deus in propria sui natura: propter quod verificatur Orphei dictum, mūdum esse dijs plenum, & illud poetę, Iouis omnia plena. vnde & Lucanus, habemus cunctis superis, temploque carente, nihil agimus nisi sponte Deo, & post pauca, est ne Dei sedes nisi terra, et pontus, & aer. Iupiter est quodcunque vides, quocunque moueris. Et in-

C quit etiam Seneca, quid est Deus? mens vniuersi, quod est quod vides totum, et quod non vides totum vbiq; est opus suum intra, & extra replet: cui deinde magnitudo sua redditur, quo nihil magis excogitatur. Hoc etiam Virgilius spiritus intus alit, &c. vnde, & Parme. & Melissus primi, et vetustissimi philosophātes dixerunt omnia esse vnum infinitum, & immobile, & hoc idem intelligunt, quoniam Deus omnia est, qui est infinitus, & immobilis. cum igitur hęc sit antiquorum opinio, veritas est quod apud eos Deus in compositionem venit rerum, ideo mirum est cum Auerro. quinque, immo sex illos intellectus perscrutetur, ipsum pretermisisse hunc longe difficiliorem alijs. Et forte excusandus est primo, quia potest ex dictis eius quęstio, & opinio hęc admoueri. Vel forte, quia ipse non intendit loqui de huiusmodi nisi secundum illa, quę Alga. tractauit, & eo ordine, vt in procemio proposuit dicere. & dico notanter eo ordine, quoniam forte quęstiones hę possunt in alium modum ordinari. Declaratus est igitur disputationis titulus, quęstionum series, & quęstionis introductio. Alga. ergo primo introducit argumentum quoddam philosophorum, secundo debilitat illud. Quantum ad primum, adhuc primo diuisionem facit, & post membrum eligit in quo insistere vult. inquit ergo in hoc tractandū, id est procedendū est dupliciter. primo, scilicet modo petitionis, videlicet quia petemus ab eis, scilicet philosophis, qualiter scitis vel asseritis hoc, id est Deū esse simplex ens, vel per necessitatē intellectus, aut a cōclusione speculata, id est vel scitis hoc, eo qđ sit

propositio nota terminis solo intellectu nota, vel demōstratione. deinde destr
membrum falsum, & colligit verū dicens, primum est impossibile, id est d
propositionem illam esse notam ex terminis solo intellectu est impossibile
sus rationem dedit, quia notum esset omnibus, sicut sunt aliæ primæ cognitio
id est aliæ primæ dignitates, & tunc colligit membrum verum. d. ergo opor
vos, quod asseratis hoc ex aliqua speculata conclusione. i. hoc esse per dem
strationem euidens. Hic oportet aliquam digressionem facere, ideo oportet
dere quid sit prima propositio, & per consequens quæ sit conclusio, quæ ex
ma oritur propositione. secundo an scientia, quæ cognoscitur prima proposi

Quæ prima propositio.

sit vnius rationis cum scientia, qua dignoscitur conclusio. Quantum ad pri
dicendum, quod prima propositio sit idem quod principium demonstrationis
reperitur autem ab Aristote. duobus modis definitio principij. vno modo in
est autem principium demonstrationis propositio immediata, & vt definitio
verior, & expressior subdit, immediata autem est, qua non est altera prior
principium demonstrationis est propositio, qua non est altera prior. Nunc q
dem patet illa definitio apertius. Capitulo vero. 3. primi poste, dicit, sed & pri
cipiū scientiæ quoddam esse dicimus, inquantum terminos cognoscimus. Capi
lo autem 9. inquit, dico aūt principia, quæ cū sint, non contingit demonstrare.
Et illomet cap. inquit, nō aūt suppositio, neque petitio, quod necesse est, & pro
pter seipsam videri necesse est, non enim ad exterius dignitas rationem est, hæc

Instrumētū cognoscendi propositionē est duplex.

verba Arist. in veteri translatione reperiuntur, in quibus colligere volo intelle
ctum definitionis principij. Et dico, quod instrumentum cognoscendi proposi
tionē est duplex: demonstratio, & lumen intellectus. demonstratio fit ex propo
sitionibus eo, quia est syllogismus. Lumen non fit ex propositionibus, neque est
propositio aliquo modo, cū sit ipsemet intellectus agens. & cum hoc sit ita, appa
ret veritas dictorum Aristo. & concordia. veritas quidē, qm̄ est principium de
monstrationis propositio, qua in notitia non est altera prior, eo quia non demon
stratione dignoscitur. sed lumine intellectus, quod non est propositio, neque de
monstratio. ergo principium demonstrationis est propositio, quoniā propositio
est enunciationis altera pars, & per consequens syllogismi pars, qua non est alte
ra prior, cū non possit demonstratione declarari, neque positione, neque petitio
ne, neque definitione, neque aliqua propositione, sed solo intellectu, qui non est
propositio aliqua. Concordia vero: qm̄, qñ dicit principiū propositionis esse pro
positio immediata, qua non est altera prior, oportuit declarare, an sit aliquid
prius, quo dignoscatur, ideo subdit ca. 3. sed & principium scientiæ. i. cognoscen
di primam propositionem esse, dicimus quoddam, quo terminos cognoscimus. s.
lumen intellectus, quo terminos. i. partes eius cognoscimus: eo ergo, quo partes
eius cognoscuntur, & totum principium cognoscitur, cognoscuntur autem par
tes intellectu, & solo eius lumine, ergo totum principiū intellectu solo cognosci
tur, & in hunc modum lucidus The. interpretatus fuit locū illū. Vnde ibi ca.
ait. iam principia demonstrationis demonstrationes esse nō possunt, sed propo
sitiones indubitabiles, immediateq; & luce sua perspicuæ. His perfecta mens est,
quæ terminos comprehendit, quorum complexu dignitates, & præfata concipi
mus: ecce, qūo vult eo propositiones cognosci primas, quo terminos cognosci
mus, & illud esse lucem intellectus. Hoc ē modo locum hunc perspicuum fecit
& Auer. d. enim sic. & est nobis, vt concordemus sophisticis, quia principia de
monstrationis non sunt nota per alia, sed dicamus ꝙ sunt nota per intellectum,
& ipse est, qui comprehendit partes enunciationis notæ per seipsam, id est, pri
mi principij. Et cum hoc sit ita, apparet error translationis veteris, quæ. d. (In
quantum terminos cognoscimus.) Est enim falsa, & ideo illa fuit causa erroris
apud latinos, propter quod in græco sic reperitur. Et principium scientiæ quod
dam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. Et ideo Ioan. Gramma
cus, qui cū studiosus erat, philoponus dictus est, in hunc modū expositionem hu
ius loci cōtextui. Huic admodū concors est illud capituli. 9. dico autem princi
pia in vnoquoq; genere, quę cū sint, non contingit demōstrare: quod verbū ex
positor vnus nouus in hūc modum textū interpretatus est: dicit, quod cū Arist.

A necessitatẽ capituli prępoſuit, nũc definitionẽ ſubiecti in demonſtratione propoſuit in illo verbo, videlicet, Dico aũt principia, &c. eo quia demõſtrationis principia ſunt ſubiectũ, paſsio, et dignitas. vult ergo ibi in illo verbo ſubiectũ Ariſt. definiſſe hoc modo. dico aũt principia ſubiecti in vnoquoque genere ſcientiæ, quæ, cum ſint, non contingit demonſtrare. i. quæ non poſſunt demonſtrari eſſe: & hæc expoſitio cõſona apparet textui ſuperiori, qñ dixit, oportet præſupponere de ſubiecto quia eſt, & quid eſt. Them. autẽ Auer. & Linconienſis groſſi teſta, & Ioã. Philoponus de principio cõplexo textũ inducunt, & ideo, cũ textu nũc lecto, concors ſic eſſe poteſt. dico aũt principia, i. propoſitiones primas, quæ cũ ſint veræ non contingit demõſtrare. ergo vult ꝙ principiũ ſit vera propoſitio, & indemonſtrabiles: & ſic hic textus nũc concors erit præcedenti. Hęc expoſitio eſt ſine dubio mens Ariſto. eo quia dixit in principio capituli, ſcire eſſe ex propoſitionibus primis, ideo quaſi rememorãdo opus fuit inducere quid ſit principium, & ideo verus intellectus. Ariſt. eſt hic. Poteſt & tertio, tertia ſe. ries textus ibidem inducta concors ẽt fieri. primo tamẽ inducetur expoſitio extranea illius, quam latini fingunt ob carentiam græcarum literarum, & bonorũ expoſitorum: dicũt itaque ꝙ concluſio textus eſt, ꝙ dignitas non eſt petitio, neque ſuppoſitio, inquit ergo, quod. i. id, quod neceſſe eſt in ſe, & id, quod propter ſeipſum videri, neceſſe eſt, i. dignitas, quæ ex natura ſua eſt neceſſaria, & quo ad

Expoſitio latinorum.

B nos apparet neceſſaria, non eſt ſuppoſitio, neque petitio: eſt ergo ſenſus ſecundũ hos hic. dignitas non eſt ſuppoſitio, neque petitio, & Ariſt. ſecundũ eos ratiocinatur hac rõne. omnis ſuppoſitio, & omnis petitio eſt ad rationẽ extra. ſed nulla dignitas eſt ad rationẽ extra, ſed ad rationẽ intra. ergo nulla dignitas eſt ſuppoſitio, neq; petitio. huius rationis accepit minorẽ tm̃, & dixit, non. n. dignitas eſt ad exterius rationẽ, ſed ad eã, quæ eſt in anima. Sed hæc expoſitio, & textui contradicit, & expoſitoribus. textui quidẽ, qm̃ dicit petitionẽ, & ſuppoſitionẽ ratione exteriori dignoſci. modo ratio exterior, vt ibidẽ ſubdit, eſt ſyllogiſmus, modo conſtat apud Ariſt. cõ. 2. primi illius petitionẽ, & ſuppoſitionẽ eſſe immediatas ꝓpoſitiones, quę nõ ſyllogiſmo dignoſci, perſpicueq; fieri poſſunt. Expoſitoribus vero, qm̃ & illũ textũ inducũt, ſicut in græco habetur. ſic. n. habetur, & in græco, vt in trãſlatione. B ſantij apparet. Non eſt aũt id ſuppoſitio, neque petitio ſane quo neceſſe eſt per ſeipſum eſſe, atq; videri, & reliqua. ergo ſenſus concluſionis eſt. id quod per ſe vr̃, & eſt in ſui natura neceſſarium nõ dignoſcitur ſuppoſitione, neq; petitione, ſed per conſequens intellectu tantũ. & ſic verbum illud conſonum eſſe perſpicuum eſt verbo prædicto: ratio autem, quam ponit in textu hoc, vide in tranſlatione Biſantij. & cum res ſit ita, apparet intellectus vero definitionis principij. eſt enim principium propoſitio, qua non eſt

Impugnatio

Definitio principij.

C altera priori, ad hoc vt ſit verum: dico propoſitio loco generis, & vt notetur officium principij intantum enim principium eſt principium, inquantum exercet officium propoſitionis, id eſt, inquantum eſt id, quo propoſitiones, & concluſiones fiunt notæ: dicitur qua non eſt altera prior, quoniam omni concluſione eſt petitio, vel ſuppoſitio, vel dignitas prior: hoc autem, cum nihil ſit prius, niſi intellectus lumen, quod non eſt propoſitio, ideo propoſitio eſt prima, qua non eſt altera prior dicitur ad hoc vt ſit vera: quoniam poſſunt eſſe multæ propoſitiones priores principio negatiue, ſed nõ præexactæ ad illud vt ſit verum: & ſic ex omnibus illis verbis lucet definitio primi principij, qm̃ illa verba diſperſim poſita, ſi in vnũ colligãtur, faciũt acquirere intellectũ definitionis principij. Ex hoc ſequitur, ꝙ de ratione primi principij non eſt, vt actu omnibus ſit notũ, ſed habere eſſe id, quod eſt aptũ natũ omnibus eſſe notũ: & debet intelligi dictũ Algazelis, qñ dicit, quia tũc eſſet omnibus notũ. i. quia eſſet aptũ natũ eſſe omnibus notum, vel ſi hoc nõ eſt eſſentia principij, ſaltẽ erit propriũ conſequens eſſentiam eius. & dico ꝙ principiũ definitũ eſt negatione: qm̃ omne primũ debet definiri illo modo. vnde, & Deus per negationẽ rerum definitur, vt patet. quid ſit igitur prima ꝓpoſitio patet. Quid ſi aũt cõcluſio: ex his modo perſpicuũ eſt: eſt enim concluſio propoſitio, qua eſt altera prior ad hoc vt ſit, & appareat vera, & neceſſaria; & ſenſus huius definitionis ex ſermone prædicto patet. Et

hac declaratione pręmiſſa, verificabitur dictũ Alg. hic, cum. d. hæc propoſi. Deus eſt ſimplex, vel eſt principiũ, vel concluſio ſpeculata: omnis. n. propo. eſt principiũ, vel cõcluſio, vt ex his manifeſtũ eſt palã. Quantum ad ſecun.

Opinio latinorum. latinorum turba fere tota dicũt ꝙ ſcientia principiorũ, & concluſionũ omnino diuerſarũ rationum eſſe debet, & ideo ſcientia principiorũ non ſcientia, ſed potius intellectus dicitur, cognitio cõcluſionũ ſciẽtia vera. Horũ rationes poſſe eſſe: qm̃, ſi eſſent vnius rationis, ab eiſdem fierent & principia, & concluſiones: ergo principia ex principijs innoteſcerent, ſicut cõcluſiones ex principijs. Præterea, ſi vnius rationis eſſent, ergo eſſent vniuoca, conſequens falſum, quoniam principia ſunt cauſa concluſionis per ſe, & eſſentialiter, & non econtra. ergo tollitur vniuocatio per declarata in fine ſeptimæ diſputationis. Præterea, ſi eſſent vnius rationis, ergo eſſent vnius definitionis: qm̃ ratio definitio eſt, vt patet primo Topic. & 8. Meta. modo patet qualiter definitiones ſunt ad modum magnum diuerſæ.

Solutio. In contrarium videtur ſententia The. qui in propoſitione dicente, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ſic probat illam: omne competens per ſe pluribus, & vni per alterum, id per quod competit, eſt magis tale: ſed ſciri competit præmiſsis, & concluſioni, & præmiſsis per ſe, & concluſionibus per præmiſſas: ergo magis præmiſsis. modo, ſi ſciri eſſet alterius rationis, ergo eſſet æquiuocum: & ſic argumentum The. eſſet ſophiſticum. Præterea, in quo fit contradictio eſt vniuocum. modo Ariſto. com. 3. loquens de ſcientia principiorum, & concluſionum inducit contradictionẽ antiquorum, & ponit ſuam poſitionem: ergo ſcire eſt propoſitionibus & concluſionibus vniuocum, & ſic patet ratio. Præterea, Ariſt. cõparationẽ facit. d. ꝓpter quod vnũquodque tale, & illud magis. Modo declaratũ eſt in phyſicis comparationẽ fieri in vniuoco. Ideo dicendũ ſecundũ expoſitores gręcos, ſcientiã principiorũ & concluſionum eſſe vnius rationis. attamen, pro ſolutione argumentorum, debes ſcire ꝙ vna ratio dicitur quandoq; vnitate ſpeciei, qñq; vnitate generis analogici, vt dicit Auer. in 2. de Anima de definitione Animę. cõ. 12. dico ergo ꝙ ſcientia cõcluſionũ, & propoſitionũ ſunt vnius rationis genericæ, quia conueniunt in ratione cognitionis. eſt enim cognoſcere genus ſcire: ergo in ratione cognitionis cõparens ſunt, differunt autem in rationibus ſpecificis: cũ ſcire principiorũ lumine ſolũ ſit, ſcire vero concluſionũ demõſtratione, vt viſum eſt: & ſic argumẽta vndiq; poſſunt concordari, & ſic cõpleta ſit digreſsio, & ad propoſitũ redeo. (Et ſi forte.) Cum induxit propoſitionẽ illam non eſſe de primis principijs, ſed de concluſionibus, & omnis concluſio ſyllogiſmo aliquo, vt dictum eſt, inducenda ſit. ideo inducit ſyllogiſmum philoſophorum ad illam, & inquit, & ſi forte diceretur ꝙ auctoritas. i. ſyllogiſmus ipſorum hæc eſt, videlicet & dedit illum d. ſi ipſe Deus haberet quiditatem, id eſt, ſi Deus eſſet compoſitus ex eſſentia & eſſe, oporteret ꝙ ipſius eſſe eſſet relatum ſibi. i. cauſatum a ſe, vel cauſa per conſequens. i. non cauſa per eſſentiam, ſed per accidens. Debes ſcire, quod omne ens compoſitum ex eſſe & eſſentia eſt cauſa per participationem, & per conſequens non per eſſentiam. cauſa ergo per additionem, & ſic quaſi per aliud & ideo bene ſequitur. ſi Deus eſſet compoſitus ex eſſentia & eſſe, vel eſſet cauſatum a ſe, vel cauſa per accidens, & per conſequens dependens ab alio priori, quod eſt cauſa per eſſentiam. ideo addit, ſed quodlibet conſequens, id eſt eſſe participatiue eſt cauſatum, ergo neceſſe eſſe eſſet cauſatum, quod eſt falſum. eſt ergo vis rationis, ſi primus motor eſt compoſitus ex eſſe & eſſentia, ergo cauſatus a ſe, vel ab altero. Vel forte vis rationis eſt, quoniam, ſi ibi eſſet compoſitio ex eſſentia & eſſe, ergo eſſe eſſet relatum ad quiditatem. i. accidens quiditati, vel pro & cauſa per accidẽs, & non per eſſentiam: & vtroque modo eſt ratio efficax. Reſpondet ergo ad ſecundam vim, & inquit, nos vero dicimus quod hæc ſophiſticatio oritur a vocabulo neceſſe eſſe, quod declarat. d. nos namque dicimus quod ipſe Deus habet veritatẽ, & quiditatem, & dicimus ꝙ illa veritas eſt ens ſine priuatione. i. ens poſitiuum. & forte eſt error ſcriptoris, & debet dicere, & illa veritas eſt ens ſine principiatione. i. carens principio, & fine. Tunc ad formam dicit, & eius eſſe eſt relatum dictæ quiditatis, vel pro. i. eius conſe

A quens.i.eius accidens essentiale. ratio ergo formaliter est soluta.s. ꝙ esse est accidens essentiale essentiæ in Deo, nec hoc est impossibile. Et cum dicebatur, omne accidens consequens essentiam est causatum. Respondet, ꝙ duplex est cõsequens. vno modo nouum, alio modo ęternum. primo modo bene est causatum, secundo modo non, inquit ergo, Sed si intenderemus de consequente causato, quod habet efficientem causam, dicimus ꝙ non est sic, sicut de alijs causatis. recolligit vim sol.d. tandem de intentionibus non est curandum, id est, tandem dicimus non esse inconueniens in essentia esse additas intentiones, & ponit illud, quod demonstratiue probauerunt.d. ipsi enim aliud non probauerunt sup. demõstratiue, nisi quod processus causarum ad infinitum est impossibile. Debes scire, ꝙ sophisticatio, quandoque est in termino medio, vt si dicatur. sidus cœleste canis, omnis canis currit, sipus cœleste currit. Quandoque in consequente, vel in aliqua propositione, quã putatur consequens.s. esse impossibile quod in rei natura est necessarium, vel aliqua propositio esse impossibilis, quæ non est. V.g. terra corpus naturale. omne corpus naturale mobile, terra mobilis: consequens putatur falsum secundum apparentiam, attamen secundum existentiam, & in rei veritate consequens est necessarium. Similiter, terra mobilis secundum locum, omne mobile secundum locum potest recedere a loco, & accedere, ergo terra potest
B accedere & recedere a loco: hic enim videtur minor impossibilis, et non est: sic in proposito argumentum philosophorum erat. Deus compositus est ex essentia & esse. Et omne compositum ex essentia & esse contingens, & non necesse esse, ergo Deus non necesse esse. hic igitur videtur ꝙ minor sit vera, propter verbum necesse esse, quod putatur esse dictum de simplicibus tm̃, & non cõpositis. ecce igitur, quomodo recte dixit Alga. ꝙ sophisticatio est in illo vocabulo necesse esse, qm̃ apparentia est locus, vnde sumitur sophisticatio: & quia ab illo vocabulo sumitur apparentia, ergo & ab eo sumitur sophisticatio.

AVEROES.

Ait Auer. Non transtulit Alga. opinionem Auicennæ debite, prout est, vt fecit in libro intencionum. nam vir, quoniam credidit ꝙ esse rei significat attributum, additum substantię eius, impossibile quidem est apud eum vt substantia eius sit agens esse eius in rebus possibilibus. nam, si hoc esset, erit res causa esse sui, & non
C erit ei agens. & sequitur apud eum ex hoc, quòd omne, cuius esse est additum substantiæ suæ, habet causam agentem. &, quia Primum quidam non habet agens, conclusit ex hoc vt sit esse eius substantiæ ipsius. & ideo id, quo contradixit Alga. cum assimilauit ipsum tum consequens ex consequentibus substantiæ, non est verum. quoniã substantia rei est causa, ex qua aliquid consequitur, & non potest esse rei causa sui esse. nam esse rei est prius quiditate eius: &, cum ponit quiditatem esse eius, non est ablatio quiditatis, vt dixit, sed vnio quiditatis, & esse. Et, cum ponimus quòd esse est passio ex passionibus animæ & id, quod præbet esse rerum in rebus possibilibus, est agens, necesse est vt sit id, quod non habet agens, aut non habebit esse: & hoc essentiam, aut esse eius erit quiditas eius. Attamen hoc totum ædificium eius est supra falsitatem, & est quòd esse rei est aliquod consequens ex consequentibus eius: nam esse, quod pręcedit in scientia nostra scientiam de quiditate rei, est id, quod significat verum. quare idẽ est, ac si diceremus an aliquid sit, sed in eo, quod habet causam, do-

Auic. putauit ꝙ esse significet attributũ additum rei.

Quid significet qõ An est.

terminat esse eius.& vis eius est vis dicti nostri,an aliquid habeat causam,aut non habeat causam . sic dicit Aris. in principio Secundi Posteriorum.sed,cum non habuerit causam, erit vis eius an aliquid habeat consequens ex consequentibus,quod determinat esse eius.cum vero intelligitur de ente id, quod intelligitur de re, & substantia, cum quidem cursu generis,dicti scdm prius, & posterius.& quicquid fuerit non differt in hoc hñs cãm,& non hñs causam , & non significat rem additam de esse.& est id,quod intelligimus p verum. sed,si significauerit quid additum substantiæ , ex eo quidem ꝙ est quid intellectuale non habet esse extra animam, nisi in potentia , prout est vniuersale. Hic profecto est modus, quo consyderauerunt Antiqui de Primo principio , & id constituerunt ens purum . Sapientes vero Maurorum posteriorum putant , ex eo ꝙ consyderauerunt de natura entis, in eo est ens,ꝙ consecutum est apud eos ad ens purum huiusmodi.Attamen via,qua possibile est procedere apud me,adeo ꝙ appropinquetur naturæ demonstrationis,est quoniam entia possibilia in esse ex se, extractio eorum a potentia ad actum erit necessario ex extrahente, quod est in actu,s.agente mouente ea, & extrahente ea a potentia ad actum . &, si extrahens esset etiam de natura possibilis,necesse est vt sit ẽt ei extrahens.&,si hoc etiam esset de natura possibilis,s.possibilis ex se,necesse esset vt sit hic extrahens necessarium ex se,non possibile . & hoc quidem ad conseruandum ea,quæ sunt hic . & permanebit semper natura causarum possibilium , procedentium quidem in infinitum . nam, cum ipsæ fuerint infinitæ, vt apparet ex natura earum, & vnaquæque earum sit possibilis,necesse est vt causans in ens hoc,s.tribuens eis continuitatem,sit quid necessarium ex se , cum appareat de eis necessitas processus in infinitum,s.rerum possibilium ex se. qm̃,si reperiretur tempus,quo non moueretur aliquid omnino,non esset via ad innouationem motus:sed necesse est vt continuetur esse innouatum esse æternum, absque eo ꝙ eueniat Primo mutatio mediãte motu,qui est aliquo modo antiquus . & aliquo modo innouatus . & motum hoc motu est id, de quo dicit Auic.ꝙ sit necessarium in esse ex alio. & hoc quidem necessarium in esse ex alio , impossibile est quin sit corpus mobile continue: nam hoc modo possibile est vt sit innouatum ex se, & corruptibile ab æterno: & hoc appropinquatione rei aliquando, & remotione ab ea aliquando, vt videtur ꝙ hoc euenit entibus generabilibus, & corruptibilibus cum corporibus cœlestibus. Et,quoniam hoc mouens est necessarium ex se,possibile vero ex motu innouato, necesse est vt deueniat ad necessarium in esse absolute,s.quod nõ habet possibilitatem omnino, non essentialiter,nec in loco,nec in aliis motibus , & ꝙ sit huiusmodi simplex necessario.nam,si esset compositũ,esset possibile, non autem necessariũ.& illatio probationis de necessario in esse hoc modo probationis sufficit apud me hac via,& est veritas.Id vero,quod intelligit Auic. in hac via , dicens ꝙ necessarium in esse necesse est vt finiatur aut in

Ex his potes colligere ꝙ Deus nõ habet esse secũdũ Auer. sed est ipsũ esse vel cã essendi.

A necessarium in esse ex alio, aut in necessarium in esse ex se. &, si ad necessarium in esse ex alio, necesse est vt necessarium in esse ex alio consequatur ex necessario in esse ex se. nam ipse existimauit quòd necessarium in esse ex alio est possibile in esse ex se: possibile enim indiget necessario. hæc quidem additio apud me est superflua, & error. quoniam necessarium, quomodocunque positum fuerit, in eo quidem non est possibilitas omnino, & non reperitur aliquid habens vnam naturam, vt dicatur de hac natura quòd sit possibilis aliquo modo, & necessaria aliquo modo. quoniam declarauerunt homines quòd necessarium nihil est possibile omnino. possibile enim contradicit necessario. id vero, quod potest esse, est vt aliquid sit necessarium ex parte vnius naturæ, & possibile ex parte alterius naturæ, vt existimatur de corporibus cœlestibus, aut eo, quod est supra ea, scilicet quòd est necessarium essentialiter, possibile tamen quo ad motum ad vbi. Induxit tamen eum ad hanc diuisionem: quoniam ipse credidit quòd cœli B sunt essentialiter necessarii ex alio, possibiles tamen ex se. & iam diximus in multis locis quòd hoc non verificatur. & demonstratio, quam constituit Auicenna de necessario in esse, cum non distinguatur hac distinctione, & consyderetur hac consyderatione, est de natura sermonum communium topicorum: cum vero distinguitur, est de natura sermonum demonstratiuorum. * Et debes scire quòd innouatio, quã lex declarauit de hoc mundo, est eiusdem speciei cum innouatione, quæ apparet hic: & est illa, quæ est in formis entium, quas appellat secta Assaria attributa animalia, & eas appellant Philosophi formas. & hæc quidem innouatio est ex alia re, & in tempore. Quomodo autem sit dispositio naturæ entis possibilis cum ente necessario, tacuit de hoc lex propter remotionem eius ab intelligentia vulgi: & etiam, quia non est necessaria scientia eius, quo ad vulgi felicitatem. Quod vero existimat secta Assaria quòd natura possibilis sit innouata, & C creata a nihilo, est id, in quo certant cum eis Philosophi, tam qui dicit innouationem mundi, quàm qui non dicit eam. & quod dixerunt, cum inspexeris id, in rei veritate non est ex lege Maurorum, & non cõstituitur de eo demonstratio. quod vero est ex lege, est iussus vt remoueatur a speculationibus, quas lex tacuit. & ideo dicitur in Talmud De eo, quod concessum est tibi, inquire, & non debes incumbere rebus occultis. & scias ꝙ vulgus deuenire ad quæsitum huiusmodi est ex inuolutionibus, & erroribus.

In necessario quocunque posito, non est possibilitas omnino.

Hucusq; vetustior.

Cum induxit solu. quam dedit ad argumentum philosophorum Alga. intendit modo examinare sermonem Alg. & primo ostendit ipsum non recte induxisse opinionem Auicen. & inquit, Dicimus nos ꝙ Alg. non transtulit Auic. opinionem perfecte, sicut fecit in quodam lib. qui vocatur liber intentionum philosophorum, est ergo primum peccatũ, ꝙ nõ cõplete narrauit eius opinionẽ. (Postquam.) Nunc ostendit ipsum sibi contrariari, & ponit ea, quę sibi concessit, & inquit, postquã enim iste homo opinatus est quod esse rei significat denominationẽ additã super substãtiam. est ergo prima ꝓpositio eius, quod esse est accidẽs essentiæ, (Et putat) Apponit secundam, d, & putat quod impossibile sit, quod

ipsa substantia.i.essentia agat suum esse in rebus possibilibus.i.generabilibus & corruptibilibus, per hoc fundamentum.s.quia sequitur quod res esset causa sui esse.& si sic, ergo sequitur quod non haberet agens, immo ipsa a seipsa ageret. est ergo secunda propositio, ꝙ vna res non potest esse causa sui esse. (Sequitur eum.) Tunc infert tertiam propositionem ex ratione secundæ propositionis: habet enim ipse ꝙ omne habens esse, oportet vt eius esse causetur a seipso, vel ab altero: ideo concludit quasi correlarie hanc.s.ꝙ omne habens esse sit habens causam agentem. dicit ergo, sequitur ergo eum ex hoc, ꝙ quodcunque habet esse additum super suam substantiam, habet sine dubio agentem causam assumatur ergo hæc propositio loco maioris in hunc.s.modum: omne habens esse additum suæ essentiæ, habet causam agentem: hęc patet, & est conducta ex verbis illius. Tunc addatur minor.s.Et cum prima causa apud eum agens non habeat. est ergo minor, sed prima causa non habet agens. sequitur in secunda figura, quod prima causa non habeat esse additum essentiæ. posuit ergo minorem, & maiorem, & non conclusionem, quæ formaliter sequitur, sed quę potestate sequitur, & dicitur, igitur oportet ꝙ eius esse idem sit, quod eius substantia.i.essentia. Hęc quidem conclusio non est illa, quæ sequitur ex propositionibus formaliter, sed potente: & consuetudo Arist. & Auer. est ista, quandoq; ponere conclusionem, quæ formaliter sequitur, quandoque quę sequitur potentia propinqua, vt hic. vtrum autem omne compositum ex esse, & essentia de necessitate indigeat causa, vel non, est quæstio perscrutabilis multum, & nolo nunc, sed forte in fine huius libri immorabor. (Vnde ex hoc.) Vult nunc colligere errorem eius ex dictis & inquit, vnde, ex hoc sequitur ꝙ id, in quo Alga. obiecit Auicen. videlicet, quia posuit quoddam consequens substantię.i.essentię est falsum, & reddidit causam d.substantia.i.essentia enim rei non est causa consequentis.i.esse, quod sequitur ipsam, quia impossibile est quod res sit suiipsius causa. Reddidit & secundam causam.d. & quia esse rei præcedit suam quiditatem, ergo quiditas non potest esse causa essendi. hoc modo potest argumentum hoc componi, omnis causa naturaliter præcedit effectum, sed quiditas non præcedit esse, immo naturaliter sequitur, ergo quiditas non potest esse causa esse. Debes scire pro intellectu minoris, quod comparatio quiditatis ad esse est comparatio potentiæ passiuę ad actum formalem, eo quia potentia passiua est quasi subiectum recipiens. modo apud illos essentia est subiectum recipiens esse: ergo comparatio quiditatis ad esse est comparatio materiæ ad formam, & econtra.s.comoaratio esse ad essentiam est comparatio formæ ad materiam: sed, quia materia pręcedit formam secundum quid, forma peæcedit materiam simpliciter, vt dictum est in.9. Metaphysi.& in.8. Physi. locis proprijs, relinquitur ꝙ simpliciter esse præcedit essentiam: et per consequens habetur declaratio minoris.s.quod esse pręcedit essentiam naturaliter & simpliciter, & sic sequitur conclusio.s.d.ꝙ essentia non potest esse causa naturalis actiua ipsius esse: & sic patet hic locus. (Vnde posito.) Conducit quod dictum est quasi capitulando.d. vnde posito, quod esse sit vnum entis.i.essentiæ consequentiũ, & posito quod id, quod dat esse rerum possibilium sit agens, sequitur quod id non habet agens, aut non habet esse, quod falsum est, aut quod esse eius sit eius quiditas. est ergo syllogismus hypotheticus, cuius antecedens est vna propositio copulatiua, & consequens vna hypothetica disiunctiua. Et consequentia potest sic componi: omne, quod habet esse diuersum ab essentia, habet agens: sed prima causa non habet agens, ergo vel non habet esse, vel esse est idem essentiæ omnibus modis. & sic patet sermo eius. (Sed omnia ista.) Cum destruxit sermonem Alg. in parte, vult complere illud, & in primis apponit causam erroris eius & inquit, sed omnia ista fundantur super vnum errorem, videlicet, quod esse est vnum suorum consequentium.i.accidens essentię. (Id nanq;.) ostendit illud fundamentum Alg. esse falsum. & inquit, id nanq;, quod præcedit in scientia nostra quiditatem rei.i.definitionem rei, esse verũ: quęstio enim an res sit, est prior quęstione quid rei essentia sit, ergo esse pręcedit naturaliter definitionem, & per consequens esse prius est essentia, ergo non est sibi accidens. (Et ideo, quando petimus.) Debes scire, quod res habentes esse sunt duobus modis diuersis, vna

A enim res habet esse causatum a causa, vt res possibiles esse, vel non esse. Alia ha
bet esse simpliciter idem essentię, vt prima causa: & quia ita est, conducit quasi
correlarie quęstionem, an est, diuersimode ordiri in re primo modo, & in re se-
cundo modo, Et inquit, & ideo quando petimus, si res est ens, vel si habet esse. i.
ideo, quando quæritur quęstio an res sit, vel habeat esse, & illa res, de qua quæ-
stio an est inducitur, habet causam inferentem suum esse. i. agentem eius esse, di-
co ꝙ quæstio illa tantum valet, quantum dicere, vtrum habeat causam, vel nō,
vt patefecit Aristot. in principio secundi posteriorum. in rebus ergo habētibus
esse causatum cum quęritur quęstio an res sit, sensus est, an res habet causam sui
esse. (Sed si illa) Ostendit sensum quæstionis an est in rebus, quarum esse est in
causatum. d. sed si illa res non habet causam, tantum valet quęstio sup. an est illa
res, quantū dicere, vtrum res habet consequēs inferens suum esse. i. vtrum habet
esse, quod est idem, quod sua quiditas, aut diuersum a sua quiditate.

Sed, hic est locus quęstionis: quoniam quęstio an res est differt a quęstione **Dubitatio.**
propter quid: quod declaratur secundo posterio. Si ergo quæstio an res sit, sit
quęstio de esse relato ad causas, quæstio an res est, non differret a quęstione pro
pter quid. Dicendum, quod istum locum omnes fere latini ignorant, & non
vidi aliquem, qui poterit ponere secundum sua fundamenta differentias quatuor
B quęstionum secundo posterio. inscriptarum. Ideo, vt argumentum intelliga-
tur, debes scire quod quidam dixerunt, quod sensus quęstionis an res est, est an
res in effectu sit: ergo sensus quęstionis, si res est, est de esse existentię. Sēsus quę
stionis quid res sit, est de esse essentię. Alij dicunt ꝙ sensus quęstionis si res sit,
est de esse seorsum sensus quęstionis quid res sit, est de quiditate seorsum: sed hęc
parum, aut nihil differunt inter se. ego in secūdo posterio. scripsi opiniones has,
& eis contradixi argumentis firmis. pro nunc dico, ꝙ omnis quęstio est quęstio
essentię, eo quia esse est singularis, & indiuidui, vt dictum est tertio de Anima
commen. 9. ergo esse non intrat scientiam, & per consequens non debet intrare
quęstionem scibilem. omnis ergo quęstio est essentię. & hoc dixit Aristo. omnis **Oīs quęstio**
quęstio est quęstio medij. essentia autem rei potest ad quatuor comparari, vel ad **est medij.**
causam ponentem illam extra nihil, vel ad principia formalia inclusa in essen-
tia, quę dicuntur genus & differentia, vel ad consequentia essentialia illi, vel ad
principia illorum consequentium. si essentia illa refertur ad causam agētem, vel
ponentem ipsam extra nihil, erit quęstio an res sit. Vel principia intrinseca
eius, & sic erit quęstio quid res sit. Vel ad accidentia essentialia, & sic erit quę-
stio ipsius, quia est. Vel ad causas accidentium, & sic erit quęstio propter quid:
ergo vna est natura omnium quęstionum, licet modi referendi illius naturę sint
C diuersi, & sic verificatur sermo Auer. hic. Hęc est intentio Io. grammatici. 2. po-
steriorum aperte. & Themistius non videtur esse contrarius huic, si bene considerē-
tur verba eius. (Sed quando intelligitur.) Cum induxit causam erroris Alga. &
conduxit modum, quomodo quęstiones verificentur, secundi posterio. ponit mul
tiplicem modum capiendi esse, et vult quod vno modo capitur esse pro ente sim
plici. & quiditate, & sic est analogum genus commune decem prædicamentis.
capitur ergo esse pro ente indifferente omnibus rebus, & hoc inquit, sed quando
intelligitur de ente id, quod intelligitur de re, vel quiditate, id est vt est transcen
dens ad habens quiditatem, vel ad ipsam quiditatem, tunc sumitur modo gene-
ris analogice dicti, id est tunc est commune. 10. prędicamentis tanquam genus.
(Sed si.) apponit secundum modum capiendi esse, & vult quod secundo modo
capitur esse pro quodam addito essentiæ, quę essentia est quid in potentia, & nō
extra animam, sicut est vniuersale, & sic esse est modus essentię, quo essentia po-
natur in effectu: & hoc dicit, sed si significaret rem additam super substantiam, et
sit quid imaginabile: & forte litera est corrupta, & debet legi. super substantiā,
quę est quid imaginabile, videlicet non habens rem, id est existentiam extra in
tellectum, nisi in potentia, vt vniuersalia, dicimus ꝙ hoc modo capiendo esse ꝓ
modo essentię est illud, de quo speculati sunt antiqui in prima causa, de qua sup.
addunt ipsam esse ens simplex. est ergo vis distinctionis ꝙ esse potest capi pro
synonymo enti, & potest secundo capi pro modo essentiæ, primo modo non erat

quæstio apud antiquos. secundo modo bene est quęstio, an Deus sit simplex, [illegible] compositus ex essentia & esse: & sic patet quomodo essentia, ablato esse, [illegible] tum ens in anima, et non extra animam, vt vniuersale, vt dicit hic Auen. [illegible] dicam post aperte. (Sed moderni.) Apponit breuiter viam modernorum [illegible] ris, qua peruenerunt ad simplicitatem primi entis, & dicit, sed moder [illegible] saracenorum speculat' sunt in natura entis, inquantum ens, & dux[illegible] gatio ad ens simplex modo supradicto, id est cuius quiditas est suum es[se] [illegible] ergo fuerunt vię, quibus probatum est primum motorem esse ens simplex [illegible] compositione essentię, & esse: quarum prima est antiquorum hoc modo: [illegible] ens compositum ex essentia & esse est causatum, habens agens: sed pri[mus mo]tor non est causatus, causam habens: ergo primus motor non est composit[us ex] essentia, & esse: hanc viam declarauit. Via secunda saracenorum moder[norum] est, quam hic sub breuitate tetigit, quoniam omne ens, vel est compositum [vel] simplex, & cum non sit processus in infinitum in compositis, oportet [illegible] venire ad ens summe simplex omni compositione, & componibilitate car[ens]. (Sed via demonstratiua apud nos.) Visis duabus vijs, quæ forte possunt esse [illegible] tes, vult inducere propriam viã peripatheticorum, & primo accepit vnam pro[po]sitionẽ, quę est. s. quod entia possibilia, & contingentia de necessitate habe[nt] agens ęternum conseruans illa in continua transmutatione. Ad hoc proban[dum] accepit propositiones, & inquit, sed via demonstratiua apud nos in hoc propo[si]to est, quod entia, quę sunt possibilia in eorum substantijs. i. ad hoc vt sint a[ctu] oportet vt egrediantur de potentia ad actũ: hęc propositio declarari pot per ea, quę dicta sunt ab eo primo cœli com. 124. (Quare illud.) Ex illa conducit istam propositionẽ, & inquit, quare illud, quod extrahit ea ad actum, est agens in actu necessario: declaratum est. n. in naturali philosophia, quod semper estimatur [illegible]ma mouens, & quod omne, quod agit, agit vt est ens in actu: habetur ergo hęc pro[po]sitio. s. quod extrahens entia possibibilia de potentia ad actum, conseruans il[la] in tali continua transmutatione, est agens in actu. (Sed si.) Hoc stante a[illegible] & intendit hanc rationem diuisiuam. s. si est agens illud in actu, vel est agens il[lud] ens possibile, vel æternum: non ens possibile, quia iterum haberet agens, vel igitur esset processus in infinitum, vel oportet venire tandem ad agens ęter[num], vt dixi primo, ergo remouet primum membrum: secundo conducit secun[dum] ex destructione primi, inquit ergo, sed si illud, quod eis actum daret de na[tura] fuerit possibilitatis, indiget similiter extrahẽte ipsum: & iterum, si illud [illegible] possibile fuerit, indiget extrahente donec perueniet ad vnum necessarium in [illegible] substantia, scilicet, in seipso: dico tali modo, vt conseruetur continue: nam possi[bilium] causarum ad infinitum procedẽtium, quoniam infinitę reperiuntur, sicut de ipsarum natura apparet, cum quęlibet ipsarum sit potentia, id est, possibilis esse, vel non esse. (Oportet ergo necessario.) Cum destruxit membrum falsum, nunc conducit membrum verũ, & inquit, ergo oportet necessario vt id, quod dat eis esse continuum, id est, sempiternum, sit necessarium in seipso, postquam pa[tefactum] est quod res possibiles in seipsis procedunt ad infinitum. (Si enim.) Ad hoc argumentum dixerunt loquentes suę legis, quod bene necessarium est veni[re] ad agens æternum: sed oportet ponere tempus, in quo nullus motus fuit, nec aliqua res mundi fuit: immo Deus stetit ab ęterno, & post incœpit mouere mo[tu] nouo. Contra hoc loquitur Auerro. & inquit, si enim esset quoddam tẽpus in quo nullum mobile fuerit, nulla esset via, vt innouaretur motus: consequen[illegible] fuit inducta disputatione prima. (Immo oporteret.) dicit immo oporteret, vt [illegible] quireretur esse innouati. i. immo esset necessarium pro esse motus aliquod med[iũ] aliquo modo nouum vnitum, id est, ligatum cum ęternali esse, dico mediũ, quod sit, & mobile, quod hoc motu mouetur, quod vocatur ab Auic. necessarium per aliud, quod est corruptibile mobile necessario continue: & hęc omnia dicta [illegible] disputatione prima, & primo cœli commen. 22. & 33. & nolo modo immorari. (Quare hoc.) Dicit quasi tertiam rationem prædictam in prima disputatione, & in 8. commentis. 46. & 47. & secundo Perigenescos, & inquit, quia hoc mo[do] possibile est reperire, vt fiat innouatio & corruptio ab æternali esse, videlicet

Primavia saracenorũ pbans primũ motorẽ non esse cõpositũ ex essę et essentia.

Secũda via.

A cet, appropinquando & distando, vt in entibus generabilibus & corruptibilibus communioribus reperitur: motus enim solis in obliquo circulo causa est generationis & corruptionis continue: & hoc totum millies verificatum est in Metaphysica, & Perigenescos, (Et quia.) Ex hoc conducit propositionem propositam, & inquit, & quia hoc mouens necessarium est a se, & possibile in motu generabili, id est, quia cœlum est ęternum secundum substantiam, & generabile & corruptibile secundum motum, oportet necessario quod perueniat ad vnum necessarium absolute, videlicet, hoc modo quod nullam habeat possibilitatem. (Quare oportet.) Cum conduxit propositionem principalem, scilicet, dicentem quod in natura est vnus primus motor æternus causa omnium rerum possibiliũ conduxit propositionem intentam, & inquit, quare oportet ꝙ sit simplex, & dedit rationem. d. si enim cõpositum fuerit, esset possibile & non necessariũ: & sermo põt in hunc modum componi: omne compositum est possibile, primus motor est compositus per te, ergo est possibilis: conclusio est falsa, & non propter figuram, vel modum, ergo propter propositionem, & non propter maiorem, ergo propter minorem, ergo primus motor est simplex. Dicit, hæc via apud me est sufficiens, & verissima ad asserendum necesse esse, (Illud autem.) Cum induxit propriam viam, vult abscindere viã Auicē. & ideo ait, illud autem, quod dixit Auic. in hac propositione, sunt ambages, & narrat opinionem eius. d. ipse enim

B ait ꝙ possibile esse oportet, quod perueniat aut ad necessarium esse per aliud, aut ad necessarium esse per se. Si primo modo, oportebit ꝙ illud necessarium ꝑ aliud sit consequens, id est, depēdens cuiusdam necessarij per se, id est, ab aliquo, quod est necesse esse per se ipse nanque opinatus fuit, quod necessarium per aliud sit possibile per se, & opinatus est quod quodlibet possibile indiget necessario dãte sibi esse: hæc est sententia Auicen. est ergo via Aui. hæc, omne necessarium per aliud reducitur ad necessarium per se, sed corpus mobile motu æterno est necessarium ab alio, ergo reducitur ad necessarium per se: quare, si necessarium est in rerum natura ab alio, erit necessariũ per se in rerũ natura; & hoc voluit esse simplex omni compositione carens. (Vnde dicimus.) Nunc vult destruere hanc viã, & primo ostendit minorē esse falsam. d. vnde dicimus quod additio sua hic est superfluitas, & error: fingit. n. quod aliquod est necessariũ per aliud in se possibile; cuius rõnem dedit & dixit, necessariũ nanq;, qualitercunq; sit, nullã habet possibilitatem. i. oē necessarium est simpliciter ęternũ, & nullo modo possibile, & dicit, neq; vlla est natura possibilis aliquo modo, & necessaria alio modo; declaratum est. n. a philosophis ꝙ nullum necessariũ potestatē habet. (Sed id, quod) Cũ induxit errorem, dat locum erroris, & inquit, sed id, quod duxit eum ad hoc, est quod ipse opinatus est, quod orbes possibiles sunt de seipsis. i. in natu

C ris suis, necessarij per aliud. i. a motoribus. (Sed nos.) Remittit se, & inquit, sed nos declarauimus in pluribus locis, quod demonstratio Aui. est valde defectibilis, & ideo de istis non oportet diffusius tractare.

Sed, in fine huius solutionis sunt quęstiones non paruę. Et prima quidem quęstio difficilis multum est, vtrum omne compositum ex esse, & essentia indigeat agente, vel non. Cui auget quęstionem verbum Auer. cũ dicit, quod oē compositum est possibile, & ideo quęstio vna integra potest fieri, vtrum omne cõpositum ex esse & essentia sit possibile habens agens. Secunda quęstio erit, vtrum ponendo entia oĩa esse de nouo facta, potest esse via firma probandi impossibilitatem primi motoris. Tertia quęstio est, vtrum possit esse aliquod necessarium per aliud, & possibile in sui natura. Et habet argumenta pro vtraq; parte: quĩa quęlibet intelligentia secundum Auer. est composita ex materia, & tamen nulla est natura possibilis in se, & antecedens est dictum palam. 3. de Anima & in com. 5. & in commen. 14. Pro opposita vero parte sunt conclusiones non paruę, quoniam omnis compositio est possibilium componi, & quęcunq; sunt possibilia componi sunt possibilia dissolui, eadem enim sunt substãtia cõpositionis & dissolutionis, & quãdo compossibilia sunt possibilia dissolu. compositũ ex eis est possibile in sui natura, & hanc viã dixit Ari. 13. Meta. firmissime. Et pręterea, omne compositum est nouum, 12. Meta. cõ. 39. cum igitur omne cõ- Quęstio. 1.

poſitum ex eſſentia & eſſe ſit compoſitum: ergo erit nouum, & per conſequ
in ſui natura ens poſsibile, ergo quęſtio prima eſt multum ambigua.

Quęſtio.2. SECVNDA QVAESTIO etiam eſt difficilis propter duo. primo, quia
detur quod rationes, quas dedit Ari. in.8. Phyſi. ſunt rationes debiles, ſecund
poſſunt poni viæ firmę, immo potiores vijs prędictis. Fuerunt autem vię Ari.
in.8. vt dicit Auerro.8. Phyſic. commen.27.33.45.&.7. Phyſi. commen.pr
&.9. fundatę in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt, quod omne m
habet motorem: ſecunda eſt, ꝙ omnia, quę mouentur in loco, reducuntur ad
mum motum, & ad primum mouens: & has duas perſcrutatus eſt in.7.
viſis, ex his probat illud primum mouens non eſſe corpus in hunc modum.
lum mouens immobile ſimpliciter eſt corpus, ſeu virtus in corpore: ſed pr
motor eſt mouens immobilis ſimpliciter: ergo non eſt corpus, neq; virtus in
pore: maior eſt manifeſta per ſe, minor declaratur in.8. quod enim ſit mo
primum, dictum eſt in.7. quod autem non mouetur, probatur in.8. hoc modo
niam vel mouetur per ſe, vel per accidens: non per ſe, quia tunc non eſſet
mum, quia mouetur ab alio corpore priori, ſi per accidens, adhuc ſtare non p
teſt, quoniam omne per accidens contingit non eſſe, ergo primum motorem
ueri per accidens poteſt non eſſe, & ſic poſito in eſſe nullum ſequitur inco
niens, &c. Secunda ratio probans eandem minorem eſt, aliquod eſt mo
non mouens, vt primum mobile, aliquod mouens motum: ergo, ſi datur mo
non mouens, dabitur mouens immobile, per regulam Ari. quando ſunt duo
iuncta, ſi vnum poteſt eſſe ſine altero, & alterum ſine altero. Tertia ratio
idem, ſequitur quod ferens ferretur, & docens addiſceret, & calefaciens cal
ret, & multa talia, quę omnia ſunt ſimpliciter inconuenientia. Vltima via
ut ad idem eſt, quoniam omne corpus, vel virtus in corpore mouet per tem
finitum, ſed primus motor non mouet per tempus finitum, immo tempore infini
to, ergo primus motor non eſt corpus, neq; virtus in corpore: maior declarata eſt
ibidem per hoc, quia nulla virtus finita mouet mobile finitum tempore infinito:
ſed corpus, vel virtus in corpore eſt mouens finitum, ergo non mouet mobile f
nitum tempore infinito. Iſtę igitur ſunt omnes vię, quę ſunt enumeratę in.8.
propter quas fuit ordo totius philoſophię naturalis, vt patet eis, qui viderunt
Solutio. ipſum. Sed, ſicut dixi, vię iſtę ſunt debiles: & prima quidem multis modis an
nihilari poteſt, primo modo dicendo quod per accidens eſt duobus modis: con
tingens, & neceſſarium: & hoc dicit Auer.1. Phy. commen.66.&.4. Phy. com
men.2.&.5. Metaphy. commen. vltimo. & albi: dicerem ergo quod primus mo
tor mouetur per accidens neceſſario, & ideo tunc non contingeret non eſſe.
Secundo annihilari poteſt dicendo, quod primus motor poteſt non moueri, &
hoc a ſe, nec eſt inconueniens, vt patet in multis. Poteſt etiam hęc via alijs mo
dis impediri, ſed non curo: ſecunda etiam non confert, & inuenitur inſtan
terminis hoc modo: in rerum natura eſt intelligibile intelligens, vt intelle
noſter, & intelligibile non intelligens, vt res materiales, ergo dabitur int
gens non intelligibile: concluſio eſt falſa, ergo regula illa, ſupra qua fundatur:
tertia etiam nihil eſt, quoniam illa non ſunt inconuenientia, ſed neceſſaria: quo
niam.3. cœli commen.28.&.4. cœli commen.22.& alibi, lapis ratione ma
fertur, & ratione formæ ſe fert. ſecundum enim Auer. idem poteſt ſe mouere
licet, ratione formę ſe mouet, & ratione materię, ſcilicet, mouetur, vt dix
Phy. commen.71.& etiam neceſſarium eſt vt docens addiſcat, q̄m ratione int
lectus poſsibilis addiſcit, ratione intellectus agentis docet ſe. dicit enim Linco
nienſis groſſateſta primo poſteriorum, quod agens intellectus eſt verus do
qui mentem illuminat, &c. Et etiam neceſſarium eſt tertium, aqua enim
cta reducit ſe, vt dicit Aui. ſecundo ſuę ſufficientię. Iſtę ergo rationes
tum debiles, & nihil concludunt quantum ad probationem illius propoſi
vltima etiam nihil valet, & videtur peccare in duobus: primo, q̄m mat
eſt, q̄m non eſt primus motor mouens tempore æterno, cum motus cœli, vt dicit
Plato, incœpit. Et pręterea id, quod videtur eſſe neceſſarium motum
num, ęque bene poteſt concludi impartibilitas primi, cum ęternitate motus pr
ſuppoſita,

suppositа, sicut non præsupposita: & hoc dicit Egidius expositor. 8. Physi. circa principium: si.n. motus incœpit, potest declarari primū esse impartibile, & si est æternus, etiam potest declarari: cur ergo dicit Auer. quod non potest sciri impartibilitas primi, nisi ex æternitate motus? vide. Secūdo principaliter videtur, quod possunt induci viæ firmiores ad probādum impartibilitatē primi, & tñ nō sunt philosophicæ viæ: & prima ratio est Platonis in Thymeo, quæ sic cōponitur: omne agens ad exēplar ideæ abstractæ est agens abstractum a materia: sed Deus egit tēpus ad exemplar eius, & mundū ad exēplar sui idoli: ergo Deus est virtus abstracta: hæc est ratio demonstratiua, & tñ non est naturalis, sed Metaphysica. Secūda vtr esse potest: omne agens per intellectū, & voluntatem sine pena, & labore, est virtus abstracta a corpore: sed primus motor est agens per intellectum, & voluntatem, & sine pena & labore: ergo est virtus abstracta a corpore: aliæ rationes tangentur in quæstionis corpore.

Viæ firmiores ad pbandū impartibilitatē primi motoris.

TERTIA QVAESTIO, scilicet, dicens ꝙ nō possit esse aliqua natura in se possibilis, & æterna per aliud, est ēt difficilis: & videtur ꝙ sic. primo, quoniā partes cētrales terræ sunt in suis naturis possibiles, & tñ sunt æterne per aliud. i. quia eis nō pōt applicari agens corrūpens: similiter partes ignis, quæ concauū tangunt Lunæ, sunt æternæ ratione cœli, & generabiles in suis naturis. Præterea videtur, ꝙ omne causatū habeat naturam possibilē: aliquod sempiternum est causatum: ergo aliquod sempiternum habet naturam possibilem: maior propositio declaratur: quoniam, ꝙ habet esse ab alio, non habet esse a se: ergo habet de se non esse: tenet cōsequētia ex negatiua de prædicato finito ad affirmatiuā de prædicato infinito, secūdo Perihermenias: ergo, cū omne causatum habet esse ab alio, omne causatū habebit de se non esse, & per consequens in sui natura erit ens possibile, minor aūt manifesta est per se, & post declarabitur.

Tertia qō.

Circa istas quæstiones per ordinē sic procedam: qm̄, primo soluā prima, deinde alias. Debes ergo primo scire, ꝙ in omni causato, immo in omni re, excepto Deo, est assignare duos gradus. vnum, quo res appropinquat optimo, & perfectissimo, & quo recedit ab imperfectissimo. alium, quo res appropinquat nō gradui perfectionis, qui forte est materia, & quo recedit ab optimo. V.g. pro iunioribus in musca est vnus gradus, quo propinqua est primo & optimo, & quo recedit a materia, & a nō gradu perfectionis. & est alter gradus, quo vicinatur materiæ, & recedit a primo & optimo: isti quidē gradus in aliquibus rebus sunt distincti & modo, & re: in musca.n. est dare materiam, qua vicinatur non gradui perfectionis, & contingit dare formā, qua propinqua est Deo, & remouetur ab illo non gradu perfectionis: in aliquibus aūt sunt in subiecto, & re idē, & differunt in modo tantū, vt in natura superiori. V.g. in genere substantiarum abstractarum.n. huius diuersitatis ratio esse potest: qm̄ in rebus generabilibus gradus illi fuerūt distantes, & inuicem separati, in natura superiori semper fuerunt [illegible]. Etiā esse potest altera ratio: qm̄ quæ dispersa sunt in natura inferiori, [illegible] colliguntur in natura superiori. adeo ꝙ, quæ sunt re & subiecto diuersa [illegible] generabilibus, tantummodo reperiuntur distincta in natura superiori. Secūdo debes scire, ꝙ ratio, & causa vera, quare huiusmodi gradus reperiuntur in omni re, excepto Deo, est, qm̄ citra illam rem est dare extremum perfectissimū, quod est causa illius, & extremū imperfectissimū nullam rationē causæ habēs: & quia Deus est tantum causa, & nullo modo causatus, ideo est omnino simplex, & summe simplex: non.n. habet extremum perfectius eo, cui possit appropinquar, & aliud, a quo possit recedere, ideo omnino simplex est, & omni compositione carens, vt dixi. Et cum hoc sit ita, potest hoc theorema conduci, scilicet ꝙ omne causatum est compositum ex his duobus gradibus: qm̄ omne causatum [illegible] a causa sua, & sic habet gradum imperfectionis, & similatur illi, & sic habet gradum perfectionis. ergo omne causatum compositum est ex illis. Et etiā [illegible] conuersum, scilicet ꝙ omne habens illos gradus est causatum: & huius ratio est, vt dixi, quoniam res reperitur imperfecta intantum, inquantum habet causam perfectiorem, & reperitur perfecta prout causæ perfectissimę appropinquat, & hoc modo verificatur dictum Auer. 12. Metaphy. commen. 39. &

In oī causato est duplex gradus.

Causa quare dātur gradus illi in omni causato.

ctum eius supra, quod omne compositum est nouum: quod intelligo omne compositum, quacunque species compositionis, est nouũ, id est causatum propter rationem dictam. Tertio debes scire, quod isti gradus diuersimode solẽt a philosophis nuncupari. dicitur enim gradus imperfectionis quandoq; essentia, quandoque materia, quandoque intellectus possibilis, quandoque priuatio, quandoque gradus imperfectionis. Dicitur quidem essentia, quonia ut sicut essentia est potentia perficitur ab esse, sic ille perficitur a gradu perfectionis. Dicitur intellectus possibilis, quoniam in anima intellectiua, cum ipsa sit imperfecta propter illum gradum, ideo est nata perfici per illum, & per consequens dicitur potentia intelligibilium, ergo, vt sic, dicitur intellectus possibilis, & hoc nomen habet solum nostra anima. ratio autem, quare non sic dicitur in alijs, dicta est in lib. de intellectu. Dicitur & quãdoque materia, qm̃ sicut materia est causa rei imperfectionis, ita & ille gradus est causa rei imperfectionis. Dicitur & etiã priuatio, quoniam sicut priuatio est carẽtia formæ in subiecto apto nato recipere illam, ita ille gradus est carentia perfectionis, quæ reperitur in causa illius, per quam res est nata perfici sub ratione generis, vel speciei ab illo. Dicitur gradus, qm̃ eo distat a summo, & vicinatur vili, vt vides. Per contrarium gradus perfectionis dicitur gradus, eo quia eo, vicinatur supremo. Dicitur esse, quoniam eo ille gradus imperfectionis perfectione & esse tali participat. Dicitur forma seu actus, quia eo perficitur ille gradus imperfectionis inquantũ materia dicebatur. Dicitur intellectus agens, qm̃ in anima nostra est causa, qua intelligibilia sunt ... semis in ratione intelligibilis, vt intelligibile actu. Dicitur & habitus, pro ... recedit a priuatione, & ab ipso non esse, vt vides. Et hoc modo verificatur dictum Auer. tertio de Anima, commen. 5. & 14. qm̃ dicit, quod omnis intelligẽtia est composita ex materia præter primã, & 2. Meta. commen. 4. & 12. Meta. cõ. ... prima intelligentia est simplex, & oẽs aliæ sunt compositæ ex participato ... ex essentia & esse.

Diuersis nominibus nominãtur gradus illi.

Sol. ad primã q̃onem.

His visis patet solu. quæstionis: quoniam vel compositum ex esse & essentia est cõpositum, in quo illa sunt re, & modo dispersa, & ... verificatur, scilicet quod sic. omne enim compositum ex essentia & esse diuersis secundum rem, est generabile, & per consequens ens possibile. Si compositum fuerit ex illis non secundum rem, sed secundum modum intelligẽdi diuersis, ... stio non verificatur nisi hoc modo, scilicet quod omne compositum quomodo ... habet causam, vt visum est. Ad argumenta pro vtraque parte patet ... quidem nihil est, qm̃ intelligentia est natura causata, & hoc sufficit ... ro continet de eis, quæ fuerunt aliqua hora distantia. vt patet in genera. ... sed, vbi sunt simpliciter idem, & distinguitur tantum ratione, non valet ... non valet, quoniã verificatum est in vno sensu, vt patet in corpore ... & cum hoc sit ita, apparet qualiter dictum Auerr. debet intelligi hoc modo, scilicet quod omne compositum ex illis diuersis secundum rem est possibile ... non, vt constat. Circa quæstionis solu. primo debes scire, quod quæstio an primus motor sit, potest duobus modis intelligi. Vno modo, vt pars subiectiua entis abstracti, & a Metaphysica considerati. Alio modo absolute. si consideratur vt pars subiectiua entis Metaphysice considerati, vt sic accipitur primus motor abstractus a materia & motu: quoniam, vt sic, est ad rationem Metaphysicæ astrictus, quæ consistit in modo abstractionis a materia & motu, vt dicitur ... Meta. & hoc modo illa quæstio est problema dubium, & difficile ... ro consideratur vt primus motor absolute, vt sic non limitatur ad aliquam rationẽ considerandi, nec scilicet ad abstractum esse, neq; ad esse in materia ... quæstio illa nihil est, quoniam illa, primus motor est, propositio est per se nota. Et cum hoc sit ita, manifestum est quod primum principium esse absolute consideratum, nõ est quæstio, nec dubitabilis propositio: quoniam, vt sic, non cadit sub consideratione alicuius artis: sed primum principium abstractum esse, ... tionem considerandi in Metaphysica, & intrat genus propositionum dubitabilium. Quod autem hoc sit ita, declaratur: quoniam, in antiquis multæ ... sunt opiniones. caidet quidem, in quibus aliquando philosophia ... primo Cœl, commen. 22. & 12. Metaphy. commen. 58. & secundo Cœli commen.

A men.68.opinati sunt corpora Cœlestia esse Deos, & sic opinati sunt primũ principium esse corpus, sine dubio, & hoc idem opinatur Empedo. vt Auer. dicit 8.Physicorum commen. 2.opinati sunt enim Deum esse corpus in materia consistens, licet non ex elementis mixtum. Alij quoque philosophi, de quorum numero fuit Speusippus, Plato. nepos, opinati sunt primum principium esse corpus imperfectum, vel materiã. dicunt enim perfectionem consistere in fine, & non in principio, & hoc narrant Aristo. & Auer. 12. Meta. commẽ. 40. Alij autem, vt Plato, vt dixerunt Aristo. & Auer. 2. Phy. com. 20. opinati sunt primum principiũ esse substantiã abstractã, & infinitã: & cum hoc sit ita, verificatur sermo prædictus. patet. n. quomodo omnes concordes sunt ꝙ primus motor sit, & ꝙ primum principium sit. Sed, an sit corpus, vel forma abstracta, & ꝙ corpus, reperitur quæstio, vt vides. omnes ergo conueniunt in esse eius absolute, licet differant in modo essendi, vt patet.

B Et, postquã declarata est vis quęstionis, superest modo videre opiniones cõtrarias veritati, eo quia veritas nõ elucescit nisi per contraria, vt Auer. dicit primo Cœli com. 10. Et post dicam opinionem Peripateticorum secundum posse meum, & abscindam quæstiones, quę inducuntur contra eam. Alex. & Porphyrius itaque, vt Simplicius narrat in prooemij Physicorum cõmentario, argumentati sunt in prima figura in hunc modũ. omnia principia scientiæ subalternatæ debent declarari in scientia subalternante, sed substantiæ separatæ sunt principia subiecti philosophiæ naturalis, & Metaphysica est subalternans sibi physicam, & mathematicã, vt Arist. dicere videtur posteriorũ primo. ergo in prima figura principia illa debent constare in Metaphysica. inquit itaque Simplicius de Porphy. Porphyrius aũt neq; naturalis, inquit, esse quærere, si sint principia rerũ naturalium, sed superioris artificis. naturalis enim, vt concessis vtitur. Amplius aũt magis vtiq; diceret, quærere qualia sunt prima superioris esse artificis: neq; enim geometer, aut medicus suijpsius principia demonstrãt, sed tanquã existentibus, & talibus existentibus vtitur, post monet quæstionem quandã, quã vide, si placet, & si considerabis hæc verba: ex eis intelligemur tria, primum erit, quod principia huius scientiæ, scilicet motores separati an sint, debent in Metaphysica declarari secundum, ꝙ nõ modo an sint, sed qualia sint, id est quæ sunt propriæ passiones illorũ, & qualitates eorum. tertium intelligitur motiuum eius. fundatur enim in hoc, quod Metaphysica subalternat sibi omnes alias scientias. Hæc autem positio potest declarari vijs Auicen. & Alga. in Metaphysica, & alijs pluribus, quæ quæstiones faciunt nobis, vt videbitur. & prima quidem via Auic. est in octauo suæ Meta. cap. primo. & potest in hunc modum ordiri. omne ens mundi aut est causa, aut causatum. sed non omne est causa, neque omne causatum. ergo quoddam est causa, & quoddam causatum: &, tunc quæro de eo, quod ponitur esse causa, an sit causatũ, vel non. si sic, ergo erit, vt prius, quæstio de causa illius, vel oportet venire ad primam causam, vel erit prima causa, & illa est primus motor, & si detur alterum membrum, sequitur conc... siue labo- Prima via.

C re. Secunda via supposita per diuisionem necesse esse & contingentis, tangitur ibidem cap. 4. quæ potest, vt prius, ordinari. Tertia via tangitur ibidem, et Auerro. posuit eam hic, & in tertio cap. de substantia orbis, scilicet hoc modo: aliquod æternũ est corruptibile ex se, ergo oportet vt detur aliquod necesse esse ... & hoc modo declarata est hæc via. Iterum potest argui quarto, via compositionis & simplicitatis. Et quinto, via dependentiæ & independẽtiæ. Et sexto per viam status in causis: & omnes istæ viæ sunt enumeratæ ab Aui. in prima philosophia, & per consequens sequitur quod probare primũ motorem esse opus est philosophiæ primæ, & non naturalis philosophiæ. Posteriores etiã huius temporis, quorum totum studium retractum est in Metaphysica, adducũt ad hoc alias rationes, & dicũt, si naturalis potest probare primũ ens esse vel primũ principium esse. hoc est, quia primũ principium esse vel primũ ens esse continetur formaliter vel virtualiter in motu vel principijs motus. nõ formaliter, vt constat, neque virtualiter, quoniã conceptus entis physici non continet illa in sua totalitate, ergo neq; virtualiter in cognoscibilitate. secundo dicunt, si princi- Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

pia Metaphyſica declarantur in naturali. ergo Metaphyſica eſſe poſterior &
ſubalternata ſcientiæ naturali, contra Auer. 6. Meta. commen. 3. & 7. Meta. c.
39. conſequentiam in hunc modum probant, quoniam illa ſcientia eſt ſimplici-
ter prior, quæ dat omnẽ euidentiam principijs alterius. cum igitur Phyſica d.
omnem euidentiã principijs Metaphyſicæ, vt patet per Auer. ergo Metaphyſi-
ca ſubalterna eſſet Phyſicæ: & cũ verificatæ ſunt iſtæ rationes, ſequeretur o-
nino ꝙ huiuſmodi primũ motorem non poteſt declarari niſi in Metaphyſica.
Opinio peripatheticorũ, Supereſt modo dicere opinionem Peripatheticorum. & primo, propter hoc ha-
bes ſcire, quod duplex eſt ens abſtractum a materia. ſ. vno modo per excluſionẽ
a materia eſſentialiter & per ſe. & ſic Deus, & intelligentiæ ſunt abſtractæ a
materia. ſecundo modo per indifferentiam, & non incluſionem materiæ, cuiuſ-
modi ſunt hæc, videlicet, ens, principium, cauſa, actus, potẽtia, vnũ bonũ, &
quæ poſſunt ineſſe enti, inquantum ens, dicuntur enim hęc abſtracta per indiffe-
rentiã, qm̃ materialibus & immaterialibus ſunt cõia, vt conſtat intelligenti c-
ne, vt patet. 6. Met. cõ. 2. Secundo debes ſcire, qđ licet iſti duo modi entis ab-
ſtracti ſint diuerſi, attamẽ inuicẽ ſunt pertinentes: qm̃ non poteſt eſſe ens abſtra-
ctũ a materia per indifferentiã, & non incluſionem materiæ, niſi ſit ens abſtra-
ctum a materia per eſſentiam, & per ſe. & hoc inquit Ariſto. 6. Met. vbi inquit
ꝙ ſi nõ eſſet aliud genus entiũ ſeparatorum, Phyſica eſſet prima philoſophia:
vbi vide verba Auer. cõ. 3. quã conſequentiã declarat Auer. primo Met. com.
18. & ponit etiã commento vltimo primi Phy. Huius itaq; conſequẽtię deductio
eſſe poteſt: qm̃, vbi non ponitur ens immateriale per eſſentiam, omnia erunt cõ-
cepta regulariter cũ materia, & per conſequens idem erit ens ſimpliciter, & ens
materiale, & per conſequẽs ens abſtractum a materia per eſſentiã amouebitur,
& per cõſeqnens amouebitur ens abſtractũ per indifferentiam enti materiali
& immateriali: nihil. n. eſt indifferens & cõe ei, qđ nõ eſt iſtæ itaque duæ entis
abſtracti ſpecies ſunt inuicẽ pertinẽtes, & ꝓpinquę, vt vides. & cũ hæc ſint di-
cta, ſtatim relinquitur opinio Peripatheticorũ. ſ. ꝙ primũ motorẽ eſſe, prout ca-
dit ſub rõne cõſiderãdi Metaphyſica. ſ. primũ principiũ eſſe, & primũ ens eſſe,
prout ſunt cadẽtia ſub ratione cõſiderãdi Metaphyſica. ſ. vel vt ſunt abſtracta p
indifferẽtiã, vel per eſſentiã tm̃ in naturali philoſophia debẽt declarari, an ſint:
Prima rõ. immo ſolũ via motus ęterni, vt dicã. Iſta opinio põt probari tribus rationibus,
primo ſic, ſi hęc propoſitio, primus motor abſtractus eſt, probatur alia via quam
philoſophica, & alio medio ꝙ̃ naturali: vel erit illud mediũ naturale, vel abſtra-
ctũ a materia. ſi primũ, ergo nõ in Metaphyſica, neq; ſecundũ: qm̃ tunc, vt re-
fert Simplicius in philoſophicis, idem eſſet conceſſum & quęſitum, quod non
vult Ariſt. in poſterioribus. & ego induco hanc conſequentiam: qm̃, ſi medium
probans illam propoſitionem eſt abſtractum a materia, vel eſt abſtractũ per eſ-
ſentiã, & ſic idẽ erit cõceſſum & quęſitũ. hoc. n. genus entium quęrebamus: vel
idẽ eſt abſtractũ per indifferentiã, & hoc iterũ, vt prius: quia, vt dictum eſt, hęc
ſpecies entis abſtracti pręſupponit primã ſpeciẽ entis abſtracti. ergo, vt prius,
Secunda. idẽ erit cõceſſum & quęſitũ: & hanc viam accepit forte Simplicius primo Me-
taphyſi. ab Ariſto. tex. commen. 47. Secũda ratio, quã tangit Auerro. primo
Phyſi. cõmẽ. vltimo. & 2. Phyſi. commẽ. 22. & 26. & 12. Meta. cõ. 5. conſiſtit in
Tertia. hac forma. nulla ſcientia probat ſuũ ſubiectũ eſſe, ſed ſubſtantię abſtractę ſunt
ſubiecta Metaphyſicę. ergo Metaphyſica nõ probat illas eſſe. Tertia ratio
fere tangitur. 2. Phyſi. cõ. 22. & poteſt hoc modo ordiri. accipiatur medium pro-
bans illam, & quęratur. vel illud medium eſt ſubſtantia, vel accidens. Si ſub-
ſtantia, vel generabilis, vel ęterna. Si generabilis, illa non ducit niſi ad agens
generabile immediate, mediate aũt ad agens ęternũ, quod agit mediante motu
ęterno, vt dicit Auer. 8. Phy. commen. 46. & 47. Si ęterna, cum non poſſit innoteſ-
nere niſi operatione ęterna: ergo, adhuc medium proximũ erit motus ęternus.
Nec accidens poteſt poni illud mediũ, qm̃ illud accidens erit generabile, vel
ęternum vt Auer. dicit ibidem. non nouũ, qm̃, vt prius, non ducitur immediate
niſi ad agẽs corporeum generabile. oportet ergo ꝙ ſit accidens ęternum, & tũc
vel permanens, vel ſucceſsiuum; non permanens, quoniam illud erit vel ab-

A dens Cœli, vel dimensio materię: & quodlibet istorum inuenitur motu: ergo relinquitur quod solum erit motus ęternus circularis. vt d. Auer. 12. Me. com. 41. ergo ex his vijs duo relinquuntur scilicet ꝙ primum motorem esse, vel genus substantiarum abstractarum esse, non potest probari nisi medio naturali: & ꝙ illud medium est solum motus ęternus, & ideo inuenitur Aristo. 12. Met. tex. cō. 4. & in vltimo octaui, vti hac via, quę potest sic componi. omnis virtus in materia est finita in tēpore. sed primus motor non est finitus in tempore: ergo non est virtus in materia. minor prosyllogizatur sic. omne mouens motu ęterno non finitur in tempore. primus motor mouet motu ęterno: ergo primus motor non finitur in tempore. hęc igitur est via, qua probatur immediate primum motorem abstractum esse, & dico immediate, qm̄ mediate potest probari alijs vijs quas posuit Arist. in 8. contra quas argutum est in principio quęstionis, Et dedit Auer. signum, ꝙ sola via naturali potest id probari. 12. Meta. commē. 5. inquit enim, si enim essent alię vię, essent numeratę in prima philosophia, modo Aristo. non enumerauit nisi hanc ibidem. Et dedit secundum signum, quoniam omnes alię vię, quas dedit Auicen. sunt debiles, & non transcendunt ordinem sermonum probabilium, vt declarabitur: hęc igitur est opinio Auer. & Arist. et illa est via firma, & demonstratio immediate probans propositionem dictam. Et debes scire, ꝙ in motu cœli est duo considerare. s. innouationē seu possibilitatem, & contingentiā, corruptionē, & generationem. Et considerare secundo ęternā successionem, continue enim motus cœli innouatur, & per consequens aliquid eius corrumpitur, & aliquid generatur, & illa successio est perpetua, ergo duo sunt in eo. inquantum quidē innouatur per generationē eius secundum partem, & per corruptionem eius secundū partē, dat intelligere ꝙ agens cum est mouens, & sit sub hoc respectu, ducit in cognitionem agentis, vt agens est: qm̄, vt dicit Auer. primo cœli. com. 20. & 3. de Anima. com. 5. ratio agentis intelligitur cum difficultate ex effectu ęterno. & ideo dicit, trāsmutatio fecit scire materiā, & operationem. i. agens. 8. Met. cō. 12. Inquantum vero huiusmodi motus est continuus & sempiternus ducit in cognitionē agentis separati a materia: qm̄ nulla forma corporalis virtute ꝓpria potest transmutare aliquod corpus transmutatione ęterna. ergo motus cœli ducit in duo, in cognitionem corporis cœlestis, & in cognitionem agentis separati, qui mouet illud corpus: quoniā inquantum effectus secundum partem & partē nouus, oportet vt proueniat a corpore aliquo modo vel principaliter, vel instrumentaliter, vel partialiter. Inquantum ęternus prouenit a natura ab agente extra corpus, & sic ducit in cognitionem illarū duarum rationum, & hoc plane innuit Auer. 12. Met. com. 41. & in pluribus locis octaui Physi. Et cū hoc sit ita, apparet differentia octaui a. 7. Physi. septimus enim non ducit in cognitionem primi abstracti quia procedit per rationem motus siue sit ęternus, siue nouus. octauus aūt ducit in cognitionē primi agentis sub ratione abstracti a materia, eo quia ꝓcedit per rationē motus sub forma ęterni. Et huius signū est, qm̄ in principio septimi non proposuit quęstionem an motus sit aliquando factus an non, quemadmodū proposuit in principio octaui, eo quia in septimo non procedit per viam, in qua medium sit motus ęternus, In octauo autem sic. Et cum hoc sit, ita apparet peccatū The. ipse enim in 7. Physi. non abbreuiat demonstrationē septimi, eo quia dicit illā transferri in octauo, & perfectius. Patet. n. qualiter Themistius errauit, vt Auer. dicit in 7. commen. primo & 9. & in 8. commen. 33. 27. & 45. & 4. Cœli. tangit hoc commen. 25. Verificatur enim quod medium immediatum dicens in agens separatum est motus ęternus, quoniam omnia alia inducunt ad agens illud virtute motus ęterni. Quod igitur primum motorem esse sit per se notum, & qood primus motor sit abstractus, probatur via naturali. & hoc solum per viam cuius medium est motus ęternus, manifestum est.

In motu cœli duo cōsiderantur.

Differentia.

Error The.

Dubitatio.

SED, in solutione hac accidūt quęstiones, quę faciunt multos errare. Quarū prima est, cuius est considerare quęsitū, eius est cōsiderare terminum quęstionis, sed Metaphysicę est considerare hanc propositionem, Deus est, ergo eius est considerare terminum huius problematis. Secunda est, nulla scientia probat

partes subiectiuas esse sui subiecti proprij, vt d. Auer. 2. de Anima. c. 27. sed sub stantiæ abstractę sunt partes subiectiuæ entis mobilis, quod est subiectũ in naturali sciētia, vt d. Auer. 12. Meta. cõ. 5. ergo probare illas esse est alterius scientię. Tertia, omnis sciētia põt probare principia sui subiecti, vt d. Auer. 2. Phy. com. 22. & 26. & 12. Meta. cõ. 5. sed substãtię abstractę sunt principia entis, quantũ ens, quod est subiectũ in Meta. vt dicit Auer. 12. Meta. com. 1. ergo Meta. põt probare illas esse. istę igitur sunt tres qõnes, quæ faciunt ambiguitatem in proposito, & possunt esse alię plurimæ, quas enumeraui dispersim in multis meis æditionibus. Sed quõdocunque, quęstiones hæ nihil sunt: ad primam. n. dicendũ, ꝙ propositio illa absolute consideratur in Met. attamen medium, quo cõcluditur illa, propriũ est naturali scientiæ: quemadmodũ hęc propositio, continuum est diuisibile in semper diuisibilia, est propositio immo principiũ in geometria, & tñ mediũ eius declaratnr in 6. Phy. & hoc d. Auer. 3. Phy. cõ. 31. & ideo ista hęc propositio simpliciter in se, & in relatione ad mediũ cõsideratur ab habitu mixto. s. geometriæ, & naturalis. Ad secundã dicendũ, ꝙ dictũ illud intelligitur de partibus principalibus: modo substantię separatę non sunt partes principales entis mobilis: qm̃ intantũ participant motũ, inquantũ agũt illũ: & hoc est parũ participare. Ad tertiã dicendũ, ꝙ maior debet intelligi de principijs, quæ non incidũt in partes subiectiuas principales: modo substãtię abstractę sunt principia entis, & partes subiectiuę entis principales, vt scis. Et sic absciśę sunt quęstiones, quę inducuntur contra Aristo. & Auer. & quia quęstiones, quæ mouent Alex. Por. Auicen. & Alga. sunt multũ apparentes, ideo oportet soluere illas. Ad quas ergo dicendũ, ꝙ oēs illę vię sunt tenues, & nõ excedũt ordinē sermonũ probabiliũ, vt d. Auer. 2. & primo Phy. quod declaro, qm̃ vel supponũt processum in infinitũ in causis esse possibilē, vel illũ esse impossibilē. Si supponũt possibilitatē illius, ergo rationes illę sunt sophisticę, cũ sustentãtur in principio falso contrario principio vero. Si impossibilitatē eius, & non potest declarari illud in Meta. scilicet per mediũ Metaphysicũ, qm̃ non ostēditur id nisi primo Cœ. et 2. Perigene. per viã motus: ergo oēs sustentantur in vno ꝓbabili, non autem in vno simpliciter probato: ergo stando pręcise in limitibus Metaphysicę, proteruus diceret ꝙ nõ incõuenit procedere in infinitũ in causis eiusdē, vel alterius rationis. Et sic Metaphysicus stãs ad intra limites suę rationis considerãd., nõ haberet viã contradicendi illi, nisi descenderet a limite suę scientię in rationē naturalis cõsiderationis. Et cũ hoc sit ita, verificabitur verbũ Auer. d. ꝙ omnes viæ Auicen. sunt tenues, & nõ demonstratiuę, & ꝙ semper inuenitur medius inter loquentes & Peripatheticos: qm̃ vnum accipit tanquam creditũ in Meta. s. statũ esse in causis, aliud accipit tanquam probatum in Meta. s. ꝙ primus motor est causa, & non causatũ: & quod non omne ens est causa, vel omne est causatum: ergo sermo hic, stando pręcise in limitibus Metaphysicę, est sermo medius partim creditus in Metaphysica, partim confessus. & hoc iam declaraui in quadam disputatione, & expositione mea. 8. Phy. Ad sextam d. Auer. 2. Meta. cõ. [illegible] & consideratio vniuersalis in omnibus causis in eo, ꝙ sunt causę, est huius scientię. Et Arist. quamuis vtatur hic demonstrationibus scientię naturalis, tamē [illegible] ducit eas vniuersalius: quoniam, quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto magis erit proprior huic scientię, & Arist. obseruat se in hac intentione [illegible] cendo demonstrationes vniuersales alio modo, quam in scientia naturali. Et hęc est causa in iteratione illarũ demonstrationũ in hac scientia, vt [illegible] primo. Et si inspiciantur hęc verba Auer. multa nobis vtilia traduntur: [illegible] enim dat intelligere differentiam inter considerationem naturalem de [illegible] & Metaphysicalem, & inquit, & consideratio vniuersalis in omnibus [illegible] in singulo genere causę, in eo ꝙ sunt causę, est huius scientię. 1. Meta. & supi. cõsideratio causarum, prout sunt causæ, substantię transmutabilis propriæ sunt cõsiderationi naturali. & hoc d. etiam Auer. 7. Meta. com. 7. & 9. Secundo [illegible] nuit sol. cuiusdam quęstionis. posset enim quęrere quis. cum [illegible] in [illegible] probetur nisi via naturali, cur Aristo. reiterat has in Meta. & sola [illegible] dicetur, ꝙ sicut aliquod consideratur a naturali per modum mathematicum, [illegible]

Solutio rõnũ Auic. & aliorum.

A in infinitum potest velocitari motus, vt Auer. inquit 6. Physi. commen. 15. ita aliqua demonstratio est naturalis per se: potest tamen tradi sub modo & forma Metaphysicali, videlicet sub ratione vniuersali abstracta ab indiuiduis motus, licet non a genere motus. & sic talis demonstratio secundum rem erit naturalis, licet secundum modum erit Metaphysica. hoc inquit. & Arist. quamuis vtatur hic demonstrationibus scientię naturalis. i. quę sunt secundum rem Physicę tamen inducit eas vniuersalius. i. per modum vicinum Metaphysicę: quoniam, quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto magis erit proprior. i. propinquior huic scientię, & Arist. obseruat se in hac intentione. s. inducendo demonstrationes vniuersales alio modo, quā in scientia naturali: qm̄, in scientia naturali inducuntur Physicę secundum rem & modum, hic inducuntur secundum rem Physicę, licet per modum Metaphysici. Et tūc soluit ad formā d. & hęc est causa iterationis illarum demonstrationū in hac scientia. i. & quia hę demonstrationes saltem secundū modū differūt ab ipsis, vt ponuntur a naturali, ideo non superfluit eas reiterari in Metaphysica. & per hoc apparet sol. ad sextā rationē Auic. ad septimā dicendū, q̄ primū ens esse, vel primū principiū esse nō potest probari, immo est per se notū: quia, vt sic nec limitatur ad rationē considerandi Physica, nec Metaphysicam: sed ostenso q̄ primus motor sit substātia separata, ostendit q̄ sit primū principiū substantię, vt d. Auer. Ad octauā dicendum,

B q̄ motor intelligitur, vbi daret omnē euidentiā a priori, & nō in gn̄e demōstrationis ligni. & iterū minor falsa est. non. n. dat oēm euidentiā, sed tm̄ terminat quęstionē si est. qōnes aūt tres alię terminātur in Metaphysica. Ad rationē Alex. & Porph. dicendū illā sustētari in ꝓpositione falsa, qm̄ Metaphysica nō subalternat sibi alias scientias subalternatione cōpleta, vt latius exposui in præcedentibus. Superest modo soluere rōnes in principio qōnis inductas: pro quarū sol. oportet supponere tria fundamēta declarata in sciētia naturali. & primum est q̄ omne, qd mouetur, ab alio mouetur. ꝓpositionem. n. hāc declarauit 7. & 8. in 7. quidē a principio, in 8. aūt declarata est perfectius, vt d. Auer. 4. tex. cō. 25. & maxime declarat, a tex. cō. 28. vsq; ad 33. & ēt tex. cō. 40. vide. Secundū quoq; fundamentū est, corpus cœleste ablata intelligentia est simplex, non cōpositū ex materia & forma, sed est materia tm̄ ad vbi: & hāc propositionem nolo declarare esse Arist. nunc, qm̄ pluries tetigi ipsam in hoc lib. Tertiū vero fundamentū est, q̄ vnū & idē esse in actu & in potentia potest tribus modis intelligi. vno modo in mixtis, & hoc modo vnum mixtū esse in actu ... & in potentia receptiua motus nullus negat. habet enim mixtum vt ... intrinsecam, ratione cuius potest moueri in vacuo, vt Auer. dicere videtur. 4. Cœ. & mundi. com. 22. & 4. Phy. cō. 71. ergo in actu ratione formę, & in potentia ratione materię sub miscibilibus refractis existentis. Secū-

C do intelligi potest in compositis simplicibus, verbi gratia, elementis, quę tamen componuntur ex materia & forma: & iterum hoc est possibile, qm̄ forma grauis ... mouet, & ratione materię mouetur, vt Auer. d. 3. Cœ. cō. 28. & 4. Cœ. com. ... 22. & alibi pluries. Tertio potest intelligi in corpore simplici carēte ... essentiali, & carēte cōpositione essentiali. & hoc modo est impossibile ... quoniam agere & pati sunt conditiones, & dispositiones valde ... & agere attribuitur formę, & pati materię: quando, ergo res est totaliter forma tunc totaliter agit, vt patet in intelligentijs separatis, vt d. Auer. 9. Met. com. 2. quando totaliter materia, tunc totaliter est subiectum, quoniam nō habet quo agat. & cum corpus cœleste sit totaliter materia, ideo totaliter est subiectum motus, & hoc. d. Auer. 8. Meta. com. 12. & in 2. cap. de substantia orbis. His vilis erigeretur demonstratio Arist. in 8. quoniam ex prima propositione Aristo. in 7. procedit ad primum motum, quod est corpus cœleste. & quia ... ad primum motum, vt declaratur in 8. mouetur motu ęterno, cōcluditur in 8. quod vel mouetur a se, ita quod sit corpus mouēs & motum, vel ab alio. si a se, ergo contra tertiū fundamentum. si ab altero, & cū illud alterum non possit esse corpus, neq; virtus ī corpore, qa tūc nō moueret motu ęterno, relinquitur q̄ sit forma separata, Et ex hoc apparet peccatū expositorū latinorū. fingūt. n. se-

Solutio cōtra Alex.

Primum fundamentum.

Secundum.

Tertium.

cundum fundamenta Ariſto.corpus cœleſte ſublata intelligentia per intelle
eſſe cõpoſitũ ex materia & forma, & qũo eſt poſsibile ſaluare demonſtrat
Ariſto.ſemper enim dicam corpus cœleſte moueri a ſua forma, quę mouet im
mediate ſuũ corpus ęterno tẽpore, eo quia eſt alterius rationis a forma genera
li, & ſic tolleretur demonſtratio Ariſt.qua demonſtrat numerum motorum per
numerum mobilium in 12.Meta.& multa alia horribilia, & quia fundamen
Auer. ſunt conuenientia principijs Ariſto.ideo conſuetus ſum dicere meis ſco
laribus, quod Auer.eſt Ariſt.tranſpoſitus. qñ enim homo conſiderat fundamen
ta Auer. & colligauerit ea perfecte cum verbis Ariſt. non inueniet diſcrepan
tia niſi phantaſtice. Ad primam itaq; dicendũ, quod omne per accidẽs pot
non eſſe, licet nõ inhęrere. ſi enim primus motor mouetur per accidens, conſi
tur, ergo põt non eſſe: qm̃, vbi mouetur per accidens, ergo eſſet forma in ma
ria, & omne tale poteſt corrumpi. ergo primus motor poteſt deſtrui, & per c
ſequens non moueri. argumentũ ergo Ariſto. valet ſtantibus fundamentis
nec hoc obſtat diſtinctioni prędictę, qm̃ aliquod eſt per accidens nec. Tu
dum ſubiectũ durat, aliquod cõtinẽs dũ ſubiectum durat, attamẽ omne eſt c
nẽs ſecundũ eſſe, quia ſubiectũ poteſt nõ eſſe. Ad ſecundã, dictũ eſt in hoc
bro ꝙ ratio illa fundatur in ꝓpoſitione vera tribus cõditionibus, ſ. declaratis
12. Meta.cõ.35.& in 8. Phy.cõ.37.& ſi opus eſt, vide. Ad tertiũ dicen
ꝙ loquẽdo in motu locali eſt impoſsibile totũ mouere totum ratione totius, ſ
ratione diuerſarũ partium non eſt inconueniens. Sed ad illud de alteratione, d
Dubitatio. cendũ ſecundũ doctrinã Auer. ꝙ ſi aqua calefit, ipſa non reducit ſe: qm̃, vt dicit
Solutio. ipſe.2.Phyſi.cõ.1.nihil poteſt ſe alterare, & hoc in ſimplicibus. Sed dices op
poſitũ ſenſu dignoſcitur. videmus.n.aquã calefactã ſuę naturę relictam, redu
re ſe ad priſtinam frigiditatẽ. Ad hoc reſpondet Auer. ſecundo de Anima cõ.
115.& inquit, & propter hoc, quod diximus, nõ eſt opinandũ aquã calefieri,
dum fuerit aqua pura, neq; quod aer infrigidatur dum eſt aer purus: ſed hoc ac
cidit propter corpora admixta cum eis calida, aut frigida. & ponit alia multa,
quę declaraui in expoſitione mea de Anima. eſt ergo ſolutio, quod aqua, quę
ſenſu calefacta putatur, non eſt aqua pura, ſed admixta cum corpuſculis mu
quę calefiunt. & ideo aqua pura non alterat ſe, ſed mixtum, quod conceſſum
eſt poſſe ſe alterare. & huius rationem ait, quia aqua pura non poteſt alterari,
Obiectio alber. neque aer purus, &c. Sed obijcit Alber. in illo loco, quoniam aqua poteſt
Solutio. corrumpi: ergo alterari, quoniã omnem generationem præceſsit alteratio, vt
dictum eſt in phyſicis. & expoſitor etiam adducit hoc argumentum. Et præte
rea, ponitur quod ſit aqua pura, & calefiat, a quo reducetur. & propter quid n
poteſt ſe reducere? Ad hoc dicendum quod Auer. ſuſtentatur in hac ratione,
quod frigiditas eſt accidens proprium aquę, quemadmodum calor ignis, & hu
mor aeris, & ſiccum terrę, vt dictum. 3. Cœli commen. 67. & nullum ſubiectum
remittitur, cuius proprium accidens non remittitur. ergo, cum aqua ſit ſubiectũ
frigiditatis, ſequitur ꝙ quãdo frigiditas remittitur, forma ſubſtãtialis aquę remit
titur, forma ſubſtãtialis aquę remittitur. ſimiliter, qñ calor remittitur, & ignis
& ſic de alijs. ideo reputat Auer. ꝙ elemẽtũ purũ. i. ſtans ſub eſſe ꝓprio, & in
ſo nõ põt alterari alteratione. ſ. quę exiſtat ſubiectiue in ipſo. ſi ergo alteratur,
nõ remanet in ſua puritate, ſed corrũpitur aliqualiter: ergo alteratio eius non eſt
pura alteratio, ſed admixta generationi. Ad ſecundã dicendũ, ꝙ ſi elementũ re
duceret ſe ad propriũ accidẽs, tũc poſſet generare ſe: qđ declaro, qm̃ accidẽs pro
priũ datur ab agẽte mediãte forma. dãs enim formã dat cõſequentia, nec aliter
poſſunt dari cõſequẽtia formã ſecundũ Auer. 8. Phyſi. cõ. 4. & 32. & 3. Cœli cõ.
28. & 4. Cœli cõ. 22. & 23. & 25. ſi igitur aqua poſſet dare ſibi frigiditatẽ: ergo
prius oporteret dare ſibi formã, quã cõſequitur illa frigiditas. & vbi prius daret
ſibi formã, cũ generatio nihil aliud ſit niſi exitus formę de potẽtia ad actũ. ergo
idẽ poſſet generare ſe. & hac de cauſa inquit ſubtilis Auer. elementum purum
nõ poteſt alterare ſe. A quo aũt reducetur dicendum, quod vbi daretur aqua pu
ra mediũ reduceret illam viam in virtute omnium conſtellationũ frigidarũ. &
argumẽta calculatorũ nihil ſunt, & ſolutio illorũ oſtendit alibi, principia enim

illorum, vt plurimum, sunt mathematica. & ideo valde disperata a principijs na
turalibus. Ad aliam rationem principalem patet solu. quoniam enim præsup-
ponitur omnem motum incipere, & nullum esse ęternum, & tunc demonstratio
non ducit ad agens separatum, sed agens corporeum, vt in corpore quęstionis
declaraui, Ideo quęstio illa est valde necessaria, & maxime vt terminatur ad par
tem negatiuam. Ad rationes Plato. patet insimul solu. omnes enim sunt pro-
babiles tantum, suppositis creditis procedentes, vt vides. Et sic patet solu. huius
arduę quęstionis, in qua laboraui longo tempore, & de ea multa dispersim con-
gregaui: quę, si in vno reducantur capite, veritas erit palam. Superest modo **Solutio tertiæ qõnis.**
ad quęstionem tertiam motam dicere. vbi debes scire, ꝙ ista quęstio habere po-
test duos intellectus. Vnus est, vtrum vnum & idem posit esse posibile seu cõ
tingens & necessarium. Secundus intellectus esse potest, an necessaria possunt
esse causata, ita ꝙ eis vt necessaria non repugnat habere agens. Quantum ergo **Quadrupliciter dr vnũ.**
ad primum intellectum, primo debes scire, ꝙ vnum & idem dicitur quatuor mo
dis, scilicet vnum numero, vnum specie, vnum genere, & vnum proportione
& analogia, vt. 5. Meta. tex. commen. 12. d. Aristo. & primo Topi. capitulo. 5.
Ionem ergo Auicē. quod vna met natura numero potest esse necessaria respectu
vrius, & posibilis seu contingens respectu alterius. Huius ratio forte fuit, quo-
B niam modi entis possunt inesse vni & eidem essentiæ stanti sub forma eius, quo-
niam modus rei non variat rem. Sed contingentia & necesitas sunt differentię
modales entis. ergo in esse possunt vni rei stanti sub eadem forma. Posteriores
horum dicunt quod vna natura specie potest esse ęterna, & corruptibilis.
Verbi gratia. partes centrales terrę sunt ęternę, & partes concauum tangentes
ignis, & tamen illę sunt vnius speciei cum suis totis corruptibilibus. Alij dicunt
quod natura generis potest esse ęterna, & generabilis. Verbi gratia, corpus
cæleste, & corpus generabile. sunt enim vnius generis prędicamenti, & tamen
sunt huiusmodi, vt vides. Sed quomodocunq; primę opinioni cõtradicit Auer.
2. Phy. com. 48. vbi intulit. & si hoc fuerit, non erit contingens naturaliter: quã
consequentiam declarat Auer. 3. cœli com. 9. vbi ponit quod omne, quod dicitur
tale per comparationem, non dicitur tale naturaliter neque simpliciter. Con-
tra secundam dicit Aristo. expresse in lib. de iuuentute & senectute. vbi ostendit,
quod illę partes sunt vno modo corruptibiles, quia non æternę. alio modo incor
ruptibiles, eo quia sunt difficilis corruptionis. attamen absolute ponit illas cor-
ruptibiles. vide capitul. 3. Item, si illę partes essent ęternę, tunc natura contin-
gens verteretur in naturam necessariam, vt dicit Auer. primo cœli. comm. 138.
Contra tertiam opponit Auer. 10. Metaphy. comm. vltimo, & hic in disputatio-
ne, vbi declaratum est: quod omne, quod est in genere, est corruptibile, & in
C tertio ca. de substantia orbis. Dicendum itaq;, vt dictum est, quod nulla vna **Cã posibilitatis, & necesitatis.**
natura, nec numero, nec specie, neq; genere, sed tantum secundum proportionẽ
potest esse ęterna. huius ratio est, vt dixit, quoniam causę contingentię & posibi
litatis sunt materia, & contrarium, vt dictum est. causę necesitatis sunt priuatio
materiæ, & contrarij. & ideo æternum intantum ęternum dicitur, inquantum ca
ret causis contingentię & posibilitatis, ergo inquantum æternum est abstractũ
a materia, & econtrario modo imposibile est vnam naturam siue numero, siue
specie, siue genere habere materiam, & contrarium, & carere his. & hoc dictum
est superius. hęc igitur est positio Aristo. & Auer. Ad argumenta dicendum.
Ad primum, quod differentiæ modales secundum Peripateticos sunt duobus
modis. vno modo fundatę in principijs oppositis: vt necessarium, & contingens,
& sic variant essentiam & formam. alio modo sunt fundatę in eisdẽ principijs,
& sic non variant: sicut esse intensum, vel remissum, vt dicit Auer. 5. Phy. sal-
uantur in eadem natura numero & specie: & sic patet solu. Ad secundum se-
cundę opinionis dicendum, ꝙ partes centrales terræ quandoq; fiunt circunferẽ
tiales hoc modo: quoniam astra consumunt terram ex vno latere, & terra moue
tur insequendo consumptionem, adeo ꝙ centrales fient circunferentiales, licet
hoc fiat in magno tempore. Sic etiam partes ignis concauales fiunt aliquando
superficiales in hunc modum: quoniam aliqua constellatio frigefactiua graue-

facit illas, & sic descendunt, & tandem veniunt ad locum suæ corruptionis. Ad tertium solu. est manifesta, quoniam huiusmodi corpora differunt genere. non est enim substantia genus corporis cœlestis, & generabilis: sed generalissimum est corpus generabile, vt dicit auctor in abbreuiatione sua super Porphyrio. Superest modo videre de secundo intellectu. vbi debes scire, q finis dat esse effectui, forma etiam, agens etiam. & oẽs dant esse modis & rationibus diuersis rebus possibilibus: quia vero ea, quæ sunt dispersa in inferioribus, colliguntur in superiori, ideo in Deo tres modi causæ vniuntur, adeo q est causa agens, finis, & forma, vt Auer. dicit. xij. Meta. com. 6. Isti igitur tres modi sunt vnus in Deo & propterea negant quidam illum esse agens, eo quia nõ possunt inspicere istos tres modos causæ: in eo: possunt ergo necessaria habere causam agẽtem sui esse, & finalem, & formalem non intrinsecam, sed extrinsecam. Et hoc videtur dicere Auer. secundo Meta. com. 4. & . 5. Metaphysi. tex. com. 6. att. necessariorum esse alterã causam. Preterea Auer. 12. Meta. com. 44. plane ponit hoc, & in secundo de substantia orbis. vide. Ad rationes, ad primã patet sol. Ad secundã negatur maior. ad probationem dicendum, q prima cõsequentia non valet, quoniam, licet aliquod habeat esse ab alio, non sequitur, ergo habet de se non esse: quoniam, non infinitatur prędicatum: sed debet sic argui. non habet de se esse, ergo est non habens de se esse, & sic conceditur, nec est cõtra me, & vide de hac quęstione in, 8, in fine expositionis commenti, 15,

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via est, vt dicamus esse absque quiditate, nec verificatione non est intelligibile, & quemadmodum non intelligitur priuatio absoluta, nisi in relatione ad esse, cuius priuationem consyderat, sic nõ intelligitur esse absolutum, nisi relatione ad verificationem demonstratam tale: quanto magis, cũ demonstratur vna substantia. & quomodo potest demonstrari vnum separatum ab alio in re. Et non est ei verificatio. nam remotio quiditatis est remotio verificationis. &, cum aufertur verificatio entis non intelligitur ens. & quasi ipsi dixerint esse, & non esse, & contradicit sibi ipsi. & id apparet. quoniam, si hoc esset intelligibile, tunc esset possibile vt in causatis sit ens, cui non est verificatio, quod communicaret Primo, cui non est verificatio, nec quiditas, & distinguetur ab eo, in eo quòd habet causam: Primum vero non habet causam. Et quare hoc nõ imaginatur in causatis, & an sit ei causa? sed hoc non est intelligibile ex se. & id, quod non est intelligibile ex se, nisi auferatur causa eius, non erit intelligibile. & id, quod est intelligibile, cum non consyderatur causa eius, non exit ab eo, q sit intelligibile. & peruenire ad finem huius termini, est obscuritas eis, postquã existimauerunt q ipsi declarant per viam demonstrationis id, quod dixerunt, & peruenit sermo eorum ad ablationem absolutam. nam ablatio quiditatis est ablatio verificationis, & non remanet cum ablatione verificationis nisi dictio ipsius esse, & non habet nomen omnino, cum non referatur ad quiditatem. Si vero dixerit verificatio eius est q sit necessarium, & est quiditas ipsa, Dicimus nihil aliud est necessarium, nisi ablatio causæ, & est negatio, qua non constituitur verificatio

A substantiæ: & ablatio causæ a verificatione est quid copulatum verificationi: igitur verificatio intelligitur, ita quòd attribuitur ei, quod non habet causam, & non consyderatur priuatio eius. nam nihil est necessitas, nisi hoc: ita quòd, si necessitas est quid additum esse, tunc est pluralitas. si vero non est quid additum, quomodo erit ipsa quiditas? esse enim non est quiditas. sic igitur erit id, quod non est additum ei.

Quia Peripathetici dixerunt Deum habere esse, & carere quiditate, ideo hoc in loco Alga. contradicit eis. & primo proponit intentionem eius. d. ait Alga. secunda via reprobationis philosophorum in præsenti trac. hęc est ergo intentio Alg. inducere secundam viā contradicendi Peripatheticis, (videlicet quia.) Cū posuit eius intentionem, nunc exequitur: & potest ratio eius in hunc modum cōponi. oē intelligibile est sine quiditate, sicut priuatio sine forma, & habitu sensibili: sed priuatio sine forma non est intelligibilis, quoniam priuatio intelligitur per respectum sui habitus, vt scis: ergo esse nō intelligibile esse sine quiditate. Huius itaque apponit maiorem. d. videlicet, quia nos dicemus quod esse sine quiditate sic
B intelligibile est, sicut est priuatio abstracta respectu cuiusdā essentię sensibilis. i. formæ sensibilis. Debes scire, quod forma seu species rei est duorum, vt dicitur. 7. Meta. tex. com. 23. & 9. Meta. tex. commen. 37. primo & per se, sui ostensiua, secundo & per accidens suæ priuationis demonstratiua: ideo, si est aliqua priuatio omnino absoluta a forma, & secundum esse, & secūdum relationem, ista vix intelligibilis est, & ideo dixit Auer. sicut est priuatio absoluta a respectu formę sensibilis: quoniam, si est priuatio aliqua abstracta actu a forma, non tamen abstracta secundum respectum, adhuc concipi potest per formę respectum. In proposito est de esse carente quiditate: quod. n. caret quiditate, caret vniuersalis ratione, quod caret rōne vniuersalis, caret principio intelligendi, oīa enim intelliguntur a nobis, prout vniuersalia sunt: ergo, si esse caret quiditate, & intelligibilitate etiam carere vr: & sic apparet dictum Alga. (Maxime quia.) Adducit secundam rationem, & forte potest in hanc vim componi, omne verū habet quiditatem, sed esse primi est verū, immo verissimū: ergo esse primi habet quiditatem. huius tangit tm̄ vim minoris sub forma dubitationis, dicens, maxime quia posito quod sit vna substantia realiter. i. posito quod esse Dei sit ens reale: qualiter distinguitur ab aliqua re non habente veritatē? vult dicere maxime dr. distinguitur ergo ens reale est verum, cū non distinguitur ab eo. (Remotio namque.) Forte hic probat maiorem dicti syllogismi nunc, & potest in hunc modū componi: ca-
C rens veritate, caret quiditate: ergo per contrarium habens veritatem, habet quiditatem: & sic verū habet quiditatem. Et forte est ratio principalis, & debet in hunc modum componi: omne carens veritate est intelligibile, vel nullū carens veritate est intelligibile: sed oē carens quiditate caret veritate: ergo nullū carēs quiditate est intelligibile. Et tunc assumitur cōclusio hęc pro maiori: & suppleas hanc minorem, sed per Peripatheticos esse Dei caret quiditate: ergo esse Dei caret intelligibilitate, & sic nō est intelligibile: primo ergo tāgit minorē primi. d. remotio namque quiditatis remotio veritatis est: est ergo minor, oē carens quiditate caret veritate. deinde accipit maiorē. d. & remota veritate ens deinde intelligibile nō est: est ergo maior, nullū carens veritate est intelligibile. Et tunc apponit cōclusionē, vel eius vim. d. ergo tm̄ valet id, quod dicunt, quantū dicere esse non in ente est non ens, vel non intelligibile simpliciter: & per consequens nihil esse. quod est contradictio: & tunc tu apponas reliquū syllogismi. (Et declaratio huius est.) Apponit aliā rōnem & pot in hūc modū reduci: sicut nō causatus a Deo est sine veritate, ita Deus erit sine veritate: sed homo sine veritate, & quiditate est non ens: ergo Deus sine quiditate & veritate est non ens: huius primo ostendit quia non est possibile intelligere hoīem, & Deum in aliquo cōi conuenire, & in aliquo proprio differre. deinde ponit vim conclusionis, dicit ergo, & declaratio huius est, quia, si homo esset intelligibilis, i. ens, posset esse similiter causatus, scilicet.

a Deo sine veritate: quoniam effectus gerit, vel gerere pōt sui causę similitudinem, et sic cōicaret cum primo, inquantum non habet veritatem neq; quiditatē, & differret ab eo in eo, ꝙ causatum est a primo, & primum minime.i.nulliꝰ esset causatum: patet ergo ꝙ id, quod dr̄ de primo, dr̄ de causato. Et tunc apparuit conclusionis vim.d.concluditur ergo ꝙ ipsorum error est finis.i.vltimus, & maximus: quia ponit puram separationē seu remotionem, ergo ambo erunt non entia: cuius causam dicit, quia remotio quiditatis sup. ab aliquo est totalis remotio.i.est remotio simpliciter ab ente, & sic nihil: ergo in Deo non remanet nisi nomen esse, & non in re. sicut Sor. mortuus habet tm̄ nomen Sortis, licet non non sit ille. (Et si forte.) Inducit solutionem philosophorum dicens, &, si forte aliquis diceret quod veritas ipsius Dei est quod ipse est necessarius, et hęc est sua quiditas.i.necessitas est Dei quiditas. (Nos vero,) Obijcit solutioni propositę.d. nos vero dicimus quod necessitas non est aliud nisi remotio causę sup. facientis contingentiam, vt dictū est: & remotio cuiusdā causę, s.materię est consequēs accidens ipsius veritatis: ergo oportet quod illa veritas præintelligatur ante, & postea denominetur quod non habeat causam: sicut homo prius est, quam sibi accidens adueniat: ita esse Dei prius debet intelligi esse, quā carentia causę adueniat ei: & addit, & quia ipsum, s.veritatem priuari simpliciter.i.esse non ens non est imaginandum, ideo sup. non caret quiditate. Reddit aūt causam, quare necessitas est priuatio causę, & inquit, necessitas nanq; non est aliud nisi hoc.i.nisi priuatio: quia, si necessitas addita fuerit sup esse.i. si fuerit quid accidentis positiui, ergo hic.i.in Deo est pluralitas.i.compositio. (Et si non,) quasi dat secundam rationem.d.& si non sup. necessitas est priuatio, quō, & qualiter erit idem cum quiditate? quasi dicat, est impossibile: accidens.n.positiuum non potest identificari quiditati: bene aūt priuatio potest identificari habitui: hęc igitur est secunda via contra philosophos, his rationibus comprobata: vt vides.

AVEROES.

Res nō pōt primo habere eē postea quidditatē.

Ait Auer. Hoc capitulum totum est sophisticum. nam homines non ponunt primo esse absque quiditate, nec quiditatem absq; esse, sed crediderunt ꝙ esse in composito est attributum, additum substantiæ eius, & ꝙ adeptum est hoc attributum ab agente, & crediderunt in eo, quod est simplex, non habens agens, ꝙ hoc attributum ei non est additum quiditati, & ꝙ ipsum non habet quiditatem diuersam ab esse, non autem ꝙ non habet quiditatem omnino, vt finxit dauit ipse in hoc sermonem suum, contradicendo eis. Et qm̄ posuit ꝙ ipsi auferunt quiditatem, & est falsum, incœpit vituperare eos, & dixit, nam, si hoc esset intelligibile, posibile esset vt in causatis sit ens, non habens verificationem, quod communicaret Primo, cui non est verificatio. nam homines non ponunt ens non habens quiditatem absolute, sed posuerunt non habens quiditatem in modo quiditatū aliorum entium. Et hic quidem locus est ex locis sophisticis. nam nomen quiditatis est æquiuocum. Et hæc quidem positio, & oē compositum secundum eam est sermo sophisticus. nam id, quod non est, non attribuitur ei, ꝙ negetur aliquid ab eo, aut quòd affirmetur. Iste igitur vir in huiusmodi locis in hoc libro non euadit a prauitate, & ignorantia, & magis propinquum est prauitati, quàm ignorantiæ: nisi diximus quòd necesitas induxit eum ad hoc. Cum autem dixit quòd necessarium in esse est, quod non habeat causam agentem, non est verū,

A sed,cum dicimus de eo quòd sit necessarium in esse, est attributum affirmatiuum, quod sequitur ex natura non habentis causam omnino, non agentem ab extra, nec partem eius. Cum autem dixit quòd necessitas, si addita fuerit ipsi esse, tunc est pluralitas. si vero non est addita, quomodo erit ipsa quiditas? esse enim non est quiditas, & sic id, quod non additur ei. Dicendum quòd necessitas in esse non est attributum additum apud eos substantiæ, sed est sicut dicimus de eo, quod est necessarium, & æternum. & sic, cum intellexerimus de necessitate in esse attributum intellectuale, non erit quid additum substantiæ. si vero intellexerimus de ea accidens, sicut dicit Auicen. de ente composito, difficile quidem est vt dicatur quomodo erit esse simplex ipsamet quiditas. nisi dicatur, sicut fit scientia in simplici ipsummet sciens. Cũ vero intelligitur de esse id, quod intelligitur de vero, hæc dubia nihil sunt. & sic, si intelligitur de esse id, quod intelligitur de substantia. & B secundum hoc verificabitur sermo quòd esse in simplici est ipsamet quiditas.

Esse in simplici ẽ ipsamet q̃ditas.

Cum posuit vltimam viã Algazel contra Peripatheticos, hoc in loco vult redarguere illum: & primo ponit peccatum eius quantũ ad id, in quo sustentatur, et inquit. Dicimus nos ꝙ oĩa ista verba sunt sophisticalia, quia philosophi non dicunt quod primũ principiũ habeat esse sine quiditate, neq; quiditatem sine esse: immo opinati sunt, quod esse compositi est denominatio addita. i. accidens additum super substantiam, & quod hęc denominatio accidit ei ab agente: ergo id, quod supponit Algazel in eius via contra Peripatheticos, error est. (Et putãt.) Quia dixit partem opinionis Peripatheticorum, in qua errauit Alg. bonitate doctrinę inducit alia, quę Peripathetici dicunt ad cõplendum opinionem illorum, & dicit: & etiam putant quod id, quod est simpliciter, & absque agente, nõ habet dictã denominationem additam super quiditatem, & ꝙ quiditas eius nõ differat a suo esse: quia, igitur solus Deus est simplex. i. a se, & caret agente: & ideo solum ibi esse, & quiditas sunt vnum oĩbus modis: & addit, nõ quod habeat quiditatem, immo est ipsa quiditas: cuius contrarium dicit hic homo, qui fundauit se nomine philosophorum in suis verbis, non videndo verba philosophorum. C Debes scire, quod quiditas põt duobus modis considerari. vno modo, vt quiditas est, alio modo, vt quiditas diuersa ab esse: stat ergo esse priuari quiditate, vt distincta, quod tñ non priuatur quiditate: Deus ergo non priuatur quiditate absolute, sed quiditate distincta a suo esse, eo quia quiditas sua non est diuersa ab esse suo: & quia Alg. ignorauit hanc distinctionem, ideo opinio philosophorum latuit eum. Secundo debes scire, quod differt multum quiditas ab habente quiditatem, sicut definitio, & habẽs deffinitionem differunt: dicit. n. Auer. 7. Meta. com. 40. deffinitio est vnum cum definito secundum prędicationem, non quia ipsa deffinitio quę est forma, est ipsum definitum, quod est habens formam: hoc dicit. 8. Meta. com. 9. bene ergo dicit Auer. ꝙ Deus non habet quiditatem, qm̃ est ipsa quiditas: esse enim in eo oĩbus modis est ipsa quiditas: ideo verificatur dictũ eius hic: sed quõ sit hoc com. 39. 12. Met. habet declarari: & ego dixi ibi in expositione mea. (Vnde posito ꝙ ipsi.) Cum in parte opinionem philosophorum prędixerit, vult ex hoc inferre peccatum Alga. & inquit, vnde posito quod ipsi remoueant quiditatem, quod est sup. verum, vt modo diximus. s. non quod absolute remoueant, sed sub ratione distinctionis: falso, id est, male incœpit redarguere eos. d. hoc verbum, videlicet, & si hoc esset intelligibile, s. ꝙ sit esse sine quiditate, poterit ẽt dici de causatis, quod communicent cum primo, inquãtum non habent veritatem: hoc remouet. d. & philosophi non ponunt ens sine quiditate absolute, sed dicunt quod prima cã non habet quiditatem similem qui-

Dupliciter quiditas cõsideratur.

Differt quiditas ab habente quiditatem.

ditatibus aliorum entium, ergo vult quod quiditas Dei non ſit ſimilis quiditatibus rerum: cum quiditas Dei non ſit diuerſa ab eſſe, quemadmodum eſt in reliquis entibus. (Vnde error.) Conducit modo locum ſophiſticationis, id eſt, vnde error huius loci ſumitur a vocabulo quiditatis, quod eſt nomen æquiuocum, dicitur enim quiditas æquiuoce de quiditatibus generabilium, & Dei, vt ſatis declaratur in expoſitione commen. 9. tertij de Anima. (Patet ergo.) Cum dixit locum erroris, oſtendit quomodo propter illud errauit Algazel, id eſt, patet ergo quod verba huius hominis, & omnia, quę ſuper ea fundantur, ſophiſticalia ſunt, eo quia radix eorum mendoſa eſt: & apponit rationem, & quaſi dicat, quod philoſophi non poſſunt dicere abſolute eſſe Dei eſſe ſine quiditate: id enim, quod eſſet priuatum, id eſt, omnino quiditate carens, nequit, id eſt, non poteſt denominari a priuatione alicuius ab eo. Verbi gratia, chimera non poteſt dici lapis, neque non lapis, neq; ab affirmatione cuiuſdam in eo, id eſt, de puro priuatiuo non prædicatur, neq; affirmatiue, neq; negatiue: quod intelligo prędicatione ex natura rei. (Sed id, quod.) Cum hęc dixit, nunc accedit ad ſecundum, ſcilicet ad reprobandum aliud eius dictum: & primo narrat eius peccatum, et inquit, ſed id, quod dixerat, videlicet, quod id, quod neceſſarium eſt idem eſt quod non habens cauſam agentem: voluit enim Alga. quod neceſſarium dicitur per carentiam cauſę cuiuſcunque generis cauſę. (Dicimus quod non.) Reſpondet illi, dicens, dicimus quod non eſt verum: immo, quando dicimus neceſſarium eſſe, eſt denominatio affirmatiua conſequens naturam, nullam habens cauſam agentem de ſe, neq; extra ſe: vult ergo Auer. quod neceſſarium non eſt pura priuatio omnium cauſarum & pura negatio, vt dicit Algazel, ſed ſit poſitiuum quoddam ſequens naturam illam, cuius eſt: non tamen habens cauſam ſuę conſecutionis: & hoc declarauit ſupra in diſputatione tertia, neque opus eſt ſemper reiterare idem, quando intelligitur per ſe. (Hoc etiam quod.) Nunc ad tertium tranſit dictum, & proponit id in ſumma, & inquit, hoc etiam, quod dixerat, videlicet quod ſi neceſſitas addita fuerit ſuper eſſe, ergo hic, id eſt, in Deo eſſet pluralitas: & ſi non, qualiter ergo, &c. id eſt, qualiter erit idem cum quiditate. (Dicimus nos.) Hoc in loco ſoluit, & inquit, dicimus quod eſſe non eſt denominatio addita ſuper ſubſtantiam apud philoſophos: & exponit quid intelligit per eſſe, dicens, & tantum valet eſſe apud eos in Deo, quantum dicere quod eſt neceſſarium & ab ęterno: et hoc eſſe neceſſarium, & æternum. Tunc tranſit ad formam, & inquit, vnde, ſi quando nos dicimus neceſſitatem, diceremus, & intenderemus pro eo denominationem mentalem, id eſt, accidens non diuerſum re, ſed ratione ab eſſentia, non eſt quid additum ſuper ſubſtantiam; ſed, ſi intenderemus pro eo accidens, ſcilicet diuerſum ſecundum rem ab eſſentia Dei, ſicut ait Auicen. de ente compoſito, in quo dicit neceſſe eſſe additum eſſe illi ab extrinſeco, & in ſui natura eſſe contingens, vere eſſet difficile dicere qualiter ſimplex ſit idem cum quiditate, & neceſſitas eadem ſup. cum eſſentia: niſi dicatur, ſicut ſcientia in ſimplici eadem eſt cum quiditate ſcientis, vbi eſt identitas non ſimpliciter, ſed in ſubiecto. ſed quando intelligitur de eſſe id, quod intelligitur de ſubſtantia, id eſt quando per ipſum eſſe intelligitur idem, quod quiditas ſimpliciter, tunc ſine aliqua ambiguitate remouentur prædicta dubia, vt viſum eſt. & tunc, quaſi recapitulando inquit, patet ergo quod hoc modo verificatur quod eſſe ſimplex idem eſt, quod quiditas, ſcilicet in Deo, & quomodo eſſentia, & eſſe idem ſint in Deo, & quomodo neceſſitas eſt quid poſitiuum conſequens eſſentiam. dicta ſunt in diſputatione tertia, & continue in alijs diſputationibus: & tu inſpice ibi.

DISPVTATIO NONA.

DE DIMINVTIONE EORVM CIRCA CONSTITVTIONEM PROBATIONIS, QVOD PRIMVM NON SIT CORPVS.

ALGAZEL.

B SIT Alga. & dicimus quòd hoc dirigitur ad eum, qui tenet ꝙ corpus est innouatum, ex eo ꝙ non euadit ab innouationibus, & omne innouatum indiget innouante. Vos autem, cum intelligitis per corpus antiquum id, quod non habet principium entitatis, cum hoc, ꝙ ipsum non euadit ab innouationibus, quid prohibet quin sit primum corpus, aut Sol, aut orbis exterior, aut alius? Si autem dixerit, quoniam corpus non erit nisi compositum diuisibile in partes quantitatiuas, & ad materiam, & formam diuisione essentiali, & ad attributa, quibus appropriatur absque dubio, ita ꝙ diuersificatur ab aliis corporibus. sin autem, essent corpora æqualia, in eo ꝙ sunt corpora. necessarium vero indiuisibile est vnum, non recipiens quidem diuisionem aliquo horum modorum omnium: Dicimus quòd iam destruximus hoc vobis, & declarauimus quòd vos non habetis probationem in hoc, nisi quòd aggregatum, cum indiget aliqua pars eius alia, est causatum. Et iam locuti fuimus de eo, & declarauimus ꝙ, cum non sit absurdum consyderare C compositum absque compositore, & consyderare entia absque inuentore, cum ablatio numerationis, & secundationis, fundastis eam super ablationem quidditatis diuersæ ab esse. & quod est fundamentum vltimum, iam id ruinauimus & declarauimus industriam vestram in eo. Si vero dixerit, corpus, si non habuerit animam, non erit ei agens: &, si habuerit animam, tunc anima eius est causa eius: igitur nõ erit primum: Dicimus anima nostra non est causa esse corporis nostri, nec anima orbis tantum est causa esse corporis eius apud vos, sed ipsi inuenerunt causam aliam: &, cum possibile sit esse eorum antiquum, possibile est vt non sit eis causa. Si autem dixerit quomodo euenit congregatio animæ, & corporis, dicimus quòd hoc est sicut sermo dicentis, quomodo euenit esse Primi. & dicitur ꝙ hæc est interrogatio de innouato. id vero, quod nunquam defecit esse, non dicitur de eo quõ euenit. & sic corpus, & anima eius, cum nõ defecerit esse vnumquodq; eorum, non est absurdum quin sit agens.

SIcut dixit vobis, Auer. multas compositionis species a primo proposuit rem: A
Suere. transit ergo ad remouendum compositionem corporalem a primo: & si
cut dixi, compositio corporalis potest duobus modis intelligi. vno modo ex
partibus continuis facta, siue eiusdem, siue alterius rationis. & hanc tangit, cum
dicit, quod ipse Deus non sit corpus. secundo modo ex partibus qualitatiuis, li
licet essentialibus, Verbi gratia, ex materia & forma. & hanc tangit, cum dicit,
neq; corporeus. hos duos modos compositionis intendit Auer. hoc in loco sit
tari. primo ergo inducit Alg. vim argumenti philosophorum, & potest in hunc
modum componi. omne corpus est nouum. primus motor non est nouus. ergo pri
mus motor non est corpus. maior probatur in litera, & componitur in hunc mo
dum. omne indigens nouitatibus, est nouum. omne corpus indiget nouitatibus:
ergo omne corpus nouum. maior syllogismi principalis, scilicet di. primus mo
tor non est nouus, hoc modo declarari potest ex litera. omne nouum exigit in
nouans. primus motor non exigit innouans: ergo primus motor non est nouus.
Inquit ergo, ait Alg. hęc opinio sup. quæ apparet in disputationis titulo, bene po
test, & optime affirmari iuxta opinionem, d. ꝙ omne corpus est nouum. & hæc
fuit maior syllogismi principalis. minor suppleri debet in modum, quem fec.
Deinde accepit probationem huius, & tantum minorem illius, & inquit, prius
illud corpus non euadet continue a nouitatibus, & iterum huic pręponas maio B
rem. Deinde accepit probationem minoris, & huius tantū iterum accepit maio
rem, & inquit, & quodlibet innouatum exigit innouantem. & iterum perficias
hunc, vt reliquum. (Sed ꝙ sit.) Cum proposuit opinionem Peripatheticorum, &
fundamentū eorū narrauit, hoc in loco incœpit debilitare ipsum, & vult qd cor
pus pōt intelligi duobus modis, vno mō pro generabili & corruptibili. alio mō
pro ęterno, alterius rōnis ab illo posset itaq; dici fundamentū pdictū cogere pri
mū motorē nō esse corpus nouū generabile. ipsum tn̄ esse corpus antiquū alterius
rationis non cogeret. inquit ergo, sed ꝙ sit corpus antiquum ab æterno, licet con
tinue recipiat innouationes, hęc opinio non affirmat. cuius rationē inquit, quare
enim est negatum ꝙ primum entium sit firmamentum, vel sol, vel alius orbium?
quasi dicat, ratio non demonstrat. ex vi ergo rationis tantum habetur, primū
non esse corpus generabile. ipsum tamen esse corpus antiquum alterius rationis
non habetur. (Et si.) Hoc in loco inducit adhuc aliam philosophorum argumen
ti dicti confirmationem, & potest in hunc modum componi. omne corpus est cō
positum diuisibile in partes quantitatiuas in materiam & formam realiter, & in
accidentia propria, quibus differt ab alio sui generis. Tunc suppleas minorem,
sed primus motor non est corpus diuisibile, &c. ergo primus motor non est cor
pus. huius accepit maiorem tantum, & inquit, & si aliquis diceret forte, ꝙ prima C
causa non est corpus, hęc est conclusio. et accepit maiorem. d. quia omne corpus
est compositum, & diuisibile ad partes quantitabiles intellectualiter, id est secun
dum designationem saltem, & ad materiam & formam realiter, & ad denomi
nationes, id est accidentia, in quibus appropriatur, id est quę sunt propria, per
quę differt ab alijs corporibus. (Dicimus nos.) Remouet hanc confirmationem,
& inquit. Dicimus nos, ꝙ omnia ista cassauimus, & ostendimus in præceden
bus, ꝙ nullam habent auctoritatem super hoc. vult dicere, sicut dictum est, ꝙ
philosophi nullam habent probationem ad probādum necesse esse non esse cor
pus: quoniam necesse esse, vt dictum est, nihil aliud est nisi ens carens causis agē
tibus: modo hoc potest verificari de corpore, & non corporeo. corpus enim cę
leste, si est necesse esse, caret agente, & motor eius etiam caret agente. ergo ar
gumentum hoc fuit optime solutum. Ad formam ergo potest negari minor, scili
cet dicens ꝙ primus motor non sit corpus compositum, &c. (Etiam declarauj
mus.) Illa minor non probatur hic, sed superius fuit in hunc modum probata,
omne corpus compositum diuisibile secundum quantum, & materiam & formā,
habens accidentia propria, habet agēs: sed primus motor non habet agens, &c.
ideo hoc in loco persoluit probationem illam factam superius, & inquit. Etiam
declarauimus, ꝙ sicut non est negandum ponere ens non habens dans sibi esse,
id est ens carens agente, Verbi gratia, apud Peripatheticos Deus enim est ens
carens

A carens agente. ſimiliter, non eſt negandum ponere compoſitam nō indigens cō-
ponente, id eſt ita poteſt fingi aliquod primum compoſitum a ſe ſine componen
te illud. quoniam, ſicut in entibus datur primum ens a ſe, ita in componentibus
& compoſitis debet dari primum compoſitum a ſe. aliter in compoſitis eſſet pro
ceſſus in infinitum. tandē concludit. d. tandem ſup. diximus ꝙ omnia veſtra ędi
ficia irruimus. (Et ſi.) Iterū ſecūdo inducit alteram, & ſecundam conſirmationē
Peripatheticorum, & inquit, et ſi aliquis veſtrū diceret, ꝙ illud corpus, quod pri
mū ponitur, aut eſt animatū, aut nō. ſi non: contra arguit. d. eſt impoſsibile ꝙ ſit
agens. quod intelligo ſimpliciter, quoniam omne agens, vel eſt naturale, vel ra Tertia q̃ō.
tionale: & non pōt ponat agens naturale: quoniam, tunc daretur agens altius eo
quia agens naturale dirigitur ab agente rationali, opus. n. naturæ opus eſt intel-
ligentiæ. 12. Me. com. 18. ſi rationale, ergo eſt animatum. ſi eſt animatum, ergo
vna pars eius, ſcilicet anima, cauſa erit alterius partis. & , ſi ſic: ergo illud corpus
non erit primū, ſ. quia habet aliud prius, a quo dependet, ſcilicet animam eius.
(Dicimus.) Solum hoc. d. dicimus ꝙ anima non eſt noſtri corporis cauſa, & per
conſequens, nec anima orbis ſimiliter cauſa eſt ſui corporis apud nos. immo am-
bo habent eſſe ab extrinſeca cauſa, id eſt immo compoſitum noſtrum habet eſſe
ab extrinſeca cauſa. inquit modo, & poſtquam poſsibile eſt ꝙ anima orbis, &
B orbis ſint ab æterno, ergo poſsibile eſt vt ambo ſint incauſata. Breuiter ergo di-
cendum, ꝙ anima Cœli non eſt cauſa Cœli, neque totum conſtitutum ex ani-
ma & corpore Cœleſti eſt cauſatum, cum ſit æternum. ergo Cœlū eſt primū cō
poſitum carens componente. Debes ſcire, ꝙ Alga. in hoc dubio debilitauit viā
Ariſt. in 8. & 12. Metaphyſi. erat enim via Ariſto. hæc, ſcilicet omne corpus,
vel virtus in corpore eſt finitū in tempore. primus motor non eſt finitus in tēpo
re, mouet. n. per infinitū tēpus: ergo primus motor nō eſt corpus, neque virtus in
corpore. Obijcit ergo Alg. ſubtiliſsima obiectione: dicendum maiorem tantum
veram eſſe de corpore generabili & corruptibili, & non de cordore æterno alte
rius rationis. hoc enim corpus eſt infinitū in tempore, cum ſit antiquum, & alte-
rius rationis a caduco. Et hęc quidē obiectio eſt fortiſsima: & Ioan. Gramma-
ticus adduxit ſecundam obiectionem huic, & eſt multum difficilis, vt confitetur
Auer. in 8. & ego in hac diſputatione aperiam ambas has obiectiones ſecundū
poſſe meum loco eius in ſequentibus.

A V E R O E S.

C AIt Auer. Qui autem non habet probationē, ꝙ primum non
ſit corpus, niſi ex eo ꝙ verificatum eſt ei, ꝙ omne corpus eſt
innouatum. O quā debilis eſt probatio eius, & quā eſt remo Probatio q̃d
ta in natura probātis ea, ex eo ꝙ præceſsit ꝙ probationes eorum, ſuper Deus non ſit
quibus ædificauerūt ꝙ omne corpus eſt innouatū, ſunt probationes di corp' eo q̃m
uerſæ. & quāto magis eſt dignius, quā cōceſsio cōpoſiti antiqui, vt re omne corp'
citaui tibi de ſecta Aſſaria, quæ concedit eſſe corpus antiquū. qm̄ aliqđ eſt innouatū
eſt accidens antiquū, quod eſt compoſitio exēpli gratia. & nō verifica apud philo-
tur demonſtratio eorū, ꝙ omne corpus ſit innouatū. nam ędificauerūt ſophos ē de-
hoc ſuper innouationē accidentiū. Philoſophi aūt Antiqui nō admit- bilis.
tunt eſſe corpus antiquum ex ſe, ſed ex alio. quarē impoſsibile eſt apud
eos, quin ſit ens antiquum ex ſe, quo eſt corpus antiquius antiquum.
et, ſi tranſtulerimus hic ſermones eorum, eſſent topici, & declarabū
tur in loco proprio. Cum autem dixit in dubitatione, contra hoc di-
cimus, ꝙ nos deſtruximus hoc contra vos, & declarauimus quòd nō
eſt vobis probatio de hoc, niſi quòd aggregatum, cum indiget aliqua

pars eius alia, est causatum. i. ꝙ iam dixit superius ꝙ non habent probationem, ꝙ necessarium in esse ex se non sit corpus. quoniam esse necessarium in esse ex se, est ꝙ non habet causam agẽtem. Et quæro vnde prohibuerunt esse corpus non habens causam agentem? & magis inconueniens est, cum ponitur corpus simplex, non diuisibile, nec in quantitate, nec in qualitate, demum compositum antiquum absque compositore, & est contradictio vera, à qua non potest se saluare, nisi sermonibus topicis. & totum, quod est Alga. in hoc libro contra Philosophos, & Auicennæ, sunt sermones topici, ex æquiuocatione nominum, quibus vtuntur: quare non est protelandum in hoc. Cum autem dixit, respondens pro secta Assaria, antiquum ex se non indiget causa qua erit antiquum: &, cum ponimus antiquum ex se, & ponimus ꝙ substantia sit causa attributorum, tunc substantia nõ erit antiqua ex alio. Dixi ꝙ sequitur ei vt antiquum sit compositum ex causa, & causato, & ꝙ attributa sint antiqua ex parte causæ, & est substãtia. &, cum causatum non est conditio in esse sui, ergo antiquum est causa. & dicimus ꝙ substantia existens ex se est Deus glo. & attributa sunt causata. & sequitur eis vt ponant causam antiquam ex se, & res antiquas ex alio: & hoc aggregatũ est Deus. & hoc idem est, quod ipsi negauerunt contra dicentem ꝙ Deus est antiquus ex se, & mundus est antiquus ex alio, s. à Deo. ipsi vero dicũt ꝙ antiquum est vnũ. ergo hoc totum est in vltimitate contradictionis. Cũ aũt dixit, si ponimus ens absq; inuentore, est sicut si ponimus compositum absque cõponente: & ponere vnũ ens huiusmodi, aut plura, non est falsum in consyderatione intellectum, est totũ sermo inuolutus. Nam compositio non determinat componẽtem, qui sit etiã compositus, adeo ꝙ deueniat ad cõpositum ex se: sicut causa, cũ fuerit causata, deuenit ad causam non causatam. nec etiã, cũ inducit demonstratio ad ens absque inuentore, potest declarari demonstratiue ex hoc ꝙ sit vnum. Cũ autẽ dixit ꝙ, cum aufertur quiditas, aufertur compositio, & ꝙ hoc facit affirmare compositionem in primo, non est verum. quoniam Philosophi non auferunt quiditatẽ à primo, sed auferunt ꝙ sit ibi quiditas modo quiditatis causatorum. & hoc totũ est sermo topicus fallax. Etiam recitauimus in sermonibus nostris sermones rhetoricos, qui dicuntur in hoc libro, secundũ radices Philosophorũ, in declaratione ꝙ primũ non sit corpus: & sunt ꝙ possibile inducit ad ens necessarium: & quod non emanat possibile à necessario, nisi mediante ente, quod est aliquo modo necessarium, & aliquo modo possibile: & est corpus cœleste, & motus eius circularis. Et est sufficientius id, quod dicitur secundum radices eorũ, ꝙ omne corpus potẽtia eius est finita: & hoc corpus adeptum est potentiam infinitam in motu ab ente, quod non est corpus.

Quõ philosophi negãt qditatẽ a primo.

Positio arabum.

Debes scire quod philosophi arabes, vt Aui. Auempa. & Alpha. & multi ex græcis, vt Ioan. Philopo. Simplicius, & Themi. credũt quod corpus, & corpus nouũ cõuertantur, eo quia omne corpus nouũ, et omne nouũ corpus, est corpus. & hi expositores, cũ remouerũt a primo rationẽ corporis noui, credũt ad con-

A motã esse ratione cuiuscũq; corporis, & per cõsequens primũ credũt esse penitus separatã a materia, & a corporeitate. Inquit modo Auer. dicimus nos, quod qui non habet demonstrationem, quod prima causa non sit corpus, alio medio sup. firmatam, nisi quod quodlibet corpus est innouatum, sicut philosophi prædicti dixerunt, valde distant a veritate, & a demonstrationis natura: &, qua si velit, quod contra eos valet obiecto Alg. cum in vno fundentur impossibilia. (Quia in præcedentibus.) assignat causam, & inquit. Quia in præcedẽtibus declaratum fuit, quod suppositiones istorum, in quibus fundant se ad concludendũ, quod omne corpus est innouatum, sunt debiles, & erroneæ: maxime, quia ipsi fundant se super innouationem accidentium, arguerent enim, omne corpus esse nouũ: propterea, quia ei accidentia innouantur, vt visum est. (Sed philosophi.) apponit ergo veram solutio. vbi debes scire, vt dictum est in lib. de substantia orbis, quod corpus æternum, & generabile habent aliquod commune, & habẽt differentiam: commune quidem est habere agens, nullum enim corpus est a se, & ideo omne corpus habet agens, & causam sui esse. differunt autem, quoniam corpus generabile habet agens naturale, per transmutationem & alterationem agens. Corpus æternum habet agens, quasi æquiuocum: eo quia de ratione agẽtis Cœlestis non est nisi, vt ab eo dependeat corpus, vt dictum est primo Cœ. commen. 20. & alibi. hoc autem non probat Auer. sed supponit esse declaratũ: B potest ergo demonstratio Aristo. in hunc modum cõponi: omne corpus, vel virtus in corpore est ab alio: primus motor non est ab alio: ergo primus motor non est corpus: inquit ergo, sed philosophi antiqui non concedunt esse corpus antiquum per se, id est, a se sine agente, sed per aliud, id est, ab alio, vt diffuse declaratum est in ipsorum libris. (Sed id, quod.) Cum aliqualiter rationem Aristo. exposuit, vult transire ad dicta Alga. & inquit, sed id, quod dixerat quod ipse cassauit omnia ista in præcedentibus, &c. intendit dicere, ꝙ philosophi nullam habent probationem, quod necesse esse non sit corpus. & hoc ostendit secundũ Alga. d. intentio namque necesse esse de se est ꝙ non habeat causam agentem. modo hoc. s. carere causa potest esse commune corpori, & enti primo. Qualiter ergo est impossibile ponere corpus non habens agentem causam, maxime posito corpore simplici indiuisibili secundũ rem in quantitate, & indiuisibile secundum rem in qualitate. tandem dici potest, quod antiquum cõponitur non habẽs componens. & sup. quia si haberet componens, ergo esset aliud corpus supra illud, & iterũ illud haberet componens, & sic in infinitũ. Hanc obiectionẽ soluit Auer. d. & nos dicimus quod hæc obiectio acerrima est, & difficilis ad soluẽdũ, & non potest solui nisi cum dictis topicalibus. (Amplius.) Et si obiectio sit difficilis, soluit tamẽ, & negat illud, s. quod detur cõpositum a se, & inquit, amC plius id, quod dixit, videlicet ꝙ quando ponimus ens sine dante esse sibi, tñ valet, quantũ dicere cõpositũ cõponens nõ habens, &c. dicimus ꝙ sunt verba erronea. & rationẽ inquit. d. quia compositio nõ infert cõponens esse cõpositum, immo peruenit ad aliquod incõpositũ, i. agens separatũ de se. vt, si. i. sicut aliqua causa causata peruenit sine dubio ad causam incausatam. (Et licet.) Tunc transit ad formã, arguebatur. n. hoc modo. sicut datur primũ ens a se, ita primũ cõpositũ a se. soluit. d. & licet probatũ fuerit per demonstrationem, quod sit ens sine dante sibi esse. i. ꝙ detur ens primum a se. sequitur quod si daretur, ex hoc sup. agens compositionem, quod sit vnum, id est simplex. Et forte litera errata est a translatore, vel scriptore. & debet dicere, non sequitur ex hoc quod si daretur componens, vt non sit vnum. i. simplex: qm̃ primus motor est primum cõponẽs, idest, primum agens compositionem, & primum ens.

Cõueniẽtia, & differẽtia corpis æterni, et gñalis.

SED, hoc in loco sunt qõnes. Prima quęstio est, qm̃ non videtur solu. Auer. cõueniẽs argumento Alga. Secunda quæstio, videtur ꝙ quæstio Ioã. Grãmatici nõ soluatur ex his. Tertia qõ est, quia vr̃ ꝙ debeat dari primũ compositum a se, sine agente. Quod solu. Auer. nõ sit cõueniẽs, ostenditur: qm̃ demõstratio Arist. erat. omne corpus, vel virtus in corpore est finitũ in tpe. vel igitur Arist. intelligit simpl'r de omni corpore, & tũc huic maiori addo minorem. sed corpus Cœleste est corpus: ergo corpus Cœleste est finitũ in tpe: & hæc fuit obiectio

Ioan. Grammatici, quam, vt dicit Auer. 8. Phy. com. 79. & tertio ca. de substantia orbis, & 12. Me. cõ. 41. & 2. Cœ. com. 71. retinuit pro insoluta. Si vero maior Arist. intelligitur de corpore composito tantum: tunc Arist. committit fallaciam consequentis, arguendo, primus motor non est corpus compositum, vt conclusio sui argumẽti, ergo est forma separata: quoniam, vt dicit Alga. possibile est intelligi primum esse simplex corpus, & alterius rationis a caduco, & hæc fuit obiectio Alga. & difficilis. Sol. quam affert Auer. duobus modis peccat, primo, quia commutat demonstrationem Arist. ad aliam formam, quam non posuit Aristo. secundo vero, quia nondum probauit Auer. quomodo omne corpus pendet ab alio, & quod nullum est a se: quæstiones ergo Alga. & Ioan. Grammatici nondum solutę apparent, neque solu. Auer. conueniens videtur. Quod autem debeat dari cõpositum primum a se, probatur: quoniam in omni ordine oportet venire ad primum, quia, vt secundo Meta. traditũ est, vbi non ponitur primũ, & vltimum dici non potest, & vbi non est primum, neque vltimum, oĩa erunt media: in omni ergo ordine oportet dari primum, igitur in ordine corporũ compositorum oportet dari primum corpus compositum, & per consequens a se, vt Alga. dicit. Ad quæstionem harum solutiones multa dixi in lib. de intellectu, & in lib. de substantia orbis, & 12. Meta. & in 8. & qui vult copiose scire mentem Auer. videat illic. Pro nunc autem, quantum in proposito deseruit. Primo debes scire, quod Deũ esse corpus duobus modis intelligi potest. vno modo esse corpus compositum, sicut est elementũ, vel mixtum, quæ componuntur ex materia & forma. secundo modo potest intelligi esse corpus simplex, sicut Cœlum: est enim Cœlum natura corporalis simplex, compositione carens ex materia & forma, habet tamen compositionem ex partibus quantitatiuis. Ideo coegit Aristo. facere duos processus in octauo. vnum, quo probauit primum nõ esse corpus simplex: alterumque, vbi probat ipsum non esse corpus compositum ex materia & forma, neque mixtum. Prima via fuit in hunc modum composita: omne, quod mouetur, ab alio mouetur: corpus Cœleste mouetur, vt sensu patet, ergo ab alio mouetur. maior apparet saltem in natura simplici. dictum est enim in calce disputationis octauæ, quod corpus simplex vel totaliter agit, vel totaliter recipit. Et ex hoc relinquitur, quod primus motor non sit corpus Cœleste, vel sibi simile, hoc modo. corpus Cœleste mouetur ab alio. primus motor non mouetur ab alio, immo nec a se: ergo primus motor nõ est corpus Cœleste. Secunda fuit posita in vltimo octaui, & in hunc modum composita. omne corpus compositum, vel virtus in corpore composito, est finitum in tempore. primus motor non est finitus in tempore: ergo primus motor non est corpus compositum. neutra ergo demonstratio sufficit ad probandum Dei impartibilitatẽ, ideo potest ex vtraque fieri vna demonstratio completa in hunc modum: omne corpus dependet ab alio, patet hoc in corpore simplici, dependet enim ab alio saltem in sui operatione propria, scilicet motum, compositum autem dependet in esse ab alio: est ergo vera maior, quod omne corpus dependet ab alio tanquam ab agente. Sed primus motor non dependet ab alio: ergo primus motor nõ est corpus. His visis ad obiecta facile potest responderi. Ad primam dicendũ, ꝙ in illa demonstratione octaui, scilicet vltimi textus, de corpore composito intelligit: &, quando dicit, quod tunc committeretur fallacia consequentis: dicendum, quod conclusio vltima octaui non est conclusio illius syllogismi tantum, sed talis conclusio est syllogismi, facti ex ambobus illis, quem Aristo. subintelligit in illo textu, quem Auerro. formauit in hoc loco. dico ergo quod conclusio syllogismi vltimi est, ꝙ primus motor non sit corpus compositum: attamen id, quod infert Aristo. ex illo, est conclusio vtriusque syllogismi: quando, scilicet dicit, quare primus motor neque est corpus, neque virtus in corpore, sed substantia impartibilis, & indiuisibilis, & inalterabilis. Ad secundam patet solu. ilic enim non commutauit demonstrationem, sed exposuit syllogismũ subintellectum Aristo. vt patuit. Præterea, quomodo omne corpus dicitur ab alio, manifesta est. omne corpus vel est simplex, vel compositum. & si simplex, constat illud dependere in operatione a sua forma, vt dictum est in libris Aristo. &

A si compositum, constat ipsum dependere a generante extrahente formam eius de potentia ad actum: & hoc Auer. supposuit. Ad tertiam dicendum, quod in omni ordine oportet dare vnum primum: sed non oportet illud semper esse eiusdem rationis cum medijs: & sic in proposito in ordine compositorum, quod est primum compositorum, quo nullum compositum est prius, licet sit prius eo aliquod simplex. Verbi gratia primus motor, attamen primus motor est alterius rationis a compositis. & sic intellecta sunt dicta Auer. & ego abbreuiaui illa, quæ prolixe explanaui alibi.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens dubitationi, qua intulit ꝙ non erit agẽs apud Philosophos, nisi orbis, qui est compositus ex anima, & corpore. Si autem dicitur, quoniã corpus, in eo quòd est corpus, non creat aliud, & anima copulata corpori non agit, nisi mediãte corpore, & non erit corpus medium animę in creatione corporum, B nec in productione animarum, & rerum, quæ non habent relationẽ ad corpora. Dicimus quare non erit possibile vt sit in animabus anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conueniat vt reperiantur corpora. & alia præter corpora ex ea. & falsitas huius non habetur necessario. & non est demonstratio, quæ probat eam, nisi quòd ipse non videt hoc in istis corporibus nobis apparentibus. & non videre non significat falsitatem. Igitur dedicauerunt enti primo id, quod non dedicatur alicui enti omnino. & non testificantur de eo alia. & non videre hoc in alio non significat falsitatem eius. & sic est de anima corporis, & corpore exteriori, aut eo, quod consyderatur.

Cum inducit viam Arist. & contradictionem illius, & defensionem, hoc in loco inducit defensionem Alg. & primo proponit intentionem, & inquit, ait Alg. respondens pro philosophis in eo, in quo cogit philosophos concedere, quod nõ sit aliud primũ agens, nisi corpus supercœleste, quod ex anima & corpore componitur. est ergo inducere verba, quibus defenditur opinio philosophorũ de primo principio, an corpus, an forma sit separata. (Et si.) Cum induxit intentionẽ C Alga. ponit verba eius, & inquit, & si aliquis diceret ꝙ impossibile est, primũ esse corpus: hæc est conclusio, quam probat tribus medijs, & primum potest cõponi in hunc modum, Nullum corpus creat. primum principium creat: ergo primum principium non est corpus. huius apponit maiorem, & inquit, corpus enim, inquantum corpus, nulla creat. & addidit inquantum corpus, quoniam satis est possibile sub ratione, qua animatũ, vel viuens, vt dicetur in solu. dubij. (Et anima.) Inducitur secunda ratio, & inquit, anima non agit corpora, nisi corpore mediante, & corpus nequit esse mediũ ad animam in creatione, id est, productione corporum, immo nequit esse medium in attribuendo aliquid speciebus animarum, vel rebus corporalibus. Potest ergo ex his virtus huius rationis ordiri, nulla anima agens per corpus potest creare corpora, vel aliud attribuere speciebus animarũ. sed primum principium potest creare corpora, & aliquid attribuere speciebus animarum. ergo primum principium nõ agit per corpus. & sic vult habere ipsum esse omnino extra corpus, vt patet. (Nos dicimus.) Inducit tertiã rationem, & primo proponit id, quod vult reprobare, sub forma admirantis, & inquit, nos dicimus ꝙ hoc magis mirũ est esse possibile, ꝙ in animalibus sit aliqua anima appropriata, in quadã proprietate, i. secundum quãdam naturam, ex qua talẽ habet aptitudinẽ, ꝙ ab ea reperiantur corpora, & incorpora. Debes

scire, q opinio, quam Alga. approbauit. s. d. primum principium esse corpus animal æternum. s. Cœlum, habet ponere animal tale agere corporea, & incorporea: corporea quidem, vt inanimata. in corporea, vt animas animatorum. inquit modo Alg. hoc esse admiratione dignũ, & affert causam. d. contra hoc enim nequit aliqua demonstratio duci, licet ad sensum vsque modo visum non sit. & id, quod visum non est, nequit prædicari de possibilitate. Debes scire q Alga. duo hic tangit de illo, primo id esse admirabile. secundo id esse impossibile. Quod quidẽ sit impossibile, ostendit per hoc, quia nondum visum est. si enim fuisset possibile in tanto magno tempore egressum esset ad actũ, & per consequens ab aliquo patrum inscriptũ. Quod vero sit mirũ, hoc modo ostendit: quoniam quod est impossibile caret causis sui esse, & quando caret causis sui esse, non põt esse, & per consequens, si ponitur in esse, admirationem causat. ergo opinio, quam Algaz. probauit, in tribus peccare videtur. Primo, quia primum princ piũ non ageret corpora. Secundo, quia primũ principium ageret per instrumentũ. Et tertio, quia tũc animal aliquod esset duarũ specierũ causa oppositarũ. s. corporeorũ, & incorporeorum, & sic opinio hæc erroribus plena esse videtur.

AVEROES.

A quibus est generatio.

AIt Auer. Dicere autem quòd corpora non creant corpora, cum intelligitur de creatione generatio erit veritas contrarium eius. nam non generatur corpus in eo, quod videmus, nisi ex corpore, nec corpus habens animam, nisi ex corpore habenti animam. quoniam non generatur corpus simpliciter. nam, si generaretur corpus simpliciter, erit generatio ex priuatione, non autem post priuationem. sed generantur corpora demonstrata ex corporibus demonstratis, & cum corporibus demonstratis. & hoc quidem, cum permutatur corpus ex nomine ad nomen, & ex definitione ad definitionem. permutatur enim corpus aquæ, exempli gratia, ad corpus ignis, cum permutatur ex corpore aquæ ad attributum. in cuius permutatione permutatur quidem nomen aquæ, & definitio eius ad nomen ignis, & definitionem eius. & hoc erit necessario ex corpore agenti communicante cum generato, aut specie, aut genere dicto vniuoce, aut secundum prius, & posterius. Attamen an permutetur indiuiduum corporeitatis appropriatum aquæ ad indiuiduum corporeitatis appropriatum indiuiduo, est in eo consyderatio. Cum autem dixit nec erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in creatione animatum, est sermo fundatus ex opinionibus Philosophorum secundum opinionem tenentis quòd tribuens formas corporum, quæ non sunt animata, & animas, est substantia separata, aut intellectus, aut anima separata, & quòd impossibile est vt tribuat hoc corpus animatum, nec non animatum. nam, cũ ponitur hoc, & ponitur quòd cœli sunt corpus habens animam, impossibile est eis vt tribuant formas ex istis formis generabilibus, & corruptibilibus, nec animam, nec aliud. nam anima existens in corpore agit mediante corpore: & id, quod agit mediante corpore, non reperitur de eo nec forma, nec anima, cum non sit de natura corporis vt agat formam substantialem, nec animam, nec aliud. & est similis ser-

A moni Platonis de formis abstractis à materia, de quibus dicitur. & hęc est opinio Auicennæ, & aliorum ex Philosophis Maurorum. Et ratio eorum etiam est, quoniã corpus agit in corpore caliditatem, aut frigiditatem, aut humiditatem, aut siccitatem: & hæ sunt operationes corporum cœlestium apud eos tantum. id vero, quod agit formas essentiales, & præcipuæ animales, est ens separatum: & est id, quod appellant tribuens formas. Aliqui tamen Philosophorum tenent contrarium huius, & est ꝙ id. quod agit formas in corporibus, sunt corpora habentia formas similes eis, aut specie, aut genere. specie autem sicut corpora viuentia, quoniam agunt corpora viuentia, vt videmus in animali, quòd vnum generat alterum: genere vero in his, quæ non generãtur ex mare, & fœmina. corpora autem cœlestia apud eos sunt, quæ tribuunt eis vitam, quoniã sunt viuentia. & isti habent rationes præter famosas, quarũ narratio hic non est locus. Et ideo dubitauit Alga. contra eos in hoc, & dixit & quare impossibile est animabus
B quin sit eis anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conueniat vt sint ex ea corpora, & alia à corporibus? idest & quare impossibile est quin sint animabus existentibus in corporibus animæ, quæ appropriãtur generationi aliarũ formarũ habentium aĩam, & nõ habentiũ animã. O quã est extranea cõcessio Alg. ꝙ nõ sit testificatio de generatione corporis ex corpore, & nõ est profecto testificatio præter hoc. Tu aũt debes scire ꝙ, cũ extrahuntur sermones Philosophorum à artibus demonstratiuis, fiunt sermones topici absque dubio, si fuerint famosi: aut inconuenientes, & extranei, si nõ fuerint famosi. * Et causa in hoc est, quoniam sermones demonstratiui discernuntur a sermonibus non demonstratiuis, cum consyderantur in genere artis, in qua est speculatio. & ille ex eis, qui ingreditur in definitionem generis, aut genus ingreditur in definitionem eius, est sermo demonstratiuus. & ille, in quo hoc non videtur, est sermo non demon-
C stratiuus. & hoc impossibile est, nisi postquã definieris naturam huius generis, de quo consyderatur, & abstrahatur modus, propter quem reperiuntur prædicata essentialia huic generi, à modo, propter quẽ non reperiuntur ei. & debet consyderari hic modus, vt quilibet sermo sermonum positorum in illa arte, cum fuerint continue apud oculos eius, &, cum habitum fuerit in anima quòd sermo est essentialis huic generi, aut consequens ex consequentibus substantiæ eius, verificatur sermo. cum vero non consyderatur hæc proportio intellectu consyderantis, aut consyderatur consyderatione debili, tunc sermo est imaginatio, non autem veritas. Quare erit differentia inter demonstrationẽ, & existimationem prædominantem intellectui subtilior consyderatione capilli ad visum: & occultior fine existenti inter vmbram & lucẽ, & præcipue in rebus materialibus apud homines debiles visu, quia miscẽt in eis id. quod est per se, ei quod est per accidens. Quare vt quòd id, quod fecit Alga. de translatione opinionum Philosopho-

Hic definit antiquior.

rum in hoc libro, & aliis suis libris, & eam tribuit ei, qui non consyderat in libris hominum cum conditionibus positis ab eis, profecto mutat naturam eius, quod est veritas in sermonibus eorum, aut decipit plurimos homines ex summa sermonum eorum. & qui facit hoc, malignitas in eo prędominatur, magisquã bonitas circa veritatem. Quare Deus glo. bene scit ꝙ non transtulissem in his rebus aliquem sermonum eorum, nec permisissem hoc, nisi esset malum eueniens scientiæ. & intelligo per scientiam consyderationem in rebus, vt expostulat natura demonstrationis.

Quæ sit ꝓpria scięntia.

Cum induxit defensionem philosophorum secundum Alga. hec in loco vult videre circa illam ea, quæ bene dicta sunt, & quæ male. Debes ergo scire, ꝙ creatio potest capi dupliciter. Vno modo, pro productione alicuius ex ente presupposito, & sic dicitur generatio. Alio modo, productione alicuius ex nihilo simpliciter, & sic dicitur creatio vero nomine. Creatio enim potest respicere terminũ a quo, & ad quẽ. siquidem enim respiciat terminum ad quem, sic generatio dici potest creatio, pro quanto terminatur ad formã, quæ creatura dicitur: sicut dicitur generatio naturalis, quia est via in naturã. Si vero respiciat terminum a quo, sic sola productio ex nihilo creatio dicitur. Ostendit ergo Auer. in proposito, in quo sensu verificatur dictũ Alga. & in quo nõ, & inquit, Dicimus nos quod id, quod non creat corpora. si intenderent per hanc creationem, non est dubium quod non est verum. i. dictum Alga. falsum est. immo totum contrarium est. Cuius rationem subdit, & inquit, quia vt sensibiliter patet, corpus non generatur nisi ex corpore, & corpus animatũ nisi ex corpore animato. Et debes scire quod ly, ex, hic capitur, vt dicit dupliciter habitudinem. s. materiæ, & agentis. corpus enim indiuiduum terminatum fit ex corpore tanquam ab agente, quia nihil potest materiam transmutare nisi corpus, vt dictum est primo Cœli cõ... & 33. 7. Meta. com. 31. & in 2. capitulo de substantia orbis. simpliciter non fit nisi ex corpore, quoniam fit ex materia supposita forma corporis, & de genere substantię, & de genere quantitatis, vt declaraui alibi. Similiter corpus animatum, & terminatum, vt homo fit ex corpore animato tanquam ex materia, & tanquã ex agente. Tanquam ex agente quidem, quoniam homo hominem generat. 2. Phy. Tanquã ex materia vero, quoniam non cessant partes spermatis corrumpi, nisi postquã genitus est homo. primo Physi. commen. 62. constat autẽ sperma esse animatum, saltẽ in potentia, vt Auer. declarat. 7. Metaphy. com. 31. & octauo Physi. commen. 46. & 12. Meta. commen. 13. & 18. Si itaque creatio capitur pro generatione, sic dictum Alga. falsum est, & eius oppositum est totaliter verum. (Corpus namque.) Ostendit qualiter, si capitur generatio pro creatione corporis absolute ex nihilo, dictum Alga. est verum, attamen minor falsa est. & inquit, corpus nanque absolute non generatur. i. nõ creatur ex nihilo, quia esset necessario ex priuatione. i. ex nõ corpore simpliciter, & ex nihilo: est ergo maior vera, videlicet, nullũ corpus creat corpus ex nõ corpore. minor tamen est falsa, qm̃ primũ principiũ nõ creat corpus, neque aliud quicquã: qm̃, si creat corpus, tunc corpus fieret ex priuatione. i. nihilo. (immo corpora.) Reddit ad primũ membrũ, & inquit, immo corpora indicata, seu propria. i. corpora indiuidua demõstrata, seu propria. i. signata fiunt a corporibus indicatis. i. indiuiduis demonstratis. & ostẽdit quomodo hoc fiat d. ex eis vi sequentium. i. transmutatione accidentium permutantur: vt aqua, quæ primo in aere conuertitur, deinde in ignem: quãdoque immediate in quodlibet trãsmutatur. Debes scire, vt sumitur in primo capitulo de substantia orbis, qđ quando dimensiones aquæ extenduntur, incipiunt vicinari dimẽsionibus aeris, adeo ꝙ aliquãdo fiunt nõ propriæ aquæ: & tũc ex aqua fit aer, & sic iterum quãdoq; fit ignis. Similiter, quãdo frigiditas aquę remouetur, & inducitur calor, tunc fit aer secundum Auer.

Sed in hoc loco esse potest quęstio: quoniã priuatio capi simpliciter,

A & potest capi in genere. V.g. non homo est priuatio, sed non simpliciter, cum competat lapidi, boui, & alijs. Non ens est priuatio simpliciter, quoniam priuat totum esse. dico ergo ꝙ non corpus est priuatio in genere. quoniam, adhuc competit entia: albedo enim non corpus est: non propter hoc dicitur albedo non ens: ergo non corpus est priuatio in genere. Tunc est quęstio, & quęro, si corpus fieri ex priuatione est inconueniens: vel est inconueniens, capiendo priuationem simpliciter, vel in genere. non primo modo, quoniam priuatio corporis non est priuatio simpliciter, vt dictum est nunc: si in genere, hoc non est impossibile, immo necessarium. quoniam omne, quod fit, fit ex suo opposito priuatiuo: vt homo ex non homine, vt primo Physicorum visum est.

Dubitatio.

Positio latinorum.

Debes scire, quod expositores latini fingunt materiam secundum nudam essentiam recipere formã specificam: ponunt enim, quod quando materia est disposita pro forma ignis, siue hominis tunc omnes dispositiones præuię corrumpuntur, & tunc in nuda essentia materię recipitur forma, quæ secundum rem est omnes formę. arguunt enim, quod materia prius intelligitur perfici secũdum formam vniuersalem, quam specialem: sicut prius intelligitur aliquid ens, quam viuum, & viuum quã animal, et animal quam homo. &, quia quodlibet esse generis, vel speciei consequuntur ꝓpria accidentia illius generis, vel speciei: ideo, quando materia intelligitur per-
B fecta secundum rationem huius generis, quod est corpus, possunt in ea intelligi dimensiones, quæ sunt propria accidentia huius generis. &, quando materia intelligitur perfecta forma viui, iterũ accidentia propria illi intelliguntur ei in esse, & sic vsque ad formam vltimam. volunt itaq; ꝙ in vno, & eodem temporis instanti fiant resolutio dispositionum pręcedentium, & inductio formæ specificę, quę licet in vno instanti temporis inducatur, cum illa forma contineat gradus formarum superiorum secundum ordinem rationis, potest intelligi formam generis pręcedere speciei formam, & accidens generis similiter præcedere accidentia propria formę speciei. Et tunc, apud hos expositores oportet concedere dimensiones quantitatiuas generari nouiter in generatione formæ speciei. Et secundo oportet concedere ꝙ specifica forma supponit materiam dimensionatam secundum rationem, non secundum rem. & in hũc modum Thomas aquinas vertit dictum Auer. primo Meta. commen. 17. Et tertio oportet concedere, ꝙ nulla est dimensio vna numero coeterna materiæ, & videtur ꝙ Auer. 3. cœ. cõmen. 17. in fine, assignet rationem huius: inquit enim, & etiam contingeret huic opinioni vt superficies sint substantiæ: quoniam, quod prius est substantia est. s. quia forma corporis est superficies, & corpus est substantia, digniores sunt superficies, vt sint substantię. Ex quibus verbis aperte accipitur, ꝙ dimensio non est

Contra positionem latinorum.

C recepta in materia prius ꝙ̃ forma substantialis. Rationes autem Thomæ sunt positæ, & solutę in secundo de Anima, in expositione commen. 4. & in lib. de substantia orbis. Pro nunc autem Auer. in lib. de substantia orbis remouit positionem hanc, & dicit: quoniam si denudaretur, tunc corpus esset ex non corpore & dimensio ex non dimensione. & vult dicere quod, si dimensio non esset materiæ coeterna, sed de nouo fieret in materia, tunc corpus, idest dimensio, vel materia dimensionata fieret ex non corpore, id est ex materia nuda tanquam ex subiecto, in quo recipitur. Quomodo autem consequens hoc sit inconueniens, adduxi opiniones inuicem repugnantes in lib. de substantia orbis. & vna opinio erat: quoniam, si dimensio fieret in materia sola, sic quod prius in ea non pręfuisset, tunc indiuisibile fieret diuisibile: quod falsum est: quoniam albedo nõ fit corpus, materia quidem ens indiuisibilis diuisibilis fieret. Pręterea, indiuisibile non potest fieri diuisibile, nisi imaginando illud indiuisibile extendi, & fieri diuisibile. hoc autem est impossibile, sicut impossibile est diuisibile fieri indiuisibile. Præterea, diuisibile, & indiuisibile opponuntur. & vnum oppositorũ non est subiectum sui oppositi, vt dicit Auer. primo Physi. loco eius. Sed hic modus ostendendi impossibilitatem consequentis, non est consonus: quoniã nulla illarum rationum necessitatem habet. Prima quidem non: quoniam, & si materia, quando intelligitur recipere dimensiones, actu indiuisibilis, sit tamẽ potentia est diuisibilis: & modo diuisibile recipi in subiecto actu indiuiso potẽtia

diuisibili non est inconueniēs, immo necessarium: qm̄ omne recipiens debet denudatum a natura recepti, secundo de Anima. com. 67. & 3. de Anima. cō. Præterea, nec secunda ratio necessitatem habet, qm̄ indiuisum actu, potentia tamen diuisibile pōt extendi. ergo pōt intelligi fieri diuisibile, non tñ econtra diuisibile non potest esse subiectum indiuisibilis, secundum fundamētum A. Et tertia minime necessitatem habere videtur, qm̄ indiuisibile simpliciter, & diuisibile simpliciter proportionem habere videntur: sed indiuisibile actu, & potentia diuisibile non opponuntur, nisi quemadmodū priuatio opponitur habitui & hoc modo vnum oppositorū pōt recipere alterum, vt materia priuata recipit formam. Ideo dicendum, vt dixi in lib. illo, q virtus argumenti Auer. est ductus entimematis vnius post alterum. arguit enim sic: qm̄, si denudaretur, tunc corpus esset ex non corpore, & dimensio ex non dimensione. est ergo primum entimema, si dimensio fieret in subiecto modo, ergo tunc corpus fieret ex non corpore, & dimensio ex non dimensione: & tunc non sistit hic, sed apponit secundum entimema, & dedit inconueniens vltimum, & inquit: & tunc formę corporales essent contrarię, & succedentes sibi in hoc subiecto, sicut est dispositio in formis substantialibus. Est ergo secundum entimema, scilicet si dimensio fieret ex non dimensione, ergo dimensio corrupta, & genita essent contrarię contrarietate propria, & per se. hoc aūt non est ita, qm̄ dictum est in prędicamentis commune esse quantitati, & substantię non habere contrarium. Pōt aūt & ista consequentia vltima in hunc modum componi. omne accidens, quod corrumpitur in aduentu formę posterioris, non proprium illi, nec priori formę, contrariatur accidentibus sequentibus formam posteriorem. hęc maior patet in lib. de longitudine, & breuitate vitę, quoniam accidens duobus modis corrumpi pōt. vno modo per viā sequelę. V. g. vt inquit ipse, qn̄ est accidens propriū, sicut corrumpitur risibile ad hois corruptionē. alio modo corrumpi pōt per se, qn̄ non est proprium accidens formę nec pręcedentis, nec sequentis, sed corrumpitur per successum accidentis contrarij sequentis formam genitam nouiter in materia. ergo maior illa vera. Tunc accipitur hęc minor, sed dimensio pręcedens est accidens non propriū formę priori, nec posteriori: & per se corrumpitur, & generatur noua. ergo dimensiones illę sunt inuicem contrarię per se succedentes se in eodē subiecto, eo modo, quo se succedunt formę substantiales: & sic patet consequentia Auer. Dicendum itaq;, q corpus fieri ex non corpore est impossibile: nō quia, tunc indiuisibile fieret diuisibile, sed quia, tunc dimēsiones essent contrarię ꝓprię & per se, vt visum est. Ad formam dicendum, q ens in genere est duobus modis. vno modo cōpossibile cū quolibet cuiuscunq; gñis, vt forma corporis. pōt enim stare cū quolibet cuiuscunq; generis, vt vides. Aliud est ens in genere, quod cum aliquo stare pōt, & cum aliquo non: vt forma ignis, pōt stare cū generatione, & forma leonis, & non pōt stare cum generatione, & forma aquę: tunc dicendū, quod loquēdo de ente primo modo, impossibile est ipsum fieri ex priuatione sui generis, nec in genere, nec simpliciter. Loquendo secundo modo, bene est possibile: qm̄, de facto homo fit ex non homine: ideo patet, corpus fieri ex non corpore esse impossibile, hominē aūt fieri ex non hoīe est necessariū. Illud aūt, quod inducebatur ex tertio cœli, nihil est: qm̄ Auer. ibidem post com. 61. se exponit, & vult quod dimensio non insit corpori, seu materię nisi pręcedat forma substantię, & in eodē cō. inquit, & eā quod super hoc existat in materia est, quia prima forma substantialis existit in ea, s. grauitas, & leuitas. i. forma corporis, quę nomine grauitatis, & leuitatis appellatur, vt clarius intelligitur: sed perscrutatio de hoc, vt subdit, pertinet ad alium locum, scilicet, dimitatum de substantia orbis. & ibidem com. 61. posset etiam in hoc loco videri quid sit ista interminata dimensio, & quid terminus eius, & quomodo intelligitur in materia, an actu, an potentia, & an qualitates primę transmutantur, qn̄ formę elementorum transmutantur: & multa alia, quę non oportet vt hic dicatur, qm̄ visa sunt in lib. de substantia orbis, & alibi in multis meis apologijs, vide. (Sed id quod.) Cum verificauit quodammodo opinionē illam, & quodāmodo falsauit, hoc in loco transit ad examen secundi sui dicti. &, primo repetit il-

A lud, & inquit, sed id, quod dixit, videlicet, quod corpus non est mediũ ad animã; neq. in creatione corporũ, neq; in speciebus aĩarum, Subdit examen, & d. dici mus ꝙ hoc est iuxta opinionẽ quorundã philosophorũ, qui opinati sunt, q. d. dans formas corporũ inanimatorũ & animatorũ est substantia separata, vel intellectus, vel aĩa separata: dans rationẽ eorũ inquit, quia impossibile est apud illos, ꝙ corpus aĩatũ, vel inaĩatum possit dare formas. est ergo vna propositio eor. nullũ corpus dat formas. deinde accepit quasi minorẽ, & inquit, posito ꝙ cœlum est corpus aĩatum. est ergo minor, sed cœlũ est corpus aĩatum. dedit conclusionẽ & inquit, ergo impo℮ est quod illud corpus possit dare aliquã formã generabilẽ & corruptibilẽ, aut aĩam, aut quãcunq; aliam formam. (Nanq;.) Hoc in loco prosyllogizat maiorẽ, & põt in hunc modũ cõponi: nullũ agens mediante corpore põt agere formas, seu aĩas: sed corpus agit mediante corpore: ergo corpus non põt agere formas, seu aĩas. accepit minorem, & dicit nanq; corpus agit sine dubio corpore mediante. deinde accepit maiorẽ, & inquit, & quod sic se habet, impo℮ est quod ab eo procedat forma, neq; aĩa. cuius rationẽ replicauit, d. non enim est de natura corporis, inquantũ corpus, agere substantialẽ formam, neq; animam. Debes scire, quod Auer. vr̃ secundum illos cõmittere circulũ: qm̃ voluit probare animam non agere mediante corpore, & probauit per hoc, quia nulli corpus dat formas, deinde probans hanc, accepit, nullum agens mediante corpore agit formas. modo hęc probatio maioris est conclusio, quã intendit ergo in

B opinione illorum cõmittit circulum: potest dici, quod hęc propositio est vniuersalior, quã conclusio declaranda. conclusio enim declaranda erat, nulla anima agit mediante corpore. Sed probatio hęc est, nullũ agens mediante corpore agit formas, &c. modo quę sunt vniuersaliora, sunt notiora. ergo hic non vr̃ circulus committi, vt patet. (Et hoc.) Comparat opinionem illam opinioni Platonis, et inquit, & hoc est simile opinioni Pla. in formis separatis a materia. Debes scire, quod similiter hoc alterum, est quodãmodo idem, & quodãmodo alterũ. Idẽ quidem, qm̃ quemadmodum Pla. d. formas rerum non a corporibus effici, in materiis, &c. & hęc enunciat opinio: diuersum quidem, qm̃ Plato concessit numerũ formarum separatarum secundũ numerũ specierũ generandorum. opinio autem hęc vnum tm̃ agens omnibus sufficere dicit: & forte opinio ista est omnino opinio Platonis, vt Themistius dicit, sed quomodo sit hoc, forte dicam & poñ. (Et hęc.) Cum dixit hoc inducit opinionis auctorem, & inquit, & hęc est expresse opinio Auicen. & philosophorum sarracenorum sequacium eius, qui asserunt id est, manifestant ipsorum opiniones, dicentes quod corpus agit in corpus caliditatẽ, seu frigiditatẽ, s. illud corpus agens, quod apud eos est corpus cœleste: est ergo propositio vna, quod corpus non agit nisi qualitates, vt dicit Auer. de mente ho-

C minis 7. Meta. com. 31. & com. 18. sed illud, quod dat formas substantiales maxime animas, est sine dubio ens separatũ, quod apud eos nuncupatur dans formas, arabice vero colcodea. (Alij vero.) Inducit opinionem veram omnino illi oppositam, & inquit, totũ contrarium istorũ opinantur, videlicet, quod illud, quod dat formas corporum est corpus habens similes formas in specie, vel in genere formas recipientium, id est, generatorũ, ideo intulit: ergo apud eos viua corpora efficiunt, vt aperte declaratur in aĩalibus, & in similibus generabilibus eis. s. ex maribus & fœminis procreatis, V. g. plantis: animal enim animal genuit, & planta plantam. (Sed illa.) Cũ dixit opinionem predictã, soluit motiuum illius forti simi. id est, argumentum eius de animalibus ex putrefactione genitis, vbi non est mas nec; fœmina, & tamen fiunt. Respondet Auer. sed illa animalia, quæ ex patre sine fiunt, generantur ex corporibus orbium. id est, stellis: & ipsa corpora, scilicet stellę dant eis vitã, quia viua sunt: inquit enim Auer. 12. Meta. cõm. calor cœlestis in aere, vel aqua diffusus animalia generat ex putredine. Ecce, quomodo non oportet recurrere ad formam separatam. Redit ad id, quod dixit, & inquit, & ad asserendũ hanc opinionẽ, s. de formis habent sarraceni multas auctoritates, id est, rationes, quas nos quantum ad præsens, dimittimus propter nimiam prolixitatem verborũ. (Et huiusmodi.) Inducit argumentũ Alg. contra saracenos, & dicit, & huiusmodi ratione arguit Alg. d. super eos, sic, quod

non est impossibile, quod in animalibus sit quædam anima: intendit dicere sint in animalibus corporum animę appropriatę ad generandum alias videlicet, animatorum, vel inanimatorum: est ergo vis, quod non incon[...] se formas naturales, quę immediate agunt quandoque animas, vt formę [...] lium: quandoq; formas, vt formæ elementorum. Et adducit confirma[...] sensu, & dicit, vnde mirandum est de hominibus dimittentibus opus se[...] apparentia phantasmatis summi sequentibus: ipsi enim appodiantes [...] babilia verba, destruunt demonstrabilia. ideo concludit esse hom[...] & dicit: quare decet, immo potius debet homo talis, cum sequacibus [...] ri in maxima prauitate: & maxime, quando hoc, id est, opinio con[...] sui reperitur, id est, est dicta ab excellentibus prudentibus, qui in [...] ctu sunt prouisi a Deo glorioso. id est, quibus Deus gloriosus [...] tellectum, id est, summam prudentiam: isti quidem viri sunt certe maxi[...] testandi, vilipendendiq;.

De colcodea.

Et cum hoc sit ita, propter bonum, oportet aliqua dicere de illa [...] dea, quæ latine dator formarum exponitur, dicta intellectus, anima, & [...] tia seu forma separata: & in primis quæ Platonis sententia, secundo, qua[...] bū, & aliorum, tertio, & vltimo quę Arist. in hoc quæsito existat inten[...] cet de hoc sit dictum aliquid in hoc libro, semper repetendo, aliquid re[...] quod & vtile, & dignum legentibus apparebit. Inquit ergo Plato in T[...]

Positio Platonis.

Quocirca, sicut ratio hæc nobis probabilis persuadet: dictum est hunc m[...] animal esse, idq; intelligens, reuera diuina prouidentia constitutum: & c[...] xisset animal hoc, quod mundus dicitur, ad cuius similitudinem sit prod[...] transit ad animam, & inquit: animam autem in eius medio collocauit, [...] totum tendit, atque ea corpus ipsum extrinsecus circūtexit. Vt ergo Pla[...] sententia intelligatur, primo debes scire ipsum posuisse prius informem [...] mundi, quam formatam, & formatam quodammodo prius, quam animatam [...] do enim naturæ ex imperfecto ad perfectum procedit, non quia informa[...] formationem fuerit secundum tempus, vel formatio corporalis ante anim[...] hic ordo rationis est: & vt cognoscitur tam formalem naturam formatio[...] poreæ gratia, quam corpoream formationem gratia animę, tanquam [...] diuinitus institutam: ordinem illum Plato expressit verbis fere sensibili[...] tamen ad rationis ordinem ipsum adaptare opus est. Secundo debes sci[...] re, secundum Platonis sententiam, quatuor pertinere ad mundi animam [...] ritum. Primum quidem, intellectus in se manens, immobilis orbium, sp[...] rumq; motor, ab auctore rerum institutus. Secundum, sphęrę anima, mo[...] bilis quidem, sed mobilis per seipsum. Tertium, intelligentia quædam [...] ræ a Deo diuinitus insita. Quartum, natura, id est, seminaria, vitalisq; [...] ab anima passim infusa materiæ. Est ergo Platonis sententia, quantum a[...] mundi spiritum, & esse intellectum, animam, intelligentiam, & naturam [...] ctus quidem, prout rector orbium dicitur, & motor tantum immobilis: anim[...] ro, prout & motor dicitur orbium, & a seipso moueri & potest, & mouet [...] citur intelligentia, prout omnium rerum est prouidentia: dicitur & natura, [...] ab ea res omnes & procreantur, & in esse sublimi sustinentur. Et licet [...] hęc animæ secundum rei veritatem ascribantur, intellectus quidem, & [...] substantiæ sunt spiritus, vt spiritus est: intelligentia autem, & de natura q[...] tes sunt ab illa effluentes: tamen animali, qui mundus dicitur, ratione ma[...] insunt magis, vt dicit Plato. Tertio, debes scire omnia elementa ad hor[...] tuor imagines esse: ignis enim intellectum huius spiritus refert, terra illius [...] rā, intelligentiam aer, aqua deniq; animam: sunt autem intellectui tria pro[...] est enim indiuiduus, vniformis, & æternus: natura diuidua, multiformis, & [...] poralis: anima vero inter hęc media per intelligētiam quidem magis intellec[...] ipsius particeps euadit, Per animalem vero potentiam cum natura potius [...] cum intellectu consentit quamobrem, partim indiuidua dicitur, partim qu[...] diuidua: item vniformis similiter, & multiformis, rursus æterna, & partim & [...] poralia: quia igitur ignis inter elementa indiuiduus est magis, vniformis, & [...]

Quatuor ad animam mūdi pertinēt.

Nota.

A nas magis, ideo in intellectum refert: quia vero terra diuidua, difformis, & temporalis plus alijs reperitur, ideo naturam refert: quia vero anima media est, ideo quantum ad intelligentiam aeri attribuitur, quantum ad animationem aquę: quatuor itaque elementa illorum quatuor imagines referunt. Præterea, quatuor vitæ stellarum horum imagines etiam declarant: saturnia, iouialis, venerea, dionysiaca. Saturnia quidem intellectum refert, Iouialis autem intelligentiam, ad actionem iam mobilem declinantem, Venerea etiam animalem refert virtutē, iam materiam amantem, Dionysiaca naturam, & materiam refert. Præterea, sensus quatuor in vniuerso connumerantur. Primus quidem imaginarius, intellectum repręsentat: hic enim vnus existit formas rerum particulares attingens, vt ille vniuersales: attingens, inquam intrinsecus, ideo nullis eget instrumentis, quemadmodum & intus, neque extra procedit vsque, neque patitur, ideo intellectum refert. Secundus vero, sensus communis est in animalibus, & hic intelligentiam refert: est enim communis, & extra procedens. Tertius, exterior sensus in animalibus particularibus, vltra vim rationalem iam per instrumenta singula distributus: hic quidem vim animalem refert, eo quia extra se porrigit, atq; a passione exoriens mutatur. Quartus deniq; sensus, a pythagoricis plantis cōceditur: & id quidem stupidum, nullum iam habens iudicium qualitatis, sed in sola passione a passione voluptatis cuiusdam, atq; doloris, Et hic quidem sensus
B naturam illius tenet spiritus. Declaratum itaque habetur, illorum quatuor fere totum mundum hunc formam. Istorum etiam habetur ordo in hunc modum: quoniam mundi quidem materia, neque aliter suscipit animam, quam per naturam, neque aliter intelligentiam, quam per animam, neque aliter intellectū, quā per intelligentiam: sic quoque per terram accipit aquam, per hanc aerem, per hanc ignem. Quarto debes scire, quod duplex est ad Deum ordo rerum: vnus videlicet, quo ab eo procedunt, alter, quo procedentes conuertuntur ad ipsum. Cum igitur hæc ex Platonis sententia colligantur, in hunc modum verba Platonis interpretemur. Dicit enim animam in eius medio collocauit, quæ per totum tendit, atque ea corpus ipsum extrinsecus circūtexit: hoc quidem igitur illos duos ordines signat. Cum enim dicit animam in medio eius collocauit, quæ per totum tendit, &c. ordinem procedendi rerum ex Deo signat. Cum vero inquit, atq; ea corpus ipsum extrinsecus circumtexit, ordinem rerum procedentiū in Deum declarat: quando enim mundus in Deum redit, extra molem, & sui naturam extenditur, cum conuertatur in id, quod supra modum reperitur. His ēt verbis comparationem animæ ad totum corpus, & omnes partes perscribit: ad corpus quidem, cum dicit eam medio collocasse: ad partes etiam omnes, cū ait,
C quæ per totum tendit, hæc enim anima totum tenet, & singulas partes replet: secundum enim illa quatuor, omnes fere mundi partes tenet: quia per intellectum ignem, saturnum, & imaginarium sensum. per intelligentiam iouialem, aerem, et communem sensum. per animam veneream, aquam exteriorem sensus partem. per naturam dionysiacam, terram, naturalem sensum continet. ista itaque anima totum est, & omne: totum quidem, prout in medio sita est, omne, prout singulas tenet partes singulis eis gradibus. Hęc sunt, quę formaliter ex Proculo, & Porphyrio excipiuntur in huius loci commentatione: quid igitur sit mundi anima, & quomodo ad ipsum, & singulas partes se habeat secundum Platonis sententiam, dictum sit intantum. Superest modo dicere quomodo has formas rerum, & maxime animas procreat, & quomodo illas format. dicendum itaque, quod cum Deus omnia possit, cum anima hęc in sui reditu in illum, illustratur, appetitu accenso illi inhęreat, inhęrendo formetur, omnia in mente sibi inhęrēt, naturas rerum creandarum effingit, in eaq; spiritali natura quodam modo, vt ita loquar depinguntur omnia, quæ in corporibus istis sentimus: huiusmodi igitur rerum, specierum Dei fomento quodammodo, in illius animæ mente conceptas, depictas atque non dubitamus ideas esse secundum Platonis sententiam. Cum igitur anima hęc omnium species teneat, merito omnium formatrix, & artifex rerum dici debet. hęc vtique anima omnium rerum formas conducit in materia, prout earum simulachra pręconcipit. Modus autem formationis hic est: cum

Duplex ordo rerum ad Deum.

materia digna sit recipere formam, & meritũ expectat ab hac ipsa proprijs... præconcepta, formam dat secũdum meritum materię. hanc aũt opinionẽ Th... in.3. de Anima. cõ. 27. quodammodo prędicat: inquit enim, solus intellectus... proprie, & maxime censendus est forma, immo vero forma formarum. infra... enim cętera, modo subiectorum loco, modo formarum habentur. Hanc, prę... rea idem Themistius in de anima primo. com. 23. declarauit exemplo, quod... deas. quomodo quidem igitur hęc anima procreat entium formas, & quę... ideæ, & vbi sint, sit dictum modo. hæc itaq; Platonis opinio pro nunc credi... licet complura sint necessaria ad illius expositionem: vt, de auctore eius, ... Deus eam creauit, & an ipsa creata vim habeat in animas rationales: & qu... dam alia, quę non sunt huius loci, sed in libro de intellectu sermonem prolixi...

Pō arabũ.

inquire. Superest modo, arabum sententiam & adducere, & declarare ... do. debes ergo scire, ꝙ sphęra actiuorum, & passiuorum gubernatione indi... forte non minori, quam singulus orbis. &, quia omnis orbis indiget motore ... dicunt totam hanc sphęram motore indigere. Est autem motor duobus mo... quidam partibilis per totam quantitatem mobilis, quidam in indiuisibili co... stens. motor enim, qui tempore finito mouet, ab eis ponitur partibilis, & diuisi... lis. qui vero tempore mouet ęterno, & impartibilis, & indiuisibilis existit... igitur motor, cum habeat sphæram, & gubernet, & tempore moueat ęterno, ... de re ęternus, impartibilis existit simpliciter. Dicitur quidem hic motor for... sphęrę, dator formarum, intelligentia separata, intellectus, & anima, pro ... uersis habitudinibus sphęram hanc respicit. respicit enim primo hanc sphęram, prout illam conseruat in esse, & in operatione sua, & quia forma principium ... essendi & operandi absolute, ideo respectu huiusmodi forma dicitur totius sphę... ræ. Dicitur secundo, dator formarum latine, arabice vero colcodea, ab opera... tione particularium rerũ. est enim agens omnes formas in materijs ab extrinse... co, ponens eas ibi ex nihilo secundum arabum principia. ergo hoc respectu da... tor formarum, vel agens formas dici mereretur. Dicitur tertio, intelligentia: quo... niam omne agens per cognitionem prouidentia aliqua effectus agit. &, quia nul... la est prouidentia maior hac istius, ideo merito dicitur intelligentia ab excellen... tia operationis intellectiuę: quemadmodum dicimus margaritam esse albedinẽ, pro quanto albissima reperitur. Dicitur quarto, intellectus: quoniam, quemad... modum intellectus non organo, sed occulte operatur intelligendo, & discurren... do, sic & hęc forma sine instrumentis operatur, & sine omni manifestatione, & ideo intellectus dici põt. Dicitur et aĩa: qm̃ animatum ab inanimato differt in ... uendo, in lib. de Anima primo, & secundo. viuere aũt multipliciter dicto, q... mouetur a se, & crescit a se, viuere dicimus: quia igitur oĩa, quę mouentur mo... tione illius mouentur, et crescunt, ideo aĩa dici non dubitatur. potest ergo colligi ex his, quid quidem sit anima, vel forma ista, & quot habitudinibus sphęram ... respicit. & hæc sunt, quę ex. 9. Meta. Auic. extrahuntur. & dubia huic co... gentia tetigi in lib. de intellectu in propositione. d. ab ęterno immobili non p... uenit nouum. hæc itaq; arabum existit opinio: quę forte parum, aut nihil ab opi... nione Platonis differre videtur, nisi, ꝙ Platonis opinio altiora tangit. attamen

Positio Peripatheticorum.

siquis voluerit ampliare, hanc in illam reducet, & facile. Superest modo Pe... ripatheticorum sententiam in breui explicare. latius enim in.7. Meta. com. 31. & in. 12. Meta. com. 18. Auer. exposuit. & per totum librum de generatione animalium, &c. Debes ergo scire, vt Auer. dicit comm. 36. 11. & 12. eiusdem, omnes contineri actu in primo motore, & potentia in prima materia. & non in... telligo actu formali, sicut ignis continet calorem actu formali, prout & ipse ... calidus existit. sed intelligo actu productiuo, eo quod nihil existit produc... quin a virtute primi in materia ponatur. & hic actus perfectissimus est. Ita, ... intelligo potentiam, scilicet ita ꝙ nihil existat in materia ante formę extractio... nem. esset enim formę creatio non generatio, quando res fieret. oportet ergo, ... aliquo modo formę existant in materia, & impossibile est vt existant secundũ partem, & secundum partem non: qm̃, tunc generatio tantum formę intentio es... set, & corruptio formę remissio, nec existunt formę secundum essentiam in ma...

teria: quoniam, tunc in generatione res non acquireret nomen, nec definitionem, nec in corruptione deperderet id: ergo oportet, vt quodammodo existant ibi, & quodammodo fiant. Ideo debes ſcire, ꝙ vniuerſale eſt potentia particulare, actu vero nullum. aduenientibus enim differentijs proprijs, vniuerſale efficitur, & particulare. ergo vniuerſale mediū eſt inter nihil, & eſſe actu. Exiſtimādum eſt igitur in materia eſſe aliquam formā vniuerſalem, quę oēs poſsibiles eſſe contineat, quę ſit velut inchoatio quędam vniuerſalis, & velut forma materię propria, & ab ea exiſtens inſeparabilis: hęc, ſi detur licentia dicendi, forma corporis exiſtit de genere ſubſtantię. hęc enim forma vniuerſalis exiſtit, potentia ergo continet, & oēs poſsibiles fieri potentia. & ſecundum ꝙ formę fiunt proprie, hęc forma ſpeciē propriā accipit. generatio itaq; nihil aliud eſt niſi formę ſpecificę ab huiuſmodi generabili extractio. intelligo ergo oēs formas contineri in materia in potentia, id eſt in forma corporali, quę potentia formalis eſt omnium, vt Albertus dicit. quomodo ergo formę ſint in primo motore, quomodoq; in potentia in prima materia, ſit dictum. Dicendum vlterius, ꝙ omnes res naturales potentias, & virtutes habent. hoc enim ſenſu, & ratione manifeſtatur in hunc modum. videmus enim calorem virtutem eſſe ignis, & frigus virtutem eſſe aquę. &, quia omne ignobile continetur in re nobili, & imperfectum in re perfecta, vt ſenſu
B fere comprehenſibile eſt, oportet virtutem caloris ab ignis eſſentia emanare & fluere, & vniuerſaliter poſterioris virtus ſemper in altioris potentia continetur: ergo oportet dicere omnes res virtutes habere actiuas. His viſis Ariſto. opinio eſt. vnam eſſe agens, ꝙ prima forma, primus finis, primum efficiens omnium rerum exiſtit, & hic primus exiſtit motor. eſt enim prima forma, prout omnes res in eſſe conſeruat. primus finis, prout in ipſum redeunt entia, & gratia huius exiſtant. & primum efficiens, quoniam vel omnia fecit, vel in virtute eius agentia aguut. ſunt enim agentia particularia velut inſtrumenta illius, ſicut Ariſt. de generatione ſecundo. & Auer. 8. Phy. com. 46. & .47. videtur dicere. Quid igitur ſit prima forma apud Ariſto. & quomodo ab ea res fiant. & quomodo arabum, & Platonis opinio cum Ariſt. conueniat, et differat, ſit dictum intantum. Rationes, & fundamenta harum opinionum, vſque in alium transferantur locum.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit corpus exterius, aut Sol, aut id, quod conſyderatur ex corporibus, eſt menſuratum menſura quadam, cui poteſt addi, aut ab ea diminui, & opus eſt vt ſit in hac menſura approprians, igitur nō erit primum. Dicimus quare negatis dicenti ꝙ hoc corpus erit in menſura quadam, ḡ neceſſe eſt vt ſit finis ordinis vniuerſi. &, ſi eſſet minor ea, aut maior, non eſſet poſsibilis, ſicut vos dicitis ꝙ cauſatum primum determinat vt ſit corpus exterius eo, menſuratum mēſura quadam: & tales menſuræ in cōparatione ad ſubſtantiam cauſati primi ſunt ęquales. Attamen demonſtrant aliquę menſurę tales, ex eo ꝙ ordo eſt alligatus ei. igit neceſſe eſt vt ſit menſura, ḡ euenit ei; & non aliter. & ſic, cum conſyderat non cauſatum. Sed, ſi iſti conſtituunt in cauſato primo, quod eſt cā corporis exterioris apud eos, ꝙ ſit principium appropriationis, ſicut voluntas exempli gratia, non ceſſat interrogatio. Nā dicitur quare voluit hanc menſurā, & non aliam? vt fecerunt Loquentes, cum referant res ad voluntatem antiquam. & nos induximus hoc contra eos in conſyderando partem motus cœli, & conſyderando.

duo puncta poli. &, cum declarabitur quòd opus est eis concedere cognitionem rei a simili, & peruenire ad causam, concedunt etiam absque causa, sicut amittunt cum causa, cum non sit differentia, conuertatur interrogatio inter in ipsammet rem, & dicitur quare appropriatum fuit in hac mensura? siue conuertatur in causam, & dicitur quare appropriatum fuit in hac mensura, potiusquã alia? * Et si possibile fuerit expellere interrogationem a causa, quòd illa mensura est similis huic, quoniam ordo connectitur ei, & non alteri, tunc possibile est expellere interrogationem ab ipsamet re, & non indiget causa. Et ab hoc non potest euadi. quoniam hæc mensura demonstrata quæ est ei, si esset sicut mensura, quæ non erit, tunc conueniret interrogatio, quomodo cognoscitur res a simili in appropriatione secundum radices eorum. ipsi autem negant voluntatem discernentem. si vero non fuerit similis ei, tunc non constituitur possibilitas, sed dicetur hoc sic esse est quid antiquum: quoniam fuit causa antiqua secundum existimationem eorum. & sequitur quæstio ex hoc sermone eo, quo nos dubitauimus contra eos de conuersione interrogationis ad voluntatem antiquam, & conuertimus hoc contra eos in duobus punctis poli, & parte motus orbis: & declaratur ex hoc quòd, qui non verificat innouationem corporum, non poterit constituere rationem de eo, ꝙ primum non sit corpus omnino.

Huc vsq; conueniunt antiquus et iste tex.

Adducit Alga. hic argumentum pro Peripatheticis, postmodum ibi, (Nos vero.) Respondet ad illud, & ratio sic componitur. nullum corpus habens numerum, & mensuram suę magnitudinis ab aliquo appropriante illam sibi, est primum ens, seu primum principium: sed corpus cœleste habet mensuram suę magnitudinis, & terminum eius ab aliquo appropriante: ergo corpus cœleste non potest esse primum principium, nec primum ens: minor probatur, & componitur sic probatio. omne corpus, quod potest esse maius, & minus mẽsuram suę magnitudinis, & terminum ab aliquo extrinseco appropriante habet. sed cœlum potest esse maius, vel minus q̃ꝫ modo sit: ergo mensuram suę magnitudinis ab appropriante habet extrinseco. huius primo tangit minorem prosyllogismi, & inquit, Ait Alg. respondens pro philosophis: &, si aliquis diceret, ꝙ licet supremum cœlum, vel sol, vel aliud corpus cœleste terminatum sit in sua mensura magnitudinis, non est impossibile quin possit esse maius, vel minus. hęc fuit minor. deinde accepit conclusionem prosyllogismi, quæ est minor syllogismi principalis, & inquit: ergo oportet ꝙ illam mensuram terminatam, quam modo habet, ab aliquo appropriante habeat. & hęc fuit minor principalis syllogismi, & tandem dat conclusionem principalis syllogismi, & inquit, ergo nullum corpus cœleste est primum ens. hęc igitur est argumentatio Peripatheticorum, vt d. Alg. (Nos vero.) Cum adduxit fortissimum arg. vult modo soluere illud. Et ad formam dicendum, ꝙ minor syllogismi principalis falsa est. qui enim dicit corpus cœleste habere esse primum entium, & esse primum principium, diceret ꝙ non habet approprians sibi magnitudinem, & terminum. Ad prosyllogismum dicendum formaliter, ꝙ iterum minor falsa est, non potest corpus cœleste maius esse, vel minus. huius solu. tantum tangit secundam partem. s. solu. ad prosyllogismum. & per illam vult habere solu. ad syllogismum: inquit ergo, nos vero respondemus eis, qua ratione negatis quod illud corpus in vltimo fine magnitudinis, quæ reperiri potest. i. qua ratione negatis maximum corpus, quod est ita maius, ꝙ est in vltimo magnitudinis, quia habet magnitudinem, qua maior reperiri non potest in natura, sit ita, ꝙ impossibile sit ꝙ sit maius illo? est ergo sensus solu. cum

Peripathetici

A Peripathetici negatis esse impossibile corpore maximo dari maius. hoc enim dictis, quoniam, ex quo maximum est, impossibile est eo dari maius. & per hoc vult habere quod minor. d. corpore Cœlesti posse dari maius, esse propositionem falsam, cum corpus Cœleste sit maximum, quod reperiri potest in rerum natura. (Et illud) Dat causam suæ solu. s. car non potest maius illo reperiri. & illa ratio potest sic componi: corpus, quod continet omnia entia præsentia, & possibilia est maximũ, quod potest reperiri. sed primum causatum scilicet primum Cœlum, quod est octauus orbis, continet omnia entia præsentia: ergo eo non potest dari maius. huius tangit minorem. & inquit. & illud continet omnia entia. i. præsentia, & infert conclusionem. d, ergo dicitur primum causatum esse supremum Cœlorum mensuratum ab illa mensura sua propria. i. ergo octauus orbis ita mensuratur a sua mensura propria, ꝙ non potest esse maius, vel minus, (et aliæ mensuræ.) Hoc in loco persoluit quandam obiectionem. dixit. n. Alga. ideo non posse dari corpus maius corpore Cœlesti, quia illud est maximum. & quia est maximum, ideo non potest suscipere maius, nec minus. modo ex hac causa posset fieri obiectio hoc modo. omne corpus non maximum potest esse minus, vel maius: sed quilibet orbis, excepto octauo, est non maximus. ergo quilibet orbis, excepto octauo, potest suscipere maius, & minus. Respondet Auer. & forma solu. consistit in hoc, quod licet corpus maximum non possit

B suscipere maius, nec minus, non propter hoc sequitur, quod omne corpus non maximum possit suscipere maius, aut minus: quia orbes inferiores, & si sint non maximi, habent tamen mensuras proprias, & inseparabiles. ideo illa maior habet intelligi de non maximis carentibus mensuris proprijs, cuiusmodi sunt elementa, & alia generabilia. inquit ergo, & aliæ mensuræ. s. orbium inferiorum respectu substantiæ sui primi causati. i. respectu octaui orbis sunt inæquales. i. minores, vel æquales, vt habet alia translatio. i. eodem modo inseparabiles ab eis. &, si stat inæquales, debet dicere post: sed appropriant, i. illas habent tanquam proprias in quadam mensura, quæ ordine entium dependet a Deo, & tūc concludit. d. & ideo dicitur impossibile esse ꝙ aliam habeant mensuram. Debes scire, quod orbes sunt inæquales magnitudinibus proprijs propter intelligẽtias, vt dicit Auer. 12. Meta, commen. 44. quia enim intelligentia lunæ fuit minoris virtutis, ideo magnitudo lunæ debet esse minor. & quia virtus primi motoris est maxima, ideo magnitudo primi orbis est maxima: propter igitur ordinẽ entium, id est intelligentiarum mouentium gratia entium, orbes sunt inæquales in magnitudinibus. &, quia ille ordo est essentialis, ideo mensuræ sunt propriç, & essentiales illis. (Amplius) adhuc adducit secundam obiectionem, & inquit. amplius, si dicerent quod primum causatum est causa primi orbis. i. si dicerẽt primam intelligentiam esse causam primi orbis, & habet primum approprians, vt

C per voluntatem, quæ sup. est continens ad vtranque partem. ergo orbis octauus potest esse maius, vel minus quid, quam modo sit. potest ergo in hunc modum ex his verbis ratio componi. omne corpus causatum ab agente libero, voluntatem habente, potest esse maius, vel minus: sed corpus octauum est corpus causatum ab agente libero, voluntatem habente. ergo in prima figura octauus orbis potest esse maior, vel minor. Debes scire, ꝙ Alg. vsus est ly, primum causatum, vno modo pro orbe toto animato, vt in illo loco. (ergo dicitur quod primum causatum &c.) Nunc vero vtitur pro intelligentia illius primi causati. i. illius primi orbis. & forte litera superior errata fuit vitio scriptoris, & debet sta re ergo dicitur primum causatum inferre supremum Cœlorum mensuratum ab illa mensura sua propria, & tunc conclusio illa intelligitur sic: ergo prima intelligentia debet inferre, id est, causare primum orbem in illa mensura, in qua modo est inseparabiliter, & proprie. & sic sermones concordantur inuicem. (Adhuc,) Obijcit iterum contra hanc solu. & inquit. posito sup. ꝙ ita sit, adhuc est petendum, quare voluit sibi dare hanc mensuram, & non aliam? & potest argui hoc modo. ab indifferenti non prouenit actio: sed voluntas primi causati, per vos, est indifferens simpliciter. ergo ab ea non prouenit actio. (Et est.) secundo arguit contra eos, inducendo eos ad contradictionem, & inquit. & est ma-

Propter intelligentias orbes sunt inæquales.

nifestum, quod ipsi negant voluntatem distinguentem, id est, potentē distinctē & opposita causare, & per consequens nunc contradicunt sibi. & tunc recolligit solu.d. patet ergo quod isti, i. peripathetici nequeunt, id est, non possunt afferere corpus orbium, id est, octauum orbem habere approprians extra se, id est agens dans sibi mensuram, quam habet.

AVEROES.

AIt Auer. Quàm multum est extraneus sermo huius viri in hoc loco. nam ipse ostendit dubitationem cōtra Philosophos ꝙ ipsi non possunt constituere efficiens præter corpus cœleste, cum indigeant responsione fundamento rei, quā non credunt, sed eam credunt Loquentes. & est sermo eorum ꝙ esse cœlum in mensura terminata præter alias mensuras, quibus posset esse cœlum, est ex causa appropriante, & approprians est antiquum. Attamen iste vir errauit in hoc, aut fecit errare. nam appropriatio, quam affirmauerūt Philosophi, est alia ab appropriatione, quam voluit secta Asiaria. nā appropriatio, quam voluit secta Asiaria, est cognitio rei, aut à simili, aut à contrario absque eo ꝙ hoc determinet scientiam in substantia rei, indigentem quidem appropriatione vnius duorum oppositorū. Philosophi vero intellexerunt in hoc loco per approprians id, quod determinat scientia de re facta, & est causa finalis. nam apud Philosophos non est quantitas in ente ex entibus, nec qualitas, quin sit nos in scientia. quæ non euadit ab vno duorum. aut enim hoc erit necessarium in natura operationis huius entis, aut erit ei ad melius. nam, si esset apud eos in creatis quantitas, aut qualitas, quam non determinat scientia, tunc attribuerēt operationem Dei glo. primi in hoc ei, quod impossibile est attribui artifici creato, nisi modo vituperii eius. nam non est macula fortior, quā dicere cōsyderauit in re aliqua facta quantitatem, aut qualitatem: & non elegit efficiens hoc factum, hanc quantitatem, & hanc qualitatem, præter alias quantitates, & alias qualitates possibiles ei: & dicere ꝙ ipse voluit hoc non ex scientia, & alia de re facta. & omnia sunt æqualia in fine huius facti, quem fecit efficiens propter eum, s. propter operationem eius, quæ est finis. nam omne factum fit propter aliquid. & hoc non reperitur ordinatum ad hoc factum, nisi hoc factum esset mensuratum in quantitate terminata: licet fuerit ei latitudo in quibusdam factis, & qualitas terminata, & natura terminata. & si esset quodcunque factum fuerit, terminans quancunque operationem non esset hic scientia omnino de facto ex factis, & non esset hic causa omnino: & erūt quantitates operatorum, & qualitates eorum redeuntes ad appetitum efficientis: & erit quilibet homo efficiens, aut dicimus quòd scientia sit in operatione creati, non in operatione creatoris. Deus glo. saluet nos ab hoc errore in primo efficiente. sed credimus quòd omne id, quod est in mundo, est ex scientia, licet deficiant vires nostri ingenii in multis eorum. nam scientia artificia-

In superioribus antiquus conuenit in sequentibus nihil. & plura satis hic.

A lis intelligitur ab intellectu ex parte scientiæ naturalis. &, si mundus est quid factum in vltimitate sapientiæ, necesse est vt sit hic vnum sapiens, cuius esse indigent cœlum, & terra, & quicquid est in eis. nam nemo potest ponere factum a scientia mirabili causam sui ipsius. Homines autem, quia voluerunt exaltare Deum glo. abstulerunt scientiam ab eo, & negauerunt de eo excellentissimum attributorum eius.

Cum induxit Algaz. sententiam, vult hoc in loco eam examinare. & primo proponit quoddam, & inquit, dicimus nos ꝙ verba huius hominis in hoc loco valde sunt admirãda. i. admiratione digna. (Ipse enim.) Narrat dictũ Alg. deinde ibi. (Vnde Alga.) Ponit eius errorem, inquit ergo, ipse. n. obijcit philosophis quodã argumento. d. ꝙ ipsi nequeunt. i. non possunt asserere efficien tẽ, præter corpus cœleste. i. quia habent dicere corpus cœleste esse primũ agens. cuius rationẽ inquit, quia indigerẽt respõsione cuiusdã radicis. i. cuiusdam argumẽti fundati in quodã principio, quã radicem ipsi negãt: & explicat illã. d. videlicet ꝙ Cœli appropriantur in proprijs mẽsuris ratione causæ approprians, licet alias mẽsuras habere possunt, & dicta causa approprians oportet ꝙ sit antiqua. Debes scire. ꝙ argumentũ Alga. fundatur in hoc. Philosophi cõcedũt qđ corpora cœ-B lestia habent secundas mẽsuras ab extrinseco, sic ꝙ alias ab eodẽ habere possunt. dicebat modo Alg. hęc causa approprias, oportet vt sit antiqua. i. æterna, et agat per voluntatẽ, quare ergo plus egit hãc magnitudinẽ, quã illã: hæc igitur vis fuit argumenti Alg. contra philosophos. (Vnde Alga.) hoc in loco apponit Alga. errorẽ. Debes scire, ꝙ approprias apud Auer. idẽ est quod agens volẽs. hoc aũt duobus modis inuenitur. vno modo, qñ põt per voluntatem eius agere effectum indifferentem a parte vtriusq;, sui. s. & effectus. qñ ex parte sui agere põt vtrũq;, & qñ a parte effectus põt esse receptio indifferens ad vtrunq;, sicut v. g. põt diues dare tibi pecunias, & non potest. & tu recipere & non. aliud est agens per voluntatem & intellectum, prout agit id, quod est natũ effectus recipere, & non aliter. Et dr̃ hoc agens voluntate, pro quãto agit effectũ. & intelligit, & vult ipsum, & ab illo nõ expectat aliquid remunerationis, & hoc respectu dicitur agẽs volẽs. primo modo leges ponũt Deũ esse rerũ auctorẽ, secundo modo philosophi, vt visum est in loco hoc. inquit modo Auer. vnde Alg. errauit in hoc loco in intentione nominis approprians id est, propter ęquiuocationẽ huius nominis appropriãt. i. agẽs volens: qa appropriatio, de qua locuti sunt philosophi dissimilis est appropriationi loquẽtiũ. i. quia aliter capiũt agẽs appropriãs theologi, aliter philosophi. & hoc declarat. d. loquentes nãq; intendũt per C hoc, qđ distinguitur res a suo simili, vel a suo cõtrario. i. intelligũt approprias ꝑ agẽte cõcipiente duo opposita similia possibilia indifferẽter fieri, nõ qđ sapiẽtia inclinet vnum ipsorũ similiũ, vel contrariorũ magis, quã alterũ. i. intelligo indifferentiã rerũ, prout ęqualiter possibilia sunt fieri, ad quorũ neutrũ plus inclinatur intellectus agentis, magis quã ad alterũ. est ergo approprians vno modo agens potẽs agere opposita similia possibilia fieri æqualiter, ad quorũ neutrum plus inclinatur, quã ad alterũ. (Sed philosophi.) Ponit secũdũ modũ, & inquit, sed philosophi in hoc loco intendũt per dictã appropriationẽ, ꝙ sapiẽtia inferat in effectu id, qđ habet de sua natura, & addit. & hęc. i. sapiẽtia talis, nõ modo est agẽs, verũ causa finalis: cuius rationẽ dicit: apud. n. philosophos nulla est quãtitas. i. magnitudo, neque qualitas. i. forma in aliquo entium, quæ non sit propter suã supremã. i. gratia primæ sapientiæ, tãquam gratia finis, & ꝓpter illã tanquã propter agẽs: ergo illa sapiẽtia est finalis, & agẽs causa. (Quare non.) Quia dixit sapientiã primã dare id, quod naturæ rei cõpetit quoddã cõducit, & inquit. Quare, non euadet quin sit vnum duorum, id est quin recipiens non recipiat propter vnum duorum, videlicet aut quia hoc est necessarium simpliciter de natura actus, id est effectus, vel oppositionis illius entis, aut quia est secundum bene esse. i. secundum melius. verificatur ergo secundus modus sic, approprians est agens intelligens, & volens id, quod naturæ rei conuenit, aut sęcundũ neces-

Quid sit approprians.

sitatem simpliciter, aut secundum melius nullam expectans retributionem ab effectu. conueniunt ergo, & differunt. conueniunt quidem primo, quoniam tam agens primo modo, quam secundo modo sunt volentia, & intelligentia. differunt primo, quia agens primo modo est indifferens ex parte vtriusque, sed secundo modo est determinatum ad vnum. s. ad id, ad quod natura expetit, aut necessario, aut propter melius: & harum conditiones tetigit Auer. aliquas in litera, vt patet. (Si enim.) Declarat quod dixit. dixit enim quod omnis qualitas, & omnis quãtitas producta est a sapientia illa. hoc ostendit dicens: si. n. in creatis esset aliqua quantitas, vel qualitas non producta ab illa sapientia, sequitur attribuere primo creatori id vile, quod non deberet attribui alicui vilissimo artifici materiali, quoniam agenti materiali competit agere sine sapientia, & hoc competeret Deo. ergo id, quod competit vilissimo, competit Deo. (Nam.) adducit exemplum quasi conueniens. & inquit, nam nullum est dubium ꝙ quilibet effectus ab aliquo artifice factus diligatur, & cum prouisione ab eodem magistro fiat. si igitur hoc competit rebus hic, quanto magis rebus ibi. (Et ideo.) Hic conducit correlarium, & inquit, & ideo separata, seu remota sapientia primi ab operibus naturæ etiam remouetur causa ab omnibus effectibus naturæ, quod est contra omnium philosophorum radices. i. principia, & conclusiones. & tunc cõcludit propositum quoddam. d. patet ergo ꝙ oportet, ꝙ mundus habeat vnum efficiens sagacissimum, & sapientissimũ, a quo entia cuncta seruata ministrentur. Et cũ hęc sint ita, põt ad formã argumẽti dici. s. ꝙ corpus Cœleste nõ est primũ agẽs, quia depẽdet ab aliquo agẽte appropriãte sibi quantitatẽ, & qualitatẽ ab ęterno. & qñ, arguitur contra. qm̃, tũc illud agens posset agere vtrumque, &c. nego cõsequẽtiam: qm̃ illud appropriãs nõ est vniuoce dictũ cũ agẽte, de quo loquuntur theologi: agit enim per voluntatem, et intellectum secundum necessitatem rei passiuæ, vt dictum est, & ideo corpus Cœleste non potest recipere quantitatem maiorem, nec minorem: quoniam non habuit illam tantum propter agentis desiderium, sed ex determinatione suæ naturæ, vt dictum est primus ergo motor incorporeus est, vtrum vero Cœleste corpus possit esse sub maiori, vel minori magnitudine, & vtrum sapientia primi sit ad omnes res, & quomodo sit, & quid volũtas primi, et quomodo concurrit, dicta sunt in alijs disputationibus ideo nõ expedit hoc in loco tere.

*

DISPVTATIO DECIMA.

IN DECLARANDO DIMINVTIONEM DECLARATIONIS EORVM QVOD MVNDO SIT EFFICIENS, ET quod sermo hæretici sequitur eis.

Obserua candide lector quod Antiquior tex. nec minimum habet de hac Deum a disputatione verbum sed eam quæ in translatione ista Calos. est in vndecima in vetustiori pro decima ponunt.

ALGAZEL.

B

AIT Alga. Et dicimus ꝙ qui confitetur omne corpus esse innouatum, quoniam nõ euadit ab innouationibus, bene intelligit opinionem eorum, cum dicunt ꝙ indiget agente, & causa. Vos vero quæro quid prohibet vobis ab opinione Hæreticorũ, & est ꝙ mundus est antiquus, & sic non est ei causa, nec efficiens ? causa autem est innouationibus, & non innouatur in mundo corpus, & non corrũpitur corpus, sed innouãtur formæ, & accidẽtia. nam corpora sunt cœli, & sunt antiqui, & elementa quatuor, quæ sunt sub orbe Lunæ, corpora eorum, & materiæ eorum sunt antiqua, sed permutantur in eis formæ ex mistionibus, & mutationibus, & innouantur animæ humanæ, & animales, & vegetatiuæ his innouationibus, quarum causæ deueniunt ad motum circularem. & motus circularis est antiquus, & facit eum anima antiqua. orbis ergo non est causa mundo, nec efficiens in corporibus eius. sed ipse, prout est, non defecit esse antiquus absq; causa, scilicet corpora. quæro quid est, quod dicunt, ꝙ hæc corpora esse eorum est ex causa, & tamen sunt antiqua?

C

AVERROES.

AIt Auer. Philosophi dicũt ꝙ qui dicit omne corpus esse innouatum, & intelligit per innouationem creationem ex nõ ente, scilicet ex priuatione, ponit aliquid de innouatione, quod non tenent omnino. & hoc indiget de necessitate demonstratione. In eo autẽ, ꝙ adduxit dubitationes contra eos in hoc capitulo, adeo ꝙ induxit eos ad sermonem Hæreticorum, iam speculati sumus de hoc superius, & non est reiterandum. Et summa huius rei est ꝙ corpus apud eos, siue fuerit innouatum, seu antiquum, non est sufficiens in esse ex

ſeipſo: & eſt apud eos in corpore antiquo de neceſsitate, eo modo, quo eſt in corpore innouato, niſi ꝙ ſimilitudo non valet circa eſſeu. corpore antiquo, vt valet in corpore innouato. & ideo quia Ariſt. voluit declarare eſſe terram circularem ſecundum naturã ſuã, poſuit innouatam, vt conſyderet intellectus cauſam huius: & poſtea tranſtulit eam ad æternitatem. & hoc quidem Secundo de Cœlo. Et, cum adduxit inconuenienria, quæ euenerunt Philoſophis, incœpit reſpondere eis, contradicens reſponſionibus eorum, & dixit.

Quõ Ariſ. declarauit terrã eſſe circularẽ 2. Cœ.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dicitur, omne non habens cauſam, eſt neceſſarium in eſſe: & iam diximus de attributis neceſſarii in eſſe id, quod declaratum fuit ꝙ corpus non erit neceſſarium in eſſe, dicimus ꝙ iam declarauimus corruptionem eius, quod poſuit de attributis neceſſarii in eſſe. & demonſtratio non declarat niſi ceſſationem emanationis. & iã ceſſata eſt apud Hæreticos in principio, cum dicatur ꝙ non ſit cauſa cœlo. formæ vero, & accidẽtia aliqua ſunt cauſa alterius, quouſque deueniant ad motum circularem, & ipſe non eſt cauſa alicuius alterius, vt eſt opinio Philoſophorum, & ceſſat emanatio eorum in eo. & qui bene conſyderat id, quod diximus, ſcit diminutionem eius, qui credit antiquitatem corporum, cum ratiocinatus fuerit de cauſa eorum, vt cogitauit Hæreticus.

AVEROES.

AIt Auer. Huic iam data eſt reſponſio, & notificatus fuit gradus eius in ſermonibus veris, & non eſt hic reiteranda. Hæretici autem adhæſerunt ſenſui. & hoc, qm̃ reducti ſunt motus apud eos ad corpus cœleſte, & ceſſata eſt emanatio, exiſtimauerunt q, iam ceſſatum eſt ratione id, quod ceſſatum eſt ſenſu. & nõ eſt ſic Philoſophi vero conſyderauerunt cauſas, adeo ꝙ deuenerunt ad corpus cœleſte, deinde conſyderauerunt cauſas intellectas, & res finitur apud eos ad ens non ſenſibile, quod eſt cauſa, & principium entis ſenſibilis. & eſt ſermo Abraæ, faciens cœlum, & terram. Sed ſecta Aſſarius negauit cauſas ſenſibiles, ſ. non dicit ꝙ aliqua ſit cauſa alterius, & poſuit cauſam entitatis ſenſibilis ens non ſenſibile ſpecie generationis non apparentis, & non ſenſibilis in cauſis, & cauſatis, ꝙ eſt ſpeculatio exiens à natura hominis, in eo ꝙ eſt homo.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens Philoſophis. Cum dicunt ꝙ probatio, qua probatur corpus non ſit neceſſarium in eſſe, eſt quoniam, ſi eſſet

necessarium in esse, non esset ei causa, non extra, nec intus. &, si haberet causam, quia est compositum, est consyderatione sui ipsius possibile. & omne possibile indiget quidem necessario, dicimus ꝙ non intelligitur dictio necessarii in esse, & possibilis in esse. & tota inuolutio eorum est in his duabus dictionibus. Et reuertamur ad id, quod intelligitur de ea, & est ablatio causæ, & affirmatio eius. & quasi dicant an ista corpora habent causam, aut non habent causam. & dicit Hæreticus ꝙ non habent causam, quæro quid est inconueniens, cum intelligit per possibile, & necessarium hoc? & dicimus ꝙ est necessarium, & non est possibile. &, cum dicunt corpus non est necessarium, est imaginatio quædam, non habens quidem nec radicem, nec ramum.

AVEROES.

Quid per necessarium in esse itelligamus.

AIt Auer. Iam dictum est superius in sermonibus eius ꝙ, cum intelligitur per necessarium in esse id, quod nō habet causam, & intelligitur per possibile in esse, id, quod habet causam, nō erit diuisio entis in has duas res quid notum. quoniam aduersarius potest contradicere ꝙ non est, sicut ipse dicit, sed omne ens non habet causam. Attamē, cū intelligitur per necessarium in esse ens necessariū, & per possibile possibile verum, finitur res ipsa proculdubio ad ens, non habens causam. & est vt dicatur omne ens aut erit possibile, aut necessarium si possibile, habet causam. &, si illa causa fuerit de natura possibilis procedit res ipsa, & cessat emanatio ad causam necessariam. iterum interrogatur illa causa necessaria, cum fuerit possibile ēt vt necessarii aliquod sit habens causam, & aliquod non habens causam. &, si quidem ponitur causa de natura necessarii habentis causam, sequeretur processus, & deueniet res ad causam necessariam, non habentem causam. Auicenna autem voluit conuenire in hac diuisione opinioni Philosophorum in entibus. nam corpus cœleste apud Philosophos est necessarium per aliud: sed an necessarium per aliud habeat possibilitatem respectu sui ipsius est in hoc consyderatio. quare hæc via est tortuosa, cum incesserint in ea hoc processu. Attamen via eius est falsa necessario. quoniā ipse non diuidit ens primo ad possibile verum, & necessarium. & est diuisio nota naturaliter de entibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens Philosophis dicentibus corpus non esse necessarium in esse ex se, cū sint ei partes, quæ sunt causa eius. Si autem dixerit non est incōueniēs, qm̄ corpus habet partes, & partes sunt priores essentialiter toto, Dicimus, licet sic fuerit, tamē

totum constitutum ex partibus, in earum aggregatione non est quidem causa partium, nec aggregationis eorũ, sed sunt antiquæ sic absque causa agenti. & impossibile est eis dubitare cum hoc, nisi cum eo quod dixerunt de affirmatione ablationis pluralitatis ab ente Primo. & iam destruximus illud contra eos, & non habent aliam viam. igitur manifestum est ꝙ qui non credit innouationem corporum, nó peruenit ad credẽdum agens omnino. A

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo sequitur consequentia, cui nemo dubitat apud procedentem per viam necessarii in esse in constituendo ens, quod non est corpus: & hæc via, non procedunt per eam Antiqui. Primus tamen, qui processit per eam ex eis, qui peruenerunt ad nos, est Auicenna. & dicit ꝙ sit excellens viarum Antiquorum. B Nam Antiqui processerunt ad constituendum ens, quod non est corpus, quod sit principium omnium, ex rebus posterioribus, & sunt motus, & tempus: & existimauit ipse ꝙ hæc via peruenit ad id, s. ad constitutionem principii eo modo, quo constituerunt Antiqui ex consyderatione in natura entis, in eo ꝙ est ens. Et, si perueniret ad id, tunc esset id, quod dixerunt, verum. sed ipsa non peruenit ad hoc. nam necessariũ in esse ex se, cum ponitur in esse, erit quod magis auferatur ab eo, quod sit compositum ex materia, & forma: demum ꝙ sit ei definitio. cum vero ponitur esse compositum ex partibus Antiquis, quarũ natura est vt copulentur adinuicem, vt est in mundo, & partibus eius, tunc verũ est dicere de mundo, aut partibus eius, ꝙ sit necessarium in esse. & hoc totum, cum concesserimus ꝙ sit hic ens, quod est necessarium in esse. & iam diximus nos ꝙ via, per quam processit in constitutione entis huiusmodi, non est demonstratiua, & nõ deuenit naturaliter ad eam, nisi eo modo, quem diximus. Et plurimũ, quod sequitur C ex hoc sermone, scilicet debilitatis huius viæ, est apud ponentem hic corpus simplex non cõpositum ex materia & forma. & est opinio Peripateticorũ. qm̃, qui ponit compositum ex partibus in actu Antiquis, impossibile est ei, quin sit vnũ essentialiter. & omne vnum in re cõposita est propter vnum, quod est vnum in se, scilicet simplex, & propter hoc vnum mundus est vnus. Et ideo dicit Alexander quòd impossibile est quin sit hic potentia spiritualis, transiens per omnes partes mundi, sicut reperitur in omnibus partibus animalis potentia copulans partes adinuicem. Differunt tamẽ. quoniã copulatio in mundo est antiqua, ex eo ꝙ copulans est antiquum: copulatio vero inter partes aĩalis est generabilis & corruptibilis in indiuiduo, & non generabilis & non corruptibilis specie, propter copulationẽ antiquã: qm̃ impossibile est ei vt sit non generabile & non corruptibile in indiuiduo, sicut est in mundo. Et euenit Deo glo. hæc diminutio in hac sua

De vnione et copulatione partium mundi.

A specie perfectionis, ad quam peruenire aliud non potest, vt dicit Aristote. in libro de Animalibus. Et iam vidimus nostra tempestate multos, & ex sociis Auicennæ propter hoc dubium exposuisse Auicennam esse huius opinionis: & dixerunt quòd ipse non tenet quòd sit hic separatum: & dixerunt hoc apparet ex sermone eius de necessario in esse in multis locis: & est id, quod posuit in Philosophia sua orientali: & dixerunt quòd ideo appellauit illam orientalem, quoniam est ex opinione orientalium, tenentium quòd Deus sit corpus cœleste, vt ipse opinatur. & ipsi quidem cum hoc debilitant viam Aristote. circa constitutionem primi principii per viam motus. Nos vero iam locuti sumus de hac via multis vicibus: & declarauimus modum, quo est in ea veritas: & soluimus omnes quæstiones factas contra eam. & locuti sumus etiam de via Alexandri in hoc, scilicet quam eligit in libro suo nominato de principiis. nam videtur quòd declinauit a via Aristo. ad B aliam viam: licet fuerit assumpta a principiis, quæ declarauit Aristo. & ambæ viæ sunt veræ: sed magis naturalis est via Aristo. quare, cum verificabitur via probationis necessarii in esse, vt recitabimus, erit vera apud me: licet fuerit in ea communitas, indigens distinctione: & est vt præcedat ei scientia specierum possibilium in substantia, & scientia specierum necessariorum in substantia. Et hæc via est vt dicamus possibile in esse in substantia corporea, necesse est vt præcedat id necessarium in esse in substantia corporea, necesse est vt præcedat id necessarium in esse in substantia absoluta: & est id, in quo non est potentia omnino, nec in substantia, nec in alia specierum motuum. & quod est huiusmodi non est corpus. verbi gratia, corpus cœleste, apparet de eo quòd est necessarium in esse in substantia corporea. sin autem sequeretur vt sit corpus antiquius eo: & tamen apparet de eo quòd est possibile in esse, quo ad motum localem: ergo necesse est vt motor eius sit necessarius in esse in substantia, & quòd non sit in eo poten- C tia omnino, nec ad motum, nec ad aliud. & non attribuitur ei nec motus, nec quies, nec alia species mutationum. & quod est huiusmodi non est corpus omnino, nec potentia in corpore. partes vero mundi æternæ sunt necessariæ in esse in substantia, aut vniuersaliter, sicut est in quatuor elementis, aut indiuidualiter, sicut est in corpore cęlesti.

De via orientali q̃ tenuit Deũ eẽ corpus cęleste.

Oẽs partes mundi sunt antiquæ secũdum Peripatheticos aut indiuidualiter aut vniuersaliter.

DISPVTATIO VNDECIMA.

DE DIMINVTIONE TENENTIS QVOD PRIMVM SCIT ALIVD AB EO, ET SCIT GENERA, ET SPECIES MODO VNIVERSALI.

ALGAZEL.

AIT Alga. Perfecti autem quoniam esse est inclusum apud eos in innouato & antiquo, & non erat apud eos antiquum nisi Deus glo. & attributa eius, & quicquid est vlterius est innouatum ex voluntate eius, ideo peruenit ad eos propositio necessaria de scientia eius: quoniam volitum necessario impossibile est quin sit scitum volenti. & ædificauerunt super hoc ꝙ totum est scitum ei, ex eo ꝙ totum est volitum ei, & innouatum ex voluntate eius, & nihil fit quin innouatum ex voluntate eius. & quotienscunque affirmabitur ꝙ vult, sciens quidē id, quod velit, est viuens necessario: & omne viuens scit aliud, quanto magis scit seipsum: ergo totum sit scitum Deo glo. & id scit hac via, cum notum est eis ꝙ vult creare mundum.

CVm expedita sit disputatio nona, hoc in loco decimam aggreditur, quæ est quodammodo ad scientiam Dei pertinens, & ad eius compositionem: quia, vt dixi, quæstio de scientia, est quęstio de compositione Dei, ex denominatione & subiecto, vt visum est. ergo dicendum est de scientia primi, licet sit in parte d.ctum, & quasi vniuersalius: hæc autem ad particulariora condescendit. primo ergo Alga. concludit propositionem vnam, in qua erit vis quęstionis. accepit ergo antecedens, quasi compositum, & d. quia apud concedentes hanc opinionem concluditur, id est, diuiditur ens in duobus, videlicet in antiquo, id est ęterno, & innouato, id est nouo. est ergo prima pars, omne ens est æternum, vel nouum. Et nihil est apud eos antiquum nisi Deus, & suę denominationes, id est sua attributa, & omnia pręter eum innouata sunt propria voluntate. est ergo secunda pars, ꝙ omne ens pręter Deum nouum est, & solus Deus æternus, omnia noua agens sua voluntate. hoc est totum antecedens. tunc dedit conclusionem, quasi consequens. d. concluditur igitur ab istis suppositis vna propositio necessaria in scientia Dei, videlicet ꝙ omnia sciuntur ab eo: cuius rationem d. quia omnia vult, & sua propria voluntate innouantur. (supposito ergo.) Cum concludit illam propositionem, adhuc procedit. & primo accepit illammet, & post infert alteram, & inquit. supposito ergo quod ipse vult, & ꝙ sciat id, quod vult, ergo ipse Deus est viuus necessario. hęc consequentia tenet quoniam vna est prima voluntas, & vna est prima scientia, tunc accepit maiorem, & quodlibet vnū sup. intelligens & sciens, & volens scit alia pręter seipsum, & apponitur minor accepta, s. ꝙ Deus sit Deus sciens, &c. concludit tunc conclusionem. d. quare apud istos omnia sciuntur ab eodem Deo benedicto habentur ergo duæ propositiones. prima Deus scit omnia. secunda Deus scit omnia extra seipsum. (Et hoc.) Confirmat hoc auctoritate eorum, dicens, & hoc patefactum est eis

A ſuppoſito quod vellet innouationem mundi.i.hoc maxime patet ſuppoſita mundi nouitate ſecundum theologos. hoc igitur eſt intentum huius loci.

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo, fecit eum procemium ad hoc vt faciat comparationem inter eum, & ſermonem Philoſophorum de ſcientia antiqua. Attamen hic ſermo eſt magis ſatisfaciens primo aſpectu, quàm ſermo Philoſophorum. nam Loquentes, cum verificatus fuerit ſermo eorum, & apparuerit apud quem debet apparere, videtur ꝙ ipſi poſuerunt Deum glo. hominem æternum. ipſi enim aſſimilauerunt mundum operatis, quæ ſunt ex voluntate humana, & ſcientia, & poſterius. Et, cum dicitur eis ꝙ neceſſe eſt vt ſit corpus, dicunt ꝙ eſt æternus: & omne corpus eſt innouatum: & neceſſe eſt ei po-
B nere hominem abſq; materia agentem omnium entium. & fit hic ſermo ſermo ſimilitudinalis rhetoricus: & ſermones ſimilitudinales ſunt nimium ſatisfacientes, niſi ꝙ, cum procedimus poſt eos, apparebit inuolutio eorum. nam nihil eſt diſtantius a natura entis generabilis & corruptibilis, quam natura entis æterni. Et, cum hoc ſic fuerit, impoſſibile eſt vt reperiatur aliqua ſpecies, diuiſa in æternitatem, & priuationem æternitatis, ſicut diuiditur vnum genus in differentias id diuidentes. nam diſtantia æterni ab innouato eſt maior, quam diſtātia ſpecierum abinuicem, communicantium quidem in innouatione: &, cum fuerit diſtantia æterni a non ęterno maior, quā diſtantia ſpecierū abinuicem, quō ergo poſſibile eſt vt permutetur iudicium ab apparenti ad occultum? & tamen ſunt contraria. &, cum intelligunt attributa reperta in apparēti, & occulto, apparet ꝙ ſunt ęquiuoca ęquiuocatione tali, quæ impoſſibile eſt permutari ab apparēti ad occultum. nam, vita addita intellectui in homine non dicitur, niſi de potentia motiua in loco
C ex voluntate, & apprehenſione proueniente ex ſenſibus: ſenſus autem auferuntur a Deo, & multo magis motus localis. Loquentes vero ponunt in Deo glo. ſenſus abſque inſtrumentis, et auferunt ab eo motū abſolute: igitur aut non affirmant in Deo vitam repertam viuo, quæ eſt conditio in eſſe ſcientiæ homini, aut ponunt eam eſſe ipſammet apprehenſionem: vt dicunt Philoſophi ꝙ apprehenſio, et ſcientia in primo eſt ipſamet vita. et etiam, qm̄ voluntas in viuo eſt appetitus mandans ad motum, et viuo, et homini euenit ad perficiendum id, quod ei deficit in eſſe ſuo. Deus vero glo. abſit ꝙ ſit ei appetitus, ex eo ꝙ deficit ei, et ſubſtantiæ eius aliquid, adeo ꝙ ſit cauſa motus, et actionis, aut ex ſe, aut ex alio. Et quomodo poteſt imaginari voluntas æterna, quæ ſit cauſa operationis innouatæ, abſque eo quòd additus ſit appetitus hora operationis? aut quomodo imaginetur voluntas, et appetitus, quorum diſpoſitiones ſint ante operationem, et hora operationis? et poſt operationem eædem, abſque eo ꝙ eueniat mutatio? Vlterius,

Nihil eſt diſtantius a natura entis generabilis & corruptibilis q̄ natura entis ęterni.

Quomodo ſ Deo appetitus.

Appetitus ē cā motus.

quia appetitus est causa motus: & motus non reperitur nisi in corpore: igitur appetitus non reperitur nisi in corpore animato. &, cum non sit voluntas in Primo apud Philosophos, nisi quòd operatio eius sit operatio prouenie ns a scientia, & scientia in eo quòd est scientia, in duobus contrariis possibile est vt proueniat ab ea vnumquodq; eorū, & prouenit excellentius contrariorum, & nō vilius ex sciente ea, ideo appellatur Sciens, Excellens. & propter hoc dicunt de Deo glo. quòd approprientur ei tria attributa, & est quòd sit Sciens, Excellens, & Potens. & dicunt quòd voluntas eius prouenit in entibus secundum scientiam eius, & posse eius non deficit a voluntate eius, sicut deficit in homine. Hoc totum est sermo Philosophorum in hoc capitulo. &, cum positum fuerit, vt posuimus, in his quidem rationibus est sermo satisfaciens, non autem demonstratiuus. Et tibi est consyderare hæc, si fueris ex hominibus felicitatis completæ in locis propriis libri * Posteriorum, si sciuerit artes, quas operatur demonstratio. artes enim demonstratiuæ assimilantur in omnibus artibus factiuis. nam quemadmodum impossibile est ei, qui non est illius artis, vt faciat aliquam operationem illius artis, sic etiam impossibile est ei, qui non scit artes demonstrationis, vt faciat aliquam operationem artis demonstratiuæ: & est ipsamet demonstratio. sed hæc ars dignior est in hoc cæteris artibus. differt tamen sermo in hoc ab operatione. nam operatio est actio vna, & non prouenict necessario, nisi ex habentibus artem. species vero sermonum multæ sunt. nam aliquæ sunt demonstratiuæ, aliquæ vero non demonstratiuæ. sed sermones non demonstratiui, quia proueniunt absque arte, ideo existimatur in demonstratiuis quòd proueniant absque arte. & hic est error magnus. & ideo quæcunque materiæ fuerint materierum artium demonstratiuarum, in quibus impossibile est vt sit in eis sermo absque sermone artificiali, impossibilis est sermo in eis, nisi habenti illam artem, sicut est in arte Geometriæ. Quare totum id, quod posuimus in hoc libro, non est sermo artificialis demonstratiuus, sed sunt sermones non artificiales: quorum alter est magis satisfaciens altero. & secundum hoc oportet vt intelligatur id, quod nos hic scripsimus. & ideo nomen debitum, & conueniens huius libri est, Destructio ambarum sectarum simul. Et hóc totum est apud me excedere legem, & speculare de eo, quod non præcipit lex. quoniā vires hominis deficiunt in hoc. impossibile est enim de omni eo, quod tacuit lex ex scientiis, vt speculetur, & declaretur vulgo ex eo, id, ad quod peruenit speculatio, quod sit de essentialibus legis. nam fit ex hoc magna inuolutio. & debet homo tacere in istis rebus, sicut tacuit in eis lex, & notificare vulgo quòd intellectus humani deficiunt in disputatione de his rebus, & non excedant doctrinam legis declaratam in lege: cum fuerit doctrina communis omnibus sufficiens ad acquirendum felicitatem suam. Quoniam, quemadmodum Medicus speculatur de rebus sanitatis in mensura, quæ conuenit sanis, ad con-

Tria attributa de Deo sedm Philosophos.

Sequētia in vetustiori desiderātur.

Species sermonū multę sunt.

Quo pacto doceri debeat vulgus res diuinas.

A seruandum sanitatem, & ægris ad remouendum ægritudinem: sic ēt est in constituente legem. nam ipse notificat vulgo ex rebus mensurā, qua perueniunt ad felicitatem. Et sic est in factibilibus. nam id, quod tacuit lex, est perfectius, & præcipue in locis, in quibus vidēt ꝙ sint de genere rerum factibilium, in quibus est iudicium legale. Quare Legistæ differunt in hoc genere. sunt enim aliqui, qui negant ratiocinationem, & sunt sequentes simplicitates rerum: & aliqui, qui eam affirmant, & sunt homines ratiocinationis. & hoc idem euenit rebus scientificis. & simplices aūt, & scientifici, magis proficiunt simplices in rebus factibilibus. Interrogatio aūt aduersarii in his rebus aut erit ex hoībus demonstrationis, aut nō. Si fuerit ex hoībus demonstrationis, loquendum est cum eo demonstratiue, & notificabitur ei ꝙ hic modus loquendi est proprius hominibus demonstrationis, & sciet in locis, in quibus lex innuit hoc, ꝙ hoc genus scientiæ prouenit ex demō stratione. Si vero non fuerit ex hominibus demonstrationis, aut erit
B ex hominibus, qui credunt legi, aut ex Hæreticis, & non credentibus. si credit ei, notificabitur ei ꝙ loqui de his rebus est prohibitū in lege. si vero non credit ei, non est inconueniens hominibus demonstrationis contradicere ei rationibus incisiuis. Sic pfofecto debet esse dispositio habentis demonstrationem in omni lege, & præcipue in lege Mosayca diuina, quę non tacuit de rebus diuinis, sed innuit id, ad quod peruenit demonstratio, & tacuit de eis, dimittens hoc ad doctrinam communem. His autem habitis, reuertamur ad id, in quo fuimus, cum ad hoc nos induxit necessitas. & nisi esset hoc, Deus scit, & bene intelligit ꝙ nos non licite loqueremur de his rebus hoc modo loquelę. Et, cum expresserit Alga. viam, qua affirmauerunt Loquentes attributum scientię, & alia, adeo quòd est in vltimitate declarationis, ex eo q̄ est in vltimitate famositatis, & vltimitate facilitatis verificationis, incœpit facere comparationem inter eam, & viam Philosophorum in
C his attributis. & hæc est operatio rhetorica. & dixit.

Hoc in loco propositiones Alga. examinare intendit, & primo narrat qua de causa accepit propositiones has, & inquit, dicimus nos quod Alga. præsupponit hęc verba, modo pręambuli, vt possit comparari inter dicta suijpsius in Dei sciētia, & verba philosophorum. vult dicere quod ideo præposuit illas propositiones, vt possit recte comparatio suę opinionis, & Peripatheticorum intelligi, & perfecte perpendi. (Et est notandum.) Hoc in loco intendit declarare quomodo differunt verba, seu opinio eius a verbis, seu opinione philosophorum, & inquit. & est notandum quod hæc verba sufficientiora apparent ex improuiso, quam verba philosophorū. est ergo differentia, quod opinio Alg. est famosior, & apparentior opinione Peripatheticorum, & dixit, (Et improuiso.) Quoniam perspectis rationibus vtriusq; partis, opinio Alg. certior habetur, vbi tū immorabitur, & rationes considerabuntur, opinio Peripatheticorum reperietur verior. (Qui enim bene.) Quia dixit ꝙ opinio Alg. est apparentior ex improuiso, hoc declarat, & ideo debes scire, quod illud est notius, quod plus est famosum: illud est famosius, quod magis consueuit dici: illud magis consueuit dici, quod in aliqua secta ponitur: & hoc totum dicitur. 2. Meta. com. 14. cum igitur Deum intelligere extra se, & omnia facta ponatur in secta aliqua, ideo hoc est notius, & apparētius, Quod autem Deum intelligere omnia extra se sit positum in lege Auer. hoc

in loco declarat, & inquit, qui enim bene respicit dicta loquentium, patet quod ipsi ponunt Deum hominem æternalem: quod apparet, prout Dei scientiam in creaturis assimilant scietię effectuum, qui sunt humana voluntate: dicunt enim, ꝙ queadmodum homo suo voluntate facta sua scientia cognoscit, sic Deus, qui est homo ęternus, sua voluntate facta per suam scientiam cognoscit, & per consequens extra se noscit omnia. Ergo argumentum potest sic componi: omnis homo cognoscit sua opera extra: sed Deus est homo: ergo Deus cognoscit sua opera extra se. ecce. quo opinio Alga. famosior est secundum leges. (Et si aliquis.) Obijcit contra leges, & inquit, et si aliquis eis dicat, quod, si Deus est homo ęternus, ex hoc sequitur, quod Deus sit corpus. Respondet ꝓ eis, dicens, dicẽt quod est ęternale. i. dicent non esse inconueniens Deũ esse corpus ęternale. (Et si iterum.) Obijcit secundo contra leges, dicens, & si iterum eis dicatur, quod corpus sup. omne est innouatum. i. nouum. Respondet dicens, oportebit eos ponere hominem sine materia agentem omnia entia, & tunc concludit fere falsitatẽ huius opinionis, & .d. ergo erunt hęc verba poeticalia, id est, ficta, & similitudinaria. Debes scire, quod opinio dicens, Deum esse hominem ęternum forte potest verificari de lege nostra. ponimus enim Christum fuisse Deum et hominem, qui post resurrectionem homo adhuc existit & ęternus: & hęc est fides nostra sine dubio firma & certissima: & hęc non potest rationibus impugnari, neque rationibus approbari, sed solum ex testimonio prophetię, & eorum, qui tempore suo vixerunt, qui scripserunt acta eius, quę non possunt reduci nisi ad virtutem Dei. Vel forte potest verificari de lege eius. ponit enim lex eius ꝙ Deus brachia, et pedes, & reliqua membra habeat: erat enim populus ille, cui mahomet prędicauit adeo grossus & rudis, quod oportebat illi hęc talia apponere, & ideo hęc opinio ad eos potest torqueri: & forte quod hęc opinio ducitur de lege communi, quã poetę coluerunt: hi enim multos ponunt Deos, & vnum Iouem: & dicunt ipsum esse hominem ęternum, & hęc forte est intẽtio Auer. hic. dicit enim quod hęc opinio est poetica, & metaphorica. Sed quomodocunq; hoc sit dictum. i. quod Deus intelligit extra se entia facta, quia assimilatur homini: vel quia est homo perfecte. (Sed, si diligenter.) Hoc in loco arguit contra opinionem hanc: & primo arguit quod homo generabilis non potest esse vnius naturę cum homine ęterno. & ratio sic componitur. quęcunq; maxime distant, non possunt esse vnius et eiusdem naturę: sed homo æternus, et homo generabilis maxime distãt, æternũ enim, & generabile differunt plusquã genere, ergo nõ possunt esse vnius naturę. huius primo accepit maioris vim, et inquit. sed, si diligenter respiciantur, apparebit clare locus erroris: nihil enim magis distat a natura generabiliũ et corruptibilium entium, quam ęternalis natura. ex hoc vult habere maioris vim: deinde accepit conclusionem, & inquit. & si sic, ergo non potest verificari quod reperiatur vna & eadem species differens in æternitate, & non ęternitate. i. corruptibilitate. (Sicut vnum genus.) Hic potest signari secunda ratio, & potest cõponi in hunc modum. duę species non possunt esse vnius naturę. & hanc apponit. d. sicut vnum genus differt, seu variat se suis diuidentibus differentijs. i. ita quod vna species nõ est altera propterea variationem differentiarum: &, sic habetur maioris virtus; deinde accepit minorem, & inquit, distantia enim ęternalis ab innouato, id est corruptibili, maior est distantia specierum adinuicẽ. ergo vis minoris est, sed natura ęterna, & natura generabilis differũt specie, immo plusquã specie, ergo non possunt esse vnius naturę. & sic habetur vis rationis secundę. (Vnde mirandum.) Hic potest signari tertia ratio, quę sic componitur. nullum indiuiduum sensibile potest transferri ad indiuiduum insensibile. indiuiduum generabile est indiuiduum sensibile, & indiuiduum ęternum est indiuiduum insensibile. ergo indiuiduum generabile non potest fieri indiuiduum ęternum. Dicit ergo, vnde mirandum est qualiter potest indiuiduum sensibile ad occultum, seu ignotum, id est insensibile transferri: hęc est maioris vis. cuius probationẽ apponit, dicens, cũ ipsa adinuicẽ sint in gradu contrarietatis, id est cũ gradualiter contrarientur, & addit, & si forte cõmunicarent aliquo modo est tantum ęquiuocę. i. analogicę. & tunc apponit conclusionem, d. quapropter non debet transferri in-

Margin: Nota. (beside "opinionis, & .d. ergo erunt hęc verba poeticalia"); A, B, C (section letters in right margin)

A diuiduum vnius eorum ad alterum, scilicet de noto ad ignotum. Debes scire, qđ quędam lex antiqua vt paganorum, ponebat quosdam homines fieri ęternos, & Deos. dicunt enim ꝙ qui potant aquam in quodam loco diuino, & recipiunt cibum ab eodem loco fiunt æterni, & dij. Contra hos arguit Auer. 3. Meta. com. 15. & inquit, & si accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, vt non moriātur: mirum quid est, quomodo qui indiget cibo, & potu remaneat in ęternum. cibus enim & potus non sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptum: quomodo igitur remanet æternum illud, quod est innatum corrumpi? Sed debes scire, ꝙ forte Auer. hic refert fabulam illam poetarum, qui dicunt esse quendam cibum, quem ambrosiam appellant: & quendam potum, quem nectar esse dicunt, quibus absumptis homines fiunt æterni, & incorruptibiles virtute illorum. modo contra hoc insterit Auer. in tertio Meta. & hoc in loco. & forte illud poetarum metaphorice est dictū, & nobis pronunciat aliquid moris. dat enim intelligere nobis, ꝙ si quis nostrum virtutem prosequitur, & vitium aufugiat: hic, quando morietur, non simpliciter morietur, quoniam virtus eius viuet, & post. & hoc est, quod Auer. retulit in procemio octaui, & primi Physi. vbi dicit, quod perfectio in scientijs speculatiuis est vita ęterna secundum fatuos, id est poetas, quos fatuos appellat propter latentiam verborum, & hoc etiam Solon dixit, neminem laudari in vita, & laus sua vita est eius, vt Aristot. dicit primo Ethi. (Et visio.)

Fabula.

Perfectio in scientijs speculatiuis est vita.

B Hoc in loco quarta potest ordiri ratio, & in hunc modum componitur, omnis homo mouetur, & sentit: sed Deus non mouetur, neq; sentit: ergo Deus non est homo, huius apponit quędam verba, ex quibus potest colligi maior, & inquit, & visio, quę addita est super humanum intellectum in homine, id est & visio, quæ homini cōpetit, non obstante ꝙ ei competit intellectus, non pōt prędicare de re, id est non inest alicui rei nisi de potentia mouente localiter ex voluntate, id est non potest inesse alicui rei, nisi illa res existat motiua suipsius, & etiam prędicatur de comprehensione pręsenti, id est temporali ex sensibilibus, id est & in eo inest, quod cōprehēdit cum tempore. Et per hoc erigitur hęc maior, ꝙ oīs homo duo debet, s. sensum, & motum, qm̄ vnum istorū non inuenitur sine altero. Deinde accepit minorem, & inquit, & sensus non sunt dicto Deo attribuendi, & maxime neq; motus localis. est ergo minor, sed Deus nō sentit, neq; mouetur: ergo Deus non est homo: & hęc est huius loci quarta ratio. (Loquentes tamen.) Hoc in loco solutionē quandā inducit cuiusdā sectę, & inquit, loquentes tñ ipsi attribuant Deo tres sensus: & remouent ab eo motū absolute. Debes scire, qđ duo sunt sensus propter necessarium simpliciter: vt gustus, & tactus: hi. n. insunt animali propter necessitatem, qm̄ priuatio horū corruptio est quędā: sed visus odoratus, & auditus sunt propter melius, & honorabile: insunt. n. animalibus perfe-C ctis propter excellentiā, & perfectionem eorum super alia animalia. Vult ergo secta illa Deū esse hominem æternū, & habere tres sensus tantum: qm̄ enim ęternus, ideo caret gustu, & tactu: gustu quidem, qm̄ æterno non competit cibari, ergo per consequens nec gustus: tactu vero, qm̄ separatus est a potentijs, & qualitatibus elementorum, ergo caret illis: quia vero homo est, qui animal est diuinū, & perfectissimū, & ideo competunt ei sensus, qui non denegantur a perfectissimo animaliū, scilicet, visus, auditus, & odoratus, & sic patet opinio hęc. (Vnde aut.) Hoc in loco reprobat hāc solutionē. & inquit, vnde, aut ipsi attribuūt vitā similem vitæ animalium, quam dat necessario humana scientia, id est, aut vita Dei erit similis vitę animalium, quę consistit in scire humano: aut dicent, quod vita Dei erit eadem cum comprehensione, vt dicunt philosophi, scilicet, quod scientia, vel comprehensio Dei idem est, quod vita in ipso Deo, id est, aut vita eius erit alterius rationis solum consistens in speculatione: primum non destruit Auer. neque secundum approbat: attamen potest hoc modo compleri ratio, scilicet, sed primo modo dici non potest: quoniam vita animalis consistit in participatione animę nutritiuę a calore naturali, vt dicitur in libro de morte & vita, ergo non potest viuere vita vniuoce dicta cum vita animalis generabilis: ergo viuet vita ę[quiuoce], s. solum in speculatione cōsistens: sed vita speculatiua est cū carentia oīum sensuum, vt dicit Auer. 12. Meta. com. 39. ergo Deus nō viuit ni-

a ſpeculatione per carentiam quinque ſenſuū: nullum ergo ſenſum habet Deus, cuius contrarium dixit lex illa. (Rurſus voluntas.) Quia opinio legis ſuę po-A
nit in Deo, vel in illo homine æterno voluntatem, ideo inducit quintam ratio-
nem contra eos quantum ad hoc, & poteſt ſic componi: omnis voluntas in ho-
mine eſt ducens ad motum, in alijs animalibus eſt data vt prouiſio perficiens
id, quod imperfectum eſt: ſed per eos Deus habet voluntatem: ergo habet mo-
& quendam defectum, qui perficitur ſua voluntate: concluſio falſa, & non pro-
pter figuram, ergo propter propoſitiones: & non propter maiorem, vt dicā, ergo
propter minorem: ergo Deus caret voluntate, & appetitu: huius appeti primo
maiorem d. rurſus voluntas animalium eſt appetitus ducens ad motum, & tam
in homine, quam in alijs animalibus, ſine dubio eſt prouiſio vt perficiat id, quod
deficit a ſeipſo: hæc vis maioris: ergo ſecundum hoc, id eſt, ergo ſi conceditur
Deum habere voluntatem, oportet quod ipſe Deus habeat quēdam defectum,
ita quod ille appetitus ſit cauſa motus in ſe, ſcilicet ſuiipſius, quam in alijs, id eſt,
quam in mouendo omnia entia, quæ ſunt in mundo. Debes ſcire, quod volun-
tas compoſita eſt animali propter duo, ſcilicet, propter motum, & propter eius
imperfectionem: propter motum quidem, quoniam cum animal mouetur ni ſi mo-
tum velit, & deſideret ipſum, non continuaret, & ſic nunquam ad finem veni-
ret, immo, non inciperet ipſum. Propter imperfectionem vero eſt, primo quia, ſi
animal eſſet quid ſummum, cui nulla deeſſet perfectio, ſine dubio non appete-B
ret aliquid extra ſe, ſed appetitus ſuus eſſet ſuiipſius: ſecundo, quia voluntas eſt
in acquirendo. vbi ergo animal totum eſſe rei haberet, & eſſet quid ſummum,
non appeteret: & cum hoc ita ſit, apparet vis rationis Auer. in hoc loco. (Vnde
mirandum.) Hoc in loco confirmat rationem quintam, & poteſt ſic componi:
nulla voluntas æterna eſt cauſa noui effectus, ſiue noui operis, ſiue nouę actio-
nis. Sed voluntas primi eſt cauſa noui operis, &c. ergo non eſt æterna: maior
declarata eſt in prima diſputatione: minor patet ſecundum ſuam ſectam: dicit
itaque, vnde mirandum eſt qualiter ſit voluntas ęternalis cauſa noui operis, imo
adiutor voluntatis, & ipſius actionis, ſcilicet, nouę: & per hęc vult habere maio-
rem (vel qualiter.) Iterum confirmat illam rationem, & poteſt ſic componi: omnis
voluntas manens in opere, ante opus, & poſt opus permutatur: ſed voluntas pri-
mi non permutatur: ergo, non manet ante opus, neque in opere, neque poſt opus:
dicit ergo, vel qualiter poteſt imaginari quę voluntas, & appetitus ante opus, &
in tempore operis, & poſt, quod ſit vna & eadem, & non contingat ei permuta-
tio: & ex hoc vult vim maioris: quomodo quidem hęc ratio vim habeat, in pri-
ma tactum eſt diſputatione. (Amplius.) Confirmat iterum rationem illam, &
poteſt ſic componi: omne, quod mouetur corpus, omne appetens mouetur: ergo C
omne appetens corpus: huius tangit minoris vim. d. amplius, cum appetitus cauſa
ſit motus: & per hoc habere vult, quod omne appetens mouetur: quę fuit minor:
deinde tangit maioris vim. d. & motus non reperiatur niſi in corpore, id eſt, &
omne, quod mouetur, eſt corpus: tunc apponit cōcluſionem. d. ergo appetitus nō
reperitur niſi in corpore animato, id eſt, ergo omne appetens eſt corpus, & ani-
matum. (Et quia philoſophi cauent.) Nunc ex dictis opinionem philoſophorū
de hoc vult colligere, dicit ergo, & quia philoſophi cauent ſibi talia abſurda,
ideo appetens eos voluntas, videlicet, diuina eſt actus procedens a ſcientia, id
eſt, eſt operatio ſubordinata ſcientiæ. Sed obijcit contra ſtatim. d. ſed ſcientia,
inquantum ſcientia, eſt de duobus contrarijs, ſequitur neceſſario quod quodlibet
ipſorum contrariorum procedit ab ea. Reſpondet bene, & dicit: ſed dicent, quod
nobilior ipſorum actuum procedit potius quam vilior, ſcilicet, ab illo ſciente, id
eſt, Deo: eſt ergo ſolutio quod, & ſi ſcientia ſit duorum, tamen voluntas in no-
biliorem ſe transfert. (Et ideo.) Ex hoc conduxit correlarium Auer. d. & ideo
dicunt, quod tres ſunt denominationes in Deo, ſcilicet, quod ſcit, id eſt, ſcientia,
& quod eſt nobilis, id eſt, nobilitas, & ꝙ eſt potēs, id eſt, potentia: ſcientia ergo,
& voluntas, & potentia ſunt tria Dei attributa. Et dicunt, quod eius voluntas
currit in entibus iuxta ſuam ſcientiam, id eſt tantum currit, quantum ſcientia pri-
mi ſibi demonſtrat, & dicunt quod poſſe ipſius non variat ſuam voluntatē: hæc

eſt opinio

A est opinio philosophorũ in præsenti proposito. Et tunc addit, & dicit: vnde, qui de secta diligentiũ veritatẽ cupit esse, & in amenis demonstrationibus delectatur, potest clarissime distinguere ambages loquentium a vigore philosophorũ: vnde dicimus quod beatus est, cui Deus præuidit veritatis dilectum: & cum Auer. dixisset hoc ordinem dicendorũ adiungit in libro Algazel, & sermo eius patet. Debes scire quod Auer, in duobus principaliter contradicit legibus. Primo in eo, quod reputat legem nostram ponere Deũ hominem æternũ. Secundo in eo, quod nos, & alij ponunt in Deo voluntatem: illud, quod dicit in secundo, nihil est, & rationes suæ hic nullius sunt valoris, vt in prima declaraui disputatione: ideo opus est, vt recurras in illum locum. Sed in primo potest esse difficultas, & adhuc ipse non intelligit legem nostram, forte enim audiuit sic dicere: lex enim nostra Deum non ponit esse hominem quiditatiue, sed ponit naturam diuinam vniri naturæ humanæ, sicut natura hominis vtitur supposito Sortis, & Platonis: & hæc natura, quasi coniuncta est Christus: & ideo, non concedimus Deum esse hominem formaliter æternum, sicut hanc, homo est animal. hæc. n. prædicatio est per se, & formalis: illa autem, Deus est homo, est denominatiua, sicut dicunt nostri theologi: & ideo rationes Auer. vadunt ad cœcum: arguunt enim cõtra illud, quod nos nõ dicimus: & fingunt illud, quod nulla lex ponit.

B

ALGAZEL.

Ait Alga. loquens cum Philosophis. Vos autem, cum existimauistis ꝙ mundus sit antiquus, non innouatus quidem à voluntate, quæro vnde vos sciuistis ꝙ ipse scit seipsum? & impossibile est hoc absque ratione in eo. Deinde dixit, & id, quod dixit Auicenna circa verificationem huius in graduatione sermonis eius, tendit ad duo, quorum vnũ est ꝙ Primum est ens non in materia: & omne ens non in materia est intellectus absolutus: & omnia intellecta sunt manifesta ei, nam prohibens ab acquisitione omnium rerum est alligantia cum materia, & occupatio in ea. nam anima hominis est occupata in regimine materiç, s. corpore. &, cum cessauerit occupatio eius, scilicet corpore. &, cum cessauerit occupatio eius, & non summergitur in appetitibus corporalibus, & conditionibus vilibus, procedentibus de rebus naturalibus, patefit ei veritas intellectorum. * & ideo apparet ꝙ Angeli omnes sciunt omnia intellecta, & nõ deficit eis aliquid: quoniam sunt etiam intellectus abstracti non in materia. Postea, cũ narrauerat sermonem eorum, dubitans eis, dixit.

C

Plura habet hic antiquor tex.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et dicamus, cũ dicimus ꝙ Primũ sit ens non in materia, si intelligitis ꝙ non sit in corpore nec innatum corpori, sed est existens in se, absq; apprehensione termini, & appropriatione in aliqua parte, conceditur. Et circa id, quod dicitis, & hmõi est intellectus abstractus, quæro quid intelligitis per intellectũ? si intelligitis eũ, qui intelligit alias res, hoc est ipsummet que situ, & locus quæstionis. & quõ id accipitis in propositionibus syllogismi in quæsito? si vero intelligitis aliud, & est ꝙ ipse intelligit seipsum, forte cõcedet tibi hoc sui fratres Philosophi, & nõ puenit ad hoc, ex eo ꝙ intel-

ligit seipsum, vt intelligat aliud. & dicitur ei quare ponis hoc, cum non est necessarium? igitur differt Auicenna ab aliis Philosophis. quomodo ponit id necessarium? &, si est speculatiuum, quaero quae demonstratio in hoc? si vero dicit, quoniã prohibens ab acquisitione rerum, est materia: & ibi non est materia: igitur non est prohibens. Nos dicimus non concedimus ꝙ sit prohibens: & non concedimus ipsa sit prohibens tantum. Et fundatur syllogismus eorum in figura syllogismi hypotetici: & est vt dicatur, si hoc est in materia, non intelligit res: sed non est in materia: ergo intelligit res. & in hoc ponitur contradictio antecedentis. & positio contradictionis antecedentis non concludit conuenienter: & est sicut sermo dicentis, si hoc, quod videtur, est homo, est animal: sed non est homo: ergo non est animal. hoc autem non sequitur, cum multotiens non erit homo, & tamen erit equus, & erit animal. Verum est quòd positio contradictionis antecedentis concludit contradictionem consequentis, sicut dixerũt in Logicis cum conditione: & est conuersio consequentis cum antecedẽte. & hoc vniuersaliter, & est sicut dicunt si Sol oritur, dies est: sed Sol non oritur: ergo dies non est. quoniã esse diei non habet causam, nisi ortum Solis: alterum eorum conuertitur cum altero. & declaratio harum positionum, & dictionum intelligitur in libro Apprehensionis i. te... quem ordinauimus ad hunc librum. si vero dicit, nos autem ponimus conuersionem, & est ꝙ prohibens est materia tantum, &c.

Hoc in loco Alga. primo arguit cõtra philosophos, & dicit. Sed possumus dicere philosophis sic, vos opinamini quod mundus sit ab æterno, non in... voluntate: qualiter ergo vos scitis, quod ipse sciat seipsum, nisi rationẽ claram super hoc ducatis? Debes scire, quod quia mundus est æternus, ideo potest suspicare ipsum non scire mundũ, quoniam scientia Dei est propter gubernationem mundi. Si igitur mundus gubernatione caret, videtur quod Deus non sciat ipsum: si autem æternus ponitur, eo ipso gubernatione carere videtur, cum æternum cadere non possit in caducum: ergo ex eo ipso quod mundus ponitur a sapientibus æternus, eo ipso videntur philosophi dicere Deũ non scire res ipsius mundi: & ideo, cũ philosophi ponãt mundũ æternũ, si dicunt Deum scire ipsum, non possunt hoc ratione fortissima probare: & hęc est sententia huius partis. (Rursus sententia.) Cũ induxit vnũ argumentum, probans Deũ non scire mundũ, hoc in loco arguit in contrariũ: & potest vis rationis sic cõponi: omnis intellectus purus habet intelligibilia omnia sibi manifesta: sed intellectus diuinus est purus intellectus: ergo intellectus diuinus habet manifesta sibi oĩa intelligibilia: maior probatur ex hoc, quod materia & appendiciæ eius impediũt comprehensionẽ: ergo cessantibus his, intellectus remanet summe purus, & capax comprehensionis omniũ intelligibiliũ: minor prosyllogizatur sic: omne ens sine materia est purus intellectus, primũ est ens sine materia: ergo primũ est purus intellectus: primo ergo apponit probationẽ minoris; & inquit, rursus sentẽtia verborũ Auicennae super hoc reducitur ad primũ, i. principiũ: et accepit minorẽ, dicẽs, quia primum est sine dubio ens sine materia: deinde accepit maiorẽ, dicens, & qđ ... est purus intellectus. Tunc suppositis maiori, & minori syllogismi principalis accepit cõclusionẽ, dicens, ergo omnia intelligibilia manifesta sunt sibi... dedit rationẽ maioris, & inquit: quia id, quod nobis est magnũ obstaculum ... rũ cõprehensione, est sine dubio materia, seu impedimẽta, quæ ab ea oriuntur ... explicat illa, dicẽs, vt regimina tẽporalia: & ideo cessato impedimẽto, & ... ... carnalibus voluptatibus, & turpibus moribus, tũc nobis apparent intelligibilia

A liū veritates lucide: nā, ob hoc, i. propter cessationem, & sedationē voluptatum intellectus reducitur de potentia ad actum: & hoc est, quod Plato ait, quod cum in pueris sedantur motus, & humiditates scientia in eis incipit oriri. & 7. Physi. com. 20. dicitur, sedendo & residendo fit anima sciens, & prudens: inquit Auer. quod hucusq; sunt verba Alga, inducta nomine philosophorum.

Sed dubitāt quidā, an materia prohibeat cōprehēsionē: & vr̄ quod nō, qm̄ substātię separatę maxime cōprehēderētur a nobis, cū sint simplr̄ sine materia: cuius oppositū perspicuū est. Hoc in dubio dixerūt quidā, qđ materia nō prohibet cōprehēsionē: primo, qm̄ qđ est pars quidditatis excitat ad cōprehēsionē, cū enim cōprehēsio quiditate pficitur, mō, vt dicūt, materia est pars qditatis, quēadmodū & forma: ergo. Secūdo, qm̄ qđ addit ad esse, nō ꝓhibet cōprehēsionē, immo addit ad cognosci: sed materia, & forma sunt causę essendi cōpositis, ergo nō prohibēt cōprehēsionē. Sūt & alij, q dicūt materiā, & eius appēdicias ꝓhibere cōprehēsionē: & hęc est opinio Auic. in 8. sue Met. cap. 6. vt narrauit hic Alg. est et opinio exponētis, s. Thomę in q̄onibus suis de Aīa. q. 2. in solutione argumēti quinti. & sicut declarabitur, erit & opinio Auer. Sed, qa primi, qui primā secuti sunt opinionē horū, ignorāt sniam, ideo debes scire, ꝙ ꝓhibitio pōt esse ex parte agētis, & pōt esse ex parte receptiui seu patiētis. Si igitur materia phibeat: oportet videre ex qua nā parte: ideo dicendū ꝙ ex parte vtriusq;. Ex

Prima qō.

Opinio Auicen.

Opinio sancti Tho.

Prohibitio duplex.

B parte passi quidē. Cū. n. passum fuerit in materia, ꝓhibetur a cōprehēsione. & iō Aristo. 3. lib. de Aīa, conatus est cōducere intellectū esse in se abstractū a materia: ideo illi, qui in materia intellectū immersum habēt, inepti sunt ad cōprehēsionē. Ex parte agentis vero, qm̄ cū intelligibilia in materia sint, intelligi non possunt, eo qa intelligibile intantū intelligitur, inquātū mouet aīam, mouere impeditur a materia: forma. n. inquantū forma mouet, vt Auer. dicit 3. Phy. cō. 17. Propter qđ fuit necessariū esse intellectū agentē, vt Auer. testatus est 3. de Aīa. com. 18. eo quia remoueat materię cōditiones. Sed debes scire, quod aliqd pōt impedire vnū per se, quod pōt iuuare illud per accidens. V. g. materia simpliciter impedit per se agēs in agendo, quæ tm̄ adiuuat in agendo particularē actionem. materia. n. est id, quo agens est hoc, & indiuiduum: pro quāto, ergo reddit agens in esse idoneo actiuitati: vt sic, agēs adiuuare dicitur. Simpliciter autē, & per se impedit. Et per hoc ad obiecta. Ad primū dicendū, quod simpliciter priuatio materię in formis abstractis reddit illas simpliciter intelligibiles, per accidens autem impedit eas intelligi a nobis. sunt enim substantiæ separatæ summæ intelligibiles, & per se simpliciter propter carentiam materiæ, vt Auerro. dicit secundo Metaphysi. commen. primo. attamen per accidens, cum sint improportionatæ nostro intellectui, vt continuus homini, vt sic per accidens pri-

Nota.

Solutio questionis.

C uatio materię causa est impedimenti. Ad secundum dicendum similiter, quod materia per se est causa non essendi. per accidens autē causa essendi, pro quanto est sustentans formam: inquit enim Auerro. 7. Metaphysi. commen. 37. forma enim est pars, quæ cum fuerit, est res. materia vero est illud, quod cum fuerit, nō erit res. Dicendum itaque, ꝙ materia essendi causa est per accidens, & ideo per accidens est iuuans ad comprehensionem, vt dicebatur. Est autē per se causa nō essendi, & ideo per se impedit cognitionem. (Postea redarguit ipses.) Cū induxit Alga. verba nomine philosophorum: hoc in loco inducit obiectiones eius cōtra illa, & primo proponit hoc d. postea vero redarguit ipsos. d. vos dicitis ꝙ primū est sine materia: est ergo verbū sapientū, ꝙ Deus sit sine materia. Circa hoc petit, vnde si per hoc intēditis quod ipse nō sit corpus, neq; fundatus in corpore immo est per se existēs absq; locali appropriatione, i. immo est ita solutus ꝙ nō est corpus, neq; virtus ī corpore, neq; in situ, vel loco. Verificat hoc. d. dicens, qđ hoc est cōcedēdū. (Amplius.) Cū induxit dictū sapiētū, & verificauit ipsum vno mō, inducit aliud philosophorū verbū, & inquit, amplius dicitis ꝙ quod sic se habet, est separatus ītellectus: ex qbus duobus pōt ratio cōponi in hunc modū, omne ens sine materia, corpore, & loco est separatus intellectus. primus motor est ens sine materia, corpore, & loco: ergo est purus intellectus. minor simpliciter verificata est p Alg. insistit ergo circa maiorē, & inqt, vnde petēdū

est a vobis, si intenditis pro illo intellectu illud, quod intelligit alia, ita q sensus, vnus itellectus separatus, & intellectus intelligēs oīa alia entia extra contra hoc insistit, & ait: dicimus ꝙ hoc ꝓprie est nostra quæstio: qualiter ex ponitis eū de propositionibus syllogismi nostræ quæstionis, i. qualiter forma de eo propositio nostrę quęstionis. q d. est impossibile: qm̄ hoc petimus, ergo non debet supponi. (Si forte. Ponit & aliud membrū. d. si forte intēditis pro eodem intellectu, ꝙ ipse Deus intelligit seipsum, ita ꝙ intellectus separatus, & intellectus intelligens seipsum sit idē, tunc dicit: forte concedunt hoc aliqui philosophorū, & forte non. & addit ꝙ, & si sapientes id cōcedāt, nō ideo concedūt q quia intelligit seipsum, ꝙ omnia alia intelligat: maxime, quia hoc nō est a philosophis concessum, nisi ab Aui. tm̄. Aui. enim cōcedit primū intelligere se tantum, & per consequens ipsum alia intelligere: & ideo cōcludit vnū documentum d. & ideo, postquā speculandū est, oportet ꝙ cōcludatur per demonstrationem. (Et si.) Adhuc inducit vim argumenti, & dicit. & si forte diceretis, ꝙ resistens comprehēsioni sit materia, id est ꝙ impedimentū eius est materia: sed ibi, id est in primo non est ponēda materia: ergo ibi est maxima cognitio, & per consequens intelligit se, & oīa. Respondet. d. Nos vero dicimus ꝙ forte dictæ comprehensioni non tamen materia resistit: & non declarat quid aliud resistit, sed remittit se in alium locū, dicens: sed id, quod intelligi debet per vocabula harū propositionū, id est qūo aliud resistat, declarabimus in libro quodā a nobis ... do post hunc librum: cuius nomen erit liber comprehensionum intellectus: ... enim exponitur quid aliud resistat. quod ergo relinquit nobis manifestum est, ꝙ non tantū materia resistit. Quod vero transtulit ad tempus est, quod id declarabitur in libro de comprehensionibus intellectus inscripto. Sed ne sub silentio id pertranseamus oportet scire id, quod in illo excipitur libro, scilicet ꝙ intelligens tribus modis potest, intellectum intelligere. Vno modo, prout mouetur ab intelligibili, sicut materia mouetur, & perficitur per formam, & sic intellectus noster intelligit res materiales generabile. Alio modo, vt causatur ab intelligibili. & sic secundæ intelligentiæ intelligūt primam, a qua causantur, quælibet enim intelligentia intelligit primā, prout ab illa causatur. Tertio modo intelligens intelligit intelligibilia, prout causat illa. primus modus intelligendi perficitur per abstractionē a materia: nunꝗ enim pōt noster intellectus intelligere intelligibilia, scilicet nisi ipsa essent separata a materia saltē secundum modum. Et ex hoc apparet ꝙ non tm̄ resistit materia: qm̄, & si primū sit sine materia, n sequitur ꝙ debeat intelligere intelligibilia: qm̄ illud esset verū, vbi intelligeret illa modo, quo perficeretur ab eis, scilicet primo modo. Sed, quia primus motor intelligit, prout est causa intelligibiliū & a philosophis non ponitur causa omniū entiū saltē secundū opinionē Auicen. ideo secundū impedimentum est, qui non est causa omniū entiū: oportet ergo addere. est sine materia, & cū hoc causa illorū omnium, ergo intelligit illa. modo deficit secundū, & ideo Aui. ponit quod colcodea intelligat omnia: quoniā est sine materia & causa omnium formarū materialiū. Hæc itaque sunt ea, quæ ex illo excipiuntur loco.

AVEROES.

Ait Auer. Primū, quod est in hoc sermone ex inuolutionibus, est recitatio opinionis, & ratiocinatio cōtra eā. Nam id, quod posuit in eo ex propositionibus, ꝙ sint tanquā principia, sunt apud eos cōclusiones multarū propositionū. Quoniā declaratum est apud eos ꝙ omne ens sensibile sit cōpositum ex materia, & forma, & forma est id, quo ens est ens, & est id, quod significatur per nomen, & definitionem, & ex ea prouenit operatio propria in quolibet ente, & est ea, quæ significat esse formarum in ente. Et hoc, quoniam ipsi in-

Quomō deuenerūt Philosophi i cognitionē ipsius Dei.

A uenerunt ꝙ sunt in substantiis potentiæ agentes, propriæ cuilibet enti, & potentiæ patientes, aut propriæ, aut cõmunes. & impossibile est vt res patiatur re, qua agit. nam actio contradicit passioni: & contraria non recipiunt alterum alterum, sed recipit ea subiectum eorũ, modo, quo vnum aduenit, postquã recessit aliud. verbi gratia calidũ nó recipit frigidum: id vero, quod recipit frigidum, est corpus calidũ, cum recesserit ab eo calidum, & recipit frigidũ, & econtra. Et, quoniã inuenerunt actionẽ, & passionem esse huiusmodi, sciuerũt quòd omnia entia talia sunt composita ex duabus substantiis, substantia quidẽ, quæ est actus, & substantia, quæ est potentia: & inuenerunt quòd substantia, quæ est in actu est perfectio substantiæ, quæ est in potentia, & est ei in fine in generatione, cum non fuerit distincta ab ea in actu. Deinde, cum speculati fuerunt formas entium, declaratum fuit eis ꝙ necesse est quòd deueniat res in istis substantiis ad substantiam in actu, spoliatam à materia: & necesse est vt sit hæc substantia agens, B non patiens omnino: & vt nõ eueniat ei debilitas, nec fessitas, nec corruptio: cum hoc eueniat substãtiæ, quæ est in actu, ex eo quòd est perfectio substantiæ, quæ est in potentia, non ex eo quòd est actus absolute. quoniã, cum substantia, quæ est in potentia, exeat in actum ex parte substantię, quæ est in actu, necesse est vt deueniat res in entibus agentibus, & patientibus ad substantiam, quæ est actus absolute, & quòd cesset emanatio, & processus ad hanc substantiã. et declaratio ꝙ reperiatur hæc substãtia, ex eo quòd est mouens, et agens propositionibus essentialibus, & propriis, est in libro Octauo Physicorum. Et, qm̃ constituerunt hanc substãtiam via propria, et cõmuni, vt est notum in libris eorũ, consyderauerunt in natura formarum mouentium materialiũ, et inuenerunt aliquas earũ magis propinquas actui, et magis remotas à potentia: qm̃ sunt remotę à passionibus magis quã alię, quod est signum materiæ sibi propriæ: et inuenerunt animam ex istis formis immunẽ prę ceteris à materia, et prę cipue intellectum, adeo ꝙ C dubitauerunt de eo an sit ex formis materialibus, aut non ex materialibus. Et, qm̃ viderunt formas apprehensiuas esse ex formis animę, et inuenerunt eas remotas à materia, sciuerunt quòd causa apprehẽsionis sit remotio à materia. Et, qm̃ inuenerunt intellectum nõ esse passibilem, sciuerunt quòd causa, qua sit forma non animata, aut apprehensiua, nihil aliud est, nisi ex eo ꝙ, cum fuerit perfectio eius, quod est in potentia, erit inanimata, aut non apprehensiua. &, cum fuerit perfectio absoluta, cui non admiscetur potentia, erit intellectus. & hoc totum iam ordinatum est ordinatione demonstratiua, & syllogismis naturalibus. & impossibile est vt ordinetur in hoc loco ordinatione demõstratiua, nisi aggregetur id, cuius natura est vt scribatur in multis libris diuersis in vnum locum. & hoc bene scit, qui est assuetus in libris Logicę pauca assuefactione, quod impossibile est hic. Et ex hoc modo vię sciuerunt ꝙ id, quod non patitur omnino, est actus, & non

Formam aliqua magis ꝓpinquę actus aliquę remotiores.

Causa aprehẽsionis est remotio a materia.

est corpus.quoniam omne corpus passibile apud eos est in materia. Modus aũt quæstionis contra Philosophos in his rebus debet fieri [illegible] principiis,quæ adduxerunt in declarationem harum rerum, non autem cum his met rebus,quibus dubitauit iste vir:& cũ hoc sciuerunt [illegible] hic sit ens,quod est intellectus absolutus. Et,quoniã viderunt esse ordinẽ hic in natura,& operationibus eius sequi ordinẽ intellectualem,similem ordini artificiali,sciuerunt ꝙ hic sit intellectus, qui influit has potentias naturales,quarum operationes currunt modo operationis intellectus:& determinauerũt ex his duabus rebus quòd [illegible] ens,quod est intellectus absolutus,est ille,qui influit entibus ordinem & proportionem repertam in operationibus eorum: & sciuerunt [illegible] hoc toto ꝙ ipsum intelligere seipsum est intelligere omnia entia. Et huiusmodi ens non est id,quod intelligit de se aliud ab eo, quod intelligit de alio, sicut est in intellectu humano. & ei non conuenit diuisio prædicta.& est vt dicatur omnis intellectus aut intelligit seipsum, aut aliud,aut intelligit vtrunque simul.deinde dicit,si intelligit aliud, oportet ꝙ intelligit seipsum.si intelligit seipsum,non oportet vt intelligat aliud.& iam locuti sumus de hoc superius. Et totum, de quo locutus est in syllogismo hypotetico,quo vsus est,vt dixit,non est verum. [illegible] syllogismus hypoteticus non verificatur,nisi declaretur id,quod reiteratur in eo,& consequens per syllogismum categoricum, aut vnum, aut plus vno. Syllogismus vero hypoteticus verus in hac quæstione talis est. Si id,quod est in materia,non intelligit,id quidem,quod non est in materia,intelligit.& hoc quidem, cum declarabitur verificatio huius consequentiæ,& verificatio eius,quod reiteretur, & sunt propositiones,quas diximus esse apud eos conclusiones. & iste vir attribuit eis ꝙ sint prima,aut propinqua primis. &, cũ declarabuntur secundum ꝙ diximus,erit syllogismus veræ figuræ, & verarũ propositionũ. Verificatio aũt figure,qm̃ id,quod reiteratur,est oppositum consequentis, & cõcludit oppositum antecedentis, non est sicut ipse putauit, ꝙ [illegible] reiterant oppositũ antecedentis, & concluditur oppositum consequentis. Attamẽ,quia non sunt primæ,nec famosæ, nec cadit earũ in primo aspectu veritas,ideo sunt in vltimitate inconueniẽtiæ, præcipue apud illũ,qui nihil audiuit de his rebus. Igitur inuoluit iste vir scientias [illegible] uolutione magna, & extraxit scientiam à radice, & semita eius.

Hoc in loco proponit illud, in quo errauit Alga.& inquit, dicimus nos quod primus error verborum huius hominis est in eo,quod narauit verba Peripateticorum,& exponit eũ.d.& est in eo,quod posuit quasdam propositiones [illegible] tanquam primas reputauit.& non est sic, immo sunt conclusiones multarum propositionum.Est ergo primus error,prout putauit conclusiones propositionum esse primas:sunt enim quidam, vt inquit Auerro.2.Metaphy.commen.15.qui [illegible] tristantur propter sermonem valde perscrutabilem,quia intellectus eorum [illegible] potest retinere,& comprehendere ipsum:& forte huius generis est Algazel [illegible] enim propositiones,vltra quas non potuit procedere propter debilitatem intellectus,& ideo eas reputat primas.(Eo quod.)Cũ proposuit errorem Algazelis [illegible] dit hoc in loco eum,& proponit propositionẽ vbi errauit, & dicit, eo quod declaratum fuit a philosophis,ꝙ omne ens sensibile est cõpositum ex materia &

Quo pacto intellect' primus,ĩtelligẽdo se, intelligat alia.

De syllogismo Hypotetico.

A formæ: est ergo error in hoc, quia Alga. reputat hanc propositionem primam: sensibile ens est compositum ex materia & forma: & philosophi declarant illam, quod ostendit, & dicit. dico sup. eam esse declaratam, quando declaratum fuit eis quod forma est illud, ex quo ens est ens, id est, existens, & quod ab ea procedit propria operatio cuiuslibet entis, ex qua operatione sumitur esse formæ in quolibet ente. Et addit tertiam. d. & quando inuenerunt, quod substantiæ habent actiuas virtutes proprias, & virtutes passiuas proprias, & communes multis: ex his tribus sciuerunt entia sensibilia habere formas in hunc modum: omne ens sensibile habens propriam operationem, & virtutem habet propriã formam: hæc maior est proposita quantum ad hoc, quia forma est principiũ operationis & virtutis. Minor: sed omne ens sensibile habet actiuas virtutes, vel passiuas, & operationes, vt patet sensu: ergo omne ens sensibile habet formam: huius primo tetigit conclusionem ibi. (Quando declaratum fuit eis.) Ibi quoque, (Et ab ea.) Proposuit maioris probationem., ibi & tertio. (Et quando inuenerunt.) Proposuit minorem, & sic patet primus syllogismus, quo probauit omne ens sensibile habere formam. (Et quando inuenit.) Hoc in loco conducit secundũ syllogismũ, quo probat omne ens sensibile habere materiã, & potest syllogismus cõponi in hunc modum: omne, quod continet aliquod subiectum, in quo vicissim contraria recipiuntur, componitur ex materia sed omne ens sensibile E continet subiectum huiusmodi: ergo omne ens sensibile continet materiam. huius non accepit maiorem, neque minorem, sed tantum probationem maioris, & [illegible], & quando inuenerunt quod est impossibile rem pati ab illa re, in quam [illegible], quia actio & passio sunt contraria, & nullum contrariorum aliud recipit, immo subiectũ recipit ea successiue & vicissim: est ergo maioris expositio. quod materia est subiectũ receptiuũ cõtrariorũ vicissim: & sic relinquitur maioris probatio. (Tũc conati.) Hoc in loco cõducit declarationẽ propositionis propositæ in principio. s. quod omne ens sensibile est cõpositũ ex materia & forma. & potest syllogismus cõponi hoc modo: omne ens habẽs propriã operationẽ, et subiectũ, in quo vicissim inducuntur contraria, cõpositum est ex materia, & forma, hoc patet ex dictis: sed omne ens sensibile habet propriã operationem, & subiectũ, in quo vicissim inducuntur cõtraria. ergo omne ens sensibile cõponitur ex materia, & forma. minor patet ad sensum ex dictis. Huius ponit modo cõclusionẽ, dicens: quare, vel tunc, vt habet alia translatio, conati fuerunt ponere quod omnia entia sic se habentia, id est, quæ habent propriam operationem, & subiectum huius modi componuntur necessario ex duobus subiectis, scilicet ex vno actu & vno potentia & sic apparet qualiter propositio, quæ æstimatur prima, est conclusio conducta syllogismo. Debes scire, vt Simplicius narrat in primo C physicorum, Theophrastus secundum alium modum probauit ens naturale cõpositum, [illegible] enim Theophrastus: omne corpus, vel habens corpus compositum est ex materia: & forma: omne autem, quod natura constat, corpus, vel habens corpus: & ideo concludit omnem rem natura constantem compositam esse ex materia & forma: & hæc probatio est physica aliqualiter, & quasi in Metaphysica [illegible]: & minor illius declarata est in secundo physici auditus, in eo quod ponit. ens natura constans aliud esse ab ente secundum naturam, & a natura [illegible]: & sic apparet vis rationis Theophrasti. (Etiam inuenerunt.) Cum declarauit propositionem, dicens: ens sensibile componitur ex materia & forma [illegible] esse primam propositionem, hoc in loco ostendit modum, quomodo peruenitur ad primam substantiã separatam, quæ est forma agens tm. & duas tangit [illegible] secunda ibi, (Et ad tanta prædicta.) Prima potest in hunc modum ordiri: [illegible] ordine essentiali formarum differentium secundũ perfectum, & imperfectum oportet venire ad substantiam primam, quæ sit forma perfectissima, & agens tantum, & nullo modo patiens. Sed in substãtijs, quæ sunt formæ, est ordo essentialis illiusmodi. ergo ibi oportet venire ad primã formã perfectissimam, quæ est agens tantum & non passibilis. minor continet tres partes. prima, quod in [illegible] ordine sit venire ad primũ, & hoc dimittatur ex Metaphysica. scdm quod illud primum sit perfectissimum, iterum in 10. primæ philosophiæ relinquitur

com. 7. quare, si ordo formarum erit primum in illo ordine erit perfectissima: ma. & quia illud primum est separatum a materia, ideo debet esse tertio at: tantum: hæc itaque tria tangit in maiori obtemperatione secundi.d. etiam, in uenerunt quod substantia actualis est perfectior potentiali: & per hoc vult habe re illud primum esse actualem substantiam & formam: actus enim est perfectio potentia, & tanquam finis in generatione. Deinde tangit primum, & inquit deinde ipsi inuestigantes entium formas, declarauerunt oportere necessario quod substantiæ, id est, formæ illæ gradatim ascendant ad actualem substan tiam nudam ab omni materia. deinde tangit tertium. d. quare oportet ꝙ hęc sub stantia sit tantum agens, videlicet nullatenus passibilis, & addit ꝙ nulla con gat ei faticha neque corruptio, quia purus actus est. ex his habetur perfecta summa maioris scilicet in ordine essentiali formarum, oportet venire ad vnam primam, quæ est forma perfectissima. purus actus, nullo modo passibilis, æter na, & infatigabilis. hæc itaque est maior, & in hunc modum exposita. mino rem vero relinquit manifestam, & conclusionem transtulit ad tempus. s. in fine secundę vię. (Et ad talia.) Nunc secundam tangit viam, & videtur mihi ꝙ sit in forma syllogismi hypothetici, vel entimematis, & inquit. & ad talia prædicta non peruenitur nisi ex parte potentiæ hoc modo: quia, postquam substantia quæ est in potentia, exit ad actum ex parte substantiæ actualis: hoc est antece dens. sequitur necessario ꝙ perueniat successio agẽtium, & possibilium ad vnã substantiam, quæ est purus actus, i. & ibi est finis substantiarum. & addit quo dammodo tertiam viam. d. ꝙ substantia hæc ostenditur manifeste, prout agens, & mouens est. dico ostenditur in 8. Physicorum. & sic quasi dedit intelligere tertiam viam, quæ sumitur in fine octaui a motu æterno, vt sæpe dixi in hoc li bro. & sic propositio illa declarata est hic fere tribus vijs duabus, scilicet ex pressis, & tertia quodammodo occulte. potest autem & secunda via compon in forma cathegorica hoc modo. in omni multitudine agentium in generabili secundum se æternorum, tamen quæ extrahunt continue formas de potẽtia ad actum, oportet venire ad vnum agens æternum primum per se, quod est causa illius multitudinis, & cõtinuationis perpetuæ: sed agẽtia hic sunt agentia corru ptibilia, & generabilia æterna tamen extrahentia formas de potentia ad actũ continue. ergo erit in eis vnum extra multitudinem illam æternum, &c. & hæc via exponitur etiã ab Auer. 8. Physi. commen. 46. & 47. vide bene ibidem ex positionẽ meã: & sic declaratę sunt duę vię palã, tertia autem solum tacta est. (Deinde processerunt.) Cum conclusit duo scilicet cõpositionem ex materia, & forma in sensibilibus rebus, & primũ principium in eis abstractum, & æternum redit ad formas materiales, & declarans ordinem earum inquit. deinde processe runt Peripathetici vlterius speculari in formis materialibus, & inuenerunt. ꝙ quædam ipsarum formarum propinquior est ad actum, quam alia, prout magis purificatur ab omni passione, quæ est signum, id est, vestigium, & proprium ma teriæ: & inuenerunt ꝙ inter cęteras formas purior reperitur anima, & inter ani mæ partes maxime intellectus, qui non est in materia nisi secundum appropria tionem. & exponit quid intelligit per intellectum dicens, videlicet anima intel lectiua. propter quod scito intellectum, & animam intellectiuam non differe nisi ratione. (Ita ꝙ.) Cum conclusit intellectum esse in summo formarum ma terialium, inducit locum quæstionis, & inquit, ita ꝙ, id est, quia intellectus in uenitur sic in summo, surrexit inter eos maximum dubium, videlicet vtrum in tellectus sit de materialibus formis: est ergo locus quæstionis, an intellectus sit materialium formarũ: videtur enim ꝙ non, cum sit in summo formarum mate rialium. Et videtur quod sic, cum finis rei non videtur esse aliud ab ordine eius, cuius est finis. (Vnde isti.) Soluit q. &. inquit. vnde isti inspicientes com prehensiones formarum animæ, id est, partium animæ, repertentes quidem eas comprehensiones a materia nudas concluserunt quod comprehensionis cau sa est sine dubio denudata a materia: & hoc dictum est primo de anima text. commen. 13. ibi, Si aliquod operum est proprium, &c. potest itaque syllogismus componi in hunc modum, omnis forma, cuius propria operatio est abstracta

A a materia, est immaterialis & absoluta a materia: sed intellectus est forma, cuius propria operatio est abstracta a materia: ergo intellectus est forma immaterialis, & absoluta materia. hęc enim est Peripatheticorum demonstratio. (Et quia inuenerũt.) Cum dixit hęc conducit theorema, scilicet quod forma brutorum nõ sit intellectus, & per consequens forma brutorum caret comprehensione, id est, intellectione. & potest syllogizari in hunc modum: nullus intellectus est passibilis, omnis perfectio brutorum est passibilis, id est, generabilis & corruptibilis. ergo, in secunda figura nulla brutorum perfectio est intellectus: ponit maiorem, & inquit, & quia inuenerunt quod intellectus non sit passibilis, id est, transmutabilis: deinde dedit vltimum consequens, & inquit, concluserunt ex hoc ꝙ forma brutorum caret comprehensione, id est, intellectione. & apponit minorem d. quia habet perfectionem passibilem, ergo forma brutorum nõ est intellectus. (Et ideo.) Conduxit aliud, & inquit, & ideo quando perfectio, id est, forma reperitur actualis omnino, id est, purus actus, ita quod nullo modo sit transmutabilis, neque per se, neque per accidens: tunc, sine dubio illa forma est purus intellectus: & tunc quasi excusando se dicit, & omnia ista patefacta sunt demonstratiue in diuersis locis librorum philosophorum. (Patet ergo ex istis.) Hoc in loco quodammodo recapitulat, & inquit, patet ergo ex istis præmissis qualiter sapientes
B inuenerunt quod id, quod nullo modo est passibile est actus purus, & nudus ab omni corpore: propter quod ait, vnde qui vellet philosophis obijcere in istis, oporteret eum primo obijcere principijs ab eisdem suppositis in prædictis propositis: & huius ratio manifesta est in posterioribus: quoniam conclusiones sequuntur ex principijs, & ideo non potest quis conclusionibus contradicere, nisi primo principijs obijciat. Recapitulat secundum. d. etiam patet ex istis, qualiter inuenerunt quod hic, id est, in entibus est vnus intellectus purus, scilicet primi principij, qui intellectus est primi motoris: & sic patet recapitulatio dictorum. (Et quia viderunt.) Cum conduxit illa, hoc in loco transit ad modum, quo modo intelligit Deus hec: & videtur sermo suus ordinari in hũc modum: eo modo, quo currunt res artificiales, currunt & naturales: sed artificiales currunt ab intellectu, ergo res naturales currunt ab intellectu. maior patet, quoniam res artificiales currunt ordine quodam, vt patet, & sic res naturales: minor autem constat per se: huius accepit maiorem, & dicit, & quia viderunt opera naturalia modo artificialium operum currentia, id est, eodem modo currere, quemadmodum & artificialia. apponit conclusionem. d. iudicauerunt quod ab eodem intellectu virtutes naturales procedunt, & est ille, qui dat ordinem omnibus entibus. Et addit quomodo intellectus intelligit illa. d. & concluserunt quod ipse intellectus
C intelligendo seipsum, intelligit omnia alia entia; videlicet quod ipsum seipsum intelligere idem est quod ipsum intelligere entia: cuius rationem dat. d. quia in tali intellectu nõ decet quod differant sicut in humano intellectu differunt. vult dicere quę in natura inferiori dispersa inueniuntur, in natura superiori inueniuntur vnita: quare, si in intellectu nostro intelligibilia reperiuntur diuersa ab intellectu in Deo, erunt vnum omnibus modis. (Neque tali.) Hoc in loco soluit quęstionem quandam, quę potest sic cõponi: omnis intellectus aut intelligit seipsum tantum, aut alia tantum, aut alia tantum, aut seipsum & alia insimul. ordinantur autem hęc isto modo: quia, si aliquis intellectus intelligeret alia, bene sequitur quod intelligit seipsum, sed non econtra, videlicet seipsum intelligit, ergo debet alia intelligere. huic autem maiori addatur hęc minor. sed intellectus primus est intellectus, ergo intelligit aliud tantum, vel se tantum, vel ambo: modo consequens est falsum, vt constat. Responde: Auer. ꝙ illa vniuersalis non est vera: quoniam datur instantia in intellectu Dei. inquit ergo, neq; talis intellectus prędicari debet de supradicta demonstratione. s. ꝙ quilibet intellectus, aut intelligit seipsum tantum, aut aliud tantum, aut ambo simul: ponit autem ordinem illorum d. & ideo, si intelligeret alia, non est dubium ꝙ intelligeret seipsum, sed nõ econtra, videlicet ꝙ si seipsum intelligat, ꝙ debeat alia intelligere: est ergo solu. ꝙ maior est falsa vniuersaliter, & maxime de intellectu Dei: ille enim non intelligit se tantum, neque aliud, neque ambo, sed intelligendo se intelligit alia, prout

ipse est omnia, vt dictum est loco eius. (Tandem.) Redit ad illud, quod a principio sumpsit. d. tandem valde miramur de isto homine, eo quod ea posuit tanquam principia, quę pluribus medijs, & diuersis syllogismis vehementer probata fuerunt per philosophos: propter quod concludit, vnde dicimus quod huius libri fructus non est nisi errores excitare, vel phantasias multiplicare, sicut in prologo diffuse ostendimus. Debes scire, vt plane dixi in disputatione tertia, quod intellectus intelligens se tantum est ille, qui intelligit se, & nullam dicit habitudinem ad aliud tanquam ad sui causam, vel ad aliud tanquam ad causatum ab eo: & hunc intellectum huius disputationis impossibile est reperiri in natura. intellectus intelligens aliud est ille, qui intelligit per habitudinem ad aliud tanquam ad sui causam, vel agentem, vt intelligentiæ intelligunt primum: vel formalem, vt intellectus noster intelligit res materiales, a quibus perficitur tanquam a formis: cum igitur intellectus primi dicat habitudinem ad res tanquam ad causata ab eo, & non dicat habitudinem ad aliud extra ipsum tanquam ad causam: diximus tunc quod intellectus primi nec intelligit se tantum, nec aliud: & propterea dicitur intelligens alia intelligendo se, et tenet fere dispositionem mediam: istud autem declaratum fuit perfecte in tertia disputatione. & theologi nostræ legis perfecte indagati sunt istud: & tu considera libros vtriusq; partis.

Nota,

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus est, cum dicunt ꝙ licet nos non dixerimus ꝙ Primum vult innouationem, nec ꝙ totum sit innouatum innouatione permanenti, nos tamen dicimus ꝙ ipsum id fecit, & est constitutum ab eo, nisi ꝙ non defecit attribuere ei operationes, & nunquàm defecit esse agens: & non distinguitur apud nos nisi hac imaginatione, in fundamento vero agentis non. &, cum necesse est vt agens sciat deliberatiue, ergo totum est apud nos ex operatione eius. Responsio autem huic est duobus modis quorum Vnus est quòd operatio est dupliciter, aut voluntaria, sicut operatio animalis, & hominis: aut naturalis, sicut operatio Solis illuminatione, & ignis calefactione, & aquæ infrigidatione. est autem necesse vt sit scientia in operatione voluntaria, vt est in artibus hominis: in operatione vero naturali non. & apud vos est quòd Deus glo. fecit mundum via consecutionis ab eo naturaliter, & necessitate, non autem via voluntatis, & eleuationis: sed consecutum est totum a substantia eius, vt consequitur lumen a Sole. &, quemadmodum Sol non potest euitare lumen, nec ignis euitare calefactionem, sic non pōt Primum euitare operationes suas. quod absit. & hæc species, licet admiserimus appellare eam operationem, non determinat tñ agenti scientiam omnino. Si vero dicatur differunt, quoniam prouenire totum a substantia eius est propter scientiam eius de toto. & imaginatio ordinis vniuersalis est causa influxus totius: & non est ei causa præter scientiam de toto, scientia autem de toto est ipsamet substantia eius: &, nisi esset ei scientia de toto, non proueniret ex eo totum, & non est sic lumen proueniens a Sole: dicimus, & in hoc cōtradicunt tibi fratres tui. nam ipsi dixerunt ꝙ substantia eius est substantia, ex qua consequitur esse totius secundum ordinem suum naturaliter, & ex necessitate, non autē

A ex eo ꝙ scit de se. quæro quid est quod facit hanc opinionem esse falsam, quotiensecunq; conueniat eis circa ablationem voluntatis? si autem non conditionatur scientia Solis de illuminatione in consecutione luminis, sed quòd sequitur ei ex necessitate, tunc potest consyderari hoc de primo, & nihil prohiberet.

AVEROES.

AIt Auer. Incœpit in hoc capitulo recitare de Philosophis quid absurdum: & est ꝙ Deus glo. non habet voluntatem, nec in innouatis, nec in toto: qm̃ operatio eius prouenit a substantia eius ex necessitate, sicut prouenit lumen a Sole. Deinde recitauit de eis quòd ipsi dixerunt, ex eo ꝙ est agens, necesse est vt sit sciens. Attamen Philosophi non negant voluntatem a Deo glo. & nõ affirmãt

Philosophi non negant voluntatẽ a Deo.

B ei voluntatem humanam. quoniam illa, quæ est in humanis, est quia reperitur diminutio in volente, & passio rei volitæ. &, cum reperitur ei volitum, cessat diminutio, & aufertur passio, quæ appellatur voluntas. sed id, quod affirmant ei de voluntate, est ꝙ operationes, prouenientes ab eo, proueniunt a scientia: & omne id, quod prouenit a scientia, & sapientia, prouenit ex voluntate agentis, non autem ex necessitate naturali: cum non sequitur ex natura scientiæ aduentus operationis ab eo, vt ipse recitauit de Philosophis. quoniam, cum dicimus ꝙ ipse scit duo contraria, sequeretur ꝙ proueniant ab eo duo cõtraria simul. & hoc est falsum, & prouenire vnum duorum contrariorum ab eo indicat attributum additum scientiæ, & est voluntas ipsa. sic debet intelligi affirmatio voluntatis in Primo apud Philosophos: & tamen est apud eos sciens, & volens.

Obseruà Auer. appellat voluntatẽ passionẽ.

Deus ẽ sciẽs & volens.

Cum autem dixit ꝙ operatio est duplex, aut naturalis, aut voluntaria, ex falsum. quoniam operatio eius apud Philosophos non est naturalis multis modis, nec voluntaria ab-

Quõ actio Dei est voluntaria.

C solute: sed voluntaria, quæ abest ab omni diminutione reperta in voluntate humana. quare nomen voluntatis dicitur de eis æquiuoce, sicut nomen scientiæ dicitur sic de ambabus scientiis, antiqua, & innouata. nam voluntas in animali, & homine est passio proueniens a volito, & est causata ab eo. Hoc est, quod intelligitur de voluntate hominis, & Dei glo. absit ꝙ sit ei attributum causatum. Et non intelligitur per voluntatem, nisi ordinatio operationis, copulata scientiæ. & scientia, vt diximus, est duorum contrariorum. in scientia vero Primi est aliquo modo scientia duorum cõtrariorum. & operatio eius vnius duorum contrariorum est probatio ꝙ sit hic aliud attributum, quod appellatur voluntas.

Quid ꝑ voluntatem, A

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus est, vt nos cõfiteamur quòd prouentus rei ab agente determinat scientiam in operatione, quæ

emanat: & tamen apud eos operatio Dei glo. est vna, & est causatū, quod est intellectus simplex, & non debet scire nisi eum. causatum vero primum erit sciens id, quod prouenit ab eo tantum. nam totum non prouenit a Deo glo. statim, sed mediis, & prouentione, & consecutione. & id, quod emanauit ab eo, quod emanauit ab eo, non oportet vt sit scitum ei. & non emanat ab eo nisi vnum. & hoc, cum non est necesse vt sit in operatione voluntaria, quomodo erit in naturali? nam motus lapidis a summitate montis erit motu voluntario, qué faciet scientia in substantia motus, & non faciet scientia id, quod fit ex eo de contactu, & eruptione alterius rei. hoc etiam non possunt respondere ei.

AVEROES.

AIt Auer. Responsio nostra, quòd agens, cuius scientia est in vltimitate perfectionis, scit quod emanat ab eo, & id, quod emanat ab eo, quod emanat ab eo, & quod emanat ab hoc, quod emanat, vsque ad finem eius, quod emanat. Et, si primum fuerit in vltimitate scientiæ, oportet vt sit sciens totum id, quod emanat ab eo mediate, vel immediate. & non sequitur vt sit scientia eius de genere scientiæ nostræ: quoniam scientia nostra est diminuta, & posterior scito. Deinde dixit, respondens quæstioni, quam fecit Philosophis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dicatur, si definimus ꝙ ipsum non scit, nisi seipsum, hoc erit in vltimitate inconuenientiæ. nam aliud scit seipsum, & aliud, & erit excelsus eo in gradu. & quomodo causatum erit excellentius causa?

AVEROES.

AIt Auer. Hæc responsio est diminuta. nam in ea induxit rem intellectam ad inconueniens. Deinde respondit ipse, & dixit dicimus ꝙ hoc inconueniens sequitur Philosophis circa ablationem voluntatis, & ablationem innouationis mundi: & debent contradici, sicut cōtradicunt eis cæteri Philosophi. & impossibile est quin derelinquatur Philosophia, & confiteatur ꝙ mundus sit innouatus voluntate. i. ꝙ sequitur eis, si fuerint ex eis, qui intulerint quòd ipsum scit operatum suum propter inconuenientiam, vt ipsi tollerent hoc inconueniens, quemadmodum deuenerunt in aliud inconueniens de antiquitate mundi, & ablatione voluntatis. & ipsi tamen non auferūt voluntatem, sed auferunt partem diminutam ab eo. Deinde.

Hęc desiderantur in antiquo.

ALGAZEL.

A It Alga. Quare negatis dicenti ex Philoſophis quòd hoc non eſt additio dignitatis, quoniam ſcientia indiget ea aliud ad recipiendum vtilitatem aliquam: nam ipſum in ſe ea indiget. Homo autem exaltatur intellectis, aut vt perueniat ad felicitatẽ in fine huius ſeculi, & alterius, aut ad perficiendum ſe, tanquam obſcurum, & diminutum: & ſic aliæ creaturæ. Subſtantia vero Dei glo. non indiget perfectione. &, ſi conſyderetur de eo ſcientia, qua perficeretur, hoc erit, quoniam ſubſtantia eius eſſet diminuta. & ſic aliæ creaturæ. & hoc eſt, ſicut ſi tu attribueres ei auditum, & viſum, & ſcientiam particularium ingredientium ſub tempore. Tu autem conuenis cum fratribus tuis Philoſophis quòd Deus glo. abeſt ab eis: & quòd mutationes ingredientes in tempore, diuiſæ ad id, quod fuit, & erit, non ſcit eas Primum: quoniam hoc faceret mutationem in ſubſtantia eius, & impreſsionem. & non ſequitur in negatione huius ab eo diminutio, ſed eſt perfectio: immo diminutio eſt habere ſenſus, & indigere eis. &, niſi eſſet diminutio in homine, non indigeret ſenſibus ad præſeruandum ſe ab eo, quod ei euenit ex eius mutatione. & ſic ſcientia innouationum particularium vos putatis quòd ſit diminutio. Et quemadmodum, cum nos ſcimus innouationes omnes, & apprehendimus ſenſibilia omnia, & Primum non ſcit aliquid de particularibus, & non apprehendit aliquid ex ſenſibilibus, non erit hoc diminutio, ſic ſcientia de vniuerſalibus intellectualibus etiam poſsibile eſt vt affirmetur alteri, & non affirmatur ei: & non erit hoc diminutio etiam. & ab hoc non poteſt euadi.

Proponit Algaz. ſermonem fere rhetoricum, quo perſuadet ſapientes ad dicendum Deum non habere ſcientiam rerum extra ſe, & dicit, adhuc poſſumus dicere philoſophis ſic. quare cauetis vobis opinionem quorundam veſtrorum philoſophorum, qui dicunt, videlicet, quod ſcientia in ipſo Deo non eſt multiplicatio perfectionis. i. qui dicunt ſcientiam rerum extra ſe non multiplicare in Deo gradum perfectionis. (Et homo eam.) Cum propoſuit hoc, probat illud ſermone rhetorico. & primo proponit cauſas, quibus ſcientia rerum eſt homini perfectio. ſecundo ibi, (Sed Deus.) Arguit eam non debere poni in Deo propter cauſas oppoſitas. d. ergo. & homo eam forte cupit duabus rationibus, videlicet, vt comprehendat rerum veritates iuxta humanum poſſe, & dixit. (Iuxta humanum poſſe.) Quia forte intellectus hominis apud ipſum non poteſt comprehẽdere res ſicuti ſunt in ſeipſis. deinde apponit ſecundam cauſam, & dicit, & qđ poſsit prouidere cognitionem ſalutis vię poſt carnalem mortem, id eſt, & vt poſsit per ſcientiam perpendere mediam, quibus ad beatitudinem nitatur peruenire poſt carnalem mortem. & dixit: (Poſt carnalẽ mortẽ.) Quoniã, & ſi ſapiẽs moriatur in obitu ſecundum corpus, reſtat ſecundũ animam apud Alg. quę, ſi in gloriã producetur, viuet. & ſi in ignẽ ęternum, morietur. & hoc ẽt nos chriſticolę tenemus, & eſt ita ſine dubio, vt declarabitur in vltimis diſputationibus huius libri. Sunt ergo duę cauſę neceſsitatis, quibus homo naturaliter ſcire deſiderat. prima quidem vt rerum veritates indagetur, & hoc eſt propter eius abſolutam perfectionem. ſecunda, media in vitam æternam ſibi oſtendentur per rerum comprehenſionem, & hęc ſecunda eſt potiſsima cauſa.

Secũda qo.

SED circa hęc ambiget quis. quo desiderio homo concupiscit scientiam, secundo & fortius an illę duę rationes Alga. sint sufficientes ad illud, an ponendę sint & alię.

Positio quorundam.

Ad primam soluunt quidam fratres, qui eorum studium totum in Metaphysicam reducunt, quod homo appetit scire, & non appetitu rationali. Tum primo, quia appetitus rationalis pręsupponit intellectum. Tum secundo quia ille est formaliter liber, & homo nõ libere desideras scire, vt fingunt. Item non appetitu animali & sensitiuo. Tum primo, quia ille est respectu sensibilium, modo homo appetit & sensibilia, & insensibilia, vt manifestum est cuilibet. Tum & secundo, quoniam sic & bruta appeterent scire, cum & appetitum habeant sensitiuum. Cum itaque homo appetat scientiam, & non rationali appetitu, neque animali seu sensitiuo, relinquitur qđ naturali appetitu: & huic cõsonat tex. Aristo. in principio prooemij Metaphysicæ. omnes homines natura scire desiderant, vbi ly, natura, non nisi appetitus naturalis nominatur. Præterea, pro his facit dictum Auer. 2. Meta. commen. 1. vbi inquit, & signum eius, quod habemus desiderium ad sciendum veritatem est, quoniam si comprehensio esset impossibilis, tunc desideriũ esset ociosum: & cõcessum est ab omnibus, quod nulla res est ociosa in fundamento naturę, & creaturę, &c. ecce, quomodo demonstrat scientiam esse in nobis possibilem propter hoc, quia ad eam est nostrum desiderium, & loquitur de desiderio, quod est in fundamento naturæ: aliter eius probatio nulla esset. modo desiderium, quod est in fundamento naturæ est naturale, ergo homo naturali desiderio appetit scire, quod est propositum illorum in hoc loco.

Impugnatio

Sed mihi videtur, quod hic homo multum errauit: quod declaro primo: quoniam eo appetitu debet homo scientiam appetere, qui respondet potentiæ, quę perficitur per illam, vt manifestum est etiam considerantibus dicta eorum, Sed appetitus rationalis respondet intellectui, qui perficitur per scientiam secundum eos, ergo appetitu rationali debet homo appetere scientiam. Secundo id, quod est optimum, & summa hominis perfectio debet desiderari ab homine secundum summum, & optimum desiderium: istud consonum est experiẽtię: videmus enim hominem carnalia appetere per carnale desiderium, & alia multa: sed perfectissimus appetitus est rationalis. ergo appetitu rationali conuenit hominem scientiam appetere. Vnde, & confirmatur: quoniam Aristo. Ethicorum primo, testatus est capitulo. 18. recte enim & ad optima deprecatur ratio. & non intendit ibi per rationem nisi appetitum rationalem, vt ibi videtur Auer. exponere, si igitur ratio dictat ad optima, optimum in nobis est scire, ideo consentaneum est rationem illam dictare ad scientiam: & sic videtur quod appetitu rationali desideremus scire. Præterea, omne comprehensum vt verum, & bonum existit, appetitur rationali appetitu, quoniam in comprehensione sequitur appetitus, sicut vmbra corpus. 12. Metaphy. commen. 39. sed scire est comprehensum ab intellectu, vt verum, & existit bonum, immo optimum. ergo est appetibile a volumtate. Præterea & quarto, illud, quo comprehenso, cessat desiderium rationale appetebatur rationali appetitu: sed apprehenso optimo & supremo cognoscibili, cessat rationalis appetitus. ergo desiderabatur rationali appetitu: minor est manifesta per se. quando enim homo coniungetur primo intelligibili amplius non appetet rationali appetitu: ex his volo concludere, hominem appetere scire per rationalem appetitum, licet non tantum per illum, vt dicam. propter quod debes scire, anima secatur in tres partes, scilicet in sensitiuam, & intellectiuam, & harum mediam, quæ sensitiua interiorum sensuum appellatur, seu imaginatiua. Iterum, rerum quædam sunt naturales tantum, vt res, quæ sunt in motu secundum esse, & rationem. Quędam intelligibiles tantum, vt res Metaphysicę, quorum principium est intellectus. Quędam abstractę, vt mathematicę, quę sunt res imaginabiles, quę secundum esse sunt in motu consistentes, secũdum rationem ab illo separatę: ex his sequitur quod anima est quodammodo omnia: est enim res naturales, quoniam est principium illarum per sensum: est & res mathematicę per imaginationem, qm̃ principium est mathematicorum per imaginatiuam. Est & res metaphysicę, quoniam per intellectum principium illarum est; & ideo dicit Arist. in lib. de Anima, quod anima est quodãmodo oĩa,

A & in Meta.d. quod ſciens, vt ſciens, menſurat quodammodo omnia, quę ſunt. His bene expoſitis dicendum, quod homo per deſiderium naturale deſiderat res naturales: per deſiderium animale deſiderat imaginabilia & media, quæ mathematicæ res dicuntur: per appetitum rationalem deſiderat metaphyſicalia: totum ergo ambitum ſcientiæ homo concupiſcit tribus deſiderijs: quoniam, ſicut ſecundum tres partes eſt perfectibilis a ſcibilibus, ita ſecundum tria deſideria inclinatur ad illa: deſiderio enim correſpondenti intellectui circa metaphyſicalia, deſiderat illa rationali appetitu. Correſpondenti vero potentię circa imaginabilia, homo appetit ſenſitiuo appetitu. Correſpondenti circa naturalia pſi . ſenſui appetit naturali appetitu. Ad argumenta alterius partis dicendum puto, quod appetitus rationalis, & appetitus animalis, & appetitus naturalis poſſunt dupliciter conſiderari: vno modo, vt ſubordinantur proprijs potentijs cognoſcitiuis, verbi gratia, appetitus rationalis ſubordinatur intellectui, & ſic de alijs, & ſic nō poſſunt dirigere, nec dictare in aliqua niſi ſuppoſita cognitione in potentijs, quarum ſunt pro hęreſes. ſecundo modo conſiderantur, vt defectus illarum potentiarum, quarum ſunt prohęreſes, & ſic poſſunt dictare, & inclinare ad ſua propria perfectibilia nulla ſuppoſita cognitione in ſuis potentijs: & ſic vnica ſol. patet fere ad omnia argumenta. Ad primum dicendum, quod appetitus rationalis primo modo conſideratus præſupponit actum, ſecundo modo non, vt conſtat

Oēs appetitus poſſunt duplr conſiderari.

B per ſe. Ad ſecundum contra idem dicendum, quod primo modo eſt formaliter liber, ſecundo modo eſt neceſſarius: quoniam, vt defectus quidam eſt, inclinat ad ſuum perfectibile. Ad tertium contra ſecundum dicendum, quod argumentum concludit: verum eſt enim tantum reſpectu ſenſibilium ſenſu interno, ſcilicet reſpectu imaginabilium. Ad quartum contra illud dicendum, quod non: quoniam appetitus ſenſitiuus brutorum non eſt defectus potentiæ potētis cognoſcere illa imaginabilia, vt patet: immo, ſi illud argumentum valeret, probarem lapidem poſſe appetere ſcientiam, quoniam habet appetitum naturalem. Ad verba Ariſtote. dicendum quod loquitur de ſcientia rerum naturalium: quod apparet, quia probat illam propoſitionem per ſimile in ſenſu viſus: poſtmodum tranſit ad Metaphyſicam, vt patet ibidem. Præterea, & eodem modo loquitur Auerroes vt patet ibidem. Colligendo itaque dicta, poteſt dici quod intellectus appetit ſcibilia Metaphyſica per voluntatem, prout eſt quidam eius defectus: voluntas enim, vt eſt quidam defectus intellectiuus, dicitur rationalis appetitus. Similiter appetitus ſenſitiuus, vt quidam defectus eſt rerum naturalium comprehenſarum, dicitur appetitus naturalis, & illud, quo homo appetit ſcientiam rerum naturalium. Appetitus autem animalis, vt eſt quidam defectus virtutis imaginatiuę, eſt principium appetendi ipſi imaginatiuæ circa mathemati-

C ca. ergo iſti ſunt tres appetitus, qui prohæreſes poſſunt dici ſuarum potentiarum cognitiuarum, qui ſunt principia appetendi, non ſuppoſita cognitione, ſed tantum vt defectus earum, ſunt quatre, &c. Ad ſecundam quæſtionem propoſitam expoſitores latini ſupra primo Meta. dicunt, quod hęc concluſio, homo naturaliter appetit ſcire, tribus rationibus poteſt probari. & adducam illas ordine meo in hunc modum. ad omnem propriam, & naturalem operationem vnumquodq; inclinatur: ſed ſcire eſt operatio propria hominis, inquantum homo, ergo ad ſcire inclinatur homo inquantū homo. Secunda componitur ſic, ad propriam perfectionem vnumquodq; inclinatur: ſed propria operatio hominis, inquantum homo, eſt propria eius perfectio. ergo ad propriam operationem homo, inquantum homo, naturaliter inclinatur. Tertia poteſt componi ſic. vnumquodque appetit coniungi ſuo principio: homo coniungitur ſuo principio per ſcire: ergo ho no appetit ſcire. Contra hoc quidam fratres poſteriores multum obijciunt: & dicunt his non eſſe tres rationes, ſed vnam, cum medium poſſit eſſe vnum tribus commune: quomodo autem ſit iſtud, vide eos. Mihi videtur quod hic eſt vnus ſyllogiſmus principalis, & duo proſyllogiſmi. ſecundus enim ſyllogiſmus probat maiorem primi. tertius ſic componitur hoc modo. illud, per quod homo coniungitur ſuo principio, naturaliter appetitur ab eo: ſed propria perfectio eſt id, per quod homo coniungitur ſuo principio, ergo propria perfe-

Quæſtio.

Poſitio quorundam.

Poſitio propria.

ctio hominis appetitur naturaliter ab eo. si componitur inquam hoc modo,
probatur maior secundi syllogismi: primus ergo est principalis: secundus pr
maiorem primi: & tertius probat maiorem secundi: & sic illę tres rationes
vna demonstratio, quę condensatur vsque ad propositionem primam: docu
Arist. in Posterioribus propositionem condensari: quando, scilicet, prosyl
zatur vsque ad immediatam, quę amplius non est condensabilis: maior itaq
mi condensatur per secundum syllogismum, & maior secundi per tertium, &
status. hęc enim propositio, illud, per quod homo coniungitur suo principio,
turaliter appetitur ab eo, est immediata, & non potest amplius ad proposit
immediatam perstringi: & sic vna est demonstratio condensata ad immedia
propositionem, Si enim quęratur, propter quid desideramus propriam opera
nem, dicemus propterea, vt adipiscamur propriam perfectionem. Si autem qu
ratur, propter quid appetimus propriam perfectionem: dicemus vt primo pri
cipio coniungamur, & amplius non potest quęri. hęc enim est propositio im
diata, quæ amplius non potest condensari, neque perstringi ad immediatiore
vtrum autem expositores hanc tenuerint opinionem, non curo; forte enim qu
sic. id autem, quod dicunt posteriores latini, non est dignum vt hic ponatur:
enim sunt adeo rudes in logica, quod non potest rudior eis reperiri: & ideo no
est eis credendum in quęstionibus circa demonstrationes, & problemata diale
ctica incidentes. Et cum hoc sit verificatum, patet qualiter prima ratio Alg
primus syllogismus hic inductus: qui si debet omnino bene formari, debet co
densari eo modo, quo dixi. Verbi gratia, propter quid homo appetit cognosc
re rerum veritates? ad hoc dicendum est, vt prius, scilicet vt propriam adipisca
tur perfectionem; &, si quęratur propter quid quærit adipisci propriam perfe
ctionem? dicemus vt coniungatur suo primo principio: & hic status est enim p
positio immediata, vt dixi; & sic debet ratio Algazel. verificari. secunda ratio
est credita, & conueniens legibus: & ideo naturalis philosophus non debet eam
ponere, & propterea Thomas in primo Meta. non tetigit illam, sed tantam pr
dictam, vt visum est. (Sed Deus benedictus.) Cum accepit quasi maiorem, sc
licet quod homo debet recipere scientiam propter duo, scilicet, vt comprehe
dat rerum veritates, vt notificentur media ad vitam æternam: nunc accepit mi
norem, & dicit, sed Deus benedictus nulla perfectione indiget, neque oportet v
ei manifestentur media ad vitam æternam. Tunc apponit conclusionem, & in
quit: ergo non decet eum habere scientia, qua perficiatur: & sic patet qualiter
hic sermo est ad modum rethorici cum. n. procedat: per locum a contrario, q
non ponitur ad probandum aliquod ignotum, sed ad cōfirmandū, vt dicit Auer.
in prioribus, & primo cœli forte commen. 124. in vltimo. (Neque licite.) Hoc
in loco videtur quasi amouere dubium tacitum: posset nanque obijci, nulla perfe
ctio, debet amoueri a perfectissimo: sed scire est perfectio: ergo non debet remo
ueri a Deo, qui est summe perfectissimus: cuius responsionem videtur assignare,
& consistit in hoc, quod multa sunt perfectiones in natura inferiori, quę sunt im
perfectiones in natura superiori; quod declarat, & inquit. neque licite aliquo mo
do talis scientia sibi attribui debet, sicut diximus superius de auditu, & visu, &
scientia particularium, in quibus omnes philosophi conueniunt, quod debeant
ab ipso Deo glorioso actualiter remoueri: cuius rationem dicit, prout talia ingre
diuntur tempus, quod diuiditur in preteritum, & futurum: & sic sequeretur quod
hęc inducerent permutationem in eum. (Et ideo.) Cum hoc præmisit, quasi sol
tionem dat ad formam quęstionis, & inquit, & ideo auferre talia, vel similia ea
ab eo, non est defectus in eo, immo potius perfectio; sequitur litera, quę sic repe
ritur in translatione Calonimi hebrei. (Sicut indigentia, quam nos habemus de
sensibus, debet nobis attribui defectus: natura nanq;, &c.) Reputo quod litera
est corrupta, vel ex errore translatoris, vel diminutione scriptoris, vel quia in
arabico ipse collegit tantum verba: & est impossibile intelligere multa dicta
huius hominis, si verba aspiciamus, ideo in translatione Nicolai hispani, quę
nunc peruenit ad me, inueni sic, non enim sicut indigentia, quam nos habemus
de sensibus, debet attribui nobis defectus; sic, & carentia comprehensionis rerū

naturalium

A naturalium est defectus primi entis : & tunc litera est quasi responsiua ad ma-
iorem, scilicet, quia est simpliciter falsa: quoniam non est simile, quod sicut sci-
licet carentia sensuum est imperfectio in homine, sic carentia comprehen-
sionis rerum sit defectus in Deo: cuius rationem subdit. natura namque pro-
uidit nobis in istis, vt possimus cauere nobis nocumenta contingentia: & sic pa
ret qualiter maior syllogismi est falsa. (Sequitur ergo ex hoc.) Cum soluit ar-
gumentum illud, hoc in loco comparat scientiam particularium ad scientiam
vniuersalium in nobis penes necessitatem, & inquit. sequitur ergo ex hoc,
quod nos scire omnia particularia, & comprehendere omnia sensibilia desi-
deramus: quoniam est aliquo modo perfectio nostra, vt visum est, & addit:
& sicut in Deo benedicto non est defectus. scilicet, ignorantia rerum, sic neque
in nobis non est perfectio simpliciter res particulares: quoniam, si ignorantia
particularium rerum in Deo esset defectus, cognoscere res particulares in no-
bis esset simpliciter perfectio. (Similiter dicimus.) Reputo quod hoc in loco
persoluat etiam quæstionem: posset enim dici, scire vniuersalia est perfectio sim
pliciter homini, ergo debet apponi in primo perfectissimo. Respondet, &
inquit, similiter dicimus quod nos scire vniuersalia est perfectio nostra, at-
tamen Deum ignorare ea, non est defectus in eo: & sic ad formam patet,
qualiter illa propositio est falsa, scilicet quæcunque perfectio reperitur inna-
B tura inferiori, reperitur in perfectissimo: & tunc apponit pondus argumenti: &
inquit, & hoc argumentum valde difficile reputamus, & non potest aliter sol-
ui quam dictum sit.

Dubitatio.

Sed pulchra inoritur quæstio. an perfectio simpliciter hominis de-
bet apponi in supremo summo, qui omnem perfectionem continet? Pro so-
lutione huius quæstionis, primo oportet intelligere quid sit perfectio simplici-
ter. Et post dicam ad quæstionem. dico ergo de primo, quod non dicitur per-
fectio simpliciter, quia infinita secundum illud. 2. Topicorum in vltimis fere
verbis, quod simpliciter dico sine addito dico. sic enim nulla esset in homine
perfectio simpliciter, quia homo esset infinitus in perfectione. secundo dico,
quod non dicitur perfectio simpliciter, id est, singulariter, & vno modo dicta:
sic enim quælibet res esset perfectio simpliciter, dummodo esset pure singula-
ris. Ideo debes scire, primo quod opposita possunt dupliciter capi. Vno mo-
do pro quibuscunque incompossibilibus: & sic leo, et homo possunt opposita di-
ci, eo quia in eodem sunt incompossibilia. Possunt capi secundo modo pro
contradictorijs: vt scientia, & non scientia, homo & non homo, & sic de mul-
tis: & hoc secundo modo famose opposita dicuntur quæcunque inuicem con-
tradicunt. Secundo debes scire, quod indiuiduum potest capi duobus mo-
C dis, vno modo, vt est determinatæ naturæ, Verbi gratia, pro Sorte, qui est ho-
minis indiuiduum. secundo modo pro indiuiduo naturæ indeterminatæ: vt for-
te est indiuiduum entis, scilicet, hoc ens, & illud ens: hæc distinctio potest
elici ab Auer. 5. Physico. commento. 15. vbi vult quod omne mobile potest
velocius moueri, & ait. quod hæc est vera per se, & falsa per accidens: eo
quia Cœlum non potest velocius moueri: hoc non potest intelligi aliter, nisi
quod capiendo indiuidua naturæ mobilis sub indeterminata natura, vt sic quod-
libet mobile potest velocius moueri: sed capiendo indiuidua mobilis, prout
sunt determinatæ naturæ, sic falsa: quoniam hoc determinatum non potest ve-
locius moueri, quam modo mouetur: & ideo est vera per se, stando in indiui-
duis mobilis naturæ indeterminatæ, & est falsa per accidens, id est, extranean
do ad indiuidua determinatæ naturæ. Ex his palam recipio, quod indiuiduum
est duobus modis, scilicet, indeterminatæ naturæ, & determinatæ naturæ: &
per hoc potest verificari dictum Auer. tertio Cœli commen. 6. quando dicit.
quod continuum est diuisibile in infinitum secundum formam, id est, per se, &
non secundum materiam, id est, per accidens: quoniam omne continuum captũ
sub indeterminata natura est diuisibile in infinitum, non tamen continuum
determinatæ naturæ, Verbi gratia, ignis, aqua, & animal, &c. His visis di-

Quid perfectio simpliciter.

Opposita duplicia.

Indiuiduum duplex.

cendum, quod cum perfectio simpliciter non sit, eo quia perfectio infinita, vel quia perfectio singulariter, relinquitur quod dicatur pfectio simpliciter, quæ in quolibet indiuiduo entis sub indeterminata natura capto est melior ipsa, quam suum oppositum incomposſibile. dico primo, In quolibet indiuiduo entis sub indeterminata natura capto: quoniam esse auri est perfectio aliqua, non tamen homini est perfectio simpliciter: quoniam esse auri additum homini corrumperet esse hominis, cum sit ei incomposſibile: ideo oportet, vt indiuiduum capiatur sub indeterminata natura. dico secundo, quam suum oppositum incomposſibile. Quia quælibet perfectio est melior, quam suum oppositum contradictorie, quod est pura negatio, & quia scientia in quolibet indiuiduo entis, inquantum ens, est melior quam suum incomposſibile. Verbi gratia, ruditas, & praua ignorantia, ideo dicitur perfectio simpliciter, & multa talia. His itaque expositis dicendum, quod quælibet hominis perfectio simpliciter debet addi in Deo: quia, cum quo in quolibet indiuiduo entis est melior, & Deus sit entis indiuiduum per essentiam, ideo conuenienter decet, vt apponatur in Deo. Sed dices, scire res vniuersas est perfectio simpliciter in homine, ergo debet apponi in Deo. Iam patet solutio, scire enim est perfectio simpliciter, cum in quolibet indiuiduo entis simpliciter sit melior quam suum oppositum incomposſibile. Sed scire res extra se non est perfectio simpliciter, cum non sit in quolibet melius quam suum incomposſibile, scilicet, scire res per essentiam propriam: quoniam, licet scire res per essentiam non sit melius homini, cum sit eius naturæ incomposſibile, est tamen melius simpliciter, quia addito homini inquantum ens, esset melius quam scire per res extra se, vt patet. Similiter patet, quod licet homini sit perfectio habere quinque sensus, quibus percipiat, non tamen debet attribui Deo, eo quia nō est perfectio simpliciter: cum in quolibet indiuiduo, inquantum ens, non sit melius, immo deterius, vt patet. Regula itaque, quam Simplicius secundo Cœli recitatus est, scilicet quod quicquid perfectionis est in natura inferiori, debet inesse naturæ superiori, debet intelligi de perfectione simpliciter, & non in genere determinatæ naturæ: homini enim, inquantum perfectissimum animalium competit habere quinque sensus, non tamen inquantum perfectissimus entium: & ideo non oportet quod omnis perfectio conueniens muscæ, conueniat homini, nisi sit perfectio simpliciter, vt sæpe verificatum est.

Dubitatio.
Solutio.

Quicquid perfectionis reperitur in natura inferiori, etiã debet reperiri in natura superiori.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc est ratio eius, qui dicit quòd ipsum non scit nisi seipsum. Et iam recitauimus opiniones hominum circa aggregationem eius, quod dicunt quòd ipsum non scit nisi seipsum, & quòd ipsum scit omnia entia. & ideo dicunt aliqui famosi eorum quòd Deus glo. est entia omnia, & ipse est motor eorum. & non oportet reiterare sermonem in hoc. & propositiones adductæ in hoc capitulo sunt famosæ topicæ: quoniam omnes sunt in capitulo reductionis syllogismi occulti ad manifestum, quos non aggregat genus, & non est inter eas communicatio omnino. Demum loquitur in hoc capitulo cum Auicenna in eo, ꝙ ratiocinatur contra dicentes ex Philosophis ꝙ ipse scit seipsum, & scit aliud. quoniam impossibile est quin sciat id, quod fecit. & omnes propositiones, quas recitat ex Auicenna in constitutione huius opinionis, & quas facit ipse in disputatione sua, sunt assumptæ ex rebus, quæ videntur in homine: & conatur permutare eas ad Deum glo. & hoc non potest fieri: qm̄ ambæ

Deus est oĩa entia.

ſcientiæ dicuntur æquiuoce. nam id, quod dicit Auicenna, ꝙ omne intelligens, à quo emanat operatio vna, ipſum ſcit operationem illã, eſt propoſitio vera: ſed non modo ſcientiæ hominis de re, quam intelligit, quoniam intellectus hominis perficit ſeipſum cum eo, quod apprehendit, & intelligit, & patitur ab eo. & cauſa paſsionis ab eo eſt conſyderatio in intellectu. & propoſitiones, quæ ſunt in hoc genere, arguit contra eas Alga. nam omne intelligens ex hominibus aliquam operationem, & ſequitur ex illa operatione alia operatio, & ex ſecunda tertia, & ex tertia quarta, non oportet vt ſciat agens intelligens conſecutiones, quæ conſequuntur ex operatione eius prima, & dicitur ei ꝙ hoc reperitur ei, qui operatur voluntarie. & quomodo ſequitur, cum ponitis ſciens, quod non operatur voluntarie? & dixit hoc, quoniam id, quo ſuſtentatus eſt, eſt quoniam, cum affirmatur ſcientia in Deo glo. affirmatur ei voluntas. Et ideo dixit hoc ſequitur, à quo non poteſt euitari, ideſt quin ſequatur vt Primum non ſit apud eum intelligẽs de alio
B niſi operationem, quæ conſecuta eſt primum, & eſt cauſa ſecunda, & cauſatum primum. & ſic etiam id, quod recitauit de eo, ꝙ, ſi intelligeret ſeipſum, & non intelligeret aliud, eſſet homo dignior eo. Et cauſa eſſe eius, & apparentiæ, quæ eſt in hoc ſermone, eſt quoniam, cum conſyderat homo duos homines, quorũ vnus non intelligit, niſi ſeipſum, & alter intelligit ſeipſum, & aliud, iudicat intellectus ꝙ ille, qui intelligit ſeipſum, & aliud, eſt excellentior eo, qui intelligit ſeipſum, & non intelligit aliud. Attamẽ id, cuius intellectus cum hoc intellectu dicitur æquiuoce, ex eo ꝙ vnus eorum eſt agens non patiens, & alius patiens non agens, non verificatur hæc permutatio. Et quoniam ratiocinatus eſt de mente Auicennæ cum propoſitione, quam concedit ipſe in omni habente intellectum, & eſt ꝙ habens plus ſcientiæ eſt excellentius: & quod putauit de ablatione voluntatis, & ablatione innouationis eſt id, quod fecit eis ſequi ꝙ non poſſunt affirmare ꝙ
C Primum ſcit aliud, quoniam ſcit agens, intelligens operatum ſuum, quod eſt aliud ab eo, ex eo ꝙ id vult, dixit ꝙ hoc inconueniens ſequitur Philoſophis tantum, ideſt quòd cauſatum, quod eſt homo, ſit excellentius cauſa, quæ eſt Deus glo. nam, cum ipſi auferunt innouationem mundi, vt putauit, auferunt voluntatem. &, cum aufertur voluntas, aufertur ꝙ ſciat id, quod prouenit ab eo. & hoc totum iam diximus ſuperius quòd non eſt verum, ſcilicet ablatio volũtatis à Deo glo. ſed tantummodo auferunt voluntatem innouatam. Et, quoniam ratiocinatus eſt de mente Anicennæ propoſitionibus, quæ exiſtimantur eſſe communes duabus ſcientiis, & innouatæ, & antiquę, incœpit ratiocinari contra eum in eo, quod dixerunt Philoſophi in hoc capitulo de differentia inter duas ſcientias. & ſequitur hoc ei in rei veritate. Et dixit quare negatis dicenti ex Philoſophis ꝙ hoc non eſt additio in dignitate. nam ſcientia indiget ea aliud, vſque ad finem eius, quod ſcripſimus. Et expoſitio eius eſt ꝙ, ſi omnes iſtæ appre-

hensiones sunt propter diminutionem in homine, Deus glo. abstr... eis, & ipse dicit Auicennæ. nam, sicut conuenisti cum socijs tuis q... sum non apprehendere particularia nõ est propter diminutionem... eo, postquam fuit demonstratio apud te, ꝙ comprehensio particu... rium est propter diminutionem in comprehendente, sic priuatio c... prehendendi aliud est propter diminutionem comprehendentis... responsio huius totius est, quòd in scientia eius non diuidunt veru... & falsum opposita, quæ diuidunt verum, & falsum in scientia hom... nis. verbi gratia quoniã homo dicitur de eo aut scit aliud, aut non s... aliud, adeo ꝙ sunt duo contradictoria: &, cum fuerit verum vnũ e... rum, aliud est falsum. ipse vero Deus glo. verificantur de eo am... simul, scilicet ꝙ sciat id, & ꝙ non sciat, scilicet non scit id scientia, d... terminante diminutionem: & est scientia humana, & tamen sci... scientia, non determinante diminutionem: & est scientia, cuius qu... litatem non comprehendit nisi ipse. & sic est de vniuersalibus, & pa... ticularibus, quæ verificantur de Deo glo. ꝙ sciat, & non sciat ea. H... est, quod determinant radices Philosophorum Antiquorum eis. Q... vero distinxerit, & dixerit ꝙ ipse scit vniuersalia, & nõ scit particula... ria, non percepit opinionem eorum, & non sequitur ex radicibus e... rum. nam scientiæ humanæ omnes sunt passiones, & impression... entium, & entia faciunt impressionem in eis: scientia vero Dei g... facit impressionem in entibus, & entia patiuntur ab ea. His autem habitis quiescit lis inter Alga. & Philosophos in hoc capitulo, & i... capitulo subsequenti. Attamen omnino recitabimus nos hæc capitu... la, & ostendemus in quo appropriantur, & recitabimus id, quod dic... est superius de hoc.

Quo pacto Deus glo. scit ipsa particularia.

Scientię humanę sunt passiones. Scietia Dei facit impressionẽ in entibus.

In solu. præsenti Auerr. primo proponit quodammodo excusationem, in q... videtur verificare dictum Alga. secundo ibi, (Sed nos.) Incipit considera... propositiones, quas sumpsit Alga. hoc in loco. Quantum ad primum d... Alga. ꝙ multiplicatio scientiæ in Deo rerum extra se, non apponit perfectio... nem in eo, & per consequens voluit Deum non scire res extra se: hoc verifi... cat. d. dicimus nos, quod hoc est allegatio opinantis, ꝙ ipse Deus non scit ni... seipsum, id est dicere Deum non scire res extra se, est argumentum, quo co... cluditur ipsum non scire nisi seipsum. & tunc statim remittit se. d. & nos i... præcedentibus narrauimus opiniones ipsorum, ponentes conuenientiam i... id, quod dicebant, videlicet quod ipse Deus non scit nisi seipsum, & quod ip... se scit omnia entia, id est ponebant hæc esse eadem, scilicet Deum scire se, & alia: & statim explicat conuenientia. d. & ideo dicunt aliqui ipsorum no... bilium, ꝙ Deus est omnia entia. est ergo conuenientia hæc: quoniam Deus e... omnia entia, ideo scire seipsum est scire omnia entia aliquo modo. ideo excu... sat se. d. & ideo non oportet in istis nos amplius replicare: quoniam, multo... tiens dictum est: &, sic patet, quomodo dictum Alga. quodammodo est verifica... tum Deus enim scit se & alia prout, esse eius est esse aliorum, non tamen s... alia, prout diuersa sunt ab eius esse: & hoc iam exposuit superius milies. (Sed nos.) Hoc in loco considerat propositiones Alga. suppositas in dubio, vbi de... bes scire, vt apparebit in sol. huius dubij, quod Auer. non posuit omnia verba Alga. in dubio prædicto: sed pauca, vt visum est: & ideo considerat quasdam propositiones, quas non habemus in hoc lib. sed bene in lib. Alga. inueniun... tur translatæ: ego autem secundum posse conabor illas apponere, deinde dicam

A dicta Auer. super illas. Primo ergo proponit cuius naturę sunt propositiones Alga. secundo ibi, (Et declaratio.) Exponit quod dixit, inquit ergo. sed nos dicimus quod propositiones ductæ ab isto homine in præsenti cap. sunt probabiles, & dialecticę: cuius rationem ait. d. prout sumit significationem earum ex manifestis id est rebus sensibilibus ad ignota, id est Deum, qui nobis occultus est: modo hoc non potest fieri: non enim debet argumentum a simili procedi nisi illa sint vnius generis, vel speciei. dicit modo. & non est dubium quod res sensibiles, & Deus non ingrediuntur vnum genus, neque communicant aliquo modo sup. in specie, vel vniuoca natura: quare propositiones formatę de creaturis non debent transferri in Deum. (Tandem dicimus.) Hoc in loco apponit solu. pro Auicen. contra quam arguit Alga, arguebat enim sic, sicut hominem ignorare res est imperfectio, sic Deum ignorare res est imperfectio. Cui respondet Auerro. d. tandem dicimus, quod verba Alga. in hoc loco diriguntur erga Auicen. id est sunt valida ad eum. Et statim apponit, quomodo nō essent valida. d. prout indigebat dicto dicentis, quod Deus scit seipsum, & scit alia hoc modo, scilicet indigendo illa responsione, sunt valida. sed, si dicatur quod Deus non ignorat alia, quoniam sciendo se, scit & alia, argumentum Alga. non valet. ergo vno modo valet ad Auic. alio modo non valet. (Et omnes.) Cum dixisset solu. apponit generale peccatum omnium propositionum Alga. d. & omnes propositiones, quas

B ab Auic. id est in nomine Auicen. narrauit in asserendo hanc opinionem, suppositę sunt a rebus notis in homine, & putat eas transferre siue transfigurare in Deum: quod est impossibile, id est indecens: quia hę duę scientię dicuntur sine dubio ęquiuoce, scilicet de Deo, & de nostris rebus sensibilibus: istud ergo est peccatum vniuersale omnium dictorum Alga. (Et declaratio.) Quia dixit oēs propositiones, quas sumpsit ab Auicen. esse sumptas ex rebus sensibilibus, & translatas ad res occultas, ideo hoc in loco incœpit declarare illud, & enumerat aliquas earum, & inquit: & declaratio huius est, id est & quod ex propositionibus sumptis a sensibilibus procedat in occulta est hęc declaratio, scilicet quod id, quod dicebat Auicen. videlicet quod a quolibet intellectu procedit quidā actus, cuius ipse intellectus scit, est propositio vera, sed modo humanę scientię, id est scientia nostra: cuius rationem inquit, intellectus namque humanus perficitur ab eo, quod intelligit, & patitur ab eo obiecto, a quo imaginatio intellectus, id est intellectio causatur. est ergo propositio hęc, scilicet omnis actus procedēs ab intellectu intelligitur ab intellectu, vera in intellectu nostro, propterea quia ille actus procedens habet rationem obiecti, a quo intellectus potest moueri, pati, & perfici. ergo intellectus noster potest intelligere omnem actum ab eo

C prouenientem. (Et cum propositionibus.) Cum verificauit propositionem illam, hoc in loco ostendit quomodo per illam transit Alga. arguere in Dei scientia. & primo proponit hoc dicens, & cum propositionibus sumptis in hoc genere, scilicet ex rebus posterioribus obijcit ei scilicet Auicen. Alga. & propter vnā quęstionem, ex cuius solu. eligit vnam vim argumenti contra illum. quęstio est hęc: si est vnum agens intelligens, a quo consequitur vnus actus, post quem sint plures actus consequentes, an si intelliget primū, intelligere debet omnes actus consequentes vsque ad vltimum. Et respondet, quod non oportet semper, & dat rationem, & inquit, eo quod quicunque hominum intelligat actum, scilicet primum, & eundem actum sequitur alius actus, videlicet secundus, illumq; tertius, tertiumque quartus, non sequitur ex hoc, id est quia primum intelligat agēs intelligens, sciat consequentia, id est actus consequentes primi actus, id est qui consequuntur illum primum: & tunc apponit quando est possibile, & inquit, & respondens sibi Alga. dicit quod hoc, id est illa intellectio cōsequentium actuū reperitur in intelligente propria voluntate, id est qui intelligit per voluntatem. in alio vero non, id est in intelligente sine voluntate propria non oportet. (Dixit tamen hoc.) Cum Alga. soluit quęstionem, colligit Auerro. ex solu. quęstionis vim argumenti contra Auicen. & inquit, dixit tamen hoc ipse Alga. cum id, in quo magis appodiatur in attribuendo scientiam Deo, est, quia affirmat Deum habere voluntatem: potest ergo componi syllogismus hoc modo.

omne agens intelligens primum actum per voluntatē, intelligit omnes effectus & actus, qui consequuntur illum, vt ex solu. quæstionis patet: sed Deus est agens per voluntatem, intelligens primum actum, id est primā intelligētiam, vt Auic. concedit, ergo intelligit omnes effectus post illam: & illi effectus sunt omnes intelligentiæ, & omnes res, & inquit, quapropter dixit quod hoc argumentum est ita vehemens, quod nullam habet responsionem, qua vitetur, videlicet, quod sequatur quod primus intellectus intelligat præter eum, id est essentiam propriam omnes actus consequentes ab eo principaliter, quod sunt secunda causa, & primum causatum, & alia multa, quasi dicat, quod hoc argumentum est demonstratiuum in proposito.

Dubitatio. Sed ambiget quispiam, an sit aliquod intelligens actum primum sine voluntate: & videtur quod non: quoniam omne intelligens est homo, vel aliqua substantiarum abstractarū: sed omnis homo, & omnis substantia separata intelligit per volūtatem propriam, vt Algazel inquit, ergo in prima primæ, omne intelligens intelligit volūtate propria. Oppositū Alga. in solu. quæstionis propositæ, inquit, ait enim esse intelligens duplicis generis: vnum voluntate, aliud non voluntate: & verificat sermonem eius primo modo, & non secundo modo. ergo res est loco ambiguo. Et ad hoc dicendum, quod si in opinione sumus Algaze. & Auicen. ratio prima concludit, quoniam omnino oportet intelligens omne esse voluntate propria intelligens: & tunc, quod dicit in oppositum, nihil est: quoniam ipse forte loquitur secundum aliorum partem, vel per intelligens intelligit cognoscens: hoc enim modo potest sermo eius verificari: est enim cognoscens duobus modis: voluntate propria, id est contingenti, vt homo, & Deus: & sine voluntate, vt animalium cognoscentia: & secundum hoc ratio proposita in hunc modum debet componi: omne cognoscens voluntate primum actum, cognoscit omnes actus consequentes illum. sed Deus cognoscit voluntate primum actum proprium: ergo omnes reliquos. Si autem loquatur secundum Peripatheticos, aliter oportet dicere: & ego dixi in disputatione prima, in solu. secundi dubij, & alibi. & non est locus nunc replicandi. (Similiter.) Persoluit & aliud argumentum Alga. & primo proponit illud, & inquit, similiter ad ea, quæ narrauit nomine Auic. videlicet, quod si ipse Deus intelligeret seipsum, & non aliud, esset homo tunc nobilior eo. Dicimus quod sunt verba probabilia: & hoc ostendit, & inquit, si enim imaginaremur duos homines, quorum vnus non intelligeret nisi seipsum, alius vero intelligat se, & alia: dicimus ꝙ intellectus iudicabit ꝙ ille, qui intelligit se, & alia, est nobilior illo, qui tantum seipsum intelligit. vult itaque tenere in eis, quæ sunt eiusdem generis: quod declarat. d. sed tenēdo quod intellectus humanus, & diuinus tm̄ æquiuoce communicent, tunc dicta translatio est incompetēs: eo quia sunt dissimilia: quod autem intelligere alia sit perfectionis hominis, & non sequitur ꝙ sit Dei perfectio, verificauit in solu. quæstionis, quærētis an intelligere alia sit perfectio simpliciter, an secundum quid, & ideo non decet hoc in loco illam repetere. (Et quia ipse nomine.) Inducit vnam aliam quæstionē, quam Peripathetici nō possunt soluere, & inquit, & quia ipse nomine Auic. allegauit vnā propositionē ab eodē cōcessam in quolibet intelligente, videlicet qđ qui plura scit nobilior est: tunc addatur literæ hæc minor, sed Deus nō plura scit: ergo in secūda figura nō est nobilior, minorē probat, & pōt ratio componi in hunc modū: omne agēs intelligens suū effectum voluntate agit: sed primus motor voluntate agit: ergo nō intelligit suū effectum. huius primo accepit minorem. d. & oportet eos remouere a dicto Deo voluntatē, & nouitatem, id est, voluntatem contingentē: & tūc ponit minorem syllogismi principalis. d. quare nequeunt asserere quod prima causa sciat aliud, nisi seipsā: est ergo minor hæc, sed Deus non plura scit: & hæc minor est conclusio prosyllogismi, tunc apponit minorem prosyllogismi, & inquit agens enim intelligens suum effectum scit aliud ab eo, prout vult: est ergo maior, omne agens intelligens suum effectum voluntate agit: & sic apparet locus quæstionis. Huic inducit solu. Alga. & inquit, dixit quod hoc inconueniens sequitur philosophos tantum, & exponit quod dixit, & inquit, intendit dicere in hoc esse hominem causatum nobiliorem creatore, qui est ipsius causa:

A & hoc ostendit.d. & ꝙ hoc sequitur ipsos philosophos remouentes mundi noui tatem: propter quod remouent ab eodem Deo voluntatem: & tunc remota voluntate oportet ꝙ ignoret id, quod ab ea procedit: ecce, quomodo hoc sequitur Peripatheticos, & non theologos. Debes scire, ꝙ qui ponit mundum æternū, dicit Deum agere necessario, vt in secunda, & tertia disputatione visum est: & qui aufert contingentiam ab agente, aufert voluntatem secundum theologos saracenos, & ideo sequitur ꝙ Deus egit sine voluntate mundum. (Sed nos.) Ad hoc remittit se, & soluit: & sermo eius manifestus est per se, & ex eis, quæ dicta sunt. (Præterea sciendum quod postquam.) Hic ostendit ordinem dictorum ab Alga. & inquit, præterea sciendum, ꝙ postquam ipse allegauit nomine Auicen. cum propositionibus apparentibus, id est, sumptis ex sensibilibus esse communes duabus scientijs nouæ, & antiquæ, scilicet posse intelligere extra se: vult dicere, postquam arguit nomine Auicen. ꝙ scientiæ nouæ. s. hominis, & antiquæ. s. Dei, est commune scire se, & alia, cœpit allegare, id est, arguere contra eum in eo, quod dicunt philosophi in hoc tractatu, videlicet de differentia istarum duarum scientiarum. s. inter Deum, & hominem, & incipit capitulum, a quo incœpit. d. quare vobis caueatis, &c. vsque ad finem illius, quod sumpsimus. s. in dubio proposito. ecce, quomodo Auer. non totum dubium recitauit, & tamen contradixit eis: & sic patet illud, quod a principio dixi. (Et sententia.) Apponit sententiam illorum, quam dixit in dubio, quod dimisit. & inquit,

B & sententia illorum verborum hæc est: si omnes hę. i. particulares cōprehēsiones defectus in hoīe fuerint, ergo debēt a Deo benedicto auferri. Inducit respōsionē eius, & inquit: & dicit Auic. ꝙ ipse in hoc conuenit cū alijs philosophis, videlicet ꝙ Deū nō cōprehendere particularia nō est defectus in eo, immo esset defectus in eo, si ea comprehenderet. Similiter, nō comprehendere alia præter seipsum nō est in eo defectus: & sic patet solu. argumenti ab Auicen. (Et nos dicimus.) Hoc in loco Auer. aliter respondet, & proponit responsionē, & inquit, & nos dicimus ꝙ euasio horum dubiorū est, ꝙ diuina sciētia non diuidit verum aliquid in oppositis. s. contradictorijs, sicut reperitur in humana scientia: vult dicere quod de scientia Dei nō verificatur alterū contradictorium determinate, videlicet aut scit alia, aut nō scit alia, sicut reperitur in humana scientia: quoniā determinate, aut homo scit alia, aut non, de necessitate alterum istorum verificatur de hominis scientia, & de ista duo sunt contradictoria, quorum alterum omnino de scientia hominis verificatur vnde verificata vna ipsarum de homine, necessario altera est falsa: sed in Deo benedicto ambo verificantur, tamen diuersis respectibus: & hoc declarat. d. videlicet quia ignorat ea modo inferente

C defectum, & scit ea modo non inferente defectum. vult dicere ꝙ Deus scit particularia, prout non imperficitur ab eis, & ignorat illa, prout imperficitur ab illis. similiter dicimus de vniuersalibus, & particularibus, qđ ipse Deus scit ea, & quod ignorat ea, modo iam dicto. Tunc ordinat se ad sequentē dispositionē, & dicit: dicimus denique quod ab hoc, id est, perscrutatione de sciētia Dei possumus quiescere, videlicet a litibus, & rixis Alga. cum philosophis, non tantū in hac disputatione, sed in sequenti: nihilominus ducemus sequentem disputationem, ne putent sequaces ipsius nos stupefactos esse suis sophisticationibus, sophisticalibusque argumentis.

Possct, & in hoc loco dubitatio ardua emergi: an Deus particularia ignoret. Sed quia Auer. in disputatione. 12. hanc pertractabit, hoc in loco transeo. Ideo volo mouere quæstionem, an illa duo contradictoria in Deo verificentur, & quomodo verbum Auer. intelligatur. Et videtur quod illud, quod Auer. inquit, falsum est, scilicet ꝙ de Deo possunt contradictoria verificari: contrarium Aristo. Posterio. primo inquit, contradictio est oppositio, cuius nō est secundum se medium: ergo scire particularia, & non scire particularia nullū habent medium. Adhuc autem sunt homines multi, qui definitionem contradictionis sic intelligunt, scilicet quod contradictio est oppositio, cuius non est medium dare secundū se, id est, secundū extrema absolute accepta. Verbi gratia, accipiendo album, & non album absolute, non habent medium: omne enim

Nota.

Tertia qō.

ens album, vel non album: accipiendo autem album per se, vel non a… A
per se medium reperitur: quoniam non omne ens album per se, nec non…
per se: extrema ergo illa vno modo non habent medium, alio modo hab…
bent quidem, prout absolute accepisti, carent vero medio, prout resec… D
Solutio. notas adiunxisti perseitatis. Ex hoc potest & solu. quęstionis patere, …
quęritur, an inter scire particularia, & ignorare illa sit medium absolute,
datur medium: Deus enim particularia scit, attamen, si extrema illa a…
tur cum notis, & respectibus, potest & Deus medium esse: scire enim parti…
ria eo modo, quo sciens imperficiunt, & ignorare vel non scire eo modo …
perficiunt habent & medium, videlicet Deum: Deus enim non scit partic…
ria eo modo, quo ipsum imperficiunt, sed eo modo, quo non perficiunt …
scit. Sed quomodocunque, in homine siue scire singularia, siue nō scire capi…
tur absolute, siue cum notis perseitatis, vel respectibus, nunquam est inve…
medium semper: homo enim scit singularia, quomodocunque vel igno…
Impugnatio Sed hęc solu. optima est, & tota bona, peccat tamen in definitione opp…
nis, & quasi vniuersaliter nullus antiquorum expositorum sic exposuit, …
quidam latini, qui fere totum librum posteriorum conturbant: Ioan. …
Philoponus posteriorum primo, aliter commentatus est definitionem co…
dictionis: vbi debes scire, in vnaquaque specie oppositionis posse dari med… B
aliquo modo. Verbi gratia, calidum, & frigidum, vt contraria medium hab…
iterum pater, & filius, vt relatiua medium habent subiecti, vt opposita re…
latiua: similiter cęcum, & videns medium habent lapidem: vnaquęque ta…
species oppositionis, vt talis est, medium habet semper secundum qua…
lis species: attamen, si considerentur oppositionis omnes species, vt in e… s…
uatur contradictio: vnaquęque enim species oppositionis ad contradictione…
reducitur, vt Aristo. docet in prędicamentis, frigidum enim & calidum …
sunt, & in frigidum & nō frigidum reduci. calidum enim non frigidū dico…
genus omnium oppositionum esse oppositionem differentiam: quoniam hæ
quidem medium secundum se, vt relatiua, contraria, & priuatiua per ac…
cidens medio carent, prout ad contradictionis reducuntur oppositio-
nem: hęc autem medio carent per se, & sunt alijs causę caren-
tię medij vt contradictio: ergo vt differentiam, qua differt
contradictio ab alijs speciebus, adiunxit Arist. in po-
sterioribus. (secundum se.) inquit enim. Contradi
ctio oppositio, cuius non est dare medium se
cundum se, ad differentiam aliarum spe-
cierum in quibus est medij caren- C
tia, prout reducūtur ad contra-
dictoria: reliquum autem
responsionis eorum
esse potest to-
tum bo-
num.

*

A DISPVTATIO DVODECIMA.

DE DIMINVTIONE EORVM IN ADDVCENDO RATIONEM, QVOD IPSE SCIT SEIPSVM.

ALGAZEL.

DIT Alga. Et dicamus quòd perfecti, quoniam sciuerunt innouationem mundi ex voluntate eius, adduxerunt probationem ex voluntate, quòd sit sciens: & ex voluntate, & scientia simul quòd sit viuens: deinde mediante vita in eo, quòd omne viuens consyderat in se, & est viuens, necesse est etiam B vt sciat seipsum. & hic discursus intellectiuus est in vltimitate declarationis. Vos vero, cum aufertis voluntatem, & innouationem, & existimatis quòd id, quod emanat ab eo, emanat consecutiue per viam necessitatis, & naturæ, quid inconueniens erit, si fuerit substantia eius substantia, cuius natura est vt sit ex eo causatum primum tantum, deinde sequitur ex causato primo causatum secundum, vsque ad complementum emanationis entium: & ipsum profecto cum hoc non consyderat seipsum, sicut est ignis, ex quo sequitur calefactio, & Sol, ex quo sequitur lumen. & vnũquodq; eorum non scit seipsum, sicut non scit aliud, sed id, quod scit seipsum, scit quod emanat ab eo: ergo scit aliud. & iam declarauimus ex opinione eorum quòd ipsum non scit aliud: & conclusimus quòd contradicentes huic conueniunt in iudicio positionis eorum: igitur, cum nõ scit aliud, non est inconueniens vt non sciat seipsum. Si vero dicatur, C omne id, quod non scit seipsum, est mortuum, & quomodo Primum erit mortuum? dicimus quòd secutum est hoc vobis secundum cursum opinionis vestræ. quoniam non est differentia inter vos, & dicentem, omne, quod non agit voluntate, & posse, & electione, & non audit, & non videt, est mortuum: & id, quod non scit aliud, est mortuum. &, si est possibile vt sit Primum priuatum his attributis omnibus, quid indiget vt sciat seipsum. sed, si reuertuntur ad id, quòd omne ens mundum a materia est intellectus ex se, & intelligit seipsum, iam declarauimus quòd hoc est versutia, & non est ei demonstratio. Si vero dixerint quòd demonstratio eius est, quòd ens diuiditur in viuum, & mortuum: & viuum est prius, & excellẽtius mortuo: & Primum est prius, & excellentius: ergo est viuens: & omne viuens consyderat seipsum, cum sit falsum vt in causatis ab eo sit viuens, & ipsum non sit viuens. Dicimus quòd hæ sunt deceptiones. quoniam nos dicimus quòd non est falsum vt sequatur ex eo, quod non scit seipsum id, quod scit seip-

poſt ſoluens quæſtionem inquit, ſi igitur quidem per cauſam eſt demonſtratio:
pter quid eſt, ſi vero non per cauſam ipſius quia. quoniam in medio eſt, co[illegible]
uit, propter quid autem non: vbi Auerro. commen. 25. inquit, in ſolutione [illegible]
quæſtionis, ſed cum oſtendimus cauſatum per cauſam eſt id demonſtratio [illegible]
cauſam, & inuentionem: & cum oſtendimus cauſam per cauſatum, eſt id de[illegible]
ſtratio dans inuentionem tantum: & ponit exemplum, vide. Præterea, [illegible]
dem diuus Themiſtius cap. 3. inquit. nullum autem incommodum ſuſcipi[illegible]
cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur: nec enim eadē ratio v[illegible]
reciprocandi eſt: ſed cauſam ab euentis ad cauſam ſubijcitur, ſyllogiſmus [illegible]
vocatur: cum econtrario eſt, abſoluta demonſtratio. Dicitur forte, quia ſ[illegible]
giſmum tantum demonſtrationem intendit quia, quę pro tanto ſyllogiſmus [illegible]
tum dicitur, quia non ex vero medio procedit, vt ipſe ait primo Poſter[illegible]
commen. 46. quare, & ex his regreſſum dare manifeſtum eſt aptiſsime. Præ-
rea, Linconienſis groſſateſta ibidem manifeſte idem dicit, & magnus Alber[illegible]
ctatu de venatione definitionis com. 7. & concors eſt eiuſdem. Adhuc, A[illegible]
2. Meta. commen. 16. inquit, certitudo enim diuerſatur in eadem ſcientia, [illegible]
ſecundum demonſtrationem ſimpliciter, & ſecundum demonſtrationem q[illegible]
&, cum diuerſetur in eadem ſcientia magis diuerſatur in ſcientijs diuerſis [illegible]
dum genus. Rurſus. 6. Phyſi. commen. 15. inquit, cum prius declarauit, q[illegible]
magnitudo fuerit diuiſibilis in infinitum, quod velocius & tardius inuenitur
in infinitum, vult declarare econuerſo: & poſt quibuſdam interpoſitis inquit[illegible]
ſigna demonſtratiua ſunt illa, quę conuertuntur cum ſuis cauſis. ſ. quod comp[illegible]-
natur cauſa, ſequitur ſignum & econuerſo: & ideo incœpit primo declarare co[illegible]
ſecutionem ſigni ex cauſa, deinde conſecutionem cauſę ex ſigno: ecce, q[illegible]
plane Auer. id dicit, etiam in. 8. Phy. commen. 5. inquit econtrario primę [illegible]
In prima enim probauimus ex motu æterno motorem eſſe, qui non mo[illegible]
hic autem probauimus quod motus ęternus eſt hoc quod motor qui nō mo[illegible]
eſt. Idem apponit ibidem commen. 53. &. 65. & adhuc poſſem ibi enumera[illegible]
loca fere innumerabilia, vbi Ariſt. & Auer. circulum committunt in diuerſis ge-
neribus demonſtrationum: & ideo nolo plus in hoc inſiſtere: ratione vero a[illegible]
hoc monſtrari poteſt: quoniam ſcientię diuerſantur ſecundum diuerſitatem m[illegible]
diorum, vt Ariſt. in. 2. Poſteriorum demonſtrat: quia igitur effectus eſt me[illegible]
in demonſtrando cauſam, & cauſa medium in demonſtrando effectum: ergo [illegible]
titia, quę relinquitur ex proceſſu, cuius medium eſt effectus, differt ſpecie a [illegible]
tia, quę relinquitur ex proceſſu, cuius medium eſt ipſa cauſa: notitia ergo, [illegible]
effectu relinquitur ex cauſa, altera eſt a notitia effectus, quę per ſenſum habe[illegible]
tur: ergo in ſecundo proceſſu, cauſa eſt notior nobis quam effectus notitia [illegible]
cta tertio loco: & hęc ratio eſt demonſtratiua, ſi perfecte addatur, vt dicam: [illegible]
ergo perfecte intelligas, debes ſcire primo, quod licet cauſa, medium, & defini-
tio idem ſint in ſubiecto, differunt tamen in modo. aliqua enim cauſa habet ra-
tionem cauſæ, non tamen rationem medij definitionis: omne autem, quod ratio-
nem habet medij, & rationem habet cauſę. Secundo debes ſcire, quod [illegible]
eſt in quęſtione ſimplici, aliter in quęſtione compoſita: voco autem quæſtionem
ſimplicem, vt an ignis ſit, vel fumus ſit: dico vero quæſtionem compoſitam [illegible]
qua eſt quęſitum de conceſſo: vt, ſi luna deficit, propter quid deficit luna: [illegible]
ergo, quod in quęſtione compoſita medium habet rationem cauſę, & habet ra-
tionem medij: alio tamen proceſſu acquiritur medium ſub ratione cauſę, & alio
ſub ratione medij: per proceſſum enim quia in quęſtione compoſita acquiritur
ſolum medium ſub ratione cauſæ. V. g. luna deficit: ergo obiectum eſt aliquid
inter ſolem, & lunam: hoc enim proceſſu quia acquiſiuiſti medium in eo, q[illegible]
cauſa illius effectus: & hic eſt primus proceſſus quia, quo. ſ. acquiritur cauſa in
eo, quod cauſa: quo facto non ſtatim redibis ad effectum demonſtrandum per
hanc: quoniam cauſa inuenta per effectum nondum habet rationem medij: ex[illegible]
tet enim ad hoc, vt habeat rationem medij, vt ſit tibi notius effectu, quo inuen-
tum eſt ſub ratione cauſæ: ergo, tunc intellectus negociatur circa cauſam inuen-
tam, inueniendo illam ſub ratione medij: eſt autem negociatio hęc reſolutio, quę

A fit compositione & diuisione hoc modo: obiectum istud, quod inuentum est esse
causam huius, luna deficit, est ens. ergo vel substantia, vel accidens: & non acci
dens, ergo substantia. vel igitur corporea, vel incorporea: non incorporea, relin
quitur corpus: vel animatum, vel inanimatum. non animatum, ergo inanimatũ:
vel æternum, vel generabile: nõ generabile, ergo ęternum: vel diaphanum, vel
opacum: non diaphanum, ergo opacum. obiectum ergo illud est corpus æternũ
opacum: sed illud est sola terra, ergo obiectum illud est terreum: qua negociatio-
ne completa acquisiuisti causam: tunc sub ratione causę, & sub ratione medij:
causæ quidem, quoniam per effectum in eo, quod effectus: medij vero, quia per
negociationem adeo innotuit, quod notius factum est effectu, qui erat medium ad
ipsum inquantum causa: & eo completo, potest syllogismus demonstratiuus, p-
pter quid componi, & erit secundus processus. non autem semper causa habet ra-
tionem medij, quoniam intellectus causa est veritatis principiorum, quemadmo-
dum propositiones conclusionis, vt Themi. inquit primo Poster. c. 7. & Auer.
ibidem, & tamen non potest esse medium demonstrandi principia prima: hoc
& Auer. inquit primo de Anima com. 2. Similiter, in quæstione simplici mediũ
habet rationem causæ tñ: vt, si fumus est, ergo ignis: tunc enim demonstratio est
signi: & ea inuenitur causa in eo, non tamen potest fieri regressus: cum, tunc non
B habeat rationem medij, cum non habeat rationem definitionis: patet ergo qua-
liter in quęstione composita concedendum est regressum demonstratiuum me-
diante negociatione tibi exposita. in quęstione autem simplici non: immo, si re-
dibimus, processus erit topicus forte. Quod autem hęc sit intentio Auer. patet. 2.
Meta. com. 11. & tu lege verba eius ibidem: quomodo quidem igitur contingat
regredi, & quomodo non, manifestum. regredi enim in quęstione composita, pri
no tamen negociatione facta contingit: in quæstione vero simplici non facta ne
gotiatione, cum ibi medium tantum causę rationem habeat. Ad obiectũ alio-
rum soluitur hoc modo: vel, ꝙ reditus est ad effectum, nõ secundum eandem spe-
ciem notitię, vt Alber. ait in posterioribus: vel reditus fit facta negociatione:
tunc enim notitia causę adeo per resolutionem illam intenditur, quod potest es-
se causa, & mediũ ad effectũ illũ: nec est remotum alia via, ꝙ̃ demonstratione
aliquid notificari, & certius reddi. sicut docuit Aristo. in Posterioribus. & sic
patet quomodo fit circulus, & quomodo non: & per consequens sol. ad primam.
Superest modo quęstionem secundam soluere: & primo oportet videre qualiter
triplex est genus demonstrationis, simpliciter, scilicet, propter quid, & signi tan
tum: & quid sit vnaquęq; ipsarum oportet declarare. Circa quod opinio est
Ammonij in primo de Anima, ꝙ duplex est tantum genus demonstrationis, sci
licet propter quid, & signi seu coniecturalis. explanabimus autem post quid sit
C vnaquæq; harum: huius ratio esse potest, quoniam demonstratio non differt a de
monstratione nisi ratione medij: augentur enim demõstrationes propter media,
vt Arist. inquit in Poste. sed medium demonstratum non potest esse nisi duplex,
scilicet effectus, vel causa. ergo demonstrationis species non nisi duplex erit.
Adhuc, Aristo. primo Poste. vbi omne genus demonstrationis enumerat cap.
(quo differt quia, & propter quid.) & .2. Poste. c. 16. non ponit nisi duas species
demonstrationis. & per consequens vel ipse est diminutus, vel fecit alium librũ
Poste. vbi posuit. Rursus, si demonstratio simpliciter differt a demonstratione
propter quid: vel illud erit a medio, vel propter conclusionem: non propter con
clusionem, quoniam vna species conclusionis est in vtraq;: nec penes medium,
cũ vtriq; medium est causa: ergo non differunt. In oppositum est Auerro. in
procemio Phy. & ibidem com. x. & ibidem com. vi. & .2. Phy. com. 22. & .26.
& inducere com. ad hoc est superfluum. vt ergo sol. huius quęstionis videatur,
oportet videre quid sit demonstratio signi. secundo quid sit demonstratio propter
quid. & tertio quę demonstratio simplr. Demonstratio signi, vt Auer. inquit pri Demonstratio signi.
mo Phy. com. 2. est hoc modo: si contingit vt nota apud nos non sunt nota apud
naturam, quæ sunt priora in esse, sed posteriora, tunc demonstrationes datæ in
his scientia erunt de numero signorum: est ergo demonstratio signi demonstra
tio, cuius medium est posterius natura, & notius nobis, Dicitur quoque hæc

ſpecies demonſtrationis ſignum demonſtratio quia, & demonſtratio eſſe ſi.. dicitur quidem demonſtratio quia, reſpectu concluſionis compoſitæ. ſi enim .. monſtratur propter folia cadere humidum reſolui, demonſtratio erit ipſius .. id eſt veritatis ꝓpoſitionis: & hoc inquit Themi. ſecundo Poſte. cap. 3.. demonſtratio putanda non eſt, qui nullo modo, aut ex cã, aut ex aliquo, .. gitatione prius ſit, dicatur: nam lunã deficere non eſt cã cur terra ſe medi.. rat: ſed põt eſſe concluſionis, vtiq; rei non põt: ergo vult ꝙ ideo dicatur demon.. ſtratio quia. q̃m medium concludit concluſionem veram eſſe: & hoc ap.. quia Ariſt. primo Poſte. ibi. (Dupliciter autem eſt præcognoſcere.) Dicitur .. mõſtratio eſſe tñ in quęſtione ſimplici, vbi ab effectu ad cauſam terminatur .. ſtio ſi eſt, hoc modo. fumus eſt, ergo ignis. hic ignem eſſe concluditur, ideo .. monſtratio eſſe poteſt, & debet dici. Dicitur tertio demonſtratio ſigni: q.. niam effectus eſt medium, & effectus ſignum eſt cauſæ, propterea demonſtra.. tio ſigni, ſeu ſignum dicitur. Hanc autem Ammonius in primo de Anima .. diuidit, & vult quod ſit duplex. vna eſt, quę coniecturalis dicitur: vt illa, .. medio poſito, non ſequitur neceſſario, & omnino cauſa: vt languida eſt, quo..

Dubitatio.

peperit: non enim omnino languorem ſequitur peperiſſe: ſecunda ſpecies .. tur ſufficiẽtia, ſeu fides ab Auer. primo. cœli. 22. & Ammonius inquit, quod .. demonſtratio dicitur illa, ad cuius medium ſequitur omnino concluſio: vt fu..

Solutio.

eſt hic, ergo & ignis: & ſphęricam eſſe lunam propter hunc mundum circula.. ter illuminari. vt Ariſ. demoſtrat in lib. cœli: & forte hoc inquit Auer. 6. Ph.. com. 15. quando inquit quod ſigna demonſtratiua ſunt illa, quę conuertuntur .. ſuis cauſis, ſcilicet, quod cum ponitur cauſa ſequitur ſignum, & econuerſo. E.. forte de demonſtratione quia, primo loquitur The. 2. Poſte. ca. prędicto. quando dicit, proceſſus ab euentu ad cauſam eſt ſyllogiſmus tantum. intelligit enim .. euenta ſigna fallibilia. Sed dices, demonſtratio per cauſam remotam, dici.. quia, vt Ariſt. inquit primo Poſte. ca. Sed dicitur quia, & tamen non eſt ſuffi.. tia, nec coniectura: ergo tertia ſpecies. Dicendum, quod poteſt eſſe ſufficien.. tia, ſeu fides, & ſic ſufficit. quid ergo ſit demonſtratio ſigni, & quot modis dicatur & quot ſunt eius ſpecies manifeſtum.

Quid demõſtratio propter quid.

SVPEREST MODO definire demonſtrationẽ propter quid: inquit Auer. 2. cœli commen. 35. ſi latentius fuerit cauſa rei quam ſuum eſſe, erit demonſtra.. tio propter quid tantum: eſt ergo demonſtratio propter quid demonſtratio, cu.. medium eſt cauſa concluſionis, & ignotius ea. Sed ambiges, quoniam omnis demonſtratio eſt ex notioribus: ſed demonſtratio propter quid eſt demonſtra.. tio: ergo ex notioribus: & ſic definitio Auerrois eſt falſa. Dicendum igi.. quod debet intelligi non facta negociatione. eſt ergo ſenſus, demonſtratio pro.. pter quid eſt demonſtratio, cuius medium per ſe eſt ignotum & latentius effect.. licet poſt completum intellectus negotium notius relinquitur: & hęc demonſtra.. tio dicitur cauſę tantum, eo quia dicit tantum propter quid effectus, & non con.. cludit ipſum eſſe, vel eſſe veram concluſionem: & hoc ſtatim exponitur melius. Quid quidem ſit demonſtratio propter quid, manifeſtum modo, & quomodo me..

Quid demõſtratio ſimpliciter.

dium ſe habeat, palam. De demonſtratione vero ſimpliciter quid ſit Them. primo Poſte. cap. 46. videtur dicere quod ſit ea, cuius medium concludit vni.. uerſaliter concluſiones omnes poſsibiles fieri. ait enim ſic, expoſitio cauſæ quod ita ſit, quoque tota vniuerſalium eſt, eoq; non modo notitiam huius vnius defectus, quem hunc patitur luna, ſed ſimpliciter omnium continet. Nam in.. teruentus terrę non tantum huius defectus cauſa eſt quam omnium, qui poſſunt omnibus ſeculis euenire: ecce, quomodo The. ait demonſtrationem ſimplici..

Dubita.

ter dici, eo quia cauſa concludit vniuerſaliter, & communiter omnes conclu.. ſiones poſsibiles formari de omnibus effectibus poſsibilibus eſſe. Sed hæc expoſitio videtur ambigua: quoniam demonſtratio tunc propter quid, & cauſæ tantum demonſtratio ſimpliciter dici poſſet, eſt enim cauſa per ſe omnium ef.. fectuum cauſa: propter ꝙ, et ſimpliciter dici non eſſet remotum. Adhuc, demõ.. ſtratio per ſignum conuertibile ſimpl'r dici poſſet, eo quia effectus conuertibilis poſſet eſſe cauſa vniuerſaliter cõcluſionis cuiuslibet poſsibilis formari ex omni..

A his cauſis. Ideo debes ſcire, ꝙ qñ quia effectus, & propter quid effectus eodẽ medio cognoſcuntur. vt, ſi nos eſſemus ſupra lunã videntes terram interponi, et non eclypſim, tunc luna deficit, qm̃ interponitur terra. nunc enim cognoſcitur eſſe, ſcilicet, lunam deficere, & propter quid deficit eodem medio: ſcilicet, interpoſitione. quandoq; autem eſſe effectus alio cognoſcitur, & alio propter ad eius. Verbi gratia, nunc exiſtens in terra cognoſco lunam deficere viſu, propter quid autem eius per cauſam inuentam: ergo diuerſis modis. quando ergo eſt aliqua demonſtratio, quę ſimul, & non diuerſis modis concludit concluſionem eſſe verã, & propter quid vera eſt, dicitur demonſtratio ſimpliciter: vt demonſtrat o illa: tunc, qñ eſſemus ſupra lunam, & videremus terram interuenire, & non videremus eclypſim. demonſtratio enim probans, quoniam deficit luna, ſimpliciter diceretur: & demonſtrationes mathematicæ ſunt huius generis: non enim in eis primo effectus eſt notus ſenſu, & per ipſum inueſtigatur cauſam eſſe, deinde negociamur, & tertio regredimur, ſed mediũ ſimul monſtrat concluſionem verã, et propter quid illius: & hoc inquit Auer. 2. cœli com. illo dicens, & ſi notius fuerit prius, & latentius erit ſuum eſſe, & ſua cauſa notior, erit demonſtratio abſoluta, quę dat cauſam & eſſe: & hoc inquit primo Phy. com. 2. d. ſi contigerit, vt notum apud nos ſit notum apud naturam, tunc demonſtrationes datę in hac ſcientia erunt cauſę & eſſe, id eſt, ſimpliciter: vult ergo Auer. quod demonſtratio ſimpliciter, demonſtratio abſoluta, & demonſtratio cauſę, & eſſe, vna ſit ſpecies, diuerſa nomina ſortita propter diuerſa officia. inquantum enim concluſionem demonſtrat eſſe veram & propter quid, demonſtratio cauſę & eſſe dicitur: prout abſoluit omnem ambiguitatem circa concluſionem ſcilicet, tã circa cauſam, quã circa eſſe propter quid eſt, vocatur abſoluta. Prout aggregat omnẽ euidentiã, ſ. demonſtrationis ſignificati, & demonſtrationis propter quid, ſimpliciter dr̃. hęc enim demonſtratio proprie aggregat perfectionem demonſtrationis ſignificati: qm̃, quemadmodum ſignum demonſtrat concluſionẽ eſſe veram tm̃, ſic & hoc concluſionẽ eſſe veram oſtendit. ſimiliter, prout demonſtratio cauſę dicit ꝓpter quid concluſionis, ſic & hoc propter quid dicit concluſionis: ergo demonſtratio ſimpliciter eſt virtualiter aggregatũ ex vtroq; genere demonſtrationis. Ad oppoſita, quę deſtruunt illud triplex genus demonſtrationis, dicendum quod differunt propter media: &, qñ dr̃ medium demõſtrationis ſimpliciter vel eſt cauſa, vel effectus dicendum, quod nec cauſa pura, nec effectus, ſed aggregans vires vtriuſque, vt expoſui, ideo medium illud eſt alterius ſpeciei ab extremis, ſicut rubeũ ab albo, & nigro pro nunc. Ad ſecundum dicẽdum, quod ibi non enumerauit niſi extremas ſpecies: tacuit autem mediam, quoniam ſolers poteſt prõpte, & eam ex illis colligere. Ad tertiam manifeſta eſt ſolutio, differunt enim ꝓpter media: puſſunt enim demonſtrationes eſſe per idem genus cauſę, non autem per idẽ genus medij. demonſtratio. n. hominis habitantis in terra, & exiſtẽtis ſupra lunam, habent vnam ſpeciẽ cauſę, non tamen vnã ſpeciem medij, vt ſolerti patet. Quot quidẽ genera demonſtrationũ, quid vnumquodq; illorum, & quot eorũ ſpecies, & quibus dicantur nominibus, & qũo ſoluantur obiecta in oppoſitum, manifeſtũ intantum. Ad ſecundã ergo quęſtionem principalem dicendũ: quod multotiens fit demonſtratio ſimpliciter, ex qua conuenit effectum eſſe, & propter quid effectus: vt, in propoſito Alg. Deus viuit, qm̃ intelligit, & vult. regreſſus autem fit, non vt concludat aliquid ignotum, ſed topicus eſt regreſſus ductus in confirmatione demonſtrationis prioris, vt oſtenditur ſignũ, et cauſam in eadem conuerti. Verbi gratia, ſi eſſemus ſupra lunam, argueremus, luna deficit, quia interuenit terra. hęc demonſtratio eſt ſimpliciter. ſi regrederemur, ſ. luna deficit, ergo interuenit terra. proceſſus eſſet topicus, ductus tm̃ propter cõfirmationem demonſtrationis ſimpliciter, non quod eo concludatur ignotum ſimpliciter, ſed confirmat: & ſic patet qualiter hoc fecit Algazel. in hoc loco, & Ari. conſeruat illud ſæpe in demonſtrationibus naturalibus. Redeamus ergo ad locum noſtrum. (Sed vos.) Cum induxit rationem, qua probauit Deum eſſe ſcientem ſe, et alia. hoc in loco oſtendit, quomodo apud Peripatheticos eſt neceſſarium poni totum oppoſitũ, & ſyllogizatur ſic. omne agens ſine voluntate effectũ ęternum

Eodem modo cognoſcitur qa eſt effectus, & ꝓpter quid eſt effectus.

Nota.

neceſſario, & ſecundum naturam, eſt ſummum ignorans: ſed Deus eſt apud Peripateticos agens ſine voluntate, & effectum æternum neceſſario neceſsi naturæ: ergo Deus eſt ſumme ignorans. huius primo accepit minorem, d... ſed vos, qui remouetis ab eo voluntatem, & mundi, immo cuiuſque effectus ... uationem, totaliter negatis, & opinamini quod id. quod procedit ab eo, pro... de neceſsitate, vel natura, hoc modo, ſcilicet, quod primo cauſatur ab eo pri... cauſatum, deinde alia cauſata ſucceſsiue, & gradatim donec perueniem ad ... mum entium, Verbi gratia, ad materiam: tunc apponit concluſionem d... ſic, id eſt, ergo ipſe nõ ſeipſum ſentit, id eſt, intelligit. apponit maioris prob... nem per exemplum, dicens, ſicut ignis, a quo caliditas procedit, vel ſol, ... lux procedit: & nullum iſtorum ſeipſum nouit, ſicut nec aliquod extrinſeca nouit: ergo maior patet fore induƈtione: tunc replicat concluſionem, dicens ... go Deus apud vos ſummus ignorans eſt. Confirmat hoc, dicens, & nos iam ... clarauimus nomine ipſorum quod ipſe ignorat alia: vnde, poſtquam igno... alia, non eſt cauendum quin ignoret & ſe. Deus ergo omnino ſe, & alia ig... rat, ergo ſummus eſt ignorans. (Et, ſi aliquis.) Apponit hoc in loco dubium, ... inquit, &, ſi aliquis diceret, quod licet ipſe ignorat entia, vult dicere extra ... ſcit ſaltem ſeipſum: & probat hoc per impoſsibile hoc modo ſyllogizans: ... enim ſeipſum ignorat mortuus poteſt reputari, apponas minorẽ, ſed per te De... ſeipſum ignorat: ergo ipſe Deus eſſet ſine dubio mortuus: concluſio eſt falſa: ... go aliqua propoſitionum. non maior, ergo minor: & ſic habetur propoſitũ. (... vero.) Reſpondet & tantum. videtur enim reducere argumentum contra ... & inquit, nos vero ad hoc reſpondemus, & dicimus eis, quod hoc ſimplic... etiam opinantes, quod Deus ignorat alia, & ſcit ſeipſum: quod probat, dicens, nulla enim differentia eſt inter hoc, & diƈtum dicentis quod id, quod non agit ... voluntate, nec audit, nec videt eſt mortuum. eſt ergo ſyllogiſmus hoc mo... omne ignorans entia extra ſe non videns, nec audiens, nec volẽs eſt mortuum: ſed ſecundum dicentes Deum ſcire ſe, Deus eſt ignorans alia extra ſe, nec au... diens, nec videns, nec volens: ergo Deus eſt mortuus: & ſic per conſequens ar... gumentum poteſt reduci contra eos. (Et ſi forte) Hoc in loco inducit ſolutio... nem eorum adhuc, & inquit: & ſi forte, dicerent quod omne ſeparatum a mate... ria eſt intelleƈtus per ſe exiſtens, ſeipſum intelligens: & adde minorẽ, ſed Deus eſt ſeparatum a materia: ergo eſt intelleƈtus ſeipſum intelligens: & tunc dicunt quod Deus viuit, quia intelligit ſe: mortuum autem nec ſe, nec alia intelligit ... quare ſolutio eſt. (Dicimus) Huic contradicit hoc modo, dicens, dicimus q... declaratum eſt, ſcilicet in dubiis aliarum diſputationum, quod ſolutio eſt p... euaſio: quia ſup. Deum eſſe ſeparatum a materia, non poteſt demonſtratiue p... bari: ergo hæc ſolutio fundatur in propoſitione dialeƈtica, & non demonſtrat... ua, ergo eſt fuga. (Et ſi forte.) Adhuc apponit argumentum philoſophorum ... probant Deum viuere, poſito quod nihil ſciat extra ſe, & inquit, & ſi forte ... ceret quod huiuſmodi demonſtratio eſt, quia videlicet, ens diuiditur ad viu... & ad mortuum: & viuens eſt nobilius mortuo: ſed primum eſt nobilius cunctis entibus: ergo primum eſt uiuens. ſyllogiſmus ergo eſt in ſecunda figura ſic ... viuens eſt nobilius mortuo: primum ens eſt nobilius mortuo, immo cunctis en... bus: ergo viuens erit omnino Deus. Reſpondet & huic, dicens, dicimus quod omnes iſtæ ſunt euaſiones, id eſt, non rationes demonſtratiuę, ſed dialeƈticæ. (Nos enim.) Hoc in loco mouet & aliam quæſtionem maxime contra Auicen. poteſt enim quæri, cur eſt impoſsibile ab eo, quod ignorat ſeipſum, procedere ... tia intelligentia ſe? ponebant enim philoſophi quod Deus non ſcit ſe, & quod intelligentię emanantes ab ipſo ſciant ſe: quęrit modo, propter quid eſt impoſsi... bile apud vos alios Peripateticos, qui non ponitis hoc? dicit igitur, nos eam poſſumus eis dicere: quare eſt impoſsibile quod ab eo, quod ignorat ſeipſum, ſuccedant entia ſeipſa ſentientia, id eſt, intelligentia cum pluribus medijs, ... ſine medijs. Inducit ſolutionem Peripateticorum, dicens, & ſi forte dicerent quod impoſsibilitas prouenit ab eo, quia ſequitur quod cauſatum eſſet nobilius cauſa, igitur, ſi effeƈtus eſſent intelligentes ſe, & Deus non, tunc eſſent nobilio...

res prima

A res prima causa: & propter hoc dicunt philosophi hi, quod Deus ignorans se, nihil producit sciens se. (Dicimus.) Confutat hoc, dicens, dicimus quod hoc potestis asserere secundum apparentiam, & non secundum demonstrationem & rei veritatem: quoniam in multis effectus est nobilior causa: & in hoc nolo nunc immorari.

AVEROES.

AIt Auer. Ex rebus mirandis est ratiocinatio eorum, ꝙ innouatio mundi sequitur vt sit ex voluntate, et tamen videmus quòd innouationes fiunt ex natura, & voluntate, & casu. quæ autem fiunt ex voluntate, sunt res artificiales, & quæ fiunt ex natura sunt res naturales. &, si innouatum non fieret nisi ex voluntate, tunc voluntas ingrederetur in definitionem eius. & notũ est ꝙ definitio innouati est quod reperitur post priuationem: mundus autem si esset B innouatus, dignius est vt innouetur, ex eo ꝙ est ens naturale ex principiis rerum naturalium, quã vt sit innouatus ex principiis artificialibus, & est voluntas. Attamen, cum affirmatur quòd sit ab agente primo, qui elegit esse eius, potius quàm priuationem, oportet vt sit volens. &, si volens, non defecit quin sit eligens esse rei volitæ, vt dixit, necesse est vt sciat: igitur communicant eis Philosophi in hac radice. et sermo totus, quem recitauit de Loquentibus, est satisfaciens. quoniã in eo est similitudo rerum naturalium rebus artificialibus. Cum autem dixit de Philosophis ꝙ ipsi tenent quòd id, quod prouenit à Deo glo. prouenit naturaliter, est sermo corruptus de eis. & qui tenent in rei veritate ꝙ emanatio entium sit ab eo, est profecto nobiliori modo quã naturaliter, & voluntate humana. nam his duobus modis euenit diminutio: & non diuidunt verum, & falsum, cum fuerit demonstratio ꝙ impossibile est vt sit emanatio operationis ab ipso glo. emanatio naturalis non autem emanatio voluntaria, eo modo, quo intelli- C gitur voluntas hic, nam voluntas in viuẽte est principium motus. &, cum ipse Deus absit à motu, necesse est vt absit à principio motus, eo modo, quo est volens: quod apparet nobis: & est emanatio ab eo nobiliori modo hac voluntate: & nemo scit modum illum, nisi ipse glo. Et probatur ꝙ sit volens, quoniã ipse scit duo cõtraria: &, si esset agẽs, ex eo quòd est sciens tantum, operaretur duo contraria simul: & hoc est falsum: ergo necesse est vt operetur vnum duorum contrariorum electione. Et id, in quo inuoluuntur in hoc capitulo, est, cum dicũt, si est agens aut est naturaliter, aut voluntarie. & ipsi quidem non intelligunt nec quid sit natura, nec quid sit voluntas. Nam natura apud Philosophos dicitur dupliciter. & Primo de ascensu ignis superius, & descensu lapidis inferius. & hic quidem motus prouenit ex ente, cui euenit quid accidentale, & est vt sit res extra locum suum, & est ibi cogens, quod cogit eam. & Deus glo. absit ꝙ sit huius naturæ. & Secundo proferunt etiam eam de omni potentia, à qua prouenit actio

Deus cũ absit a motu abest a principio motus.

Natura apud philosophos dicitur dupliciter.

intellectualis, vt sunt operationes, quæ proueniunt ex artibus. & a[liquis] attribuit huic naturæ q sit intellectus: & aliqui dicunt q nõ ha[bet] intellectum, sed operatur naturaliter. Attamen ipsi dicunt q p[ro]uenit ex intellectu. quoniam assimilant eam rebus artificialibus, [quæ] mouentur ex seipsis, & emanant ab eis operationes proportionatæ, [&] ordinatæ. Et ideo dicit Aristo. princeps Philosophorum, manifest[um] est q natura intellectus dominatur toti. & quam maxime est rem[ota] hæc credulitas ab eo, quod dicit Alga. Qui autem ponit propositio[nem] vniuersalem, quòd sciens seipsum scit aliud, quod emanat ab e[o], sequitur ei q qui non scit aliud, nõ scit seipsum. Et, quoniam iam d[e]struxit sermonem Auicennæ, cum dixerit q ipse scit aliud, cum [eo], quod adduxit contra eum ex rationibus Philosophorum, in hoc se[]quitur ei vt primũ non sciat seipsum: & consequens est verum. Quæ aũt recitauit ex Philosophis de rationibus productis ab eis in hoc ca[]pitulo, cum dicunt q nesciens se ipsum est mortuum, & Primum im[]possibile est vt sit mortuum, est sermo satisfaciens, compositus ex pro[]positionibus famosis. nam quod non est viuens, nõ est mortuum, [ni]si id, cuius natura est habere vitam, nisi intellexerit per mortuum id, [quod] significat dictio inanimatum. & tunc diuidit verum & falsum, [nam] omne ens aut erit viuens, aut inanimatum. & hoc quidem, cum inte[l]ligimus per vitam, illam, quæ dicitur æquiuoce de æterno, & corru[]ptibili. Et, cum dixit si autem dixerint q omne, quod est remotum a materia, est intellectus in se, & intelligit ex se, iam diximus q hæc est versutia, cui non est demonstratio, Dicimus q iam diximus sup[er]ius modum demõstrationis eorum in hoc, secũdum q oportet, vi demo[n]strationis in hoc libro, scilicet q diminuitur vis eius proculdubio, prout est res, cum extrahitur à suo loco naturali. Quod autem reci[ta]uit etiam ex ratione adducta contra Philosophos in hoc, cum dicunt q ens aut erit viuum, aut mortuum: & viuum est nobilius mortuo, & principium est nobilius viuo: ergo est viuens necessario. cum profecto intelligitur viuo: ergo est viuens necessario. cum profecto intelligitur per mortuum mors ipsa, tunc propositiones famosæ veræ sunt. Cum autem dixit q possibile est vt emanet ex eo, quod nõ est viuens, vita, & ex eo, quod non est sciens, scientia, & erit nobilitas principii in eo profecto, quod est principium eius vniuersale tantum, est sermo falsus. Nam, si esset possibile vt emanet ab eo, quod non est viuens, vita, erit possibile vt emanet ab eo, quod non est ens, : & vt emanet quodlibet à quolibet. & non erit conuenientia omnino inter causas, & causata, nec in genere dicto secundum prius & posterius, nec specie. Cum aũt dixit q, cum dicunt q nobilius viuente est viuens, est sicut sermo dicentis id, quod est nobilius ex eis, qui habent auditum, & visum, habet auditum, & visum. ipsi tamen non dicunt hoc, quoniã aufe[]runt à primo principio auditum, & visum. & quemadmodum est pos[]sibile apud eos vt sit nobilius audiente, & vidente non audiens, nec

A videns, sic possibile est vt sit nobilius viuente, & sciente non viuens, nesciens. Vlterius, sicut est possibile apud eos vt proueniat ex eo, quod non habet visum, habens visum, sic possibile est vt proueniat ex non habente scientiam habens scientiam. Hic sermo profecto est sophisticus, & fallax nimis. quoniam apud eos esset non habens auditũ, nec visum nobilius habente auditum, & visum, non simpliciter, sed ex eo quòd habet apprehensionem nobiliorem visu, & auditu: & est scientia. Et, quoniam nihil est nobilius scientia, impossibile est vt sit non sciens nobilius sciente, siue sit principium, siue non sit principium: quoniam principia, ex quo aliquod eorum est sciens, & aliquod non est sciens, impossibile est vt non sciens sit nobilius sciente, sicut est in causatis scientibus, & non scientibus. Et nobilitas principii impossibile est vt excedat nobilitatem scientiæ, nisi excedat nobilitas principii non scientis nobilitatem principii scientis. & impossibile est vt sit excessus nobilitatis principii nobilior excessu nobilitatis scien-
B tiæ. Quare necesse est vt sit principium, quod est in vltimitate nobilitatis, in vltimitate excessus, & est scientia. Timent autem homines attribuere ei auditum, & visum. quoniam sequeretur ex istis attributis vt sit animatum, sed attribuit ei lex auditum, & visum ad indicandum ꝙ ipse Deus glo. non deficit ei aliquid ex speciebus scientiarum, & doctrinæ: & impossibile est facere quòd vulgus hoc intelligat, nisi per auditum, & visum. quare hæc expositio est propria sapientibus: & impossibile est vt ponatur ex capitibus, & radicibus legis communibus omnibus, vt currit cursus multarum rerum, quę attribuuntur sciẽtiæ in lege. Et totum, quod includitur in hoc capitulo, est fallacia, & destructio ipsius Alga. nos autem reuertamur ad Deum propter vilipendium, & depressionem eius prouenientes à Sapientibus, ex eo ꝙ perquirunt bonum nomen in his rebus, & petimus à Deo glo. vt non ponat nos in numero eorum, qui separantur in hoc seculo ab alio se-
C culo, & in infimo à supremo, & imprimat nobis gloriam æternam: in omnibus enim est omnipotens.

Hic plura ꝙ in veteri codex.

Auer. nũc contradicit Alga. & primo mordet propositionem primam suę rationis, scilicet ꝙ quia Deus agit effectum voluntate, ideo agit nouum: hęc enim propositio non est ita, nisi in virtute huius vniuersalis. omne nouum procedit a voluntate. Auer. ergo non arguit contra propositionem Alga. directe, sed contra propositionem, in virtute cuius tenet illa propositio, contra hanc, omne nouũ procedit a voluntate: & inquit, dicimus nos quod absurdior allegatio huius hominis, & sequacium ipsius est in eo, quod dicunt, scilicet ꝙ innouatio mundi indicat voluntatem in Deo. contra hanc non instat, sed contra illam in virtute, cuius tenet hæc. d. & nos inuenimus mundi, id est rerum mundanarum nouitates, quæ interdum procedunt a voluntate, & aliquotiẽs a natura, & aliquotiens ab euentu, in physicis dictum est: & hoc exemplo ostendit. d. illud, quod voluntate fit, sunt res artificiales: & ea quæ fiunt per naturã, naturalia sunt, vt ignis ab igne, leo a leone, &c. ab euentu vero facta sunt horum errores, vt 12. Meta. inquit Auer. commen. 13. & secundo Physi. com. 48. & 49. Ex hac diuisione propositio dicta relinquitur destructa, cum pateat non omne factum ex voluntate. (Et præterea.) Adhuc adducit rationem secundam. d. & pręterea, si innouatum tantum volũtate innouaretur, oporteret ꝙ volũtas esset sumpta in de-

finitione ipſius, & oſtendit ꝙ non eſt ita, dando definitionem innouati. d. & manifeſtum, ꝙ definitio innouati eſt quod innouatum eſt habens eſſe poſt priuationem. Debes ſcire, ꝙ licet omnis definitio debet dari per formam, tamen definitiones naturales, quæ quodammodo ſunt, ſicut ſymi definitio, vt Ariſt. ait ſecundo de phyſico auditu, & ſexto Metaphyſices, debet dari per ſingulum genus cauſæ eſſentialis: & ideo valet conſequentia Auer. ſi eſſentialiter omne nouũ tũ voluntate innouatur, poſſet definire quis innouatum voluntate: vbi conſtat non eſſe ita: & ſic patet ſermo eius. (Vnde, ſi mundus.) Adhuc tertio infert, & oſtendit quod, ſi mundus fuit nouus, magis a principio naturali q̃ voluntario factus fuiſſet, & inquit, vnde ſi mundus innouaretur, magis decet ꝙ innouetur, inquantum eſt ens naturale procedens a principijs naturalium rerum, quam a principijs artificialibus, ſcilicet voluntate: & hoc non oſtendit, poteſt tamen hoc modo declarari per ante dicta. ſi mundus innouatur, aut ex principijs artis, aut ex euentu, aut a natura innouabitur: non per principia artis, quoniam, inquit, innouatur per ſe, inquantum ens naturale, ergo non ens artis: nec ab euentu: ergo relinquitur a natura: ergo magis quam a voluntate. Nos chriſtiani dicimus, ꝙ mundus innouatur vt res artis, & opus ſummi artificis: vnde, ſicut Deus eſt artifex æquiuoce fere dictus cũ artifice humano: ſimiliter, ſicut exemplar Dei, ad cuius inſtar mundum fecit, eſt æquiuoce dictum ad exemplar noſtrum, quo res facimus arte, ita & mundus æquiuoca arte factus eſt, & per conſequens opus artificiale æquiuoce dicetur. &, hoc inquit & Plato in Thimæo. Peripathetici autem, qui omnem nouam factionem, in qua variatur nomen, & rei definitio generationem, vel corruptionem dicunt eſſe, dixerunt mundi innouationem eſſe generationem, & per conſequens mundum eſſe opus naturæ: & ſic dictum Auer. eſt ſecundum fundamenta naturalia probabile. (Sed ſuppoſito.) Nunc ad formam argumenti reſpondere videtur. d. ſed ſuppoſito, quod mundus procedat ab agente primo, qui inclinauit ipſius eſſe magis q̃ priuationem ſuam, id eſt qui elegit eius eſſe magis q̃ non eſſe, oportet nos dicere quod ipſe eſt volens, licet ab æterno voluiſſet ſuum eſſe, patet ergo quod philoſophi conueniunt cum iſtis in attribuendo Deo voluntatem. (Et ideo.) Ex hoc concludit peccatum Alga. d. & ideo quod ipſe dixerat philoſophorum nomine, videlicet ꝙ id, quod procedit ab ipſo Deo, procedit modo naturæ, falſum eſt: immo dicunt Peripathetici, loquentes ſecundum veritatem, ꝙ entia procedunt ab eo modo altiori q̃ ſit natura, & quã ſit humana voluntas: cuius rationem reddit, & inquit, probatum eſt enim demonſtratiue, ꝙ impoſsibile eſt procedere aliquem actum ab ipſo Deo naturali modo, id eſt ſecundum vim naturæ, ſeu voluntatis iuxta intentionem, id eſt rationem voluntatis in nobis, id eſt voluntate vniuoce dicta cum voluntate noſtra: cuius rationem reddit. d. voluntas enim animalium, id eſt hominum principium eſt motus cum contingentia ſup. cuiuſmodi non eſt Dei voluntas: ideo apponit correlarium, & inquit, quapropter dicimus quod actus diuinus procedit ab eo nobiliori modo q̃ modo voluntario, qui clare comprehendi non poteſt niſi ab eodem. Et debes ſcire, quod ſicut nos diſtincte non ſcimus poſitiue cuiuſnam naturæ ſit Cœlum, ſed ſolum per abnegationem, ſcilicet quod non eſt graue, neque leue, vt Ariſto. in his, quæ de Cœlo dicit: ſic nos non ſcimus quæ voluntas ſit Dei, ſed ſcimus quod nec agit per modum naturæ, nec per modum voluntatis noſtræ: ſed poſitiue hoc modo, ſcilicet ipſum agere ſolus ipſe ſcit. & ſic patet ſol. argumenti Alga. (Et probatio.) Hoc in loco vult probare in Deo eſſe voluntatem, & inquit, & probatio quoniam vult, id eſt ꝙ in eo ſit voluntas, hæc eſt: & apponit illam. d. notum eſt ꝙ ipſe ſcit duo contradictoria, & duo contraria: & hoc iam declaratum eſt in fine decimæ diſputationis: nunc hoc ſuppoſito arguit, & virtus ſuæ rationis conſiſtit in hoc: vel Deus agit tantum, quantum ſcit, & poteſt agere: vel tantum, quantum vult eorum, quæ poteſt agere: oſtendit quod non agit tantum, quantum poteſt agere, d. vnde, ſi ipſe quantum ſcit agere, tantum faceret: ſed ſup. ſcit duo contraria facere, ergo duo contraria faceret ſimul & ſemel: quod eſt falſum: relinquitur, quod ipſe nõ faciat quantũ põt. tunc apponit ſecundũ mẽbrũ. d. oportet ergo ꝙ eligat

Nota.

A ciat vnum contradictoriorum voluntate: ergo Deus agit volens, quod Algà.
negabat. Et potest ex his syllogizari sic. omne potens agere duo contraria eli-
gens vnum eorum, agit voluntate: sed Deus est agens potens duo opposita eli-
gens alterum eorum: ergo Deus agit voluntate: & sic patet sermo eius. Sed,
quomodo Deus sciat duo opposita, & quomodo agat alterum eorum, & non na
tura, & in alijs disputationibus pluries dixit, & ego ipsum exposui. (Et ideo di
cimus.) Conducit & peccatum aliud Alga. d. & ideo dicimus quod ex eo, quod ipsi
distinguebant dicentes, quod actus Dei aut procedit a natura, aut a voluntate:
apparet quod ignorauit ipsi naturam & voluntatem quid sint: & hoc ostendit. d.
natura namq; apud philosophos intelligitur in pluribus rebus principium motus:
vt ascensus ignis sursum, & terræ deorsum: & talis natura debet ab ipso Deo
auferri capiendo ergo naturam, prout eam definit Aristo. in de physico auditu:
sic Deus non agit per naturam. (Similiter.) Ostendit quomodo natura potest
capi secundo modo: & hoc modo potest concedi Deum agere secundum natu-
ram. d. similiter aliquando dicitur natura de omni virtute, ex qua quidam actus
procedit sub. ablato actu voluntatis, quam dicunt aliqui quod est etiam intelle-
ctus: & aliqui opponunt illis, quod non est intellectus: tamen ipse affirmat pri-
morum opinionem. d. immo illa virtus, scilicet intellectus naturaliter agit quod
procedit ab ea, & per consequens natura dici potest: & rationem reddit. d. ipsi
B etiam philosophi assimilant eam, id est intellectum artificibus, qui a seipsis mo-
uentur, & ab eisdem procedunt actus ordinati, & per consequens cum intelle-
ctus moueat, & actus ordinatos producat, natura dici potest: quod et verbo Ari-
sto. confirmat. d. & ideo ait princeps philosophorum, videlicet. Aristo. quod in-
tellectus naturaliter omniũ denominatur. i. dicitur fere omnium natura: prout
omnia ordinat, vt patet in tertio de anima: inquit enim quod agens intellectus
est omnia facere, possibilis omnia fieri: ergo intellectus natura dici potest, &
per consequens patet qualiter Deus agere potest natura secundũ dicta. s. prout
intellectus natura est: & sic patet etiam quomodo ipse Alga. dicens, quod Deus
nec agit natura, nec voluntate, mentitur. agit enim Deus voluntate æquiuoce di-
cta, & etiam natura æquiuoce dicta: & quia hoc ignorauit Alga. ideo absolute
dixit illud, vt Auer. dixit. (Sed id, quod dixit.) Hoc in loco remouet aliud prin
cipale dictum Alga. & primo proponit illud. d. sed id, quod dixit definitiue. s.
quod qui scit seipsum, scit alia, & econtra falsum est: & deinde reddit rationem,
quare est falsum. d. quia sequeretur quod qui alia ignorat, seipsum ignoraret: mo
do hoc est contra experientiam. (Et quia.) Nunc correlarie concludit peccatũ
Auicen. & inquit. &, quia compellitur Auicen. auctoritatibus, id est argumen-
tis philosophorum, vt concedat quod Deus ignorat alia extra se, oportuit eun-
C dem Auicen. concedere quod ipse Deus ignorat seipsum. & hoc optime proba- Nota.
uit hic Alga. contra Auicen. Debes scire, quod Auer. non cõcedit Deũ igno
rare alia extra se, quoniam ignorantia est priuatio scientiæ: modo, vt dicet sta-
tim, quod non potest esse subiectum ignorantiæ, nec scientiæ: eo quia obiecta ha
bent fieri circa idem: ideo per ignorare hoc in loco intendit non scire: & hoc
est ita quoniam secundum philosophos Deus nõ intelligit alia sub ratione, qua
sunt diuersa, & alia ab ipso esse Dei, sed intelligit se, & alia prout esse eius est
esse omnium: & hoc dictum est 12. Metaphysi. commen. 51. & hoc sacri theolo-
gi nostri etiam concedunt. (Sed id, quod.) Nunc, rursus reprehẽdit Alg. in alio
verbo: & primo repetit id. d. sed id, quod dixit, videlicet quod qui seipsum igno
rat, mortuus est, & Deum non decet reputari mortuum. Apponit statim locũ er-
roris, & inquit, dicimus quod sunt verba probabilia, egredientia ex vi proposi-
tionum dialecticalium, & reddit rationem, dicens: illud namque, quod non est
viuũ, non est mortuũ, nisi de natura sua esset habere vitam, eo quia viuens, &
mortuũ sunt opposita, & habẽt fieri circa idẽ, vt sat dictũ est: & apponit euasio-
nem, dicens, vel si ipse intẽderet pro mortuo brutũ, tũc nec diuisio erit vera: qm̃
Deus nec est viuẽs, nec brutũ. (Verũtamen.) Absoluit ambiguitatem, qm̃ Arist.
in Metaphysicis probat Deum viuere optima, & perfectissima vita, & Auer.
ibidẽ, 12. Metaphy, cõ, 38, et 39, ostẽdit illud rationibus demõstratiuis: modo aũt

inquit, quod Deus nec dicitur viuens, nec mortuus quomodocunque accipiat mortuum. Absoluit Auer. & inquit, verũtamen notandum est, quod vita dicitur in entibus æternis, & corruptibilibus æquiuoce: vult dicere, quod quãdo Ar. inquit, Deum viuere, non intelligit vitam vnius rationis cũ vita animalis generabilis. & hoc dixit & ipse. 8. Metaphy. commen. 12. & nolo prolongare verbum, quoniã in disputatione tertia feci morã. (Sed id, quod.) Nunc iterum reprehendet eum in alio verbo, & inquit, sed id, quod dixit, quod omne separatum a materia est intellectus per se, & existens, &c. & respondet. d. hæc verba, dicimus quod est euasio, & non demonstratio in hoc quidem, quod Alga. dixit: nos postulauimus demonstrationem ipsorum philosophorum, qualiter in istis debemus rigorem habere: ecce, quomodo illud verbum fuit extraneum, cum iam & ipse scripsit demonstrationem, qua probatum est Deum non esse corpus, nec virtutem in materia corporali: & iam fuit composita in secunda figura sic: omne corpus, vel virtus in corpore, est finitum in tempore: sed primus motor non est finitus in tẽpore: ergo nõ est corpus, nec virtus in corpore: & ipse probauit vtrasque propositiones superius demonstrationibus Aristo. ideo non vult amplius sermonem prolõgare. (Sed id, quod.) Amplius reprobat, & verbũ aliud Alga. & primo narrat illud. d. sed id, quod dixit, videlicet quod vita potest procedere ab eo, quod non est viuum, & sciens de non sciente: propter quod dixit quod prærogatiua principij est ipsius inquantum principium tantum, id est, quod solum alia præcellit, prout est principium. Hoc amouet, & inquit, dicimus quod sunt verba falsissima, & redit rationem, & inquit. si enim possibile esset quod ab eo, quod vitam non habet, procederet vita, sequitur quod entitas procederet ab eo, quod non est ens: tandem quælibet res procederet a qualibet: & sic quodlibet ex quolibet: ergo ordo causarum nihil esset: quod est falsum. & cum hoc dixisset excusat se in alijs Alga. argumentis: & sermo suus est manifestus per se.

Questio. 1. SED, IN HOC loco non parua emergit quæstio. videtur. n. Auer. testari viuens non posse gigni ex non viuente: hoc & contra experientiam, & contra verba eius esse videtur: contra experientiam quidem, quoniam semen animalis videtur animal generare: & tñ maior pars philosophorum non ponit ipsum viuere, nec animatum. Adhuc vero contra verba, quoniam ipse 7. Meta. cõ. 31. & 12. Metaphy. cõ. 18. & 13. videtur & in hoc reprehendere Auicẽ. & Alex. Themistiũ, & Platonem, qui propositionem hanc adeo crediderunt, ꝙ Plato ideas, Themistius animã, Auic. colcodeã, Alex. intellectum posuerunt. Rursus, difficilius est quod ait, ꝙ si viuens ex nõ viuẽte fieri posset, & ens ex non ente, & vniuersaliter quodlibet ex quolibet non esset impossibile fieri: istud enim quõo sequitur, hoc in loco non declarat. Circa istud immoratus sum valde in libro de intellectu: nunc aũt, ne sub silentio penitus transeam, oportet inducere aliquid de hoc: possunt igitur duo modi fingi: vnus communis, alter cui non inuenio locum oppositum. primus ergo modus est, quem Ioan. Iando. sequutus est in libro de Anima, & in libro Metaphysices, & fere omnes latini, & medici nostri temporis.

Positio Io. & aliorum. Quid sit sperma.

Vbi debes scire primo, ꝙ sperma est semen decisum a patre secundarum partium. s. subtilis, & grossę: iterum in subtili est virtus quędam occulta, & per totum est calor vitalis: ergo, in spermate sunt quinq; partes: grossa, corpulenta, subtilis, & spirituosa: virtus, quæ qualitas est quædã residens in parte spirituosa: & calor vitalis, qui & animalis, & naturalis dicitur, prout diuersa officia exercet. pars quidem corporea massa est, ex qua membra, & corpus animalis totum formandũ. spirituosa pars, quæ spiritus est gignitiuus, habet locum formæ, & quia decisus fuit a patre, retinuit virtutẽ illam, quæ retenta in eo format corpus. &, quia vnũquodq; agens habet instrumentũ, ideo calor ille est velut instrumentũ, ergo virtus illa vtens calore, tanꝗ instrumento format corporis membra, quibus formatis animã extrahit de potẽtia ad actũ: hæc quidẽ virtus dicitur intellectus, & diuinum quoddã, et anima: dicitur quidẽ intellectus, prout quemadmodũ intellectus non operatur per corporis mẽbrũ, vel instrumentum, ita nec, & hęc. Rursus dicitur diuinũ quoddã, qm̃ vitã dat. opus. n. diuorum est dare vitã, vt 12. Met. cõ. 34: testatus est & Auer. Dicitur quoque anima, qm̃ ani

A ma dicitur duobus modis, ficut & forma, forma dicitur forma, vel quia format imagines in materia, vel quia informat materiā: eodem modo & anima dicitur, vel quia animás eft, & animas faciens, vel quia ipfa animat materiā: quia igitur virtus illa animam ponit in materijs, ideo anima dicitur: & propter hoc multi philofophorū dixerunt fperma effe animatū, nō quidē anima, quæ eft forma materiæ, qua res dicitur animata, fed animatū anima animante. i. creante animas. Ex his poteft eligi locus ifte. omne enim viuū debet procedere a viuo, & animatū ab animato: hoc modo intelligendo viuens & animatum, quoniam non eft pofsibile vt viuum fiat, nifi ab eo, quod poteft, & vitā dat, & animatū ab eo, quod poteft animam dare: ergo oportet vt fit viuens, & animatum hoc modo. aliter, fi non effet animatū nec primo modo, nec fecundo modo, tunc pofsibile effet vt, & ens ex non ente, & quodlibet ex quolibet fieret, vt intelligenti patet.

Secundus modus.

Secundus modus, qui nunc occurrit eft, quē extraxi ex antiquis fermonibus antiquorum: vbi debes fcire, quod primus motor & eft intellectus, & eft anima, & eft natura, & eft prouidentia, vnus manens femper in effentia. prout enim diuerfa officia exercet, diuerfa fortitus eft nomina, prout. n. fe intelligit, & omnia, quæ funt pofsibilia & actu, intellectus dicitur. prout animas germinatur, & corpora mouet animando illa, anima dicitur: prout res, & formas rerum naturaliū in materia ponit, natura dicitur: prout, vero prouidit res caducas, & generabi-
B les, & fphæras æternas, fic prouidentia dictus eft. Secundo debes fcire, quod Deus non poteft exercere opera hæc, nifi prout vnitur diuerfis inftrumentis vt motor: prout igitur vnitur feminibus animaliū, vt fic, anima dicitur animatiua: prout vnitur radicibus naturalibus, ex quibus res naturales procreantur, natura dicitur: prout nulli corpori, nulli magnitudiniq; vnitur, intellectus, prout omnibus eft præfens, ficut virtus principis in toto exercitu, prouidens.

Dubitatio.

Solutio.

Dicendū itaque ex his, ꝙ cum fperma in fundo matricis proijcitur, tunc Deus vt motor animatiuus appropriatur ei, & vtitur virtute illa, & calore vt corpus formantibus. & fic eo formato corpus animat: & fic Arift. appellat virtutem illam, quæ eft Deus, diuinam: & licet, de facto fit intellectus, attamen adhuc in hoc opere vim, & modum habet intellectus, vt Auer. inquit: & hæc eft fententia Auer. 7. Meta. commento illo. 31. fi bene verba fua confiderentur. Adhuc, & Arifto. in fecundo lib. de generatione animalium. cap. 10. inquit, corpus autem genituræ, id eft, fperma, in quo femē animalis principij contentiuum vna prouenit, partim feparabile a corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis eft, quæ mens appellatur: partim infeparabile, id eft, ita corporeum, vt nullo modo abfirmati intellectus, fubiectum eft: ecce quam plane & Arift. his verbis hanc opinionem appofuit. Ex hoc apparet, qualiter argumenta facta nihil funt: & enti-
C mema Auer. formatur in hoc. quoniam principium debet continere totum effe principiati: & ideo, fi primus motor non effet viuens, non contineret effe eius: ergo non poffet effe principium eius: aliter ens poffet ex non ente, & quodlibet ex quolibet euenire. Sed dices: ergo hæc opinio Auer. non differt ab illa Auic. Præterea in fine commenti inquit, ꝙ mouit Arifto. ponere intellectū feparatum ratio virtutum fpiritualium: ergo, non ponit intellectum effe principium huius.

Differentia inter Auic. & Auer.

Dicendum, ꝙ differentia horum eft, quoniam Auic. colcodeam ponit, & eam infimam intelligentiarum, Auer. autem vult ꝙ iftud non eft neceffarium: quoniam femen fufficit, & primus motor, vt anima femini appropriata. fecundo differt, quoniam voluit Auicē. vt creator formarum effet intellectus, quo homo intelligit. Auer aūt vult ꝙ intellectus fit infima intelligentiarū, & pofitus ab Arift. propter intelligere tantum, & non creare formas. Tertio differentia eft, quoniam Auic. ait propterea intellectum debere effe feparatū, vt formas creet: Auer. aūt quod ideo eft feparatus vt fit principiū intellectionis.

DISPVTATIO. XIII.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DICVNT, QVOD DEVS GLO. ABSIT, IGNORAT PARTICVLARIA, diuisa ad diuisionem temporis, ad præsens, & præteritum, & futurum.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et iam conueniunt in hoc. nam quicquid opinatur ex eis quòd ipse non scit nisi seipsum, nec latet hoc esse ex opinione eius. & qui opinatur quod ipse scit aliud, & est id, quod elegit Auicenna, existimauit quòd ipse scit res scientia vniuersali, quæ non ingreditur sub tempore, & non distinguitur in præteritum, futurum, & præsens: & cum hoc existimauit quod non deficit scientia eius pondus grani in cœlo, & in terra, quoniam scit particularia aliqua specie. Et impossibile est quin prius intelligamus opinionem eorum. & postea dabimus operam quæstionibus, & declarabitur hoc similitudine. & est quòd Luna eclipsatur, postquam non fuerat eclipsata, & postea apparet: nam euenient ei tria scilicet eclipsis hora, qua non est, sed est apta vt sit: & aliquid in quo est, scilicet est in fieri: & aliquid tertium, in quo non est, sed fuerat antea. Et sic nobis secundum hos tres modos fuerunt tres scientiæ diuersæ. nam nos scimus primo quòd eclipsis non est, sed erit: secundo quòd fit: & tertio quòd fuit, & non fit nunc. & hæ tres scientiæ sunt scientiæ numeratæ, & diuersæ. Et, quia veniunt successiue in subiecto, facient mutationem substantiæ scientis. nam si sciret post apparentiam quòd eclipsis sit nunc, vt fuerat antea, esset ignorantia, non autem scientia. &, si sciret hora, qua est, quod non sit, erit etiam ignorantia: & aliquod horum non erit loco alterius. Et existimauerunt quòd ipse Deus glo. non diuersificatur his tribus rebus. nam hoc inducit ad mutationem. & id, quod non diuersificatur, dispositio eius non potest credi quòd scit hæc tria. scientia enim sequitur scitum, & sciens sequitur scientiam. &, cum mutatur scitum mutatur scientia: &, cum mutatur scientia, mutatur sciens proculdubio. mutatio autem in Deo glo. est falsum. & cum hoc existimauerunt quod ipse Deus glo. scit eclipsim, & omnia attributa eius, & accidentia eius. Attamen scientia, quæ attribuitur primo, & non mutatur, exempli gratia vt sciet quod Sol sit, & quod Luna sit, ex eo quod perueniunt ab eo media-

A tibus Angelis, quos appellant ex decreto eorum intellectus abstractos: & sciet quòd ipsi mouentur motibus circularibus: & sciet quòd orbes eorum secantur in duobus punctis, quæ sunt caput, & cauda, & quòd reperiuntur aliquibus temporibus in sectionibus illis, & eclipsatur Sol, scilicet cum fuerit corpus Lunæ inter eum, & oculos aspicientium, & occultatur Sol oculis: &, cum transierit sectionem in tali spatio, vt est annus exempli gratia, eclipsabitur iterum: & hæc eclipsis erit in toto, aut tertia parte, aut medietate: & durabit per horam aut duas horas: & sic in omnibus tpibus eclipsis, & accidentibus eius: & nõ deficit scientiæ eius aliquid. Attamen scientia eius in hoc ante eclipsim, & hora eclipsis, & post apparentiam, est eodem modo: & non diuersificatur, & non causabit mutationem in substantia eius. & sic est scientia eius in omnibus innouationibus, quæ fiunt per causas. & illæ causæ habent etiam alias causas, vsquequo deueniant ad motum B circularem cœlestem. & causa motus circularis est anima cęli, & causa motionis animæ est desyderium assimilandi se Deo glorioso & Angelis propinquis. & totum est scitum ei, scilicet est notum ei notitia quadam proportionata, & simili, in qua tempus non facit impressionem. & cùm hoc circa tempus eclipsis non dicitur quòd ipse scit quòd eclipsis sit nunc, nec scit postea quòd nunc apparuit. & omne, in cuius scientia necesse est relatione ad tempus, non potest considerari quòd id sciat, quoniam causat mutationem. & hoc est ei, quod diuiditur materia, tempore. et sic est opinio eorum in eo, quod diuiditur & loco, vt sunt indiuidua hominum, & animalium. quoniam quòd non scit accidentia Socratis, Platonis, & Hippocratis: sed scit hominẽ absolute scientia vniuersali: & scit accidentia, & proprietates eius: & quòd oporteat vt sit corpus eius compositum & ex membris, quorum aliqua sunt ad natandum, & aliqua ad ambulandum, & aliqua ad apprehendendum, & aliqua paria, & aliqua disparia: & quod po- C tentiæ eius necesse est vt extendantur in partibus eius. & sic sequitur omni attributio intus in homine, & extra, et omnibus passionibus eius, et attributis, et accidentibus, adeo quod non deficit aliquid scientiæ eius: et id scit vniuersaliter. indiuiduum vero Socratis cognoscitur, et distinguitur ab indiuiduo Platonis sensu, non autem intellectu. et cognitio eius habetur ex nutu ad vnam partem. et intellectus intelligit partem absolutam vniuersalem, et locum vniuersalem. Cum autem dicimus hoc et hoc, innuimus proportionem appropriatam huius sensibilis ad sentiens, cum fuerit in propinquitate, aut remotione ab eo, aut in parte tali demonstrata. quare falsum est in Deo glo.* Et hoc est fundamentum fidei eorum, in quo fundatæ sunt omnes leges, quæ vniuersaliter tenent quòd, cum Socrates exempli gratia seruierit Deo, fuerit ei rebellis, Deus nesciet id quod fit ex rebus eius, quoniam ipse non scit ipsum Socratem quòd sit indiuiduum, et operationes eius innouatas postquam non fuerit. et, cum

Hucusque habet antiquus tex.

non sciuerit indiuiduum, non sciet res eius, & operationes eius: im... non scit hæresim Socratis, nec fidem eius: sed scit hæresim homi... fidem eius absolutam vniuersalem, non autem propriam indiuidu... Etiam necesse est vt dicatur excitatur Propheta ad prophetiam... ipse non scit in illa hora quòd excitetur ad eam. & sic est in omni... demonstrata. & ipse bene scit quòd hominum aliquis est, cui com... tit prophetia, & tamen nescit quòd sint tales, & tales. Propheta au... talis, indiuiduum eius non scitur ab eo: quoniam hoc habetur se... & res, quæ emanant ab eo, ipse non scit eas, quoniam sunt res, q... diuiduntur diuisione temporis ab indiuiduo tali. & apprehensio ea... secundum diuersitatem earum causat mutationem. Hoc est, quod ... luimus narrare primo de permutatione opinionum eorum, & secu... do intelliguntur, & postea loquemur de inconuenientibus, quæ ... quuntur eis, & nunc narrabimus assimilationem eorum, & mod... destructionis eius. Assimilatio autem eorum est. quoniam hæc ... sunt diuersa: & diuersa, cum venerint successiue in eodem subie... necesse est vt sit in eo mutatio absque dubio. &, si hora eclipsis ... tur quòd erit vt fuerat antea, est profecto ignorans, non sciens... autem est sciens quòd est in instanti, & antea sciebat quòd non e... & quòd ventura est, necesse est vt diuersificetur scientia eius. & di... uersificatur res ipsa, & sequitur mutatio, cum nihil sit mutatio, ... diuersitas scientis. nam qui non sciuerit aliquid, deinde id sciue... necesse est vt mutatus sit. & qui non fuerit ei scientia quòd fuerit præ... sens, deinde peruenit ad eum scientia, hora ipsius esse mutatus est. Et verificauerunt hoc ex eo, quòd sunt tres dispositiones. est enim dispositio, quæ est relatio indiuidualis absoluta, sicut dicimus dext... & sinistrum. nam hoc non conuertitur ad attributum essentia... est relatio absoluta. &, si mutaueris rem, quæ erat in dextro ad sini... strum, mutabitur relatio tua, & non mutabitur substantia tua in re... & hæc est permutatio relationis ad substantiam, & non permuta... tur substantia. & huiusmodi est, cum poteris mouere corpora, quæ sunt ante te, & corrumpantur corpora, aut corrumpatur aliquod eorum, non mutatur ex hoc calor fundamentalis, nec posse tuu... quoniam posse tuum est posse mouendi corpus absolutum primo, deinde demonstratum tale, in eo quòd est corpus. & non erit relatio posse ad corpus demonstratum attributum essentiale, sed relatio absoluta. & priuatio eius causat ablationem relationis, non autem mutationem in re eius, qui potest. Secunda autem est mutatio in substantia, & est quod non erat sciens & scit: & non erat potens, & potest. & hæc est mutatio. Tertia vero est quod mutatio sciti facit mutationem scientiæ. nam verificatio substantiæ scientiæ, ingreditur in eam relatio ad scitum, quod habetur, cum verificatio scientiæ talis demonstratæ sit alligantia eius cum hoc scito tali demonstrato, prout est: & alligantia eius cum eo aliter est alia scientia necessario, & peruentio

A eius successiue vnum post aliud facit diuersitatem in re scientia. & impossibile est vt dicatur quòd sit substantia scientiæ eadem. nam datur scientia quòd sit, postquàm fuerit sciens quòd venturum est: deinde fit scientia ꝙ iam fuit, postquàm est scientia ꝙ sit: ergo est eadem scientia, & æqualis, & iam permutata est relatio in ea. &, quoniam relatio est verificatio substantiæ scientiæ, igitur permutatio eius facit permutationem substantiæ scientiæ, & sequitur ex ea mutatio. quod est falsum in Deo glo. * Dubitatio autem est dupliciter, primo vt dicatur eis, quare negatis dicenti quòd Deus glo. habet eandem scientiam de esse eclipsis in hora tali: & hæc scientia, antequam sit, est scientia quòd futura est, & est eadem apud esse scientia in esse, & est eadem post apparentiam scientiæ in fine. & hæ mutationes conuertuntur ad relationes, quæ non faciunt permutationem in substantia scientiæ, nec faciunt mutationem in substantia scientis. & hoc est positum in gradu B relationis absolute. nam idem homo erit in dextra tua, deinde veniet ante te, deinde ad sinistram tuam, & erunt tibi relationes vna post aliam, & quod mutatur est hoc indiuiduum, quod permutatur. & sic debet intelligi dispositio scientię Dei glo. concedendo quòd scit omnia eadem scientia antiquitate, & æternitate, & in præsentiarum, & non mutatur. & intentio nostra est auferre mutationem, ad quod conuenerunt. Cum autem dicunt quòd de necessitate affirmationis scientiæ in esse est vt sit præsens, & cessatio postea est mutatio, non conceditur. Et vnde sciunt hoc? Immo, si Deus glo. creauerit nobis scientiam de ambulatione Socratis in mane apud ortum Solis, & continuauerit hæc scientia, & non creauerit nobis aliam scientiam, nec ignorantiam huius scientiæ, sciremus apud ortum Solis simpliciter scientia præcedenti ambulationi eius in pręsentiarum, & postea quòd iam ambulauerat antea. & erit hęc scientia eadem, quæ remansit, sufficiens in comprehensione horum trium temporum: & remanebit di- C ctum eorum, quòd relatio ad scitum demonstratum tale ingrediatur in verificationem scientiæ: & quotienscunque diuersificatur relatio, diuersificabitur res, cui relatio est essentialis: & quotienscunque erit diuersificatio, & perueniet vnum post aliud, erit mutatio. Et dicimus, si verificatum fuerit hoc, vos ibitis in via fratrum vestrorum ex Philosophis, cum dicunt quòd ipse non scit nisi seipsum, & quòd scientia eius de seipso est ipsemet. nam, si ipse sciret hominem absolutum, & animal absolutum, & inanimatum absolutum, & ista sunt diuersa sine dubio, tunc relatio ad ea diuersificatur sine dubio. quare non verificatur in eadem scientia ꝙ sit diuersorum. nam relatum est diuersum: & relatio est diuersa: & relatio ad scitum est essentialis scientiæ: igitur hæc facit numerationem, & diuersitatem, non numerationem tantũ cum assimilatione. nam similium aliqua sunt, quæ procedunt processu aliquorum: & scientia de animato non procedit processu scientiæ de nigredine: ergo sunt diuersæ. Præterea hæ species, & genera, &

Hęc sequentia etiam ab antiquo habentur.

accidentia vniuersalia sunt infinita, et sunt diuersa: igitur scientiæ diuersæ quomodo comprehenduntur sub eadem scientia? Vlterius si scientia est substantia scientis, absque eo quod addat ei aliquid, vellem scire quomodo permittit sciens, cum imaginatus fuerit identitatem scientiæ in eadem re, cuius dispositiones distinguuntur in præteritum, futurum, et præsens: & non imaginatus est identitatem scientiæ a... tæ in omnibus generibus, et speciebus diuersis? et diuersitas, et distantia inter genera, et species distantes est maior diuersitate, quæ est inter dispositiones eiusdem rei, quæ diuiditur diuisione temporis ad præteritum, præsens, et futurum. et, cum hoc non facit numerationem, pluralitatem, et diuersitatem, quomodo illud faciet numerationem, et diuersitatem? et quotienscunque affirmabitur demonstratiue diuersificari tempus absque diuersitate generum, et specierum, quòd hoc non faciet numerationem, et diuersitatem: ergo hoc ... non faciet diuersitatem, et numerationem. et, cum non faceret diuersitatem, erit profecto comprehensio totius eadem scientia continuata ab antiquo, et in æternum. hoc non facit mutationem in substantia scientis.

Vt compleat oēs ambiguitates accidentes in scientia primi, vult modo Auer. adhuc inuestigare an Deus singularia sciat: & primo, vt consueuit Alg. ... dubium, et inquit, Ait Alg. in hoc fere oēs philosophi contradicunt, maxime ... nantes Deum tm̄ seipsum scire. Adhuc alij Peripathetici hanc opinionem ... quuntur manifeste. Auic. enim, qui opinatus est quod Deus alia entia sciat ... extra se, expresse dicit quod ea scit vniuersali modo, non aliquo tēpore ... diente, i. non sub differentia alicuius temporis. Adhuc, & cū toto isto inquit A... quod Deus nullum superiorum entium, neq; inferiorum ignorat: & inde sup... cludit quod aliquo modo scit particularia sup. saltem in vniuersali. (Vnde nos ...) Hoc in loco, cum dixisset opinionem philosophorum, vult contradicere eis. & primo reddit causam suæ contradictionis, & inquit vnde nos liuore veritatis ... gimur de istis disputare, propter quod primo inducemus ipsorū opinionē ... postmodum vero arguemus. (Inducamus igitur primo.) Incipit modo dicere, & inquit, inducamus igitur exemplum primo positum apud eos, s. quod sol debet eclypsari in quodam die futuro, postmodū lucere: ergo, in dicta eclypsi fient ... tempora inspiciēda, i. tempus, in quo eclypsis est futura necessario: & tempus in quo est præsens: & tēpus, in quo preterijt: propter quæ tria tempora tres, ... sæ oriuntur scientię, & numerales, & successiuę in vno subiecto incidentes ... sine dubio inferunt scientis varietatem. & inde concludunt quod non est imaginandum quod Deus ipse istas tres scientias comprehendat. & reddit rationem: scientia nanq; sequitur scibile, quapropter permutato scibili permutatur scientia, sed permutata scientia permutatur sciens: sed omnis permutatio amouenda est a Deo benedicto, quare dicunt quod Deus scit eclypsim, & omnia ipsius communiter. i. vniuersaliter. est ergo virtus syllogismi: omne sciēs particularia mutatur, sed Deus non mutatur, ergo non scit particularia. maior probata est: minor ... est. (Sed modo inuariabili.) Quia conclusit Deum scire cōiter, & vniuersaliter, ... illa ostēdit quō, & inquit, sed modo inuariabili, vtpote quod sol est, et quod luna sit, & quod mouetur continue circulariter, & quod circuli ipsorum intersecantur in duobus punctis, qui dicuntur caput draconis, & cauda, & quod ista duo luminaria obuiant sibijnuicem signatis temporibus in duobus prędictis pūctis, videlicet, qn̄ luna interposita erit inter solem, & oculos nostros ambobus existentibus in vno duorum punctorum, & qn̄ luna dictum locum pertransibit quarta ... te terminata, i, parua, lucet sol more solito, & sic alias iterabit eclypsari. tunc ...

cludit intentum.d.ideo talis scientia non infert permutationem in Deo, neq; variabilis reputari debet. & tunc addit vniuersalem vnam propositionē.d, & sic, similiter dici pōt de oībus nouitatibus a causis terminatis euenientibus successiue vsq; ad motū orbium. cuius cā est aīa cœli, quę orbes mouet modo desiderij, assimilando se ipsi Deo benedicto, vel angelis i. intelligentiis trahētibus eas appropriatis: silr dicunt de diuisibilibus rebus loco, et materia, sicut sunt indiuidua hominum, & aliorum aīalium. dicunt.n. ꝙ ipse Deus ignorat accidentia.i. differentias accidentales quorūlibet ipsorū particulariter, sed scit hoīem vniuersali modo, & oīa sua contingentia.i. accidentia eodē modo, & scit qūo suum corpus cōponitur ex proprijs mēbris vtilibus oībus suis necessarijs.i. commodis, ita ꝙ nulla vlr ignorat, sed particularia, & indiuidua sicut sunt sor. & calias, quia tm̄ adinuicē sensibiliter.i. differentijs accidentalibus sensibilibus distinguuntur, nō tm̄ ab intellectu.i. vt intellectu apprehenduntur. ipse ergo Deus sine dubio ignorat ea. Tunc summam dicit. hęc est snīa dictę opinionis, cū qua euelluntur oīum radices legum, sectarumq; stipites: et his eliminantur cuncta verba prophetarū, & diuinarū scripturarum, & aufertur totaliter oīum fideliū spes quare conamur cum eis fere vide litigare, & prędicta absurda acerrime redarguere. Debes scire, vt Themi. inquit primo Poster. cap. 46. qui scit causam per effectum, impropriā & particularem scit se etiam, sed expositionem causę, vt inquit. cui ita sit, quiq; tota vniuersalium est, eoq; non modo notitiā huius vnius defectus, quem nunc patitur luna, sed simplr oīum continet: nam interuentus terrę non tm̄ huius defectus cā est, quā oīum, qui possunt oībus seculis euenire. volunt ergo Peripathetici, quos Alg. narrat, Deum causam scire rerum. V.g. eclypsis lunę scit causam, proquanto scit oīa concurrentia ad causam eclypsis lunę, vel solis, & quia cā cōtinet vniuersaliter oēs effectus, vt Themi. inquit, ideo vlr scit oēs eclypses, vt continentur in cā illa: sed quia, vt particulares sunt, & extra causas cadunt in tēpore, ideo fingunt Deum ignorare ea. & sic patet sermo eorum. Adhuc debes scire, vt bene inquit Alg. istum errorē debemus remouere propter multa: primo, qm̄ hoc verificato radices legum, & sectarum stipites remouentur. secundo, qm̄ verba prophetarū falsantur, & diuinarum scripturarū. tertio, aufertur spes oīum fidelium. amouebuntur radices legum, & sectarum stipites. qm̄ oēs leges, oēs sectę fundantur in hoc principio, ꝙ sit vnus primus oīum gubernator, & auctor, non tm̄ vlr gubernans, immo & particulariter. verba prophetarum, & scripturarū sanctarum. qm̄ prophetę loquuntur virtute Dei sublimis, & ergo debent loqui virtute cognitoris: qm̄ cæcus cęcū ducens ambo in foueā cadunt, vt prouerbio dr̄ auferetur ēt spes, &c. qm̄ oēs speramus ex meritis beatitudinem cōsequi. si ergo, non esset vnus bonorū, & malorum iudex, tota nostra spes esset frustra: propter ꝙ diuus ille Aris. inquit, quod Deus est bona bonis distribuens, & mala malis in lib. de bona fortuna. & diuus ēt Plato palam in omnibus eius dictis, hoc pro principio apposuit. quare ego non minori solertia hoc Peripatheticorū peccatum conabor exterminare, quam Alga. proponat facere: hicq; veritatem nostrę legis secundum posse conabor comprobare. Cum Alg. induxit opinionē Peripatheticorum, & eam declarauit hoc in loco, vult eis contradicere, soluens quęstiones eorum, & inquit, peccata istorum reprobanda sunt. & primo, nanq; dicemus eis, quare negatis dictum dicentis, videlicet ꝙ Deus benedictus vnam habeat scientiā? vtputa in eclypsi, quę infert eū scire illā, anteꝗ̄ fit, & qū est, & post transitum. q.d. hoc abnegare non potestis: & reddit rationem, & inquit, hę enim variationes reducuntur ad relationes, non inferentes permutationē in substant a scientis: ita quod est tali modo, ꝙ illa substantia repręsentat summam variationem, tantum ꝙ varietur, sicut variantur correlatiua. Debes scire, ꝙ duplex est relatio quędā realis simpliciter, s. a parte vtriusq; extremi, vt pater, & filius, & seruitus: & huiusmodi non pōt aduenire alicui, nisi mutatione facta in aliquo: vel propterea quia in re, cui aduenit, apponit quid nouum, saltem realiter: qm̄, si fiet filius, si pater non mutetur mutatione absoluta, saltem mutabitur prout recipit aliquod accidens reale, tenendo relationem, & fundamentum realiter distingui ꝓ nunc. Altera est relatio realis secundū quid, id est a parte vnius

Nota.

propter multa remouendum est Deū particularia ignorare.

Duplex relatio.

extremi, & rationis a parte alterius: sicut relatio rei effectę ad creatorem, vt loquiunt theologi: & huiusmodi nullam penitus relinquunt mutationem in eo, cui aduenıunt: potest ergo in proposito dici, ꝙ cum scientia Dei sit esse Dei, & scibilia sint relationes rerum creatarum: quantuncunq; res ipse mutentur, scientia immutabilis semper erit: cum relatio scibilium ad Dei scientiam sit relatio secundo modo pręexposita: hoc autem Alg. exemplo testatur, & inquit, quidā enim homo potest permutare situm, quem habet cum alio, Verbi gratia, de dextra ipsius ad sinistram, vel econuerso, & sic successiue venient in eum relationes, & cum toto isto homo existens, id est stans non mutatur ex hoc aliquo modo, aliqua specie motus. Similiter debet intelligi in diuina scientia, videlicet quod vna & eadem scientia sit pręterita ab ęterno, & futura in ęterno, & pręsens sine permutatione aliqua in eodem. (Id tamen, quod dicunt.) Cum declarauit modum et fundamentum, quo possibile est ęstimare illam Dei scientiam sine mutatione Dei. hoc in loco persoluit argumentum Auicen. & primo proponit summam, & inquit, id tamen, quod dicunt, ꝙ de necessitate mutatio scientis sequitur variationem scientię: & variatio scientiæ sequitur variationem scibilis temporalis, videlicet dependentis a pręterito, pręsenti, & futuro. hęc fuit ratio. absoluit & dicit, dicimus quod non est quid concessum, vult dicere quod totum est verum prę ter hoc, scilicet ꝙ mutatio scientię sequitur mutationem scibilis. verū est enim ꝙ si scientia mutatur, & sciens: quoniam scientia in sciente existit, quemadmodum perfectio in suo perfectibili. Sed, nō sequitur, ꝙ si scibile mutetur, vt pręterea & scientia mutationem recipiat: & tanto maxime, quanto scientia est causa rei scitę: quoniam vbi scibile causa sit scientię, sine dubio bene sequitur permutato scibili, & scientiam permutari: & hoc ostendit Alg. exemplo, et inquit, immo petendum est ab eis, nonne potest homo scire aliquod futurum, nulla permutatione accidente in scientia? vt dato ꝙ Deus crearet nobis sciētiam aduentus socratis in ortu solis cras, & hęc scientia in nobis continuaretur, & in nobis non innouetur scientia aliqua vsq; tunc. Tunc in ortu solis scimus nos ex dictis pręcedentibus, id est ex reuelatione pręaccepta, ꝙ ipse modo venire debet, & cum eadem sciemus post suum aduentum, ipsum venisse. vnde patet ex hoc, quod vna scientia sufficit Deo in comprehendere ista tria dependentia a tribus temporibus. Tunc ad formam quęstionis respondens, inquit, remanet ergo ꝙ id, quod dicunt, videlicet, quod relatio dependens a quodam scibili proprio ingrediatur quiditatem, id est, essentiam scibilis, & scientię, falsum est, vt ex his acceptum est. Vnde dicunt. Adhuc vult eis contradicere: & primo repetit dictum eorum, & inquit, vnde dicunt quod variata ratione, variatur res, cui relatio fit essentialiter, id est, variatur scibile: & variata re, scilicet, successiue peruenit mutatio sup. in scientia: ergo a primo ad vltimum, perueniet mutatio in ipso Deo sciente, huic argumento non respondit, quoniam iam soluerat, sed obijcit eis, ostendens quid sequitur ad eos, & inquit, dicimus nanq; nos, quod si hoc esset verum, tunc isti sequerentur vestigia philosophorum, id est, peripatheticorum veterum in eo, quod dicunt, quod Deus non scit nisi seipsum, & dicunt quod scire seipsum idem est quod esse eius: & reddit rationem, quare non possunt dicere aliter: & sua ratio consistit in hoc, Deus non scit particularia, vt dicunt, neq; vniuersalia: ergo scit tantum se. secundā partem deducens inquit. si enim sciret hominem absolute, vel animal, vel brutum absolute: & hęc differunt duabus relationibus, qm̄ sunt duo scibilia diuersa, ergo non pōt verificari quod scientia Dei sit vna, & eadem rerum diuersarum: & reddit rationē, dicens, postquā relatū & relatio variant, id est, quoniam, apud eos relatio variat scibile, & variatio scibilis variat scientiam: ergo, si scibilia sunt multa, & scientię erunt multę. & hoc dicit, et quia relatio scibilium est substantialis in scientia, vt dicunt. sequitur ergo ex hoc diuersitas scientiarum, & variatio, non numeratio tantum: scientia enim animalium differt a scientia brutorum, & scientia albedinis differt a scientia nigredinis: ergo variantur manifeste, & addit: immo quod plus est, manifestū est quod species, & genera, & accidentia vniuersalia sunt infinita multitudine, vel simpliciter, vel fere, & sunt adhuc diuersa: ergo satis mirandum est, qualiter scientia

A istorum ita diuersorum ingrediatur vnam scientiam simplicem. Potest ergo argumentum contra eos componi in hunc modum. Deus non scit singularia, eo quia sequitur variatio suæ substantię: eo quia variato scibili variatur scientia, & variata scientia variatur sciens. Neq; potest scire vniuersalia, quoniam vniuersalia sunt multa, & diuersa: sed diuersitas scibilium diuersificat scientiam, vt dicũt, ergo non possunt sciri vna scientia. consequens est falsum, ergo Deus neq; vniuersalia, neque particularia scire potest, ergo Deus non scit nisi se: & sic redibit opinio peripatheticorum, contra quam Auicenna obiecit, vt patet. Quare, si Deus potest scire vniuersalia vna scientia, quantuncunq; illa sint diuersa, etiam non est abnegandum ipsum scire singularia vna scientia numero sine mutatione eius: & hoc argumentum est demonstratio contra Auicennam.

Dubitatio.

Sed ambiget quis circa verbum Algazel. an quidem relatio possit attribui alicui nulla mutatione facta in ipso: & dico in ipso, quoniam sine dubio relatio omnis noua est vel propter nouitatem in ambobus extremis, vel in altero, vel in aliquo tertio alio ab eis, vt Auerro. inquit. 8. Physic. commen. 6. 7. 8. & 9.

Positio Ioã. Iand.

Ioan. Iand. in lib. Physi. quæstionis solutionem dedit, & inquit, quod relatio realis non potest esse in aliquo de nouo tanquam in subiecto, nulla penitus transmutatione facta in ipso: secundo inquit, quod relatio bene potest attribui alicui, tanquã termino, nulla penitus transmutatione facta in eo, vt exemplo probare nititur. hoc vide. B Primum probat, quoniam, sicut de qualitate, ita de relatione: sed qualitas nõ põt attribui alicui, tanquam subiecto, nulla mutatione facta in illo: ergo, nec relatio põt attribui alicui, vt subiecto, quin insit isti mutatio. adhuc, nulla forma realis positiua potest alicui subiecto attribui, nulla mutatione facta, in illo, a quo secundum esse distinguitur: sed relatio est forma realis particularis distincta re, & esse a subiecto: ergo, vt prius. Adhuc, omnis forma, qua acquisita res, quę subest illi aliter se habet quam prius, acquiritur mediante aliqua mutatione: sed relatio est huiusmodi forma, vt constat. quare, &c.

Error Ioã.

Sed mihi videtur, quod Ioan. errauit multum in hoc, si enim relatio esset aliqua forma positiua distincta secundum rẽ a fundamento, & termino, tunc ad ipsam non tantum esset mutatio, immo & verus motus. consequentiam probo, & accipio quod Sor. sit albus, vt octo Romæ, Paduę vero Plato incipiat albefieri. tũc arguo. sicut successiue albefit, ita successiue assimilatur magis, ac magis: ergo, sicut per partem post partem albefit, ita p partem assimilabitur: ergo, si similitudo sit forma positiua altera ab albedine, tunc sicut albefieri est motus, ita & assimilari erit motus. Secundo principaliter arguo, Auer. 6. Phy. com. 32. voluit, quod omne, quod mouetur siue motu diuisibili, siue indiuisibili sit per se diuisibile: & rationem dixit, quoniam omne, quod mouetur motu indiuisibili, mouetur motu diuisibili: quoniam mutatio est termi- C nus extrinsecus motus veri. arguo modo sic. omne, quod mouetur motu diuisibili, vel indiuisibili est partibile: sed omne, quod recipit relationem nouam, mouetur vel motu diuisibili, vel indiuisibili: ergo omne recipiens relationem nouam erit partibile; conclusio est contra omnes: forma enim, quando fit apud ipsum, ẽ indiuisibilis: & tamen relatione noua refertur ad agens: adhuc, intellectus apud ipsum relatio noua refertur ad intelligibile, & tamen non est diuisibile. tertio, Auer. 4. Phy. com. 129. voluit, quod omnis motus subitus sit terminus alicuius motus successiui, vt illuminatio: sed receptio relationis realis in subiecto nõ est terminus motus successiui, vt patet: ergo non est mutatio subita.

Positio propria.

Ideo, aliter dicendum puto secundum doctrinam Aristo. & Auer. Vbi debes scire, quod ablato actu intellectus in relatiuis, non est formalis relatio. quemadmodũ enim ablato actu intellectus in re, nõ est nisi indiuiduum: sic ablato actu intellectus in relatiuis, non sunt nisi fundamenta actu, quę sunt potentia relatiua: per animam autem inuicem actu referuntur, ergo relationes videntur esse entia in anima, & secundo intellecta: & hoc est, quod Auer. ait. 12. Meta. commẽ. 19. inquit enim, relatio est debilioris esse alijs prędicamentis. ita quod quidam reputant ipsum esse ex secundis intellectis, id est, ens rationis. Secundo debes scire, quod omnis relatio potentialis extra animam consequitur aliquod, quod acquiritur per motum vel in se, vel in suo correlatiuo, vel in tertio. Verbi gratia, Socrates

albus, vt octo, fit similis Platoni propter mutationem Platonis ex nigro in album, vel propter vtrunq;, si ambo albescant, vel propter tertium, vt Auer. Physi. loco suo. vniuersaliter autem dico, quod cã potest referri ad effectum nulla penitus facta mutatione in cã: qm̃ causa non refertur ad effectum per se, qm̃ effectus refertur in causam: & ideo causa nõ refertur ad effectum nisi ex relatione, qua refertur effectus ad illam. Tunc dicendum, quod possibile est relationem aduenire alicui subiecto, vel attribui alicui termino, nulla mutatione successiua, nec subita facta in subiecto. Secundo dico, quod possibile est ... eadem scient a sciri scib le, quod successiue variatur de tempore in tempus ... mum manifestum est, qm̃ relatio potentialis nihil aliud est, nisi fundame... dixi. modo stat fundamentum remanere idem relatione acquisita in pote... Adhuc, relatio actu fit per animam, sed ens rationis non mutat rem, ergo ... primũ verbum. Rursum patet secundum: qm̃, secundum Alga. & Auer. scie... Dei est causa rei: quare illa non refertur per se ad scibile: sed potius scibile ... tur ad illã: sicut, ergo nulla mutatione facta in Deo, nunc dicitur agens, & ... non. sic, nulla mutatione facta in eo, Deus dicitur sciens Sortem existentem ... & per eãdem Sortem fuisse, & ipsum fore: qm̃ istę relationes referuntur in Deu... & Deus ad relatiua illarum per accidens. verum, si scientia Dei esset causata ... rebus, quemadmodũ nostra: tunc quemadmodum scibile variatur, sic & scie... qm̃, vbi esset causata a scibili, scientia per se referretur ad scibile, & con... bile ad scientiam per accidens, vt Arist ait & Auer. 5. Meta. commẽ. 20. Q... igitur relatio possit denominare subiectum, nulla mutatione penitus facta ... & quod Deus sciat entia secundum variationem temporum, & nulla cont... variatio in eius scientia, sit dictum intãtum. Argumenta Ioan. nihil suntom... enim supponunt fundamentum distingui secundum rem a relationibus: & ... non est probatum ab eo, neque modo est presentis sermonis.

AVEROES.

Ait Auer. Fundamentum huius quæstionis est assimilatio scientiæ Dei glo. scientiæ humanæ, & comparatio vnius duarum scientiarum alteri. nam comprehensio hominis indiuiduo... est per sensus. & comprehensio entium vniuersalium est per intellectum: & causa comprehensionis est ipsummet comprehensum. & non dubitatur de mutatione comprehensionis, cum mutentur comprehensa, & numeratione eius, cum numerentur. Attamen responsio eius ... hoc est ꝙ possibile est vt sit hic scientia, ad q̃ erit proportio scitorum proportio relationum, in quorum substantia nõ sunt relationes, sicut est dextrum, & sinistrũ in habente dextrũ, & sinistrũ est quid, qd non intelligitur in natura scientiæ humanę. & ista contradictio est contradictio vera sophistica. * Secunda vero cõtradictio, & est cum dixerit ꝙ qui dicit ex Philosophis ꝙ ipse scit vniuersalia, sequitur ei, cũ concesserint in scientia eius numerationem specierum, vt concedant numerationem indiuiduorum, et numerationem rerum eiusdem indiuidui, est contradictio sophistica etiam. nam scientia indiuiduorum est sensatio, aut imaginatio: scientia vero vniuersalium est intellectus. et innouari indiuidua, aut res indiuiduorum causat duo, scilicet mutationem comprehensionis, et numerationem eius: sciẽtia vero specierum, & generum non causat mutationem. nam scientia eorum est permanens, &

nens, & innouantur scientia comprehendente ea, sed communicant scilicet vniuersalia, & particularia in numeratione. Cum autem dixit quòd qui ponit ex Philosophis vnam scientiam simplicem, comprehendentem genera, & species, absque eo quòd sit ibi contradictio, & diuersitas, quam facit diuersitas generum, & specierum, & distantia eorum abinuicem, sequeretur ei vt concedat vnam scientiam comprehendentem indiuidua diuersa, & res vnius indiuidui diuersas. & est sicut dicens ꝙ, si reperitur intellectus comprehendens species, & genera, & est vnus, sequeretur de necessitate vt reperiatur genus vnum simplex, comprehendens indiuidua diuersa. Attamen est sermo sophisticus: quoniam nomen scientiæ dicitur de eis æquiuoce. Et, cum dicit ꝙ numeratio specierum, & generum facit numerationẽ in scientia, est verum. & propter hoc verificantes ex Philosophis non ponunt scientiam ipsius Dei glo. de entibus, non vniuersalem, nec particularem. nam scientia, cui hæc eueniunt, est intellectus passiuus, & causatus: primus vero intellectus est actus purus, & causa. & non comparatur scientia eius scientiæ humanæ, & aliquo modo non intelligit aliud præter se, ex eo quòd est scientia non passiua, & aliquo modo intelligit aliud præter se, ex eo quòd ipsemet est scientia actiua. Et declaratio opinionis eorum est. quoniam, cum sciuerint demonstratiue quod ipse non intelligit nisi seipsum, necesse est vt substantia eius sit intellectus. &, quoniam intellectus, in eo quòd est intellectus, est alligatus ei, quod est, non autem ei, quod non est: & qui constituerit demonstrationem quòd non reperiuntur nisi hęc entia, quæ nos intelligimus, non est dubium quòd alligatur eis intellectus eius. &, cum necesse fuerit vt alligetur his entibus, aut alligabitur eis modo, quo alligata est eis scientia nostra, aut alligabitur eis altiori modo, quàm sit alligantia scientiæ nostræ eis: alligari autem eis scientiam eius modo, quo alligatur scientia nostra, est falsum: ergo sequitur vt sit alligatio scientiæ eius modo altiori, & esse perfectiori, quàm sit esse, quo erit alligantia scientiæ nostræ eis. nam scientia vera est, quæ conuenit ipsi esse. &, si scientia eius est nobilior scientia nostra: igitur scientia ipsius Dei glo. est alligata enti modo altiori, quàm modus, quo alligata est ei scientia nostra. Igitur enti sunt duæ entitates, entitas nobilis, & entitas ignobilis: & entitas nobilis est causa ignobilis. & hoc est id, quod dicunt Antiqui ꝙ Deus glo. est omnia entia: & est motor, & agens eorum. & ideo dixerunt principales Sophiorum, non est ipse nisi ipse. Attamen hoc totum est ex noticia profundatorum in scientia. & hoc non debet sibi nec compellere homines, vt huic credant. & ideo non est ex doctrina legali. & qui constituerit id extra locum suum, errauit, sicut qui celauerit eum, cui competit, malefacit. Quod autem idem habeat gradus entitatis, est notum ex anima.

Philosophi non ponunt scientiã Dei particularẽ aut vlẽm.

Obserua ꝙ in vetustiori contex. sunt distincta in plura Dubia & ob id ex pluribus comentarijs vnum collegimus vt facile percipies.

Deus nõ est inter Deum & est notabile dictum.

Auer. videtur hoc in loco, quasi respondere argumento Auicen. sub modo Destructio destruct. Auer.

apertiori, & inquit. dicimus nos, quod omnes istæ ambages sunt: & ponit loca a quo sunt sumptæ, & inquit, & oriuntur assimilando diuinam scientiam humanæ scientiæ, quod secundum veritatem non cõmunicant nisi æquiuoce: & declarat, d. comprehensio enim humana est comprehensio a sensibus, id est, causata a rebus sensibilibus, videlicet: comprehensio indiuiduorum. & iterum comprehensio vniuersalium entium sumitur ab intellectu, id est, causatur a rebus sensibilibus mediante intellectu agente: vult ergo habere scientiam nostram causari aliquo modo a rebus scibilibus, & per consequens scientia Dei est causa illi. tunc ad formam inquit, & ideo, non est dubium quod comprehensio mutatur mutationem comprehensorum, id est, quod variatur nostra scientia per variationem scibilis, & non econtra. (Vnde dicimus.) Nunc vlterius, quasi declarando adhuc, ponit modum, quomodo est scientia Dei. d. vnde dicimus quod debt, id est, Auic respondendum, quod possibile est hic esse scientiam, id est, in mundo scientiam in aliquo sciente, cui talis est comparatio scibilium, id est, ad quem formaliter comparantur scibilia, sicut est comparatio relatiuorum, quæ in seipsis non sunt essentialiter relationes, id est, quæ non sunt relatiua per se, sed per accidens: quia alia referuntur ad ipsa, sicut est dextrũ, et sinistrũ in habentibus ea, id est, in animali respectu sup. colũnæ. Debes scire, quod scientia nostra, quia causatur a rebus scibilibus, ideo ipsa refertur per se ad scibile: & quia scibile est causa scientiæ nostræ, ideo non refertur ad scientiam nostram, nisi quia scientia refertur ad ipsum. vt Arist. ait. 5. Meta. scientia vero Dei est econtra. ipsa enim, cum sit causa scibilium, ideo non refertur ad scibilia, nisi quia scibilia referuntur ad eam, & sic per accidens: vult ergo dicere Auer. ꝙ scientia Dei se habet ad scibilia, sicut columna: quoniam, sicut columna est dextra, & sinistra, quia animal est huiusmodi: sicut scientia Dei est relatiua scilicet, præsens, vel præterita, vel futura: quia scibile est illius modi: & sic patet perfecta solu. argumenti Alga. & Auicen. Ambiges, quoniam Auer. 7. Physi. in commen. 20. cognitio fit in nobis, quando transmutatur per receptionem particularium, & considerationem eorum: quoniam, cum consideramus particularia, fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis secundum relationem ad illa, scil. cum cum apud nos fit ex aliqua specie præsens, plusquam vnum particulare, statim fit in nobis species vniuersalis, absque eo quod in ipsa fiat transmutatio. Ex quo arguo, illud, quod secundum se, & essentiam propriam est permanens & non variatur nisi relatiue, non est causatum a scibili. modo Auer. dicit scientiam non causari nisi relatiue: quare, &c. Hoc habet videri in libro de intellectu. Attamen pro nunc dicendum secundum hunc philosophum, scientiam non fieri de nouo simpliciter, sed habitudine ad nos: prout enim nos per indiuidua cogitata disponimur, applicatur intellectus secundum vniuersalia illius, vel illorum: ergo scientia est noua mihi, non intellectui: sed, vt est mihi noua, causatur a rebus: & hoc sufficit: sed scientia Dei ne in se, neque alicui est noua, & ideo est simpliciter causa rerum: & tu non potes intelligere hoc, nisi videas librum de intellectu. Proposuit Algazel contradicere Auicennæ duobus modis: cum ergo expediuerit se de vno, alterum aggreditur, & inquit, secundus vero modus, quo possumus obijcere eis, talis est: & exponit illum, dicens, videlicet, quod quicunque philosophorum dicat, quod Deus vniuersalia sciat, oportebit eum concedere, quod ponat in eadem scientia numerationem specierum, scilicet scibilium in vniuersali. habet enim dicere ꝙ Deus scit hominem vniuersalem, lapidem vniuersalem, & sic de alijs. Tunc arguit. d. vnde, sic similiter possunt concedere numerationem suorum scibilium suæ scientiæ in indiuiduis, & comitantibus ipsorum, id est accidentibus eorum. potest ergo argui in hunc modum, sicut multiplicatio scibilium vniuersalium non multiplicat scientias vniuersales, sic multiplicatio scibiliũ particularium nõ debet multiplicare scientiam eorum: ergo argumentum Auic. per huiusmodi est solutum. Cum induxit secundũ modũ Alga. cõtra Auic. hoc in loco vult videre quid veritatis cõtineat, & quid nõ, & inquit dicimus nos, ꝙ hęc verba sunt sine dubio sophisticationes. & rationẽ reddit. d. quia sciẽtia indiuiduorũ est sensibilis, id est sensatio, seu phãtasia, & sciẽtia vniuer-

Nota,

Dubitatio,

Solutio,

A uersaliũ est ab intellectu. primum ergo peccatũ Alg. est, qm ipse nõ bene accepit locũ similitudinis, qm sciẽtia Dei circa vniuersalia est intellectus, & spũalis. Nostra vero circa indiuidua est sensus, & imaginatio: ergo hic est locus sophisti cus penes equiuocationẽ sumptus. (Rursum.) Cũ ostẽdit locũ erroris, vult hoc in loco ostẽdere, in quo accepit similitudinẽ, et inquit, rursum innouatio indiuiduorũ, vel ipsorũ comitantiũ duo infert, videlicet permutationẽ cõprehensionis, & numerationem ipsius: vult dicere, ꝙ variato indiuiduo variatur & cõprehensio eius & ẽt numerato illo numerãtur & cõprehẽsiones: & sciẽtia specierũ, & generũ nullã infert permutationẽ, qm immutabilis est in se, ergo differẽ ia est: potẽtũ cõuenientiã. d. licet vlis, & particularis cõicant in numeratione. i. conueniũt penes numerũ: qm numerato scibili in vniuersali, numeratur & sciẽtia: ergo scĩa rei vniuersalis, & indiuidui cõicant, & differũt. cõicant quidẽ: qm, quemadmodũ sciẽtia indiuidui multiplicatur multiplicato scibili, sic, & sciẽtia vniuersalis multiplicatᵉ multiplicato vniuersali. Differũt aũt, qm sciẽtia vniuersalis est inuariabilis, qm est rei inuariabilis, et ab intellectu, q est inuariabilis. Cõprehẽsio indiuidui est mutabilis, qm est rei trãsmutabilis, & in potẽtia trãsmutabili: et sic patet locus similitudinis, & locus disimilitudinis. (Ideo vero.) Hoc in loco narrat oĩa verba Alg. scđo ibi, (Dico ꝙ oĩa.) Ostẽdit, in quo errauit, inqt ergo,
B ideo vero, qđ dixit, ꝙ quicũq; philosophorũ cõcedat ꝙ vna, & eadẽ sciẽtia Deus cõprehẽdat genera, et spẽs absq; multiplicatione causata a diuersitate generũ, et specierũ: ad qđ dicit Alg. sic dicimus ꝙ ducit necessario ad concedendũ ꝙ vna & eadẽ sciẽtia possunt cõprehẽdi indiuidua, & cõtingẽtia, id est accidẽtia cuiuslibet indiuidui. & addit Alg. ꝙ hoc dictũ simile est dicto dicẽtis, ꝙ vnus est intellectus cõprehẽdens genera, & species: quẽadmodũ oportet ꝙ vnũ genus simplex sit cõprehẽdens, i. continens indiuidua diuersa. hęc fuit sententia Alg. & verba sua, quę debet legi suspẽsiue vsq; huc. (Dico qđ omnia.) Quibus respõdet. d. dico oĩa ista sunt verba sophisticalia & rationẽ reddit, dicẽs: nomẽ. n. scientiæ æquiuocũ est, scilicet de scientia singulariũ, & vniuersaliũ dictum. Debes scire, ꝙ ibi est multiplex locus æquiuocationis: vnus quidẽ, sumptus penes perfectũ & imperfectum, scientia. n. vniuersaliũ est perfectior essentialiter sciẽtia singulariũ. Secũdus, penes causam & causatũ: qm sciẽtia vniuersaliũ vr̃ quodãmodo esse causa finalis, & vltima sciẽtię particulariũ, scientia. n. singulariũ ordinatur ad sciẽtiã vniuersaliũ, vt Auer. dicit in 3. com. 30. & cõ. 5. & 6. Tertius gradus est penes differẽtias, qm cõprehensio indiuiduorũ est sensitiua, cõprehensio vniuersaliũ est intellectiua. Quartus est penes genus, qm generabili & perpetuo nõ est vnũ cõe genus, vt Auer. inquit. 10. Meta. cõ. vltimo. ergo sciẽtia vniuersaliũ, & sciẽtia indiuiduorum simpliciter, & penitus æquiuocantur sub nomine
C cõprehẽsionis: & cũ res sit ita, verificatũ est dictũ Auer. contra Alga. (Sed id, quod.) Cũ cõtradixit ei in duobus principaliter, hoc in loco ostẽdit id, in quo bene dixit, & inquit, sed id, quod dixit, videlicet ꝙ multiplicatio generũ, & specierũ infert in sciente multiplicationẽ, id est distinctionem scientiæ. dicimus ꝙ verum est: & hoc ostendit testimonio, & inquit, vnde veri philosophi, id est Perypathetici, idcirco non attribuunt Deo benedicto scientiam rerũ in particularibus, neque in vniuersalibus, & reddit causam, dicens, scientia nanque, quæ tales habet conditiones, quas sup. habent particularis, & vniuersalis scientiæ, est sine dubio ipsius intellectus possibilis, qui causatus est sup. a rebus intelligibilibus aliquo modo, vt iam dictum est disputatione tertia. modo diuinus intellectus est purus actus, & causa: propter quod infert, quare nulla debet fieri comparatio inter diuinam sciẽtiam, & humanam. est ergo syllogismus: inter causam, & causatum non debet fieri comparatio, maxime, quando sunt æquiuoce dicta: sed intellectus Dei, & noster intellectus sunt, sicut causa, & causatum æquiuoca causalitate: ergo nulla debet fieri comparatio. propositiones huius syllogismi ex verbis eius patent. (Quoniam enim.) Ex his ostendit naturam intellectus diuini, & inquit, qm enim alia, id est entia extra se non intelligit, scilicet recipiendo cognitionem ab eis, impassibilis est, id est non receptiuus, & inquantum alia entia efficit, prout ipse est prius, vt sic est scien-

tia agens: ergo Deus non est intellectus possibilis, sed forte est intellectus agẽs, vt Auer. hoc in loco dicere videtur. Debes scire, vt 3. de Anima dictum est commen. 14. quod omnis intellectus intelligens aliud, & diuersum est recipiens: quoniam omne intelligens aliud perficitur ab intelligibili: omne, quod perficitur ab intelligibili, est receptiuum, & quodammodo in potentia respectu illius: ergo in prima figura, omne intelligens aliud est receptiuum & in potentia: & ideo concludit Auer. ibidem, quod nulla intelligentia est liberata a potentia receptiua præter primam: quoniam quælibet intelligit aliud, vt com. 5. etiam dixit. Deus ergo est intellectus non intelligens nisi id, & per consequens non nisi intellectus agens. (Et declaratio.) Quoniam Auerro. accepit ꝙ primus intellectus est causa intellectus nostri, ideo primo ostendit duos esse intellectus, secundo ibi, (Vnde aut). Ponit differentiam illorum, tertio ibi, (Et si sic.) Concludit propositionem, scilicet quod primus intellectus est causa nostri intellectus, inquit, & declaratio philosophorum est hæc, cum declaratum fuit ab eis demonstratiue, quod ipse Deus non intelligit nisi seipsum, tũc habent conclusionem. s. ꝙ ipse est intellectus necessario: tunc ostendit, quomodo intelligit. d. & quia est intellectus, inquantum intellectus, dependet ab ente aliquo, id est omnino comparatur ad ens ea comparatione, qua intelligens comparatur ad intelligibile: non tamen debet dependere sup. ex priuatione. i. debet intelligere rem in priuatione consistentem, scilicet entia generabilia. Et debes scire, quod hic est vnus modus loquendi arabum. dicunt enim agens dependere de actione, quando agens agit illam, vt patet in visu verborum Auer. 7. Metaphy, commen. 31. & alibi. sic in proposito intellectus dependet de ente id est, versari ipsum circa ens intell git. (Vnde quicunque.) Et quia ita est, concludit peccatum antiquorum, qui genus entium separabilium abscindunt: sicut epicurei, & tenentes sensum esse intelle ctum, & inquit. vnde quicunque fecerit demonstrationem, quod nullum aliud sit ens nisi ista entia, quæ a nobis intelliguntur, i. quod non est nisi genus entium sensibilium. Dicendum sup. est quod non sit ita, quoniam necessaria demonstratione declaratur, quod est aliquis intellectus. s. separatus a materia, qui dependet de ente, id est qui intelligit: ens enim, pro quoniam a priuato. i. ab ente variabili, impossibile est vt dependeat, sed omne ens aut est priuatio, aut ens absolutum: propter quod dicit, neque hic. i. in mundo aliud ens reperitur nisi scilicet absolutum, aut priuatio. ideo oportet, quod intellectus dependeat de aliquo istorum duorum entium scilicet aut priuato, aut absoluto: & cum non de priuatione, ergo de absoluto. (Vnde aut.) Nunc ostendit differentiam illorum duorum intellectuum, d. vnde, aut dependet de eo, id est ente modo dependentiæ nostræ scientæ in eis, quæ intelligimus, aut nobiliori modo. primum est falsum, vt patet. remanet ergo quod Dei scientiã dependeat de ente modo nobiliori nostræ scientiæ: dependentia enim nostræ scientiæ est, quando res æquatur ad intellectum. i. perficit ipsum in genere causæ formalis: vnde id est ergo, si Dei scientia est nobilior nostra, ergo dependet de ente modo nobiliori. (Et si sic.) Et tunc concludit peccatum antiquorum ad propositum, & inquit, & si sic. ergo ens duas habet entitates, quarum vna est nobilis, altera vero vilis: & tunc inquit, & nobilis est causa vilis. quare sup. Deus est causa omnium intelligibilium, & intellectus nostri: & potest syllogismus sic componi. omne nobilius per essentiam est purus intellectus, & causa vilium ente priuato, & participante: sed Deus est nobilis per essentiam, & hæc sunt priuata & participantia. ergo Deus est causa omnium: & tunc verificatur dictum antiquorum dicens, & hoc est illud, quod dicebant aliqui antiquorum: vt Parme. & Mellissus, videlicet quod Deus est omne. Inquit enim Lucretius poeta vetustissimus, omnis per se diuum natura necesse est, Immortali æuo summa cum pace fruatur. & Lucanus, Iuppiter est quodcũque vides, &c. & multi alij antiquorum, quos narraui superius. hoc ergo Auer. verificat, nunc volens eos intelligere Deum esse omne, prout est causa omnium continens in se perfectiones omnium, vt Plato declarat in lib. Parmenidis, de vno omnium rerum principio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem dubitatio est, vt dicatur quid prohibet secundum radices vestras quin sciat hæc particularia, licet mutaretur? & quare non creditis ꝙ hæc species mutationis non sit falsa ei? vt opinata est quædam secta ex Matazela, quòd scientiæ eius de innouationibus sunt innouatæ: & vt crediderunt Carmei ex recentioribus ꝙ sit subiectum innouationum. & non negat hoc eis vulgus hominum veritatis, nisi ex eo, ꝙ mutatum non euadit à mutatione. & quod non euadit à mutatione, & innouationibus est innouatum, & non est antiquum. vos vero, vestra opinio est ꝙ mundus est antiquus, & ꝙ non euadit à mutatione. & cum intelligitis antiquum mutabile, nihil prohibet vobis ab hac credulitate. Si autem dixerit abstinuimus nos ab hoc, quoniam scientia, quæ innouatur in se, aut fit ex se, aut ex alio. & falsum est vt fiat ex se. nam nos iam declaramus ꝙ antiquum nõ emanat ab eo innouatum: & nulla erit actio, cum non fuerit agens: causat enim mutationem. & iam adaptauimus hoc in disputatione de nouitate mundi. si vero hoc prouenerit ei ex alio, quomodo aliud faciet impressionem in eo, & eum mutabit? adeo ꝙ mutabũtur res eius modo subiectionis, & violentiæ ex alio. * Nos autem dicimus ꝙ vtraque partium non est falsa secundum radices vestras nam, cum dicitis quod sit falsum vt emanet innouatũ ab antiquo, iam nos destruximus hoc in illa disputatione: & pręcipue, cum apud vos non erit falsum vt emanet ab antiquo innouatum, quod erit principium innouationum, & conditionando falsitatem, ꝙ sit principium in his innouationibus, non habentibus causas innouatas in infinitum, sed deuenient mediante motu circulari ad aliquod antiquum, quod est anima orbis, & vita eius, & anima orbis antiqua: & motus circularis antiquus fit ex eo, & quęlibet pars motus innouatur, & finietur: & quicquid est post eum innouatur proculdubio: igitur innouationes proueniunt ab antiquo apud vos. Quare, cum considerentur res antiqui consyderatione emanationis innouationum ab eo continue, sicut consyderantur res motus, ex eo ꝙ emanat ab antiquo ęqualiter, declarabitur, ꝙ quęlibet secta eorum bene scit ꝙ possibilis sit emanatio, innouata ab antiquo, cum emanauerit proportionabiliter. & continue igitur erunt scientię innouatę huius speciei. Secunda vero pars, & est emanatio huius scientię in eo ex alio, dicimus in ea, quare est falsum hoc apud vos? & non sunt in eo, nisi tria: quorum Vnum est mutatio. & iam declarauimus quod bene est secundum radices vestras. Secundum autem, ꝙ mutatio sit causa mutationis alterius. quod non est falsum apud vos, & erit innouatio rei causa innouationis scientię. sicut vos dicitis quod representari hominem coloratum in frontispicio pupillę videntis sit causa impressionis similitudinis hominis in tunica pupillę, cum mediatione aeris cristallini.

Desunt reliqua in antiquo exemplari.

inter pupillam, & visum. &, cum sit possibile vt inanimatum sit causa impressionis figuræ in pupilla, & est res visionis, sic non erit falsum, vt sit innouatio innouationum causa ad prouueniendum scientiæ primi in eas. nam virtus visiua, sicut est disposita apprehensioni, & erit inuentio hominis colorati cum ablatione velaminis intermedii causa prouueniendi comprehensionis, sic etiam erit substantia primi principii apud vos apta ad recipiendum scientiam, & exitum à potentia ad actum, cum fuerit in esse hoc innouatum. &, licet fuerit in eo mutatio antiqui, antiquum quidem mutabile non est falsum apud vos. Si vero opinati fueritis ꝙ hoc est falsum in necessario in esse, vos profecto non habetis demonstrationem de necessario in esse ꝙ sit de necessitate, nisi de cessatione processus causarum, & causatorum, vt diximus antea. & iam declarauimus quòd cessatio processus sit possibilis in antiquo mutabili. Et tertium, quod hoc includit, & est ꝙ antiquum sit mutabile ex alio, & ꝙ hoc faciat seruitutẽ, & dominiũ alterius ei, dicitur eis de hoc, quare hoc est falsum apud vos, & est vt ipse sit causa innouationis innouationum mediantibus mediis, deinde erit innouatio innouationum causa innouationis sciẽtiæ eius de eis, & quasi ipse est causa prouentionis scientiæ in eo, attamen cum mediis? Et, cum dicitis quòd hoc assimilatur seruituti, dicimus ꝙ sic. & id quidem sic erit, quoniam est conueniens radicibus vestris, cum opinati fueritis quòd quicquid prouenit ab ipso Deo glo. prouenit consecutiue, & naturaliter, & non est ei posse ad nõ agendum. & hoc etiam assimilatur speciei seruitutis. & innuit ꝙ sit quasi coacte ad id, quod prouenit ab eo. Si vero dixerit hoc non esse coacte: quoniã perfectio eius est vt sit ordinator omnium rerum, dicimus ꝙ hoc non est seruitus: quoniam perfectio eius est vt sciat omnia. Et, si dixerimus quòd prouenit nobis sciẽtia copulata omni innouato, erit profecto hoc nobis perfectio, non autem diminutio, & seruitus. & sic erit de Deo glo. & ipse glo. bene scit. F

Quia Alga. fecit quoddam promissum, ideo nunc vult illud exequi: & primo inquit, nos promisimus dictam opinionem reprobare duobus modis, quorum primus ostensus est, secundus vero sit hic, quem dicã. (Dicemus eis.) Promissum absoluit, & inquit, dicemus eis, quare vobis cauetis quod ipse Deus sciat particularia? hæc est Alga. a philosophis expostulatio. Et statim apponit responsum, & inquit, ꝙ si dicatis ꝙ talis scientia infert permutationem, id est, ꝙ si causam reddant, eo quia omne sciens indiuidua est permutabile, Deus non est mutabilis: ergo in secunda figura, Deus non scit indiuidua. obiicit statim, & inquit, si sup. sic dicatis. & nos sup. respondemus, ꝙ opinati eramus ꝙ hæc species permutationis non aufertur ab eo demonstratiue. & dixit (ꝙ hęc species permutationis, &c.) Quoniam hæc alteratio est perfectiua: &, licet in rei veritate Deo non conueniat, tamen demonstratiue non potest probari Deum illa carere, vt visum est loco suo: & hoc exponit, [illegible] dicebant antiquus aliqui, ꝙ scientia innouatarum rerum est noua, non fuit [illegible] huiusmodi permutatio in Deo quid reprobatum: apponit tamen quæ permutatio Deo incompetens est. d. nisi quia id, quod permutabile est, [illegible] mutationes: & illud, quod sic se habet, est nouum non antiquum. Vult ergo dicere, quod talis permutatio est ei incompetens, quæ ponit ipsum [illegible]

tiari: quoniam illud, quod sic se habet, est nouum, cuiusmodi non est Deus: appo nit mo lo solu. & inquit, sed apud nos sap. philosophos, qui opinati sumus, quod mundus est ab æterno, & quod semper est permutabilis secundum partes, non deberet esse inconueniens illud, quod dictum est, &c. Debes scire, quod si dicatur mundum esse nouum, non potest dici Deum variari de comprehensione in comprehensionem, vt Alga. inquit, quoniam huiusmodi mutatio reddit Deũ innouari. Sed, si apponatur mundus æternus, variabilis tamen secundum partes continue, tunc omnino potest fingi Deum variari alteratione de vna scientia in alteram. quoniam semper, sicut mundus remanet idem numero, sic & Deus. Ecce, quomodo Alga. obijcit philosophis. sed, quomodo sit istud in sol. Auer. apparebit.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius contradictionis primæ Philosophię, quæ est cõtradictio secundũ sermones eorum, nõ secundũ rem ipsam, est vt dicatur eis, ex radicibus quidem vestris est quòd subiectum antiquum, in quo veniunt innouationes, & est orbis. quare ergo negatis quin sit antiquum primum subiectũ innouationum? Assaratæ secta hoc negauit: quoniam omne id, in quo sunt innouationes apud eos est innouatum. Attamen hæc est contradictio topica. nam innouationum aliquæ sunt, quæ non sunt in antiquo, & sunt innouationes, quæ mutant substantiam subiecti, in quo fiunt: & aliquę sunt, quæ sunt in eo, & sunt innouationes, quæ non mutant substãtiã subiecti, sicut motus localis in corpore mobili, & sicut cristallinitas, & illuminatio. & antiqui quoque aliquod est, in quo non est motus omnino, neque mutationes penitus: & est id, quod non est corpus. & aliquod est, in quo est aliquis motus, & est antiquũ, quod est corpus, sicut corpora cœlestia. &, cũ hęc distinctio ponatur à Philosophis, igitur hæc contradictio est contradictio inanis, quoniam loquimur de antiquo, quod non est corpus. Et, quoniam adduxit hanc contradictionem Philosophis, adduxit etiam responsionem Philosophorum. Et summa eius est, quoniam ipsi negauerunt quod sit ei scientia innouata. nam scientia innouata ei aut erit ex seipso, aut ex alio. si ex seipso, igitur fit ab antiquo innouatum: & ex radicibus nostris est vt non emanet ab antiquo innouatum. Ipse vero contradicit eis, dicens quòd non emanat ab antiquo innouatum, cum ponunt orbem antiquum, &, cum ponunt innouationes emanare ab eo. Et responsio eorum huic est, quòd in innouatum impossibile est apud eos vt emanet ab antiquo absoluto, tamen possibile est ab antiquo essentialiter, & in innouato quo ad motum suum, & est corpus cœleste. quare erit apud eos quasi medium in rei veritate inter antiquum absolutum, & innouatum absolutum: nam aliquo modo est antiquum, & aliquo modo est innouatum. Et hoc quidem medium est motus circularis cœlestis apud eos, qui est antiquus quo ad speciem, innouatus vero quo ad partes: & in eo quod est antiquus prouenit ab antiquo, & ex parte partium innouatarum emanant ab eo inno- Mediũ inter antiquũ absolutũ & innouatum quid sit.

uationes infinitę. Philoſophi autem negauerunt eſſe innouationes in Primo: quoniam non eſt corpus: & innouationes non inueniuntur niſi in corpore. nam receptio non reperitur apud eos, niſi in corpore: remotum vero à materia nihil recipit. Summa autem eius contradictionis ſecundę parti argumenti eorum, & eſt ꝙ prima cauſa non eſt cauſata, eſt quoniam poſsibile eſt vt ſit ſcientia eius, ſimilis ſcientię humanę, ſcilicet ꝙ ſcita ſint cauſa ſcientię eius, & innouatio eorum cauſa innouationis ſcientię ab eis: ſicut viſibilia ſunt cauſa apprehenſionis viſus, & intellecta cauſa comprehenſionis intellectus: adeo ꝙ erit ſecundum hoc, cum fecerit entia, & creauerit ea, cauſa comprehenſionis eorum, non quod cauſa creationis eorum ſit ſcientia eius. & hoc profecto eſt falſum apud Philoſophos, ſcilicet vt ſit ſcientia eius, ſicut ſcientia noſtra. nam ſcientia noſtra eſt cauſata ab entibus: ſcientia vero eius eſt cauſa eorum. & impoſsibile eſt vt ſit ſcientia antiqua, prout eſt ſcientia innouata. & qui credit hoc ponit profecto Deum glo. hominem ęternum: hominem vero Deum generabilem & corruptibilem. demum iam declaratum eſt ſuperius ꝙ diſpoſitio in ſcientia Primi eſt oppoſita diſpoſitioni ſcientię humanę, ſ. ꝙ ſcientia eius eſt agens entium, non autem ꝙ entia agant ſcientiam eius.

Nunc Auer. exponit verba Alg. pulchre, & inquit, dicimus nos quod horum verborum ſententia eſt, ꝙ ipſe altercauit cum philoſophis iuxta ipſorum dicta, id eſt, quantum ad ea, quæ concedunt, non iuxta ꝙ res ſic ſe habeant in ſe, id eſt, non diſputatione abſoluta. & ait ſic, vos ponitis vnum antiquum, in quo nouitates perueniunt, id eſt, quod adhuc ſubeſt nouis motibus, ſcilicet orbe, id eſt, corpus cœleſte motum æterno motu. Cur, ergo negatis ꝙ primum antiquum, ſcilicet Deus nequeat nouitates pati: nam aliqui loquentium hoc negarent, quia quodcunque ſic ſe habet, eſt neceſſario nouum, & Deus nullo modo eſt nouus: ſed ſup. vos Peripathetici hoc non negare poteſtis: quoniam dicitis, ꝙ mundus eſt æternus, & æternum poteſt variari. Debes ſcire, ꝙ ex principijs diuerſis diuerſæ ſequuntur concluſiones. Theologi enim ponunt, quod nullum æternũ recipere poteſt nouitatem, quoniam æternum. & ideo ponunt omne factum eſſe factum in tempore, & ſic ponunt ſolum Deum æternum: Peripathetici vero ponunt Deũ æternum, & mundum æternum, & aliquod æternum variationem F ſuſcipere: ideo diuus Alga. petit hoc in loco. O vos Peripathetici, ſicut conceditis Cœlum æternum poſſe variari ſecundũ locũ, cur, non conceditis Deũ poſſe variari alteratione de vna ſcientia in altera, quoniam omnia æterna ſunt vnius rationis, & quęcunq; ſunt vnius rationis ſic ſe habẽt, ꝙ quicquid non repugnat vni, non repugnat alteri, vt Auer. inquit in 2. Cœli. com. 49. ergo, ſi vnum ęternum poteſt moueri, & alterum: &, ſic non maior ratio videtur de ipſo orbe, quã de Deo. (Et nos dicimus.) Auerro. videtur abſoluere. q. Algaze. & inquit, & nos dicimus ꝙ hæc altercatio, ſcilicet Algaze. cum Peripatheticis eſt dialecticalis, id eſt, ex probabilibus argumentis conducta. & reddit cauſam. d. quædam enim ſunt nouitates, quæ in antiquum ſubiectum nõ adueniunt, vt quę permutant ſibi ſubſtantiam, id eſt, vt altercationes corruptiuæ ſunt, & nouitates, alio modo, ꝙ non mutant ſubſtantiam ſubiecti, vt motus, & locus mobilis corporis, & ſplendor lucentium corporum: etiam ſunt aliqua entium antiquorum, id eſt, de numero æternorum, quæ motum aliquem, id eſt, nullam ſpeciem motus patiuntur, neque aliqualiter, id eſt, aliqua ſpecie nouitatis innouantur, vt ſunt intelligentiæ. Prælibatis igitur his, patet aperte ꝙ Alga. altercatio nihil fuit, quia philoſophorum intentio eſt de antiquo, id eſt, ęterno incorporeo, id eſt, ꝙ quia Deus eſt ſubſtantia ſeparata, ideo nullo modo patitur. Sed ambiget,

Poſitio theologorum.

Poſitio peripatheticorũ.

Dubitatio.

quoniam Auer. non absoluit. q. quare enim Deus nō potest mutari spiritualiter, sicut corpus ęternum corporaliter de loco ad locum: hoc inquam Auer. non absoluit. Ideo solutionem non dedit, quoniam superius eam aperte dedit: declaratum est enim superius, quoniam substantia pura non potest recipere nouum, nisi sit substantia in materia. Adhuc dictum est: omne nouum extrahi de potentia ad actum ab aliquo agente priori: modo nullum est agēs Deo prius, quare Deus non potest nouam alterationem recipere. Adhuc, visum est omne recipiens esse in potentia, & ꝙ Deus non sit in potentia sat exposuit: ergo, propter hæc Auer. tantum solu. narrauit non apponens causam eius, vt constat. (Post vero.) Inducit & aliud motiuum, & primo inquit: post vero prædictam altercationem redarguit eos alio modo. d. &, si forte cauerent sibi philosophi concedere, ꝙ Deus habeat nouam scientiam, quoniam illa scientia nō euaderet, quin a seipso Deo, aut ab alio sup. causata. si a seipso, ergo nouum procedit ab antiquo, id est, illa alteratio erit a Deo, qui est ęternus, quod nos negamus. & sup. si ab altero. ergo dabitur agens prius Deo. Responsionem Alg. inducit, & inquit, dixit Algazel: nos vero dicimus quod secundum vos noua procedunt ab antiquo, vt dictum est de corpore cœlesti, quod est antiquum apud ipsos, & tamen ab eo procedunt omnes effectus noui huius mundi. (Nos vero.) Auer. absoluit argumētum Alg. & inquit, nos vero dicimus, ꝙ philosophi facile possunt euadere a redargutione Alga. hoc modo, videlicet ꝙ nouum non potest ab antiquo absolute. i. simpliciter æterno procedere ab antiquo in substantia, quod est nouum in suis motibus, vt corpus cœleste. Ideo conducit theorema, & inquit, quapropter corpus cœleste r. putatur apud philosophos tanquam medium inter antiquum absolute, id est simpliciter inuariabile, & nouum absolute: quia, quodammodo est antiquum. s. in substantia, quodammodo vero nouum. s. in motu: & istud antiquum est sine dubio motus supercœlestis, qui apud eos est antiquus in specie, nouus in partibus: & ideo, inquantum est antiquus, procedit ab antiquo, vt sic non agit nouum: & ratione suarum partium procedunt ab eodem infinitæ nouitates. (Quare notandum.) Vltimo resumit vim solu. & inquit, quare notandum, quod philosophi sibi cauent attribuere primę causæ nouitates, id est, habent causam, cur prima causa simpliciter non potest transmutari. Et syllogismus potest sic componi omne recipiens nouam mutationem cuiuscunq; speciei mutationis, est corpus, vel virtus in corpore: quoniam, vt inquit, receptio non reperitur nisi in corpore. sed primus motor nec est corpus, nec virtus in corpore. ergo primus motor non potest recipere nouam mutationem cuiuscunque speciei mutationis. Is accepit minorem, & inquit, quia, non est corpus, sup. neq; virtus in corpore hęc est minor: & subdit maiorem. d. & nouitates non veniunt nisi in corporibus, hęc est maioris vis, & subdit causam. d. receptio enim non reperitur nisi in corpore. quare id, quod nudum est ab omni materia, non recipit. Sed ambiges satis rationabiliter: quoniam, sicut corpus in eo, ꝙ corpus æternum, caret potentia ad esse apud Auer. & in eo, ꝙ corpus est potentia ad vbi, ita dicam de alijs intelligentijs præter primam, saltem scilicet ꝙ carent potentia corporali, & ad esse, non tamen carent potentia intellectiua ad receptionem spiritualem: licet enim prima non posit recipere, quia caret potentia corporali, & spirituali, cum simpliciter sit liberata a potentia, cum sit prima simpliciter, & causa omnium entium: attamen aliæ pręter ipsam sunt in potentia receptiua, vt Auer. inquit in 3. de Anima. com. 14. & 5. ergo non potest euadere, quin sint transmutabiles saltem transmutatione spirituali: ergo, adhuc quæstio est insoluta de alijs intelligentijs. hoc argumento tenent theologi nostri intelligentijs non repugnare nouam receptionem habere: vnde potest argui secundum hos sic, ista noua receptio ꝓpter quid repugnat intelligentijs, vel quia quęlibet illarum est actus purus, sicut prima: & hoc, non, quoniam quęlibet est dependens, & in materia intellectiua consistens, vt in tertia disputatione visum est, in solu. 18. vel quia quælibet illarum liberata a materia corporali, & hoc minime: quoniam materia corporalis est causa receptionis particularis, & corporalis. ergo, non debent esse liberatę nisi a receptione corporali, & particulari: quod materia corporalis sit causa

Dubita.

Pō theologorum.

receptionis indiuisibilis. Auer. inquit in. 3. com. 14. & .5. & .28. causa receptionis vniuersaliter, & simpliciter est intellectus in potentia. Adhuc debes scire secundum fundamenta huius philosophi, quod noua receptio, et indiuisibilis receptio idem sunt: quoniam omne, quod noua recipitur receptione, est hoc & indiuiduum, vt. 3. de Anima visum est: receptio autem simpliciter est duobus modis: vel simpliciter omnino secundum se, & quodlibet eis, vel secundum se, attamen noua secundum habitudinem ad aliud. dico ergo ꝙ in intelligentia non potest esse noua receptio: q̄m causa receptionis particularis est materia, vel potentia in materia, eo quia materia cōtrahit ad hoc, & indiuiduum: & ideo bene inquit Auer. quod nulla illarum recipit nouum, quia caret potentia in materia: iterum nulla illarum recipit simpliciter, nouitate tamen secundum habitudinem: quoniam nulla illarum applicatur alicui corpori nouiter disposito, sicut intellectus hominis secundum ipsum. relinquitur ergo, quod quęlibet illarum recipit simpliciter & genere in se, & habitudine, & hoc concedit Auerro. quoniam vult in eis esse recipiens & receptum, vt patet commen. 14. verum illud receptum non est nouum: quoniam, tunc esset indiuiduum. ergo recipiens esset materia, vel virtus in materia: neque nouum secundum habitudinem, quemadmodum est intelligere nostræ animæ: quod est absolute æternum, nouum secundum nouam habitudinem ad corpora, quibus intellectus nouiter continuatur. ergo receptum ibi est æter-

Nota. num simpliciter, & omni modo. & hoc concedit. Ex his patet solu. quoniam quælibet intelligentia caret potentia ad motum corporalem & nouum spiritualem, vt visum est.

Quęstio. 1. CIRCA FINEM huius disputationis quæstionem, quęrunt aliqui in Metaphysica, nunquid intellectus diuinus intelligat singularia, quæ temporali differentia diuiduntur, quod non, plures sic argumentari solent: si certus est Deus animam illud acturam, anima necessario id efficiet. ergo libertas inde tollitur arbitrij, & sic nihil reperies in rebus contingentiæ. Pro altera parte videtur esse Aristo. in libro de bona fortuna. inquit enim Deo autem per se hoc, & bene videt, & futurum, & præsens, & quorum ratio perijt .i. præterita. Inquit, & etiā ibi, Deum bona bonis distribuere, & mala malis: hoc autem fieri non potest, si Deus indiuidua non comprehendat. In isto quęsito, videtur opinio Auerro. & Aris. quod Deus scilicet indiuidua non intelligat, & opinio theologorum & veritas quod Deus intelligat singularia, & indiuidua: conuenimus enim cum philosophis, quod quemadmodum in demonstratione tria sunt .s. cognoscens, conclusio cognita, & medium. sic in cōprehēsione diuina tria sunt, scilicet, cognoscēs .s. intellectus diuinus, cognitum .s. res, & medium .s. essentia. quoniam, quemadmo-

Positio philosophorū. dum intellectus noster mediante medio cognoscit conclusionem, sic & diuinus per essentiam cognoscit se, & res. Philosophi itaq;, quia essentiam ponunt rerum causam esse secundum gradum entis, ideo solum entia cognoscere dicunt Deum, cognoscendo ens: opinati enim sunt non plus se extendere virtutem Dei intellectiuam, quam eius virtutem causatiuam, vt manifestū est apud eos: adhuc opinati sunt causam proximam secundum gradum proximum concurrere, & remotam secundum remotum: oporteret enim apud eos effectus secundum rationes vniuersales in causam vniuersalem reduci: &, quia esse est effectus vniuersalissimus, ideo dicunt esse effectum proprium ipsius Dei, & ad omnia Deum cōcurrere aiunt secundum gradum entis. Ex his opinati sunt, Deum omnia cognoscere cognoscendo esse: & quia esse est in Deo per essentiam, & in alijs partici-

Pō theologorum. patiue, ideo Deus cognoscit se tantum, & nullo modo res extra se apud eos. Theologi autem, veri sapientes, cum sciant Deum non tantum concurrere secundum gradum entis, immo secundum gradum huius entis, ideo firmiter ponunt omnia contineri in Deo secundum rationes particulares & proprias: quare essentia non tm̄ est mediū cognoscendi res sub ratione entis, immo sub proprijs rationibus: ponunt itaq; sapientes nostræ legis in cōprehensione Dei obiectū duplex, .s. primū, et illud est esse siue eius essentia tm̄: & secundariū, & illud est imaginationes, seu rationes ideales propriæ & particulares, quas Plato in Parmenide species, & ideas appellat: q̄m, tm̄ potentia intellectiua se extendit, quantum.

[illegible]:&, quia theologi inuenerunt ex testimonio prophetiæ, non tm̃ Deum concurrere secundum gradum entis ad rerũ productionẽ, immo secundũ gradus [illegible], ideo penes primum modũ concursus Dei obiectũ primum ponunt esse, & penes secundum modum concursus ponunt rationes ideales: & inde patet dif[illegible] philosophorum, & theologorũ, ex diuersis principijs accepta: cũ philo[sophi] enim Deũ concurrere dicant tantum secundum gradum entis, ideo vnum [obie]ctum, quod est esse ponunt. Theologi vero, cum secundum gradum entis, [&] [illegible] entis, ideo duo ponunt obiecta respondentia duobus modis producendi. [Qu]æreres, nunquid apud philosophos concedendum est Deum cognoscere [o]mnia[?] [ali]quo modo? Dicendum, quod sicut esse simpliciter acceptum est omne [secun]dum eminentiã, & non modaliter, & proprie, sic apud philosophos, Deus [co]gnoscendo esse, cognoscit & omne, licet non proprijs rationibus. Theologi [ve]ro Deum dicunt cognoscere omnia cognoscendo se & proprijs rationibus: [philo]sophi itaq; resecant obiectũ secundarium, & theologi addunt: & sic omnia [com]prehendi vno obiecto sapientes ponunt, Theologi vno obiecto, & pro[prijs] rationibus. hęc igitur est nostra lex: & philosophorum opinio patet. Sed, [qu]oniam iniustum est condemnare quempiam absentem, sicut Ari. inquit. in. 2. de [Cœlo] & mundo, ideo visum est mihi inducere loca, quibus peripathetici moti [fuerunt], & etiam, ne videamur nos tenere aliquod rationibus repugnan[s], eos esse so[phis]ticos ostendam. Post rationes theologorum opponam, vt ostendam nostram [legem] non minoris esse probabilitatis, quam sit opinio sapientum: & in fine eas [absol]uam, vt non appareat infidelibus nos sustinere legem propter rationes [debi]les. Prima itaq; ratio philosophorum, vt ex Auer. excipitur verbis, quæ [[illegible]] com. 51. 12. Meta. sic componitur. si Deus res extra essentiam suam ra[tioni]bus proprijs intelligit: vel in vniuersali, vel in particulari. non in particula[ri, qu]oniam particularia sunt infinita, & infinitum, secundum quod infinitum, [ignot]um est, vt in physico traditur auditu, & ideo sunt ab arte remouenda, quan[to magis] ab arte diuinę sapientię. Nec in vniuersali: quoniam, vt Auer. inquit [[illegible]], & commen. 14. & in. 3. Meta. comm. 13. Scire aliquid in vniuersali est [scire i]n potentia, sed scire Dei est summus actus, ergo nec in vniuersali: propter [quod], vt Auer. inquit, scientia Dei, nec est vniuersalis, nec particularis, vt dictũ [est s]upe[r]ius in hoc libro. Adhuc, omne intelligens aliud a sua essentia est intelle[ctus in] potentia: sed Deus non est intellectus in potentia. ergo Deus non intel[ligit a]liud ab eius essentia. maior patet, quoniam, vt dictũ est in disputatione ter[tia] [s]olu[tione] dubij. 18. omne intelligẽs aliud causatur ab intelligibili, & omne cau[satu]m ab intelligibili est intelligens in potentia: ergo patet maior. minor est ma[ni]festa per se. Et hæc ratio excipitur ex verbis eius in. 3. de Anima commen. 5. [[illegible]] &, quia est rude polita, nullius apparet valoris: ideo debes scire, quod ef[fec]tus contentus in causa nulla penitus distinctione distinguitur a causa nec re, [nec m]odo: sed causa contenta in effectu bene distinguitur ab effectu continente [secun]dum hunc philosophum: quoniam effectus semper deficit a sua causa. &, [effe]ctus, cum a causa producitur, quandam acquirit priuationem, s. saltem ex[ce]llentiæ causę: & sic, quando priuationem habet, quãdam intrat multitudinem: [qu]oniam vbi est priuatio, ibi oportet et omnino esse actum, quia priuatio sola nõ [[illegible]] oportet ingredi multitudinem. econtra in causa: effectus enim in causa [[illegible]] aliqui[d] causæ, & ideo ibi intrat identitatem: &, ideo dicunt sapien[tes] [[illegible]] res [[illegible]] in inferioribus, colliguntur in superiori: nihil enim est in [causa, qu]od [dif]ferat ab effectu contento: nec effectus contentus aliquid habet, [quo differa]t a causa: ergo, in causa nihil est, vnde sumatur distinctio realis [nec i]n modo, nisi sit, sicut tragelaphus: ex his verificatur maior. s. omne intelligẽs [ali]ud est in potentia: patet, qm̃ omne intelligens aliud causatum est, vt nunc vi[dist]i[s]. Rursus, vt ex verbis cõmenti de somno excipitur, põt argui, et [om]ne comprehendens singularia singulariter, & signate est corpus, vel vir[tus in corpo]re: sed prima causa neq; est corpus, neq; virtus in corpore. ergo, nõ [compr]ehendit singularia singulariter, & signate. Maior apparet: quoniam com[pre]hendens, & comprehensum sunt vnum in modo se habendi, vt in lib. de ani-

Dubitatio.
Solutio.

Prima ratio philosophorum probãs Deũ nõ scire particularia.

Secunda.

Tertia.

rius. Plato Atheniensis, Aristo. Stagyrita affirmant. Anaxagoras quidem, q̄m omne mouēs, omnia imperat omnibus, vniuersaliter substantia est separata. Cū, igitur sit aliqua substātia omnia mouēs, omnibus corporibus imperans vr̄, esse a quo incorporeā substantiā cōcedit. Plato vero ęstimauit, ante esse participās, esse necessariū ponere esse per se, & participatū. corpora aūt sunt entia participāta. ergo esse participatū erit incorporeū, separatáq; substātiā contin&s. Arist. deniq; ex eo, q̄ omne mouēs motu perpetuo, oportet vt sit ens separatū a materia. Cū igitur probatum sit aliquod esse mouēs motu æterno. ergo erit declaratū esse aliquod separatū a substantia materiali, & materia. hi igitur sunt viri nostrę opinionis, & huiusmodi breuiter fundamēta. Cū verificatū est secundū Arist. plures esse substātias separatas, Superest nūc stabilire numerum earū. inquit igitur Arist. 12. Meta. quare & substātias, & principia immobilia, & insensibilia irrationabile est æstimare, necessariū tū dimittatur fortioribus dicere. in quibus verbis Arist. vt videtur innuere cō. 48. illius partis syllogizat in tertia figura in hunc modū, omne motus sunt. 55. aut 67. motus sunt tot numero, quot substantiæ separatæ mouētes. ergo substantię separatæ mouentes sunt. 55. aut 67. in tertia figura propositio. d. motus sunt. 55. aut 67. ab Aristo. declarata est auctoritate Eudoxi & Calippi. & Auer. in commēto ostēdit illud exēplo, & addit differentiam inter antiquos astronomos, & modernos sui tpis. minor. s. d. motus sunt tot numero quot substantiæ: principia immobilia, & insensibilia non probata est, sed posita tanquā rationabiliter, id est, cōfessa, & famosa ab Arist. Etsi multæ inducantur rationes probātes numerū substantiarū separatū, mihi non vr̄ alia via [illegible] hac, quā Arist. induxit, hāc ęstimat firmiorem, & Auer. in com. & Alb.

Tot sunt motus quot substātiæ separatæ.

VT IGITVR videtur firmitas huius vię instamus ei. primo, ꝓpter qd motuum numero decet stabilire numerum intelligētiarum, cur nō numero luminum. cum propria sunt orbi: motus, & lumē, & horū quodlibet sensui nostro manifestum est. ergo, cur non possunt firma, ratione cōfirmari numero luminū, quēadmodum numero intelligentiarum. confirmat Arist. adhuc, vna forma. V. g. ignis, potest duobus instrumētis plures operationes causare, vt siccitate exiccat, calidite calefacit, cur & vna potētia vniuersalis, videlicet Deus, non pōt diuersis temporibus causare diuersos motus? ergo hmōi via necessitat̄ non habet. Amplius vna est anima in homine, quæ est principiū vegetādi, sentiendi, intelligēdi & mouēdi de loco in locum, & appetendi: quę ideo hoc, q̄a cōtinet virtutes omnium animatum inferiorum, sicut dicit Arist. cur modo vnus motor tm̄ sit, qui contineat vires omnium motorum, potens agere diuersa, prout diuersas habet [illegible] partes. Rursum, arguit Auer. in primo cœli cō. 5. argumēto fortissimo. vel intelligentia motrix existit in moto per se & simpliciter, sic q̄ cōstituatur per ipsum, sicut forma ignis per materiā, vel inest ei a ꝓprietate non intrinsece & secundum se, sed secundum rē, & existere habet esse diuersum a cœlo. Si primum, tunc cœlum cōponitur ex materia & forma, quapropter esset generabile & corruptibile. Si secundū, quomodo igitur continget ex diuersitate motuum, diuersificetur natura moti. nō diuersatur. n. natura moti nisi propter diuersitatē formæ. & hoc non inuenitur nisi in forma existēte per materiā. vide ipsum. Ergo virtus q̄onis ex diuersitate motuum concludit Arist. primo cœ. diuersitatem naturę essentię. nō pōt hoc fieri nisi isto ordine, ex motu cōcludendo naturam motoris diuersam a natura alterius motoris alterius motus, ex motore non concludi natura moti diuersa, nisi motor det ei speciē & differētiā essentialem. species & differentia essentialis sumuntur a forma cōstituta in esse per materiam. ergo si via Arist. valeret. motores cœlorum essent formæ cōstitutæ per materiam & vniuersales: & hęc quęstio, vt Auer. inquit, est multum difficilis, & laboriosa. Ad intellectū igitur demonstrationis Arist. debes scire, ipsam sustentari duabus propositionibus principalibus, & in tertia, qua remouetur quod in ea. motus sunt. 55. vel 67. huiusmodi ꝓpositio debet supponi hic, & accipi ab astrologo, qui per propria instrumenta cognouit proprios motus. motus. n. corporis cœlestis esse plures accipit astronomus a naturali. probat. n. Arist. motus cœlestes esse plures propter generationem & corruptionem entium hic. id

Quæstio 5.

enim, vt inquit in 2. cœ. fit hic generatio & corruptio, necesse est cœlũ pluribus motibus moueri, & Auer. ostendit istud ibidẽ com. 17. & 18. sed ꝙ motus cœlestes sint. 55. vel 67. non habet probare, cũ id non possit certificari nisi per instrumẽta, vt Auer. inquit. & manifestum est astronomis. & ad talia non debet naturalis philosophus descendere. Secunda propositio, motus sunt tot numero, quot animæ cœlorum, & ecõtra. hanc possem ꝓbare hoc modo. omnes operationes ꝓpriẽ essentiales, quarũ vna alteri nõ subordinatur, totaliter diuersæ, specificæ, & vltimatæ sunt tot numero, quot agentia ꝓxima, & immediata, & per se. hãc accipit Auer. hic. & 5. Physi. & est velut suppositio in naturali scientia. hac. n. destructa, vt Auer. inquit, nulla esset via probãdi formas multiplicari, & ꝙ corpora terminata habeant formas terminatas: & vnũquodq; est in actu per propriã formã, vt patet per se. sed motus cœlestes sunt operationes animarum cœlorũ proprie essentiales, quarũ vna alteri non subordinatur, totaliter diuersæ, specificæ, & vltimatæ. ergo motus cœlestes sunt tot numero, quot formæ, quot sunt motus. ex his sequitur in prædicta figura, ꝙ motores cœlestes sunt 55. vel 67. sed ad probandum quod tm̃ tot, & non plures, oportet probare quod nõ sint motores separati plures, nisi mouẽtes corpora cœlestia. & huiusmodi tertia propositio non debet probari hic, sed supponi a Peripatheticis, & ego alibi probaui illã. modo autẽ sit dictum intantum. hæc igitur est demonstratio Arist. & valde firma. possunt esse multæ aliẽ, sed non curo. nulla. n. est hac firmior. Ad opposita. Ad primũ dicendũ, quod in luminibus est ordo, qm̃ lux primo & quã maxime in sole reperitur, propter quod dicitur sol quasi solus lucens, vt Alber. inquit: quia, igitur in luminibus est ordo, ideo posset demonstratio debilitari. Ad secundũ dicendũ illas operationes esse partiales, vnã totalem constituentes, totã operationem ignis, ideo addidi illã particulã. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ illẽ operationes sunt quemadmodũ & formæ. sunt. n. ordinatæ, qm̃ operatio hominis est sola specifica, omnes aliẽ sunt genericæ. ergo addidi qd sint specificẽ, & vltimatẽ. Ad quartũ Auer. dat duas solu. ego aũt accipio secũdam. vbi debes scire, ꝙ in generabilibus finis, & forma, & efficiens sunt tres causẽ diuersẽ tribus causabilibus causantes idem causatũ, vt patet in lib. Physic. sed quia ea, quẽ sunt in inferioribus dispersa, colliguntur in natura superiori, ideo estimandum est ꝙ vnamet intelligentia causat orbem in triplici genere causẽ, s. agentis, finalis, & formalis, non vt finis, & forma sint diuersa ab agentis natura. intelligentia. n. est ita agens cœlum, ꝙ nõ minus est eius forma & eius finis. sed in his, quẽ sunt hic forma esse est rei, cuius est forma, eo quia illa forma non est agens illã rem. Hoc accepto pro constanti dicendũ, ꝙ diuersitas motus arguit diuersitatem motorũ, vt visum est. & diuersitas motorũ diuersitatem mobilium, qm̃ motor in illis est agens, forma, & finis. & ideo specificat illa. Et qñ arguitur, vel est forma constituta in esse per subiectũ, vel forma separata. dico, qd est forma separata separatione opposita illi constitutioni. & qñ dicis, ergo non specificat cœlum, respondeo ꝙ specificare est dupliciter. vno modo vt ab eo sumitur differentia specifica formaliter, & hoc nõ. alio modo, vt sit agẽs, & forma, et finis naturẽ, a qua sumitur differẽtia specifica: & hoc sufficit ad cõcludendũ illum modũ diuersitatis, vt patet. & cõsidera in hac sol, qm̃ Auer. multũ obscure loquitur, & magnificauit locũ qõnis multũ. Quod igitur sit genus substantiarũ separatarũ adhuc numero. 55. vel 67. tm̃, & non plures, manifestum ex his est. Adhuc oppositum thomẽ dicerẽ, ꝙ si esset verũ, probarẽ plures esse Deos. ꝙ si dicat, qd plures esse Deos est impossibile: & philosophi dicerẽt intelligẽtias esse plures, quam dicẽ sint est impossibile. Vtrũ vero aĩa intellectiua sit vna intelligẽtia, vel non. & si sic, cuius orbis erit. & si non, vtrũ sit spiritualis substãtia, vel nõ, ad presens non determino secundũ philosophos: licet fide certum habeo ipsam esse in corpore, & multiplicari secundum numerũ corporum: forte pp rationẽ, qua Arist. multiplicauit intelligentias: sed immorari nõ est ad propositum: sat mihi sit difficultates mouisse, locũq; monstrasse. obiecta in principio quẽstionis leuiter soluentur. motus enim cœli non sunt penitus consimiles motibus animalium, sed æquiuoca analogia, ideo per dicta patet.

Solutio.

DISPVTATIO. XV.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DIXERVNT DE INTENTIONE MOTIVA COELI.

ALGAZEL.

AIT Alga. Dixerunt aũt ꝙ cœli sunt animati, seruientes quidem Deo glo. cũ motibus suis, & appropinquantur ei. nã omnis motus volũtarius est ad aliquã intentionẽ, cum non potest consyderari vt emanet actio, & motus ab animato, nisi cum actio sit dignior ei ociositate. &, si essent actio, & ociositas æquales, nõ imaginatur actio. Vlterius dixerũt appropinquari Deo glo. non est quærere desyderatum ab eo, & abstineri ab ira eius. nã Deus glo. abest ab ira, & desiderio. &, si attribuuntur ei ambę istæ dictiones, est abusiue, & denominatur eis ex voluntate condemnandi, & voluntate præmiandi. & impossibile est vt sit appropinquatio Deo glo. cũ quæretur approximatio ad eum in loco. quod est falsum. Et non est via quærendi approximationem cum attributis. nam ens perfectius, eius esse est perfectius: & omne esse respectu esse eius est diminutũ. Et diminutio quidem habet gradus, & differentiam. Angelus enim est magis proximus Deo glo. attributo, non autem loco: & est id, quod intelligimus per angelos propinquos, scilicet substantias intellectiuas, quæ nõ differunt, nec mutantur, nec finiuntur, & sciunt res, prout sunt. homo vero, quanto magis vult appropinquari angelo attributis, tanto magis additur appropinquatio apud Deum glo. & finis naturæ humanæ, est vt assimiletur angelis. Et, cũ probatum sit quòd hęc est appropinquatio Deo, & quòd est ad perquisitionem appropinquationis ei attributis, hoc erit homini cum sciuerit veritatem rerum, & cum remanserit ęternus in perfectiori esse suo sibi possibili. & remansio in perfectione vltima est Deo glorioso, & Angelis proximus in totum, quod possibile est ei ex perfectione, & tunc reperitur cum eis, vt entia, in quibus nihil est potentia, adeo quòd exeat ad actum. igitur perfectio eorum est in vltimitate respectu eius, qui est pręter Deum, & Angelos cœlestes: & est pręfatio animarum mouentium cœlum, in quibus est aliquid in potentia: & perfectiones eorum distinguuntur ad id, quod est in actu, sicut est figura rotunda, & dispositio. & hoc reperitur & ad id, quod est in potentia, & est dispositio in loco, & in vbi, & non est locus demonstratus, qui non sit ei possibilis. Atta-

men non habet alios ſitus in actu. nam aggregare ambo eſt impoſsibile. & quoniam impoſsibile eſt eis complere vnitates ſituum, continue conantur perficere eas ſpecie, & non deficiunt quærere ſitum poſt ſitum, & vbi poſt vbi. & non ceſſat omnino hæc poſsibilitas, & non ceſſant iſti motus. intentio autem eorum eſt aſsimilari primo principio acquiſitione perfectionis vltimæ ſecũdum poſsibilitatẽ eis, & eſt ſeruitus Angelorum cœleſtium Deo glo. Et acquirunt aſsimilationẽ duobus modis. quorum Vnus eſt perficere omnem ſitum poſsibilem eis ſpecie: & hoc eſt intentum prima intentione. Secundus vero id, quod componitur in motu ſuo ex diuerſitate proportionis in trinitate, & quadratura, & coniunctione, & oppoſitione, & diuerſitate aſcenſionis & deſcenſionis reſpectu terræ, & ab eis emanat gratia ei, quod eſt ſub orbe Lunæ: & proueniunt ab eis hę innouationes omnes; hic eſt modus perfectionis animæ cœleſtis. & omnis anima intellectiua, deſyderium quidem eius eſt perficere ſeipſam.

Cum diſputauit de cœlorum animatione, & cõcluſit corpora cœleſtia eſſe animata, & ea habere multas animas numero, quot motus. conſequens erat determinare cauſam finalem huius motus æterni. motus. n. cœli eſt æternus apud eos, & iam quodãmodo datę ſunt oẽs cauſę eternitatis. ſ. penes formã, & agens, & materiã. Declaratum eſt. n. agens motum cœli eſſe ęternum & ſeparatũ. Adhuc, corpus cœleſte eſſe ſimpliciter, & non cõpoſitum. ergo datæ ſunt duæ cauſę ęterni motus. erat ergo reliquum inducere finẽ, propter quẽ corpora cœleſtia mouentur ſemper motu ęterno, & regulari, vt Ariſto. & omnes Peripathetici cõcedũt. Inducit ergo Alga. in primis opinionem Peripatheticorum, & inquit: dicũt philoſophi, qđ cœlum eſt quoddam animal obediẽs Deo glorioſo in ſuo motu. quilibet autem motus voluntarius fit propter quoddam intentum ſine dubio. eſt ergo ſyllogiſmus. omne animal, qđ mouetur voluntario motu, mouetur pp quoddã intentum. ſed corpus cœleſte eſt quoddã animal mobile motu voluntario: ergo corpus cœleſte mouetur pp quoddã intentum. maiorem probat exemplo. d. non enim imaginãdum eſt ꝙ ab aiali rationali procedat quidã actus vel motus, niſi ille actus, vel motus eſſet vtilior ſibi quam ſi ceſſaret: & per hoc dat intelligere vniuerſalem illam. omne animal motu voluntario motũ, mouetur propter quoddam bonum intentum. Sed dices, ab vna ſingulari nõ debet inferri vna vniuerſalis, ſicut Ariſt. docuit in 2. Topi. Reſponſum eſt ſæpe, qđ hoc eſt verum inductione demõſtratiua, vt Auer. inquit. 2. Phy. cõ. 80. & in 2. Priorum. tribus enim exiſtentibus ſpeciebus inductionis, demõſtratiua, topica, & ſophiſtica. in demõſtratiua arguere ex vna ſingulari eſt poſsibile, immo neceſſarium, bene. n. ſequitur, hic homo riſibilis: ergo omnis. qm̃ hic homo riſibilis eſt per ſe, & qđ eſt per ſe, eſt de omni & vľe. Ita & hic. homo agit propter finem, ergo & omne aial. agere. n. pp finem competit per ſe huic animali, ergo omni animali: & ſic arguit Alg. bene. (Et iã dicunt philoſophi.) Cum concluſit corpus cœleſte ,ꝓpter quoddã bonum agere, nunc inducit quid ſit illud, ſecundum Peripatheticos, & inquit: etiam dicũt philoſophi, ꝙ cœlum mouetur, vt appropinquet ſe Deo benedicto. eſt ergo hic poſitum, quaſi vnum fundamentum habens duas partes. ſ. qđ cœlũ mouetur pp quoddã. & illud eſt, vt appropinquetur Deo benedicto. Et hoc fundamentum eſt, quaſi cõceſſum per ſe. omne. n. animal moueri propter finem eſt quaſi ſuppoſitio: & ipſum moueri, vt Deo appropinquet, eſt etiam manifeſtum per ſe. vnũquodque enim appetit aſsimilari & vicinari ſummo, vt experiẽtia docet. Quo fundamẽto habito, vlterius procedit innuendo ſpecialius quid ſit iſte finis, & id, propter quod mouetur cœlũ, & inquit: & hęc appropinquatio non intelligitur modo complacentiæ ipſi Deo, vel modo carentiæ. ſ. euitationis iræ: cuius rationẽ reddit, d. Deus enim glorioſus iſta nõ patitur; neq; intelli-

gi debet de appropinquatione locali: cuius rationem reddit. d. illud nanq;, quod corpus non est, neque corporeum, non debet denominari a locali appropinquatione. illa igitur vicinatio non potest esse appropinquatio in voluntate, & complacentia Dei, neq; locali. remanet ergo quod sit appropinquatio cuiusdam perfectionis. tribus igitur existentibus propinquitatibus, cœlum mouet se, vt appropinquet Deo in gradu perfectionis. reddit causam, & arguit sic. entis enim, quod perfectius est esse, perfectius debet esse. est ergo maior. quanto ens est perfectius animalibus hic. ergo debet esse eius esse perfectius. Et tunc supplendum: sed esse eius consistit in mouere: ergo ipsum cœlum mouet se, vt in gradu perfectionis Deo vicinetur. Sed dubitatur, aliquis potest huic rationi obijcere. primo, dicendo quod intelligentia non est Deo imperfectior, ergo non debet mouere, vt Deo vicinetur. Adhuc, quælibet intelligentia est æqualis perfectioni: altera ergo vna non moueret aliter quam altera: has duas remouet. d. & quodlibet esse sup. participatiuum describibile est respectu esse diuini. & per hoc excluditur prima obiectio. Adhuc inquit, & in defectu est dare gradus, & per hoc excluditur secunda obiectio. (Dicimus tamen.) Apponit comparationem inter intelligentias, & hęc inferiora, & inquit, dicimus tamen ꝙ angelus propinquior est Deo, quam entia corporea: quia intelligentię separatę comparabiles, id est vicinores sunt diuinæ essentiæ, quã alia entia sensibilia: & hoc exemplo testatur. d. quando enim homo induitur vestibus perfectionum moralium, & scientijs dicitur propinquior Deo, quam alij homines, eo quia vicinior Deo. tunc concludit. d. vnde dicitur, ꝙ quemadmodum finis est gradus perfectionis in homine, sic similiter in angelis. Repetit ergo quod dixerat, & inquit, prælibato ergo, ꝙ ista appropinquatio tali modo debeat intelligi: dicimus, ꝙ hæc denominatio attribuitur homini, quando in scientijs & moribus perficitur, & ꝙ remaneat in eodem gradu quantum fieri potest. Sed hic occurrit ambiguitas non parua, quid, scilicet sit vltimus finis hominis in eo, ꝙ homo, quem Alga. appellat hoc loco vltimum gradum, quo homo appropinquat Deo perfectissima appropinquatione. Dicendum itaq;, hominis perfectissimum gradum, & vltimum ita felicem consistere in actu sapientiali, & metaphysico, & in perfectissimo metaphysicali, qui est comprehensio primę veritatis. hoc autem potest mirabiliter declarari processu Arist. fere in toto lib. Ethi. & illud, quod deinceps accipi secundum peripatheticos pro constanti, est, ꝙ hominis postrema perfectio in actuali operatione consistit, & non in habituali actu. inquit enim Arist. primo Ethico. cap. 10. differt autem forte non parum in possessione, vel in vsu optimum existere, & in habitu, vel operatione, habitum quidem enim contingit nullum bonum perficere existentem, vt puta dormienti, & aliter, qualiter otioso, operationem autem non possibile est. operabitur enim ex necessitate, & bene operabitur. Et hoc probat exemplo etiam. d. quemadmodum autem in olympiadibus non optimi & fortissimi coronantur, sed agonizãtes. horum enim, qui vincunt, ita vt eorum, qui in vita bonorum, & optimorum operantes, recte adeptores fiunt. Hoc idem probat inductione ibidem. cap. 9. ideo cõcludit, in operatione videtur bonum esse & bene. vide verba. Amplius cap. 18. inquit. bonus autem, & malus nequaquam manifesti secundũ somnum. vnde dicunt, nihil differre secundum dimidium vitæ felices a miseris, & hoc consentit. d. contingit autem hoc decenter, Quies enim est somnus animæ, secundum ꝙ dicitur studiosa aut praua, id est, est cessatio ab operibus studiosis, & prauis, &c. Adhuc, Poeta inquit, stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? ergo, in habitu non decens est hominem felicem ponere secundum vltimam perfectionem. Hoc ergo accepto pro cõstanti, vlterius duabus existentibus operationibus hominis naturalis, scilicet vt nutrire & augmentari, & acquisita ex exercitio & studio. Dico secundo, ꝙ homo non est in postrema perfectione per naturalem operationem. inquit enim Aristo. primo Ethi. cap. 9. sic, viuere quidem enim commune videtur & plantis. quæritur autem proprium, separandum autem nutritiuam & augmentatiuam vitam. sequens autem sensitiua vtique erit, videtur vero & hęc communis equo, & boui, & omni animali, ecce quam plane in

Dubitatio.

Quid somnus.

huiusmodi naturalibus operationibus felicem statum ponendum remouet Aris. D
Adhuc.10. Ethi.inquit, quod neque puer, neque bos felices esse possunt. Relinqui-
tur ergo, hominis gradum vltimum consistere in operatione acquisita. Acqui-
ta autem operatione, adhuc, ente duplici morali circa sensuum temperantiam
consistente, & medicinali circa corpora, Altera speculatiua. dico quod vltimus
hominis finis non in actu practico siue morali, siue medicinali cōsistit, quoniam
vltimus finis vult esse optimum. Aristoteles inquit primo Ethicorum. 8. capi.
modo nec actus moralis optimum, nec medicinalis. Medicinalis quidem non,
nec moralis, vt Arist. probat ibidem. commen. 16. & .17. quoniam optimum non
laudandum, sed honorandum: vt Aristo. inquit deridendo eos, qui Deum lau-
dant. dicit enim ipsum esse honorandum: & idem probat. c. 17. vide. Adhuc pri-
mo. c. 7. politicę ostendit practicum, & actiuum non optimum, inquit enim, quod
quidem igitur vnicuique felicitatis adiacet tantum, quantum quidem virtutis &
prudentiæ, & eius, quod est agere secundum has, sic confessum nobis, testante
Deo, vtentibus, qui felix quidem est & beatus: propter nullum autem extrinse-
corum bonorum, sed propter seipsum ipse: vide: ecce, quam optime Aristo. ...
stem ad hoc induxit. Relinquitur ergo optimum hominis statum in opere intel-
lectus consistere. Amplius, triplici ente opere, scilicet, metaphysico, mathemati-
co, & physico. dico adhuc quod hominis in eo, quod homo, vltimus status in
mathematica contemplatione, aut physica non consistit. vt Alph. credidit: eo B
quia, sicut ens gratia entis, ita speculatio gratia speculationis. constat autem natu-
ralia, & mathematicalia gratia metaphysicalium esse: ergo, & speculationes il-
lę gratia metaphysicæ: non autem ponunt sapientes felicitatem alterius gratia,
vt in primo Ethi. c. 7. ergo dicendum, vltimum hominis statum in actu consistere
metaphysico. hic autem, & adhuc multiplex, perfectissimus, & optimus, qui cir-
ca primum & optimum: optimum autem in natura Deus. vita vtiq; perfectissi-
ma hominis, & vltimus gradus eius finis, quo vltimo Deo vicinatur, est contem-
platio primi & optimi entis. hoc Arist. post totum in ethicis studium, ca. 10. de-
cimo ethi. concludit: quoniam autem, hęc omnia sapienti maxime existunt, non
immanifestum Deo amantissimus: ergo, eundem enim verisimile & felicissimum:
quare, & vtiq; sic, erit sapiens maxime felix. vide totum caput illud. Verum
homo duas habet ferme partes, intellectiuam, scilicet, & corporalem: &, quia
corporalis adhuc alia huic, & bestijs: & opus eius, quo ad corpus, aliud ei, &
bestijs: operum autem et optimum, & malum existit: quare & homini adhuc per-
fectio secundum corpus vita optima moralis, licet prima sit potior: & hoc. Arist.
in toto libro Ethico. conatur ostendere. His ergo duobus gradibus habitis, ho-
mo maxime appropinquat Deo. Adhuc, Deus semper huiusmodi gradu stat, vt
Arist. ostendit in. 12. Auer. ibidem commen. 38. Nos autem paruo tempore, tan- C
to tamen melius, quanto maiori tempore, vt Arist. inquit primo Ethico. c. 9. vna
hyrundo ver non facit, nec vna dies. ita vtiq; neq; beatum & felicem vna dies,
nec paucum tempus. Ad hoc ergo, vt homo maxime Deo assimiletur, tria sunt
necessaria: optima operatio secundum virtutes, scilicet, vltimi & optimi entis.
speculatio: & tertio temporis mora: &, quando homo est in huiusmodi disposi-
tione, vt Themi. inquit in tertio suę paraphrasis de anima, est tanquam Deus
quodammodo omnia. est enim tunc homo mathematicalia, metaphysicalia, na-
turalia, & moralia: ergo quodammodo omnia, quodammodo Deus. nihil enim
Deus, nisi omnia, vt Plato inquit in Parmenide, libro de vno omnium entium
principio: & hoc Algazel inquit, dicimus quod hęc denominatio, id est, vltima
vicinitas Deo attribuitur homini, quando in scientijs, quantum ad intellectiuam
partem, & moribus, quantum ad partem corporis, & quod remaneat in eodē gra-
du quantum fieri potest, quantum ad conditionem requisitam ad illum. hęc igi-
tur hominis maxima ad Deum vicinitas, et vltima & sempiterna vita, vt Auer.
inquit in proœmio primi, & octaui phy. & sic patet solutio ad quęstionē. (Vnde
notandum.) Hoc in loco, vult declarare quali modo Deo, & intelligentijs com-
petit huiusmodi beatitudo, & inquit. vnde notandum est, quod ipsius Dei, & an-
gelorum perfectio semper remanet præsens cum eis, id est, est eis semper & red-

dit causam.d.nam nullam habent potentiam,id est, nullam speciem potentię inuenimus in eis,nec ad vbi, nec ad esse.(Sed,quia cœlorum.) Reputo,quod quæstionem remoueat.potest enim fing ꝙ in cœlo non est continuus motus & semper,quia ille est ad vbi:ergo acquisito vbi,vel situ cessabit motus cœli. Respondet ergo, & inquit:sed quia cœlorum animę,licet ipsorum motores quandam habent potentiam,quod exponit.d.quia ipsorum cœlorum perfectiones diuiduntur ad id,quod est in actu, vt est sphęrica figura : & hoc semper est actu præsens ad illud,quod est in potentia , cuiusmodi est vbi,vel dispositio localis, id est,situs. cœlum ergo habet aliquid actu, vt accidentia permanentia , Verbi gratia, figuram,quantitatem,lucem,&c.& aliquid in potentia. Verbi gratia, vbi , situm, & motum:& reddit rationem.d.nullum enim situm actualiter habet vult dicere in tempore demonstrato.est enim continue sub alio,& alio situ : vnde, sicut Instans continue est aliud,& aliud.& nullum est actu præsens, sed tantum in anima:sic,apud Aui.& Alga.continue situs cœli est alius,& alius, & nullus est in actu demonstrato, (Neque acquirere.) Adhuc potest obijci Alga.dicendo,quod licet non possit acquiri aliquis situs demonstratus , possunt tamen acquiri omnes simul & actu:ergo aliquando motus cœli cessabit. hoc remouet.d.neque possibile est acquirere eos simul,& semel:& hoc non probat, sed tanquam confessum sensui dimittit:& tunc inquit , & quia nequit eos acquirere simul , acquiret ergo eos continue successiue secundum speciem: vult dicere, semper situm habebit,licet nullum vnum numero situm habebit,tamen semper habebit speciem situs successiue gradatim, videlicet,situm post situm, vbi post vbi: & hæc est continuatio,id est,sempiterna reuolutio super cœlestium motuum. Tunc apponit cõclusionem totius capituli.d.patet ergo ex omnibus his,quod intentio,id est,finis cœlorum in eorum motu, est,vt appropinquent Deo glorioso , videlicet, in eo, quod est possibile acquirere perfectionem illam,vt expositum est: & totum hoc est dunc.in nono trac.Meta.suæ capi.prædicto in alia disputatione.(Vnde notandum.)Et,quia quis dicere potest,motum cœli esse superfluum in natura,cum illa situum acquisitio nihil sit cœlo.ideo conatur remouere hoc,dicens: vnde notandum est,quod sequuntur ex hoc duo bona,id est,quod cœlum moueri duo bona continet , & nobis , & naturę ordini : quorum primum & principale est id, quod acquiritur per se de sitibus prędictis: est ergo primum bonum acquisitio situum secundum speciem,& si non secundum numerum. secundum bonum est,& secunda intentione id,quod sequitur ex illis motibus comparatione suorum corporum adinuicem,videlicet,de speciebus terminatis, vel quadratis , vel diametralibus , vel coniunctionibus etiam diuersitate eorum ad terram , quæ multis potest fieri modis : & ab istis determinatis comparationibus influuntur cœlestes virtutes , & benedictiones orbium in hunc mundum inferiorem . Debes scire,quod in stellis consideramus duplicem diuersitatem, vnam absolute , alteram secundum comparationem:absoluta est illa, quę sequitur naturas astrorum. Verbi gratia,mars a proprietate,& natura influit iras,& bella: mercurius a proprietate cum omnibus concors:sol dominus amicitię, & vitę: & multa alia,quę astronomi dicunt.huiusmodi enim proprietates sequuntur stęllas secundum naturas eorum absolutas.altera est ex comparatione eorum inuicem:possunt enim astra in quadrata figura situari , & ab eis sic prouenit in nobis alia influentia: quandoque diametrali linea, & tunc prouenit eclypsis , & alię influentię:quandoque coniunguntur,& tunc alius modus influendi versus non fit: quandoque appropinquat ad nos,vt quando est in opposito augis:quandoq; remouetur,vt quando est in auge: iterum , secundum diuersum introitum solis in tropicos diuersos, diuersimode nobis appropinquat,& remouetur: & propter eius remotionem & appropinquationem fiunt generationes & corruptiones:ergo,secundum bonum alius motus,scilicet,conseruatio istorum inferiorum , quę sequitur ex diuersitate situum aspectuum,& cęterarum dispositionum astrorũ: & hęc est potissima causa,& melior,vt Arist.& Auer.inquit:quare ergo cœlum mouetur , & cur motu continuo,& propter quid,manifestum apud hos philosophos est modo.

Duplex diuersitas in stellis.

AVEROES.

AIt Auer. Totum autem, quod recitat de Philosophis, est opinio eorum, aut sequitur ex opinione eorum, aut possibile est ponere sermonem de eo secundum opinionem eorum, praeter id, quod dicit, quòd cœli quærunt in motibus suis situs particulares infinitos. nam infinitum non quæritur, cum ad id non peruenit aliquis. & nemo hoc dixit, nisi Auicen. Et contradictio Alga. huic sermoni satisfacit cum eo, quod postea dicetur. Attamen intentio cœli apud homines est ipsemet motus in eo quòd est motus. nam perfectio animati, in eo quòd est animatum, est motus: euenit tamen hæc quies animato generabili, & corruptibili per accidens, scilicet propter necessitatem materiæ. nam fessitas, & labor accidit huic animato, ex eo quòd est materiale: animatum vero, cui non euenit fessitas, nec labor, necesse est vt sit vita eius omnis, & perfectio eius ex motu, & assimilatio eius creatori est, cum prębuerit vitam ei, quod est hic cum motu. Et non est hic motus apud Philosophos propter id, quod est hic prima intentione. & intelligo per primam intentionem vt sit corpus cœleste creatum propter id, quod est hic. nam motus est operatio eius propria, propter quem est. nam, si ista essent propter id, quod est hic prima intentione, esset corpus cœleste creatum propter id, quod est hic, & est falsum apud eos vt sit creatum nobile propter ignobile: sed ad bene esse procul dubio sequitur ignobile, sicut est princeps cum eo, quod est sub eo, cuius perfectio non est absque principe. Princeps vero est ad perfectionem suam. & sic prouidentia de eo, quod est hic, est similis prouidentię Principium de eo, quod est sub eis, cui non est esse, nec esse, nisi per Principes: & præcipue Princeps principalis, qui non indiget in esse suo perfecto, & nobili principe alio, quanto magis in esse suo.

Cęlum non est prima natura intentione ꝑ his q̃ sunt hic.

De prouidentia Dei cui assimilatur.

Auer. vult hoc in loco confirmare id, quod vere dictum est, & repellere id, quod male, & inquit: dicimus nos quod id, quod nomine philosophorum narrauit, sine dubio opinio ipsorum est: vult dicere, quod intelligentiæ moueant propter appropinquationem ad Deum, est opinio Arist. apponit autem id, in quo non est, & inquit: præter id, quod dixit, scilicet, quod cœli in eorum motibus requirunt particulares situs: quod ostendit falsum esse, & componit syllogismum, dicens: quia infiniti sunt, & id, quod infinitum est, non desideratur, neq; potest acquiri ab aliquo: ergo in prima figura situs non intenduntur a cœlis, nec acquiri possunt. secundo, ostendit hanc non esse opinionem philosophorum, & inquit, immo quod plus est, hęc non est opinio philosophorum, nisi Auicen. (Id ergo.) Cum ostendit huius opinionis defectum, ostendit quomodo cœli desiderant motum, & inquit. id ergo, quod desiderant cœli in ipsorum motibus apud peripateticos, est motus absolute, inquantum motus: & hoc probat perfectio cuiuslibet viuentis, id est, animalis inquantum viuens, id est, animal est motus. Tunc apponitur hęc minor: sed cœli sunt animalia: ergo perfectio cœlorum est motus, inquantum motus. Tunc fiat iste alius syllogismus sic: nullum corpus remouetur a sua perfectione per se, quæ sibi naturaliter debetur: sed moueri est naturalis perfectio cœli: ergo moueri non debet naturaliter remoueri a cœlo: ergo cœlū

semper mouetur. Dixit per se, valde notanter: quod ostendit, dicens, & quando aliquotiens animalia nobis præsentia quiescunt, est sine dubio accidens, videlicet, ratione materiæ necessitantis: fatiga nanque contingit animalibus ratione materiæ: ergo animalia, quę fatigam non recipiunt, debent absque dubio moueri, dum esse habent, & assimilare se creatori, prout in suis motibus dant vitam corporibus inferioribus: quod fit secunda intentione iuxta philosophorum opinionem: & ostendit hoc. d. si enim prima huius cœli intentio fuisset pro vtilitatibus inferioribus, tunc nobilius esset gratia vilioris prima intentione: quod falsum est: quia cœli, iuxta omnium opiniones, sunt nobiliores omnibus corporibus entium hic: quare, non decet quod sit pro viliori illo. Patet ergo hic, qualiter cœlum mouetur prima intētione propter se, vt, scilicet, primo appropinquat, & vt conseruetur in eius perfectione, cum moueri sit perfectio animalis per se, licet per accidens quies sit perfectio animalis generabilis. secundo mouet propter nos secundaria intentione, vt. 12. Metaph. commē. 36. &. 2. cœli. commen. 17. &. 21. dixit Auer.

Prima conclusio.

Sed, in his occurrunt quęstiones: quarum prima est, an motus cœli sit situalis, an localis. secunda est, quia non videtur quod cœlum intendat motum, inquantum motum: quoniam, tunc intelligeret in vniuersali ipsum: ergo scientia confusa. Adhuc, tunc non faceret ipsum particularem: quoniam eo modo facit, quomodo intendit. Amplius, tertia. q. esse potest, vtrum cœlum mouetur propter nos secunda intentione. videtur enim, quod nullo: quoniam, cum non intelligat nos, nec in vniuersali, nec in particulari. ideo videtur quod non moueatur propter nos nec primo, nec secundo modo, vt constat. Vtrum autem mouetur propter conseruationem, dicetur post in hoc quæsito, Deo duce. Ad primam quæstionem, Aui. in. 9. trac. suę Meta. c. 3. opinatus est motum cœlestem esse situalem: & huius motiuum fuit, vt Auer. inquit in. 4. Physi. commen. 32. argumentum in secunda figura sic. omne, quod mouetur localiter, debet mutare locum secundum totum: sed cœlum non mutat locum secundum totum: ergo cœlum non mouetur localiter: & mouetur, vt sensu cernitur, ergo motu in situm mouebitur. Hunc arguit Auic. vt Auer. inquit commen. 55. illius quarti sic. omne illud, quod mutat locum secundum formam, mouetur motu situali: sed corpus cœleste mutat locum secundum formam, et non secundum materiam, vt Arist. inquit in fine. 5. ergo concludit Aui. motum cœli esse situalem. Amplius, pro Auic. facit sermo Alex. inquit enim Alex. quod orbis stellatus non est in loco per se, neque per accidens: & quod motus cœli non est in loco: & quod non est translatio: & cernitur cœlum moueri. ideo Aui. ipsum situalem esse confitetur. Huic opinioni obijcit Auer. in. 6. Physi. commen. 85. inquit, declaratum est enim, quod in prædicamento situs non est motus, quia est ad aliquid: & illud, quod est ad aliquid, est indiuisibile. est ergo Auer. motiuum. ad relationem non est motus. situs est relatio. ergo ad situm non est motus. maior declaratur: quoniam, ad nullum indiuisibile est motus. omnis relatio indiuidualis: ergo ad nullam relationem est motus: & sic patet peccatum Aui. Sed multi latinorum Auer. obijciunt primo, ponunt in situm esse motum per se, vt Auic. inquit, in sua sufficientia. secundo, rationem Auer. retorquent contra eum. Ad primum instant: omne veniens in tempore de vna forma in alteram secundum aliquod prædicamentum, illud mouetur ad illud prædicamentum. sedens, qui paulatiue surgit, venit in tempore de vna forma in alteram in prædicamento situs, quia de sedere ad stare, quæ diuersę sunt in genere situs. ergo sedens, et post stans mouetur motu situs. omne habens contrarium natum recipi in subiecto ente actu potest motu, sed situs habet contrarium natus recipi in ente actu. situs ergo potest moueri. maior est Auer. manifeste in lib. de substantia orbis. minor patet. situs differentiæ sunt sursum deorsum, dextrum sinistrum, ante & retro, quæ differentiæ contrarię, & in subiecto ente actu susceptibiles. amplius, omnis de potentia ad actum est motus, vt Aristo. inquit. Sed variatio de situ in situs est de potentia in actum: ergo motus. his argumentis Auic. syllogizant motum in prædicamento situs. sermo ergo Auer. dubius. Ad secundum

Positio Auicennæ.

Contra.

Positio latinorū contra Auerro.

instamus, videtur enim Auer. peccare in minori: assumit enim situm esse ad a quid. hoc videtur vel contra ipsum, vel falsum: quoniam, aut intendit situm relationem de prędicamento relationis, aut intendit situm esse respectum extrinsecus aduenientem: si, quidem intendit situm esse in prędicamento relationis, minor falsa. situs enim diuersum est prędicamentum a relatione, sunt enim prędicamenta impermixta, vt famosum est in posterioribus. Si vero intendit ipsum esse respectum extrinsecus aduenientem, tunc retorqueo syllogismum, & accipio maiori istam minorem. sed vbi est respectus extrinsecus adueniens, ergo ad vbi non est motus.

Positio Alber.

Magnus Alber. in. 5. Physic. resistit Auic. tribus rationibus, quarum duas sumit ex verbis Auerr. attamen earum vis vna est, & ego accepi eas in vnum, dum formaui rationem Auer. Secunda ratio ergo demonstratiua, inquit, est, si motus est in situm. Verbi gratia, motus Socra. de stare in sedere, vel econtra. constat ꝙ ille motus est localis: ergo ille motus est in duobus prędicamentis: aut ergo ęque principaliter, aut vnius per se, & alterius per aliud: non potest esse æque principaliter, quia sic vnum ęque principaliter esset ad duo, quę sunt genere differentia. si autem esset vnius per se, & alterius mediante illo: tunc, aut erit loci per se, & situs per locum, & tunc non erit in prędicamento situs, nisi per accidens: aut econuerso, situs per se, & loci per situm, tunc loci mutatio non esset inibi, nisi per accidens. hęc inquit Alber. tamen res subtilis est hęc, & magna indigens consideratione.

Impugnatio

Videtur autem mihi, ꝙ huiusmodi Alber. ratio nihil sit, cum reuerentia: quemadmodum enim generatio ignis, secundum Auer. sunt duo motus secundum rem diuersi a principio, vsq; in finem successiui, & continui, vt inquit in. 3. cœli com. 67. sic forte dicet quispiam localiter motum duplici motu moueri, scilicet situali, & locali: qm̃, in duas formas diuersas: multiplicatur aũt motus secũdum numerum terminorũ, vt Auer. inquit in. 5. Phy. cõ. 9. Adhuc, sicut in rarefactione sunt duo motus, scilicet alteratio terminata in raritatem, & loci mutatio terminata in locũ, qui sunt simul a principio vsq; in finem. & sic esset possibile credi in motu locali esse, s. per mixtionem duorũ motuum genere diuersorum. Aliquando aũt purus esset possibilis, vt in corpore simplici cœlesti. est enim minimum participans de ratione motus, ideo motu situali decenter mouetur, vt Auicẽ. inquit, quod ergo accepit Alber qñ inquit, qñ mouetur Socrates de stare in sedere, constat ꝙ ille motus est localis, ergo ille vnus motus est in duobus prędicamentis, falsum est: & deceptus fuit ille vir, qm̃ credidit ipse motum illum esse vnum simplicem motum, secundum Auic. & iam tibi manifestum est, quomodo decipitur palam in hoc.

Positio ꝓpria.

Et vtinam scirem huius quęstionis veritatem: dicam tamẽ, secundum posse id, quod credo, licet ab expositoribus parum, aut nihil inueni. Debes ergo scire, ꝙ in motu locali est considerare duplicem terminum, scilicet absolutum, & respectiuum. sicut enim, quando generatur filius, duplex est terminus, vnus per se, vt substantia eius. alter per accidens, vt habitudo ad patrem, quæ filiatio dicitur. sic, in motu locali duos considero terminos, scilicet vbi acquisitum, & habitudinem locati ad locum. primus terminus vocatur absolutus, secundus est respectus quidam locati ad locum, seu vbi.

vbi et locus sunt idẽ subiecto, differũt tñ rõnes.

Secundo debes scire, ꝙ vbi, & locus secundum Auerro. idem sunt in subiecto, differunt tamen in ratione. dicitur enim locus, prout circuit corpus: & sic est superficies quædam, dicitur vbi, prout per motum acquiritur: & in hoc patet error eorum, qui ponunt locum de prędicamento quantitatis: tunc enim, non esset ad quatuor prędicamenta motus. locus ergo est de prędicamento quantitatis vt est superficies, vt vero per motum acquiritur, in prędicamento vbi est: nec tamen est vnum prędicamentum esse idem subiecto alicui speciei alterius prędicamenti, vt forte est de quando cum tempore, licet differt definitione, vt patet. & cum hoc sit ita, patet vbi esse formam absolutam, quemadmodũ & locus est, extensam per corpus, & successiue acquisibilem, quemadmodum locus tantum superaddit ipsi loco respectum rationis, scilicet esse terminum motus. His habitis, patet ratio Auer. Ad nullam relationem, atq; respectum, siue de prędicamento ad aliquid, siue extrinsecus aduenientem est motus: quoniam quilibet respectus cuiuscunque generis consistit in aliquo esse indiuiduali, & simplici, re

Auerro, inquit, modo minor erit, sed situs est respectus, siue relatio, siue extrinsecus adueniens, non curo. causatur enim situs ex acquisitione loci: quando enim acquiritur locus, relinquitur habitudo quædam locati ad locum, quæ situs est, quę habitudo non est vbi, vbi enim, secundum ipsum, est essentialiter locus, vt dictum est: ergo, in prima figura, ad situm non est motus: ꝙ autem fingebatur vbi esse respectum extrinsecum, friuolum est. non enim respectus extrinsecus, neque intrinsecus adueniens esse debet, non enim illa sex principia respectus sunt extrinsecus aduenietes, vt plebs reputat. bene ergo inquit Auer. in. 6. Phy. com. 85. Auic. vero, quia non distinxit alietatem, quę est in loco per se ab ea, quæ est per accidens, scilicet alietatem, quę est secundum subiectum, non secundum formam, & concessit sphęram moueri, coactus est appellare motũ sphęrę, motum in situ, vult dicere, quia Auic. non fecit definitionem inter terminum per se, & terminum per accidens, credidit cœlum moueri in situ. vnde nititur sanare ægritudinem per maius ægrum, & tandem vult ꝙ motus per accidens est de vna positione in alteram. vide eum. Tunc, ad motiua Auicē. patet sol. minor enim primi falsa est: quoniam declaratum est cœlum totum mutare locum secundum formā, non autem secundum materiam. Iterum, maior primi falsa est, nisi intelligat per accidens, vt dictum est. per se vero est localis, per accidens situalis, vt ostendit.

Solutio ad motũ Auic.

Ad obiecta contra Auer. dicerem. Ad primam, ꝙ maior debet limitari per ly per se. modo sic falsa est. non enim veniēs de sedere ad stare, per se venit de situ in situm, sed per accidens, vt visum est.

Solutio contra Auer.

Ad secundum minor falsa est. sursum enim & deorsum, &c. sunt differentię loci per se, situs vero per accidens secundum Auer. in. 3. Physi. & sic potius in locum, quam in situm debet motus esse. Ad tertium, debet maior intelligi cum ly per se, sic minor falsa est. non enim variatio situs exitus est per se de potentia in actum, secundum prædicamentum situs, vt constat: & sic patet sol. ad argumenta contra Auer. Quod autem inducebatur contra rationem Auer. nihil est, vt patet. Auer. enim sustentatur in tribus. Primo, ꝙ vbi, & locus sint vna res absoluta: quod proprie est prædicamētum vbi, vt visum est. Secundo, ꝙ situs relatio, vel respectus est omnino consequens ad ipsius loci acquisitionem inter locum, & locatum, vt visum est, & non sit vbi vt vulgus reputat. Tertio, ꝙ omnis motus est ad rem absolutam per se & primo. his enim tribus concessis, ratio Auer. nullam patitur instantiā, & sic est simpliciter demonstratiua. sunt vero hæc tria exercitatis quasi per se nota. non enim in naturali petenda est certitudo demonstrationis, quemadmodũ in mathematica. demonstrationes enim naturales secundum plurimum sunt ex suppositionibus famosis: demonstrationes autem relinquantur fortioribus, vt Aristo. inquit. Hęc pauca sunt, quę colligere potui: quę, si non vera sint, dabunt vobis occasionem inquirendi verum in hoc.

Secũda qō. Pō Auic.

SVPEREST modo dicere de secunda quęstione, ad quā Auic. inquit in eodem tractatu. 9. c. eodem. 3. opinans ꝙ corpus cœleste mouet se per voluntatem & cognitionem: &, quia voluntas, seu appetitus sequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus, vt Auer. inquit in. 12. Meta. com. 39. ideo opinatus est ipse in cœlo esse comprehensionem imaginatiuam, quę sensatio est interior, & voluntatem particularem, qua vult motum particularem: & sic ęstimat in corpore cœlesti de virtutibus animę esse imaginatiuā, seu phantasiam, seu voluntatē illi correspondentē, amplius intellectũ abstractum, & voluntatem illi correspondentē ēt, vt patet ab eo: & sic voluit cœlum esse animal vere propter sensum phantasię, compositum ex materia & forma, sicut animal hic, ęternum tamen a motore separato: & tu vide eum per totum illum locum. Mouit autem Aui. vt ibidem dicit, quia omnis effectus nouus ab agente per cognitionem procedens, eget causa noua, quę continue innouetur in sua cognitione: sed declarauit ipse motum cœli esse effectum nouum, ideo a voluntate noua propter cognitionem innouatam procedet: & huiusmodi non est nisi imaginatio. Amplius, omnis operatio particularis procedens ab agente per cognitionem, fit a virtute sensitiua: intellectiua enim vniuersalium est: sed motus est operatio particularis procedens ab intelligentia cognoscente: ergo, & ab ipsius imaginatione transmutabili ꝓcedet.

Cõtra posi. nonẽ Auic.

anima ergo cœli est anima imaginatiua habens sensum phantasię, & desiderium non concupiscentię, & iræ, sed boni simpliciter, vt inquit. Huic opinioni contradicit Auer. in secundo cœ. commen. 37. inquit enim: & in hoc errauit Auic. quia putauerit ꝙ corpora cœlestia habeant phantasiam. Arguit contra hoc. d. haberent enim instrumentum sensus. &, si haberent instrumentum sensus, esset propter salutem: &, si propter salutem, possent eis accidere occasiones: & per hanc rationem remouet peccatum Aui. & huiusmodi tres consequentiæ, vt hic exposui, manifestę sunt. phantasia enim motus factus a sensu secundum actum est, vt Arist. inquit in lib. de Anima. ergo, si cœlum haberet phantasiam, haberet sensum externum: et numerus sensuum externorum est secundum numerum organorum. ergo haberet organa plura, vel vnum: & sic patet prima consequentia. secunda adhuc constat. sensus enim non datur animali, nisi propter salutem vt. s. discernat nociuum ad vtili, vel per tactum, vt in animalibus imperfectis, vel per alios, vt in homine: ergo huiusmodi sensus dati essent ei propter salutem. tunc sequitur vltima. s. quod possunt accidere occasiones. cui enim potest accidere salus, & occasio poterit accidere. & hoc patet in omnibus: quare, si salus inest cœlo propter sensum, ergo & occasio, & fractura cilij, vel aliquis casus corruptiuus poterit ipsum incurrere. Et hoc est impossibile. est enim cœlum sui natura sempiternum. & iam dixi de hoc alias hic, nunc in typo repetere bonum est. Hanc rationem Arist. tetigit in his, quæ de plantis. inquit enim, dicimus ergo ꝙ vitę coeuę est sensus, quia sensus facit discretionem inter mortem, & vitam: sed cœlum, quia habet regimen nobilius, & dignius nostro regimine, elongatum est ab his: est ergo vis rationis Aristo. cœlo non potest accidere occasio: ergo non habet sensum. huiusmodi enim consequentia tenet eodem, sicut & ... Auer. amplius, arguit Aristo. in tertio de Anima. inquit enim, sensum autem non necesse in omnibus viuentibus, neque enim quorumcunq; corpus simplex contingit habere tactum, neque sine hoc possibile est esse nullum animal. est præsens ratio: non omne viuens habet sensum tactus, ergo non omne viuum habet sensum. modo constat cœlum, cum sit corpus simplex, non habere tactum, ergo non habet sensum. amplius, secundam tangit rationem. d. neque quęcunque non susceptiua specierum sine materia: est ergo secunda ratio: omne habens sensum suscipit species sine materia, sed corpus cœleste non suscipit species sine materia, vt patet per se: ergo cœlum non habet sensum. Vbi Auer. in commen. illius partis. s. 60. ait, & innuit corpora cœlestia: illa enim, quia non sunt generabilia, neque corruptibilia, si haberent sensum, tunc natura ageret ociose: quemadmodum, si ista mobilia generabilia, & corruptibilia non haberent sensum, tunc natura ageret ociose. vult dicere, quod dando sensum cœlo, natura agit ociose, & amouendo sensum a corporibus generabilibus, & natura ageret ociose. ibi quidem, dando superflue. hic vero, agendo diminute: ergo, omnino ociose ageret. amplius diuus Themistius in. c. 71. inquit, ex his constat animantem naturam vtraque sui parte extrema sine sensu exigere. extremas partes naturam cœli, & plantas accipimus, quãquã alia ratione cœlum, alia plantis sensus negati. Plantis, quia pręignobilitate & crassamento naturæ partem hanc promereri nequiuere potuerunt cœlo, quia eminentiore ordine, dignationeq; habebatur, quam vt ad hunc vsum descenderet: iam in eo sensus vtrique generi superuacaneus reddebitur, quod neutrum passione foras accersita conquisitiue indigebat: plantæ, quia proximum, vt dixi, atque obuiam sortiretur: cœlum, quia nullo modo patiendi necesse haberet. Ecce, quomodo Themistius pulchra ratione cœlũ sensu carere ostendit. Rursus, obijcit & Auer. secundo cœli commen. 61. inquit enim, demonstratio autem simpliciter in hac scientia fundata est super propositiones acceptas ex scientia naturali, & diuinali. declaratum est enim in physicis, quod motor corporum cœlestium non est in materia. & declaratum est in lib. de Anima ꝙ illud, quod est huiusmodi, est intellectus. Est ergo demonstratio, vt dicit. omnis forma separata a materia est intellectus, omnis motor cœli est forma liberata a materia, ergo est intellectus, non ergo est imaginatiua, vt Auic. trauit. Quod autem inquit voluntatem cœli esse variabilem, est purus error, & contradicit

omnibus

omnibus Peripatheticis. vt Theophrasto, Porphyrio, Auerroi, & Themistio; vt Albertus inquit in commen. de causis: propter quod Messahalach inquit, quod modus cœli est motus sapientis in eo, quod sapiens est: quia sapiens est vno modo agere & semper, & non per inconstantiam aliquando agere, & aliquando nō, vel sequi tamen agere. tali enim modo agit, qui per diuersa disponitur. Superest

Pō. Ioan.

Ait Alga. Et assignauerunt rationem in eo, dicentes quidem, iam probatum est ꝙ motus circularis est voluntarius, & voluntarium sequitur volitum, & volitum vniuersale non respicitur nisi à voluntate vniuersali: voluntas autem vniuersalis non prouenit ab ea aliquid: nam omne ens in actu est demonstratum tale particulare: & voluntas vniuersalis, proportio eius ad vnitates particulares est in eodem gradu: igitur non prouenit ab ea aliquid particulare. sed impossibile est absque voluntate particulari motui demonstrato tali: & orbi quidem in omni motu particulari demonstrato à puncto demonstrato ad punctum demonstratum est voluntas demonstrata ad illum motum, & est ei proculdubio imaginatio ad motus illos particulares potentia corporali, cum motus particulares non apprehẽdantur nisi potentiis corporalibus: igitur omnis voluntas de necessitate eius est imaginatio illius voliti, scilicet scientia de eo, siue sit particularis, siue vniuersalis. & quotienscunq; fuerit orbi imaginatio partium motuum, & comprehensio earum, comprehendit eas proculdubio, in eo ꝙ sequitur ex eis de diuersitate proportionum cum terra, in eo ꝙ aliquæ partes oriuntur, & aliquæ occidunt, & aliquę sunt in me-

dio cœli antiquorum hominum, & sub terra aliorum. & sic etiam scit quod sequitur de diuersitate proportionum, quæ fiunt in motu de trino sextili, quarto, & oppositione, & coniunctione ad alias innouationes cœlestes. Et aliæ innouationes terrestres sustentantur innouationibus cœlestibus, aut immediate, aut vno medio, aut pluribus. Demũ omne innouatum est ei causa innouans, quousq; cessat processus ascendendo ad motum cœlestem æternum, si aliquod eorum est causa alicuius. nam causæ, & causata, ascendit processus eorum ad motus particulares cœlestes: & ea, quæ imaginantur in motibus, imaginantur in consequentiis eorum, & consequentiis consequentium vsque ad finem processus. & ideo respiciunt omne, quod innouatur. nam omne, quod innouatur innouatio eius procedit a causa: &, quotienscunque verificabitur causa, verificabitur causatum innouatum. Nos autem non scimus id, quod venturum est in futuro: quoniam nos non comprehendimus omnes causas eorum. si enim sciremus omnes causas, sciremus omnia causata. nam, cum scimus ꝙ ignis tangit bombicem, exempli gratia, in aliqua hora determinata, tunc scimus combustionem bombicis. & quotienscunq; scimus ꝙ aliquis comedit, scimus ꝙ saturabitur. &, quotienscunq; scimus ꝙ homo deambulat in loco, in quo ponitur thesaurus coopertus leuiter, cum deambulauerit super eum deambulans, cespitat pes eius in thesauro, & scit eum, scimus ꝙ diues fiet ex inuentione thesauri. Attamen istę causę, non scimus eas: & aliquando scimus aliquás earum, & euenit nobis sensatio eius, cum euenerit causatum. &, si scimus maiorem partem earum, prouenit nobis existimatio manifesta de euentu eius. &, si esset nobis scientia omnium causarum, esset nobis scientia omnium causatorum. Nisi ꝙ orbes sunt multi, & habent mistionem cum innouationibus terrestribus, & homo nó potest scire eas, & animæ cœlorum sciunt eas, quia respiciunt primam causam, & consequentia earum, & consequentia consequentium vsq; ad finem processus. Et ideo existimauerunt quòd dormiens videt in somno suo id, quod erit in futurum. & hoc propter copulationem eius cum tabula seruata, & respicientia eius. &, quotienscunque respexerit rem multis vicibus, remanebit hæc eadem res in conseruatiua eius. & aliquando accelerat virtus imaginatiua ad imprimendum eã. nam ex natura sua est imprimere res cum exemplationibus, quæ proportionatæ sunt aliqua proportione, aut permutatione ex eis ad contraria. & aufertur comprehensum verum à conseruatiua, & remanebit exemplatio imaginationis in conseruatiua, & indiget aliqua interpretatione in exemplificatione imaginationis. & aliquando exéplificat imaginatio hominem arbori, & mulierem ornamento, & seruum amissioni alicuius rei domus, & conseruantem pecuniam amicorum, & proborum lumini. nam lumen est causa candelæ, quæ est causa illuminationis, & scientia interpretationis ramificatur ex hac radice. Et existimauerunt quòd copulatio cum illis animabus datur,

postquam nullum est ibi velamen. Attamen nos hora vigiliæ incumbimus ei, ad quod deueniunt sensus, & appetitus. & dare operam his rebus corporalibus deuiat nos ab eo. &, cum auferantur à nobis in somno aliquæ inuolutiones sensuum, apparet in eo dispositio nostra copulationi. Et existimauerunt quòd Propheta purus respicit occultum hac via, nisi quòd virtus animalis prophetica fortificatur tali fortitudine, quæ non offenditur à sensibus manifestis. & propter hoc videt ipse in vigilia id, quod alius videt in somno. Vlterius virtus imaginatiua exemplificat ei etiam id, quod vidit, & aliquando remanet res eadem in memoria eius, & aliquando exemplificatio eius. & indiget hæc visio expositione, vt indiget somnium illud expositione. &, nisi quòd omnia generabilia sunt fixa in tabula seruata, non scirent Prophetæ occultum in vigilia, nec in sommo. attamen congregari calamum in eo, quod est, erit in die iudicii. & dispositio eius est hoc, quod diximus. Et hoc est, quod volumus præmittere, vt bene intelligatur opinio eorum.

AVEROES.

Ait Auer. Iam diximus quòd hæc opinio, non scimus aliquem dixisse eam, nisi Auicennam. Ratio autem eius, quam recitauit, est debilium propositionum, licet sint rhetoricę, & topicæ. nam ipse ponit quòd omne operatum particulare prouenit ab habente animam propter imaginationem particularem de hoc operato, & motus particulares, quibus erit hoc operatum particulare: deinde copulabimus huic propositioni maiori minorem, & est quòd cœli habent animam, ex quibus proueniunt operationes particulares: sequitur ex hoc vt proueniat ex eis id, quod prouenit ab intellectis particularibus, & operationibus particularibus, ex consyderatione particulari, quod appellatur imaginatio. & hoc non videtur in artibus tantum, sed etiam in multis animalibus, quæ operantur operationes terminatas, sicut est domus apum, & aranea, & alia. Attamen contradictio, eueniens his propositionibus, est quòd non prouenit operatio particularis ab habentibus intellectum, nisi ex eo, quòd hoc est imaginatum imaginatione vniuersali, & proueniunt ex ea res particulares infinitæ. ver g. artifex prouenit ex eo figura thesauri ex parte imaginationis vniuersalis, quę non appropriatur vni thesauro præter alium. & sic est in eo, quod emanat ex artibus naturaliter ab animali. & sunt istæ imaginationes mediæ inter comprehensiones vniuersales, & particulares, scilicet sunt medię inter definitionem rei, & imaginationem eius sibi propriam. Corpora autem cœlestia si imaginarentur, essent talis quidem imaginatio quę est a natura vniuersali, non autem imaginatio particularis tributa a sensibus. & impossibile est vt operationes nostrę proueniant ab imaginatione particulari. Et ideo tenent Philosophi quòd

formæ imaginatiuæ, à quibus proueniunt operationes animalis determinatæ, sunt tanquam mediæ inter intellecta, & formas imaginatiuas indiuiduales. sicut forma, q̃ facit auis, quæ appellatur Begiath ex rapientibus, quæ est similis ei, quã faciunt apes domus suas. artifex vero, qui indiget exemplificatione particulari sensibili, est is, qui non est apud eum hæc exemplificatio imaginaria vniuersalis: quæ quidem est necessaria in emanatione eius, quod emanat ab ea ex particularibus. & hæc imaginatio vniuersalis est, quæ mittit voluntatem vniuersalem, quæ non tendit ad indiuiduum præter indiuiduum. voluntates vero particulares sunt, quæ tendunt ad indiuiduum præter indiuiduum eiusdem speciei. & hoc non reperitur in corporibus cœlestibus. Quòd vero reperiatur voluntas vniuersalis rei vniuersali, in eo quòd est vniuersalis, est falsum. nam vniuersale non habet esse extra animam, nec est generabile, & corruptibile. & eius diuisio prima voluntatis ad vniuersalem, & particularem non est vera, nisi dicatur quòd corpora cœlestia mouentur ad partem definitionum rerum absque eo quòd componatur definitio ex imaginatione cuiuslibet indiuiduorum repertorum aliter, quàm est apud nos. Cum autem dixit quòd voluntas vniuersalis non prouenit ab ea particularis, est error cum intelligitur per voluntatem vniuersalem ea, quæ non appropriatur indiuiduo, præter indiuiduum, sed vniuersaliter, sicut Rex, cum habuerit exercitus suos. Si vero intelligitur per voluntatẽ alligantia eius eidem rei vniuersali, tunc non est alligata ei voluntas omnino, & non reperitur voluntas talis, nisi modo, quem diximus. Igitur corpora cœlestia, si declaratum fuerit de eis ꝙ intelligunt ea, quæ sunt hic, ex eo quòd imaginantur, hoc est ex parte imaginationum vniuersalium, quæ sequuntur a definitionibus, non autem ex parte imaginationum particularium, quę sequuntur à sensationibus. Et quod magis videtur est quòd hoc non erit, nisi ex imaginatione particulari: & præcipue cum dicitur ꝙ quicquid prouenit ex eis hic, prouenit secunda intentione apud opinionem hominum, ꝙ ipsa intelligant se ipsa, & intelligant ea, quæ sunt hic. si vero intelligunt ea, quæ sunt hic, ita ꝙ sint diuersa à seipsis, est consyderatio, de qua speculabitur in locis propriis. demum, si sciunt, nomen quidem scientiæ dicitur de scientia eorum, & scientia nostra æquiuoce. Quod autem dixit in hoc capitulo de causis visionis, & Prophetię est quid, cui solus Auicenna assentit. sed opiniones Antiquorum in hoc sunt diuersę ab hac opinione. nam esse scientiam de indiuiduis infinitis in actu, ex eo quòd est scientia indiuidualis, est quid impossibile. & intelligo per scientiam indiuidualem comprehensionem, quę dicitur imaginatio. Et non est ponenda disputatio de Prophetia, & visione in hoc loco, nisi procedatur in hoc ad immensam quęstionem: & est operatio sophistica, non autem topica. Attamen hoc, quod dixi de imaginatione corporum cœlestium, ꝙ sunt imaginatione: medię inter imagina-

Vniuersale non habet eẽ extra animã

Nõ datur uoluntas uniuersalis.

tiones particulares, & vniuersales, est sermo satisfaciens. sed quod sequitur ex radicibus Philosophorum est quòd corpora cœlestia non imaginantur omnino. quoniam istæ imaginationes, vt diximus, sunt propter cóseruationem, siue sint vniuersales, siue particulares. & sunt etiam ex necessitate consyderationis nostri intellectus. & ideo consyderatio nostra est generabilis, & corruptibilis. igitur necesse est vt nó copuletur imaginationi, & non sustentetur ea modo aliquo. quare hæc apprehensio non erit vniuersalis, nec particularis: sed vniuntur ibi ambæ scientię necessario, s. vniuersalis, & particularis: & differunt hic ex parte materierum propter hoc. & hoc modo est scientia de occulto, & Prophetia, & similibus. & hoc declarabitur perfecte in loco proprio. Cœlum non habet imma ginationem.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et responsio est vt dicatur, quare negatis dicenti ꝙ Propheta scit futura notificatione à Deo proueniente, aut ab Angelo angelorum, & non indigemus aliquo eorum, quæ narrauistis, nec ratione in hoc. & nulla est vobis ratio de descensu legis in tabulam, & calamum. nam habentes legem non intelligunt per tabulam, & calamum hoc decisiue. & non amplectimur leges ablatione amplexus viarum intellectuum. Et quod dixistis, licet concessimus possibilitatem eius, quotienscunque non conditionatur ablatio finis ab istis scitis, non scitur de eo esse, & non verificatur esse eius. Via vero in hoc est vt sciatur à lege, non autem ab intellectu. Quod autem vos dicitis de ratione intellectuali primo, ædificatur super multas propositiones, quarum destructionem non narrabimus, sed tantummodo contradicimus tribus propositionibus. Quarum prima est, cum dicitis motum cœli esse voluntarium, & iam contradiximus huic disputationi, & adduximus destructionem rationum eorum in ea. Secunda est, si hoc concedatur vobis abusiue, tunc, cum dicitis ꝙ indiget imaginatione particulari in motibus particularibus, est quid, quod non conceditur. sed non est distinctio apud eos ibi de corpore, quia est quid vnum: diuiditur tamen existimatione, non autem motu, & est vnum continuatione. quomodo ergo cœli desyderabunt complere loca possibilia eis? vt vos dicitis, & sufficit eis imaginatio vniuersalis, & voluntas vniuersalis. & dabimus exemplum de voluntate vniuersali, & particulari, vt bene intelligatur intentio eorum. Cum autem fuerit homini intentio exempli gratia ad faciendum festiuitatem in templo Dei, ex hac quidem voluntate vniuersali non emanat motus: nam motus est particularis in partem deputatam, & mensura deputata. sed non deficit fieri in homine, cum respicit templum imaginatione post imaginationem ad locum, in quo deambulat, & parte, in qua deambulat. & sequitur omnis imaginatio particularis, & volun-

tas particularis ad motum præter subiectum, quod prouenit ei ex motu. Hoc ergo est id, quod intelligunt per voluntatem particularem, quæ sequitur imaginationem particularem. & hoc conceditur. nam partes numerantur, cum respicit Hierusalem, & iter non est consyderatum, & oportet consyderare locum preter locũ, & partem preter partem ex voluntate quadam particulari. motus vero cœlestis est ei vnus modus tantum. nam rotundum in se ipso, & termino suo, id non transit motus, quem vult: & non est ibi, nisi vnum attributum, & vna species, & vnum nomen. & est, sicut descensus lapidis deorsum, quia querit terram via propinquiori: & via propinquior est linea recta: & ad cõsyderandum lineam rectam non indiget innouatione causæ innouatæ præter naturam vniuersalem petentem centrum cum innouatione propinquitatis, & remotionis, & peruentionis ad terminum, & exitus ab eo. Igitur sic sufficit isti motui voluntas vniuersalis ad motum, & non indiget volente. & hec quidem propositio, conati sunt versutia quadam in preponendo eam. E

AVEROES.

AIt Auer. Sermo autem Alga. & responsio est vt dicatur, quare negatis, vsque ad, non indiget aliquo eorum, quæ dixistis, est responsio quidem de genere auditus, non autem de genere intellecti. & non est ponendum in hoc libro. Philosophi enim speculant de omni eo, quod est in lege. &, si id apprehendunt, tunc sunt equales ambæ apprehensiones: & hæc quidem erit perfectissima scientia. si vero id non apprehendunt, notificant diminutionem intellectus humani in eo, & ꝙ comprehenditur in lege tantum. Et, cum dubitat contra eos cum expositione tabulæ, & calami est quid extra hanc disputationem, nec etiam est ponendum hic. & hæc expositio de scientia occulti ipsius Auicennæ nihil est. Contradictio vero intellectualis, quam adduxit de mente Auicenne in hoc, est contradictio vera. nam cœlum non habet motum extra animam particularem incessu particulari, ita ꝙ hoc determinabit ꝙ sit ei imaginatio. habens enim animam, quod mouetur extra animã motibus particularibus in locis particularibus habet proculdubio imaginationem de eis, ad que mouetur, & de illis motibus, cum fuerint illa itinera non comprehensa ab eo visu. circulare vero, vt dixit, mouetur ex eo ꝙ est circulare vno motu, licet sequantur illum motum vnum motus multi diuersi particulares, ad id, quod est sub eo ex entibus. nam non est intentio orbium de illis particularibus, nisi conseruare species tm̃, quarum illa particularia sunt particularia, non autem esse cuiuscunq; particularis illorum particulariũ, in eo ꝙ est particulare. qm̃, si hoc esset, necesse est vt cœlum proculdubio imaginaretur. est tamen speculatio de particularibus, quæ fiunt ex eis, an sint intenta ad seipsos, aut ad conseruationem speciei tantum. & F

impoſsibile eſt vt hoc declaretur in hoc loco, ſed videtur quòd eſt hic prouidentia proculdubio de particularibus ex parte ſomniorum veridicorum, & ſimilium ex pronoſticis futurorum, quę quidem in rei veritate eſt prouidentia in ſpecie. Nota de prouidentia.

ALGAZEL.

Ait Alga. Propoſitio tertia, & ex aſtutia nimis abſurda eſt, cũ dicunt ꝙ, cum conſyderantur motus particulares, conſyderantur etiam conſequentia eorum, & prouenientia ex eis, & hæc eſt ſtultitia abſoluta. & eſt ſicut dictum dicentis ꝙ, cũ homo mouet, & ſcit motuũ ſuum, oportet vt ſciat quod ſequitur ex motu ſuo de oppoſitione, & vicinitate & eſt proportio eius ad corpora, quæ ſunt ſupra, & ſub eo, & ex lateribus. &, cum ipſe deãbulat in Sole, oportet vt ſciat loca, in quę cadit vmbra eius, & loca, in quę non cadit: & quod euenit ex frigore ab vmbra ſua, cum abſcindatur radius in illis locis: & quod euenit ex conſtructione partibus terræ ſub plantis pedum ſuorum: & quod euenit de ſeparatione in eis: & quod euenit humoribus ſuis in vẽtre de mutatione ex cauſa motus ad caliditatem: & in quo membro ſuperabundauit caliditas, ita ꝙ quaſi corrumpit complexionem eius: & in quo membro rectificauit id, quod frigidum antea quaſi corrupit: & in quo loco rectificauit: & ẽt quicquid fecit in his membris de humiditate & ſiccitate: & quod ſequitur ex eis de oppilatione, aut putrefactione: & quod ſequitur ex hoc de mutatione pulſus, & demum de mutationibus partium corporis ad ſanitatem, ſeu ad ægritudinem: & quod mutatur in partibus eis ad ſudorem, aut ad aliam humiditatem: & ſic ſequitur in omnibus innouationibus in corpore eius, aut extra corpus de eo, cuius motus eſt cã, aut conditio, aut præparans. & eſt ſtultitia, quam non imaginatur intelligens, & non cadit in eam niſi ſtultus. Et ad hoc quidẽ deuenit hæc verſutia, adeo ꝙ nos dicimus de iſtis particularibus diuerſis ſcitis in anima orbis, vtrum reperiantur impræſentiarum, aut denominatur eis id, quod venturum eſt in futurũ? Si intelligitis id, quod reperitur in præſentiarum eſt falſum ꝙ reſpiciat occultam. & Prophetę quidẽ percipiunt in vigilia, alii verò homines in ſomno id, quod futurum eſt eo mediante. Vlterius deſtruitur iudiciũ rõnis, quia eſt verſutia. nam qui ſcit rem, ſcit cõſequentia eius, & proſequentia: ita ꝙ, ſi ſciremus oẽs cauſas rerum, ſciremus omnes innouationes futuras: & tñ cauſæ omnium innouationum, quę reperiũtur impręſentiarũ ſunt motus cœleſtes: ſed determinamus cãm in eis, aut duobus mediantibus, aut multis mediantibus: &, cum tranſierit ad futurũ, non erit ei finis. quęro qũo ſciet dĩa particulariũ in futurũ in infinitũ? & qũo congregant in aĩa creaturæ in vno tpe, abſq; eo ꝙ proueniant vnum poſt aliud ſcientię particulares diſtinctæ infinitæ, & vnitates earũ ſunt infinitę. & is, cuius intellectus non teſtatur de huius rei

falsitate, non confidat ingenio suo. Si vero conuertent supra nos hoc in scientia Dei glo. tunc dicimus non est alliganda scientia Dei glo. casui de scitis suis modo, quo alligantur scientiæ creaturarum: sed quotienscunque scita fuerit anima orbis ab anima hominis, esset speciei animæ humanæ. nam communicatur ei in eo, quòd comprehendit particularia mediate. &, licet non apprehendat hoc decisiue, erit tamen prędominium existimationi ꝙ sit ex speciebus eius. si vero non prædominatum fuerit, tunc est posibile: & posibile destruit determinationem eorum in eo, quod determinauerunt. Si autem dixerit ꝙ mos ipsius animæ humanæ est vt apprehendat etiam omnia, tamen occupatio eius est inuolutionibus appetitus, iræ, & odii, & timoris, & doloris, demum accidentium corporis, & in eo, quod faciunt peruenire ad eam sensus, adeo ꝙ, cum processerit anima humana in aliqua re, occupatur ab alia: sed animę cœlestes mundæ his attributis, non euenit eis inuolutio, & non impedit eas cogitatio, & dolor, & sensatio: ergo sciunt omnia. Dicimus vnde scitis ꝙ non sit eis occupatio? nonne seruitus earum, & desyderium earum ad primum impedit eas, & præbet eis inuolutionem, quin consyderent particularia diuersa? aut quid redit falsum quin consyderemus aliud prohibens præter iram, & appetitum, & hæc prohibentia sensibilia? & vnde scitur ꝙ includantur in eo, quod videmus de anima nostra, & tamen intellectui sunt occupantes ex magnitudine animæ, & petendo dominium id, quod non potest imaginari apud infantes, & non existimant eas esse occupantes, & prohibentes? & vnde scitur falsitas eius, quod est loco earum in animalibus cœlestibus? & hoc est, quod volumus narrare in scientiis, appellatis apud eos Diuinis.

AVEROES.

AIt Auer. Quod autem negat, quin sit hic intellectus separatus à materia, intelligens quidem res per consequentia earum essentialia modo vniuersalitatis eorum, non est imposibilitas eius ex rebus ꝑ se notis, nec ēt necesitas esse eius est ex rebus ꝑ se notis: sed homines, s. Philosophi existimant ꝙ iam iacta est demonstratio apud eos, quòd reperiatur intellectus talis. Quòd vero reperiantur imaginationes infinitæ est imposibile vnicuique particulari hoc imaginari. Attamen quòd reperiatur infinitum in scientia antiqua, & quomodo erit scientia de particularibus, quæ fient in futurum homini ex parte scientię antiquę, est id, in quo, dicunt homines quòd apud eos est declaratio. nam anima intelligit de hac re vniuersale, quod est in intellectu, non autem particulare, quod appropriatur tempori tali, & indiuidua nota apud eos. anima enim est in potētia omnia entia: & id, quod est in potentia, existit in actum, aut propter res sensibiles, aut propter naturam intellectus præcedentis sensibilia in esse,

scilicet

scilicet intellectus, propter quem erunt entia sensibilia intelligibilia, & certe quidem non ex eo quòd sunt in hac scientia imaginationes indiuiduorum infinitorum. demum existimant quòd iam vniuntur ambæ scientiæ, vniuersalis, & particularis in substantia separata à materia. &, cum ipsa influit hanc scientiam ei, quod est hic, diuiditur ad vniuersalem, & particularem. & non est hæc scientia vniuersalis, nec particularis. & hoc quidem, siue contrarium eius non potest declarari in hoc loco. loqui enim de his rebus in hoc loco est, sicut quis acceperit propositiones Geometricas, quæ non habent famositatem, & faciet cum eis verificationem, nõ autem satisfactionem primo aspectu, & miscebit vnam cum alia, scilicet dubitabit cum vna alteri. nam hoc est ex debilibus speciebus loquelæ, & vilioribus, quoniam non erit in hoc verificatio demonstratiua, seu rethorica. Et sic etiam scientia de differentiis, quæ sunt inter animas cœli, & animam humanam, sunt quæsita profunda. & qui loquitur de aliquo eorum extra locum
B suum, aut erit sermo eius de eis extraneus, aut rhetoricus, & primo aspectu, scilicet propositionum possibilium: sicut dicunt quòd potentia irascibilis, & concupiscibilis prohibent animam humanam ab apprehensione eius, cuius apprehensio est propria animæ. nam isti sermones, & similes, apparet de eis quòd sunt possibiles, & oportet afferre rationem eis, & diriguntur ad eos multæ possibilitates oppositæ. Et hic finis imponitur ei, quod decreuimus narrare de notificatione sermonum, qui sunt in hoc libro disputationibus Metaphysicis: & est maior pars huius libri. & deinde loquemur de disputationibus Physicis, si Deus Gloriosus voluerit.

IN PHYSICIS

DISPVTATIO PRIMA.

DE IVDICIO EORVM, QVOD HAEC COPVLATIO, QVAE APPARET IN ESSE INTER CAVSAS ET causata, est copulatio, quæ consequitur necessario.

ALGAZEL.

AIT Alga. Ea aũt, ad quę est intentio in naturali- D
bus, sunt multæ scientię. & narrabimus partes ea-
rum, ad notificandum quòd lex non necesitat, nec
astringit vt contradicatur eis, & negentur nisi in lo
cis, quę narrabimus. Et diuiduntur profecto in ra
dices, & ramos. Radices autem sunt octo partes.
quarum Prima est, in qua narrabitur id, quod eue
nit corpori, in eo ꝙ est corpus, sicut est diuisio, &
motus, & mutatio, & id, quod euenit motui, & sequitur ei, vt tempus,
& vacuum. & id includit liber, appellatus Liber Physicorum. Secũ-
da est notificatio dispositionum partium elementorum cum orbibus,
& eius, quod est in concauo orbis Lunę ex elementis quatuor, & na- B
turis eorum, & causa appropriationis vniuscuiusque eorum in loco
tali demonstrato. & id includit Liber, appellatus de Cœlo, & Mundo.
Tertia, notificantur in ea dispositiones generationis, & corruptionis,
& geniturę, & crementi, & mutationis, & qualitatis perfectionis spe-
cierum cum corruptione indiuiduorum ex duobus motibus cœlesti-
bus, orientali, & occidentali. & id includit Liber appellatus de Gene-
ratione, & Corruptione. Quarta speculatur ea de rebus euenientibus
quatuor elementis ex mistionibus, ex quibus fiunt impresione supe-
rioris, vt nubes, & pluuię, & tonitrua, & lampades, & circulus circa
Lunam, & iris, & coruscationes, & venti, & terręmotus. & id inclu-

A dit Liber Meteororum appellatus. Quinta speculatur ea de mineralibus. Sexta speculatur ea de plantis. Septima speculatur ea de

dit Liber Meteororũ appellatus. Quinta speculatur ea de mineralibus. Sexta speculatur ea de plãtis. Septima speculatur ea de animalibus. & est Liber dictus de Naturis animaliũ. Octaua speculatur ea de animabus animaliũ, & virtutibus apprehensiuis, & ꝙ homini insit anima, quæ nõ moritur ad mortẽ hominis, i. ꝙ substantia spiritualis finiatur. quod est falsum. Earũ aũt rami sunt septẽ. quorũ Primus est Medicina. cuius intentio est scire principia corporis humani, & dispositiones eius ex sanitate, & ægritudine, & causis, & signis earum ad hoc vt ægritudo remoueatur, & tũc conseruatur sanitas. Secundus est Iudicium stellarum: & est consyderatio faciens iudicium ex figuris planetarum de eo, quod euenit ex rebus mundi, & tempore, & filiis, & cremento, & ætatibus. Tertius est scientia Physionomiæ: & est faciens iudicium ex figura, & dispositione eius de moribus. Quartus B est Interpretatio somniorũ: & est faciẽs iudicium ex eo, quod est simile de impressione alterius. Quintus est scientia Imaginum: & est copulatio virtutũ cœlestiũ virtutibus aliquorũ corporũ terrestrium, vt fiat ex hoc operatio extranea in mũdo terrestri. Sextus est scientia Præstigiationis: & est mistio virtutum corporũ terrestriũ, vt fiant ex eis res extraneæ. Septimus est ars Alchimiæ: & intentio eius est permutare substãtias minerales ad perueniendũ ad purificationẽ auri, & D argenti, aut in aliqua specie apparẽtię. Lex aũt non astringit vt contradicatur eis in aliqua re harũ sciẽtiarũ. nos vero disputabimus cõtra Philosophos ex omnibus istis sciẽtiis quatuor disputationibus.

AVEROES.

C AIt Auer. Id autem, quod numerauit de octo generibus scientiæ Naturalis est verum secundum opinionem Arist. Attamẽ scientiæ, quas numerauit, quòd sint rami earum, non sunt sic, sicut ipse numerauit. nam Medicina non est ex scientia Naturali. est enim ars factiua, quæ assumit principia sua à scientia Naturali. B quoniam scientia Naturalis est speculatiua: Medicina vero est factiua. &, cum loquimur de re communi in duabus scientiis, erit duobus modis, vt cum loquimur de sanitate, & ægritudine. nam habens sciẽtiam Naturalem consyderat de sanitate, & ægritudine, in eo ꝙ sunt ex passionibus entium naturalium: Medicus vero consyderat de eis, in eo quòd conseruat vnam earum, & destruit alteram, idest quòd ipse consyderat de sanitate, in eo quòd conseruat eam, & ægritudine, in eo quòd remouet eam. Scientia autem iudicii stellarum non est etiam ex ea, sed est scientia in pronosticando id, quod fiet in mundo: & est species diuinationis. Et huius generis est etiam scientia Physionomiæ, nisi quòd scientia Physionomiæ est sciẽtia rerum occulta-

rum, quæ nunc reperiuntur, non autem futurarum. Et ſcientia Interpretationis ſomniorum eſt etiam ſpecies pronoſticationis eius, quod fit. & hoc quidem genus ſcientiæ non eſt ſpeculatiuum, nec factiuum licet exiſtimetur quòd habetur vtilitas ex eo in operatione. Scientia autem Imaginum eſt falſa. quoniam impoſsibile eſt, ſi poſuerimus ꝙ ſitus cœleſtis faciat impreſsionem in rebus, quę fiunt hic, vt ſit illa impreſsio, niſi in re facta, non autem vt tranſeat illa impreſsio huius rei factæ ad aliã rem extra eam. Scientia autem Prętigiationis ſunt ſcientiæ, quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, & non habent introitum in artibus ſpeculatiuis. Alchimia vero eſt ars, in qua eſt dubium an reperiatur. &, ſi reperitur, impoſsibile eſt vt quod fit in ea ſit ipſummet naturale. nam ars diminuitur in aſsimilando naturæ, nec peruenit ad eam in rei veritate. &, ſi fecerit aliquid ſimile, quo ad ſenſum, rei naturali, non eſt apud nos aliquid, quod neceſsitet falſitatem, nec poſsibilitatem eius, & quod poſsibile eſt vt perueniamus ex eo ad hoc eſt longa experientia cum longitudine temporis. Quatuor autem diſputationes, quas numerauit Alg. nos profecto recitabimus vnamquãque earum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Diſputatio prima eſt iudicium eorum, quòd hæc copulatio, quæ videtur ineſſe inter cauſas, & cauſata, eſt copulatio, quæ ſecuta eſt neceſſario, & non eſt in poſſe, nec poſsibilitate vnire cauſam abſque cauſato, nec eſſe cauſatum abſque cauſa. Secunda autem, cum dicunt ꝙ animæ humanæ ſunt ſubſtantię exiſtentes in ſeipſis, & non ſunt innatæ in corpore, & mors eſt ceſſatio copulationis earum in corpore ceſſatione regiminis, ſed ſunt exiſtentes in ſeipſis omni hora. & exiſtimauerunt ꝙ hoc eſt ſcitum demonſtratione intellectuali. Tertia autem, cum dicunt ꝙ iſtæ animæ, eſt falſum dicere de eis quòd corrumpantur, ſed, cum reperiantur, ſunt æternæ, & perpetuæ, & non imaginatur finitas durationis earum. Quarta vero eſt, cũ dicunt ꝙ iſtæ animæ falſum eſt dicere quòd redeant ad corpora. Sequitur autem quæſtio in Prima diſputatione, ex eo quòd ædificatur ſuper eam affirmatio miraculorum reſcindentium conſuetudines, ſicut eſt conuerſio baculi in ſerpẽtem, & viuificatio mortuorum, & quieſcere Lunam. & ponens curſum conſuetudinum ſemper proſequi neceſſario negat totum hoc. & exponunt id, quod ponit in libris Prophetarum de viuificatione mortuorum, & dixerunt ꝙ intelligitur per hoc, Cauete ne ſitis ignari in vita ſcientiæ. Et exponunt conuerſionem baculi faſcinationem ex faſcinationibus in deſtructionem rationum diuinatum notarum apparentium mediãte Moſi cum erroribus Hæreticorum. Quieſcere autem Lunam aliquando id negauerunt, & exiſtimauerunt quòd non eſt poſsibile. Attamen non

A concedunt Philosophi miracula rescindentia consuetudines, nisi tribus rebus. quarum Vna est virtute imaginatiua. nam ipsi existimauerunt quod cum prædominatur, & fortificatur, & non impediunt eam inuolutiones, & sensus respicit in tabula seruata, & imprimuntur in ea formæ particulares, quæ fiunt in futurum. & hoc quidem in vigilia Prophetis, & aliis hominibus in somno. & hoc est proprium Prophetiæ virtute imaginatiua. Secũda vero est propria virtuti intellectiuæ speculatiuæ, & deuenit ad fortem extimatiuã, & est celeritas permutandi ex scito ad scitum. & aliquando purificatur, cum cogitans in eo, ad quod sumitur ratio, & excitatur ad rationem. &, cum recordatur ratione, excitatur habens rationem ex seipso. demũ, cum occurrit ei terminus medius, excitatur ad conclusionem. &, cum fuerit in intellectu suo terminus conclusionis, peruenit ad mentem suam terminus medius congregans extremitates conclusionis. Et homines profecto B differunt in hoc. Nam sunt aliqui, qui mouentur ex seipsis: & sunt aliqui, qui mouentur pauca excitatione: & sunt aliqui, qui non comprehendunt cum excitatione, nisi diminutione magna. &, quemadmodũ possibile est vt eueniat vltima diminutio non habenti sensationem omnino, ita quòd non mouetur ad intelligendum intelligibilia cum excitatione, sic etiam potest euenire vltima fortitudo, & additio, vt excitetur ad omnia intelligibilia, aut ad plurima eorum, & tempore breuiori. & differt hoc quantitate in omnibus quæsitis, aut aliquibus, & etiam qualitate, ita quòd differt celeritate, & propinquitate. & forte reperietur propinquitas animæ sanctæ puræ, quæ transit in sensatione in omnibus intelligibilibus ad scientiam, & celerrimo tempore. & est Propheta, qui habet mirabilem virtutem speculatiuam, & non indiget in intelligibilibus docente, sed quasi ipse addiscit ex se ipso. & est is, qui denominatur quod quasi illuminatur lumen eius, licet non tangat id ignis: & est lumen præ cæteris luminibus. Tertia vero est vir C tus animalis factiua, quæ peruenit ad terminum, quo disponuntur naturæ, & obediunt ei. Et exemplum eius. nam anima alicuius nostri, exempli gratia cum imaginatur aliquid, inseruiunt ei membra corporis, & virtutes, quæ sunt in ea, & mouetur ad partem imaginatã quæsitam, ita quòd, cum imaginatur aliquid suauis saporis, resoluuntur gengiuæ, & excitatur virtus resoluens humiditatem spermaticam à loco suo. &, cum imaginatur coitum, excitatur virtus, & induratur instrumentum. etiam, cum deambulauerit super corpus longum extensum in vacuo, & super trabem, cuius extrema sunt in duobus parietibus, fit fortiter imaginatio eius quòd cadat, & patitur corpus hac imaginatione, & cadit. &, si hoc esset super terram, deambularet super eam celeriter, & non caderet, quoniam corpus, & virtutes corporales creatæ sunt ad seruiendum, & obediendum animalibus. & differt hoc diuersitate puritatis animarum, & fortitudinis earum. Et non est inconueniens vt perueniat virtus fortitudinis animæ ad terminum,

quo inseruiat ei natura necessario, & absque corpore. nam anima eius D
non est innata in corpore, nisi quòd habet aliquam excitationem, & desyderium ad regimen eius. & creatum fuit hoc in radice creationis eius. &, quemadmodum oportet vt seruiant ei membra sui corporis, sic non est impossibile quin seruiat ei aliquid præter corpus, adeo quod consyderabit, & perueniet anima eius ad statum venti, aut descensum pluuiæ, aut innouationẽ toni, aut terræmotuum, & profundat homines. & hoc quidem peruenit ad frigus venturum aut calidum, aut motum in aere: & fit ex anima eius hæc caliditas, aut frigiditas. & fiunt ex ea hæc absque causa naturali manifesta. & erit hoc miraculum: licet hoc eueniat aeri disposito ad recipiendum. sed non peruenit ad hoc vt conuertatur lignum in animal, aut rescindatur Luna, quæ non recipit rescissionem, & extensionẽ. hæc est opinio eorum de miraculis. Nos vero nõ negamus quod sit aliquid eius, quod dixerunt, & quod hoc sit Prophetis: negamus tamen sufficientiam eorum in eis tantum, & negationem eorum conuersionis baculi in serpentem, & viuificationis B
mortuorum, & alia. igitur necesse est vt disputemus in hac disputatione ad affirmandũ miracula, & aliud: & est ad conseruandum id, ad quod peruenerunt perfecti: & est quod Deus omnia potest. & disputabimus in hoc intento.

AVEROES.

Ait Auer. Loqui autem de miraculis, Antiqui philosophorũ non fecerunt de eo sermonem. quoniã hoc est apud eos ex rebus, de quibus non sunt ponendæ quæstiones discutiẽdę. nam sunt principia legum: & qui speculatur de eis, & dubitat de ipsis, oportet condemnari apud eos, quẽadmodũ qui speculatur de aliis principiis legis vniuersalibus. sicut, si Deus glo. reperitur: & si summum bonum reperiatur: & si virtutes reperiantur, in quorũ esse non dubitatur, & qualitas esse eorũ est quid diuinum abstractum ab apprehensione intellectus humani. & causa huius est, quoniam hæc sunt principia eorũ, quæ operantur quibus homo erit religiosus. & non est modus ad perueniendũ ad scientiam, nisi postquã peruenerit ad religionem. & oportet vt nõ se intromittat ad speculandum de principiis, quæ faciũt dignitatem, antequam perueniat ad dignitatẽ. Et, cũ artes scientificæ non perficiantur, nisi procemiis, & præambulis, quæ primo recipiet addiscens, quãto magis hoc debet esse in rebus, quæ operantur. Quod autem dixit de causis huius nomine Philosophorum est sermo, quem nescio aliquem dixisse, nisi Auicennam. Attamen, cum verificatum fuerit ipsum esse, & possibile sit vt mutetur corpus ab eo, quod non est corpus, nec potentia in corpore absque mutatione eius, tunc id, quod dedit de causa eius est possibile. tamen non omne, quod est possibile, in natura sua potest homo id facere. nam possibile homi- F

D ni est scitum, & plurima possibilium ex seipsis sunt impossibilia ei. Igitur veritas quòd Propheta scindat consuetudines est impossibilis homini, est tamen possibilis in se. & non oportet in hoc vt ponatur quod res impossibiles in intellectu sint possibiles Prophetis. Et, cum bene consyderaueris in miraculis, quorum esse verificatum est, inuenies ea esse huius generis. et quod magis manifestum est ex eis in hoc est Liber Dei omnipotentis, qui non destruit consuetudinem per viam auditus, sed probatum est esse miraculum sensu, et consyderatione omnibus hominibus repertis, et qui reperientur vsque ad diem iudicii, et in hoc sunt hæc miracula nobiliora cæteris miraculis. et sufficiat hoc ei, qui non contentatur tacere in hac disputatione, & sciat quòd via electorum in verificatione Prophetarum est alia via, ad quã excitauit nos Aui. in multis locis, & est operatio, proueniens ab attributo, quo Propheta appellatur Propheta: quæ est notificatio occulti, & positio legum conuenientium veritati, & facientium adipisci ex

B operationibus id, quod est summum bonum omnis creaturæ. Id vero, quod recitauit de prophetia ex Philosophis, nescio aliquem dixisse hoc, nisi Aui. Attamen quod dicunt Antiqui de prophetia, et visione, est qꝫ sit ab ipso Deo glo. mediante aliquo ente spirituali, quod non est corpus, et est tribuens intellectum humanum apud eos: et est id, quod appellant Moderni intellectum agentem: et appellatur in lege Angelus. et reuertamur ad id, quod dixit de his quatuor disputationibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Copulatio autem inter id, quod reputatur ad modum causæ, et id, quod reputatur causatum, non est necessaria apud nos. sed omnia duo, quorum hoc non est illud, nec illud hoc, et affirmatio vnius non includit affirmationem alterius, nec negatio vnius includit negationem alterius, non est ex necessitate esse vnius esse alterius, nec ex necessitate priuationis vnius vt priuetur alterum. sicut est ebrietas et potus, saturatio et commestio, combustio et tactus ignis, lumen & eleuatio Solis, mors & diuisio colli, potus medicinæ et fluxus ventris et assumptio solutiui. et sic sequimur ad omnia, quę videntur ex copulatis in Medicina, et iudiciis stellarum, et artibus, et dictionibus, quorũ copulatio non pręcessit, & est in posse Dei glo. creare ea ęqualiter, non qꝫ sit necessarium ex se, nõ recipiẽs quidẽ diminutionẽ, sed ex posse, et in posse eius est creare saturationẽ absq; cõmestione, et creare mortem absque sectione colli, et facere continuationem vitę cum sectione colli. et sic sequitur in omnibus copulatis. et Philosophi quidem negauerunt possibilitatem eius, et ratiocinati sunt de falsitate eius. Et consyderatio de his rebus, quę excipiuntur ab vniuersali esset longa. attamen exemplificabimus in hoc

cum vno exemplo, & eſt combuſtio in ſtuppa exempli gratia cum ta D
ctu ignis. quia nos concedimus eſſe tactum inter ea abſque combuſtione, & concedimus fieri conuerſionem ſtuppæ combuſtæ in cinerem abſque tactu ignis. ipſi tamen negant poſsibilitatem huius. Et ſermoni quidem in hac diſputatione ſunt tria loca. Quorum Primus eſt vt dicat aduerſarius ꝙ agens combuſtionis eſt ignis tantum, & eſt agens naturaliter, non aũt electiue: igitur impoſsibile eſt ei vt recedat ab eo, quod eſt ei connaturale, cum tetigerit ſubiectum recipiens. Et hoc quidem nos negamus, ſed dicimus quòd agens combuſtionis creauit nigredinem in ſtuppa, & ſeparationem in partibus eius, & poſuit eam combuſtam, & cinerem, & eſt Deus glo. mediantibus Angelis, aut immediate: ignis vero eſt quid inanimatum, non habens quidem operationem, quęro quę eſt ratio ꝙ ipſe ſit agens? & non habent rationem niſi teſtimonium aduentus combuſtionis cum tactu ignis. ſed teſtimonium indicat ꝙ aduenit cum eo, & non indicat ꝙ aduenit ex eo, & ꝙ non ſit cauſa alia pręter eum. nam nulla eſt E
differentia in eo, ꝙ copulatio ſpiritus virtutibus apprehenſiuis, & motiuis in ſpermate animalis nō generetur ex naturis incluſis in calido, frigido, humido, & ſicco, & in eo, ꝙ pater efficiat embrionem caſu ſpermatis, nec ipſe efficit vitã eius, & viſum, & auditũ, & alia, quę ſunt in eo. & patet ꝙ ſunt in eo, & tñ nemo dicit ꝙ ſunt ex eo, ſed eſſe eorum eſt ex parte primi, aut immediate, aut mediantibus Angelis deputatis his rebus, quę fiunt. & hoc eſt, quod determinant Philoſophi, dicentes ꝙ in hoc mundo eſt efficiens. & ſermo eſt cum eis. Igitur declaratum eſt ꝙ eſſe cum re non indicat ꝙ ſit ex ea: attamẽ declarabitur hoc exemplo. Et eſt, qui natus eſt cęcus, ex eo ꝙ in oculis ſuis eſt velamẽ nebulę, & non audierit ab hominibus differentiam inter diem & noctem, ſi quidem remoueretur nebula ab oculis in die, ꝙ aperiret palpebras ſuas, & viderit colores, exiſtimabit ꝙ comprehenſio habita per oculos ſuos de pictura colorum, agens eius eſt apertio viſus: & quo- F
tienſcũque fuerit viſus eius ſanus, & apertus, & velamen ablatum, & homo obiectum coloratum, neceſſe eſt proculdubio vt videat: & non intelligit ꝙ nō videt, vſquequo occiderit Sol, & obſcuratus fuerit aer, & tunc ſciet ꝙ lumen Solis eſt cauſa impreſsionis colorum viſui ſuo: quęro vnde credimus iudicio ꝙ ſint principiis eſſe cauſę, ex quibus influuntur hę innouationes cum tactu inter eas, niſi ꝙ ſunt permanentes: & non ſunt corpora mobilia vt deficiant: &, ſi deficerent comprehenderemus ſeparationem, & conſiderauimus ꝙ ſit ibi cauſa poſt illam, quam vidimus. & hoc non poteſt euitari ab eo ſecundum rationem radicum eorum. & ideo determinauerunt verificantes eorum ꝙ iſta accidentia, & innouationes, quę proueniunt cum tactu corporum, & demum cum diuerſitate proportionis earum, influant à datore formarum, & eſt Angelus, aut Angeli, adeo ꝙ dixerunt ꝙ impreſſio formarum colorum oculo prouenit ex parte datoris formarũ: or-

D tus autem Solis, & pupilla sana, & corpus coloratum pręparant subiectum ad recipiendum has formas: & affirmauerunt hoc omni innouato. & hoc quidem destruit rationem eius, qui ratiocinatur ꝙ ignis sit efficiens combustionis, & panis efficiens saturationis, & solutiuũ efficiens sanitatis, & sic aliæ causæ, & causata.

AVEROES.

AIt Auer. Negare autem causas efficientes, quas videmus in sensibilibus, est sermo sophisticus. & loquens ad hoc, aut cum lingua sua negat id, quod est in corde suo, aut sequitur inuolutionem sophisticam, quæ sibi euenit in hoc. & qui aufert hoc, nonne poterit scire quòd omnis actio impossibile est quin fiat absque agente? Attamen si istę causæ sufficiunt ex se operationibus prouenientibus ex eis, aut perficient operationes suas ex causa extrinseca separata, aut non separata, est quid non per se notum, & indiget inqui-
B sitione, & consyderatione magna. Et, si inuenerunt hoc dubium in causis agentibus, in quibus apparet sensu quòd aliquæ agant aliquas, ex eo quòd est hic ex agentibus, quorum agens non apparet sensu, hoc quidem non est verum. nam illa, quorum causæ non apparent sensu, sunt intelligibilia, & quæsita, ex eo quòd non habentur sensu causæ eorum. Si vero fuerint illa, quorum causæ non apparent sensu, ignota naturaliter, & quæsita, tunc id, quod non est ignotum, sunt causæ eius sensibiles necessario. & hoc est de actione eius, qui non diuidit inter notum per se, & ignotum. igitur quod adduxit in hoc capitulo est sophisticum. Vlterius quid dicent de causis essentialibus, sine quarum cognitione non intelligitur ens. nam notum est per se quòd in rebus sunt substantiæ, & attributa, quæ determinauerunt operationes proprias cuilibet enti. & sunt ea, propter quæ differunt
C substantiæ rerum, & nomina, & definitiones earum. &, si non esset cuilibet enti operatio sibi propria, non esset ei natura sibi propria. &, si non esset ei natura sibi propria, non esset ei nomen sibi proprium, nec definitio: & essent omnia eadem, & non eadem. nam de eodem interrogaretur an sit ei operatio vna sibi propria, siue passio, siue propria, aut non habet operationem. &, si habet operationem sibi propriam, igitur hic sunt operationes propriæ prouenientes à naturis propriis. &, si non habebit vnam operationem sibi propriam, igitur vnum non est vnum. &, cum aufertur natura vnius, aufertur natura entis. &, cum aufertur natura entis, sequitur priuatio. Attamen operationes prouenientes à quolibet ente necessariæ actionis in eo, cuius natura est vt agat, an sunt electiue, aut possibile vt plurimum, aut est eis vtrunque simul, est quęsitum, in quo debet fieri speculatio. nam actio, & passio vna inter quęlibet duo entia ex entibus est propter aliquam relationem relationum infinitarum: & iam datur relatio sequẽs

relationem: quare non decidemus de igne, si approximatus fuerit corpori sentienti quod agat proculdubio. quoniam non est inconueniens, quin sit ens, cui sit ad corpus sentiens relatio. quæ relatio impediet operationem ignis, vt dicitur de lapide balnei, & aliis. hoc tamen non faciet necessario negationem ignis ab attributo combustionis, quotiescunque perseuerabit esse ei nomen ignis, & definitio eius. Quòd vero entia, quæ fiunt, habeant quatuor causas, agens, materiam, formam, & finem, est notum per se. & sic etiam eas esse necessarias in esse causatorum: & præcipue illas, quæ sunt pars rei causatæ, s. quam appellant aliqui materiam, & aliqui conditionem & subiectum, & aliqui formam, & aliqui attributum animale. Loquentes autem confitentur quòd sunt hic conditiones, quæ sunt necessariæ in conditionato, sicut id, quod dicunt, quòd vita sit conditio in scientia: & sic confitentur quòd rebus sunt verificatio, & definitiones, & sunt necessariæ in esse entis: quare perseuerant iudicium in hoc palam, & occulte eodem modo. & sic faciunt in passionibus sequentibus substantiam rei: & est id, quod appellant rationem, sicut dicunt quòd adaptatio in ente indicat quòd agens sit intelligens: & esse ens, in quo est intentio ad aliquem finem indicat quòd agens scit ipsum. intellectus enim nihil aliud est, nisi apprehensio entium cum causis suis. & in hoc differt ab aliis virtutibus apprehensiuis. & qui aufert causas aufert intellectum. & ars Logice ponit positione quòd sint hic causæ, & causata, & quòd scientia illorum causatorum non erit perfecte, nisi ex scientia causarum eorum. Igitur negare hæc destruit scientiam. nam sequitur quòd non sit hic aliquid scitum omnino scientia vera: sed, si fuerit, erit imaginatum. & non erit hic demonstratio, nec definitio omnino, & auferentur species prædicatorum essentialium, ex quibus componuntur demonstrationes. Et ponens quòd non datur scientia vna necessaria, sequitur ei vt non sit hoc suum dictum necessarium. Qui vero confitetur quòd sunt hic aliqua talia, & aliqua non necessaria, & iudicat anima de eis iudicio imaginatiuo, & existimat quòd sunt necessaria, & tamen non sunt necessaria. Philosophi quidem non negant hoc ei. & , si appellant hoc consuetudinem, est possibile: sin autem, nescio quid intelligunt per nomen consuetudinis, an intelligunt quòd sit consuetudo agentis, aut consuetudo entium, aut consuetudo eorum apud iudicium de istis entibus. & falsum est vt Deo sit consuetudo. nam consuetudo est habitus, quem acquirit agens, qui facit reiterationem actionis ab eo vt plurimum: & Deus glo. dixit Ego vero dominus non mutor: & non est in eo aliquid mutationis omnino. Si vero intelligunt quòd sit consuetudo entium, consuetudo quidem nó est nisi in habentibus animam. si vero fuerit in non habentibus animam, est verificatio naturæ. & hoc quidem non negamus, scilicet quod sit in entibus natura determinans rem aut necessariam, aut vt plurimum. Quod autem sit in nobis consuetudo in iudicio de entibus,

Intellectus nihil aliud est, nisi apprehēsio entium cū suis causis.

re quidem consuetudo nihil aliud est, nisi actio intellectus, quam terminat natura eius, & ea intellectio est intellectus. & non negant Philosophi talem consuetudinem. & est dictio sophistica, cum verificabitur quòd non sit sub ea aliquid, nisi quòd sit actio positiua: sicut dicimus procedit tale agens vt faciat hoc & hoc, idest quòd ipse id faceret vt plurimum. &, si hoc fuerit, essent omnia entia positiua, & non esset ibi scientia omnino, qua attribuitur agenti quòd sit sapiens. &, sicut diximus, non debemus dubitare quòd talia entia aliquod eorum agit in aliquod, & ex aliquo, & ipsa non sufficiunt ex seipsis in hac actione, sed indiget agente ab extra, cuius actio est conditio in actione eorum etiam in esse eorum, quanto magis in actione eorum. Quæ autem sit substantia huius agentis, aut agentium, differunt in eo Sapientes quibusdam modis, & non differunt quibusdam modis. nam omnes conuenerunt in hoc, quòd agens primum est separatum à materia: & hoc agens operatio eius est conditio in esse rerum, & esse operationum earum. & peruenit operatio huius agentis his entibus, mediante aliquo intellecto ei, quod est aliud ab istis entibus. & aliqui ponunt id esse cœlum tantum: & aliqui ponunt cum cœlo aliud ens remotum à materia: & est id, quod appellant datorem formarum. & non est hic locus speculationis de istis opinionibus. & nobilius eorum, de quibus speculantur Philosophi, est hoc. &, si fueris ex eis, qui desyderant has veritates, vade ad quodlibet eorum in capitulo proprio. Accidit tamen quæstio in innouatione formarum essentialium, & præcipue animarum: quoniam non possunt attribuere hoc calido, frigido, humido, & sicco, quæ sunt causæ eius, quod est hic ex naturis, & eius, quod corrumpitur. Deharii autem sunt, qui attribuunt omne, quod videtur hic ex eo, cuius non est causa, quę attribuatur calido, frigido, humido, & sicco. & dicunt quod, cum ista elementa miscentur aliquibus commistionibus, fiunt hę res, tanquam sequentes illas mistiones, sicut fiunt colores, & alia accidentia. & Philosophi conati sunt dubitare contra istos, & primum contra eum, qui locutus est de causa.

ALGAZEL.

Ait Alg. Locus autem Secundus est cum eo, qui confitetur quod hæ innouationes influunt à principiis innouationum: dispositio tamen ad recipiendum formas prouenit ab his causis apparentibus, quæ reperiuntur agentes, nisi quod illa principia etiam prouenit res ex eis consecutiue & naturaliter, non autem per viam consilii & electionis, sicut prouenit lumen à Sole. Attamen sunt differentes in dispositione circa receptionem propter diuersitatem dispositionum earum. nam corpus clarum recipit radium Solis, & reddit eũ, adeo quod illuminat eo alium locum: opacum vero hoc non recipit. & aer

non impedit extenſionem luminis eius: lapis vero impedit & aliqua diſſoluuntur in Sole, & aliqua indurantur: & aliqua dealbantur, vt ſunt panni lutorum, & aliqua denigrantur, vt facies. principium autem eſt vnum, & impreſsiones diuerſæ ex diuerſitate diſpoſitionum in ſubiecto. & ſic principia entitatis influxus eorum ei, quod prouenit ex eis, nulla eſt in eo prohibitio, nec diminutio: diminutio tamen eſt in recipientibus. &, cum res ſic ſe habuerit, quotienſcunque poſuerimus ignem in conditione ſua, & poſuerimus duas ſtuppas ſimiles contagi ab eo eodem modo, quomodo imaginetur vt comburatur vna earum, & non alia? & ibi nulla eſt electio. Et propter hoc negauerunt caſum Abraæ in ignem caſdim cum priuatione combuſtionis, & remanentia ignis: & exiſtimauerunt quòd hoc eſt impoſsibile, niſi negando caliditatem ab igne. & hoc aufert ei quòd non ſit ignis aut concedendo conuerſionem ſubſtantiæ ipſius Abraæ in lapidem, aut aliquid, in quod non agit ignis. & hoc non eſt poſsibile, & illud etiam non eſt poſsibile.

AVEROES.

Ait Auer. Qui putauit ex Philoſophis ꝙ hæc entia ſenſibilia non agunt adinuicem, ſed agens eorum eſt principium ab extra, non poterit dicere quòd id, quod videtur de actione alicuius eorum in aliquod, eſt quid falſum in totum; ſed dicet quod ipſa agunt adinuicem diſpoſitionem ad recipiendum formas à principio ab extra. Attamen neſcio aliquem Philoſophorum hoc dixiſſe ſimpliciter, ſed dixerunt hoc in formis eſſentialibus. in accidentibus tamen omnes conueniunt quòd calidum agit calidum ſibi ſimile, & ſic aliæ qualitates quatuor, non ex eo quòd comprehendit eas caliditas ignis elementalis, & caliditas proueniens à corporibus cœleſtibus. Quod autem attribuunt Philoſophis quòd principia ſeparata agunt naturaliter, non electiue, nemo hoc dixit, cui adhereatur. ſed omnis habens ſcientiam agit apud eos electione. tamen propter dignitatem, quæ eſt eis, non prouenit ex duobus contrariis, niſi dignius eis: & electio eorum nō eſt propter aliquid, quod perficiat ſubſtantiam eorum, cum in ſubſtantiis ſuis nulla ſit diminutio, ſed vt perficiatur id ex entibus, quod habet diminutionem in natura ſua. Quod autem attribuunt ex dubitatione miraculi Abraæ, nemo hoc dicit, niſi Epicurei ex gentibus Hiſmaelitis. Nam ſapientes, & Philoſophi, non eſt conceſſus eis ſermo, nec dubitatio in principiis legis. & qui hoc facit, apud eos eſt condemnandus magna condemnatione. nam quoniam omnis ars habeat principia: & neceſſe eſt ſpeculanti in illa arte vt recipiat principia eius: & non debet dubitare eis in affirmatione aut negatione: ars quidem operatiua legis dignior eſt in hoc cæteris. nam conſuetudo à pueritia in virtutibus legis eſt neceſſaria apud eos, non au-

Quo pacto Philoſophi ſe habeāt circa leges.

tem in esse hominis, in eo quòd est homo, sed in eo quòd est homo sapiens, quare oportet omnem hominem recipere principia legis: & proculdubio vt exaltet eum, qui posuit ea. nam negatio eorum, & dubitatio in eis destruit esse hominis, quare oportet interficere Hæreticos. & quod debet dici de eis, est quòd principia eorum sunt res diuinæ, in quibus conuenire debent intellectus humani ad confitendum eis cum ignorantia causarum eorum, quare non inuenimus aliquem Antiquorum loqui de miraculis cum patefactione eorum in mundo, nam sunt principia constitutionis legum· & leges sunt principia virtutum: & non vt dicitur de eis post mortem, & cum nutritus fuerit homo in virtutibus legis, tunc est religiosus simpliciter. &, si continuauerit ei tempus, & fortunium, adeo quòd erit ex sapientibus profundis in sapientia. & innuitur ei expositio alicuius principii principiorum eius, præcipitur ei vt non expresse patefaciat expositionem eius, & dicat quòd sunt res, prout scribuntur, vt dixerunt sapientes nostri in eo, quod dixit, & vidi vsq; ad Angelum honor Dei est abscondere rem. hæ sunt definitiones legum, & definitiones sapientum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et responsio ei est ex duabus viis. quarum Prima est vt dicatur non concedimus quòd principia non agunt electiue, & ꝙ Deus glo. non agat voluntarie. & iam perfecimus destructionem rationum eorum in hoc in disputatione innouationis mundi. &, cum affirmabitur quòd agens creat cum sua voluntate combustionem cum contactu ignis ad stuppam, possibile est in intellectu vt non creet eam cum contactu existenti.

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod hic posuit ad constituendum dubium in lite, est id, quo expellitur lis. & dicitur quòd non est ei ratio in hoc, & est quòd agens primum creat combustionem absque medio, quod creauerit vt sit combustum ab igne. nam talis error expellit sensus circa esse causarum, & causatorum. & nullus Philosophorum dubitat quòd combustio proueniens ex igne in bombicem, exempli gratia ignis agat in eum. at non simpliciter, sed propter principium ab extra, quod est conditio in esse ignis, quanto magis in combustione eius. differunt tamen in hoc principio quid sit, an sit separatum, aut sit mediante aliquo inter innouatum, & separatum præter ignem.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicat hoc, inducit ad tolerandum multa inconuenientia. Nam, cum negatis conſequentiam cauſatorum à cauſis, & attribuuntur voluntati creatoris eorum, & non erit voluntati conſuetudo propria demonſtrata talis, ſed ipſamet, & in ſpecie ſua hora actionis, tunc erit poſsibile vnicuiq; noſtrum vt ſint ante eum animalia lædentia, & ignis inflammans, & mons profundatus, & inimici tenentes enſes. & tamen ipſe non videt eos, quia Deus glo. non creabit ei viſum. Et qui dimiſit librum domi, poſsibile eſt vt conuerſus ſit, cum reuerſus fuerit domum, in iuuenem intelligentem, aut in ſerpentem. &, ſi dimiſerit puerum domi, poſsibile eſt vt conuertatur in canem. aut, ſi dimiſerit cinerem, poſsibile eſt vt conuerſus ſit in myrrham, & vt conuertatur lapis in aurum, & aurum in lapidem. Et, ſi interrogant eum de aliquo horum, debet dicere neſcio quid ſit domi nunc: ſed id, quod tantū ſcio, eſt ꝙ ego dimiſi librum domi, & forte nunc eſt equus, & fœdauit bibliotecam vrina, & ſtercore. & ego dimiſi domi vegetem, & forte conuerſa in arborem pomi. nam Deus glo. omnia poteſt. & non eſt de neceſsitate equi vt ſit creatus à ſpermate, nec de neceſsitate arboris vt creetur à grano etiam, nec eſt ex neceſsitate eius vt creetur ex aliquo. & forte creantur aliqua, quæ nunquam fuerunt in eſſe. &, cum aſpexerit hominem, quem nunquam vidit hucuſque, & dicatur ei an ſit hic creatus, debet reſpondere, & dicere, nobis poſsibile eſt ꝙ aliqui fructus dulces, qui ſunt in platea, conuerſi ſunt in homines. & eſt hic homo. nam Deus poteſt omne poſsibile, & hoc eſt poſsibile. & impoſsibile eſt quin reſpondeatur ei. & hic eſt modus, in cuius imaginatione amplificatur falſitas. & hoc tātum ſufficiat. Et poſtquam narrauit hoc pro Philoſophis, adduxit reſponſionem, & dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio autem eſt, vt dicamus, ſi affirmauerimus ꝙ poſsibile, impoſsibile eſt vt ſit homini ſcientia de eo ꝙ non ſit, ſequuntur omnia iſta inconuenientia. Nos autem non dubitamus huic formę poſitæ à vobis. nam Deus glo. creauit nobis ſcientiam, ꝙ hæc impoſsibilia non efficiet ea. & non dicimus ꝙ hæc ſunt neceſſaria, ſed ſunt poſsibilia, quę poſſunt eſſe, & poſſunt non eſſe. & proſequi conſuetudinem in eis multis vicibus imprimit curſum eorū in intellectu noſtro ſecundum conuenientiam conſuetudinis præteritæ impreſsione tali, à qua non eſt euaſio: ſed poſsibile eſt vt ſciat Propheta ex Prophetiis, vis, quas dixerunt, quòd talis homo dimittet morem ſuum prauum: & dimiſsio eius eſt poſsibilis cito. & quomodo

B scitur priuatio esse huius possibilis, sed sicut videtur vulgo, & scimus quòd ipse non scit occultum ex aliqua re, & non apprehendit intellecta absque disciplina: & cum hoc non est inconueniens vt fortificetur anima, & cogitatiua eius, ita ꝙ apprehendit id, quod apprehendunt Prophetæ, vt confitentur possibile. & quomodo scient ꝙ hoc possibile non erit? si autem fecerit Deus glo. currere consuetudinem in esse eorum tempore rescissionis consuetudinum, tunc auferentur hæ scientiæ à cordibus, & non creabit eas. igitur nihil prohibet, quin sit res possibilis in posse Dei glo. & iam sciuerat antea ꝙ ipse non efficiet eam: licet sit possibile in aliquo tempore: & creabit nobis scientiam ꝙ ipse non id efficit in illo tempore. & non est in hoc sermone nisi inconueniens absolutum.

AVEROES.

B AIt Auer. Cum autem concesserint Loquentes ꝙ opposita in entibus sunt possibilia æqualiter, & ꝙ sunt sic apud agens, & non appropriatur vnum oppositorum, nisi ex voluntate agentis, non autem quòd voluntas eius continue procedit, nec semper, nec vt plurimum, tunc id totum, quod intulerunt Loquentes ex inconuenientibus sequitur eis. Nam scientia vera est scientia rei, prout est. &, cum non fuerit in esse nisi possibilitas duorum oppositorum ipsi recipienti, & agenti, non erit hic scientia permanens de re omnino, neque ictu oculi, cum posuerimus agens huiusmodi prædominans entibus. sicut Rex magnus, cui est dominium supremum non erit aliquid difficile in regno suo, nec scitur de eo ordo, ad quem procedit, nec consuetudo. nam operationes huius Regis necesse est vt sint ignoræ naturaliter: &, cum reperitur aliqua operatio eius, erit continuatio esse eius in omni instanti ignota naturaliter. Euadit autem Alga. ab istis in-

C conuenientibus. quoniam Deus glo. creauit nobis scientiam, quòd ista possibilia non eueniunt nisi temporibus deputatis, ac si diceres hora miraculi. Et tamen non est euasio vera. nam scientia creata nobis est semper quid sequens naturam entis. verum enim est vt credatur quòd res sit in ea dispositione, qua est in esse. &, si esset nobis scientia de his possibilibus, tunc esset in entibus possibilibus dispositio, qua ei est alligata scientia nostra, & hoc quidem aut propter ipsasmet, aut propter agens, aut propter vtrunq;. & est id, quod proferunt nomine consuetudinis. &, cum sit falsum ꝙ reperiatur hæc dispositio, quæ appellatur consuetudo primo agenti, non remanet ergo vt sit nisi in entibus. & hoc est, quod appellant Philosophi, vt diximus nomine naturæ. & sic scientia Dei glo. de entibus, licet fuerit causa eorum, sequuntur etiam scientiam eius. quare necesse est vt sit ens secundum conuenientiam notitiæ eius cum scientia, & notitia reuersionis Socratis, exẽpli gratia, si fuerit Propheta, ex notificatione Dei glo. ei,

tunc causa quòd sit secundum conuenientiam scientiæ nihil aliud est, D
nisi quòd natura entis sequitur scientiam æternam . nam scientia, in
eo quòd est scientia, non est alligata ei, quod non habet naturam
completam. & scientia Dei glo. est causa quòd proueniat illa natura,
quæ reperitur, & est ei alligata . & ignorantia nostra de possibilibus
non est, nisi quia ignoramus hanc naturam, quæ determinat ei esse,
aut priuationem . nam, si essent opposita in entibus æqualiter pro-
pter seipsa, aut propter causas agentes ea, sequeretur necessario aut
quòd non reperiantur, & non corrumpantur, aut quòd reperiantur,
& corrumpantur simul . &, cum res sic se habuerit, impossibile est
quin inclinetur vnum duorum oppositorum ad esse . & scientia de esse
huius naturæ est id, quod necessitat esse vnum duorum oppositorum
perfecte. & scientia alligata ei est aut scientia id præcedens, & est scien-
tia, à qua est causatum, & est scientia antiqua: aut scientia sequens, &
est scientia non antiqua . & scire occultum nihil aliud est nisi inspice- E
re hanc naturam, & peruenire scientiam nobis de eo, in quo non est,
nobis ratio præcedit eam. & est id, quod appellatur in hominibus
consilium, Prophetis vero prophetia. voluntas vero æterna, & scien-
tia æterna sunt, quæ faciunt in entibus hanc naturam. & hoc est id,
quod dixit Deus glo. Occulta sunt Deo domino nostro, &c. & scias
hodie, &c. & hæc quidem natura aliqualiter erit necessaria, & aliqua-
liter erit vt plurimum, & visio, & Prophetia non est nisi scientia de
hac natura in entibus possibilibus. & artes, quę determinant pronosti
cationem eius, quod erit in futurū, est eis impressio impressionum
huius naturę, aut mensura, aut appella eam vt vis, scilicet quę per-
uenit ex seipsa, cui alligata est scientia.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, qua est euasio ab istis dubita- F
tionibus, est vt confiteamur quòd ignis creatus est dispositio-
ne, qua, cum contangunt eum duę stuppæ simul similes, com
burit eas, & non distinguit inter eas, cum fuerint similes omnimode.
Attamen hoc est etiam possibile, vt proiiciatur aliquid in ignem, &
tamen non comburitur, aut propter mutationem attributi ignis, aut
propter mutationem attributi rei . & fit ex Deo glorioso aut ex An-
gelis aliquod attributum igni, ita quòd sufficit caliditas eius corpori,
& non id transit, & remanet cum eo caliditas eius, & erit secundum
formam ignis, & verificationem eius, sed non transit caliditas eius, &
impressio eius . & fit in corpore humano attributum, quod non ab-
strahit id, quin sit caro, & os, & aufert escharam ignis . quoniam nos
videmus quòd, qui emplastratur cum Altelach, & postea sedet in
furno inflammato, non læditur, & non comburitur in eo . & qui non
vidit hoc, id negat . & sic negatio aduersarii quæ vniuersaliter posset

ad tri-

D A ad tribuendum aliquod attributum igni, aut corpori humano, quod prohibeat cõbustionem, est sicut negatio eius, qui nõ vidit Altelach, & attributum eius. Et in excelsis viribus Dei glo. sunt extraneitates, & mirabilia: & nos non videmus omnia. & non debet negari possibilitas eorum, & iudicamus falsitatem eorum. & sic est viuificatio mortuorum, & conuersio baculi in serpentem, & manus nobilis, & munda facta est alba hoc modo: & est ꝙ materia recipit omnia essentialiter. & terra, & omnia elementa mutantur in plantam, deinde planta mutatur, cum comedit eam animal, & erit sanguis, deinde sanguis conuertitur in sperma, deinde sperma proiicitur in matricem, & erit creatura in animalibus. & hoc quidem erit iudicio consuetudinis in longo tempore. & non negat aduersarius quin sit in posse Dei glo. vt regat materiam in his innouationibus tempore breuiori, quam id, in quo cõsuetum est. &, cum fuerit possibile breuiori tempore, igitur nõ

I B est in potentia Dei glo. quin accelerentur hæ potentiæ ad faciendum operationes suas cito, & prouenit in eis id, quod est miraculum Prophetis. Si vero dicitur ꝙ hoc prouenit ex anima Prophetæ, aut ex principio principiorum cum desyderio Prophetæ, dicimus ꝙ ipsi concesserunt possibilitatem descensus pluuiæ, & tonorũ, & terræmotus, virtute animarum prouenientium ex eis, aut ex alio principio: ergo sermo noster in hoc est sicut vester in illo. & quod melius est nobis, & vobis est attribuere hoc Deo glo. aut immediate, aut mediantibus Angelis. sed hora verificationis aduentus eorum versatur cogitatio Prophetæ in ea, & innuitur ordo in die conuenienti, cum ostenderit sequi ordinem principii. & hoc inclinat modum ipsius esse, & erit res ipsa in anima eius possibilis, & principium eius est bonus mos, sed nõ influitur ab eo inclinatio, nisi cum inclinat necessitas ad esse eius, & fit bonum demonstratum tale, & non erit bonum demõstratum tale, nisi cum indiget Propheta ad stabiliendum prophetiam suam ad in-

F C uentionem boni. & hoc totum est conueniens processui verborum eorum, & sequitur ea, & quotienscunque aperuerint ianuam vnitatis creaturæ præcise, differt consuetudo hominum. nam mensura huius proprietatis non continuat in intellectu possibilitas eius, & nõ sequitur cum eo falsitas eius, quod consuetum est concedi, & narratio libri in verificatione eius. Demum non recipit formam animalis, nisi sperma, sed influunt potentiæ animales ei ex Angelis, qui sunt principia entium apud eos, & non figuratur aliquid ex spermate hominis, nisi homo, & ex spermate equi, nisi equus. aduentus enim eius ab equo fecit inclinationem ex proportione formæ equi præ cæteris formis, & non recipit nisi formam inclinantem hoc modo. & propter hoc non nascitur omnino ex hordeo triticum, nec ex grano persici pomum. postea videmus aliqua genera animalium nasci ex terra, & non generant omnino, vt sunt vermes: & aliqua sunt, quæ generantur, & generant, vt est mus, & serpens, & scorpius, & generantur ex terra, &

diuersificatur dispositio eorũ ad recipiẽdum formas ex rebus occultis D nobis. & impossibile est viribus humanis scire ea, cum non influatur forma apud eos ex Angelis sufficienter, & nec extimatione, & transitiue: sed non influitur omnino, nisi quod consyderatur receptio eius in eo, quod sit dispositum in se. & dispositiones sunt diuersæ, & principia eorum apud eos sunt mistiones potentiarum stellarum, & coniunctiones earum, diuersitas proportionum corporum cœlestium in motibus suis. Igitur patet ex hoc ꝙ principia dispositionum in eis sunt res extraneæ, & mirabiles, adeo ꝙ perueniet ad capitulum imaginum ex scientia proprietatum substantiarum mineralium, & scientia iudicii stellarum, & ad mistionem potentiarum cœlestium cum proprietatibus mineralibus. & accipiunt figuras ab istis rebus terrestribus, & quærunt virtutem propriam præ cæteris virtutibus, & faciunt cum ea res extraneas in mundo. & aliquando expellũt serpentes, & scorpiones ab aliqua ciuitate, & muscas ab alia, & alia ex istis mirabilibus sciuntur in rebus imaginũ. &, cum proueniant à rebus extraneis principia dispositionum, & non scimus ea, & nõ erit nobis via ad comprehendendum ea: igitur vnde scitur falsitas aduentus dispositionis aliquibus corporibus ad mutandum in innouationibus breui tempore, adeo ꝙ disponitur ad recipiendum formam, ad quam non erat dispositus antea & hoc excitat ad miraculum, & non negatur nisi grossitie cordis, & obliuione entium superiorum, & ignorãtia secretorũ Dei in creatione. & qui discurrit inductiue in mirabilibus mundi, non negat in posse Dei glo. id, quod dicitur de miraculis Prophetarum in tempore deputato. Si autem dixerint nos adiuuamus vos in hoc, quòd omne possibile attribuitur posse Deo glorioso. & vos adiuuatis nos in hoc, quòd omne inconueniens non est consyderatum: & ex rebus aliquæ sunt, quarum falsitas scitur: & aliquæ, quarum possibilitas scitur: & aliquæ, quæ sunt firmatio intellectus, & non determinat in eis falsitatem, nec possibilitatem: nunc vero quæ est definitio inconuenientis apud vos, si quidem est congregatio inter negationem, & affirmationem in eadem re eodem tempore, dixerunt ꝙ omnia duo, quorũ hoc quidem non est illud, & illud non est hoc, non determinat esse vnius eorum esse alterius. & dixerunt ꝙ Deus potest creare voluntatem absque scientia de re volita, & creare scientiã absq; vita: & potest mouere manum mortui, & reddere eum, vt scribat cum manu sua coria, & pergamena, & incumbet artibus: & in eo est apertio oculi, & acuitur visus eius, tamen non videt, & non est in eo vita, nec posse ad eam. has autem operationes ordinatas creat Deus glorio. cum motione manus suæ. & motus est ex parte Dei glorio. &, cum concesserimus hoc destruitur differentia inter motum voluntarium, & factum ex tremore: & non indicat operatio apta scientiam, nec posse agentis. Et oportet vt consyderemus quòd conuertantur genera, & conuertitur substantia in accidens, & conuer-

A titur scientia in posse, & nigredo in albedinem, & vox in odorem; sicut consyderauimus de conuersione inanimati in animatum, & lapidis in aurum: & sequitur etiam ex eo ex inconuenientibus, quæ non possunt numerari. Responsio autem est, quòd inconueniens non attribuitur posse eius, & inconueniens est affirmatio rei cum negatione eius, aut affirmatio particularis cũ negatione vniuersalioris, aut affirmatio amborum cum ablatione vnius, & quod non venit in hoc non est inconueniens, & id, quod non est inconueniens, iam consyderatur. aggregatio autem inter nigredinem, & albedinem est inconueniens: quoniam intelligitur ex affirmatione formæ nigredinis in subiecto ablatio dispositionis albedinis, & esse nigredinis. igitur quemadmodum ablatio albedinis intelligitur ex affirmatione nigredinis, sic etiam affirmatio albedinis erit cum negatione eius inconueniens. impossibile tamen est esse indiuiduum in duobus locis: quoniam nos intelligimus ex eo ꝙ est domi, ꝙ non sit in alio loco præter domum.
B & impossibile est consyderare id esse præter domum, cum eo ꝙ est domi, quod intelligitur ex negatione præter domum. & sic intelligitur per voluntatem quæsitum notum. &, si ponitur quæsitum, & nõ fuerit scientia, non erit voluntas, & erit in eo negatio eius, quod posuimus. inanimatum autem est inconueniens, vt creet in eo scientiam. nã nos intelligimus per inanimatum id, quod non comprehendit. &, si esset creata in eo comprehensio, erit appellatio eius inanimatũ in eo, quod intelleximus inconueniens. &, si non comprehendit appellare hoc scientiam, & non comprehendit subiectum suum, omnino est inconueniens. hic quidem est modus falsitatis eius. Conuersio vero generum aliquid Loquentium dixerunt ꝙ est quid consyderabile Deo glo. & dicunt nos ponimus rem aliud non intelligibile. nam nigredo cum conuersa est in posse, exempli gratia, tunc quæro an nigredo remanet, vel ne? si corrumpitur, igitur non conuertitur, sed corrum-
C pitur nigredo, & reperitur posse. &, si ambo reperientur, tunc non conuertitur, sed copulatur ei aliud. &, si remanet nigredo, & posse corrumpitur, tunc non conuertitur, sed remanet prout est. &, cum dicimus conuersus est sanguis in sperma, intelligimus in eo, ꝙ illa eadẽ materia spoliata est forma, & recepit aliam formam. & quod prouenit ex hoc, est quòd forma corrupta est, & forma generata est, & ibi est materia antiqua, in quam veniunt formæ successiue. & sic, cum dicimus conuersa est aqua in aerem caliditate, intelligimus in eo ꝙ materia illa recipiens mutabilis recepit formam aeris, & spoliata est forma aquæ, sicut diximus antea. & sic, cùm dicimus quòd conuersus est baculus in serpentem, & terra in animal. & non est inter accidens, & substantiam materia communis. & hoc quidem est inconueniens hoc modo. & sic non est inter nigredinem, & posse materia communis. motus vero manus ab ipso Deo. glo. in mortuo, & erectio eius, ac si esset viuus, qui sedet & scribit, adeo ꝙ fit ex motu manus eius scri-

ptura ordinata, non est inconueniens in ipso, quotienscunque deputa D
bimus innouationes voluntati eligenti: videtur vero negandum, cu
succedit consuetudo in contrarium eius. cum autem dicitis destruitur
in eo ratio adaptationis operationis scientiæ agentis, non est verum.
nam agens est Deus glo. & ipse est adaptans, & agens eius. Cum autem dicitis ꝙ non remanet differentia inter motum terræmotus, &
motum electiuum, dicimus quòd comprehẽdimus hoc ex nobis ipsis,
quoniam nos videmus ex nobis ipsis differentiam inter ambo ista, &
proferimus ex hac differentia posse, & scimus quòd ex duabus partibus possibilibus, vna quidem est in vno tempore, & alia in alio tempore: & est inuentio motus cum posse ad eum in aliquo tempore, &
inuentio motus absque posse in alio tempore. cum vero inspiciemus
alios, & viderimus multos motus ordinatos, proueniet nobis scientia
de posse eius. igitur hæ sunt scientiæ diuersæ, quas creat Deus glo. in
cursu consuetudinum, ex quibus scitur esse vnius partium possibilis, E
& non declaratur ex eo falsitas alterius partis, vt dictum est.

AVEROES.

AIt Auer. Quoniam vidit sermonem, ꝙ non sunt rebus attributa propria, nec formæ, ex quibus sequuntur operationes propriæ in quolibet ente, esse sermonem in vltimitate inconuenientiæ, & quid aliud ab eo, quod intelligunt homines, ideo concessit hũc sermonem, & permutauit negationem suam ad duo loca: quorum Vnus est, quod possibile est vt reperiantur hæc attributa enti, & non reperitur ei impressio, in eo ꝙ currit eius consuetudo vt reperiatur ei, vt ignis, exempli gratia, cui possibile est vt reperiatur ei caliditas, & non comburet id, quod tangit, licet natura eius sit vt comburatur, cũ approximetur ei ignis. Secundus vero locus est, quod non est formis propriis cuilibet enti materia propria. Sermo autem primus non negatur. nam confitentur eum Philosophi actiones enim agentium, non F
est emanatio operationum earum necessaria propter ea, quæ sunt ab extra, & non prohibetur quin copuletur ignis bombici, exempli gratia in aliquo tempore, & non comburat eam, si reperitur ibi aliquid, ex cuius copulatione bombici factus est bombix, non recipiens combustionem, vt dicitur de lapide Altelach cum animali. Quod autem materiæ sint conditio ex conditionibus entium habentium materiã est quid, quod non possunt Loquentes euadere ab eo. nam sicut dicit Alg. non est differentia inter negare nostrum, & affirmare nostrum rẽ ipsam simul: aut negare nostrum, & affirmare nostrum partem eius simul: quemadmodum cum constituantur res ex duobus attributis vniuersali, & proprio, & sunt quæ significant Philosophi nomine definitionis, compositæ quidem apud eos ex genere, & differentia. & nõ est differentia inter negationem entium, & negationem vnius horum

duorum attributorum. V.g. cum constitutio hominis fuerit ex his duobus attributis, quorum vnũ est vniuersale, & est animalitas, exẽpli gratia, & aliud proprium, & est ratio, tunc quemadmodum nos, cũ auferimus ab eo, quòd sit rationalis, non remanebit homo, sic etiam cum auferimus ab eo, quòd sit animal. nam animal est conditio in rationali. &, cum remouetur conditio, remouetur conditionatum. & nulla est differentia inter Loquentes, & Philosophos in hoc, nisi in rebus particularibus, in quibus tenent Philosophi ꝙ attributa vniuersalia sunt eis conditio, vt sunt attributa propria. Loquentes vero nõ tenent hoc, sicut calidum & humidum, quæ sunt apud Philosophos ex conditione animalitatis in animali generabili & corruptibili, quia sunt vniuersaliora animalitate, vt est animal cum rationali. & Loquẽtes non tenent hoc; quare audies eos dicentes non ex conditione vitæ apud nos dispositio, & senectus. & sic figura apud eos est conditio ex conditionibus vitæ propriis entibus, habentibus figuram. nam, si non esset conditio, erit possibile alterum duorum: aut enim erit proprietas animali, & non erit ei operatio eius omnino, aut non erit. V.g. quoniam manus apud eos est instrumentum intellectus, ex quo emanãt ab homine operationes intellectuales, vt scriptura, & aliæ artes. &, si esset possibile esse intellectum in asino, tunc possibile esset vt sit intellectus, absque eo quòd reperiatur operatio eius, quæ emanat ab eo. sicut, si esset possibile vt sit caliditas, absque eo quòd calefaciat id, cuius natura est vt calefiat ab eo. Igitur omne ens apud eos est ei quãtitas terminata, licet habeat latitudinem cuilibet enti apud eos. & est ei qualitas terminata etiam, licet habeat latitudinem apud eos. & sic esse entium est terminatum, & tempus durationis eorum est terminatum: licet habeat latitudinem etiam, sed est terminata. Et nõ est differentia inter eos in hoc, quòd entia, quæ communicant eadem materia, talis quidem materia eorum aliquando recipit vnam duarum formarum, & aliquando recipit oppositam eius: sicut est apud eos in formis corporum simplicium quatuor, quæ sunt ignis, aer, aqua, & terra, sed differentia est in non habente materiam communem, aut eis, quorum materiæ sunt diuersæ, an sit possibile vt aliquod eorum recipiat formas alterius. Verbi gratia id, cuius natura est vt videatur non recipere aliquam formam formarum, nisi multis mediis, an sit possibile ei vt recipiat formam vltimam absque mediis. v. g. ex elementis componitur planta, deinde ea nutritur animal, & generatur ex ea sanguis, & sperma, deinde generatur ex sanguine & spermate animal. Loquentes quidem dicunt ꝙ forma hominis potest inesse terræ absq; istis mediis, quæ videmus: Philosophi vero negant hoc: & dicunt, si hoc esset possibile, erit sapientia vt creet hominem absque istis mediis: & erit creatio eius huiusmodi magis conueniens, quam aliæ creationes, & magis potens ipsis. & vnaquæque harum duarum sectarum determinat quod id, quod dicit, est notum per se. & nulla earum ha-

bet rationem in opinione sua. tu autem præpara cor tuum, & quicquid D
dicet tibi, sit positio tua, cui debes credere: et est id, quod iussum est ti-
bi. & Deus glo. ponat nos, & te ex hominibus veritatis, & conuenié-
tiæ. Et opinatus est aliquis Maurorum ꝙ Deo glo. attribuitur posse
congregare duo opposita. & consyderatio eorum est quòd determi-
natio intellectus de impossibilitate huius rei est quid, in quo innatus
est intellectus. si vero innatus esset in natura determinante possibi-
litatem eius, non negaret hoc, & id admitteret. Attamen seque-
tur eis vt non sit intellectui natura perfecte perueniens nec entibus,
& non erit veritas reperta in eo sequens esse entis. Loquentes vero
verecundantur ex hoc sermone. et, si tenerent eum, esset magis conser-
uans positionem eorum ab inconuenientibus euenientibus eis in hac
re ex aduersariis. quoniam ipsi quærunt differentiam inter id, quod
affirmauerunt in hoc genere, & id, quod negauerunt, et est difficile
eis. sed non inueniunt nisi sermones fallaces. quare inuenimus eum,
qui est expertus in arte rationis, oportere eum vt neget necessitatem, B
quæ est inter conditionem et conditionatum, et inter rem et defini-
tionem suam, et inter rem et aliud ab ea, et inter rem et rationem
suam. et hoc totum est profundatio in opinione Sophistarum. et ni-
hil est. et qui facit hoc ex Loquentibus est Auoalmahely. Atta-
men sermo vniuersalis soluens has dubitationes est quòd entia di-
uiduntur ad opposita, et conuenientia. et, si esset possibile vt di-
stinguantur conuenientia, erit possibile vt congregentur oppo-
sita: sed non congregantur opposita. ergo non distinguen-
tur cóuenientia. Hæc autem est sapientia Dei in enti-
bus, & in apprehensione huius sapientię erit in-
tellectus intellectus in homine, & esse sic in
intellectu diuino est causa esse eius in
entibus. & ideo intellectus non
est possibile vt sit creatus
diuersis attributis, vt
imaginatur hoc
Auenha-
zam.

*

A DISPVTATIO SECVNDA.

DE DICTO EORVM, QVOD ANIMAE HVMANAE SVNT SVBSTANTIAE EXISTENTES IN SE. ET NON SVNT INNATAE IN CORPORE.

ALGAZEL.

AIT Alga. Disputatio Secunda est de diminutione eorum in constituenda demõstratione intellectuali de eo, ꝙ anima humana est substantia spiritualis existens per se, et non continet terminum, et non est B corpus, nec innata in corpore, nec continuata corpori humano, nec est separata ab eo. quemadmodum Deus glo. non est extra mundum, nec infra mundum. et sic Angeli apud eos. et sermo in hoc requirit declarationem opinionis eorum de virtutibus vitalibus, et animalibus. Virtutes autem vitales diuiduntur apud eos in duas partes, motiuas, et apprehensiuas, et apprehensiuæ sunt duæ partes, extrinsecę et intrinsecę. extrinsecæ autem sunt quinque sensus, et sunt res innatæ in corporibus, scilicet istæ virtutes. intrinsecę vero sunt tres virtutes: quarum Vna est virtus Imaginatiua, et est in parte anteriori cerebri post virtutem visiuam et in ea quidem est remanentia formarum rerum, quæ videntur post clausuram oculi, in eo quòd imprimitur in ea id, quod detuerunt ad eam sensus quinq; , et congregan-C tur, et appellatur sensus communis. et nisi esset ipse, is quidem, qui vidit mel album, non apprehenderet dulcedinem eius, nisi gustu. et, cum viderit id secundo, non apprehenderet dulcedinem eius, quotiẽscunque non gustauerit id, sicut fecit primo. attamen in eo non est aliquid, quo iudicat ꝙ hoc album sit dulce. et non est dubium quòd erit apud eum iudex, apud quem congregata sunt ambo, s. color, et dulcedo, ita ꝙ determinabit cũ pręsentia vnius eorum, ꝙ sit pręsens ét alterum. Secũda vero est virtus cogitatiua: et est ea, quę apprehẽdit intentiones: prima vero virtus apprehendebat formas. Et intelligimus per formas id, quod impossibile est vt sit sine materia, s. corpus. et intelligimus per intentionem id, quod non requirit esse eius corpus: euenit tame ei vt sit in corpore, sicut amicitia, et odium. nã agnus apprehendit de lupo colorem, et figuram, et dispositionem eius: et hoc quidem non est nisi in corpore: et apprehẽdit etiã ꝙ sit eius inimicus. et apprehendit de pecude figuram matris, et colorem eius, dein-

de apprehendit amicitiam eius: quare non appropinquatur lupo, & deambulat post matrem. diuersitas autem, & conuenientia non est de necessitate earum, vt sint in corporibus, sicut est de necessitate figure, & coloris, nisi ꝙ accidit odio, & amicitiæ etiam vt sint in corporibus. Et hæc virtus est distincta à prima virtute: & locus eius est ventriculus vltimus cerebri. Tertia vero virtus est virtus, quæ appellatur in animalibus imaginatiua, & in homine extimatiua. & natura eius est componere formas sensibiles adinuicem, & componere intentiones cum formis: & est in ventriculo medio cerebri inter conseruatorem formarũ, & conseruatorem intẽtionum. quare poterit homo imaginari equum volantem, & hominem, cuius caput est caput hominis, & corpus eius corpus equi, & alias compositiones, licet non viderit talia. & dignius est vt attribuatur hæc virtus virtutibus motiuis, quam sit in virtutibus apprehensiuis. Sciuntur autem loca harum virtutũ in arte Medicinæ, nam læsio in capite cum fuerit in his ventriculis, inuoluuntur hæ, quæ appellantur virtutes. deinde existimauerunt ꝙ virtus, in qua imprimuntur formæ sensibiles in quinque sensibus, conseruat illas formas, adeo quòd non amittant receptionem. & res quidem conseruat rem non cum virtute, qua eam recipit. nam aqua recipit figuram, & non conseruat eam. & cera recipit figuram cum humiditate sua, & conseruat eam cum siccitate sua, aliter quam aqua. Igitur conseruator hac consyderatione est diuersus à recipiente. & appellatur hæc virtus conseruatiua. Et sic intentiones imprimuntur in cogitatiua, & conseruat eas virtus, quæ appellatur memoratiua. & erunt apprehensiones intrinsecæ hac consyderatione, cum coniungitur cum eis imaginatiua, quinque: quemadmodum fuerunt extrinsecæ quinque. Sed virtutes motiuæ diuiduntur ad motorem, per modum, quo ipse præcipit motum, et motorem per modum, quo ipse agit eum. motor autem in eo ꝙ præcipit motum, est virtus concupiscibilis, & appetitiua: et est illa, quæ cum imprimitur in virtute imaginatiua, quam diximus, forma alicuius quæsiti, aut aliquod, quod est fugiendum ab eo, precipit virtutem motiuam agentem motioné. et habet duos ramos. Vnus ramus est virtus quietem, qui appellatur Appetitiua: et est virtus, quę pręcipit motum, ad quem appropinquatur ex rebus imaginatis, necessario sequens ad perquirendum delectationem. et alius ramus est, qui appellatur virtus Irascibilis: et est virtus pręcipiens motum, quo expellitur res imaginata nocens, aut faciens perquirere victoriam et cum hac virtute perficitur congregatum perfectum actioni, quę dicitur voluntas. Virtus vero motiua, in eo ꝙ est agens, est virtus transmissa per neruos, et musculos. et de natura eius est vt excitet musculos cum attractione cordarũ, et ligamẽtorũ iunctorum membris ad partem loci, in quo est virtus: aut eos tentos reddit, et extẽdit longitudinem, et ibũt chordę, et ligamẽta ad cõtrariã partẽ. Hę sunt virtutes animę vitalis, vniuersaliter dimittendo

differẽtiã Anima vero intellectiua rerum est, quę appellatur apud eos rõnalis. & intelligunt per rationalem intellectiuam. qm̃ ratiocinatio est proprior proprietatibus intellectus in apparentia. & ideo attribuut eam ei. & habet duas virtutes, virtutem quidem intellectiuam & virtutem factiuam. & vnaquæque earum dicitur intellectus, sed æquiuoce. Factiua autem virtus est principium motiuum corporis humani ad artes ordinatas humanas, quæ inuenit ordinem earum consilio proprio homini. Intellectiua vero est ea, quæ appellatur speculatiua. & est virtus, cuius natura est vt apprehendat veritatem intelligibilium abstractorum à materia, & loco, & partibus. & sunt propositiones vniuersales, quas appellant dispositiones aliquando, & modos aliquando, & appellant eas Philosophi vniuersalia abstracta. Igitur animæ sunt duæ virtutes respectu ad duas partes. virtus quidem speculatiua respectu ad partem Angelorum, eum ex ea assumamus ab Angelis scientias veras, & debet esse hæc virtus continuæ receptionis ex parte superiori. & virtus factiua inest ei respectu ad inferiora: & est pars corporis, & regimen eius, & adaptatio morum. & hæc quidem virtus oportet vt dominetur aliis virtutibus corporalibus, & aliæ virtutes sint correctæ ab ea, & subiectæ sub ea, adeo quòd non patitur, nec fit ei impressio ex eis, sed patiuntur illæ virtutes ab ea, ad hoc vt non fiat nobis in anima ex attributis corporalibus aliqua mala qualitas, quæ appellatur vicium: sed erit ipsa prædominans vt perueniat ad animam propter eam qualitas, quæ appellatur virtus. Hæc est breuitas eius, quod distinxerunt de virtutibus vitalibus humanis, & prolixi fuerunt in narratione earum cũ dimissione narrationis virtutum plantarum, quæ non sunt necessariæ in intentione nostra. & nihil est eorum, quæ dixerunt, quod debet negari in fide, nam sunt res apparentes, quòd Deus glo. procedit in gubernatione earum. volumus tamen hic dubitare contra eum, qui hoc negat procedere à posse Dei glo. aut videt quòd in lege venit oppositum eius, sed forte declarabitur in congregatione in die iudicii, & resurrectionis, quòd lex hoc verificat. nos vero negamus ratiocinationem eorum cum ratione abstracta intellectus, & non indigere lege. & quærimus ab eis vt auferant in hoc rationem. sunt tamen eis multæ demonstrationes secundum opinionem eorum,

AVEROES.

Ait Auer. Hoc totum non est in eo, nisi recitatio opinionis Philosophorum de his virtutibus, & attributis earum, nisi quòd sequitur in hoc Aui. differt tamen à Philosophis in eo, ꝙ ponit in animali virtutem præter virtutem imaginatiuam, quam appellat cogitatiuam loco cogitatiuæ in homine. & dicit quòd nomen imaginatiuæ in homine. & dicit ꝙ nomen imaginatiuæ proferunt id

Antiqui pro hac virtute.&, cum id proferant, erit imaginatiua in ani- D
mali loco cogitatiuæ, & erit in ventriculo medio cerebri.&, cum pro-
latum fuerit nomen imaginatiuæ pro ea, quæ includit figuram, dicitur
de ea ꝙ eſt in anteriori parte cerebri. & nulla eſt diſcordia ꝙ conſerua
tiua, & memoratiua ſunt in poſteriori parte cerebri. nam conſerua-
tio, & memoratio ſunt duæ in actu, vna vero in ſubiecto. Attamen
quod apparet ex opinione Antiquorum eſt ꝙ imaginatiua in animali
eſt ea, quæ iudicat quòd lupus ſit inimicus agno, & ꝙ pecus ſit amica.
nam imaginatiua eſt virtus apprehenſionis, & iudicat neceſſario aliq;
eo ꝙ indigeat ingreſſu alterius virtutis, præter virtutē imaginatiuam.
eſſet autem poſsibile id, quod dixit Auic. ſi virtus imaginatiua non
eſſet apprehendens. igitur nihil eſt addere virtutem præter virtutem
imaginatiuam in animali, & præcipue in animali, cui ſunt multę ar-
tes naturaliter. nam imaginationes in iſtis nō apprehenduntur ſenſu:
& quaſi ſunt apprehenſiones mediæ inter formas intellectas, & ima- E
ginatas. & iam declarata eſt diſpoſitio huius formę in de Senſu & ſen
ſato, quod dimittimus in hoc loco. & reuertamur ad id, quod dicit iſte
vir, contradicens hominibus.

ALGAZEL.

AIt Alg. Demonſtratio aūt prima eſt cum dicunt ꝙ ſcientiæ in
tellectuales exiſtūt in animabus humanis, & includuntur in
eis vnitate quadam, & non diuiduntur. & non eſt dubium ꝙ
ſubiectum earū ēt non diuiditur: & omne corpus diuiditur: igitur indi
cat ꝙ ſubiectū eius eſt quid non diuiſibile. Et pōt hoc reduci ad condi-
tionē logicalē in figuris eius, & eſt quaſi vt dicatur ſi erit ſubiectū ſcié
tiæ corpus diuiſibile, tunc ſcientia, q̄ ineſt ei, eſt ēt diuiſibilis: ſed ſcien
tia, q̄ ineſt ei, non eſt diuiſibilis: igitur ſubiectum nō eſt corpus. & hic
eſt ſyllogiſmus conditionalis continuus, in quo reiteratur oppoſitum F
conſequentis, & concluditur oppoſitum antecentis deliberatiue. Et nō
eſt diſputatio de verificatione figuræ ſyllogiſmi, nec ēt de verificatio-
ne ambarum propoſitionū. nam, cū dicimus, omne, quod exiſtit in di-
uiſibili, eſt diuiſibile proculdubio, & euenit diuiſio in ſubiecto, eſt pri
mum intellectum, in quo dubitatio impoſsibilis eſt. Secunda vero, cū
dicimus ꝙ ſciētia vna exiſtit in homine, & tn̄ ipſe eſt indiuiſibilis, eſt
intellectum ſecundum. nam, ſi diuideretur in infinitum eſſet inconue
niens. ſi vero eſſet ei finitas, includitur in vnitatibus proculdubio non
diuiſibilibus. demum nos ſcimus aliquas res, quarū partem non poſ-
ſumus ponere auferri, & partem remanere, ex eo ꝙ non hn̄t partes ali
quas. & ſic remanebit dubitatio in duobus locis. Quorum Primus
eſt vt dicatur quare negatis dicenti ꝙ ſubiectum ſcientiæ eſt ſubſtan-
tia, indiuiſibilis, occupans regionem, q̄ nō diuiditur? & iam ſcitum eſt
hoc ex opinione Loquentium. & non remanet poſt hoc, niſi negatio

absoluta. & est quo existent omnes scientiæ in substantia indiuisibili, & remanebunt omnes substantiæ natantes in ea absq; scientia frustra. negatio aut non est vtilis ei, cum fuerit possibile etiam dicere secundu opiniones eorum quo erit anima quid vnum, no occupans regionem, & non innuitur ei, & non erit infra corpus, nec extra, nec continuum corpori, nec separatum ab eo. Sed nos non eligimus hunc locum. qm sermo de parte non diuisibili est prolixus, & ipse habet in ea rationes Geometricas, in quarum narratione esset prolixitas. & ex eis est, cum dicunt cum ponimus esse substantiam indiuisibilem infra duo corpora,, an contangit vna duarum extremitatum eius id, quod contangit alia, vel ne? si idem, est inconueniens, cum sequitur ex eo contactus duarum extremitatum. nam contangens contactum est contactum. si vero fuerit id, quod contangitur, aliud, in hoc quidem est affirmatio numerationis, & diuisionis. & hoc dubium est difficilis solutio-
B nis, aut prolixus esset sermo de eo. & non est nostrum vt disputemus de eo, & veniamus ad alium locum. Secundus vero locus est, vt dicamus id, quod narrauistis, quod omne existens in corpore, oportet vt diuidatur, est falsum, & conuertitur contra vos, in eo quod comprehendit virtus extimatiua agni odium lupi. nam ipsa in iudicio vnius rei non potest consyderari q diuidatur, cum non est odio aliqua pars, ita q consyderetur apprehensio alicuius partis eius, & ablatio alterius partis. & iam peruenit apprehensio eius per virtutem corporalem apud vos. nam animæ bestiarum sunt innatæ in corporibus, & non remanent post mortem. & in hoc conuenerunt omnes. &, si esset possibile eis vt conarentur ad consyderandum diuisionem in apprehensis per sensus quinque, & sensum communem, & virtutem conseruatiuam formarum, impossibile est tamen eis consyderare diuisionem in virtute intentionum, ex cuius conditione non est vt sit in materia. Si autem dixerit agnus non apprehendit odium absolutum ab-
F stractum à materia, sed apprehendit odium lupi demonstrati talis indiuidualis, copulatum quidem indiuiduo suo, & sede sua: virtus vero intellectiua apprehendit veritates abstractas à materiis, & indiuiduis, dicimus agnus quidem apprehendit colorem lupi, & figuram eius vsque ad odium. &, si color imprimitur in virtute visiua, & sic figura, & diuiditur diuisione subiecti visus, quæro, odium, cum quo apprehenditur ab eo. &, si id apprehendit in corpore, igitur diuiditur? Et vellem scire quid est hæc apprehensio, cum diuiditur? & quomodo erit pars eius? an sit apprehensio partis, aut quęlibet pars apprehensio totius odii? & erit odium scitum pluribus vicibus, & erit apprehensio eius omnibus partibus partium subiecti. hæ sunt dubitationes, quæ fiunt demonstrationibus eorum, & non possunt euadere ab inconuenienti. Si autem dicet, hæc est contradictio in intelligibilibus, quæ non possunt contradici. nam vos, cum non potestis dubitare in ambabus propositionibus, & est quod scientia vna

non diuiditur, & quòd id, quod non diuiditur, non existit in corpore diuisibili, non poteritis dubitare in compositione syllogismi. & iam verificatum est quòd figura eius est figura concludens: & impossibile est vobis dubitare in conclusione. Responsio autem est quòd hic liber, non composuimus eum, nisi ad declarandum conatum, & contradictionem verbis Philosophorum. & prouenit ex eo, quòd contradicimus cum hoc vni duarum rerum:: aut enim ei, quod dixerunt de anima rationali, aut ei, quod dixerunt de virtute extimatiua. postea per sermonem huius contradictionis declarabitur quòd ipsi dereliquerunt locum, quo inuoluitur in syllogismo. locus autem inuolutionis est, cum dicunt, si scientia existit in corpore modo, quo existit tinctura coloris in colorato, & diuiditur tinctura ad diuisionem colorati, diuiditur quidem scientia ad diuisionem subiecti. & inconueniens consistit in dictione existentiæ, cum potest esse vt non sit proportio scientiæ ad subiectum, sicut proportio tincturę ad coloratum, ita quòd dicitur quòd extenditur super id existens in eo, & dispargitur in lateribus eius, & diuiditur ad diuisionem eius. & forte proportio scientiæ ad subiectum suum est alio modo. & hic quidem modus, impossibilis est ei diuisio ad diuisionem subiecti: sed proportio eius ad id est proportio odii ad corpus; & modi proportionum attributorum ad subiecta non includuntur eodem modo. & non sunt notæ differentiæ nobis scientia, cui confidendum est. & iudicium de eo prętertinclusionem differentiæ proportionis est iudicium, cui non est confidendum. Demum non negatur quòd id, quod dixerunt, est id, propter quod vigoratur existimatio, & fortificatur; sed negatur quòd sit scitum scientia vera, in quam non transit error, & non diriguntur dubitationes ad eam. & hoc capitulum dubitat contra eam.

AVEROES.

Ait Auer. Cum accipiuntur propositiones factæ à Philosophis in hoc quęsito indefinitę, tunc disputatio facta ab Alga. sequitur eis. nam, cum dicimus omne, quod existit ex attributis in corpore, est diuisibile ad diuisionem corporis, intelligunt de eo duo. quorum Vnum est quòd sit definitio partis illius attributi existentis parti ipsius corporis definitio totius: vt existentia albedinis in corpore albo. nam quælibet pars albedinis existentis in corpore demonstrata, talis erit definitio eius, & definitio albedinis totius eadem definitio. Secundum vero est, vt sit attributum alligatum corpori absq; figura propria. & hoc etiam est diuisibile ad diuisionem corporis: non autem quòd definitio totius, & partis sit eadem definitio, vt virtus visiua existens in visu, sed ex eo quòd ipsa recipit magis & minus, recipit etiam subiectum magis & minus. & ideo erit virtus visiua in sanis fortior, quàm sit in ægris, & iuuenibus fortior, quàm senibus. Et

quod in eo communicant hæ duæ potentiæ est quòd sunt indiuiduales, scilicet quòd diuiditur in quantitate, & non diuiditur in quiditate, scilicet quòd ipsæ aut remanebunt idem definitione, & quiditate, aut auferentur, & diuiduntur ad vnum terminum in quantitate, & sunt idem definitione, & quiditate, & non diuiduntur ad quamlibet partium. & totum hoc differt à primo secundum magis, & minus. & pars eius, quæ deperditur, non est operatio eius operatio residui. nam operatio deperditi ex visu debili non agit actionem visus debilis. & communicant in eo quòd coloratio etiam nõ diuiditur ad diuisionem sui subiecti ad quamlibet partem. & definitio eius remanet eadem: sed finit diuisio ad terminum, ad quem si diuisio ad terminum, ad quem si diuiditur, corrumpitur coloratio. Attamen quod conseruat diuisionem semper est natura continui, scilicet forma continuitatis. Et hæc propositio etiam, cum sic posita fuerit, erit nota ex seipsa, scilicet quòd omne recipiens diuisionem his duabus speciebus diuisionis subiectum eius est corpus ex corporibus. & conuersio etiam est manifesta: & est quòd omne existens in corpore recipit diuisionem aliqua harum duarum specierum diuisionis. Et, cum verificatum fuerit hoc: tunc conuersio sui contradictorii est vera, si sciueris quid sit conuersio contradictorii: & est, id, quod recipit diuisionem aliquo horum duorum modorum, non existit in corpore. &, cum copulaueris huic id, quod manifestum est etiam de intellectis vniuersalibus, & est quòd ipsa non recipiunt diuisionem aliquo duorum modorum, cum non sint formæ indiuiduales, manifestum est quòd sequitur ex hoc quòd intelligibilia, non est eis subiectum corpus ex corporibus, nec potentia ad ea est potentia in corpore: ergo sequitur vt sit subiectum eorum virtus spiritualis comprehendens seipsam, & aliud. Alga. vero, quoniam assumpsit vnam speciem duarum specierum diuisionis, & remouit eam ab intellectis vniuersalibus, contradixit per secundam partem repertam in virtute visiua, & virtute imaginatiua, & fecit in hoc sermonem sophisticum. & scientia animæ est nobilior, & profundior, quàm vt apprehendatur in arte topica. Præterea ipse non adduxit demonstrationem Auicennæ secundum modum eius. nam vir ille fundauit demonstrationem suam, dicens quòd intellecta, si existerent in corpore, aut existerent ex eo in parte non diuisibili, aut in parte diuisibili. deinde inconueniens est vt existant in re indiuisibili ex corpore. &, cum hoc fuerit inconueniens, remanet vt intellectus, si existit in corpore, vt existat in eo in re diuisibili. deinde destruxit quòd existat in re diuisibili: ergo falsum est vt existat in corpore omnino. Et, quoniam destruxit Alga. vnam duarum partium, dixit non est absurdum, quin sit proportio intellectus in corpore alia proportio. & est manifestum quòd, si proportionabitur corpori, non sunt hic nisi duæ proportiones, aut proportio ad id subiectum diuisibile, aut subiectum non diuisibile. Attamen quòd cum eo completur hæc demonstra-

tio, eſt ꝙ intellectus non habet alligationem alicui virtuti virtutum D
animæ alligatione formę in ſubiecto. nam, ſi auferetur ab eo, ꝙ eſt al-
ligatus corpori, non eſt dubium ꝙ auferetur ab eo, ꝙ non eſt alligatus
virtuti virtutũ animę alligatarum corpori. nam, ſi eſſet alligatus ali-
cui virtutum animæ, vt dicit Ariſ. non erit operatio ei niſi ex virtute
illa. &, ſi hoc eſſet, non apprehendit virtutem illam. Hoc eſt, quo ſu-
ſtentatus eſt Ariſt. in declarando ꝙ intellectus eſt ſeparatus. Et narra
bimus etiam dubitationem ſecundam, quam adduxit in ſecunda ra-
tione, q̃ Philoſophus aſſumpſit pro ratione, poſtquã notificauerimus
ꝙ rationes eorum, cum ꝑmutatæ fuerint ab arte ſibi propria, eſt ſupre
mus gradus earum gradus ſermonum topicorum. & ideo intentio no-
ſtra in hoc libro eſt ſcire qualitatem ſermonum poſitorum in eo, attri
butorum ambabus ſectis, & ad patefaciendum, qui duorum ſermonũ
ſit dignior vt attribuatur dominio eius deſtructio, & contradictio.

ALGAZEL.

AIt Alg. Ratio Secunda. Dixerunt, ſi diſpoſitio ſcientis in ſcito
vno intellectuali, & eſt ſcitum abſtractum à materia, eſt exi-
ſtens in materia exiſtentia accidentium in ſubſtantiis corpo-
ralibus, ſequitur diuiſio eius in forma ad diuiſionem corporis, vt diximus antea. Et, ſi non fuerit exiſtens in eo, nec extenſum in ipſo, & ne
gant dictionẽ exiſtentię, veniemus profecto ad aliam prolationem, &
& dicemus an ſcientię ſit proportio ſcienti, vel ne? & eſt falſum ceſſare
proportionem. nam, ſi ceſſaret proportio de eo, tunc ꝙ ſciat id, nõ erit
dignius, q̃ non ſciat. Et, ſi eſt ei proportio, non euadet à tribus parti-
bus. aut enim erit ꝓportio ad quãlibet partem partium ſubiecti, aut
ad aliquas partes ſubiecti, pręter alias, aut non erit ad aliquam par-
tium proportio. Et falſum eſt vt dicatur non eſt proportio ad aliquam
partium. nam, cum non fuerit proportio in vnitatibus, non erit pro- F
portio in aggregato: aggregatum enim ex ſeparatis eſt ſeparatum. &
falſum eſt vt dicatur proportio ad aliquas. nam id, ad quod non habet
proportionem ſcientia, non eſt de diſpoſitione ſcientiæ. & de eo non
loquimur. Et falſum eſt vt dicatur ꝙ cuilibet parti poſitę ſit propor-
tio ad ſubſtantiam. nam, ſi eſſet proportio ad ſubſtantiam ſcientiæ ſe
cundum totum, manifeſtum eſt ꝙ quælibet pars non eſt pars ſciti, ſed
erit ſcitum ſicut eſt totum. & tunc erit intellectum vicibus infinitis in
actu. ſi vero quęlibet pars habet proportionem aliam, quam ſit ꝓpor-
tio, quã habet alia pars ad ſubſtantiam ſcientię: igitur ſubſtantia ſciẽ
tię diuiditur re. & iam declarauimus ꝙ ſcientia de ſcito vno omnimo-
de non diuiditur re. &, ſi fuerit proportio cuiuſlibet ad rẽ ex ſubſtan-
tia ſcientię alia, quã illa, ad q̃ eſt proportio alterius, tunc diuidi hanc
ſcientiam in hoc eſt magis apparens, & eſt falſum. Et ex hoc declarabi
tur ꝙ ſenſibilia impreſſa in quinq; ſenſibus non erunt niſi ſimilitudi-

D nes formarum particularium diuisibilium . nam hęc apprehensio est aduentus similitudinis apprehensi in animam apprehendentis, & erit cuilibet parti similitudinum sensati proportio ad partem instrumẽti corporalis. Dubitatio tñ huic est id, quod dictum est supra. nam permutare dictionem existentię in dictionẽ proportionis non aufert dubium in eo, quod existit. sicut virtus extimatiua in agno, & odium lupi, vt dixerunt, quę est apprehensio absque dubio, & non proportio ad eum. & sequitur ex proportione illa illud, quod dixistis. nam odium non est quid, cui mensurata sit proportio habens quantitatẽ mensurabilem: adeo ꝙ imprimatur similitudo eius in corpore mensurato, & proportionentur partes eius partibus illius. & esse figuram lupi mensurata non soluit dubium. nã genus aliquid apprehẽdit pręter figurã, & est diuersitas, & odium, & contrarietas. & hoc quidem odium additum figuræ non habet mensuram: & iam apprehẽdit id in corpore mẽsurato. Hoc profecto est dubium huic demõstrationi, sicut est primę.

E Si aũt dixerit aliquis, vos repulistis has demonstrationes, ex eo ꝙ sciẽtia existit in subiecto per substantiam occupantem regionem, quę nõ diuiditur, & est pars indiuisibilis, dicimus ꝙ non: qm̃ loqui de substãtia indiuisibili pendet in Geometricis, & prolixus esset sermo in solutione eius. Præterea non est in eo aliquid, quo auferatur dubium. nã sequitur vt sit posse, & voluntas etiam in hac parte. homini enim est actio. & hoc non potest consyderari nisi cum posse, & voluntate, & non potest consyderari voluntas, nisi cum scientia, & posse scribere cũ manu, & digitis. scientia vero eius non est cum manu, cum non auferatur in incisione manus, nec voluntas eius est cum manu: nam vult eam præter dominium manus. & prohibetur non ex priuatione voluntatis, sed ex priuatione ipsius posse.

AVEROES.

C Ait Auer. Hic sermo non est declaratio distincta in se, sed est complementum sermonis præcedentis. Nam in sermone pręcedẽti posuit ꝙ scientia non diuiditur ad diuisionem subiecti positiue, in hoc vero sermone conatus est declarare illud, faciens quidẽ diuisionẽ eius ad tria. & tunc dubitatio prima remansit ei. & remansit, qm̃ ipse non compleuit ambas res, de quibus dicitur diuisio materialis. nam, qm̃ ipsi auferunt ꝙ diuidatur intellectus ad diuisionem subiecti eo modo, quo diuiduntur accidentia ad diuisionem subiecti, & hęc est vna species diuisionis corporalis, & est quę reperitur in virtutibus corporeis apprehensiuis, ingressa est profecto contra eum dubitatio propter has virtutes. completur vero demonstratio, cum auferantur hæ duæ species diuisionis ab intellectu, & declaretur ꝙ omne habens permanentiam in corpore non euadet ab vna harum specierum diuisionis. Et forte dubitatur in eo quòd reperitur in corpore in hac

specie alia entitatis, s. quę non diuiditur ad diuisionem subiecti definitione, vtrum sit separatum à subiecto, vel ne? nam nos videmus plurimas partes subiecti auferri, & tamen non aufertur hic modus entitatis, scilicet apprehensio indiuidualis. & existimatur quod, quemadmodum non aufertur forma in destructione partis, aut partium à subiecto, sic non aufertur in destructione totius, & quod ablatio actionis formę propter subiectum est similis ablationi operationis artificis propter instrumentum. & ideo dixit Arist. quod, si esset seni oculus, sicut est iuueni, videret sicut videt iuuenis. i. potest existimari quod diminutio visus accidentali, quæ euenit seni in virtute visiua, non est ex debilitate visus, sed ex debilitate instrumenti. & sumitur ratio in hoc ex destructione instrumenti, aut plurimarum partium eius in somno, & apoplexia, & ebrietate, & ægritudinibus, quibus destruuntur apprehensiones sensuum. nam non dubitatur quod virtutes non destruuntur in illis temporibus. & hoc videtur magis in animalibus, quæ, cum incidantur in duas partes, viuunt. & plurimæ plantarum sunt huiusmodi, licet non fuerit in eis virtus apprehensiua. Sermo autem de anima est nimis profundus. sed Deus appropriauit eum sapientibus profundis in scientia. & ideo dixit Iob, Simplex ego sum, nescio animam meam. Et similitudo mortis somno in hoc est ratio euidens permanentiæ animæ. quoniam destruitur operatio animę in somno ex destructione instrumentorum eius, & tamen ipsa non destruitur. igitur necesse est vt sit dispositio eius in morte, sicut est dispositio eius in somno. iudicium enim partium est idem, & est ratio communis omnibus, conueniens vulgo in credendo veritatem, & excitat homines sapientes ad viam, ex qua sciēt immortalitatem animę. & hoc manifestum est ex sermone Dei, Perueniunt animę in morte in eo, qui non moritur in somno.

ALGAZEL.

AIt Alg. Ratio Tertia. Dicunt si scientia existeret in parte corporis, tunc esset sciens, qui scit hanc partem pręter alias partes hominis. & tamen homo dicitur de eo sciens. & scire est attributum ei vniuersaliter absq; proportione ad subiectum proprium. & hoc est manifestum. quoniam ipse appellatur videns, & audiens, & gustans, & odor reperitur ei. & sic bestia attribuitur ei hoc. & id quidem non indicat quod apprehensio sensibilium non sit in corpore, sed est species permissionis. sicut dicitur talis homo est in Gallia, licet fuerit in parte aliqua vniuersę Gallię, non in tota, & tamen refertur ad totam.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem conceditur quod intellectus non attribuitur alicui membro hominis, & constituta est demonstratio in hoc:

id enim

A id.n.non est notũ per se:manifestũ est ꝙ sequitur ex eo vt nõ sit subiectũ eius aliqđ corpus ex corporibus. Et non erit dictũ nostrum de homine, ꝙ sit sciẽs, sicut dictũ nostrũ, ꝙ videat. qm̃, cum fuerit notũ per se ꝙ videt ꝑ aliquod mẽbrum deputatum, manifestum est ꝙ, cũ attribuimus ei visum absolute, est possibile secundum consuetudinẽ Maurorum, & aliarũ gentium in hoc. &, cũ non fuerit intellectui membrũ deputatum, manifestum est ꝙ, cum dicimus de eo ꝙ sit sciẽs, nõ est ex eo ꝙ aliqua pars eius scit. sed quomodo hoc sit non est notum per se. nam ipse nõ tenet ꝙ sit hic membrũ deputatũ ei, nec locus deputatus in aliquo mẽbro mẽbrorũ, sicut est in virtute imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua. nã loca istarum sunt nota in cerebro.

ALGAZEL.

Ait Alga. Demonstratio Quarta. Si autem scientia existit in parte cordis, aut cerebri exẽpli gratia, tũc ignorãtia est cõtrariũ eius. & oportet vt admittamus ꝙ sit in alia parte cordis, aut cerebri:
B & erit homo aliqñ sciens, & ignorans de aliqua re. &, cum hoc falsum fuerit, declarabitur ꝙ subiectũ ignorantiæ est subiectũ sciẽtiæ. & hoc subiectũ est vnũ, ita ꝙ falsum est aggregari duo cõtraria in eo. & ipse quidẽ, si esset in subiecto, nõ esset falsum existere ignorãtiã in aliqua parte eius, & scientiã in aliqua parte eius. qm̃ rei existenti in subiecto non contrariatur contrarium eius in alio subiecto, vt cõgregantur nigredo & albedo in eodẽ oculo, sed in duobus subiectis. & nõ sequitur hoc in sensibus. nã nullũ est cõtrariũ apprehensioni eorũ. ipsi.n. apprehendunt, & non apprehẽdunt. & nõ est inter eos nisi oppositio esse, & priuationis. & ꝑꝑ hoc dicimus ꝙ apprehendit per aliquas partes eius, vt oculus, & aures: & nõ apprehendit per residuũ sui corporis. & nulla est ei cõtradictio. & nõ sufficit dictũ vestrũ ꝙ scire est cõtrariũ ignorãtiæ. & iudiciũ est vniuersale eis in toto corpore, cũ nõ sit falsum vt sit iudiciũ præter subiectũ causæ. nã sciens est subiectũ, in quo existit sciẽ
C tia: &, si profertur nomen de vniuersali, est abusiue. sicut dicitur est in Gallia, licet fuerit in aliqua parte eius. & sicut dicitur vidẽs, licet sciuerimus de necessitate ꝙ iudiciũ visionis non cõsistit in pede, & manu, sed est ꝓprium oculo. & cõuertitur iudiciũ de subiectis, vt conuertitur de causis. nã iudiciũ est diminutũ de subiecto causarum. & non euadit ab hoc sermo dicẽtis ꝙ subiectum, aptum ad recipiendũ scientiam, & ignorantiã hominis, est vnũ, & conuertũtur cũ eo. nã apud vos omne corpus, habẽs vitã, recipit scientiã, & ignorãtiã, & non ponunt præter vitam aliã conditionẽ. & aliæ partes corporis apud eos circa receptionẽ sciẽtiæ sunt in eodẽ gradu. Dubitatio vero, ꝙ hoc conuertitur, est contra vos in appetitu, & desyderio, & voluntate. nam hæc existunt in bestiis, & hominibus, & sunt simul existentia in corpore. deinde falsum est vt mutentur, ex eo ꝙ appetunt, & congregantur in eo fuga, & perfectio ad idem, cũ fuerit desyderium in subiecto, & fuga in alio subiecto. & hoc non indicat ꝙ ipsa non existant in corpore. qm̃ istæ vir

tutes, licet multæ fuerint, & mouentur diuersis instrumentis, habent D
tamen vnum copulans: & est anima. & hoc homini, & bestiæ simul.
&, cum vnitur copulans, mutabuntur relationes contradictoriæ in cō
paratione ad id. & hoc quidem non indicat ꝙ anima non sit existens
in corpore, sicut est in bestiis.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc, quod narrauit nomine Philosophorum his,
non sequitur ab eo, nisi ꝙ scientia non existit in corpore, modo,
quo existit coloratio in eo, demum alia accidentia, non aũt ꝙ ip-
sa existat in corpore omnino. nã prohibitio subiectæ scientiæ, quin re
cipiat ignorantiã de re, & scientiã de ea, indicat necessario ꝙ non sit ei
vnitas. cõtraria. n. non existunt in eodẽ subiecto. & hæc species im-
posibilitatis reperitur in aliis attributis, quæ sunt apprehensiones, &
ex apprehensionibus. quod vero est proprium subiecto scientiæ ex re-
ceptione est ꝙ apprehendit contraria simul, s. rem, & contrarium eius. B
& hoc quidem impossibile est vt sit, nisi apprehensione non diuisibi-
li in subiecto non diuisibili. nam iudex est vnus necessario. & ideo di-
citur ꝙ scientia contrariorum est eadem. Hic quidem modus receptio
nis est, qui appropriatur animæ necessario. Attamen declaratum est
apud eos ꝙ hæc est dispositio sensus cõis iudicãtis de quinq; sensibus,
& est apud eos corporeus. quare non est ratio ad ꝓbandũ ꝙ intellectus
non existat in corpore. qm̃ nos diximus ꝙ existentia est duobus mo-
dis, aut existẽtia attributorũ non apprehendẽtiũ, aut existentia attri-
butorũ apprehendentiũ. Et id profecto, cũ quo in hoc sermone dubi-
tauit eis, est verum: & est quòd anima concupiscibilis non mouetur
ad contraria simul, & tamen est corporea. Et non vidi aliquẽ Philoso
phorũ ratiocinari ex hoc, in affirmando permanentiam animæ, nisi cõ
syderantem sermones suos. nam proprietas vniuscuiusque virtutis ap-
prehensiuę est vt non copulentur in apprehensione eius duo opposita, E
sicut proprietas duorum contrariorum extra animam est vt nõ cõgre
gentur in eodẽ subiecto. Igitur hoc est, in quo cõicant virtutes appre-
hensiuæ cum virtutibus non apprehensiuis. & appropriatur virtuti-
bus apprehensiuis quòd ipsæ iudicant de contrariis repertis simul, s.
sciunt vnum eorum ex scientia alterius. & appropriatur virtutibus nõ
apprehensiuis, quoniã diuiduntur ad diuisionem corporis, & reperiũ-
tur in diuersis partibus eiusdem corporis contraria simul, non autem
in eadem parte. &, qm̃ anima subiectum eius non diuiditur hac specie
diuisionis, non euenit ei vt reperiantur in duo contradictoria simul
in duabus partibus subiecti. Quare isti sermones omnes sunt ser-
mones hominis non peruenientis ad opiniones Philosophorum in
his rebus. O quàm est remota opinio afferentis rationem de perma
nentia animæ, ex eo quòd ipsa non iudicat de duobus contradicto-
riis simul. nam sequitur ex hoc vt subiectum eius sit vnum non diui

A sibile.& quæro quæ est ratio ad probãdum ꝙ subiectum nõ diuisibile ad diuisionem subiecti accidentiũ, quod non sit diuisibile omnino?

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Quinta. Dicunt si intellectus intelligit intelligibilia instrumẽto corporeo, ipse quidem non intelligit seipsum. & consequens est falsum, quia ipse intelligit seipsum: igitur antecedens est falsum. Dicimus, nos bene concedimus ꝙ reiteratio oppositi consequentis concludit oppositum antecedentis: attamen, cum probatur consequentia consequentis ab antecedenti, nõ admittimus, sed dicimus non concedimus consequentiam consequentis. Et quæro quæ est ratio eius? Si autem dixerit ratio eius est, quia visus est in corpore, & visus, non alligatus visui in aspiciendo non videt, & auditus non audit, & sic alii sensus, & intellectus non apprehendit B etiam, nisi in corpore: ergo non intelligit seipsum. intellectus autem, quemadmodum intelligit aliud, sic intelligit seipsum, & intelligit ꝙ intelligat aliud, & ꝙ ipse intellexerat se ipsum. Dicimus id, quod dixistis est corruptum ex duobus. Primũ quidem, qm̃ visus apud nos possibile est vt alligetur sibi ipsi, & erit visus alteri, & sibi ipsi, quemadmodum erit vnum sciens aliud, & sciens seipsum. sed consuetudo currit in contrarium huius, & rescisio consuetudinis apud nos admittitur. Secundum vero, & est fortius, est concedendo hoc in sensibus. Attamen non, cum hoc impossibile est in quibusdam sensibus, impossibile est etiam in quibusdam. Et quid inconuenientius est vt distinguatur iudicium sensuum in modo apprehensionis cum communicatione eorum ꝙ sint corporei? vt differunt visus, & tactus. quia tactus non acquirit apprehensionem, nisi cum continuatione contacti instrumento tactus. & sic etiam est gustus. & differt ab eo visus, cum condi- C tionatur in eo separatio, ita ꝙ, si ponatur super palpebras, non videt colorem, quia non distat ab eo. & hæc quidem diuersitas non facit diuersitatem, quo ad eorum indigentiam corpore. & non negatur quin sit in sensibus corporeis quid, quod appellatur intellectus, & differt ab eis, in eo ꝙ apprehendit seipsum.

AVEROES.

Ait Auer. Contradictio aũt Prima, & est, cum dicit ꝙ possibile est vt rescindatur consuetudo, & videbit visus seipsum, est sermo in vltimitate sophisticationis, & inuolutionis. & iam locuti sumus de hoc superius. Secunda vero contradictio, & est, cum dicit ꝙ non est absurdum vt apprehensio corporea apprehendat seipsam, habet quidem quandam sufficientiam. Attamen, cum scitus fuerit modus, qui mouit eos ad hoc, scietur ꝙ hoc est impossibile. nam apprehensio est quid repertum inter agens, & passum, & est

apprehendens, & apprehensum. & falsum est vt sit sensus agens, & patiens eodē modo. &, cū reperitur agēs, patiens est duobus modis, q actio est ei ex parte formæ: passio vero ex parte materiæ: igitur omne cōpositū nō intelligit seipsum. qm̄ substātia eius est alia ab eo, per qđ intelligit. nam intelligit per partē substātiæ suæ. &, quia intellectus est ipsum intellectū, tunc, si compositū intelligit seipsum, conuertitur cōpositū in simplex, & totū fit pars & hoc totū est falsum. Et hic sermo, cū scribitur hic, est rhetoricus. &, cum scribitur secundū ordinem demonstrationum, & est vt præcedant eum conclusiones, quæ debent præcedere, potest fieri demonstratiuus. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Sexta. Dicunt si intellectus apprehenderet cum instr̄o corporeo, vt visus, nō apprehēderet instr̄a sua, vt faciunt alii sensus: sed ipse apprehendit cerebrū, & cor, & quod ponitur, q sit instr̄m eius: ergo indicat q non habet instr̄m, nec subiectum. sin aūt, id nō apprehenderet. Dubitatio aūt huic est, sicut dubitatio, quę fit in prępcedēti. qm̄ nos dicimus q non est inconueniēs quin visus apprehēdat subiectū suū, sed currit secūdū consuetudinē. nā dicimus nō est falsum vt differāt sensus in hoc, licet cōicent in existētia eorū in corporibus, vt antea. Et quare dicitis q existēs in corpore, falsum est vt apprehēdat corpus, quod est subiectū eius? & quare sequitur vt iudicemus ex vno demōstrato tali particulari remoto super vniuersale absolutū? & vnde scitur deliberatiue falsitas eius? & iā dictum est in Logica q iudicatur ex cā particulari, aut particularibus plurimis sup vniuersale, ita q dāt exēplū in hoc, cū dixerit aliquis q omne animal mouet in masticādo mādibulā inferiorē, qm̄ vidimus inductiue oīa animalia esse talia. & hoc quidē erit, quia nescit tansah. nā ipsum mouet mādibulā superiorē. & sic isti pfecto nō inquirūt inductiue, nisi quinque sensus, & inueniūt eos modo tali, & iudicauerunt de omnibus cū eo. & forte intellectus est sensus, qui currit in his sensibus cursu tāsah inter alia animalia. igit sensus cū hoc, q sunt corporei, diuiduntur ad id, qđ apprehēdit subiectū suū, & ad id, qđ nō apprehēdit, vt diuidūtur ad id, qđ apprehēdit, obiectū suū absq; cōtactu, vt est visus, & ad id, qđ non apprehēdit, nisi cōtinuatione, vt gustus, & tactus. igitur id, qđ dixerūt si generauit existimationē, nō generauit tn̄ veritatē, cui cōfidendū sit. Si aūt dicet nos nō sustētamur simplici inductione sensuū, sed demonstratione, & dicimus si essent cor, & cerebrū in anima hominis, nō deficeret ei apprehēsio eorū, adeo q nō euadet apprehēsione sui ipsius. nā vnus hō nō scit seipsum ex seipso, sed affirmat semper animā suam ex anima sua. sed nō est sic in apprehēsione eorū. homo. n. cū non audiet recitationē cordis, & cerebri, nec videt ea in anatomia alicuius hominis, nō apprehēdit ea, nec credet qđ sint. &, si intellectus esset in cor- B F

A pore, oportet vt intelligat hoc corpus semper, aut id non apprehendit semper. Dubitatio aũt est, ꝙ nullũ amborũ est verũ, sed intelligit seipsum aliqñ, & nõ intelligit seipsum aliqñ. & hoc probatur. qm̃, si apprehensio, existẽs in subiecto, apprehẽdit subiectũ ex ꝓportione eius ad subiectũ, & non consyderatur quòd sit ei ꝓportio ad id, nisi existentia in eo, ꝓfecto nunq̃ id apprehẽdet. Et, si hæc proportio nõ erit tũc, nũquã debet id apprehẽdere: cum impossibile est vt sit ei alia ꝓportio ad id, ꝓut est ipse. qm̃ ex eo qđ intelligit seipsum, intelligit seipsum semper, & hoc nõ deficit ei in aliqua hora. Dicimus qđ homo, quotiẽscũque perseuerauerit cõsyderare aĩam suã, & non celatur ei, ipse ꝓfecto cõsyderat corpus suum. Veruntñ quòd nõ innuitur ei nomẽ cordis, & forma eius, & figura eius, sed affirmat animã suã esse corpus, adeo qđ affirmat esse animã suã cũ vestibus suis, & esse domi. anima vero, quã dixerũt, non attribuitur vestibus, & domui. & affirmatio eius ad corpus, qđ est principale, sequitur ei. & nõ curant de figura eius, & nomi-
B ne eius, sicut nõ curãt de subiecto odoris, & qđ sunt addita in anteriori parte cerebri similia capitibus mamillarũ. Et, sicut homo scit qđ apprehendit odorẽ cũ naribus, tñ subiectũ apprehẽsionis nõ cõsyderatur ab eo, nec demõstratur, licet apprehẽderit quòd est ꝓpinquior ad caput, q̃ sit propinquior ad infra aures, sic cõsyderat homo animã suã, & scit qđ esse eius, quo cõsistit, est propinquius cordi, q̃ sit pedi. nã ipse cõsyderat animã suã, remãsurã cũ priuatione pedis, & nõ cõsyderat cõsyderatione animæ suę remansuræ cũ priuatione cordis. igitur id, quod dixerunt de eo, quòd ipse intelligit de corpore aliquando, & aliquãdo non intelligit, non est sic.

AVEROES.

Alt Auer. Dubitatio autẽ eius, quòd id, quod est in corpore, aut virtus in corpore, non intelligit seipsum per rationẽ, qm̃ sensus sunt virtutes apprehẽsiuæ in corporibus, & ipsæ non intelligunt seip-
C sas, hoc quidẽ est in capitulo inductionis, quæ non facit adipisci veritatẽ. Et assimilatio eius inductioni factæ de eo, qđ omne animal mouet mandibulam inferiorem, profecto non est ei similis aliquo modo, licet fuerit similis aliquo modo. Quòd aũt sit ei dissimilis est, qm̃ ponẽs inductiue quòd omne animal mouet mandibulã inferiorẽ, facit inductionem diminutã: nam inducit in ea oẽs species animalium. ponens vero quòd oẽs sensus non apprehendũt seipsos in rei veritate, facit inductionẽ perfectã, cum nõ sit sensus præter quinq; sensus. Iudicium aũt per id, qđ videtur ex sensibus, quòd omnis virtus apprehensiua non est in corpore, est simile inductioni, qua iudicamus quòd oẽ animal mouet mandibulã inferiorem. nam ponens hoc, quemadmodũ nõ facit inductionẽ in omnibus animalibus, sic ponẽs quòd omnis virtus apprehensiua non est in corpore, ex eo quòd sic est in sensibus, non facit inductionem in omnibus virtutibus apprehensiuis. Quòd vero dixit de eis in eo quòd, si intellectus esset in corpore, comprehẽ-

deret corpus, in quo est apud apprehensionem suam, est sermo leuis, D & non est ex sermonibus Philosophorum. quoniam hoc sequeretur, si omnis apprehendens esse rei, id apprehenderet per definitionẽ eius. & non est sic. nam nos apprehendimus animam, & multa, & non apprehendimus definitiones eorum. quoniam, si apprehẽderemus definitionem animæ cum esse eius, sciremus necessarió ex definitione eius esse eius, an sit in corpore, vel non sit in corpore. si enim esset in corpore, esset corpus necessario assumptum in definitione eius. &, si non fuerit in corpore, non erit corpus assumptum in definitione eius. hæc quidem est id, quod debet teneri hic. Contradictio autem Alga. huic sermoni, ꝙ homo consyderat de anima quòd sit in corpore eius, licet non discernatur ab eo membrum, in quo est ex corpore, est profecto vera. & Antiqui differunt in hoc. sed scientia nostra, ꝙ sit in corpore non est scientia, ꝙ sit ei existentia in corpore. nam hoc non est notum per se. & est id, in quo differunt homines & Antiqui, & Moderni. si enim corpus esset ei vt instrumentũ, nullam quidem habet existentiam in eo. si vero esset ei vt accidens substantiæ, non erit ei esse nisi in corpore. E

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Septima. Dixerunt virtutes apprehensiuæ instrumentis corporeis, accidit eis ex consuetudine in operatione, & continuatione apprehensionis diminutio. nam continuatio motus corrumpit complexiones corporum, & destruit eas. & sic res excessiue excellioris comprehensionis debilitant eas, & aliquando corrumpunt eas, adeo quòd non apprehendunt postea aliquid leuius, & debilius: sicut est vox excessiua auditui, & lux clara visui. nam aliquando corrumpit eum, aut prohibetur postea ab apprehensione vocis leuis. & sic etiam apprehensa ex gustu. apprehendens enim dulcedinem excessiuam non sentit postea dulcedinem, quæ est minor ea. F Dispositio vero in virtute intellectiua est in contrarium. nam continuatio in speculando intelligibilia non eam reddit fessam in hoc. & apprehensio speculabilium supremorum fortificat eam ad comprehendendum speculabilia leuia, & non debilitat eam. si vero euenit ei aliquando fessitas, hoc est, quia indiget virtute imaginatiua, & coadiuuatione eius, & debilitatur virtus imaginatiua, & non inseruit intellectui. Dubitatio autem est ex viis præcedentibus. nam nos dicimus non negatur ꝙ differant sensus corporei in hoc. & non omne, quod affirmatur aliquibus eorum, oportet vt affirmetur aliis. sed non negamus ꝙ differãt corpora. nam sunt aliqua corũ, quæ debilitat ea motus aliquis: & aliqua, quæ ea fortificat alius motus, & non debilitat. &, si receperint impressionem ex eis, erit profecto ibi causa mutans virtutem eorum, ita quòd non sentient impressionem. & co-

A cum hoc est possibile, cum iudicium affirmans in aliquibus, non oportet vt affirmet in omnibus.

AVEROES.

Ait Auer. Hæc est ratio antiqua ex rationibus eorum. & conclusio eius est ꝙ, cum intellectus apprehendit intelligibile forte, deinde reuertitur ad apprehensionem eius, quod est debilius, tunc apprehensio eius est facilior. & hoc indicat ꝙ apprehensio eius non est in corpore. nam nos reperimus virtutes corporeas apprehensiuas recipere impressionem ab apprehensis fortibus impressione tali, qua debilitatur apprehensio earum, ita ꝙ impossibile est eis vt apprehendant ea, quæ sunt facilioris apprehensionis post apprehensionem fortioris apprehensionis. Et causa in hoc est, quoniam omnis forma existens in corpore, existentia eius in eo est, quia recipit hoc corpus impressionem ab ea, sed existit in eo, quoniam est diuersa procul dubio. sin autem, non erit forma in corpore. &, qm̃ inuenerunt ꝙ B recipiens intelligibilia non recipit impressionem ab intelligibilibus, determinauerunt ꝙ hoc recipiens non sit in corpore. Attamen hoc non est ei contradictio. nam omne recipiens impressionem à subiecto ex existentia formæ in eo, conuenientem quidem, aut fugiendam, aut paucam, aut multam, est corporeum necessario. & conuersio huius est etiam vera. & est, omne, quod est corporeum, recipit impressionẽ à forma adueniente ei, & mensura impressionis eius est secũdum mẽsuram mistionis illius formæ corpori. Et causa in hoc est, quoniam omnis generatio sequitur mutationem. &, si introduceretur forma in corpore absq; mutatione, tũc esset possibile vt reperiretur forma corporea, ex qua non imprimitur aliquid subiecto in aduentu eius.

ALGAZEL.

C Ait Alga. Ratio Octaua. Dixerunt, omnes partes corporis debilitatur vigor earum, postquam peruenerint ad statum propè quadraginta annos: & quod est postea, debilitatur visus, & auditus, & aliæ virtutes. virtus tamen intellectiua vt plurimum fortificatur post hoc in pluribus. Et non est dicendum contra hoc, ex eo quòd euenit priuatio speculationis intelligibilium, cum acciderint morbi corpori, & hyeme causa senectutis. nam quotienscunque declaratum sit quòd fortificatur cum debilitate corporis in quibusdam temporibus declarabitur etiam quòd existat in corpore. Sed destructio eius apud destructionem corporis non infert necessario vt existat in corpore. nam reiteratio consequentis non concludit. nos enim dicimus si virtus intellectiua existeret in corpore, debilitaret eam debilitas corporis in aliquibus temporibus: igitur declarata est existentia eius in seipso in omni tempore. sed

consequens est falsum: igitur antecedens est falsum. &, cũ dicimus con D sequens, quod reperitur in aliquibus temporibus, non sequitur vt antecedens sit verum. Vlterius causa eius est, quoniam anima habet operationem in seipsa, cum non fuerit ei prohibens, & non fuerit ei occupans. nam ipsius animæ duæ sunt operationes, operatio quidem respectu corporis, & est regere id: & operatio respectu principiorum suorum, & sui ipsius, & est apprehensio intelligibilium. & sunt duæ operationes diuersæ, & distinctæ: &, dum occupauerit seipsam in aliqua earum, declinat ab alia, & defecit ei congregare ambas simul. occupatio autem eius ex parte corporis sunt sensatio, & imaginatio, & appetitus, & timor, & ira, & existimatio, & tristitia, & dolor. &, cum incœperit consyderare in intelligibili, deficit ab istis rebus immo sensus tantum prohibet, & remouet ab apprehensione intellectus, & speculatione eius, absque eo quòd aliquid tangat instrumentum intellectus, aut accidat ipsimet læsio. Et causa huius est occupatio animæ in aliqua operatione. & ideo destruitur speculatio intel- B lectus etiam apud dolorem, & morbum, & timorem, quia est morbus in cerebro. Et quomodo prohibetur impossibilitas cum diuersitate modorum actionis animæ, & numeratione vnius modi sequitur impossibilitas? nam timor inuoluitur à dolore, & appetitus ab ira, & consyderatio in intelligibili ab aliquo intelligibili separato ab eo. & signum, quòd morbus eueniens corpori non est in subiecto scientiarum, est, quoniam cum reuertitur sanum, non indiget disciplina scientiarum denuo, sed redit qualitas animæ eius, prout fuerat, & reuertuntur illæmet scientiæ, absque quòd fiat discipiinatio. Dubitatio autem, quoniam nos dicimus quòd diminutio virtutum, & additio earum habent multas causas, quæ non concluduntur, & aliquæ profecto virtutes fortificantur in principio vitæ, & aliquæ in medio, & aliquæ in fine, et intellectus est sic etiam. et non remanet nisi quòd topicus ratiocinetur, et non concedat quòd differant odor, et F visus. quoniam odor fortificatur post quadragesimum annum, et tamen visus debilitatur, licet sint æquales, cum fiunt in corpore. quemadmodum differunt istæ virtutes in animalibus, et fortificatur odor in quibusdam, et auditus in quibusdam, et visus in quibusdam ex diuersitate complexionis eorum. et non est quidem possibile hoc scire. et non est inconueniens vt sint etiam complexiones instrumentorum diuersæ secundũ indiuidua, et secundũ tempora. et erit vna causarũ prioritatis debilitatis visus præter intellectum. quoniam visus est prior intellectu. nã videt in principio creationis, et tamen non perficitur intellectus eius, nisi post quintumdecimum annum, aut plus, prout vidimus quòd differũt homines in eo, ita quòd dicitur quòd canities in capillis capitis est prior ea, quæ est in barba, quoniã capillus capitis est prior. Hæ sunt causæ, de quibus, si aliquis loquitur, et non attribuit hoc cursui consuetudinum, non potest ædificare super

D tas scitum tutum. quoniam modi possibilitatis, in eo ꝙ adduntur ex eo virtutes, aut debilitantur, non includuntur. & hoc non facit peruenire ad aliquid veritatis.

AVEROES.

Ait Auer. Si posuit ꝙ virtutes apprehensiuæ, subiectum earũ est calor naturalis, & calori quidem elementali euenit diminutio post quadragesimum annum, tũc debet esse intellectus in hoc, vt aliæ virtutes, scilicet ꝙ oportet, si esset subiectum eius calor elementalis, vt veterascat ad veterationem eius. Attamen, si consyderetur ꝙ subiecta sint diuersa in intellectu, & sensibus, tunc non sequitur vt sint æqualia tempora eorum.

ALGAZEL.

Ait Alg. Ratio Nona. Dixerunt qũo erit homo præfatio corporis, & accidentium eius: & tamen hęc corpora non deficiunt resolui: & nutrimentum restaurat id, quod resoluitur, adeo ꝙ B cum videmus sensu vnum puerum ægrotare aliquando & macrefieri, deinde impinguari & crescere, tunc possumus dicere ꝙ non remanet ei post quadragesimum annum aliquid ex partibus, quæ reperiebantur in eo apud exitum ab vtero matris, sed fuit initium esse eius ex partibus spermatis tantum. & nõ remansit ei aliquid ex partibus spermatis, sed resoluitur totum hoc, & permutatur in aliud, & erit hoc corpus aliud à corpore illo. & tñ dicimus hunc hominem esse eundem hominem, adeo ꝙ remanebunt cum eo scientiæ eius ab initio pueritię. & iam mutauit omnes sensationes suas. igitur indicat ꝙ sit animę esse p̃ter corpus, & ꝙ corpus sit instrumentum animæ. Dubitatio autem, ꝙ hoc destruitur in belua, & arbore, est cum consyderatur crementũm earum à pueritia. nam dicitur ꝙ hoc est illud, sicut dicitur de homine, & tamen non indicat hoc, ꝙ sit ei esse præter corpus. & quod dictum est de scientia destruitur, cum imaginatiua conseruat formas. nã ipsa F remanet à pueritia ad crementum, licet mutentur partes cerebri.

AVEROES.

Ait Auer. Hæc est ratio, quam non fecit aliquis Antiquorum in permanẽtia animę, sed fecerunt eam in eo, ꝙ in indiuiduis est substantia remanens à genitura vsq; ad mortem, & ꝙ res non sunt in continuo fluxu, vt putauerunt multi ex Antiquis, auferẽtes necessarium, adeo ꝙ necessitatus fuit Plato ponere ideas. & non est occupandum tempus in hoc. & dubitatio Alg. huic rationi est vera.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Decima. Dixerunt, virtus intellectiua apprehendit canones vniuersales intellectuales, quos appellant Loquentes dispositiones, & apprehendit hominem absolutum, ex eo ꝙ videt aliquod indiuiduum humanum demonstratum tale. & est sciẽtia de indiuiduo, quod videtur. nam id, quod videtur, est in loco proprio, & colore proprio, & tempore proprio, & mẽsura propria,

& situ proprio. homo vero absolutus intellectus est abstractus ab his rebus: immo in eum ingreditur omne de quo profertur nomen hominis: licet non fuerit secundum colorem apparentem in mensura eius, & situ eius, & loco eius, & tempore eius. immo is, cuius esse est possibile in futurum, ingreditur in eum, adeo quòd, si corrumperetur homo, remaneret verificatio hominis in intellectu, abstracti quidem ab istis proprietatibus. & omne, quod sensus vidit, id indiuiduale, ex eo peruenit in intellectum verificatio illius indiuidui vniuersalis abstracta à materiis, & mineralibus, adeo quòd diuidentur attributa eius ad id, quod est ei essentiale, vt est corporeitas plantæ, & animali, &c. vsque ad finem capituli. D

AVEROES.

Ait Auer. Id autem, quod recitauit nomine Philosophorum de hac ratione, est quòd intellectus apprehendit de indiuiduis, quæ communicant specie aliquid, quo communicant. & est quiditas illius speciei, absque eo quòd diuidat illud in ea, in quæ diuiduntur indiuidua, in eo quòd sunt indiuidua, ex loco, situ, & materiis, ex quibus plurificantur. igitur necesse est vt sit non generabilis, nec corruptibilis, nec deperditur, cum deperdatur aliquod indiuiduorum, in quibus inuenitur illæ. & ideo scientiæ sunt æternæ, & non generabiles nec corruptibiles, nisi per accidens, s. ex copulatione earũ Socrati, & Platoni, s. sunt corruptibiles propter copulationẽ, nõ quòd sint corruptibiles ex se. nam, si essent generabiles & corruptibiles, tunc esset hæc copulatio in eismet ipsis, & non congregarentur in eadem re. Dixerunt &, cum hoc habitum fuerit de intellectu, & fuerit in anima, necesse est vt sit anima non diuisibilis ad diuisionem indiuiduorum, & vt sit etiam quid vnum in Socrate, & Platone. Et hæc quidem ratio de intellectu est fortis, quoniam intellectui nihil est indiuiduitatis. anima autem, licet fuerit abstracta ab accidentibus, quibus numerantur indiuidua, famosi tamen ex Sapientibus dixerunt quòd non exit a natura indiuidui, licet sit apprehendens. & est speculatio in hoc loco. Dubitatio autem, quam fecit contra eos Alga. consistit in hoc, quòd intellectus est quid indiuiduale: & vniuersalitas accidit ei. & sic assimilauit consyderationem eius de re communi indiuiduis consyderationi vnius sensus multis vicibus. nam est vnus apud eos, non autem quid vniuersale. & vita exempli gratia in Socrate est eadem numero, quam vidit in Platone. & hoc est falsum. nam, si hoc esset verum, non esset inter apprehensionem intellectus, & apprehensionem sensus differentia. & non traduximus sermonem eius hic, quia prolixus est. E F

DISPVTATIO TERTIA.

DE DICTO EORVM, QVOD FALSVM EST DICERE QVOD CORRVMPANTVR ISTAE ANIMAE: SED, CVM REPERIANTUR, sunt æternæ perpetuę, & non potest consyderari corruptio, & finitas earum.

AVEROES.

AIT Auer. Et sic dixit postea ꝙ Philosophi in eo, ꝙ anima habet corruptionem post esse, ꝙ sit falsum, habent duas rationes. Quarum vna est, si animæ corrumpitur, corruptio eius non euadet ab vna triũ rerum. aut enim corrumpitur cum corruptione corporis, aut corrumpitur propter contrarium repertum ei, aut ex posse potentis. & falsum est vt corrumpatur ad corruptionem corporis. est enim separata à corpore. & falsum est vt sit ei contrarium, nam substantia separata non habet contrarium. & falsum est vt alligetur posse potentis priuationi, vt dictum est supra. Dubitatio autem eis est. nos non concedimus quòd sit separata à corpore. Vlterius, quia dilectum apud Auicennam est vt sint animæ numeratæ ad numerationem corporum. nam esse animam vnam numero omnimode in omnibus indiuiduis, accidunt ei multa inconuenientia, ex quibus illud est, quòd, cum scit Socrates aliquid, sciet id etiam Plato. &, cum ignorat id Plato, ignorat id Socrates. Iterum sunt inconuenientia alia, quæ sequuntur huic positioni. ipse vero respondet huic sermoni quòd ipsa cum ponitur numerata ad numerationem corporum, sequeretur vt esset alligata eis, & corrumperetur necessario ad corruptionem corporum. Attamen Philosophi possunt dicere quòd non sequitur, cum fuerit inter duo proportio alligationis, & amoris, vt est proportio inter desyderans, & desyderatum, & vt est proportio inter ferrum, & magnetem, vt, cum corrumpitur vnum, corrumpatur aliud. sed aduersarius potest interrogare eos quid est, quo appropriantur animæ, & plurificantur plurificatione numerali, & tamen sunt separatæ à materia. nam plurificatio numeralis indiuidualis prouenit ex materia. Veruntamen defendenti permanentiam animæ, & numerationem eius est dicere quòd sit ex materia subtili: & est calor animalis, qui influitur à corporibus cœlestibus: & est calidum, quod non est ignis, nec est in eo principium ignis, sed in

eo ſunt animæ informantes corpora, quę ſunt hic, & animas exiſten- D
tes in illis corporibus. Et nullus Philoſophorū contradicit quin in ele
mentis ſit calor cœleſtis, deferens virtutes generantes animal, & plan
tā. ſed aliqui appellant has virtutes naturales cœleſtes: Galenus vero
appellat eam virtutem informantē, & aliquando appellat eam creato
rē, & dicit ꝙ ipſe tenet ꝙ ſit hic agens animalis ſapiens, id creans, &
hoc apparet ex anatomia. vbi vero exiſtit hoc agens, & quid ſit, eſt q̄d
nobilius quā poſſit homo id ſcire. Et ex hoc aſſumpſit rationē Plato,
ꝙ anima ſit ſeparata à corpore, qm̄ ipſa eſt creatrix eius, & informa-
trix. nā, ſi corpus eſſet conditum in eſſe eius, non crearet, nec informa
ret illud. & hęc quidē anima, ſ. creatrix magis apparet in animali non
generante, poſtea in generante. nam nos, quemadmodū ſcimus ꝙ ani-
ma ſit quid additum calori elementali, cum calor, in eo ꝙ eſt calor, nō
eſt de natura eius vt efficiat operationes ordinatas intelligibiles, ſic e
ſcimus ꝙ calor, qui eſt in ſpermatibus, non eſt ei ſufficientia ad crea-
tionem, & informationē. & nulla eſt differentia apud eos ꝙ ſint in ele E
mentis animæ creantes quālibet ſpecierum repertarum in animali, &
plantis, & mineralibus, & totum, quod opus eſt in eſſe eius, & perma-
nentia cum regione, & ꝙ ſint virtutes conſeruantes eam. Hæ aūt ani-
mæ aut erunt tanquā medię inter animas corporum cœleſtium, & ani
mas, q̄ ſunt hic in corporibus ſenſibilibus, & habebunt abſque dubio
in animabus, q̄ ſunt hic, & corporibus dominium: & hinc ortus eſt ſer
mo de parte: aut ipſæ in ſe ipſis ſunt alligatæ corporibus, q̄ ab eis ſunt
creata propter ſimilitudinem, quę eſt inter ea. &, cum corrumpantur cor
pora, reuertuntur ad materias ſuas ſpirituales, & corpora ſua ſubtilia,
quæ non ſentiuntur. & nullus eſt Philoſophorum antiquorū, qui non
concedat eſſe has animas: differunt tn̄ an ſint illæ, quę exiſtunt in cor
poribus, aut eſt aliud genus præter illas. Qui vero dixerunt de datore
formarum, ipſi quidem poſuerūt has formas intellectum ſeparatū.
& hoc non reperitur alicui Antiquorum, niſi quibuſdam Philoſophis F
Maurorum. qm̄ ex radicibus eorum eſt ꝙ ſeparata non mutant mate
rias mutatione tranſmutationis per ſe, & primo. nam mutans eſt con
trarium eius, quod mutatur. Et hæc quidem diſputatio eſt profundiſ-
ſima diſputationum, quæ ſunt in Philoſophia. Et fortiſſimum, quod
teſtatur in hoc, eſt qm̄ intellectus materialis intelligit infinita in vno
& eodem intellecto, & iudicat de eis iudicio vniuerſali, & non eſt ſub-
ſtantia eius hæc ſubſtantia. igitur eſt non materialis omnino. Et ideo
laudat Ariſtoteles Anaxagoram, cum poſuerit primum motorē intel
lectum, aut formam ſeparatam à materia. & ideo non patitur ex ali-
quo entium. nam cauſa paſſionis eſt materia. & in hoc eſt diſpoſitio in
virtutibus recipientibus, ſicut eſt diſpoſitio in virtutibus agentibus.
virtutes recipientes, habentes materiam, ſunt quæ recipiunt res de-
terminatas.

DISPVTATIO QVARTA.

DE DICTO EORVM, QVOD NON SIT FALSVM QVOD ANIMAE REVERTANTVR AMPLIVS IN CORPORIBVS.

AVEROES.

AIT Auer. Et, cum separatus fuit ab hac disputatione, incœpit cogitare ꝙ Philosophi negant congregationem corporum in die iudicii. & hoc quidẽ non reperitur sermo de eo in aliquo pręcedentium. B Sermo autem de congregatione corporum habet paucam prouulgationem in legibus prouulgatis. & quod dixerunt de ea Philosophi est pręter numerum duorum. nam primi, qui dixerunt de congregatione corporum, sunt Prophetæ Israelitæ, qui venerunt post Moysen principem Prophetarum. & hoc apparet in psalmis, & in multis libris attributis filiis Israel. & affirmatur etiam hoc in euangeliis. & est sermo Zabaistarum. quam quidem legem dixit Auenhazam fuisse antiquissimam legum. Sed isti homines apparet de eis ꝙ sunt vigorosiores ad magnificandum eam, & credendum ei. Et causa huius est. qm̃ ipsi tenent ꝙ currit cursu regiminis hominum, in quo quidem consistit esse hominis, & aduentus summi boni ei proprii. nam ipsa est necessaria inuentioni virtutum moralium in homine, & virtutum speculabilium, & artium operatiuarũ. ipsi enim tenent ꝙ homo non habet C vitam in hac nostra habitatione, nisi per artes operatiuas: & non est ei vita in hoc seculo, & in futuro, nisi per virtutes speculatiuas: & non ꝑficitur quęlibet harum duarũ, & non peruenit ad eũ, nisi per virtutes morales: & virtutes morales non vigorantur nisi per cognitionem habitam de Deo glo. & magnificationem eius ꝑ operationes legales pręceptas in qualibet gente, vt sunt holocausta, & orationes, & similia ex sermonibus, quos dicunt de Deo glo. & Angelis, & Prophetis. Deniq; tenent ꝙ leges sunt artes necessariæ morales, quarũ principia accipiuntur ab intellectu, & lege, & præcipue id, quod est commune omnibus legibus: licet differant in hoc secundũ magis, & minus. & tenent cum hoc ꝙ non debemus dubitare, ꝑ sermonem affirmantem, aut negantẽ, in principiis earũ vniuersalibus, vt an necesse sit seruire Deo glo. vel ne, & quod maius est an reperiatur, vel ne? & sic tenent in aliis principiis eius, sicut sermo de inuentione summi boni vltimi, & qualitate eius. nam omnes leges conueniunt circa entitatem vltimam post mor-

Sermo de Legibus.

tem, licet differant in qualitate huius entitatis: quemadmodum conue D
niunt circa scientiam esse eius, & attributa, & operationes eius, licet
differant in eo, quod est de substantia principii, & operationibus eius
secundum plus, & minus. & sic etiam conueniunt in operationibus p-
ducentibus ad summum bonum, quod est in habitatione vltima, licet
differant in consyderatione harum operationum. Demum ipsæ leges
quid vtuntur modo scientiæ per viam communem omnibus, quæ est
necessaria apud eos. nam Philosophi vtuntur vsu notificationis sum-
mi boni aliquorum intelligentium, quibus opus est adiscere scientias,
& leges. & ideo intendunt docere vulgus generaliter: & tamen non in-
uenimus legem ex legibus, quæ non excitet ad id, quod est proprium
sapientibus, & includat id, in quo communicat vulgus. Et, quoniam
species hominum propria, perficitur esse eius, & peruenit felicitas eius
ex communicatione speciei vniuersalis, ideo doctrina vniuersalis est
necessaria in esse speciei propriæ, & vita eius. in tempore autem pue-
ritiæ, & cremento eius nemo quidem in hoc dubitat. cum vero permu- E
tauerit se ad id, quod est sibi proprium, tunc ex necessitate nobilitatis
eius est vt non vilipendat id, in quo nutritus est, sed id exponat pul-
chra expositione, & sciat quod id, quod intendit in hac doctrina, est vni-
uersale, non autem proprium. Et, si declaratum fuerit ei quod sit dubium
in principiis legis, in quibus nutritus est, aut in expositione sit aliquid
contradicens Prophetis, & declinauerit à viis eorum, est ex illis homi
nibus, qui debent appellari Hæretici, & debēt condemnari in lege, in
qua nutritus est condemnatione Hæretici. & oportet etiam eum cum
hoc vt eligat legem nobiliorem suæ ætatis: licet omnes apud eum fue
rint veræ, & ab ignobiliori permutetur ad nobiliorem ea. Et ideo con
uersi sunt ad sectam Maurorum sapientes, qui docebant discipulos
Alexandriæ, cum peruenit ad eos lex Maurorum, & facti sunt Chri-
stiani sapientes, qui erant Romæ, cum peruenit ad eos lex Christia-
na. & nemo dubitat quin fuerant in filiis Israel sapientes multi. & hoc F
est manifestum ex libris, qui reperiuntur apud filios Israel, attribu-
tis Salomoni. & non defecit scientia reperiri in hominibus Propheticis,
& sunt Prophetæ. & ideo verissima omnium propositionum est, quod
omnis Propheta est sapiens, & non omnis sapiens est Propheta: sed
sunt sapientes, de quibus dicitur quod sunt hæredes Prophetarum. Et,
cum artes demonstratiuæ habeant in principiis suis præambula, &
radices positas, quanto magis est dignum vt sit hoc in legibus assum-
ptis à prophetia, & intellectu. & omnis lex, quæ est per prophetiam,
miscetur ei intellectus, & qui tenet quod possibile est vt sit hic lex per in-
tellectum tantum, necesse est ei vt sit diminuta omnium legum, quæ
extractæ sunt per intellectum, & prophetiam. & vniuersum conuenit
in hoc, quod principia operationis debent recipi ab alio: cum demonstra-
tio non possit producere operationes, nisi per virtutes, prouenientes
ab operationibus moralibus, & factiuis. Igitur declaratum est ex hoc

sermone quòd Sapientes omnes opinantur in legibus hanc opinionem, scilicet quòd recipiatur à Prophetis, & ponentibus principia operationis, & præcepta legalia in qualibet gente. & laudabilius apud eos ex istis principiis necessariis est id, quod magis excitat vulgus ad operationes laudabiliores, adeo quòd erunt, qui nutriuntur cum eis, perfectioris virtutis, quàm qui nutriuntur cum aliis: vt sunt orationes apud nos. quia non est dubium ꝙ orationes abstinere faciunt à turpibus verbis, & Hæresi. & oratio posita in hac lege, reperitur ei hæc operatio, perfectior quàm aliis orationibus positis in aliis legibus. & hoc quidem ex eo, quod conditionatur de numero eius, & temporibus eius, & sermonibus eius, & alio, quod conditionatum est de munditie, & dimissione operationum, & sermonum corrumpentium eam. & sic id, quod dicitur de merito in ea, magis excitat ad operationes bonas, quàm quod dicitur in alia. & ideo assimilari meritum in eis rebus corporeis est nobilius, quàm assimilari rebus spiritualibus. vt dixit Deus glo. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum. Et dixit Propheta Oculus non videt eam domine præter te. & dixit sapiens in hoc. Id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec reputatur in corde carnis. Et dixit Hauhas hen nega non est in fine huius mundi, nisi cœlum. Igitur indicat quòd illa entitas est superior, & excelsior hac entitate, & alius gradus nobilior hoc gradu. & non debet negare hoc, qui credit quòd nos comprehendimus vnum ens permutari à gradu ad gradum, vt est permutatio formarum inanimatarum ad id, quod comprehendant seipsas, & sunt formæ intellectuales. Qui vero dubitauerunt in his rebus, & disputauerunt contra hoc, & se patefecerunt in eo, sunt qui intendunt destruere leges, & destruere virtutes, & sunt Epicurei, qui opinantur quòd nullus est finis intentus in homine, nisi prosequi delectationes. & hoc quidem est, cui nemo dubitat, & qui meditatur hoc facere de eis, non est dubium quòd habentes leges, & sapientes simul interficerent eum, & qui non habet posse super eum, perfectior quidem sermonibus, quibus ratiocinatur contra eum, sunt rationes, quas includit liber excellens. Id autem, quod dixit hic vir, contradicens eis, est bonum. & non euadet in contradicendo eis, quin ponatur anima immortalis, vt indicauerunt hoc rationes intellectuales, & legales, & vt ponatur quòd qui reuertentur, sunt vt ista corpora, quæ fuerant in hac habitatione, non ipsamet. nam corruptum non reuertitur in indiuiduum, sed reuertitur ens simile ei, quod corruptum est, nō ipsummet, quod corruptum est, vt declarauit Alga. Quare non est verus sermo de reuersione secundum opinionem opinantis ex Loquentibus ꝙ anima sit accidens, & corpora, quæ reuertentur, sunt illa, quæ corrupta sunt. nam id, quod corruptum est, & postea inuenitur, est vnum specie, non vnum numero, sed duo. & præcipue apud eum, qui dixerit ex eis quòd accidentia non permanent per duo tempora. Hic

Quo pacto indiuidua reuertantur.

autem vir negauit Philosophis tres disputationes, quarum Vna est D ista: & est apud eos ex disputationibus speculatiuis. Secunda vero est, cum dicunt ꝙ Deus glo. scit particularia. & iam diximus etiam ꝙ iste sermo non est ex sermonibus eorum. & Tertia, cum dicunt de antiquitate mundi. & iam diximus etiam ꝙ id, quod intelligunt per hoc nomen, non est id, quod negauerunt Loquentes in eo. & diximus in hoc libro ꝙ nullus Maurorum dicit de merito spirituali: & dixit in alio libro ꝙ Sapientes id dicunt. Et secundum hoc non erit Hæresis ei, qui dicit de merito spirituali, & non dicit sensibiliter congregationem, & ponit possibilitatem huius sermonis de merito spirituali, & reuertitur etiam in alio loco in negationem congregationis. & hoc totum est implicatio, & perturbatio, vt vides. & non est dubium ꝙ iste vir errauit secundum legem, sicut errauit secundum scientiam. & Deus est dirigens ad verum, & approprians veritati eum, quem vult. Et decreui resecare hic sermonem de his rebus. & peto veniam de sermone nostro in eis. & nisi fuisset necessitas perquisitionis veritatis ei, cui conuenit: B & est, sicut ait Galenus, vnus ex mille, & prohibitio vt loquatur de ea cum eo, qui non est ex hominibus eius, non laborassem in hoc. & Deus glo. bene scit etiam & vnicam literam. & debet Deus glo. recipere excusationem nostram in hoc, & remouere scrupulum ex bonitate, & misericordia sua; quia est tribuens, & benefaciens omnibus.

Destructionum destructionum Philosophiæ Algazelis.

FINIS.

AVERROIS
CORDVBENSIS
TRACTATVS DE ANIMAE. BEATITVDINE.

Caput Primum. Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ est secundum Aristotelem coniunctio intellectus abstracti cum anima humana.

B INTENTIO mea in hoc tractatu nobilissimo est declarare beatitudinẽ vltimã animæ humanę * (in hoc mundo, & in futuro,) secundũ principalẽ intẽtionẽ Philosophorũ in ascẽ. su supremo ipsius. Et, cũ dico ascensum, intelligo ꝙ perficiatur, & nobilitetur, ita vt coniungatur cũ intellectu abstracto, & vniatur cum eo, ita vt cũ eo fiat vnũ: & hoc sine dubio est supremus gradus sui ascensus. Nam manifestum est omnia entia sub tribus speciebus cõprehendi. Vna est materia infima, & quæ ex ea generãtur, & illa quidẽ ignobilior est in gradu, & loco. Et super illã in gradu, & loco est species corporũ sphæricorũ: quorũ semper est fixa forma, & stabilis in suis materijs: ita ꝙ dicuntur materia, & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et super illa est vnus gradus supremus, & gloriosus, qui vocatur gradus intellectũ abstractorũ, qui vere sunt formæ dantes perfectionẽ, non existentes in subiecto. Ideo, cũ dicitur de anima ꝙ ascẽdit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abstractorũ. Et, quia cognosco principalem intentionem Philosophorum fuisse contemplari in essentia hmõi entis apud eos, &
C apud veritatẽ, & vltimã beatitudinẽ, visum est mihi declarare hoc sermone breui: & intelligẽti, sicut tu: in quo reperies declarationẽ huius rei, plusquã in commẽtis meis de Anima: & plus argumẽtis ꝓbatũ, q̃ in libris Philosophorũ. Solicite itaq; meipsum dedi, nobilissime socie, super rẽ a te postulatã, s. ad opinionẽ Philosophi in cõiunctione intellectus abstracti cũ anima humana declarãdam, & ad veritatẽ aperiendã. & hoc secundũ radices suas: nã illud quidẽ fundamẽtũ est, quod ab omnibus glorificatur Philosophis. sed multũ condiuisi sunt Philosophi: quemadmodũ per intentionem sermonum apparet diuisio in eo, quod de sermonibus ipsius est verum.

* al. eo. non habet hæc verba.

Entia oīa sub tribus spẽbus comprehendi.

Caput Secundum. De intellectus materialis essentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata.

SCIAS ꝙ certitudinis huius rei cognitio existit in duabus radicibus. Vna est speculatio in esse intellectus materialis. & hoc est fundamentũ huius quæstionis. & non sunt diuersificati Philosophi in hoc, nisi propter diuersitatẽ, quam habet in esse huius intellectus.

Radices duæ, ad cognoscẽdum connexionẽ

Intellectus abstracti cū homine.

Secunda radix est speculatio in re, propter quam intellectus abstractus est causa reducendi intellectum materialem in esse actu intellectum. & hoc est scire, si est causa secundum modum efficientis, & motoris solum, sicut reperitur in motoribus naturalibus, aut per viam formę, & finis, sicut faciunt abstracta in corporalibus sphęricis. Hic volo enarrare tibi breuiter intentionem Philosophi in esse intellectus materialis, & abstracti. Post hoc autem declarabo tibi quid oritur ex sententia sua ex ijs duobus. Deinceps perueniam ad cognitionem possibilitatis coniunctionis animę cum intellectu. D

Aristotelis dicta, & quę ex eis cōprehenditur.

Dico autem ꝙ principium dicti Philosophi in speculatione intellectus, qui materialis dicitur, si est, aut non, fuit quod ipse posuit ex rebus notis per se, & dixit ꝙ comparatio intelligibilium ad intellectum, scilicet materialem ipsorum apprehensiuum, est vna, et eadem, quę est sensibilium ad sensum. Et ex hoc habet ꝙ intellectus apprehensiuus intelligibilium est virtus recipiens, & non agens: sicut sensus, qui est virtus recipiens a sensato. Et, cum declaratum fuit ei ꝙ intellectus materialis est de virtutibus recipientibus, & non agentibus, resultauit ei de necessitate vna duarum rerum: aut ꝙ intellectus, qui est in potentia recipiat, quę sunt intelligibilia actu, & permutetur ex eis, sicut receptio sensus ad sensatum: aut sit hęc receptio, & permutatio alio modo. Et postquam vera est hęc diuisio, speculatur postea in esse intellectus, dicens conueniens esse ꝙ natura huius receptionis, & permutationis sit diuersa a natura receptionis sensus, & dicatur receptio, & permutatio de eis ęquiuoce. & hoc ideo est, quia est de rebus notis per se ꝙ intellectus materialis habet intelligere omnes formas.

Intellectus non est virtus per corpus distēsa.

De necessitate ergo est ꝙ illa virtus non sit disgregata, siue distensa per corpus, neque diuisibilis ad diuisionem corporis: sicut sunt virtutes sensibiles, quę sunt disgregatæ in corpore, & diuisibiles ad diuisionem corporis secundum vnum modum. Et hoc probatur quatuor medijs demōstratiuis. Primo quidem, quia, si intellectus materialis esset virtus apprehensiua in corpore secundum modum sensuum, nō apprehenderet nisi vnam formarum, quia propria subiecta non recipiunt nisi proprias formas: sicut natura sensus visus non recipit sensatum gustus. Secundo. quia, si esset virtus in corpore ad propriā formam, non apprehenderet rem sibi appropriatam. nam, si oculus esset coloratus, non posset recipere virtus visibilis colorem. &, si in lingua esset sapor, non apprehenderet alios sapores. Tertio. si esset hæc virtus in corpore ad formam propriam, sicut dictum est, non apprehenderet seipsam. quia vides formas sensibiles materiales non seipsas apprehendere: & finis esse earum est apprehensio alterius rei a se. Quarto. si hæc virtus, & præparatio esset in corpore ad formam propriam, contingeret ei quod accidit sensibus, quoniam apprehendunt vnum sensatum. Nā duorum alterū accidit sensui: vel quia non recipit contrariū, qn̄ apprehendit istud sensatum: vel, si recipit, imperfectum, & permutatum recipit: sicut accidit visui in contrarijs coloribus, & gustui in cōtrarijs saporibus. & hoc voluit Philosophus, cum dixit, si esset mixtus, nō reciperet contraria: vel imperfecta, & permutata reciperet. E

Intellectus mālis nō habet nisi naturā possibilitatis, & præparationis.

Et hæc est summa eius, quod cōprehēdi pōt ex verbis Philosophi in essentia huius intellectus. Et qn̄ declaratū fuit ei esse intellectus materialis, fuit etiā declaratū ꝙ hęc pars perfectionis, quę est in aīa, quæ vocatur intellectus materialis, non habet nisi naturā possibilitatis, & pręparationis solū: quia nō est mixtus materiæ, nec de virtutibus motiuis: Et nō est hęc præparatio in ꝓprio subiecto essentia intellectus materialis, sicut opinati sunt Antiqui commentatores. Et ideo diuersa est eius possibilitas ab alijs possibilitatibus. Et ideo dico ꝙ nō est aliquod entiū, antequā intelligat.

Themistij opinio.

* a.l. Theophrastus.

Sed Antiqui cōmentatores, sicut* Themistius, & alij, qn̄ dicitur ab Aristotele ꝙ intellectus materialis nō est aliquod entiū, intellexerunt ꝙ non sit ens actu: sed est apud eos substantia potentia, recipiens formas materiales, s. possibilitas ipsius est in seipso, & ꝙ est potentia proprię speciei, quā recipit. Et, postq̄ occurrit in hoc sermone incidēter memoratio possibilitatis, recusabo de ea verbum nouum dicere, vtile, & necessariū.

Differētia inter possibilitatem, & potentiam.

Et, quāuis possibilitas, & potentia in pluribus communicent, scias tn̄ ꝙ differt possibilitas in duobus a potentia. Vnū est, quia possibilitas attribuitur substantiæ rei, cuius est; potentia vero attribuitur

A ei, quod recipit aliquid aliud extra ipsum in specie. verbi gratia massa ferri habet in se possibilitatem vt ex ea fiat ensis: iterũ etiã habet in se potentia ensem, sed possibilitas attribuitur substantiæ suæ solum, & dicitur ꝙ est possibilis in se, à præparatæ virtutis vt ex ea fiat ensis, & cætera alia, quæ ex ferro fiunt, quæ non possunt nec ex palea, nec ex cæra fieri: potentia vero attribuitur formæ aptæ recipi in subiecto in specie ensis: & dicitur ꝙ ensis est in hac massa in potentia. possibilitas ergo est magis substantialis, & magis generalis, quã potentia: & præcedit in intellectu, quia est præparatio fixa, & stabilis in substantia huius rei, per quam potest habere virtutem vt efficiatur hoc, vel illud. Aliud autẽ est, quia potentia de necessitate est vt exeat in actum in aliquo indiuiduorũ speciei aliquo tempore. &, si non, esset vana. Verbi gratia, sicut ex necessitate est vt sit aliquis Philosophus in specie humana: sed non est de necessitate vt sit Socrates Philosophus, quamuis Philosophiam habeat in potentia. sed possibilitas non est necessarium vt exeat in actum in specie, nec in indiuiduo, nec in aliquo tempore. Verbi gratia, sicut omne vinum possibile est fieri acetum: sed non est necessarium vt aliquod vinum demonstratum efficiatur, si ab extrinsecis custodiatur accidentibus. Et, cum dixerim quod possibilitas est magis substantialis, dico propter substantiam rei met. Et scias ꝙ multi Sapientes errauerunt in hoc credentes non esse aliquam differentiam, & non expectes declarationem aliquam in aliquo librorum antecedentium me. Nunc autem redeo ad

B sententiam meam, & dico ꝙ secundum illorum Antiquorum opinionem debet intelligi ꝙ natura intellectus materialis intelligitur, sicut natura materiæ: scilicet vt dicatur ꝙ iste intellectus comparatur rei intelligibili comparatione materiæ, & formæ: quãuis essentia materiæ sit potentia. Et, quando ponunt ꝙ hæc substantia intellectus materialis sit solum ens in potentia, sicut materia prima, non possunt dicere ꝙ generetur, & corrumpatur. quia quod in potentia est, non generatur, neque corrumpitur, sicut declaratum est in esse materiæ primæ. Alexander autem, qui fuit de postremis inquisitoribus, sentit ꝙ natura huius partis intellectus non est aliud, nisi præparatio quædam in anima. Et hoc **Alexãdri opinio.** ideo mouetur dicere, quia Aristoteles assimilauit intellectũ materialem præparationi, quæ est vt tabula rasa ad recipiendum omnes formas. & ipse opinatus est, ideo quod subiectum præparationis est anima, & cum anima. Ex hoc trahitur argumentum ꝙ hæc præparatio adueniat cum esse animæ: quemadmodum aliæ præparationes cum subiectis aduenìunt suis. Et quidem secundũ verisimile apparet ex radicibus Aristotelis ꝙ ipsa sit præparatio. Siquidem enim ipsa esset substantia, tunc intelligibilia, quæ sunt etiam per se formæ rerum sensibilium, non fierent: & essent secũdũ hoc intelligibile, & sensus res vna omni ex

C parte: & ex ea parte, qua est intelligibile, non esset possibile cognoscere circumstantiam rerum. Finis deniq; huius rei est ꝙ sermo iste similis est sermoni formarũ intelligibilium, quæ apparẽt in esse eorũ, ꝙ in eis non est aliud, nisi rei sensatę forma. Et, nisi hoc esset, nullo modo daret ad cognoscendũ seipsam. substãtia. n. vnius rei non facit alterius rei substantiam intellectam, inquantum est alia ab ea. Et hęc quidẽ res est cũ alijs, quę sunt hic, necessaria, ad sciendum vnam de magnis reprehensionibus, quas de his in alijs narrauimus locis. Confirmatio vero Alexãdri est, quia tenet esse per se notũ ꝙ iste intellectus est ingenerabilis, & incorruptibilis: qm̃ non habet naturam nisi possibilitatis, & pręparationis. et hęc res, per Deũ, non est res clara. verum ipsa est dubitatione digna, atq; inquisitione, sed est cui contradici potest, sicut contradiximus, quod nũc pretermittamus. Sed in hoc Aristoteles nõ firmiter manifestauit sententiã suã, eo ꝙ superficies sui textus sustinet duo simul: primo scilicet ꝙ sit permutabilis: secũdo vero ꝙ sit separabilis. Et põt intelligi pro separabile ꝙ non sit virtus in corpore, recipiens diuisionẽ corporis, scilicet vt diuidatur secũdum diuisionem corporis, quãuis a corpore necessariam habeat dependentiam, mediante anima: et propter hoc sustinet ꝙ non in toto separabilis sit. sustinet etiã ꝙ separabilis sit: quia separabile nihil aliud est, nisi quod est separabile. Et propter hoc diximus hoc apud nos non bene esse declaratum, pręter illud, quod habemus ab Octauo Physico-

rum. Nam ibi dicitur ꝙ non diuiditur ad corporis diuisionē: nec est mixtus materiæ: relinquitur ergo ꝙ in toto sit separabilis. & hoc est contrarium continuationis: & contradictio huius contrarietatis non est declarata. Adhuc ēt, quia virtus quælibet, quæ non diuiditur ad corporis diuisionem, separabilis est. Et, qui habet radices apud se, ꝙ formæ inueniuntur, quæ non habent relationis aliquid, quid contradicet esse præparationes hoc modo? multo fortius cum eo, quod videmus in esse huius præparationis, ꝙ est vna numero in omnibus hominibus, plures tamen per accidens. quod in formis non est materialibus. D

Caput Tertium. De intellectus materialis cum abstractis intellectibus connexione.

SED prætermittamus hoc, quia alterius eget inquisitionis in loco alio, & redeamus ad dictum nostrum. Et dicamus ꝙ nulla duarū sententiarum horum hominū, qui vocati sunt scientiarum inquisitores de secta existētes Aristotelis, de intellectu est apud eos aliquid, quod deneget istum intellectum materialē intelligere intellectus abstractos, ita vt efficiatur intellectus abstractus vnū cum eo. B Declaratum est enim ꝙ illud, quod intelligitur de abstractis, non est aliud quā intelligere rem, quæ per se stat, videlicet intellectum agentem. Et iste intellectus materialis, si est substantia æterna, vt expositores omnes testantur, non est impossibile ei intelligere rem æternam. Et, si est præparatio solum vt dicit Alexander, nō inuenitur ratio, per quam denegari possit, quin efficiatur æternum, veluti Auennasar fuetur. Credo aūt ꝙ hoc ideo opinatus est Auennasar, quia credidit intellectū materialē esse substantiam possibilem, nouam, ac corruptibilem. Et hoc est obliuio, & error, nam omnes Philosophos concordari vides vltimam animæ hominis beatitudinem esse in apprehendendo abstractos intellectus. Et quidem vides ꝙ Alexander posuit hoc in vno libro suorū, ac si per se notum esset. Et Themistius in hoc dicit verbū abbreuiatū, credens illud esse in hoc sufficiens. si intellectus, qui est in nobis, intelligit id, quod non est intellectus per se, multo magis id, quod est intellectus per se. Et huic, si vellem, possem quodā modo contradictionis contradicere. Nam Sol est magis apparens aliquo apparenti, & vt plurimum ab habentibus visum magis ꝙ aliud quid apparēs apprehendi debet: & cū hoc vespertilionis visus ipsum minime apprehendit, comprehendens tamē quædā minus visu cōprehensibilia. Philosophus aūt promisit in libro de Anima tentare hanc quæstionem: verū nunquā inueni solutionem in aliquo suorū librorum. F Sed inueni in quoddam Alexandri libro viam vnam demonstratiuam, vbi credit eam mouisse Philosophum ad inueniendam eiusmodi apprehensionem, & intellectus huiusmodi continuationem, & est vt supra dixi, & quemadmodum hic melius repetam. Dicit namque, scis ꝙ comparatio intelligibilis ad intellectum est vna, & eadem in hoc, sicut sensati ad sensum & hoc quasi notum est per se. Et manifestum est ꝙ sensus in tribus consistit. Vnum est recipiens: & hoc est membrū sentitiuum, Aliud est receptum in eo, videlicet sensibilis virtus fixa in membro sensitiuo. Tertium est motor, qui sentitur in actu, videlicet extra animam: vt lux in visu. Similiter hæc tria in intellectu reperiri debent: intellectus recipiens, vt intellectus materialis: intellectus receptus, vt intelligibile, quod est speculatiuū acquisitum: & intellectus motor, & agens, vt abstractus. Hac quidem declarata propositione necessaria, coniungitur debite alia huic, videlicet ꝙ, si sensoriū potentiam habet recipiendi sensibile, quod in actu est, licitum est similiter vt intellectus, qui in potentia est, debeat in se habere potentiam recipiendi intellectum, qui est in actu, qui sensato ipsi cōparatur. Et cum coniungitur huic vna propositio, cuius certitudinē omnes confirmant, videlicet ꝙ omne, quod in potentia est ad aliquid, indubitanter accidit in actu aliquo tēpore: & hoc specie, aut genere, & hoc est necessarium, cui nullus contradicit, & cum intellectus materialis in

Themistij dictum.

Alexādri demonstratio.

se potentia habeat intellectum abstractum, necessario orietur ex his. vt in actu reducatur aliquo tempore. hæc autem receptio in actu non est aliud, nisi esse vnum cum eo. Et propter hoc dixit Alexander in eodem sermone verbũ simile supradicto. Dicit enim ꝙ intellectus, qui est in potentia, quando perfectionẽ recipit, intelligit abstractum. nam, sicut virtus ambulãdi, quæ est in hoĩe tempore suæ natiuitatis, ex longitudine tẽporis & cõsuetudine multa exit in actũ, similiter intellectus materialis exit, cũ perficitur intelligendo res suapte natura intelligibiles, & a sensibilibus intelligibilia recipiens. Nec existimes vt propter hoc permutetur in seipso, ita vt efficiatur aliud in se, vt recipiat per modum sensus, hoc est vt permutetur. immo specialiter in hoc contrarius est ipsi sensus esse. quia sensus est passio cũ per mutatione. sed quod recipit intellectus ab intelligibili est solum receptio apprehensionis; quæ quidem apprehensio est idem, quod ipse. Et non accidit ei permutatio ex hac receptione, sicut accidit sensui, qui est in potentia. Nam entium nihil aliud est, nisi quod receptum est, quod in sensu non est, quia sensus est in potentia aliud, quam receptum in eo. Et vere post hoc dicendum est ꝙ, si esset intellectus materialis aliud, quã extra receptionem, nasceretur ex hoc ꝙ comprehendendo intellectum abstractum, fieret ex nouo æternum, & est hoc impossibile declaratum, vt videbis. Adhæc autem iam manifestum est quidem apud nos ꝙ intellectus agens non tantum est causa in

B intellectu materiali per viam efficientis, & motoris, sed per viam vltimæ perfectionis, hoc est per viam formæ, & finis. Et hoc est vnum eorum, quæ fecerunt errare Auennasarem, cum opinatus sit quod esset causa solum, sicut motores materiales. Et quidem argumentum Themistij ad huiusmodi copulationem supra adductum, est, ꝙ videlicet sensata hæc intelligibilia sunt a parte intellectus abstracti: & quia res efficit semper sibi simile: conueniens est igitur, & magis dignum vt intellectus materialis cum eo coniungatur, & fiat vnum in aliquo indiuiduo. Nam, licet res sensibilis per naturam sit occulta oculis alicuius speciei animalis propter suam debilitatem, non accidit esse occultam omnibus speciebus. Nam, si occulta esset omnibus speciebus, igitur prouidentia diuina, quę dicitur natura sapientiæ, fecisset aliquod vanum, ponendo rem in potentia, quæ nunquam ad actum reduceretur. vt, quamuis vespertilio lumen Solis intueri nõ possit, non in omnibus animalibus est hoc. similiter quamuis aliqua hominum societas non possit intelligere hunc intellectum, nõ est de necessitate vt hoc contingat toti speciei, immo necesse est vt hoc non accidat. Et hic solutum est dubium supra monstratum, ꝙ videlicet præparatio hæc, cum qua abstracta recipiuntur, est vnum, quod accidit intellectui speculatiuo post perfectionem, ita vt huius præparationis proportio ad intellectum adeptum completum, est sicut materialis intellectus ad animam. Vides nanque post quamlibet formam nouam

Themistij argumentũ.

C particularem, generabilem & corruptibilem ꝙ accidit recipiendi impressio ad formam aliam, & aliam: & quamuis procedat in infinitum in præparationum fine, recipit formam vnam, non materialẽ. Quia vero est hoc, iam habes ꝙ intelligibilia intellectus speculatiui sunt scientiæ in potentia, cum sint scientiæ rerum, quæ sunt in potentia. Et ex hoc remouetur dubium, cum dicitur, quomodo possunt verificari vniuersalia in apprehensione, cum non inueniantur extra animam. & hoc est, quod induxit Platonem dicere ꝙ sint formæ singulares abstractæ, quæ dant esse singularium speciei humanæ, & animalis. Responsio quidem ad hoc est, ꝙ vniuersalia sunt scientiæ in potentia eorum sensibilium, quæ sunt extra animam. Et iam diximus esse notum per se ꝙ id, quod est in potentia in aliquo genere, necessario exit ad actũ in illo genere ex aliquo illius: sed scientię in potentia sunt intelligibilia: igitur necessario educũtur a scientijs, quę sunt in actu, quando requirunt motorem efficere ea de potentia ad actum. Difficile est autem ei, qui non peruenit ad hunc gradum, concedere hoc. itaque dubitat sicut longe est ei, qui est in vna ętate temporis, credere quod accidit sibi in futuris. Et nobis quidem in hoc videtur ꝙ euentus ad hanc perfectionem naturaliter accidit vtplurimum ex aggregatione rerum coadiuuantium sese. igitur euentus huius perfectionis vtplurimum continget tempore senectutis, ac post

Quo pacto vniuersalia possunt verificari in apprehẽsione, cum nõ inueniuntur extra animã.

Quo tpe intellectus humanus perfectionem co-

pulatiõis cũ intellectibus abstractis acquirat.

multam studiũ in speculatione, & moribus, & post elongationẽ superfluarũ rerum, quę videntur necessarię, & non sunt. & videtur ꝙ plures debeant perueni- D re ad hanc perfectionẽ, q̃n vicinantur segregationi huius gẽtis quia hęc perfectio est opposita perfectioni corporeę. Et cum Auennasar credidit in fine suorũ librorum peruenire ad hanc perfectionem, & nõ peruenit, posuit impossibile hoc, & vanum, & dixit esse fabulas vetularũ. sed est solum, vt nos diximus, non autẽ, vt dixit vir iste.

Caput Quartũ. De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis causa sit humano intellectui.

ET remansit iterum declaratio vna, adiuncta iam dicto ad ingrediendum, videlicet intellectum in actu, qui moueat materialem, & reducat eum in actũ: sicut reperiuntur hęc duo in quolibet generabili, & corruptibili specie, hoc est potentiale, & actuale, quod trahit illud in actum. & secundum Aristotelẽ in libro de Anima hęc via est manifestior ad inueniendum intellectum abstractũ, qui ducat intellectum materialem ad actum. Et dicentibus nobis ꝙ intelligere E est simile ipsi sentire, non debes propter hoc credere ꝙ hic intellectus est extra animam, sicut sensus est extra animã. quia intelligibile, quod est comparatũ intellectui materiali comparatione sensati ad sensum, est in anima, & sensatũ est extra animã. Et propter hoc non de necessitate est ꝙ hęc intelligibilia sint separabilia, vt opinatus est Plato. & anima recipitur in definitione intelligibiliũ speculabilium, sensus autẽ non. Et remansit nobis declarare, quomodo formę materiales mouẽt intellectũ materialẽ, & reducunt eum in actũ: sicut sensatum sensum. Hanc autem pręparationem non habent formę, inquantũ sunt in materia, sed inquantum formę: nam impossibile est rem materialem operari in immaterialem, nisi inquantum est forma solũ. Formę igitur materiales sensatę mouẽt intellectum materialem, cum acquirunt esse formarum, quę de necessitate non sunt in materia. Hęc autem est forma illa, quę inducit formas materiales efficere intellectionem. Et scis ꝙ omne, quod inducit aliquid facere rem intellectus, est intellectus necessario. & ideo dicitur ꝙ formę materiales sunt intelligibiles in potentia: & oportet ꝙ habeant vnum agens, quod extrahat eas de potentia ad actũ: sicut habet quodlibet, quod est in potẽtia. Et sicut res, quę apprehenditur a sensu visus, apparet per illud, quod videtur, quod est sua causa, vt est lux, per hanc eandem rationem est proportio intellectus abstracti cum materiali similis F proportioni primi apparentis, videlicet lucis cũ sensu visus. Et, cum intellexisti hęc, intelliges etiam illud, quod Aristoteles ait. dixit enim ꝙ conueniens est hic esse intellectũ intelligentem omnia, & vnũ intellectum, qui omnia reducat intelligibilia: vt lux, quę omnia apparentia in potentia reducit ad actum. Et, postquam comparatio intellectus abstracti ad materialem est similis cõparationi lucis ad visum: igitur decet ipsum esse intelligibilem ab intellectu materiali, magis quã illud, quod est intelligibile per ipsum. Sicut ignis est dignior calefacere, quę est calefacta per ipsum. nam res apta recipere ignem particulariter, magis de necessitate est apta recipere ignem absolute. hoc tamen posito, quod mediet aliquid. hoc autem accidit per vnum subiectum accidentale. nam sunt multa, quę recipiunt per medium vnius, vel plurium rerum. Et ex hoc videtur quod causa, propter quam non recipit intellectus materialis hunc intellectum, nisi per medium alterius rei, quę est intellectus, est vna, & eadem, cum qua multa entium non recipiunt suam vltimam perfectionem, nisi per media aliqua: vt reperitur iuuentus post infantiã, & alia innumera entia. & hęc causa a parte naturę manifesta est. A parte vero consuetudinis est alia causa. nam videmus ꝙ multa entia non recipiunt perfectionem, quę est per naturam in aliquo genere, nisi ex consuetudine: & existentiam omnium horum recipit intellectus iste in

Quod intelligibilia non sint extra animam.

Quo pacto formę materiales mouẽt intellectum.

Dubitatio.

A hoc, quod est materialis. Et, si forte dicere vellet quis, natura est velamẽ * separatum, a Deo, vt has apprehensiones apprehendere non possimus: quemadmodum naturę materiali oculorum vespertilionis obstat videre lucem, quamuis lux sit sui natura apparens, respondeas, vt supra diximus, quod in indiuiduo solum est, non autem in specie. Et scias quod non est alia species, quę apprehendat intelligibilia, nisi homo: animalium autem plures sunt species preter vespertilionem, quę lucem apprehendunt. immo dicitur quod sunt quędam animalia, quę etiam corpus stellę contuentur, vt animalia sunt quędam rapinantia. Similiter oportet vt inueniantur aliqua indiuidua in specie hominis, quę apprehendant hunc intellectum ex necessitate: & erunt illa quidem, quę sunt perfecta in scientijs speculatiuis cum alijs nobilitatibus, quę oportet necessario vt cum illis coniungantur. Et, si quis dicere vellet esse forte dubium, quod in Ethica sua Auennasar mouit, videlicet quod intellectus, qui est in potentia, est vna res, quę non potest dici vt naturam habeat priuationis, & est nouum: &, cum hoc est nouum, renouabitur etiam ex necessitate ex parte receptionis huius, si ei accidat hęc receptio: &, si reciperet formam intellectus abstracti, & vniretur cum eo, fieretq; vnum: igitur possibile esset corruptibile effici ęternum. &, quia hoc impossibile est de rebus notis per se, sententiatus est Auennasar verba dicentium quod vniemur cum intellectu abstracto, B esse verba vetularum. Dico igitur, quemadmodum declaratum est nobis, quod formę materiales mouent hunc intellectum, qui in potentia est, & hunc motum faciunt a parte intellectus abstracti. nam motor materialis non potest mouere, nisi in virtute rei, quę non est in materia: vt declaratum est. Similiter nobis declaratum est quod receptio, quam habet iste intellectus, qui est in potentia, est speciei receptionis naturę intellectuum abstractorum, non speciei receptionis materialis: & species receptionis est illa, quę limitat ei hanc vnionem cum abstracto, ad hoc vt reducantur ad vnam substantiam essendi: & maxime quando intelligit seipsum: & tunc erit intellectus abstractus necessario. nam hęc species motus, quę accidit intellectui materiali, accidit ei a parte rei, quę est intellectus necessario: quoniam declaratum est intellectuum abstractorum esse proprietatem, vt seipsos apprehendant. & scis quod proprium, inquantum est proprium, conuertitur. Et postquam declaratum est quod intellectus materialis apprehendit seipsum, & cętera abstracta, oportet vt habeat hoc, aut ex se, aut ab alio. &, postquam est impossibile vt habeat ex se, quia nihil mouet seipsum: & est impossibile etiam vt sit nouum: necesse igitur est vt habeat hanc proprietatem a parte coniunctionis, scilicet vt coniungatur cum ea re, quę est ipsa eadem apprehensio, abstractio videlicet. Et postquam ita est, oportet C quod hęc species receptionis, quam habet iste intellectus, sit per viam coniunctionis, & vnionis cum abstracto sine nouatione, & generatione: ita vt ipse idem recipiat seipsum. Et ordo vnionis huius, & sui esse hoc modo est, vt dixerunt Philosophi, quod intellectus intelligit agens primum, & omnia secunda, & seipsum: & similiter quę non sunt actu intelligibilia, reducit ad intelligibilia actu. Et quę seipsis intelligibilia sunt, ea sunt, quę a corporibus separata sunt, nec sunt in materia: & substantię quidem harum rerum intelligunt, & intelliguntur. Et scias quod intelligunt ex ea parte, qua intelliguntur, & quod in eis est res intellecta, est res intelligẽs: quod non est in alijs intelligibilibus. V.g. lapis, & terra nascens sunt intelligibilia: id tñ, quod ex eis intelligitur, nõ intelligit, nam quę sunt corpus, vel stãt per corpus, nõ sunt in se intelligibilia, vel substantialiter: nec aliquid eorũ est intellectus in actu: sed agẽs intellectus est, q facit ea actu intellecta, eleuans ea a gradu essentię, in quo erant ad gradum nobiliorem essentię, plusquam eis sit concessum a parte naturę ipsarũ. Nã virtus rationalis, quę est in homine, non est ipsa eadem in se intellectus in actu, nec per naturam suę essentię: sed intellectus agens reducit eam in intellectum in actu, & cõcedit q alia sint sibi intelligibilia in actu. Et, cum rationali virtuti acciderit vt sit intellectus in actu, ascendet tunc ille intellectus in actu ad assimilationẽ rerũ abstractarũ, & intelliget suũ esse, quod est actu intellectus: & tũc re-

* a. l. separatium.

Solutio.

Solus homo apprehendit ĩtelligibilia.

Dubiũ Auẽnasaris, quo pacto ĩtellectus nr̃ possit recipere formã ĩtellect' abstracti. Solũ Auerrois, et declaratio, quo pacto ĩtellect' noster ĩtelligat intellectus abstractos, & etiã seipsum.

linquetur suum intelligibile esse intelligens: & etiam intellectus, intelligibile, D & intelligens erit tunc vnum, & idem in hoc, & reducetur in essentiua gradu intellectus agentis. nam erit tunc intelligens intellectus materialis. res [illegible] cta est agens, & intellectus erit intellectus materialis. & hęc sunt vnum in [illegible], & tria in dispositione. Verbi gratia scis quod comparatio intellectus ag[illegible] ad hominem est sicut comparatio Solis ad sensum visus: & vt Sol dat [illegible] cem, & postea per hanc lucem, quam recipit videns a Sole, efficitur [illegible] sum Solem in actu, qui fuit causa faciens ipsum videre rem in actu, & [illegible] colores, qui erant apparentes in potentia, efficiuntur apparentes [illegible] ter intellectus agens facit: quia tribuit homini esse impressum [illegible] nali, quod habet comparationem cum anima rationali [illegible] lux [illegible] su: & cum illa eadem re intelligit anima rationalis [illegible] re: & reducuntur per hoc ea, quę erant potentia intelligibilia ad actu [illegible] & reducitur vt sit ipsa idem cum intellectu agente, & efficitur intellectus, quod non erat prius, & reducit se ad intelligibile, [illegible] intelligibile, quod non erat prius: igitur reducuntur omnia hæc, [illegible] quando sunt in actu: & res, quæ erat attributa materię reducitur [illegible] hęc est actio, quam facit in nobis intellectus agens: & hinc [illegible] agens. Et quando quidem ad hunc peruenimus gradum, completa est nostra [illegible]. Et scias E quod, quando est separata a nobis aliquo tempore accidentaliter, [illegible] bet hęc separatio sibi attribui a diminutione, & permutatione in sua [illegible] nec coniunctio simpliciter acquirit ei aliquam formam, quam antea non habebat. Neque vtique est in vanum ista apprehensio. Nam intentio diuina in hoc fuit quod formę, quę sunt ęternę in genere, vt vniuersalia, debeant ascendere formam vnam numero. Nam cuilibet enti inest diuina intentio, vt perueniat ad recipiendum tantum illius nobilis finis, quantum competit suę naturę: nec denegatur ab eius essentia pars sibi concessa. itaque entibus, quę in ipsorum natura non habet, nisi vt sint in hac essentia diminuta, vt bruta animalia, erit possibile habere in seipsis virtutes, per quas in fine ascendēt ad talem perfectionem, qualis est primi entis simpliciter. Quod quidem igitur est primum ens simplex, ideo est primum, quia primum primo habuit semetipsum, non autem ab antecedente causa. quod vero est post ipsum, suum esse habet virtute primi. & hoc est esse primę materię cum prima forma: quia ipsum primum tribuit sibi meritum in prima dispositione, vt gratiam habeat recipiendi formas, quę possunt sibi accidere: & formis materialibus tribuit gratiam, qua possint peruenire ad formas complete abstractas, tanquam in finem.

Caput Quintum. De ordine Principiorum. F

VOLVMVS autē nunc cōcludere sermonē nostrum, & cum hoc tibi demōstrare, et breuibus verbis referre ordinē valde pulchrū principiorū, vt ponit Auēnasar. & est quidē radix vna eleuandi intellectū intendentibus scire magna. Dixit itaque Auennasar principia, per quæ constituuntur corpora, & ipsorum accidentia esse Sex gradus altos & supremos: & vnaquęq; specierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo: vt prima causa in primo gradu, secunda in secundo, intellectus agens in tertio, anima in quarto, forma in quinto, materia demum in sexto. Quod est in primo gradu, non potest esse plura, sed omnibus modis est vnum solum, separatum: quę autē sunt in alijs, sunt plura. Et horum quidē tria, neque sunt corpora, neque ad corpus, videlicet prima cā, secūda causa, & intellectus agēs: tria aūt alia, licet non sint corpora, sunt ad corpus, videlicet anima, forma, & materia. Genera autem corporum sunt sex, videlicet corpus cœleste, rationale animal, irrationale animal, vegetabile, minerale, & quatuor elemēta. Sūma vero ex his sex generibus cōposita est mūdus. cuius primam, & Primā causam credendum est esse altissimum Deū benedictum. ipse enim est causa propinqua essentię secundorum, & essentiæ intellectus agen-

lis. Secunda vero sunt causæ corporum cœlestium,& ab his proueniunt substā-
tiæ horum corporum. essentia enim cuiuslibet corporis cœlestis dependet a quo-
libet secundorum,nā supremū secundorum in gradu cōstituit esse primę sphęrę:
infimum constituit esse Lunę,media quoq;,q̄ sunt inter hęc, constituunt esse cę
terarū sphęrarū. quę sunt inter has. Et numerus quidē secundorū est secundum
numerum corporum cœlestium. Et,cum dico hic numerum, debes intelligere p
modū causarum,& causatorum. scis nanq; causam,q̄ non est corpus,non recipe
re numerū,nisi per modum,quo est cā corporum numeratorum:hęc aūt secunda
sunt,quę dicuntur Angeli. Et intellectus quidem agens habet de sua virtute,&
opere prouidentiam,quę est in animali rationali, & apprehendere quidem illū
est vltimus gradus perfectionis animę nostrę,quia illud est finis,& nostra beati-
tudo.Contingit aūt hoc,cum separatur,nec eget in suo esse re,q̄ sit sub ea: vt est
corpus materia,vel accidens: & in hac perfectione remanet semper.Et substan
tia quidem intellectus agentis est vna,quāuis gradus suus contineat id,quod de-
pendet ab oībus animalibus rationalibus receptiuis beatitudinis.& hoc est qđ
vocatur Spiritus sanctus. Res aūt illę principiorum, quę sunt in gradu animæ,
sunt plures.earum.n.sunt animę cœlorum:& earum,sunt animæ rationabilium
animalium:& earum,irrationabilium. In anima aūt rationalium animalium cō
B tinentur virtus rationalis,motiua,imaginatiua,& sensibilis. Virtus quidem.n. ra
tionalis ea est,qua homo apprehendit artes,& scientias:& qua ēt deprehendun
tur conueniens,& disconueniens in operationibus, & virtutibus moralibus: &
id,quod est conueniens facere,vel non facere iuuatiuum vel nociuum,delectabi
le vel triste. Et de hac quidem quędam est speculatiua, & quędā practica: pra-
cticę vero quędam artificialis,quędam cogitatiua.Speculatiua quidē ea est,qua
homo adipiscitur cognitionē rerum, quę non possunt fieri ab homine. Practica
vero,qua cognoscitur quod pōt homo facere, & quod pertinet ipsi homini face-
re. Artificialis est illa,qua apprehendit oēs artes Mechanicas. Cogitatiua ve-
ro,qua præuidet homo,si esset conueniens facere,vel non. Motiua vero est,per
q̄ est motus humanus ad prosequendum,vel fugiendum,delectando, vel abhor-
rendo:& ab hac contingunt odium & beneuolentia,timor & audacia,ira & mā
suetudo,crudelitas & pietas,& alię animæ effectiones. Et illa quidē est imagi-
natiua,quę impressiones rerum sensatarum conseruat, postquā a sensibus abie-
rint,& componit vnam cum alia,& separat vnā ab alia, & in somno,& in vi-
gilijs,compōnes,& separationes dico in parte veras,& in parte falsas. &,cum
hoc ēt apprehendit iuuatiuū,& nociuum, & alia,quę in virtute rōnali supradi-
cta sunt. Sensibilis aūt manifeste est illa,qua sensata apprehenduntur quinque
C sensuum,& delectabile & triste,non aūt iuuatiuum & nociuum, nec conueniēs
ab inconuenienti. Sed in quibusdam animalium irrationabiliū reperiuntur tres
virtutes,præter videlicet rationalem;in quibus quidem imaginatiua stat loco ra
tionalis,quā habet animal rationale, & in quibusdā reperiuntur solum motiua,
& sensibilis.Animę vero corporum cœlestium diuersificantur ab his animabus
in esse ipsa re,& specie. Nam per has animas, quas habent corpora cœlestia,
stant,& mouentur motu cōtinuo,& circulari,& recipiunt multam nobilitatem,
& perfectionē,& sunt nobilioris essentię,ꝙ sint animę, quę sunt animę, q̄ sunt
apud nos. Nec sunt in potentia aliquo tempore,sed actu semper,qm intelligibi-
lia ipsarum nec defuerunt,nec desunt ipsis a principio earum: quia id,quod intel
ligunt, semper intelligunt. animę vero nostrę primo sunt in potentia,postea re
ducuntur ad actū: & accidit hoc ab aptitudine,quā habent ad recipiendum intel
ligibilia. Et corpora quidē cœlestia non habent de anima sensibilē,neq; imagi
natiuā: licet ipsorum anima intellectiua sit similis animæ rationali aliqua parte
assimilationis. Et intelligibilia ipsorū sunt substantię abstractę a materia: quia
quęlibet anima illorum intelligit primum,& se, hoc est suum esse, qđ Dehaath
appellatur. de secundis vero intelligit Zobar, quod dedit sibi suum esse. No-
biles aūt gradus intelligibilium,qui sunt apud nos,quamuis sint nobiles in intel
lectu,cum ipsi sint in materia,ab animabus cœlorum non intelliguntur. nā gra-
dus ipsorum intelligibilium est multo nobilior, ꝙ sit gradus intelligibiliū,quæ

Pluralitas ĩtelligẽdi nõ est deputata pro nobilitate.

* a.l. perfectio.

sunt sub ipsis. Nec pluralitas intelligendi est deputata pro vltima nobilitate. D Vides enim Primum se solum intelligere, quamuis sit quodammodo omnia entia. cum igitur se intelligit, iam omnia intellexit per illum modum, quia quodlibet ens recipit esse suum ab eo. itaque pluralitas intelligendi * pluralitas non est. Et quidem ipsorum secundorũ intelligere diminutum est ab illo. nam quodlibet horum intelligit se, & primum. & solutio huius questionis dimittatur in alium locum. Animę autem, inquantum perseuerant in esse ipsarum, nec habent opiniones earum, sunt virtutes, & præparationes solum preparatę ad recipiendum impressiones rerum, quę recipiuntur. verbi gratia vt est virtus visibilis antequam videat, & imaginatiua, ante impressiones rerum imaginabilium, & his similia, vsq; ad hunc punctum, ipsę sunt formę. verum quũ impressiones sunt receptę in ipsis in actu, videlicet impressiones sensatorum in virtute sensibili, & impressiones imaginabilium in virtute imaginatiua & impressiones intelligibilium in virtute rationali sunt separatę a formis: neq; sunt formę, nisi per viam similitudinis. & quę sunt longiores ab his, vt dicantur formę sunt impressiones intelligibilium, quæ accidunt virtuti rationali: ipsę nanq; sunt possibiles esse separatæ a materia. similitudo ẽt ipsarum existens in virtute rationali est multum longinqua a similitudine coniunctionis formę cum materia. &, quando accidat ꝙ intellectus in actu est similis intellectui agenti, tunc non debet vocari intellectus forma, nec similis formę. Quidam tamen homines vocant omnes substantias incorporeas formas, equiuoce dicentes de formis. Dico ꝙ formarum quędã B sunt separatę, & denudatę a materia, nec egent materia: quędam sunt, quę sunt inseparatę a materia, vt illę quæ dictę sunt. & hæc diuisio est per equiuoca. Et formę, quę egent materia, sunt plurium graduum. magis autẽ infimus gradus formarum est gradus formarum quatuor elementorum. ipsæ nanq; sunt quatuor formę in quatuor materijs: & sunt alię formę corporum, quę generantur ex commixtione elementorum. Et de his etiam sunt aliquę, quarum vna est nobilior altera. aliqua nanq; forma corporum mineralium est nobilior alia in gradu, & formę corporum mineralium sunt nobiliores formis elementorum, & formę nascentium terræ secundum earum nobilitatem sunt nobiliores formis corporum mineralium, & formę animalium irrationalium sunt nobiliores formis nascentium terræ: forma autem rationalis animalis, inquantum rationalis, est nobilior omnibus formis dictis. Veruntamen prima materia, & prima forma plus diminutæ sunt omnibus alijs in ipsorum esse. nam quęlibet illarum eget in suo esse stabilitate alterius: altera vero, scilicet forma, stabilitatem non habet nisi in materia. Similiter & materia est ens & in seipsa, & in sui natura propter formam, et perfectio suæ essentiæ est vt recipiat formam. nam, si forma non esset, neq; materia esset. post hoc autem sunt formę quædam, quę abstractæ sunt.

De Animæ Beatitudine finis.

Sequens epistola De connexione intellectus abstracti cum homine eadem est cum tractatus De animæ Beatitudine parte: quam alia ab illo uersam translatione hic apposuimus, vt codicum, & interpretum diuersitas inspici posit.

LIBELLVS SEV EPISTOLA AVERROIS DE CONNEXIONE INTELLECTVS ABSTRACTI CVM HOMINE.

Calo Calonymos, Hebræo, Neapolitano, Medico, interprete.

OPERAM dedi, frater optime, ei quod petijsti a me, vt tibi patefaciam mentem Aristotelis circa connexionem intellectus abstracti cum homine, & ostendam verificationem sermonis in hoc, iuxta radices huius viri. ipse enim fuit princeps, quo perficiuntur omnes sapientes post eum: licet B differant in intelligendo verba eius, & in eo, quod ex eis sequitur. Notitia autem huius quæsiti fundatur super duas radices, quarum Vna est natura intellectus materialis, & est fundamentum huius quæsiti: & euenit differentia inter eos vt plurimum ex eorum differentia in natura huius intellectus. Secunda vero radix est modus, quo intellectus abstractus est intellectui materiali causa vt sit intellectus in actu, scilicet an sit ei causa, tanquam agens, & motor tantum, vt est dispositio in motoribus naturalibus, vel tanquam forma, & finis, vt est dispositio in motoribus abstractis, qui mouent animas corporum cœlestium. Decreuimus tamen ante omnia breui sermone narrare tibi id, quod dixit sapiens de natura intellectus materialis, & natura intellectus abstracti. Deinde narrabimus tibi id, quod videtur in hoc quęsito ex rebus consequentibus ab opinione eius in his duabus naturis. ex hoc enim possibile erit peruenire ad veritatem eius: si quidem hoc possibile fuerit homini.

Radices duę ad cognoscendam connexionē intellectus abstracti cum hoīe

Et dicimus ꝙ sapiens primum, quod dixit, cum incœpit perscrutari de natura intellectus, quem ipse materialem appellat, est presupponendo ꝙ ex rebus per se notis est ꝙ proportio intellectorum ad intellectum apprehendentem ea est, sicut proportio sensibilium ad sensum. et verificatum est ei ex hoc, ꝙ intellectus apprehendens in- C tellecta est potentia recipiens, non autem agens, sicut est in sensibus, s. ꝙ est potentia receptiua sensibilis. Et, cum verificatum est ei ꝙ sit ex potentijs receptiuis, s. quæ sunt in potentia, non autem ex potentijs actiuis, sequitur necessario ex hoc vnum duorum, scilicet aut ꝙ receptio intellectus, qui est in potentia intellectorum, quæ sunt in actu, & passio eius ab eis est sicut receptio sensus sensibilium, & passio eius ab eis: aut ꝙ receptio intellectus, & passio eius est aliter. Et, cum verificata fuit ei hęc diuisio, in qua restringitur veritas, perscrutatus est de natura intellectus, & dixit ꝙ necesse est vt sit natura eius in hac re diuersa a natura sensus: & vt sit nomen passionis, & receptionis dictum de eis ęquiuoce.

Dicta Arist. de itellectu, & ea, que illis sequūtur.

Quoniam, cum sit notum per se de intellectu ꝙ intelligit omnes formas, necesse est vt hęc potentia non sit potentia in corpore, ita ꝙ sit extensa in eo, & diuisa ad diuisionē eius: sicut est dispositio in potentijs sensuum, s. ꝙ sunt extensę in corporibus, & diuisę quodāmodo ad diuisionem eorum. Nam, si ipse esset quid repertum in corpore, sicut est in sensibus, eueniret quidem ei vt apprehenderet vnum genus tantum formarū. subiecta enim propria recipiunt formas proprias. Vlterius, si esset potentia in corpore, tunc illa potentia nō reciperet formā illius corporis sibi propriam. oculus enim si esset habens colorem, non esset possibile virtuti visiuę recipere colores. & sic est in reliquis potentijs sensuū. Iterū, si esset hęc potentia in corpore, habens formā sibi propriā, non apprehēderet seipsam.

Intellectus nō est potentia in corpore, extensa ad eius extensionem.

nam formæ apprehendentes materiales, s. sentientes non apprehendunt seipsas, D
neq; finem suæ dispositionis. Preterea, si esset hęc potentia, & hęc preparatio in
corpore determinato, tunc accideret eis id, quod accidit sensibus, cum appre-
hendunt aliquod sensibile. & est vnum duorum: aut enim non apprehend[illegible]
rem hora apprehensionis suę: aut si apprehenderint ipsam, apprehendunt qui-
dem eam, non prout est. quemadmodum accidit coloribus, qui sunt contrarij
adinuicem in visu, & saporibus, qui sunt contrarij in gustu. & hoc voluit Ari-
sto. cum dixit, si enim in eo apparuerit, apparens impediet alienum, quia est
aliud. Hęc est summa eius, quod dixit sapiens de natura huius intellectus, &
eius, quod sequitur ex verbis suis. Et, cum peruenerit ad eum hoc tm̃ de intelle-
ctu materiali, patuit ei ꝙ hęc pars perfectionis, quę in anima reperitur, appella-
ta quidem intellectus materialis, nō habet naturam, nisi naturam possibilitatis,
& pręparationis tm̃, cum nō fuerit mistus cum materia neq; cum natura al[illegible]
naturarum sensibilium omnino. Quare non est hæc præparatio, seu dispositio,
appella eam vt vis, existēs in subiecto proportionato naturę intellectus, vt ima-
ginabantur expositores Antiqui. vnde prę ceteris possibilitatibus fuerit intel-
lectus. & ideo dixit loco huius ꝙ ipse nihil est ex entibus, antequā intelligat.
Expositores autem Antiqui, vt * Theophrastus, & alij intellexerunt de hoc,
ꝙ ipse nihil est ex entibus in actu, sed est substantia in potentia, s. ꝙ est substan-
tia intellectiua cuius esse est in potentia, prout est in potentijs receptiuis forma- E
rum materialium, s. ꝙ possibilitas in eis est in substantia, quę est in potentia pro-
portionata speciei, quam recipit. Et videtur quidem ꝙ secundum opinionē eo-
rum intelligitur natura intellectus, prout intelligitur natura materię primę, scili-
cet vt dicatur ꝙ iste intellectus est ille, cuius proportio ad id, quod intelligit, est
proportio materię formę demonstratę talis ad formam: licet entitas huius mate-
rię sit in potentia. &, cum posuerint entitatem huius substantiæ in potentia tm̃,
non potuerunt quidem dicere ꝙ sit generabilis, & corruptibilis. id enim quod
est in potentia, non generatur nec corrumpitur, vt declaratū est in Physicis de
materia prima. Alexander vero ex recentioribus Peripateticorum videbatur
ei ꝙ natura huius partis animę nihil aliud est, nisi præparatio, seu dispositio, quę
reperitur in anima, dicens quidem, & ideo assimilauit eam Aristo. pręparationi
repertę tabulę recipienti scripturam. nam tenet ꝙ subiectum huius pręparatio-
nis nihil aliud est, nisi anima. & determinauit ex hoc ꝙ hęc pręparatio innoue-
tur ad innouationem animę, prout est in alijs præparationibus. Attamen veri-
tas, quam prębent fundamenta Arist. est ꝙ sit pręparatio tantum. nam, si reperi-
retur hic substantia recipiens formas entium, tunc essent pręparationes vnum
ex entibus existentibus per se. &, si esset vnum ex entibus existentibus per se, F
tunc essent absq; formis rerum sensibilium, & non essent naturę quiditatis earū.
Demum hic sermo assimilatur sermoni de formis abstractis. nam hęc intellecta,
vr̄ de eis ꝙ nihil sit in eis, nisi quiditas rei sensibilis. &, si essent absq; ea, non no-
tificarent substantiam eius. nam aliud non notificat substantiam alterius, pręter
alia inconuenientia, consequentia illam opinionem, quæ alias narrauimus. Nā
ꝙ Alexander determinauit ꝙ notum est per se ꝙ hæc natura est generabilis,
& corruptibilis: qm̄ non habet aliam naturam nisi possibilitatis, & præparatio-
nis. quod quidem non mihi placet, sed oportet summopere de hoc perscrutari.
Arist. vero nihil de hoc declarauit: sed id, quod percipitur ex verbis eius, tolle-
rat vtrunq; simul. nam dicit de hoc intellectu materiali ꝙ non est passiuus, sed
immistus. & potest dici ꝙ intelligit per immistum ꝙ non sit potentia in corpo-
re, diuisa ad diuisionem eius, licet fuerit ei connexio necessaria in corpore me-
diante anima: & potest dici ꝙ sit abstractus simpliciter. Diximus autem ꝙ hoc
non est notum per se qm̄ declaratum est de potentia prima abstracta in lib. Phy-
sic. ꝙ non sit diuisibilis ad diuisionem corporis, neq; misceatur materiæ: & remā-
sit conuersio huius propositionis, & destructio conuersi non declarata, & est ꝙ
omnis potentia, non diuisa ad diuisionem corporis, sit abstracta. & qui habet ex
radicibus suis ꝙ sunt hic formę abstractæ, quę non sunt ex natura relatiua. quo-
quid prohibet apud eum quin sint hic pręparationes huiusmodi? pręsertim cum

Intellectus materialis non hēt nisi naturā possibilitatis, & pparationis.

Theophrasti opinio.

*a.l. Themistius.

Alexandri opinio.

Discrepātia inter Alexādrū, et Auer.

to, quod videtur de hac preparatione, ꝙ sit vna numero in hominibus. & hoc quidem per se est, tamen multa per accidens, quod non est sic in formis materialibus. Et dimittamus hoc, & redeamus ad id, in quo fuimus. hoc enim requirit maximam speculationem per se ipsum. Et dicimus ꝙ in aliqua harum duarũ opinionum, quas tenẽt isti homines, s. Philosophi nuncupati Peripatetici esse de mente Arist. in intellectu materiali, nihil est quod cogat, vt prohibeat intellectum, & discursum suum de intellectibus abstractis, & ne fiat substantia abstracta, vt declaratum est. q̃m intellectum de abstractis est ipsummet esse. Nam iste intellectus materialis, si est substantia antiqua, vt dixerunt omnes expositores, nihil profecto ei prohibet quin intelligat priores eo. si vero est præparatio tantum, vt dicit Alexander, tunc nõ est hic ens innouatum, quod prohibeatur quin fiat æternum: vt dixit Alpharabius. Et opinor ꝙ Alpharabius imaginatus est hoc, q̃m opinatur ꝙ intellectus materialis sit substantia, habens potentiam innouatam corruptibilem. nam ipse dixit in de Intellectu, & intellecto, recitans de hoc intellectu ꝙ sit substantia quædam, seu aliquid, cuius moris est vt cum recipit intellecta, fit vnio cum eis, seu dispositio eius est hęc dispositio. & posuit substantiam cuius esse est in potentia innouata statim, vt vides. Igitur omnes homines propter hoc conueniunt ꝙ felicitas vltima hominis est, cum sit intelligens intellectus abstractos. Et Alexander posuit hoc in libro suo de Anima, tanq̃

Quo pacto intellectus materialis intelligere possit intellectus abstractos.

B quid per se notum. Et sic fecit Themistius, qui secutus est id in sermone, quem reputat esse sufficientem. nam dixit, cum intelligat intellectus, in nobis existẽs id, quod non est in se intellectus, multo fortius debet intelligere id, quod est in se intellectus. Sed opponitur huic vt dicatur ꝙ lumen Solis dignius est vt videatur, & tamen vespertiliones id non apprehendunt. Et iam promisit sapiẽs perscrutari de hoc quęsito in libro de Anima, & non deuenit ad nos adhuc sermo eius in eo. Tamen inuenimus in libello Alexandri de intellectu demonstrationem de hac re: & existimauit ꝙ ipsa est, quæ mouit sapientem ad sermonẽ de intellectu adepto. Et declaratio eius, quod dixit in hoc, & id, quod peruenit mihi, est hoc, ac si diceret ꝙ proportio intellectus apud Arist. est ipsamet proportio sensus. &, cum appareat ꝙ tria sunt in sensu, s. recipiens, & est sensus: & receptum, & est sensatio: & motor, & est sensibile in actu, seu extra animam, necesse est etiam vt reperiantur in intellectu hęc tria, s. intellectus recipiens & est materialis: & intellectum, & est speculabile: & agens, & est intellectus abstractus. Et cum vera sit hęc propositio, & copuletur ei id, quod sequitur ex ea, & est ꝙ sensus potest recipere sensibile, quod est in actu: igitur sequitur vt intellectus, qui est in potentia, possit recipere intellectum, qui est in actu, s. abstractum, qui est tanquam sensibile. proportio enim eadem est. Et etiam, cum copuletur ei

Themistij dictum.

Alexãdri demonstratio.

C propositio, quam omnes confitentur, s. ꝙ omne, quod habet potẽtiam ad aliquid, oportet de necessitate vt exeat in actum: & vt res, quæ est in potẽtia in aliquo tempore, fiat necessario res, quę est in actu in illo genere: tunc sequitur ex hoc de necessitate vt intellectus materialis fiat intellectus, qui est in actu in aliquo tempore. Et ideo dixit Alexander in libello prædicto, postquam declarauit id, cuius vis est vis prędictę demonstrationis, hoc, cuius litera talis est. Intellectus »
autem, qui est in potentia, cum perficitur, & augetur, intelligit illum. q̃m, vt ipse »
dicit, quemadmodum potentia eundi, quæ est homini hora natiuitatis, exit in »
actum cum processu temporis, & perficitur res, mediante qua id erit, sic etiam in »
tellectus, cum perficitur, intelligit res, quę sunt in natura sua intellecta, & facit »
etiam sensibilia intelligibilia. Nam intellectus non est in natura sua passibilis, »
in eo ꝙ recipit aliud, prout est sentiens, sed est in contrarium sentienti. sensus »
enim est in eo passio, & receptio impressionis: apprehensio vero illius est recep- »
tio, quę additur. Causa autem receptionis intellectus materialis rerum abstra- »
ctarum est, q̃m non euenit ei in receptione earum passio, prout est in sentiente, »
qui est in potentia. nam intellectus non est aliud ens, nisi substantia recepti in cõ »
trarium sentienti, quod est in potentia aliud, pręter receptionem in se. Et dixit »
hoc, quoniam, si esset intellectus materialis aliquid præter receptionem, sequeretur, cum perscrutatus fuerit de intellectu abstracto, vt innouatum fiat ęternum.

& hoc patet, vt vides. Et patet profecto ex hac proportione ꝙ intellectus agens D
non est intellectui materiali vt agens tm̃, sed vt perfectio vltima eius per viam
formæ, & finis, prout est sentienti cum sensibili. Et hoc est etiam vnum ex eis,
Themistij demõstratio
quæ fecerunt errare Alpharabium, qui existimauit ꝙ sit ei agens tantum, sicut
est in motoribus naturalibus. Demonstratio vero Themistij prædicta venit,
quoniam, cum hæc sensibilia sint intellecta ex parte intellectus abstracti &
res semper tribuit similitudinem suæ entitatis: ergo multo dignius est vt ipsum
sit intellectum. quemadmodum colores cum fiant visibiles ex parte luminis so
lis, multo dignius est vt lumen eius sit magis visibile. Et licet omne visibile, &
vniuersaliter sensibile naturaliter occultetur alicui speciei animalis propter de
bilitatem eius, non occultatur tamen alteri speciei. nam, si occultaretur omni
bus speciebus, tunc prouidentia diuina, & est illa, quam appellant naturam, fru
stra operata fuisset: cum posuerit aliquid absq; eo, ꝙ id exeat in actum. Vespe
rtiliones enim si non possunt aspicere lumen Solis, hoc tamen non est sic in cæ
teris animalibus. Et sic etiam, si aliqui homines non possunt respicere hunc in
tellectum non est necesse vt ita sint omnes homines. quoniam fuit hoc eis ex
aliquo euentu, qui eis accidit, seu ex natura, seu ex voluntate vniuersali, quę tunc
voluit. sed, si hoc esset propter dispositionem, quę est intellectui abstracto, dan
tem ꝙ sit intellectum, non exiens in actum, tunc esset frustra. Id autem, ex quo B
apparet, ꝙ hęc præparatio, qua homo recipit res abstractas, fiat in intellectu spe
culatiuo post suam perfectionem, adeo ꝙ hęc pręparatio erit proportio eius ad
intellectum adeptum perfectissime, vt proportio præparationis appellatæ intel
lectus materialis ad animam, est hoc, quoniam omnis forma innouata euenit ei
possibilitas, & præparatio ad recipiendum aliam formam, & hoc quidem aut
procedet in infinitum, aut vltima præparationum recipiet formam non materia
lem, & hoc indicat, quoniam intellecta rerum, quæ sunt in habitu, sunt scientię
in potentia, ex eo ꝙ sunt scientiæ rerum in potentia. & ideo vniuersale inclu
Q̃ uo vniuersalia sint vera cũ tñ non sint extra animam.
dit id, quod est infinitum. & iam declarauit hoc Aristoteles in sermone suo in
Metaphysica. Et ex hoc soluitur dubium, quod fit, quomodo vniuersalia vera,
& tamen non reperiuntur extra animam: & est id, quod coegit Platonem ad
tenendum formas abstractas. Et respondetur ꝙ vniuersalia sunt scientiæ in po
tentia rerum, quę sunt extra animam * in potentia. & ex rebus per se notis est
* a.l. non habet, in potentia.
ꝙ in omni genere rerum id, quod est in potentia, necesse est vt procedat ad id,
quod est in actu in illo genere. &, cum fuerint scita scientiæ in potentia, & mo
ueantur a potentia in actum, necesse est vt moueantur ad scientias, quæ sunt in
An Intellectus humanus abstrahat, & quando.
actu. Quanquam hoc videatur absurdum ei, qui non peruenit ad hunc gradum,
adeo ꝙ pudet eum loqui de eis: prout videtur absurdum ei, qui fuerit in aliqua
ętate suorum annorum, credere quod ei eueniet in alia ætate, ad quam adhuc nõ F
peruenit. In eo vero, quod interrogasti me de dicto sapientis, si quidem ani
mæ fuerit actio, tunc erit possibile vt abstrahatur, ipse profecto innuit id, quod
declaratum est de intellectu materiali, quod non indigeat in operando vt sit
vnum ex entibus materialibus. quoniam ens tale possibilis est ei abstractio: &
non est necesse vt perfectio sit ei possibilis, non autem necessaria. & hoc patet
ex opinione eius. Et videtur ꝙ proueniat hęc perfectio naturaliter: & vt plu
rimum erit ex aggregatione hominum, qui congregantur ad hoc, vt proueniat
hęc perfectio. &, cum hęc perfectio proueniat ex his congregationibus, illa
quidem perfectio hic vni tantum difficilis est, nisi senectute, & perseuerantia
in speculationibus, & non deficiendo ei res, quæ existimantur esse necessariæ.
Et videtur secundum eos quod adueniat hæc perfectio multis hominibus, prope
separationem eorum ab hoc seculo, quoniam est perfectio contraria perfectio
ni corporali. Alpharabius autem, vt vidisti, contradixit in suo libello huic
interrogationi. &, cum reputauit se esse perfectum in fine suę ętatis, & non per
uenit illud ad eum, adduxit inconuenientia ex rebus per se notis. & ideo dixit
de eis quod sunt vanitates senectutis. Perfectio vero, ex qua prouenit hoc, vt
diximus, est nimis difficilis. nam ex conditionibus eius est vt non sit pecca
tum in credulitate sua, & ideo existimatur de eo quod sit proprium homini

bus excelsis. Et hoc totum, quod causa tui recitauimus, est narratio opinionum hominum. & quid intelligit, & illud negat, non debet decidere quod sit opinio recitantis. Et accidunt ei, & similibus multi errores, & maximi quidem. & Deus omnipotens auertat nos, & vos a lapsu in eis, & dirigat nos omnes ad scientiam, & operationes rectas. Et pax vobis, ac pietas Dei, & benedictiones eius. Demum perfectio, quam innuimus, erit per scientias tuuatiuas, & opiniones veras, & mores bonos, ac operationes bonas. Vale.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy.

Omnes quaterniones
* duernio.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino, Montisferrati.

M D L X.

Tomus undecimus operum.

IN QVO LIBELLI QVIDAM SPVRII ARIS. ASCRIPTI CONTINENTVR.

DE REBVS AVDITV ADMIRABILIBVS. De Xenophane, Zenone, & Gorgia. De Mundo. Quæstiones Mechanicæ. De lineis insecabilibus. Solutiones contradictionum in dictis Arist. & Auerr. Marci Antonii Zimaræ. Quibus etiam centum alias quas sub signo stellæ reperies signatas, addidimus cum eas non ingratas fore existimaremus, imprimi suis insertas locis curauimus.

IN CVIVS AVTEM CALCE AVER. VTILISsimum, & iam desideratum Tractatum de Spermate reperies.

ELABORATA, NITIDA, ATQVE NON mediocri industria in candorem luculentissimum omnia redacta suscipito.

Quæ in hoc clausa sint Tomo sequens indicat pagina.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS MDLX.

IN HOC VNDECIMO TOMO
HAEC CONTINENTVR.

INDEX AC SVMMA capitum Libri de mundo.

Proœmium Cap. Primum.

INDEX AC SVMMA capitum Libelli de spermate Auer. Cordubensis.

Caput Primum.

Caput Secundum.

Caput Tertium.

Caput Quartum.

FINIS.

CLARIS. ET AMPLIS.
Patricio ueneto Hieronymo Ferro oratori
dignissimo apud Turcharum Impe-
ratorem pro Senatu Veneto
Philosophoq; grauiss.

Natalis de Com. S.

*CVm multa admirabilia sint ab op-
timo rerum omnium opifice Deo,
Naturaq; constituta Doctis. &
summe naturæ inuestigatur Hiero
nyme; tũ nihil homine diuinus aut præclarius fa
ctum esse censeo, cui ratiocinandi & intelligen
di Dei & naturæ opificium cõcessum est. Ad
mirabilis quidam est ordo, qui in celestibus cor
poribus, & in motibus planetarum, conspicitur;
quippe cum alia sydera cœlo infixa sint, & sua-
pte natura immobilia; alia differenti quadam ra
tione a cæteris moueantur: & non inuicem modo
plurimum, sed a se ipsis etiam distent: quæ nunc tar
dius, nunc celerius moueantur, & nunc sublimio-
ra sint nunc terris uiciniora. Sed hanc tamẽ ita*

admirabilem stellarum distinctionem inanem fere esse contenderim, cum et alia ratione illæ agere possent, nisi præter ornatum tante uarietatis cognitioni inspectantium aliquid afferent etiã uoluptatis, & nisi inordinatus ille ordo intelligeretur hinc quidem intelligens quis & illam naturam diuinam, et ingeniũ suum diuinum quiddam habere non sentiat. Multa sunt in terris hominibus ad considerandum tradita, (ut cœlum & ea quæ fiunt in sublimi prætermittam,) quæ prorsus a diuina natura minime seiuncta esse putanda sunt, quæ si diligentius inspiciamus admirabilem Dei, & eius uoluntati obtemperantis naturæ potentiam cognoscemus. Nã ꝙ pulegium per solstitium hybernum florestat a radicibus cõuulsum, & tradibus iam diu suspensum; ꝙ lapides quidam aqua irrigati ardeant, ꝙ magnes attrahat ferrum, & idem alii succo per unctus uim illam amittat attrahendi, quis ut rem parui ponderis neglexerint. Sunt ista quidem admirabilia, quorum ignorantur causæ, at res tamen ita fieri constat. Hæc res effecit ut Plinij, aliorũq; qui

res naturæ admirabiles scripserunt, autoritas mihi non uideatur reijcienda, quod faciunt nonnulli, pro suis facultatibus ingenij cæterorum intelligentiã metientes. Huiusce meæ sententiæ assensorem habeo & astipulatorem omniũ philosophorum principem Arist. qui, cum rerũ naturalium causas multis libris explicauerit, hæc postea, quæ fieri constaret, quorum nulle inuenirentur causæ, breuiter complexus est. Describit enim illa in hoc libro, quæ humani ingenij facultates & intelligentia superant, quorum causas cum inuenire non possimus, illud tantũ super est, ut miremur, unde & libri deprompta est inscriptio. Existimo sane res huiusmodi ab optimo Deo idcirco fuisse factas, ut cum defessi fuerimus diuturna rerum naturalium inuestigatione, atq; in hæc inciderimus quasi quædã naturæ ludicro recreemur: siquidem repente incidens aliqua admiratio omnem animarum laborem ex diuturna contemplatione contractum subleuat & dissoluit. Illud præterea commodum ex his rebus percipimus, quòd cũ fieri aliqua uidemus

quorum causas ignoramus, nostri cognoscimus ingenij imbecillitatem; & immensam sũmi opificis Dei potẽtiam. His ergo rationibus commotus sum, ut Arist. libellum de rebus auditu admirabilibus in latinũ, apertius quam cæteri, antea fecerint arbitror, uerterem: quo nonnullorũ animos eius lectio recrearet, & aliorum contra audatia reprimeretur. Cura uero cuius nomini dicaretur rectius, cõsiderarẽ, nemo mihi te uno dignior, uel rerũ naturaliũ peritior occurrebat, uel cuius causa omnia potius deberem, quã tua. Nã cum beneficiorum tuorum in me magnitudinem considero Sapientis. Hieronyme, me tibi tantũ debere sentio quantum persoluere posse nunquam certò scio. Cum uero liberalitatẽ erga me tuam animaduerto. & eam hactenus a me fuisse silẽtio prætermissam mihi in mẽtem uenit, uereor ne omniũ hominum iudicio qui illa acceperim beneficia, indignus fuisse uidetur. Quid enim dici potest indignius, quam neque gratiarum, quidem actionem ab eo te reportasse, in quem singulare beneficium contuleris? uerum id certa quadã ra

tione factitatũ a me fuisse gaudeo, quia per ap- tionem hanc opportunitatem summam meã in te obseruantiam amplit: tuæ primum, deinde cæte- ris omnibus apertius demonstratio. Mitto igi- tur ad te sapientis. Hieronyme de rebus audi- tu admirabilibus libellum, quem tibi pro admira- bili ingenij tui præstãtia iam diu deberi sentio: quem tanquam pignus quoddam & inditium sin- gularis mei in te amoris, donec aliquid maius se se offerat per benigne complectere. Vale.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE,

DE REBVS AVDITV ADMIRABILIBVS LIBER.

Natale de Comitibus Veneto interprete.

A IN monte vocato Heſeno Pęoniæ,qui Mediam Pęo- 1
niamq; diſterminat, feram quandam bolinthum
nuncupatã eſſe aiunt, quæ a Pæonibus tamen Me-
nepus dicitur, quæ vniuerſam corporis formam bo
ui habet ſimillimam, at antecellit magnitudine,
membrorũ firmitate, & iuba præterea: habet enim
dependentem a ceruice, tanquam equus, eamq; val
de denſam, atq; a vertice vſq; ad oculos protenſam.
cornua non ſicuti boues habet lunata, ſed contorta, quorum acu-
men inferius iuxta aures reflectitur. ſunt ea porrò illius amplitudi-
nis, vt plus capiant ſingula ſemiſextare, ſuntq; valde nigra, atq; ita
ſplendent, vt ſi abraſa eſſent & expolita. vbi pellis fuerit detracta, lo-
B cum occupat octo thororũ. carnem habet ſuauem. vbi percuſſum fue
rit id animal, fugit: ſi nequeat amplius, ſubſiſtit. atq; calcibus & ſter-
coris iactu ſe defendit. qđ ad ſpatiũ quatuor vlnarũ proiicit, hac pro-
iiciendi forma, & ſæpius & perfacile vtitur, atq; ita comburit, vt cani
bus ſetæ inareſcant ac delabantur. Huiuſmodi alui profluuium com-
moto & perturbato eſſe inquiunt, at quieti excrementum, nõ etiam
vrere. Vbi pariendi tẽpus aduentarit, complures in vnũ conueniunt
& congregatis iis qui maximi ſunt, pariunt; atq; excrementum incir
culum emittunt, quod plurimum eſt illi belluæ.

Camelos, qui ſunt in Arabia, matres non conſcendere fama eſt; ꝙ 2
ſiquis compellat, minime poteſt inducere. atq; commemoratur arme-
tarius aliquando cum non adeſſet admiſſarius, pullũ contexiſſe; cum

vero rem veneream tunc conscendens is ab soluisset, paulo post mor D sibus armentarium interemit.

3 Cuculos aiunt, qui sunt in Helice, vbi pariendi tempus aduentarit, nidum non extruere, sed in, vel palumbarum, vel turturum, nidis parere: ac neque ouis quidem incubare, neque educare, verum vbi pullus natus fuerit, reliquos quibus cum educatur, ex nido deiicere. fit autem magnitudine vti patet ac pulchritudine eximius, ita vt reliquos facile vincat, quare palumbas etiam tantopere gaudere inquiunt, vt vel suos pullos illi opem ferentes extrudant.

4 Capras quæ sunt in Creta, ubi sagittis fuerint transfixę, fama est dictamum quærere, quod ibi nascitur: atque vbi illud comederint, sagittas eiiciunt.

5 Esse ceruos quosdam asserunt in Achaia, qui vbi cornua sunt deiecturi, in locos quosdam se conferunt, vbi non facile inueniantur, quod idcirco faciunt, quia non habent quo se defendant, & quòd loca sint infirma vbi eiecerunt cornua: atq; multis accidit vt in cornuum loco B nata sit hederę.

6 Fama est pharmacũ quoddam nasci in Armenia, quod appellatur Pardalianches, quo victimam vnctam dimittunt vbi visa fuerit pardalis. ybi verò illa attigerit, quærit humanum stercus, quamobrem venatores ipsum in vase aliquo arbori suspendunt, vt illa assiliens ac defessa plurimum labore soluatur, & fiat captiua.

7 Trochilos in Aegypto in crocodilorũ ora ad volare aiunt, eorũq; dentes purgare, carunculas rostris euclentes, atq; illos voluptatē percipere, minimeq; hos offendere.

8 In Cephalenia caprę, vti est hominum opinio, non bibunt singulis diebus, sicuti cætera animalia, sed faciem in ventos conuersæ aperto ore ventos percipiunt.

9 In Siria verò vnũ ex agrestibus equis armento pręesse dicunt: atq; vbi quis cæteris iunior existens fæminam conscenderit ductorem irasci, eumq; tandiu insectari quo ad pullum deprehenderit, qui sese flectens ex posterioribus coxis ore pudenda diuellit.

10 Fama est testudines vbi viperam comederint. origanum quærere: quod nisi cito comederint, interire: itaque multos agrestes, qui illud num verum sit, ingrentes, vbi viderunt illas id fecisse, conuulsisse origanum, quare paulo post ipsas videre mortuas.

11 Viuerræ pudendũ non est natura simile reliquorum animalium pudendis, sed est solidum omnino & osseum, atq; id quacunq; se habeat ratione aiunt ad vrinæ difficultatem inter optima esse medicamenta, quod datur in ramenta dissectum.

12 Picum martium auem in arboribus ferunt consīdere nunc pronam nunc in ventrem resupinã, stellionum more, quę cum vermiculos inquirit arbores excauat, ita vt vel ipsas arbores prosternat.

13 Dicunt & pelicanos auiculas vorare conchas in fluminibus co-

A ortas, easque comedere, quarum vbi ingens multitudo fuerit absorpta illas euomare: ac ita carnibus vesci concharum, testas vero non attingere.

In Cyllene Archadiæ merulas albas nasci autumant, quod alibi minime contingit: easque varias voces emittere, & ad lunam aduersam proficisci; at si quis per diem illas venari cooptet, non sine magna illud efficiet difficultate. 14

Sunt qui circa Melum & Gnidum vinum anthimium floridum scilicet vocatum nasci affirment, quod odore quidem est suaue, at parum durat apud Erithacem, vti proditum est. 15

Sunt loca quædam apud Capadociam, vbi mel inquiunt sine fauis confici, quod ita fit spissum, vt oleo sit persimile. 16

Nascitur mel ex buxo in Pontica trapezunte, grauis odoris, quod aiunt sanos in insaniam conuertere, si odor percipiatur: at insanos ab ęgritudine prorsus absoluere stuporis. 17

B Quinetiam mel plurimum nasci inquiunt in Lydia ex arboribus, ex quo incolę pastillos sine cera conficiunt, quibus vtuntur cum absciderint iiq; duriores sunt quã vt possint conteri. nascitur & in Thracia, verum non ita solidum, at arenaceum, vniuersum autem mel coagulatum non ęquam magnitudinem habere inquiunt aquæ & cæteris liquoribus. 18

Chalcidica herba & amygdale vtilissimę sunt melli cõficiendo, nã plurimum fætum aiunt ex illis fieri. 19

Fama est apes ob vnguenta caput infestari, neq; illas posse odorem perferre; atq; nonnulli dicunt vnguento perfusos homines ab apibus percuti. 20

Inualuit opinio ꝙ in Illyriis vocatis Taulentiis vinũ ex melle cõficiatur, nã vti fauos expresserint aquam infundentes, coquunt in lebete donec dimidium fuerit absumptum. Mox in fictilio effundentes, suauissimũq; iã tũ habentes super asseribus dolia reponũt, atq; in his C diutius continere inquiunt, fieriq; vinosum. accidit etiã in Græcia id ipsum, vti fama est, ita vt a vino veteri minime differret, verum cum temperamentum postea perquirerent, illlud assequi nullo pacto valuerunt. 21

Tot Serpentes nasci aiunt circa Thessaliam, vt nisi à ciconiis interimerentur, opus esset colonos migrare. quamobrem Ciconiam venerantur, apud quos lege cautum est nequis eam occidat: quod si quis interimta reus est eiusdem sceleris atque si hominum occidisset. 22

Consimili ratione dicunt tantam viperarum copiam quibusdam temporibus natam fuisse in Lacedæmonia, vt Lacones ob annonæ penuriam illis pro cibis vsi sint ita vt oraculum Pythiam fama sit ipsos serpentum ex coriatores appellasse. 23

In Cypro isula meas ferrum comedere fama est. 24

25 Chalybes etiam in insula quadã exigua illis imminente aurũ ex multis rebus aiunt componere, quare illud rescindunt in metallis, vti placuit. D

26 Quin etiam ex Susis in Mediã proficiscentibus fertur ingens scorpiorum copia in itenere secundo die reperiri, quare cum rex Persarũ iter faceret per triduum ibi cõmoratus est, ac scorpiorũ venationem imperauit: certaq; pręmia iis constituit, qui plures scorpios occidissent.

27 Non simplex muriũ genus esse ferunt in Cyrene, sed plura, eaque colore & forma plurimum differentia: alios enim latam habere faciem, cuiusmodi sunt mustelę, alios viperarum formam sortitos esse, quos viperas appellant.

28 Vorticem quendam aquarum circa Siciliã esse dicunt, in quo aues suffocatæ, reliquaq; animalia, vbi fuerint immersæ, reuiuiscunt.

29 Inrer eos Scytas, qui Geloni appellantur, quandam feram esse ferunt, quamuis perraro inuenitur, qui Tarandus nominatur, atq; hunc colorem villorum commutare inquiunt ad colorem eius loci in quo fuerit: quare efficitur vt difficilis sit captu propter coloris mutationẽ. nam & arborum & locorum, & omnium denique colorem assumit, admirabile est sanè ꝙ villos immutet, cum reliqua immutent cutem vt Chamæleon ac polypus. est autem magnitudine quantus bos, at frontis formam ceruis habet persimilem. B

30 Fama est in Abydo quendam insanũ extitisse, per multosq; dies accessisse in theatrum ac spectasse quosdam histriones, eosq; ad notasse: qui cum ab insania postea fuisset absolutus, per illud tempus se suauissime victitasse dicebat.

31 Dicunt etiam in Tarento quendam cauponem noctu quidem insaniisse, at interdiu cauponari solitum, qui tabernæ clauem Zonę dependentem asseruabat, quam cum multi surripere conarentur, numquam amisit.

32 At in Lipara insula quidam terram esse autumant, in qua si olla cooperiatur, quidquid fuerit iniectum, statim coquitur.

33 Sunt ignes ardentes in Media & in Psittacina Persidis, qui sunt in Media parũ ardent, at in Psittacina frequens est flãma & splendida. idcirco & rex Persanum multas coquinas ibi extruxit. at ambo in locis sunt planis, non autem salebrosis. hic sunt ignes & per noctem & diem conspicui, quanquam noctu solum lucent in Pamphylia.

34 In locis montanis Apolloniatidis iuxta Atitaniam, petram quandam esse aiunt, ex qua ignis emanans non cernitur; at cum in illam oleum effunditur, continuo flamma exurgit.

35 Fama est loca etiam ardere extra columnas Herculis, quędam alia splendent noctu tantum, alia semper, sicuti in Anonis nauigatione conscribitur. atq; in Lipara ignis est conspicuus & flammatus locus, non tamen per diem, sed noctu tantum. dicunt etiam in Pitheusis feruentem & calidum ignem mirum in modum reperiri, non tamen ardere,

A scipsit Xenophanes annos sexdecim in Lipara illũ defecisse, at anno decimo septimo rediisse.

Ignis vndã in monte Aetna neq; mediocrem existere aiunt, neque esse continuam, sed pluribus de causis exoriri. 36

Asserunt & circa Lydiam plurimum ignem nasci, atq; per dies septem ardere. 37

Admirabile est id, quod attinet ad undam ignis in Sicilia: nam ebullitionis ipsius ignis spatium est stadionum quadraginta, at in sublime non fertur per tria stadia. 38

Lapidem qui est in Thracia, & vocatur spinus, dissectum asserunt comburere, atque rursus compositus, sicut smatilla & iuxta seppositum, aquaque irrigatus comburit, quod ipsum facit etiam maritha. 39

Circa Philippos Macedoniæ metalla esse asserunt, quorum frusta etiam augeri inquiunt, aurumque producere, quod est omnibus conB spicuum. 40

In Cypro iuxta Tyrrhiam nuncupatam æs fieri aiunt quod in parua frusta dissecantes seminant, atque imbribus factis augetur, & exit, quo pacto colligitur. 41

Fama est in Mylo insula in locis terræ excauatę rursus ipsam terram concrescere. 42

Vbi frequentes fiunt imbres in Pęonia terra liquefacta auriũ apyrum nuncupatum inueniri affirmant. ita Poæniæ terra aurum ferre asseuerant, vt multi vel plus mina auri inuenerint, atque regi cum inuenissent duos obolos reportasse aliũ attulisse dicunt tres minas, alium quinque quos mensę assidere ferunt, primumque inter illos si quid edat, rex, illis apponere solitum. 43

Fertur Ozus etiam flumen in Bactris multa auri frusta deuoluere, & in Iberia fluuius Theodorus appellatus aurum multum iuxta C labra perfundere, multumque deferre. 44

Dicunt & in Pieria Macedoniæ incertam quandam auri copiam ab antiquis regibus fuisse defossam, atque quatuor existentibus foueris ex vna illarum aurum ad palmi magnitudinem concreuisse. 45

Propriam quandam ortus formam esse dicunt ferri chalybũ, Mysiniq; argenti. cogitur enim vti aiunt ex delata arena ex fluminibus: hanc dicunt nonnulli lotam in caminum coniici simpliciter, at alii quod subsistit ex natura sæpius lauantes aiunt comburere, atq; lapidem Pyrimachum nuncupatum iniicere, qui frequens in ea regione reperitur. hoc ferrum reliquo est longe præstantius, neq; differt vllo pacto ab argento, vt apparet, nisi in eodẽ camino cremaretur. solum autem hoc non sentit rubiginem, at non multum est. 46

Ferrum quod est inter Indos ita splendidum esse dicitur, & purum & expers rubiginis, vt ex colore ab auro minime dignoscatur, sed 47

inter pecula Darii quædam esse dolia eaq; complura, quæ nemo nisi D
odore diiudicare possit vtrum ærea sint, an aurea.

48 Stamnum Celtarũ multo citius quam plumbum liquefieri dicunt atq; quod facile liquatur signum est, ꝙ vel in aqua liquescere appareat. cito igitur, vt par est, colorat; liquitur & per magna frigora cum gelu factum fuerit, cum interius includatur vt asserunt, quod accidit ab debilitatem cum calor qui illi inest extrudatur.

49 Est olea in Pantheo, quæ callistephanus appellatur, cuius folia contraria sunt foliis omnium reliquarum olearum, habet enim quod est viride interius, at non extra, ramos emittit tanquam myrtus, ad coronas accommodatos, ex hac plantam capiens Hercules in olympicis plantauit, ex qua coronæ donantur athletis. nascitur hæc procul ad Ilisso per sexaginta stadiorum spatium distans a flumine, quæ ab accolis muro est communita, atque magna mulcta imposita est siquis plantam attigerit. ab hac plantam capientes Elei in Olympiis plantarunt, atque ex illa coronas tradiderunt. B

50 In metallis Lydię iuxta Pergamum, quorum Erę sus fuit autor consertum est quoddam prælium, atque opifices eo confugerunt: verum ore obturato suffocati sunt. postea longo tempore interiecto metallis apertis inuenta sunt vasa quibus ad manuum vsum vtebantur in lapides commutata, ac amphoræ, & vasa reliqua huiusmodi, quocunque liquore plena fuerant vnà cum hominum ossibus præterea, in lapides sunt conuersa.

51 Instagno Ascanio ita nitrosa est aqua, vt vestes nulla alia indigeant purgatione: quas si diutius in aqua quispiam reliquerit euanescunt.

52 Mythepolis est oppidum ad Ascanium stagnum, quæ per centum & viginti stadia dictat à Cio, quo in oppido ita exiantur per hyemem putei vt hydriæ nequeant immergi, per ęstatem ad ora vsque replentur.

53 Fretum illud quod est inter Italiam ac Siciliam vnà cum luna augeri & descrescere dicunt.

54 Fons quidam cernitur non magnus admodum in via, quæ ducit Syracusas in quodam prato, qui aquam habet perpaucam, qui cum magna accessisset turba in eum locum, abundantissimam aquam effudit.

55 Est in Paliscis etiam Siciliæ fons qui decem thororum locum occupat, aquamque in sublime profundit ad decem vlnas, ita vt videntes planitiem existiment inundatum iri, atque in ipsum fonte aqua reuertit. est & iusiurandum quod sanctum arbitrantur: quoniam si quis iusiurandum in tabella inscripserit, & in aquam coniecerit, si recte iurauerit, tabella supernatat: sin falso, tabella grauis facta euanescit, hominemque comburi inquiunt. quamobrem sacerdotem aiunt ab ipso fideiussionem capere pro sumptu vbi aliquod ius iurandum

A est expiaturus.

Demonesus insula Carthaginensium cognomen ab eo Demone- 56
so accepit, qui primus illam incoluit: qui locus metallum habet
ceruleum & chrysocolam quam optimam & ad auri precium quis in
uenerit: est enim oculorum medicamentum. est etiam æs ibidem na-
tās intra duarum vlnarum spatium maris, ex quo statua confecta est
Appollinis in Sicyone in antiquo templo.

Quinetiam in Pheneo orichalci nuncupati sunt, in quibus inscri- 57
ptum est, Hercules Amphitryonis Helide capta deposuit. potitus est
autem Helide iuxta oraculum muliere duce, cuius patrem Augeam
obtruncauerat. Illi vero qui æs effodiunt, acutissimum sortiuntur vi-
sum, & iidē carent palpebris: quare medici æris flore cinereq; Phry
gio vtuntur ad oculorum remedium.

Est ibidem spelunca, quæ Sculpta nūcupatur, in qua columnę sunt 58
ex quibusdām guttulis. significatur autem hoc in ascensu iuxta paui
B mentum, vbi est angustissimus.

Ex aquilarum pari, altera marina aquila fit infæcunda alternis vi- 59
cibus donec coniungantur. atq; ex marina aquila fit ossifraga, ex
his percę & vultures: isti vero non etiam intra vulturum hunc termi
num consistunt, sed magnos producunt vultures, qui sunt infecundi:
cuiusce rei signum est, quòd nullus vnquam vidit magni vulturis
nidum.

Admirabile est illud etiam, quod accidit inter Indos, quod ad plū 60
bum ibi nascens spectat: nam vbi in frigidam aquam liquefactum
conicitur exilit extra aquam.

Affirmant æs Mossonœcū & splendidissimum esse & candidissi- 61
mum, nisi stannum illi sic admistum, sed si quædam terra cum illo
cocta fuerit, & simul existat. asserunt illum qui primus inuentor fuit,
mistionem neminem docuisse, quo fit vt vasa antiqua ærea sint
egregiæ pulchritudinis, at quæ postea confecta sunt, non item.

C In Ponto aues nonnullas per hyemem aiunt reperiri, quæ neque 62
excrementa alui eiiciant, neq; sentiant si alæ vellicentur, neque si ve-
ruquidem transfigiantur nisi vbi fuerint igne calefactæ.

Videntur apes indicare solstitia, cum ad opus minime accedant, 63
quo signo vtuntur apiarii: tunc enim quiescunt. videntur etiam cica-
dæ post solstitium canere.

Fama est echinum etiam sine cibo per annum posse viuere. 64

Stellio, vbi exuuias est depositurus, sicuti faciunt serpentes, con 65
uersus solet deglutire; quem venātur medici cum sit vtilis comitiali
bus hominibus.

Fertur adeps vrsi, vbi per hyemem fuerit congelatum, quo tempo 66
re vrsi delitescunt, augeri, & extra uasa, in quibus fuerit, excrescere.

Ranę quæ sunt in Cyrene, sunt mutæ prorsus; ac sues, qui sunt in
Emathia Macedoniæ regione, integras habent vngulas.

68 Mulas Cappadociæ dicunt esse fertiles, atque alnos fœcundas D
in Creta.

69 Sunt pisciculi quidam in foueis aquam habentibus in Babylonia fluuio exiccato, quos dicunt in areas exeuntes pasci, alisq; incedere, & caudam mouere: ubi quis insectatur, fugere: cauernas ingressos in faciem conuersos consistere. atq; quosdam sæpius accessisse, & irritasse. habent caput ranæ maritimę persimile, reliquum corpus gobio, at branchias reliquis piscibus

70 In Heraclea Pontica & in Rhegio pisces aiunt effossos nasci, eosq; præcipue iuxta loca aquosa & proxima fluminibus; atque aliquando contigisse per quædam tempora vt exiccatis locis sub terrā sese cō traxerint: mox etiam magis terra exiccata humorem sectantes in siluam contenderint. postea cum illa siccata etiam fuisset in humido di cuntur constitisse, sicuti feræ quæ contentę sunt in cauernis delite scentes. vbi vero excauantur tunc mouentur antequam inueniatur aqua. E

71 Dicũtur in Paphlagonia etiam pisces defossi reperiri in locis pro fundis iiq; virtute pręstantes, cum neq; aquę sint propinquę palam, neque flumina influant, sed ex ipsa terra producantur.

72 Ceruæ Epiroticæ vbi cornua deiiciunt, dextrum cornu dicuntur infodere, cum rebus pluribus sit vtile.

73 Fama est quòd vitulus marinus, vbi capitur, coagulum euomit, quod est salubre, & vtile morbo comitiali laborantibus.

74 Dicuntur Lynces etiam vrinam tegere, cum sit tum ad reliquas res accommodata, tum ad vtilitatem gemmarum.

75 Traditur & lætiferum quoddam venenum nasci in Corcyræo mō te iuxta Italiam, quod vires sortitum est huiusmodi, vt siquis illud aliquo pacto sumpserit, continuo concidat, corporis pili delaban tur, atq; vniuersa denique corporis membra defluant, atq; ita vt mi serabilis videatur inspectantibus corporis mortui superficies. cum F
hoc Paulus Peucestius, & Caius Cleonymo Spartano essent daturi, deprensi & per quæstiones conuicti a Tarentinis extremo supplicio sunt affecti.

76 In insula Diomedea, quæ in Adria sita est, delubrum quoddā Diomedis esse inquiunt sanctum & admirabile, circa quod aues sunt magnitudine præstantes, quæ rostrum habent & magnum & durū. Has aues dicunt si Græci in eum locum accesserint, quietas esse; at si quis accedat ex barbaris finitimis, aduolare, easque elatas in caput eius cō tendere, rostrisque vellicantes interimere. dictū est in fabulis, in has aues fuisse conuersos Diomedis socios, cum in insula passi fuissent naufragium, ac Diomedes dolo fuisset ab Aeneo, qui tunc locis illis imperabat, interfectus.

77 Pecudes aiunt ter parere quotannis apud umbros; terramq; fructus multo copiosiores producere quam seminentur: mulieres mul-

tos parere plerumque, ac vnum perraro, sed maiori ex parte duos vel tres filios.

Apud insulas Electras, quæ in faucibus iacēt maris Adriatici, duas 78
statuas sitas esse dicunt, hanc quidem stamneam, illam æream, quæ more antiquo sunt factæ. Hæ Dædali opus esse dicuntur, antiquarū rerum monumentum, vbi Minos ex Sicilia Cretaq; profugiens in hæc loca penetrauit. has ipsas insulas Eridanum fluuium cumulasse dicunt.

Præterea stagnum quoddam non procul a fluuio conspicitur, qđ 79
aquam habet calidam, cuius odor est grauis, grauiterq; spirat: ac neque vllum animal ex ea bibit, neque aues superuolant, sed concidunt & suffocantur. habet ambitum ducentorum stadiorum, decem latitudinem. fabulantur incolæ Phaethōtem fulmine percussum in hūc lacum decidisse, in quo multæ sunt alni, ex quibus defluit nominatū electrum, quod gummi persimile esse ferunt, atque fit durum tanquā
B lapis. vbi vero ab incolis fuerit collectum in Græciam deportatur. Dædalum fama est in has insulas applicuisse: cumq; illas occupasset in vna suam filiique statuam Icari deposuisse: mox cum ad nauigassent Pelasgi, qui ex Argo profugerant, Dedalum ferunt aufugisse & ad insulam peruenisse Icarum.

In Sicilia Aetna nominata speluncam quandam esse inquiunt, cir 80
ca quā tum aliam florum copiam nasci dicunt singulis anni temporibus, tum locum quendam immensum violis repleri, ex quo finitima regio odore repletur, ita vt venatorii canes odore impediantur quo minus ualeant leporum sequi vestigia. per huiusmodi hiatum cuniculus est obscurus, per quem Proserpinam a Plutone raptam deportatam fuisse affirmant. Dicunt in hoc loco triticum inueniri non illi simile quo incolæ vtuntur, neq; aduenticio, sed propriam quandam magnitudinem habens, quo argumento vtuntur, quod triticeus
C fructus apud ipsos primum apparuerit. efficitur etiam idcirco vt Cererem suam esse indigentē contendant, cum illam inquiant apud se fuisse natam.

Neq; lupos, neque vrsos, neq; uiperas, neq; reliquas huiusmodi 81
feras in Creta reperiri aiunt, quod Iupiter ibi sit natus, & educatus.

In mari quod est, extra columnas Herculis insulam desertam a 82
Carthaginensibus inuentam fuisse ferunt, quæ siluas habeat multiplices, fluminaq; nauigiis apta, & ob alios fructus sit admirabilis. distat autem per plurium dierum itineris spatium: in qua pluribus, Carthaginensibus sępius ob loci felicitatem cum incolis admistis Carthaginensiū duces mortis pœnam constituerunt iis, qui eo adnauigassent, omnesque ibi habitantes dimiserunt, ne illic degerent, & ne multitudo ipsorum insulæ imperio potirentur, reliquorumque Carthaginensium quietem infestarent.

Viam quandam esse inquiunt ex Italia in Celtarū usq; regionē, 83

& in Celtiberorum ac Iberorum, quæ Heraclea nuncupatur, perquā siue Grecus aliquis siue indigena proficiscatur, custoditur ab accolis nequid patiatur, quoniam sicut cōllata sit iniuria pœnas dat is, apud quem facta fuit iniuria. D

84 Dicunt et venenum apud Celtas reperiri, quod pregrinū sit dicti, ita celerē facit internecionē ut uenātes Celtæ ubi ceruum vel aliud animal iaculis percusserint sedulo accurrant, carnemq; vulneratam excidant ne diffundatur uenenum: quod quidem partim cibi causa partim ne animal putrescat, efficiunt. huic rei remedium inuenit esse corticem quercuum asserunt, alii aliud folium dicunt, quod uocatur coruacium, quoniam ab ipsis cognitum est quòd coruus remedio illud degustauerit, qui male affectus ad ipsum folium irruit, atq; cū ipsum edisset statim liberatus est dolore.

85 Fama est quod locus arboribus consitus a nōnullis pasceribus fuit incensus, mox cum terra sub sylua fuisset calefacta, argenti riui palam defluxerunt, terręmotuque post nonnulla tempora facto locisq; disruptis plurimum collectum fuit argentum, quod non mediocrem prouentum auxit Massiliensibus. E

86 In gymnasiis in insulis iuxta Iberiam adiacentibus, quę maximæ videntur esse post septem uocatas, oleum non nasci ex olea dicunt, at plurimum fieri ex terebintho, & ad omnia accōmodatum. Ita Vero Iberos incolas fęminarum studio detineri inquiunt vt quatuor vel quinque mares, pro una fęmina dent mercatoribus: qui vbi militantes stipendia capiunt a Carthaginensibus, nihil aliud, nisi fæminas, emunt, uon enim licet apud illos aurum uel argentum possidere. Dicitur illud deniq; quòd idcirco prohibiti sint pecuniam in patriā importare, quòd Hercules diuitiarum causa ipsorum incolarum in Iberiam militauerint.

87 In regione Massiliensium circa oram Ligusticam stagnum quoddam esse ferunt ebulliens, quod effluat extra, tantamq; piscium copiā emittat, vt credi non possit, verum vbi flauerint Etesiæ supremā partem ita puluere obduci. tantumque pulueris ibi existere, vt superficies occultetur, appareatq; pauimentum ac terra solida. Mox cum incollę tridentibus disruperint pauimenum perfacile est illis quotquot voluerint pisces eximere. F

88 Fama est quosdam Ligures ita fundis perite vti, vt vbi plures aues conspexerint inter se constituant quam auem singuli sint percussuri & capturi, ut omnibus recte iaculantibus. apud quos illud etiam dicunt esse peculiare, quòd mulieres opera agentes pariunt, puerosque aqua luentes continuo fodiunt ac sarriunt, cæteraque faciunt, quæ pariētibus minime conueniunt. illud est etiam admirabile apud Ligurres, quòd apud eos flluuium esse dicūt cuius unda in sublime tollitur, atq; ita fluit vt qui vltra fluuium sunt uideri non possint.

Insula quędã Thalia nomine apud Tyrrhenos esse dicitur, in qua ex eadem metalli fodina prius ęs excauabatur, ex quo omnia ærea uasa apud illos facta esse dicunt, postea non amplius æs fuit, inuentum. Mox longo temporis spatio ex eadem fodina excauatum fuit ferrum, quo nunc etiam utuntur Thyrrheni, quod Poparuum incolę appellant. 89

Est ciuitas quędã in Tyrrhenia Anarea nuncupata, quam egregie munitam esse dicunt, cuius in medio collis est perarduus, quiad triginta stadiorum altitudinem consurgit, habetque syluam multiplicem, & aquas. cum timeant igitur incolę nequis tyrannus efficiatur, præficiunt familiares libertate donatos, qui ipsis præsunt per anni spatium, & sic mox alios illis pręficiunt. 90

Thalamus quidam subterraneus in Cuma Italiæ ciuitate ostenditur sibyllę fatidicę, quam diutissime virginem extitisse aiunt: quæ cum sit Erythręa ab aliis Italiam incolentibus Cumæa dicitur, ab aliis Melachrena. Hic locus sub Leucadum imperio esse fertur, atque ibi iuxta Cumam fluuiũ quendam Cetum vocatum esse aiunt, in quod res iniectas primum pullulare inquiunt, ac demum in lapides conuerti. 91

Fama est ab Alcisthene Sybarita tantæ magnificentiæ vestem confectam fuisse, ut eam in Iunonis Laciniæ conuentu proposuerit, ad quam confluxerunt omnes Itali; ac præter omnium quę ostentabantur maxime illius detinebantur admiratione. cuius precium Carthaginensibus Dionysius senior centum & viginti talenta tradidit. erat ipsa quidem vestis purpurea magnitudine quindecim ulnarum: quæ ex vtraque parte animalia habebat intertexta, superius Susa, inferius Persas: in medio Iupiter, Iuno, Themis, Pallas, Apollo, Venus; at in utraque extremitate Antisthenes aderat, Sybarisque vtrinque. 92

Ad Iapygię promuntorium in loco quodam pugnam accidisse fabulantur & ab Hercule cõtra gigantes fuisse commissam, atque tantã inde saniem talemq; effluxisse, ut ob molestiam eius odoris mare ibi non sit nauibus peruium. Dicunt præterea multis in locis Italiæ multa Herculis monumenta in viis reperiri, per quas ille profectus est. iuxta Paudosiã Iapygię dei ostenduntur vestigia ad quæ nemini fas est accedere. pręterea circa summum Iapygiæ promontorium ad plaustri onus lapis accedens conspicitur, quem ab eo sublatum, & translatum esse affirmant, quem vno digito moueri contigit. 93

In Bœotia Orchomeniorum ciuitate vulpem apparuisse afferunt, quã cũ canis insectaretur in cuniculum ingressam fuisse autumant canēq; vna cũ illa, eũq; latrãtem per magnũ sonitũ fecisse, quasi locus ibi esset spatiosus & amplus, cum hac de causa venatores opinionem 94

cepiſſent diuini alicuius loci, aditumq; fregiſſent, & ipſi ſunt ingreſſi: cum vero per quædam foramina lumen exiens conſpexiſſet, reliquaq; aperte vidiſſent exeuntes, principibus explicarunt. D

95 In Sardo Inſula ędificia eſſe aiunt ad Græcorum antiquorũ conſuetudinem extructa, & alia complura perpulchra, teſtudines quæ magnificis ordinibus expolitas, quæ dicuntur ab Iolao Iphicli filio fuiſſe ædificatæ, qui Theſpiadas capiens ab Hercule, in ea loca, vtpote affinitate cum Hercule eſſet coniunctus, habitaturus traiecit: qui cum Hercules vniuerſæ regioni quę ad occidentem vergit, imperarit, ipſa autem inſula, ſicuti memoriæ proditum eſt Ichnuſa primum appellabatur, cum humano pedi perſimilem haberet formam. fama illam felicem et rerum omnium feraciſsimam antea extitiſſe: nam Ariſtæus, qui maxime omnium antiquorũ agriculturæ ſtudio ceteris batur, his ipſis locis imperaſſe dicitur, cum antea a magnis & complurибus auibus occuparentur. Nunc autem nihil producit huius modi cum ea Carthaginenſes potiantur, qui colonis iuſſerunt vniuerſos fructus eſui aptos excindere, capitaleque ſupplicium propoſuerunt ſi quis rurſus horum quidpiam plantauerit. B

96 In via ſeptem inſularum vocatarum Aeoliarum: quæ Lipara nuncupatur, ſepulchrum eſſe fabulantur: de quo per multa alia dicuntur monſtruoſa, tum illud præſertim, quòd noctu in illum locum accedere non eſt tutum, quodque tympanorum cymbalorumque ſonus exauditur, ac riſus aperte cum ſtrepitu & crepitaculis. Dicunt & tempore magis monſtro ſimilem iuxta ſpeluncam accidiſſe: quendam enim aſſerunt ante lucem in illa ebrium conſopitum fuiſſe, atque hunc a ſuis miliaribus quæſitum, per triduum ita degiſſe; quarto autem die tanquam mortuum inuentum fuiſſe a domeſticis, omniaque ad funus ſpectantia conſecutum ad ſuum ſepulchrum fuiſſe deportatum: mox ſurrexiſſe, eaque declaraſſe quæ ſibi contigerant: Hoc nobis ſane fabuloſum videtur, at non tamen erat ſilentio prætermittendum, cum ſi de illis locis conſcribere aggreſsi eſſemus.

67 Stagnum eſt iuxta Cumam Italię Aornus appellatum, quod quidem ipſum nihil habet admiratione dignum: at colles circa ipſum altitudine non minore trium ſtadiorum adiacent, ipſumque eſt rotundum, profunditatemq; habet immenſam, quod ipſum eſt admirabile. nam cum circa ipſum ſtagnum frequentes ſint arbores, & nonnullæ etiam in ipſum deflectantur, nullum folium in eo videtur conſiſtere, ſed ita pura eſt aqua & limpida vt intuentes admirentur. in continente non multum ab eo loco diſtante aqua calida naſcitur, multisq; ex locis ſcatet, vnde vniuerſus locus Pyriphlegethon eſt dictus. q nulla auis ſuperuolet, falſum eſt omnino, quoniam omnes qui eo accedunt magnam Cygnorum multitudinē ibi natā ſe vidiſſe affirmāt.

98 Sirenum inſulas in Italia ſitas eſſe aiunt iuxta illius promontorium, quod ante locum præcipitem & ſinibus abundantem ſitum eſt,

continetq; Cumam & appellatam Neptuniam: quo etiam in loco si
renum ipsarum delubrum extructum est, quod magnifice colitur ab
incolis, egregiisque sacrificiis condecoratur: harum nomina recen-
tiores hanc appellant parthenopen, illã Leucosiã, ac tertiam Ligiã.

Inter Mentoricam & Istricam regiones mons quidam Delphius 99
nomine collem habens præexcelsum esse dicitur. vbi in hunc collem
Mentores Adriæ finitima loca incolentes ascendunt magno interual
lo distantem Pontum conspiciunt in eo mõte forum est commune,
atq; a mercatoribus, qui ueniunt ex Ponto, Lesbia. Thasia, & chia vi
na coemuntur, ab Adriæ colonis, Corcyrea amphora ampliore.

Fertur & Ister amnis defluens ex quercetis Hercyniis vocatis di- 100
scindi, & hac in Pontum fluere, illac autem in Adriaticum sinum: cu
iusce rei signum est non illud solũ, quod nostris temporibus cõspexi-
mus, sed illud multo magis quod antiquitus, quoniam loca quæ ibi
sunt nauigiis non sunt peruia. dicunt enim Iasonẽ iuxta Cyaneas
insulas ex Ponto eo nauigantem ingressum fuisse, at ex eodem loco
per Istrum fuisse digressum, cuiusce rei non pauca afferunt argumẽ-
ta, & aras permultas ab Iasone extructas in ea regione ostendunt. in
vna earum insularum quæ sunt in Adria, sacellum extat magnificũ
Dianæ a Medea erectum. asserunt præterea quòd Planctas dictas
non præter nauigasset, nisi nauigandi inde fecisset initium.

In insula quinetiam Aegialia, quæ est in mari Tyrrheno, cum alia 101
ostendunt optimatum monumenta tunc etiam illud quod attinet ad
calculos. in littore enim calculi colore varii esse dicuntur, quos Grę
ci insulam incolentes colorem aiunt ex guttis cepisse, quæ ab unctis
defluebant. Nam illis temporibus tantum, non autem postea, neque
prius, calculos tales fuisse fabulantur. argumenta præterea his affe-
runt manifestiora, quòd minime per symplegades illi enauigarunt,
atque poeta teste illi nituntur, qui sunt in iis locis, qui periculum dif
ficultatemque patefacit, quod nõ licet locum nauigantibus prętereire.

Corpora mersa virum fluctu, tabulæque feruntur
Aequore discerptis ratibus, flammæq; procellæ,

Iuxta Cyaneas ignis scatere non dicitur, at illud fit iuxta sinum Si-
ciliam intercipientem, cum in vtraque parte ignis sint scaturigines,
Insulaq; assidue ardeat, & ignis vnda sæpius ex Aetna defluat in pro
ximam regionem.

Fama est quòd Tarentini, Aeridis, Tydidis, Aeacidis, ac Laertia- 102
dis certis temporibus sacrificant, at Agamemnonidis faciunt sacrifi-
cium quoddam peculiare die quodam proprio, in quo non licet mu
lieribus quidquam eorum quæ in sacrificiis offeruntur gustare. Est
Herculis etiam delubrum apud illos, atq; fama est quòd cum Taren-
tinos deuicisset & in suam ditionem subegisset Hercules, locus Hęra-
clea fuit nuncupatus, quem nunc etiam incolunt, cum superioribus
temporibus imperantibus Ionibus Pleon diceretur, & ab ante illos

rioribus habentibus, vocaretur Sigium.

103 Dicunt eodem modo Philoctetem coli apud Sybaritas, quòd cum e Troia ad loca Mollia vocata Crotoniadis fuisset delatus: illa colonis repleuit quæ centum & uiginti stadiis distare inquiunt, arcusque suos Herculeos in Apollinis Marini templo deposuit: inde vero narrãt Crotoniatas per vim ipsos in Apolliniatum transtulisse. commemorant preterea ipsum Philoctetem apud fluuium Sybarim vita functum positum fuisse, cum opem ferret Rhodiis vna cum Tlepolemo in ea loca delatis, bellum inferentibus, iis qui regione per id tempus potiebantur.

104 Palladis Grecæ sacellũ in Italia iuxta vocatã Gargarié esse dicunt apud Metapontum, vbi instrumenta sunt Epii, quæ ille ad equum ligneum conficiendum parauerat, quod cognomen ille imposuit: affirmant enim quòd is per somnũ Palladem viderit expetentem vt opus deponeret, atq; cum idcirco tardius illud iter obtineret in loco conuoluebatur, neque enauigare naluit, ex quo Palladis Grææ sacellum appellatur.

105 Asserunt circa locum Dauniæ vocatum, sacellum esse Palladis dictum Achaiæ, in quo secures sunt ereæ; sociorumque Diomedis, & ipsius præcipue, arma deposita. Canes esse inquiunt in eo loco, qui accedentes Grecos nulla afficiunt iniuria, sed blandiuntur, tanquã essent domistici. omnes vero Daunii & accole ipsorum tum viri tum mulieres iusta de causa, vt constat, nigris vestibus induuntur: nam Troianas captiuas in eum locum deductas aiunt verentes ne asperã & molestam seruiendi rationem sortirentur a mulieribus quæ aderãt Achæis in eorum patria, naues ipsorum incendisse: simul vt expectatam seruitutem declinarent, simul vt illi secum manere cogerentur rem machinantes, & eos maritos haberent preclare sane dictum est troianarũ more apud poetam. Cuiusmodi ex hisce temporibus mulieres intueri licet vestes trahentes, & profundis finibus succinctas.

106 Dianæ Sacellum apud Picentinos esse inquiunt, inquo ferunt esse depositum æreum torquem vocatum in iis locis inscriptum habentẽ Diomedes Dianæ. fabulantur quòd illũ is circa cerui collum posuerit, atq; illa excreuerit. quo pacto ab Agathocle Siculorum rege inuentus in Iouis templo fuit depositus.

107 In promontorio Siciliæ Peloro nominato tantam croci copiam nasci inquiunt, vt a nonnullis Græcis, illa loca habitantibus non dignoscatur qualis sit flos, atq; in Peloro ea magna plaustra volentibus afferre aiunt, cum etiam per vernum tempus & thoros & vmbracula faciant ex croco.

108 Scriptum reliquit is Polycritus, qui res Siculas carminibus complexus est in loco quodam mediterraneo stagnum quodam esse exigunm ambitum clypei habentem, atque id aquam habere pellucidam ac reliqua non o turbulentiorem. Siquis igitur se loturus in

D hunc deuenerit, in magnum ſpatium dilatatur: quòd ſi rurſus, multo etiam magis dilatur denique in tantum ſpatium, quantũ ad capiendos quinquaginta homines ſufficiat, quem numerum vbi ceperit, ruſus ex profundo extumeſcit, corporaque ſe lauantium in ſublime extollit extra ſe in ſolum aridum. Quod cum factum fuerit, iterũ in prioris ambitus formam decreſcit. Neque in hominibus ſolum illud efficit, ſed etiam ſi quadrupedes eadem de cauſa ingrediantur.

In Carthaginenſium ditione montem eſſe dicunt, Cui nomen eſt 109
Goniò uariarum arborum frequentia conſitum, multiſq; florum generibus variatum, ita vt vel in proxima atq; etiam lõginqua loca florum ſuauiſsimus odor redundet, iucundiſsimamq; prębeat uiatoribus exhalationem. hoc in loco fontem aiunt eſſe olei, qui odorem habet cedri ramentis ſimillimum, atque aſſerunt oportere accedentem ad ipſum fontem rem ignorare, quod ubi factum ſit efferuet magna olei copia, atque is tuto poteſt haurire. Dicunt pręterea petram B quandã eſſe apud eundem fontem natam magnitudine non exiguã, quæ ubi fuerit æſtas igneam flãmam emittit: per hyemẽ vero ex eodẽ loco riuus aquæ ſolet defluere. neque hoc fit per exiguum quoddã tempus ſed per vniuerſam æſtatem ſcatet ignis per reliqua omnia anni tempora, aquæ erumpunt. conſimili ratione duos coruos apud Iouis templum degere dicunt, quorum alter in nullum alium aduolat locum, alter priorem colli partem habet candidam.

Fama eſt fluuium quendam eſſe in Sutarum Medorumque regio- 110
ne appellata, qui dicitur Pontus, in quo lapides quidam ardentes deuoluuntur, contrariaque ratione ſeſe habent carbonibus ex ligno cõfectis: nam ſi agitentur citiſsime extinguuntur, aquaq; irrigati & ardent & ſplendent commodius. odorẽ habent vbi comburuntur bituminι per ſimilem, aſperum ſcilicet, & acrem, ita vt nulli ſerpentes illis ardentibus poſsint conſiſtere.

C Locum quendam non valde exiguum apud eoſdem eſſe inquiunt 111
ſed quod uiginti ſtadiorum ſpatium complectatur, in quo naſcitur hordeum, quo vtuntur homines, at equi vel boues nolunt illud comedere, neque aliud quodquam animal, neq; vllus eſt ſus aut canis qui humanum ſtercus guſtare audeat, eorum ſcilicet qui placentam vel panem ex hoc hordeo comederint, & poſtea cacauerint, quoniã eo guſtato omnia animalia moriuntur.

In Theſſaliæ Scotuſsis fonticulus quidam perexiguus eſſe dici- 112
tur, ex quo aqua fluit huiuſmodi, vt vlcera & contuſa membra in priſtrinam ſanitatem cito reſtituatum hominum eum etiam iumentorũ Sin autem quiſpiam lignum contuderit at non ſciderit, illudque iniciat, coaleſcit, & in priſtrinam integritatem reducitur.

Incredibile quiddam & moſtro ſimile contingere dicunt iis, qui 113
non uiderunt antea, in ea parte Thracię, quæ eſt ſupra Amphipolim nam vbi pueri ex pagis locisque proximis exeunt ad aucupium,

accipitres etiam assumere ad aucupandũ aiunt hoc pacto; vbi inop- D
portunum locum peruenerint magna uoce exclamantes vocant acci
pitres nomine, qui vbi puerorum vocem perceperunt, ad frutices ac-
cedentes obstrepunt, vbi pueri baculis percutientes eos deprendunt.
Illud vero quod omnibus est admirabile, cum ipsi accipitres aliquã
auiculam ceperint, aucupantibus deiiciunt, ac pueri ex vniuersa præ
da partem accipitribus aliquam exponentes discedunt.

114 Admirabile quiddam est illud etiam quod Venetis accidit, nam in
eorum regionem innumerabilis monedularum copia sæpe fertur, tri
ticumq; seminantium comedunt: hoc cum uereatur Veneti, priusquã
tempus aduolandi aduentarit, in locis editioribus terræ multiplici
fructuum munera deponunt, & quasi semina iaciunt: ea nisi gustaue-
rint monedulæ, quasi hostium impetum & incursionem expectant in
colę, sin autem, locum ambientes fame moriuntur.

115 In Thraciæ chalcide, quæ proxima est Olynto, locũ quẽdam pau B
lo maiorem area Cantharolethrum, interfectorem scilicet scarabeo
rum, nuncupatum esse aiunt, in quem vbi aliquod animal peruenerit,
rursus discedit. Nullus autem ex scarabæis potest discedere, sed lo-
cum circum ambientes famę denique moriuntur.

116 Fonticulus quidam est apud Cyclopes Thracię, qui aquã habet &
puram aspectu & pellucidam, & reliquorum fontium persimilem, ve
rum vbi aliquod animal illam gustauerit, continuo moritur.

117 Fama est in Bisaltarum Gastroniæ regione captos lepores duo ha-
bere iocinora, & locum quemdam esse iugeris spatii, in quem quod
cunque ingressum fuerit animal, moritur. Extat ibidem delubrum
et amplum & magnificum Dionysio consecratum, in quo vbi sacra
offeruntur, ac solennitas est, siquidem felicem annum deus est datu-
rus, magnus splendor ignis apparere solet, quem omnes illi intuen-
tur, qui sunt iuxta delubrum. vbi futura est sterilitas, lumẽ hoc mini
me videtur, at tenebræ quædam locum hunc occuparunt, sicuti & p C
per cæteras noctes.

118 Domicilium quoddam per octo stadia ab vrbe distans esse dicunt
in Helidę, in quo tres lebetes uacuos Dionysii solent deponere: quod
cum faciunt, accersunt ex peregrinantibus ibi Græcis quicunq; vasa
perscrutari voluerint, conceduntque ut sigillo fores obsignent domi
cilii, cum vero sunt aperturi, ciuibus fores obsignatas et peregrinis
ostendentes, ita aperiunt. Illi vero ingredientes lebetes vino plenos
inueniunt, pauimentumq; integrum & parietes, ita vt nulla prorsus
esse posit suspicio quòd illud artificiose sit factum.

119 Coruos apud eosdem esse ferunt, qui carnem ex manibus per fori
deferentium arripiant, at quę in sacrificiis mactata sint, nõ attingũt.

120 In Coronea Bœotiæ non posse viuere Talpas animalia, neq; terrã
fodere posse dicunt, cum alioqui magna sit talparum multitudo in
reliqua Bœotia.

Fontem

A Fontem quendam in Arcadiæ Colossis esse fama est, in quo mures terrestres nascuntur & natant, vitamque ibi degunt, atque alter eiusdem naturæ est in Lampsaco. 121

At in Cranone Thessaliȩ duos solos coruos esse ferũt in ciuitate, qui vbi nidum fecerunt, sicuti constat, discedunt ipsi ii totidemq; ex se genitos relinquunt. 122

In Apollonia quæ proxima est Atlanticorum regioni bitumen excauatum esse dicitur, & pix eodem modo, quæ ex terra profluat aquarum more nihilque differat a pice Macedoniæ: nisi ista fuerit & nigrior, & spissior. non procul ab eo loco ignis est qui perpetuo ardeat, vt narrant loci illius coloni. locus qui ardet non est magnus, vt par est. sed quantũ spatium quinq; thororum capax sit, oletque sulphur & alumen, circa quod nascitur herba densa, & quod maxime videri posset admirabile, arbores prægrandes, quæ non distant ab igne per maius quam quatuor vlnarum spatium. ardet assidue similiter in Lycia, & in Megale ciuitate Pelloponnesi. 123

B Affirmant & pecudes quæ sunt in Illyriis bis parere quotannis, & plurima animalia bina parere: multasque capras tres aut quatuor hædos, aliquando quinque ac etiam plures: lactis præterea facillime tria mulctralia replere. quin etiam gallinas asserunt non semel parere singulis diebus, sicut apud reliquas nationes, sed bis aut ter sæpius. 124

Dicuntur agrestes boues Pȩoniæ multo maiores esse omnibus bobus, quæ in frigidis regionibus inueniuntur. 125

De freto Siciliæ & alii complures multa memoriæ prodiderunt, & hic, de quo mentionem fecimus, Polycritus, monstro simile quiddã euenire inquit; ex pelago Tyrrheno scilicet multo cum strepitu ac stridore fluctum ad utrunque promõtorium incurrere, quorum hoc Siciliæ, illud Italiæ nominatur Rhegium, qui quidem fluctus ex magno pelago in angustum concluditur. hoc vbi acciderit, vnda in sublime multo cum fremitu extollitur, ita vt multum loci spatium inundet, atque longe distantibus eleuatio conspicitur haud quaquam elato mari persimilis, at alta fit vnda, & spumosa, simillima, ratione qui insuperabilibus in locis a mari versantur undas in vtrunque promontorium incidere vident, & inundare. quod cum dictu incredibile sit, tum aspectu & horrendum est, & intolerabile. accidit aliquando vt vndæ ex collisione ita interse distent, vt & profundum & horrendum necessario aspectum præbeant inspectantibus, ita vt non nulli seipsos continere nequiuerint, sed præ timore sint obcæcati et pene mortui, cum vero fluctus ad alterutrum locorum incidens & in sublime elatus ad verticem vsque, in mare denuo defluens, secesserit, tunc mare rursus cum magno strepitu magnisq; & formidandis vorticibus feruet, atque in circulum ex profundo extollitur, multiplicesq; refert colores, nunc quidem obscurum, nunc cæruleum, & sæ- 126

C

pius apparet vnda purpurea Cursus & longitudo,& refluxus praeterea talis est, vt neque videre, neque audire quidem ulla possint animalia, sed omnia ad montis radices confugiant. vbi cessauerit impetus vndarum, ita sublimes ferri vertices dicunt reductiones facientes vt vel serpentum vel aliarum magnarum viperarum spiris persimiles motus efficiantur.

127 Memorię proditum est quòd ædificātibus templum Cereris Eleusinæ inter lapides columna ærea inuenta fuit, in qua erat inscripti, Deiopes hoc monumentum: quam alii vxorem aiunt fuisse Musęi, alii matrem Tripolemi.

128 In vna earum insularum que Aeoli nomen obtinuerunt, quandā palmarum copiam nasci dicunt, vnde etiam dicitur palmaria. non est igitur verum quod dicitur a Callisthene, quod ex Siriæ Phenicibus loca mari vicina incolentibus planta nomen accepit, sed & ipsos Phenices a Grecis & appellatos esse dicūt quidam, quia cum primi p mare nauigassent, vbi primum egressi sunt omnes obtruncarunt & trucidarunt, lingua aūt Peræborum sanguine inficere dicitur phęnixę.

129 Dicitur columna quędam in Hypata vocata fuisse reperta, quam cuius nationis esset, quorumue hominum inscriptionem haberent scire cupientes, non nullos Athenas adeam deportandam miserunt. Cum vero illi per Bæotiam iter facerent & cum quibusdam peregrinis profectionis causam communicassent, dicuntur illi in Ismenium dictum intra Thebas fuisse introducti, cum assererent inde præcipue hanc inscriptionem fuisse decerptam, dicerentque quædam esse donaria antiqua eosdem literarum rythmos continentia: ex quo ipsos aiunt ab illis rei quæsitæ inuentionem capientes, hæc carmina ita conscripsisse;

Alcides luco hæc posuit Proserpinæ: vt idem
 Duxit Erythiam, Geryonisq; boues.
Ducentem desyderio dea splendida vicit.
 E nymphis Eryche sola uirum domuit.
Sub fago vmbrosa monumentum præbet amoris.
 Subque Erythonte sua vincula nectit Amor.

In hoc epigrammate & locus ille Erythus appellatur, vt patet, & dictum est quod boues inde, at non Erythia duxerit: non enim inueniri posse aiunt Erythię nomen in locis quę sunt in Libya, vel in Iberia dictum.

130 In Ityca Libya ciuitate ita appellata, quæ, vti dicunt, sita est in sinu inter Hermiam equique promontorium, ac ultra Carthaginem septem stadiis supra octogina & ducenta, vti conscribitur in Punicis historiis, salem excauari asserunt ad trium vulnarum altitudinem, aspectu candidū, at minime durum. sed tenacissimis sordibus persimilē: qui vbi. ad solē exportatur, fit durior, Parioq; lapidi similis, ex quo & animalia & uasa complura a sculptoribus conficiuntur.

Tantū argentum primi Phœnices, qui in Tartessum applicuerūt, cōportasse dicuntur, quantum vel olei, vel aliorū nauticorū strigmētorum importauerant: ita vt neque amplius argentū capere possent, cū non esset exiguum pondus, sed ex eo loco nauigātes cū alia uasa facere cogerentur argentea, tum etiam anchoras omnes nauium. 131

Phœnices aiunt Gadira vocata incolentes, extra columnas Herculis nauigantes, aspirante subsolanno uento per quatriduū, in loca quædam deserta peruenisse, alga & ulua plena, quæ quidem vbi fuerit maris recessus, humectantur: at vbi fuerit inundatio mareque excreuerit, illa demergi contingit. in his eximia quædam thunnorum reperitur multitudo, qui magnitudine atque crassitudine sint incredibili. hos in salsamenta condientes & in vasis componētes Carthaginem deferūt: quorum exitus omnino apud Carthaginēses denegatur extra regionem, quòd ipsi comedant ob suauitatem, iucundissimumque saporem. 132

In Pedasia Cariæ sacrificia Ioui persoluuntur, in quibus capram quandam mittere solent, cui mirabile quiddam aiunt contingere: dicunt enim procedit ex Pedasis per septuaginta stadia inter magnā oraculum expetentium multitudinem neque perturbatur in itinere, neq; ex via diuertit, ac postea alligata fune illis præcedit, qui ferit sacrifici directo tramite. Quod autem reliquis nationibus fit admirandū, illud est quod eius cornua quatuor choas capiunt. 133

In Illyriis Ardiis nuncupatis iuxta Autartarum cōfinia montē esse aiūt permagnū, apud quem uallis existit, vnde scatet aqua non quibusuis anni temporibus, sed uere tantum, eaque abundantissima hanc capientes per diem in loco obscuro recondunt, noctu vero sub dio deponunt, quod cum per quinque vel sex dierum spatium effecerint, aqua congelat fitque sal optimus, quem iumentorum præcipue gratia asseruant: non enim eo sal inferri solet, quia procul distāt a mari, & quia nullo cū cæteris commiscentur cōmercio plurimus est illis ad iumenta vsus, quibus bis quotannis salem tribuunt, quod nisi efficerent, contigeret sane vt plurima illorum pars moreretur. 134

In Argo genus quoddā nasci locustarum dicitur, quæ scorpiomachi appellantur, quæ dictio aduersus scorpios pugnantes significat, quia vbi viderint scorpionē in illū insurgunt, quod ipsum efficiūt in ipsus ét scorpii. illæ.n. in girū discurrētes in ipsum strident, at hic aculeum extollit in eodem loco, paulatimque postea remittit, totumq; demum protendit locusta circum discurrente. Illa denique accedens illum deglutit: quare optimum esse remedium fertur ad scorpiorum ictus siquis locustam comederit. 135

Fama est quod vbi vespæ quæ sunt in Naxo viperam gustauerint, (est enim illis iucunda caro viperina, vt videtur) siquem percusserint, ita molestos ictus faciunt, vt magis doleāt percussi, quā si vipera momordisset. Scytharū venenū, quo sagittas inficiūt, ex vipera cōfici asserūt: Schytę 136

enim grauidas viperas venantur, easque capientes per nonnullos dies liquescere patiuntur ac putrescere, quod cum satis factum esse apparet, capientes vniuersum hominis sanguinem vna in ollulam infundunt, eamque operculo obturantes in fimo sepeliunt. hoc vbi putruerit consistens supra sanguinem, quod aquosum est, capiunt: & cum illo saniem viperę commiscent, quod ita fit lætiferum. D

138 Genus quoddam viperarum in curio Cypri loco esse dicitur, quod vim habet aspidi ęgyptiæ persimilem, præter id quod si momorderit per hyemem nihil efficit, siue illud alia de causa contingat, siue quia animal pigerrimum fit ob frigus & congelatum, & nisi calefiat, impotens ac debile omnino.

139 Est genus quoddam spinosæ plãtæ, vti ferunt, in Ceo, cuius spinis siquis percutiatur, moritur.

140 Dicunt genus esse quoddam ursarum albarum in Mysia, que, cũ venatores insequuntur, talem emittunt anhelitum, vt canes putrescant, & reliquas pecudes esui faciant minime aptas. Siquis autem magis etiam cogat & appropinquarit, plurimam pituitam ex ore, ut patet, effundit, quę ita intumescere facit canum & hominum ora, vt suffocentur, uel certe obcęcentur. E

141 In Arabia genus quoddam Hyænarum esse dicitur, quæ cum aliquam vel feram uel hominem prędiderint ita obstupescere faciunt, itaque consistere, ut corpus mouere non valeant, quod cum fecerint, exurunt.

142 Nascitur quoddam animal in Syria, quod Leonicida appellatur; moritur enim Leo, sicuti patet, ubi ipsum comederit, quod quidem non facit sponte: sed animal illud deuitat. Verum cum venatores id comprehendent, assant, farinis que albis conspergunt sicut alia assata animalia, atque illud gustatum repente Leonem interimit. conicit idem animal vrinam in Leonem, quę si contigerit illi fert exitium. F

143 Dicuntur etiam vultures vnguentorum odore necari, siquis vel illos vnxerit, vel quidpiam unctum dederit comedendum: quod ipsum scarabæi etiam ex odore rosarum patiuntur.

144 Mustelas in Sicilia & in Italia ferunt morsum habere lætiferum; at non sicuti nostrates debilem & mollem ac remissum. quibus accedit & illud quod genus reperitur muscarum aduolantium, quæ vbi momorderint interitum pariant.

145 In Mesopotamia Syriæ regione, & in Istronte exigui quidam serpentes nascuntur, qui indigenas non mordent, at in externos magnopere sęuiunt.

146 Affirmant istud ipsum circa Euphratem pręsertim euenire: nam cum multi serpentes iuxta ripas fluminis conspiciantur, & in vtraque partẽ fluuii transeãt, vbi extiterit, in altera tantũ fluminis ripa apparent, ibi Syros dormientes non mordent, Gręcis minime parcũt.

Serpétem ſacrum vocatum in Theſſalia omnes interimere aiunt, neque ſolum ſi momorderit, verum etiam ſi attigerit. Idcirco vbi viſus eſt, uocemque eius audiuerunt, (apparet autem perraro) & ſerpentes & viperę diffugiunt, & alia omnia uenenata animalia. magnitudine non eſt magnus, ſed mediocris, quem in Teno aliquando Theſſalię ciuitate interfectum eſſe dicunt a quadam muliere: quæ cædes ita peracta eſt. Mulier circulum in terra deſcripſit, veneficiis que ibi depoſitis ipſa vna cum filio ingreſſa eſt circulum: mox ſerpentis eius vocem imitanti ſerpens reſpondit & acceſsit ad eam. cũ vero ſerpens ſibilaret mulier fere cõſopita eſt; eoque propius ẽt accedente, multo magis, ita vt ſomnum uincere non poſſet. filius aſsidens & percutiens illam excitabat, quod ita fuerat ab ea inſtructus, ac iubebat; quòd ſi dormierit erant ambo ex ea re morituri, ſin autem vim intulerit ſerpenti, ipſumque adduxerit & deuicerit, ambo pariter ſeruabuntur. Vbi vero ſerpens in circulum peruenit, continuo obiit.

a.l. habet feminam puerum verberibus excitaſſe.

Finis de Rebus Auditu Admirabilibus.

ARISTOTELIS

DE XENOPHANE, ZENONE, ET GORGIA.

Natale de Comitibus Veneto interprete.

DE XENOPHANE.

SEmpiternum eſſe inquit, ſiquid eſt: quandoquidem nihil ex nō exiſtente fieri poteſt. Nam ſiue omnia facta ſunt, ſiue non omnia, vtroq; modo accidit ut ex nihilo genita eſſe, neceſſariū ſit affirmare. Tum ſi oĩa fiant, nihil prius inquit exiſtere; atq; ſi alia cuipiam ſemper adiungerentur, amplius & maius illud quod unum eſt, effici aſſerit. Id quod amplius eſt in minore ſcilicet, aut quod grandius in arctiore, non ineſſe cēſuit: Nam ꝙ ęternum ſit, infinitum eſt; quoniā neq; habet principiū unde cęperit, neq; finem, in quē cū factum ſit, aliquādo deſinat. Omne ſane quod infinitum eſt vnū exiſtit: quod ſi plura ſint, uel duo, eſſent ſibi hęc inuicem termini. At vnū, idq; ſibi con ſimile oĩa eſſe credidit: nam ſi diſsimilia plura ponerentur quę ſunt, non amplius vnum poni contingeret, ſed plura. Mox cum unum ſit, immenſum, ſimile, immotum omnino quod eſt affirmauit: non.n.moueri poſſe aſſeruit, niſi conceſſerit: atq; illud quod concedat neceſſe ſit uel in plenum concedere, vel in vacuum: quorum alterum plenū ſcilicet excipere, & in ſe admittere non poteſt, alterum non eſſe prorſus, illud nimirum quod eſt vacuum. His ita ſe habentibus, ęgritudine ac dolore carebunt, eruntque huiuſmodi, vt neq; locum mutare, neq; in aliam formam conuerti, neq; cum alio poſsint commiſceri: his .n. omnibus modis & quod non exiſtat vnum, & quod nō ſit procreari, & quod iam ſit interire corrumpiq́ue contingit, quę fieri omnino non poſſunt. Nam ſi quod vnum eſt, ex pluribus commiſtū eſſe dicatur, ac plures eſſent res quæ in ſe inuicem mouerentur, eſſet

A que commiſtio tanquã plurium in vno compoſitio, vel per receſſum fieret quaſi miſtorum additamentum, illud ſane contingeret, ut ſeparentur, quæ inter ſe commiſta ſunt, atque per additamentum in cõtrectatione prioribus ſublatis eorum quæ inſita ſunt, coniunctéq; cõſtituta, unumquodq; fieret conſpicuum & manifeſtum; quorum neutrum uidemus contingere. Hoc igitur modo nõ ſolum multa eſſent, verumetiã eſſe nobis uiderentur: verum cũ non ita res ſit, neq; multa fieri poſsunt illa, quę ſunt: ſed hæc non recte profecto videntur. nã cõplura ſunt etiam alia quæ per vniuerſam vim ſenſus percipiũtur, quæ minime concedant ipſa gigni, quęq; ſint impedimento quominus multa ſint, id quod exiſtit, ſed perpetuum, infinitum, idq; ſibi omni prorſus ratione conſimile. Verum nunquid opus eſt haud quãlibet opinionem prius reſumentem, ſed quæ maxime firma ac ſtabilis videatur, initium facere? ꝙ ſi non rectę: oĩa quę videntur ita ſeſe habere putandum eſt, neq; hoc dogmate profecto vti cõueniet, neq; B nihil ex nihilo fieri poſſet: eſt enim vna hæc opinio, eaque ex minime rectis, quam ex eo, quòd ſenſu perciperemus quodammodo in pluribus exiſtentes, ſumpſimus. Quod ſi non falſa ſunt omnia quę apparent, ſed quędam recte ſunt ex his & integrę opiniones, vel huiuſmodi rectas maxime apparentes qualitates ipſas demonſtrare conandum eſt, quas ſemper oportet eſſe firmiores, vel certe quæ ex illarum rationibus poſsint demonſtrari. Nam ſi duæ ſint contrarię inter ſe opiniones, ſicuti ſi quiſpiam multa facta, fuiſſe dixerit; opus eſt ſane ex nõ exiſtentibus illa conſiſtere atqui ſi fieri illud non poteſt, vt multa ſint ea quę ſunt, ſequitur illud ſane ut quidquid eſt infinitum eſſe contingat. quod ſi ita, & vnum. Similiter vero ex ambabus his rationibus illud demonſtratur non magis multa eſſe quam unum, illa quæ exiſtunt. Quòd ſi altera magis firma eſt, quęcunq; ab ea proficiſcentur in demonſtrationem, illa magis demonſtrata fuiſſe putanda ſunt. at ſi opinionem vtranque habentẽ conſe- C cuta fuerint, quanquam moueantur exiſtentia, ipſa magis fidem conſequetur, atque hanc opinionem multi citius, quam illam omnes ſemper admittent. quamobrem & ſi contigerit contrarias eſſe natura opiniones, fieriq́ue non poſsit vt id quod eſt ex non exiſtente oriatur ac fiat, uel res ſint complures, hæc inter ſe vicisſim redargui poterunt. Verum quid magis ita ſeſe habeant his contraria dicet fortaſſe quiſpiam? neque enim oſtendens quòd recta ſit opinio, a qua ſumpſit initium; neque magis firmam, quam de qua demonſtrationem conatur proferre, ſumens diſputauit. ſumitur illud profecto magis rationi conuenire, vt ex non exiſtente naſcatur, quidquid eſt, quam quòd non multa ſint ea quę ſunt. Dicitur de illis ad modum, quòd non exiſtentia fiant, & naſcantur; & quòd non multa naſcantur ex non exiſtentibus, quod nõ uulgares quidam; ſed ex iis, qui ſapientes habiti ſunt, dixerunt. ſed & Heſiodus inquit.

Omnia facta chaos præcessit: deinde secuta
Terra patens fessis sedes tutissima rebus.
Natus Amor cunctos præcellens numine diuos.

Reliqua facta fuisse ex his asserit; at hæc ex nihilo. sunt etiam alii complures, qui nihil extitisse inquiant, at omnia nihilominus facta fuisse, quippe qui ex nusquam existentibus facta fuisse dicant, quæ sunt. Quamobrem illud perspicuum est, quoniam vel ex non existentibus quibusdam aliqua fieri posse apparent. sed num fieri possint ea quæ dicit, nec ne, prætermittendum in præsenti. illud autem considerandum diligentius videtur vtrum illud ex iis, que sumpsit, conficiatur; uel nihil impedimento est quo minus et aliter sese res habeat. Illa profecto est eius sententia, quam primam statuit, & primam sumpsit nihil ex eo quod non constat, fieri vnquam posse. An nunquid patet necessarium esse vt omnia non genita sint? vel nihil prohibet alia ex aliis esse genita, idque in infinitum procedere? atque in circulum reflectuntur, ita vt aliud ex alio originem ducat, sic aliquo semper sese habente, atque singulis inuicem sine numero genitis? Nihil profecto esse potest impedimento quin omnia sint genita, uel si fuerit illud assensum, nihil ex eo quod non est, fieri posse: aut nihil prohibet quominus infinita dicamus existentia, ex iis que unum nomen consequi consueuerunt: omnia siquidem infinito & ille adiungit, & appellari permittit. Nihil etiam vetat, ubi non extiterint infinita quin in circulum fiat illorum ortus, quod si omnia gignantur, nihilque sit vt nonnulli affirmant, qui fieri potest ut unum sit sempiternum? ille enim de vno existente, tanquam & sit & ab omnibus concedatur differit, atque si genitum nunquam est inquit, res sunt æternæ, quasi rebus ipsis illud necessarium sit ex ipsa natura consistant. Illud præterea accedit considerandum, quod & si maxime fas est ac conueniens, vt illud quod non est effectum non sit, neque illud quod non est, intereat, nihil tamen prohibet ex ipsis alia esse genita, alia perpetua & æterna sicuti Empedocles etiam asseruit, ille etenim omnia hæc annuit, quod minime est, ex nihilo non posse creari, quod autem existit, nefandum esse, & oratione non posse explicari, quo pacto intereat: atque semper futurum quodcunq; fuerit translatum ad alias res existentes. Hæc ea sunt quę sempiterna esse dicit; ignis, & aqua, & terra, & aer: reliqua uero asserit ex his & genita esse, & semper gigni. Nullus sane alius rebus quę consistunt, est ortus, vt is credidit, pręter unam mistionem, mistorumque ipsorum in speciem permutationem, atque illa natum ab hominibus nuncupatur. existentem ortum rebus perpetuis, easque gigni posse, negauit, quandoquidem illud fieri nequit, quare inquit.

Vnde uniuerso uenit præsentia, vel qui?

Asserit pręterea igne, cæterisque ignem consequentibus permistis atque compositis multa gigni, quibus permutatis ac segregatis intere-

D sunt. quinetiam complura esse mistione, ac segregatione, at quatuor omnino sine causis, vel vnum, vel infinita sint continuo hęc ex quibus compositis gignuntur, ac separatis corrumpuntur, secuti quidam Anaxagoram dicere affirmant ea quæ fiunt, ex perpetuis & infinitis consistere. Hoc si ita sit, non essent omnia profecto sempiterna, sed quędam gignerentur, genita que essent ex existentibus, & in aliam quãdam corrumperentur substantiam. nihil impedit præterea unam quandam substantiam, vnamque formam esse vniuersum, sicuti Anaximander, Anaximenesque iudicabant: quorum alter vniuersum aquam, alter Anaximenes scilicet aera esse putauit, & quicunque præterea uniuersum vnum esse confitebantur. Hoc sane formis & multitudine, paucitate, quòd rarum sit aut spissum, multa & infinita fieri, & uniuersa gignere arbitrati sunt. Democritus autem inquit aquam, & aerem atq; unumquodque quod ex iis pluribus constat, cum idem sit, quid uetat fluxu dicere? atque hoc pa
B cto complura, gigni et interire, ex existente semper in existens permutato cum ante dictis vnius differentiis, cum neque tamen ipsum totum aut maius aut minus efficiatur? Quinetiam quid prohibet ipsa corpora aliquando ex aliis fieri, rursusque interire? quod si quis hæc ita concedat, ac si quidpiam sit non genitum, quid magis infinitum esse demonstratur? nam si infinitum sit, nequaquam factum fuisse inquit, cum generationis termini ac fines sint principium & finis. Attamen quid est impedimento illi quod non est genitum quo minus ex antedictis finem obtineat? si enim genitum quid est, principium habere putat idem, vnde et genita consequi possunt. Verum quid prohibet, vel si non genitum extiterit habere principium, non illud quidem vnde natum est, sed alterum: atque sese inuicem teminare, quæ sunt sempiterna? Quid item vetat cum totum sit non genitum infinitum esse, at ea quæ in illo gignuntur, terminari, principiumque habere & finem generationis? Huc ac-
C cedit quod inquit Parmenides nihil impedire vniuersum esse vnum, idemque non esse genitum, veruntamen terminatum esse, & existere.

> Vndiq; persimile hoc sphęre, circoque rotundo,
> Par spatium a medio cedant quocunque parere
> Partes; nec quidquam maius, nec firmius illo est.

Cum enim primum medium habeat, ac extrema, finem obtinet, quamuis ortum non habuerit. Quinetiam & si vnum est, vt is asserit, et hoc ipsum habet corpus, sunt tamen ipsius partes hæ omnes consimiles: nam simile ita inquit non alteri cuiquam, quod terminatum esse conspicitur. refellit postea quòd simile sit infinitum: nam simile altéri simile, quare duo uel plura sint necesse est ea quæ sunt, at non vnùm idque infinitum. uerum simile fortasse sui ipsius ratione intelligit, ipsumque vniuersum consimile esse dicit, quoniam cum

aqua, tum etiam terra similes partes habeant, & siquid aliud est huiusmodi. Manifestum est autem quod hic cũ unũquodq; corpus esse idq; duabus partibus constare crediderint, non statuit infinitum, siquidé vniuersum est infinitum: quamobrem cum hæc non genita sint, mutuo interse termino comprehenduntur. Præterea si perpetuũ infinitumque sit, quo pacto illud quod existit, vnum esset corpus? nam si dissimilium partium, essent complura: atque ipse ita putauit. sin autem tota aqua, vel tota terra, vel aliud sit existens, multas sane partes complectitur, sicuti Zeno existens conatur demonstrare id, quod ita sit vnum. sunt & plures ipsius partes, quam vel minorum sint, vel inferiorum, illæque inter se differentes, si hac ratione nullo vel addito corpore, vel subtracto, possit per mutari. Quòd si neq; sit corpus, neque vllam habeat longitudinem, neque latitudiné, quo pacto esse possit infinitum? quod impedit multa ac innumera esse huiusmodi? quid prohibet vbi plura quam vnum extiterint, magnitudines esse infinitas, sicuti Xenophanes terræ aerisque profunditatem dicit esse infinitam? idem patefacit & Empedocles, quippe qui nõnullos etiam carpat, quasi qualia fieri non possint, dicentes; cum tamen ita res ipsa posset contingeret.

Si modo sunt terræ vasta, atq; immensa profunda.
Splendidus huic æther qui commiscetur ab ore
Vaniloquo. verbis hominum labentibus: atque
Cuncta vniuersi rimantum arcana reposta.

Præterea cum vnum existat, non est præter rationem, si non fuerit omnino consimile: sane vniuersa aqua, vel ignis, vel aliud quidpiam simile, nihil vetat quin plura, quam vnum dicamus existentia. Neque vnumquodq; sibi ipsi simile esse constat; nam & rarum est, & densum; quamuis rarum non insit vacuo. nihil prohibet tamen in partibus nonnullis seorsum diuisum inesse vacuũ; ita vt totius hæc pars rara sit, hęc densa, ac vniuersum ita sese habeat: atq; cum plenum sit vniuersum, simili ratione aliqua pars minus plena est, quam densa. sin autem non genitum existat, ac idcirco infinitum quoque esse fuerit concessum, neq; aliud atque aliud infinitum esse valeat, neque idcirco vel in hoc iam erit vnum statim dicendum. qua enim ratione vel totum infinitum, vel non totum vacuum, vnũ esse possit? Inquit etiam immobile esse, nisi fuerit vacuum, siquidem omnia cum locum mutent mouentur: atqui hoc non placet multis. sed quoddam sentiunt esse vacuum, quod quidem non sit corpus, sed cuiusmodi chaos inquit Hesiodus in generatione extitisse, quod locum prius vniuersis iis præberet, quæ essent. Tale quidpiam & vacuũ quasi vasculũ quoddam in medio requirimus. Verum etsi non sit vacuum, neque quidquam fortasse moueri poterit. quamuis Anaxagoras vbi hoc ipse antea pertractauit, neque solum illud patefecit ꝙ non est vacuum, sed etiam existentia moueri posse inquit, si non est vacuum. similiter

A vero & Empedocles moueri semper inquit ea, quæ mouẽtur assidue, ac per tempus perpetuum; at nihil esse vacuum affirmat in vniuerso, neque esse unde uacuum quidpiam superueniat: at vbi in vnam formam fuerit secretum, ut unũ sit, nihil neq; inane, neq; superuacaneũ esse affirmat. Quid .n. obstat quin & conferatur, & simul quoduis aliud in aliud cõuoluatur atq; hoc ipsum aliud, & in primum alio semper se cõmutante? Quinetiam tum alii afferunt, tum ẽt idem, formę rei in eodem loco permanentis mutationem esse, & alteratioẽ: ita vt ex illis quæ ab eo dicuntur, nihil uetet quominus res ex albo nigrũ, vel ex amaro fit dulce, moueãtur. Nihil sane impedit siue non sit vacuum, siue nihil plenum recipiat, fieri in speciem permutatioẽ: quãobrem neq; sempiterna sunt omnia necessario, neq; vnũ, neq; infinitũ, neq; complura infinita, neq; vnũ simile, neq; immobile, neq; complura quędam. His ita propositis, nihil prohibet res vel in speciẽ permutationem efficere, uel innouari, ex iis quæ ab eo dicebãtur: & cum B vnũ sit uniuersum existente ẽt motu, multitudine ac paucitate differre, tum nulla alia re sese addente in speciem permutari. Quòd siquid accedat, nequaquam corpus sane; & si complura, illa inuicem commista & separata. Mistionem .n. neq; additamentum esse huiusmodi par est, neque compositionem cuiusmodi dicit: quare vel continuo separari cõuenit, vel vbi auersa fuerint, alia ante alia ferentur, atq; hęc seorsum inter se: sed ita coordinata componuntur, vt quæuis pars ita cum qualibet parte permista sit, vt non composita, sed commista appareat, neq; liceat dignoscere quales sint ipsius rei partes. Quoniã vero non est minimum corpus, unaquęque pars commista est, atq; totum eadem prorsus ratione.

DE ZENONE.

Fieri non posse inquit, ut siquid est, genitum sit: hoc inquiens de Deo, nã quod gignitur ex similibus, vel dissimilibus gigni C necesse est: quorum neutrum potest contingere. Neque .n. simile a simili potest produci, uel producere: quòd omnia æqualibus ac similibus vicissim adsint: neq; ualet dissimile proferri a dissimili: nam si gigneretur, vel ex debiliore potentius, vel ex minore maius; vel contra, ex melioribus peiora, & ex non existente, aliquid: quod nequit contingere. asserit hisce rationibus sempiternum esse Deum: atque si Deus est omnium præstantissimum quiddam, vt vnus sit conuenire affirmat. nam si duo sint, uel plures, non etiam illud sequeretur vt esset præstantissimum ac omnium optimum, quoniam cum similis vnusquisque deorum aliorum existeret, esset talis nimirum. Hoc et Deum esse, & Dei potẽtiam dicit, vt dominetur, non autem subiiciatur, omnibusq; pręsideat: quãobrem qua nõ sit melior, ea ratione neq; Deum quidem esse. Quòd si plures sint, atq; ii prestantiores inter se, & deteriores, non erunt sane Dei: siquidem

illa eſt Dei natura vt non ſubiiciatur. ſin pares extiterint, non erit D amplius illa Dei natura vt ſit præſtantiſsima: quippe cum neque melior ſit pari, neque deterior; ita vt ſi eſſet, & Deus omnino eſſet ſimilis. Vnum inquit præterea eſſe deum, alioquin non poſſent fieri quæcunque vellet, neque poſſet pluribus exiſtentibus ipſe eſſe ſolus. cum vero ſit vnus ſimilem prorſus aſpectu, & auditu; reliquiſque ſenſibus ita ſe habentem aſſerit: ſin autem; & dominarentur & ſubiicerentur uiciſsim Dei pares, quod fieri nequit. cum vero ſit ſibi ſimillimus inquit eſſe globoſum: non .n. hac ratione eſt, illa nō eſt; ſed eſt vndequaque cum vero perpetuus ſit, vnus, globoſus, neque infinitum, neque terminatum eſſe exiſtimauit. Infinitum quia non ſit exiſtens; hoc enim neque medium, neque principium aut finem, neque aliam habet partem: atque tale infinitum exiſtere: nam illud quod non eſt, non eſt cum exiſtente comparandum Sin autem ſint complura, ſeſe inuicem terminabunt: atque vnum neque non exiſtenti, neque pluribus eſt ſimile, vnum enim nihil habet, ad quod terminetur. Quod E tale ſit, cum vnū exiſtat, Deum eſſe inquit, qui neq; mouetur, neq; eſt mobilis, quod enim non exiſtit immobile, in quod nec alterū, nec in alterum ipſum, poteſt accedere. Moueri poſſunt quæ plura ſunt vno, quoniam alterum in alterum moueri oportet. quod autem non eſt, neque moueri quidem poteſt; nam quod non eſt, nuſquam exiſtit, ſi mutentur inter ſe plura ſunt vno; atque idcirco mouentur quę duo, vel vno plura extiterint, illud autem quod non eſt, conquieſcit & eſt immobile: at vnum neque conquieſcit neque mouetur: neque non exiſtenti, neque multis eſt ſimile. omnino vero ita ſeſe habet Deus, eſt enim æternus, vnus, ſimilis, globoſus, neque finitus, neque infinitus, neque conquieſcit, neq; eſt immobilis. Primum ſine ſumit & hic quod fit ex exiſtente fieri, ſicuti Meliſſus, verum quid obſtat quominus ex neq; diſsimili neque ſimili id quod fit, ſed ex non exiſtente? Huc accedit quòd nihilo magis non genitus erit Deus, quam reliqua omnia, ſi modo cuncta vel ex ſimili vel diſsimili facta F ſunt, quod fieri nequit: quamobrem vel nihil erit præter Deum, vel reliqua omnia ſempiterna. Quinetiam præſtantiſsimum Deum eſſe ſumit, hunc inquiens optimum ac potentiſsimum, at illud minime videntur ex lege, ſed Dii multo præſtātiores inter ſe apparent: hanc igitur de Deo conceſsionem minime ſumpſit ex iis quę videntur. Neque ea ſententia Deum præſtantiſsimum eſſe dicimus, quaſi ad aliud quidpiam talis Dei natura referatur, ſed ad ſuam ipſius conditionē: quoniam ſi ad aliud reſpiciamus, nihil obſtaret illum non ob ſuam ipſius ęquitatem ac potentiam præſtare, ſed ob aliorum imbecillitatē. at nemo ſanæ mentis ita Deum præſtātiſsimum eſſe dicit, ſed quòd ipſe per ſe ſit, quantū fieri poteſt, perfectus, neq; quidquam illi deſit, quo minus bene recteq; ſe habeat: ſimul vero ita ſeſe fortaſſe habenti, & illud poteſt contingere. Nihil autem impedit vel ſi plures

A illi sint, ita esse affectos vt omnes secuti nonnulli arbitrantur, optime sint affecti, cum sint aliorum, non autem ipsorum præstantissimi. sunt autem, vt par est, & alia. cum Deum præstantissimum esse dicat, id aliquorum necesse est. at vni, omnia videre & audire, minime conuenit: non enim hac ratione deterius, videt, si non hac videat, sed fortasse non videt. Illud intelligit quòd omnium ex parte, sentiat, quod optime ita sese habeat, cum omni ratione sibi sit consimilis, ac talis existat. efficitur idcirco vt sit potius sphæræ similis & globosus, non autem aliam potius formam prę se ferat: quod omni ex parte audiat, omniq; ex parte præsit. Nam quemadmodum vbi cerusam dicere consueuimus totam esse albam, nihil aliud significamus, nisi in omnibus eius partibus in esse candorem, quid ita ibi etiam omni ex parte videre, & audire, & dominari dicere prohibet, ita vt quancunq; ipsius partem quispiam sumpserit, eodem modo affecta reperiatur? Quemadmodum neq; ibi cerusam, neq; hic etiam Deum idcirco globosum esse necesse est. B Preterea neq; terminatum, neq; infinitum cum sit corpus habeatq; magnitudinem qui fieri posset, si modo illud est infinitum, quod non habet finem, cum finem ac terminum capere posit? terminus autem in magnitudine & multitudine inest, & in omni deniq; quanto: quare si magnitudo non habeat finem, est infinita. Deinde quod globosum est, necessario habet finem, siquidem extrema si habent medium, plurimum ab eo distant. medium autem habet globosum existens, vt extrema ignis corpora medium circunueniunt: extrema verò vel fines habeat, nulla est differentia, nõ enim si non existens infinitum sit, idcirco & quod est erit infinitum: quid enim impedit quędam de utroq; dici, & de illo quod sit, & quod non existat? Nullus est sanè qui sentiat id quod non extat, atque quod est aliquis non sentire poterit: quæ ambo & dictu & cogitatione possunt comprehendi. C Non album vero, non existens est. an nunquid omnia quæ sunt idcirco alba esse dicemus, ne idem non dicamus de illo quod extat, quod minime? vel nihil obstat album etiam esse ex his quæ non sunt? ita verò & aliam negationem percipiet infinitum; nisi, quod iam dudum dicebatur, magis est vnum quodq; ex eo ꝙ habet, quam ꝙ non habet: quare quod existet vel est finitum vel infinitum. Sed absurdum fortasse videbitur illi quod nusquam est iniungere vt infinitum sit, quando non omne quod non habet terminũ infinitum dicere consueuimus, sicuti neq; impar diceremus non existens. Huc accedit ꝙ cum vnus sit Deus finem non habet, quod ad alium deum attinet. Quòd si vnum solum sit Deus, solus erit & illius partes, quoniã illud est absurdum si pluribus existentibus sese inuicem terminare contigerit; patet ex his id quod vnum sit non habere terminum; nam profecto multa sunt quæ eadem & multis & vni conueniunt, quando & esse ambobus est commune. Videri posset

fortasse absurdum si idcirco Deum esse non diceremus, si multa sunt, D ne in his illis persimilis esse videatur. Præterea quid est impedimento quin terminatus sit Deus ac finem habeat, cum vnum existat, sicuti inquit Parmenides ipsum vnum existens.

Vndiq; persimile hoc sphęrę, circoq; rotundo.
Par spatium a medio cedant quocunque patere
Partes.

Terminum sanè alicuius necesse est esse terminum, at nó tamen ad aliquid: non est .n. necessariũ vt quod habet finem, alicuius gratia finem habeat, sicuti finitum referatur ad id quod infinitũ subsequitur: at finitum esse extrema est habere, quæ cum quid habuerit, non necesse est alicuius habere gratia: aliquibus enim non contingit mutuo terminari. Rursus autẽ quod de immobili ac mobili existente dicitur, & existens mouetur, similiter vt in superioribus absurdum fortasse contingere poterit. quinetiam nunquid pro eodem aliquis sumpserit, nó moueri, et esse immobile? an magis illud negat moueri tanquam nó E ęquale, sicuti de non existente etiã, si modo vere dicitur. Immobile verò est quodãmodo sese habere dici, sicut & inęquale: & in eo quod est contrarium vt moueatur; quiescendi facultas: nam negationes quæ sunt ab initio, de contrariis etiam dicuntur. Non moueri sane & de non existente verum est, at quiescendi facultas non est nusquã existenti: similiter verò neq; illud quidem immobile esse significat, hic autem pro quiescere immobile esse sumpsit. Quinetiam non existens ait quiescere, quoniam non habet quò pertranseat: at sicuti superius dicebamus, absurdum est fortasse, si non existenti hoc iniunxerimus, idcirco non esse verum illud dicere de existente, tum aliis de causis, tum maxime si fiat negatio, sicuti dicebatur non moueri, & non pertransire. multa sane, sicuti etiam dictum fuit, ne de existentibus dicantur, subtraherentur; neque verum esset omnino multa non vnum dicere, siquidem non existens non sit vnum. Postea in nonnullis contraria videntur contingere secundum ipsas negationes; siquidem necesse est omnem multitudinem vel æquam esse, vel non æquam: atque eadem ratione vel parem vel imparem, si sit numerus: atque non secus moueri & conquiescere, si fuerit corpus, necessarium. Deinde si Deus et vnum, non mouentur hac de causa, quod multa moueantur, & in sese mutuo pertranseant, quid obstat quo minus & Deus in aliud moueatur? sin autem ipse cum solus & vnus sit Deus non moueatur, quid impedit in sese inuicem partibus motis, & Deum circum moueri? Est enim huiusmodi vnum, cuiusmodi id Zeno multa esse natura censebat: ipse si quidem Deum corpus esse credidit; siue hoc vniuersum, siue quodcunq; ipse dicere & mente concipere solebat. Quòd si deus vacet corpore, quo pacto globosus esse certe poterit? quando neq; ita mo-

A ueretur, neq; conquiesceret, nusquam existens. Verum cum sit corpus quid vetat quominus moueatur, sicuti dictum est?

DE GORGIA.

Nihil esse inquit, aut certe siquid est, illud cognosci non posse: atq; si cognosci aliquo pacto posset, nulla tamen ratione posse manifestari. Deinde se non ea quæ alii dixerint, composuisse affirmat, quicunq; contrarias orationes de rebus existentibus proferentes, quæ sibi viderentur demonstrabant. Nam cum alii vnum, ac non multa; alii multa, ac non vnũ esse contenderent, aliiq; non genita, alii genita hæc esse patefacerent. ipse contra vtrosq; ita ratiocinabatur. Necesse est, inquit, siquid est, neq; vnum esse, neq; plura; neq; genita, neq; non genita: id nihil igitur. nam si nihil sit horum, alterum sane consequetur, q͂ neque vnum sit, neq; multa; neque genita, neque non genita. accidunt hæc partim vt Melissus, partim vt Zeno conatur demonstrare, post primam eius propriam demonstrationem, in qua neque esse, neq; non esse licere inquit. Nam si non esse,
B sit non esse; non minus erit non existens, quam id quod est: siquidem non existens non est, at extat existens quare non magis rebus non esse licebit, quam esse. Quòd si similiter atque non esse existendi sit facultas, non datur oppositum: quia si non esse, est esse; vel esse cõuenit, vel nõ esse. Efficietur sane inquit hoc pacto vt nihil sit, siquidẽ idẽ sit esse, ac nõ esse: ita verò nihil esset; nam neq; est nõ existẽs neq; existẽs. quãdo idẽ ẽ atq; nõ existẽs. Hæc est illius sanè orõ: verũ ex iisq; dicit illud minime sequit̃, vt nihil sit: q̃.n. demõstrat hoc modo ratiocinatur; si nõ existẽs, est; quod est, & non est, existit atque eadem ratione quod non existit, & existit, est; quasi, est, simplici modo sit assumptum, illud autem neque ita videtur esse, neque est necessarium; sed tanquam de duobus, hoc existente, illo non existente, dicitur;
C atque hæc consistunt, hæc autem non verè, quod est non existens, quamobrem non est. Neque licet sane ambo esse, neque non esse, neque alterum non est: atque nihil esse poterit inquit inter esse, & non esse, si modo liceat aliquid etiam non esse: nullus tamen est, qui esse non esse dicere possit. Quòd si sit non existens quod non est, neque hoc quidem pacto similiter sese habebit atque existens, quod non est: hoc enim est non existens, at illud iam consistit. Præterea si simpliciter dicere vere liceat, mirum admodum videri possit si quod non est, existat: quod si ita concedatur: vtrum magis esse omnia, an non esse contingeret? res ipsa sanè hoc modo fieri videretur contraria. Si enim & quod non est, & quod est, sit; omnia sunt, nam & quę existunt, quę minime, & omnia sunt nihilominus. nõ est profectò necessarium si fuerit non existens: id quod est non esse: Sed siquis hoç ita concederet, esset etiã illud quod non est; & quod non est, nõ esset;

atq; esset nihilominus, siquidem ex eius ratione constarent illa etiam D quæ non essent. Si.n.idem sit esse, & non esse; neq; hoc quidem pacto magis non esset, siquid est: nam ad hunc modum & illic inquit, cũ si idem sit non existens, & quod est; & quod est, non est; & quod non est. atqui conuersa oratione omnia esse dicere possumus; ꝙ & non existens est, & quod est, ita vt omnia sint omnino. Post huiusmodi rationem iniunxit; at siquid fuerit, vel erit genitum, vel non genitũ: at si non genitum, illud ex Melissi dictis infinitum esse sumit. verum infinitum nusquam esse asserit, cum neque in se insit, neque in alio; sic enim vel duo esset, vel plura; at quòd ipsum sit, & in quo, nulla ratione.at æquum est, vt neq; sit quidem ex Zenonis sententia de loco. Non genitum idcirco esse asserit:neq; tamen contra genitum esse. cum nihil neque ex eo quod est, neque quod non est, fieri possit: nam si existens, conciderit, non amplius erit existens, sicuti si fieret non existens, non esset amplius non existens. neque tamen ex non existente factum est, nam si non est non existens, nihil ex nihilo fieri E poterit: at si sit non existens, quandoquidem neq; ex eo quod est, neq; idcirco ex non existente orietur. Si necessarium est igitur siquid est vel genitum esse, vel non genitum, hoc autem fieri neque illud quidé efficietur vt quiquam sit. adde ꝙ si fuerit aliquid, vel vnum vel plura erunt necessariò: ꝙ si neutrum horum, nihil erit prorsus. at si vnũ extiterit, patet quòd erit sine corpore, sicuti in oratione Zenonis explicatur de vno existente. Neque vt multa sint rursus contingit. Quòd si neque vnum sit, neq; multa, non potest moueri, vt inquit: Si enim posset moueri, vel non esset vnum, vel non haberet se similiter; sed hoc iam non esset, non existens, esset genitum. Præterea si moueatur, tranferretur, quod si fiat, non continuum diuersum est; neque hac quidem ratione consistens:quamobrem vndiq; mouetur, & vndiq; diuisum est. ꝙ si ita sit, non est omnia, siquidem ea parte qua diuisum est ab existente deficit inquit,qui diuisum esse pro vacuo nuncupauit, sicuti in Leucippi orationibus vocatis conscribitur. si nihil F dicant hæ demonstrationes, esse omnia conuenit, opus est siquidem vt quæ cogitatione complectimur, sint; atq; non existens, si modo non est, neque excogitari quidem par. quod si ita extiterit. nullũ inquit esse mendacium ab aliquo prolatum, neq; si currrules quidem pugnas in mari factas esse dixerit:quoniam essent hæc omnia.cuncta igitur visa & audita sunt idcirco, ꝙ eorũ singula cogitantur:ꝙ si non idcirco, attamen quid ita magis videmus esse, ea quæ videmus, quam quę mente concepimus? nam sicuti sese habent, complures illa possunt intueri, & hic multi illa mente concipere. Quæ autem magis ita sese habeant. & qualia sint, quæ vera sunt, obscurrum est profecto quamobrem vel si sint quidem, res nobis sunt incognitæ, aut certè si nobis pateant, qua ratione alteri possemus explicare? quod enim

quispiã

quispiam vidit quo pacto inquit id oratione posset explicare? vel quo modo id audienti illi manifestum fieret, nisi viderit? nam sicuti sonos haud vidit oculus, ita neque auditus potest colorum percipere naturam, sed potius sonos, Dicit autem qui loquitur, at non colorem quidem, vel rem. ꝙ siquis mente perceperit, quomodo possit vel oratione, vel alio aliquo signo sibi explicari? quin enim non vidit colorem, orationem intelligit, at colorem nihilominus non admittit: contrà verò, qui colorem intuitus est, non audita de illo oratione, non amplius nescit colorem, sed solam orationem. Patet ex his ꝙ neque colorem animo percipere licet, siquis colorē ignorauerit, sed videre; neque sonos cognoscere, sed audire. Quod si liceat, cognoscit quidem dicens, & recognoscit. Verum quo pacto auditor idem excogitauerit? non enim fieri potest vt idem in vno sit & in pluribus; esset enim vnum duo. at si in pluribus etiam extiterit, inquit, hoc ipsum, nihil vetat quin non simile illis appareat cum minime similes ipsi fuerint.
E Atque in eodem siquid vnum, at non duo essent, neq; illud quidem cōsimile merito videretur. Apparet insuper quod neque sibi ipsi conuenientia sentiat eodem tempore, sed alia auditu, alia visu, & nunc percipiat, & dudum non eodem modo: ita vt nullo modo quispiam hoc ipsum vniuersum quod alter, sentire possit. sic sanè si vnum est, quod cognosci potest: nemo id alteri valebit oratione patefacere, tum ꝙ res non sunt quæ verbis explicari possint, tum etiam quia nullus id quod alter etiam in animo concipit, sed omnes hæ & aliorum antiquorum sunt dubitationes, quamob rem in earum inuestigatione & consideratione, & hæc ipsa sunt perquirenda.

FINIS.

ARISTOTELIS

LIBER DE MVNDO.

Gulielmo Budæo interprete.

Proœmium. *Cap. I.*

Liber hic si Stagiritę doctrinã, phrasimq; nõ sapit, (vt fama est) illũ forte edidit, qui & Rhetoricam ad Alexandrum.

MIhi quidem sæpe diuina quædam res, Alexander, admirationeq; digna visa est Philosophia: pręcipuæ vero ea in parte, in qua sola ipsa sublime sese tollens ad cõtemplandas rerum naturas, magno illic studio contendit existentem in eis veritatem pernoscere. Et cum cæteri quidem mortales altitudine ipsa rei, atque magnitudine deterriti, eo instituto abscessissent, dignum id inceptum esse duxit Philosophia, quod intrepide ipsa nec dubitanter aggrederetur, Earum etiam rerum disciplinam sibi tum cognatissimam, tum maxime decoram arbitrata est. Siquidem cum per rerum naturam negatum hoc esset homini, cęlestem vt in locum corpore sese conferret, vtque veluti e terra peregre proficiscens, locum illum oculis perlustraret, id quod stolidi illi Aloidæ quondam facere instituerunt: eo factum est, animus vt humanus huius viæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euenit, viam cum inuenisset Philosophia lassitudinis vacuam atque laboris, res vt inter se situ longissime seiunctas vna intelligentia complecteretur: facile nimirum eas res noscitans, queis cum sibi naturalis intercedit necessitudo. Eadem etiam cum diuino animę oculo diuinarum rerum naturam comprehendisset, hominibus subinde ea interpretari cępit, quasique antistitis officio perfungi. Id enim libens Philosophia faciendum susceperat, vt quas res cunque præcipuæ commendationis esse existimasset, eas quoad eius fieri posset, inter homines errogaret, quibus vtique ipsis abunde, atq; prolixe consultum ipsa cupiebat. Quapropter istos miserari quiuis iure possit, vt pusilli animi scriptores, res quaslibet, vulgoque expositas summa admiratione prosecutos, qui nobis vnius loci naturam, aut vt

A bis cuiusdam formam situmque, aut magnitudinem fluminis, aut denique ameni montis aspectum describere instituerunt: cum interim magnifice de semetipsis sentiant, ob exilem quāpiam naturæ perceptionem. Cuiusmodi nonnulli magno illi quidem studio fecerunt accurata vt dictione describerent, hic Ossam montem, ille Nyssam, alii Coryceum specum, alii quiduis eorum, quæ inter orbis particulas censentur. Id quod ideo euenit, quod illis maiora vidisse non contingit, mundum scilicet & pręcipuas eius partes. Haud quaquam enim illi tantopere quælibet admirarentur, si hisce contemplandis incubissent legitima contentione: omnia vero & parua, & floccifacienda duxissent, duntaxat præut horum extat excellentia. Proinde dicere ipsi aggrediantur de iis omnibus vniuersum collectis, quamq; fieri potest maxime, theologica commentatione edisserere, quæ nam sit cujusque horum natura, situs, motus. Tibi vero, vt pote imperatorum præstantissimo, hoc quoque deeorum consentaneumque esse arbitror, cum maximarum rerum commentationem
B animo consectari, tum vero ex Philosophię studio nihil iam non grāde animo agitare, optimates etiam viro iis rebus inuitare, quibus rebus ipsi ab eadem munifice prædito esse contingit.

De Mundi partibus, ac ipsarum inter se ordine. Cap. II.

MVndus & compages e cœlo terraq; coagmentata, atq; ex iis naturis, quæ inter ea continentur. Dicitur etiam aliter mundus, ordo & digestio vniuersorum, quæ a Deo, & per Deum asseruatur. Huius situm medium immotum & stabilem Terra vitæ fęcunditate prædita, sortita est: animantium quidem illa omnifariam distinctarum sedes
C & parens. Huius vniuersitatis suprema pars omnis omnem in partē finita est, & terminata. Cuius id quod in celsissimo loco situm est, Cęlum dicitur, dei domicilium. Hoc cum diuinis corporibus plenum sit, que Sidæ Sidera nos appellare solemus, motuque sempiterno agatur vno circum actu, orbisq; ductu eodem, perrenni vtique in æuum tenore rapta secū illa circumagit corpora ad nnmerum, in moremque præsultoris. Vniuersi autem mundi cęlique globosa, vt dictum est, forma compacti, iugique vertigine exagitati, duo esse puncta necesse est inter se e regione obuersa, itidem atque si globus in torno circumagatur, stabilia quidem illa, globumque continentia: circa quæ mundus vniuersus vertitur. hos Vertices appellant, aut Cardines. Per quos si lineam rectam ab vno ad alterum porrectā intellexeris, quam nonnulli Axem vocitant, erit hæc vtique mundo linea dimetiens, ita vt terrā in medio, ambos autem cardines habeat pro terminis. Qui cum ipsi fixi sint & immoti, alter eorum sem

Mundus.
Terra.
Cęlum.
Sidera,
Vertices & Cardines.
Axis.

Arcticus. Antarctic'. persublimis apparet super verticem, ad tractum cœli aquilonarem: D ab Vrsa appellatus Arcticus. At infra terram alter semper conditus circa tractum australem, Antarcticus dictus est, vt contrarius arcti-

Aether. co. Cæli porro siderumq; substantiam appellamus Aetherem: non quidem ideo, quòd ignita flagret ipsa, vt aliqui censuerunt, (plurimum vtique aberrantes circa potentiam illam maxime ab ignea na-

αἰθὴρ ὁ αἰεὶ θέων. tura abhorrentem) origine vero huius vocabuli inde ducta, quòd semper æther currat motu circunductili, cum sit illud elemētū a qua

Stellę fixę. tuor illis diuersum: tum diuinū, tum interitus expers. Eorum vero siderum, quæ intus cohibentur, ea quæ errationis nescia sunt, cum cęlo circumferuntur, easdem utique sedes, positusque eosdem tenentia. Quorum medius circulus (cui signifero nomen est) duos per or-

Signifer. Tropici. Planetę. bes trāsuersus cœlum cingit, qui a conuersionibus ipsius solis, Tropici quasi conuersionales appellati sunt, in duodecim ille quidem regiones totidem signorum diuisus. At uero quæ erratica dicuntur, nec eadem ipsa celeritate cum prioribus moueri suapte natura compara- B ta sunt, nec inter se inuicem: sed in aliis atq; aliis orbibus, ita ut orbium ipsorum partim proprius terrā accedant, partim sublime ferantur. Et statariorum quidem numerus iniri prorsus nequit ab hominibus: tametsi omnia eadem in superficie moueantur, quæ vnica est totius cœli. At vero errabundorum numerus septenario collectus, in totidē orbibus situs est deinceps substitutis, ita vt subinde inferior superiore minor sit, septemq; orbes sese complectentes inuicem atq; coercentes, a globo denique siderum inerrantium comprehendātur.

Planetarum nomina, & positurę. Huic porro globo contiguam habet semper posituram, Phęnontis simul, & Saturni circulus dictus. Cui proximus est Phaetōtis, qui & Iouis appellatur. Post hunc sequitur Pyrois, Herculis idem, Martisque appellatus. Ab hoc rursus est Stilbon, qui sacer Mercurio esse creditur, a nonnullis etiam Apollini, secundum quem Luciferi orbis est: quem Veneris nonnulli orbem, quidam Iunonis vocant. Ab eo est

Aether. Aer. orbis Solis. Et denique Lunæ nobis citimus, ad terram vsque fines F suos proferens. Aether vero cum diuina contineat corpora, ratas et vices motuum complectitur. At vero ætherię diuinæq; naturæ (quā certa lege constare demonstrauimus, constitutisq; vicibus, mutabilitatis etiam immunem, atq; in aliam aliamq; speciem conuersionis) confinis est natura partibilis prosus & vertibilis, atq; (vt in vniuersum dicam) solubilis, & obnoxia. Cuius etiam ipsius principia obtinet substātia tenuitate particularū prædita, flammulisque ignita, quas ætherea natura magnitudine sua excitat, & motus celeritate. Iam uero in natura ipsa ignita, eademq; incondita appellata atque incomposita, tum fulgores emicant, & iacula traiciuntur flagrantia: tum trapeculę, foueæ, & crinitæ fixæ visuntur, & sæpe restinguuntur.

Hanc naturam excipit Aer illi substratus. suopte ille quidem ingenio, caligine, & gelu permixtus, cæterū illustratus agitatione atque

A succensus: vnde calorem concipit & claritatem. In hoc autem ipso vim patibilem sortito, omnifariamq; in aliam aliamq; naturam cōmeare natura comparato, nubes concrescunt, imbres cum strepitu decidunt, niues, pruinæ & grandines: flatus etiam ventorum tempestatumque cientur: simul tonitrua & fulgetra existunt: fulmina inde casitant: sexcentæ deniq; ibidem conflictationes aeriæ opacitatis fiūt.

Terra.

Ab aeria porro natura, Terra protinus, & Mare situm habent fixum, & affirmatum, stirpibus illa quidē animantibusque scatens: fontibus etiam & fluminibus, partim per ipsam lapsus suos implicantibus, partim aquas suas in mare eructantibus. Insuper ipsa distincta, simul innumerarum herbarum indidem enascentium varietate, fructificantiumque simul montium verticibus, nemorum opacitatibus, vrbiumque frequentia, quas animantes sapientiæ participes, homines scilicet, condiderunt. insuperque insulis maritimis, atq; cōtinentibus.

Orbis terrarum diuisio.

Orbem vero terrarum, hominum fere sermo in insulas diuisit & cō-B tinentes, scilicet ignorantium vniuersam ipsam terram insulam esse vnicam, Atlantici maris ambitu circūdatam. Multas autem, & alias longe quidē illas summotas, sed tamen veluti dirimente freto, huic ipsi esse obuersas, non absimile veri est, partim hac maiores, partim etiam minores, sed quarum nulla præter eam sub prospectum nostrū sita sit. Nam quod insulis nostris accidit, vndique vt nostra maria eas alluant, idem orbi quoque huic contigit, rationem insulæ vt obtineat Atlantico mari cinctæ. Complures item alii terrarum orbes eadem positura constantes, insulæ naturam habent in vniuerso mari sitæ: quod latissime patet: eorumque nonnulli pręgrandes, prægrandibus quoque ipsis maribus circunfusis. Enimuero humoris vniuersi naturam finitam merito esse cēseas naturæ animabili, & aeriæ, ita vt ipsa innatabunda existere terram faciat per quasdam saxosas eminētias, quas habitabiles vocamus. postquam protinus in imis mundi C partibus & summersis, atque in medio maxime mundi vniuersa iam terra stabiliter defixa compressaque ita constitit, vt immota permaneat, atq; illabefactabilis. Atque hæc est mundi vniuersitas, quam interiorem appellamus. Quinque igitur hæc elementa in regionibus totidem globose incumbantia, mundum ipsum ita totum coagmentarunt, minor vt deinceps atque minor regio a maiore cohibeatur: terra (verbi gratia) vt ab aquę globo, aqua ab aeris, hic ab ignis, ab ętheris denique globo ignis coerceatur: cum interim supremam regionem, Deorum fecerint domicilium: infimam animalium in diē vicitantium.

Plures terrarum orbes.

Vniuersitas inferna.

Quinque elementa.

Huius porro id quod liquore constat, flumina & scatugines, & maria vocare consueuimus: quod aridum est, terram & continentes insulasque appellamus. Iam insularum nonnullæ grandes sunt, veluti hæc cuncta habitabilis a nobis iam dicta est, aliæq; quas ingentia maria vndis ambiunt circunfluis: aliæ minores nobis notæ & intestinæ. Quarum rursus quędam memorabiles, vt Sicilia, Sardi-

Insularum partitio.

nia, Cyrnus, Creta, Eubœa, Cyprus, & Lesbos: quædam longe exi- D liores, tum Cyclades, tum Sporades, tum aliæ aliis nominibus nuncupatæ. Porro autem pelagus, quod extra orbem nobis habitatum fusum est, & Atlanticum dicitur, & Oceanus: a quo ipsi circumluimur. Qui in faucibus ipse angustis, quæ vergunt ad occidentem veluti via patefacta, qua parte Herculis columnæ vocitatæ sunt, eliso fluxu irrumpens, mare interius efficit, ferme vt dicere eum possis in portum se recipere. sensim deinde amplior infunditur: sinus interea ingentes complectens inter se contingentes, angustis etiam ceruicibus in fauces sese comprimens, vicissimq; latius expatians. Ac primum quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Herculis columnis intro nauigantibus, circa vtranq; Syrtim, alteram earum magnam, paruam alteram vocant. At vero in alteram partem non iam itidem sinuosus inundans, efficit tria maria, Sardoum, Gallicum, & Hadriũ. A quibus continuo Siculum sequitur, porrectum in obliquum: qđ & ipsum excipitur a Cretico. Cretico coniuncta sunt parte altera Aegyptium, Pamphylium, Syrium: altera Aegæum & Myrtoũ. B At pontus, velut antedictis obiectus, atque ex aduerso protensus, multis partibus constat. pars eius in intima penetrans, Mæotis appellatur. quæ autẽ ad Hellespontum vergit, in fauces contracta est, quam Propontidem vocant. Rursus ab Ortu Solis in orbem terræ exundãs Oceanus infert sese velut in medium procedẽs, Indico sinu, Persicoq; perfosso, finitimum mare Rubrum intercipiens. Ad alterum aũt cornu simul atq; oblonga ceruice angustaque penetrauit, rursus amplificatus Hyrcaniæ fines, Caspiæque amplectitur. Mare vero, quod super Hyrcaniam est, vastum illum obtinet locum, qui est super Mæotin paludem. Tum autẽ, qua parte Scythas, Celtasq; complectitur, sensim astringit orbem terrarum ad vsque sinum Gallicũ, supradictasq; columnas, extra quas Oceanus terrã fluctibus suis oberrat. Quo ipso in mari insulæ duę sitę sunt quã maximę, quas Britannicas appellãt, Albium, & Ierna iis etiam maiores, quas cõmemora- E uimus supra Celtas iacentes. Queis tamen ipsis magnitudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phebol nomen est, illa super Indos posita, situ ad terrarum orbem inflexo, hæc ad Arabicum sinum. Sunt etiam non paucæ, sed exiguæ, circa Britannica, & Iberiam, quę quasi corona cingunt hunc orbem hominum domicilium, quem superius insulam esse differuimus. Huius orbis latitudo qua continens est amplissima, paulominus quadraginta millia stadiorum patet, vt quidam perhibuerũt authores rectæ & exquisitæ geographiæ: lõgitudo ad septuaginta milia. Diuiditur porro in Europam, Asiam, & Africam. Europa his finibus circũscribitur: Herculis cippis, Põti recessu, Hyrcano mari: secundũ quam angustiæ Isthmi similes ad Pontum vsque pertinent. Nonnulli tamen ab illo Isthmo Tanaim fluuium Europæ terminum esse dixerunt. Asia est quicquid terræ situm est ab Isth-

Atlanticum pelagus. Oceanus.

Herculis columnę.

Mare interius.

Syrtes.

Pontus.

Mgotis.

Propontis.

Insulę maiores.

Orbis latitudo, & longitudo.

Tres partes orbis.

D mo iam dicto, a Ponto, Hyrcanoq; mari ad Isthmum vsque alterum, qui Arabicum sinum interiacet & mare interius, illud quidem cohibitum ab eo mari, & ab Occano, qui eum complectitur ambitu. Sunt qui fines Asiæ statuant spatium, quod a Tanai protenditur ad Nili vsque ostia. Africa ab Arabico Isthmo ad columnas Herculis porrecta est: vel vt alii cēsuerunt, ab Nilo. Nā Aegypti quicquid Nili ostiis septum est, alii Africæ, alii attribuunt Asiæ: insulasque tribus terræ partibus adiacentes, scriptorum partim vt exemptiles ab orbe terrarum censuere, partim vt contributas iis partibus, quibus earum quæque vicinitate coniuncta est. Proinde terræ, marisq; naturam, ac sitū huiuscemodi prodenda censuimus, quem habitum orbem appellare consueuimus.

De his, quæ in Aere generantur. Cap. III.

B QVas res autem tum in eo orbe, tum circa eum existere cōtingit, quibus ille rebus quodammodo afficiatur: earum ipsarum rerum vt quæque maxime commemorandæ videbuntur, dicere porro aggrediamur, summam quandam colligentes eorum, quæ sunt necessaria. Duas igitur exhalationes ab eo sursum ferri nouimus in aera nobis impendentem, tenues illas quidem omnino, nec nobis conspicuas, nisi si quid est huiuscemodi ad tractus orientales, & præter ea quæ ex amnibus, & locis irrigulis sublimia ferri videntur. Earum autem exhalationum altera sicca est, in fumumque conformata, e terra manans: altera humida, rosidæ expirationis plena, ab humida natura exhalata. Ex hac nebulæ, rores, & gelu omne genus, nubes, pluuię, niues. & grandines oriuntur. A sicca autem illa venti & flatuum differentiæ exoriuntur, tonitrusq;, & fulgura, turbines, C & fulmina, aliaque his cognata. Nebula est expiratio quædā rosida, aquæ nequaquam genetrix, vt aere crassior ipsa, sic nube rarior. Gignitur vel ex nubis primordiis racescētibus, vel ex reliquiis nubis. Huius aduersaria, vt est, ita esse dicitur Serenitas: nihil aliud ipsa existens, quam aer nubibus nebulaq; vacuus. Ros est humidū quid e serenitate concretum, minutimq; delabens. Glacies est aqua conferta a serenitate compactilis. Pruina ros est concretus. δροσοπάχνη composito nomine dicta, est ros semiconcretus, quasi ros pruinosus. Nubes est crassamentū exhalationum conuolutum, vim habens aquæ gignendæ. Imber fit expreßione nubis magnopere addensatæ, tot habens differentias, quotuplex est nubis compreßio. quippe quæ remissa si fuerit, molles stirias dispergat. sin vehemens, pleniores. Hocque appellamus pluuiam, imbris contorta stillicidia, cum maiuscula ipsa, tum vero iugi tenore casitantia. At vero nix gignitur densitate nubiū fritiali, quæ simul ac in aquam verti cęptæ sunt, in minu

Exhalationum duo genera.

Nebula.

Serenitas.

Ros,

Glacies.

Pruina.

δροσοπάχνη.

Nubes.

Imber.

Pluuia.

Nix.

ta contunduntur: cum eo, vt illa contusio speciem spumæ, exactumque candorem, humoris autem, qui inest, concretio, quiq; nondum fusus est aut rarefactus, rigorem efficiat. Hæc impetu & confertim decidens, νίφετος appellatur. Quo genere volutim contorto, librამentumq; ex compressu capientes ad celeriorem lapsum, fit quæ Grādo vocatur: cum interea pro fragmentorum magnitudine quæ abrumpuntur, tum corpuscula maiora grandinis, tum delapsus violentiores fiant. Atque hæc quæ hactenus dicta sunt, naturæ vi ab humida expiratione euenire comparatum est. A sicca vero cum Ventus oriri solet, cū a frigore, ita vt fluat, illa truditur: nihil vt aliud vētus sit, nisi aer multus fluctuās & coactus, qui etiam spiritus appellatur: cum alioqui spiritus appelletur substantia animata & genitalis, in stirpibus, atq; in animantibus existens, per omniaq; pertinens. de qua nūc disserere nihil necesse fuit. Flatus vero, qui in aere spirant, vētos, auras, expirationes dicimus, quæ ex humore prodeunt. Venti, qui e terra vliginosa & humefacta prodeunt, ἀπόγεοι, quasi terra oriundi: qui e sinibus prosiliunt, ἐγκολπίαι, quasi sinuales vocātur: inter quos ipsosq; qui e fluminibus erumpunt, ex aquisq; stagnātibus, intercedit nonnihil proportionis. ἐκνεφίαι appellantur, qui in fractura nubis, resoluendaq; eius crassitudine colliduntur inter se, quasi quidam nubigenæ. ἐξυδρίαι, quasi aquatores dicuntur, qui cum pluuiis aquis grassantur, impetu & confertim effusis. Et ii quidem qui ab oriente iugi tenore perflant, εὖροι & vulturni: qui ab vrsa, βορέαι, & Aquilones vocantur: ζέφυροι, & Fauonii, qui ab occasu: qui a meridie, νότοι dicuntur & Austri. Vulturnorum porro is καικίας dictus est, qui nascitur ad ortum solstitialem: Subsolanus ad æquinoctialem: ad brumalem Vulturnus. At eorum qui ex obuersa parte prodeūt, quos Fauonios vocamus, ἀργέστης, & Corus ab occasu solstitiali, qui etiam ὀλυμπίας ab aliquibus dictus est, & ab aliis ἰαπυξ. Fauonius ab æquinoctiali, Africus ab hyberno oritur. At vero Aquilonum is, qui καικία coniunctus est, peculiariter appellatur Aquilo: qui autem hunc a vertice statim excipit per meridianum spirans, Septentrio dicitur. θρασκίας deinceps a Coro spirat, quem nonnulli Cæciam appellauerunt. Rursus ex Austris is, qui a vertice nobis condito sese infert ex aduerso Septentrionis, Auster nominis prærogatiua dicitur. Qui inter hunc & Vulturnum est εὐρόνοτος est vocitatus, quasi dicas Vulturnauster. At qui spirat altrinsecus inter Africum & Austrum, hunc alii λιβόνοτον quasi Africaustrum: alii λιβοφοίνικα vocant. Ventorum porro quidam flatus rectos, quidam reflexos habent. Rectos habent ii, qui lineis rectis semper grassari solent: reflexos & refractos, ut is quem καικίαν nuncupant. Rursus quidam hyeme pollent, vt Austri: quidam æstate, vt ἐτησίαι qui dicuntur, id est aniuesarii, cinuum quendam conficientes Se-

A ptentrionum atque Subsolanorum. ὀρνιθίαι, quasi auiarii, venti quidam dicti sunt, ex aquilonio genere, verno tempore inualescentes. Cæterum e genere violentiorum flatuum, καταιγὶς nomen est flatus ingruentis superne, repenteque euerberantis. θύελλα flatus est prevalens, qui repente prosiliti. λαῖλαψ, & στρόβιλος nuncupatur, qui inferne sursum versum versus repente conuoluitur. ἀναφύσημα, quasi ef flatus terræ, dicitur ventus sublimen sese rapiens, cum aut e specu altius depresso flatus emicuerit, aut e terra in hiatum discedente: qui Turbo terrestris est tũ, cum multus ac contortus ferri cœptus est. Flatus vero in nube implicitus & crassa & humida, continuatum nubis spissamentum violẽta eruptione perfringẽs, mugitum edere cum ingẽti fragore solet, qui Tonitru dicitur, modo haud absimili spiritus vehementer in aqua impulsi. Fulgetra est spiritus ignitus & coruscans, dum nubes dirumpitur: quæ tonitru antecedere solet, cum tamen post ipsum fiat. Siquidem quod oculis percipitur, ei quod B auribus obiectum est, anteuertere natura comparatum est: quippe illud longinquo aspectabili, hoc tum demum exaudibili cum auribus appulsum sit. præsertim quando alterum omnium naturarum celeritate maxima præditum est, ignita scilicet natura: alterum minus volucre, quod est naturę spirabilis & aereæ, non antequam aures pepulerit, aditum peruenit. At vero quod fulserit, si ad terram vsque cursim illisum sit, Fulmen vocatur. Sin semiustum quidem, sed vniuersum tamen, violentumq; incubuerit, πρηστήρ, hoc est accensus turbo, dicitur. Quod si prorsus ignis nihil interim conceperit, τυφῶν vocatur qui est vertex procellosus, & euerberans. Horũ quicquid in terrã impetu decubuerit σκηπτός, id est Fulmen, nominatur. Qui ψολόεις dicitur, cum fuliginem contraxit; ἀργής, si raptim emicuerit; ἑλικίας si lineari specie conformatus est. σκηπτοὶ dicuntur, quæcunq; fulmina in quiduis illisa sint. Ad summam, eorum quæ in aere apparẽt, alia C specietenus existunt: alia etiam habent naturæ subsistentiam. Speciem tantum exhibent arcus cœlestes, & virgulæ aliaque huiuscemodi. Substantia etiam apparent fulgores cœlestes, & quos emicãtes vocamus, & Crinitæ stellæ, & iis similia. Arcus est species segmenti solaris, vel lunaris, ędita in nube humida, & caua, & perpetua, quã velut in speculo intuemur, imagine relata in speciem circularis ambitus. Virga est arcus cœlestis exhibitio in directum conformata. Area est ędita imago sydereæ claritatis vndique illustrata: hactenus arcu differens, quòd ille e regione Solis ac Lunæ visendum se exhibet, cum area sidus totum ambitu cingere orbiculari soleat. Fulgor est ignis collectio qui in aere exarsit per cælum ille quidem, aut iaculari specie transmeans, aut vno loco fixus. At eiaculatio, ignis est enatus attritu, in aere pernici motu inuehens, ob eamque pernicitatem oblongam formã simulans. Fulgor fixus est extẽsio longe porrecta, & loco permanens, & tanquam profluuium sideris. Quòd si in alteram

Turbo. Tonitru. Fulgetra. Fulmen. Prester. Typhon. Arcus. Virga. Area. Fulgor. Eiaculatio.

Crinita stella. partem dilatetur, Crinita stella vocatur, Sæpe numero autem euenit, vt fulgores tēpore multo maneant, sæpe vt confestim extinguantur. Complures item & aliæ rerum formę cernuntur in cœlo apparentium, vt quæ Faces, quę Trabeculæ, quæ Dolia, quæ Scrobes nūcupantur: omnia ab earum rerum similitudine appellata, vnde nomina mutuata sunt Eaq; partim in occidua mundi parte, partim in oriente cernūtur, partim etiā ambiguo in vtrāq; partem æditu: raro vel septētrionali, vel austrino. Cæterum omnia incerta, quippe nihil huiuscemodi hactenus proditum est memorię, ita fuisse constabilitum raro situ, & constituto, vt semper conspicuum fuerit. Atque huiuscemodi sunt, que in natura animabili, aeriaq; fiunt. D

De his, quæ in Terra fiunt. *Cap.* IIII.

Spiritus, & ignis scaturigines. IAm vero terra continet etiam ipsa in se, vt aquæ, ita spiritus ignisque scaturigines: quarum quædam sub terra latent, oculis humanis subductę: multæ spiracula habent emissariaq; vaporis, oculis humanis subductæ, vt Lipara, vt Aetna, vt Aeoliæ insulæ, quæ quidem sæpe, & ipsæ fluminum more fluunt, ignitasque ferri glebas euomunt. E

Aquę calidę. Nonnullæ vero huiusomodi scatebræ secundum fontes sitæ, aquas inde manantes inde calefaciunt, aliquæ inde vt tepentes, efferuefactæ aliæ, quædam modicæ temperatæ vt emittantur. Multis ētiam

Spiracula terrę. locis orbis exitus spirituum pari ratione patefacti sunt: quorum partim fanatico furore afficiunt homines propius antecedenteis: partim tabifica vi absumant: partim fatidicos efficiūt; vt Delphici, & Lebadici. sunt & qui prorsus enecent, vt in Phrygia. Frequenter fit etiam, vt congenitus spiritus in terra conditus, cum aberrans insinuarit, in abstrusos quosdam eius, atque cæcos meatus, quasi sedibus suis erumpens, multis in locis vibrantem motum cieat. Est etiam nec raro, cū flatus aduena, introrsus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni exclusus, intus sese versando ingenti vi terram quatiat, nequicquā exitum inde quæritans. ex quo fit naturæ facinus, qd' F

Terrę motus. vocamus Terræmotū. Terræmotuum autem ii, qui ad angulos acutos in obliquum quatiūt, ἐπικλίνται appellantur, quasi in transuersum sese agētes: Sursum vero deorsumque ad angulos rectos iactantes, βράσται vocantur, a similitudine aquæ efferuescentis. At qui labes terræ relinquunt in caua subsidentis, ab hiatu χασματίαι nominati sunt. Quē hiatum ii qui vi eruptione facta patefaciunt, ῥῆκται, idest effractores, dicti sunt. Iam horum aliqui flatum secum erupturū rapiunt, alii saxa, alii cœnum. Sunt qui fontium scatebras ędidere, quæ antea non erant, ὤσται, id est trusores, vocant, qui vno obnixu subuertunt, quod impulerunt. Sunt etiam qui quassabundi, atque vtroq; declinantes, vibrantesq; qd' mouerint, semper erigūt: ob id παλματίαι

hoc est vibratores, dicti. efficiuntque terræmotum tremori non dissimilem. Appellantur etiam μυκητίαι terrę motus, qui cum mugitu quatiunt, indito ob id nomine quanquam sæpe terræ mugitus absq; terræ motu contigerit. id quod assolet, cū spiritus impar quatiendæ terræ fuerit, intusque cohibitus ac conuolutus arietarit impetu vehementi. Adde ꝙ flatus, qui terram subierint corroboratiores fiunt a liquoribus terrenis, qui intus conditi sunt.

De his, quæ in Mari eueniunt. *Cap. V.*

PRoportione his respondent ea quæ in mari eueniunt: nam & hiatus fiunt maris, & recessus, vndarumque excursiones interdum reciprocantes, interdum eluuie retro non recurrente. id quod proditum est circa Burā, Helicemque contigisse. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis existunt, fontes excaturiunt, ostia fluuiorum aperiuntur, arbores enascuntur, fluxiones & vortices existunt, instar eorum habentes, quę a flatibus designari dictum est non in medio mari modo, sed etiam in euripis, & in fretis. Aiunt ēt multos æstus, vndarumq; sublationes statis quibusdā temporibus cum Luna circūagi. Atque vt in vniuersum dicam, cum elementa in aere, in terra, & in mari, cōmoda inter se temperatura mixta sint: nimirū affectionum quoque similitudines iisdem constat in ipsis: in singulis illæ quidem naturis ortus alternantes, & interitus, vniuersitatem vero asseruantes generationis immunem atque corruptionis.

Dubitationis solutio, quo pacto mundus ex contrariis constitutus, iam diu non dissolutus fuerit. *Cap. VI.*

TAmetsi extiterunt, qui sese admirari addubitabundi dicerent, quin fieri tandem posset, si e principiis contrariis mundus constitit (siccis dico & humidis, frigidis & calidis) vt iam diu non dissolutus fuerit, atq; interierit. Perinde quasi mirari quisquam debeat, quonam pacto ciuitas incolumis perduret, quæ e gentibus contrariis composita sit, egenis inquam & diuitibus, iuuenibus & senio confectis, infirmis & valentibus, prauis atque innocentibus. Ignorantia est ista vtique hominum, hoc est in concordia ciuili non videntium longe admirabilissimum, quod ex multis ipsa vnum efficit affectum, & e dissimilibus similem, omnis illa quidem naturę susceptrix & fortunę. Atque haud scio an etiam contrariorum appetens sit natura: ex eisq; consona, non item e similibus conficiat. Sic certe ipsa marem cum fœmina coniunxit, non etiam cum suo horum vtrūque sexu. Quin primā etiam concordiam per contraria, non per similia deuinxit. Adde

Natura appetens contrariorum.

ꝙ ars naturæ æmulatrix hoc idem facit. ſiquidem Pictura alborū nigrorumq; colorum, luteorumque & rubrorum naturas inter ſe attemperans, effigies rerum efficit conſonas exemplaribus. Muſica, acutis & grauibus ſonis, longisq; & breuibus vna permixtis in diuerſis vocibus, vnum ex illis concētum abſolutū reddidit. Grammatica ex elementis vocalibus & mutis inuenta temperata, artem omnem literaturę ex illis compoſitam reliquit. Hocque nimirum illud eſt, quod apud Heraclitum legitur, Scotinū ab oſcuritate cognominatum. Criſpa, inquit, & minime criſpa vna vinxeris, conſentiens & diſſentiens, conſonans & diſſonans: vnum etiam ex omnibus, omniaque ex vno. Itaq; vniuerſorum coagmentationem (cœli inquā & terrę & vniuerſi mundi) cinno quodam pricipiorum ſumme contrariorum commode attemperato, natura ipſa digeſsit, vna eademq; concinna cohærentia: quippe ſiccum humido, calidum frigido, graui leue mixtum, & rectum orbiculari. Terram etiam omnē, omne mare, ętherem, Solem, Lunam, & poſtremo totum cœlum vis vna per omnia pertinens, certo ordine deſcripſit, concinneque digeſsit, e diuerſis ipſa naturis, atque impermixtis, aere, terra, igne, & aqua mundum architectata. Cumq; cum etiam globoſa ſuperficie comprehendiſſet naturas quam maxime contrarias, veluti edicta concordia & imperata, adſtrixit ad conſenſum, mutuūque commercium: cuiuſmodi rerum mollitione vniuerſitati ipſi ſalutem machinata eſt. Huius autem rei cauſa eſt concordia elementorum. Concordię porro cauſa eſt æquabilitas, & quod alterum altero non plus pollet. ad æquilibrium enim adęquant grauia cum leuibus, calida cum iis quæ ipſis oppoſita ſunt: natura vtique nos docente in maioribus, æqualitatem tutricē eſſe concordiam & ſeruatricem: concordiam autem mundi eſſe ſalutem rerum omnium parentis, ac longe omnibus prętantis pulchritudine. Nam quę tandem natura præſtabilior ipſo? Quam enim dixeris cumque, eius vtiq; ipſius mundi pars erit. Nam quicquid pulchritudine præditū eſt, id quaſi gentile habet cū eo ſocietatem, adeo ꝙ recte, atque ordine conſtitutum eſſe id a mundi nomine cōcinne digeſtū Græco ſermo, conſentaneaque partiū cōpoſitione ſpecioſum eſſe ſignificatur. Ecquid nam eſt autem ſingularium partium, quod cum eo æquiparari poſsit ordine, quo cœleſtis motus temperatus eſt & conſtitutus? Sole vtique & Luna, reliquis item ſideribus intra ſpatia ſe mouētibus exquiſitiſsime emodulata a ſeculo in ſeculum alterum. Age ecquæ tandem vices tam ratæ eſſe poſſunt, quam eſt exacte comparatus a natura tempeſtatū anni tenor in orbem redeuntium: omnium ille quidem rerum fæcunditate prędicus: æſtates deinceps hyemesque referens temporibus deſtinatis: ſimul dies & noctes inoffenſis vicibus alternantes, e quibus menſis annusque conficitur. Ac magnitudine quidem ambitum longe ſummum complexus motu perniciſsimo circumagitur, claritate ſynceriſsima præditus:

Elementorū concordia.

Aequabilitas concordię ſeruatrix.

Mundi ornatus.

D E F

vi etiam tempontiaq; fretus exorte, vt fenii, fic interitus. Hic omnium animantium naturas, tum aquatilium, tum pedeftrium, tum etiã in elemento fpirabili victitantum fegregat, iisq; fpatia vitæ fuis admetitur motibus. Et hoc animam ducunt omnia: ab hoc animam habent animantia: ex hoc deniq; miracula rerum nouarum exiftunt quæ ftatis temporibus efficiuntur. Vis ventorum omniuaga in fe ipfa conflictatur: fulmina è cœlo cadunt: pluuiæ procellofæ atque ftupende fubitos fragores edunt. Vnde fit vt & vi humoris expreffa, & vi ignea diffiata, conftituatur vniuerfi concordia. Iam vera terra omni genere veftita ftirpium fruticantium, reguisq; exuberans large erumpentibus trita veftigiis animantium quæ in ea pafsim circunierunt: omnia tempeftiue proferens ex fefe & vegetans, hofpitalique fi au excipiens: cum innumeras ipfa rerum formas perferat, ab eisq; multipliciter afficiatur, nihilo fecius tamen naturam afferuat indomitam fenectute, quamlibet ipfa motibus contremefacta, vndis fuper-
B fluentibus prolata, incendiis deniq; inflammata, modo hac, modo illa parte fui. Quinetiam illa ipfa omnia cenferi merito pofsint incolumitatis eius caufa commode euenire, falutemq; illi fempiternam preftare. Siquidem ea motu quafsata continuo profiliunt venti qui introrfus infinuarant, vtique fpiraculis terrarum difcefsibus patefactis vt fuperius dictum eft. Imbribus etiam tum expurgatur, cum omnia, peftifera in ea abluuntur: ad fyncerioremq; conftitionem fuperfubterque tum reducitur, cum auris perfpiratur. Et conflgrationes quidem quod concretius eft terræ, concoquunt: congelationes item quod inflammatum eft, id attemperant ipfæ atque remittunt. Ac fingularum quidem rerum aliǫ oriuntur, aliǫ vegetantur, & aliæ occidunt: cùm interim ortus compefcant graffanteis in teritus, rurfusq; interitus rerum leuent ortus exuberanteis. Vnica vero ex omnibus conflata incolumitas permanet ipfa in æuũ: cùm inter fe rebus ex aduerfo obfiftentibus, & cedentibus vicifsim atq; præualentibus vniuerfi-
E tas conferuetur in fempiternum, noxam nullam contrahens.

De Deo. *Cap VII.*

Reftat vt fummatim de caufa differamus, quæ cunctarum ipfa rerum vim habet tutricem & continentem, quemadmodum cætera per ftrinximus. Flagitii enim inftar effet, cum de mundo dicere inftituerim, tractatu fi minus exquifito fortaffe, at certe qui fat effe pofsit ad formulam doctrinæ crafsiorem, intactam præcipuam mundi partem principemque præterire. Vetus igitur fermo eft, a maioribufque proditus inter omnes homines, vniuerfa tum ex Deo, tum per Deum conftituta fuiffe atq; coagmentata, nullamq; naturam fatis inftructam ad falutem effe poffe, quǫ citra Dei prǫfidiũ fuæ

ipſa demum tutelæ permiſſa. Quocirca veterum nonnulli eo vſq; D
prouecti ſunt, vt hæc omnia dictitarent, Deorum eſſe plana, haurïriq; eorum ſpectra ab hominibus, oculis, & auribus, reliquisq; ſenſibus ſcientiæ illi quidem fundamenta iacientis diuinæ fortaſſe potentiæ, non item naturæ diuinæ congruentis. Etenim cunctorum, quę rerum natura complectitur, cum ſeruator eſt Deus, tum vero quæcunq; in hoc mundo quoque modo perficiuntur eorũ omnium genitor eſt: non ſic tamen ipſe vt opificis in morem, animalisq; laſsitudinem ſentientis, labore affici poſsit: vt qui ea facultate vtatur, quæ nulli cedat

Dei domicilium.

difficultati, cuius ipſe vi facultatis omnia in poteſtate contineat: nec minus etiam quæ longius ab ipſo videntur eſſe ſubmota. Summam igitur & primam ſedem mundi ſortitus, ea de cauſa ὕπατος, quaſi ſupremus appellatus eſt: & (vt inquit Poeta) in ſummo culmine vniuerſi cœli ſuum habet ipſe domicilium ſitum & collocatum. Maxime vero vim eius ſentit, nemineq; eius ante omnia fruitur id corpus, quod B
proxime eum ſitum eſt: tum quod ſecundum ab hoc ſitum habet, & vnumquodq; deinceps, prout ſituum ordo ad noſtrum vſque locum natura conſtitutus eſt. Quo fit, vt & terra, & terrena omnia quã

Terrena.

longiſsime ab diuinitatis adminiculatione abſcedunt, tam infirmitate ſumma ſunt ipſa, concinnitatisq; ſibi conſentaneæ maxime expertia: atq; ideo multo tumultu exagitata. Atqui cùm ita ſit numen diuinum natura ſua comparatum, quoquo vt verſus permeet, nimirum ea in quibus ipſi verſamur, ac nobis ſuperiora, pro eo quantus eſt acceſſus ad Deum, vel abſceſſus ab eo, eius opitulationem quoque ſentiunt. Proinde id pręſtabilius eſſe cenſemus. Deoq; tum decentius, tum magis conſentaneum, ita de eo opinari, vt dicamus, poteſtatem illam in cœlo ſedes ſuas habentem, incolumitatis cauſam rebus vniuerſis præſtare, iis quoque longius ab ea remota ſunt: nec illis aſſentire, qui eam ipſam poteſtatem per omnia pertendentem, & ventitatem ad ea F
quoque, quæ nec adire ipſam honeſtum eſt nec dictu ſpecioſum, ſua illic opera efficere contendunt, reſque terrenas adminiſtrare. Atqui ne ex hominum quidem principium dignitate eſſe dixeris, cuilibet operi incumbere: vt (verbi gratia) exercitus ducis aut vrbis præfecti, atque etiam domus primarii diſpenſatoris, ſi faſciculum ſarcinarium componere, aut viliórem aliquam operam obire vſu venerit vt neceſſe ſit: cuiuſmodi munere, magni regis tempore, ne quoduis quidem mancipium eius facile obiuiſſet. Quippe, vt proditur, viſenda quę-

Regis magni faſtigiũ.

dam ſpecies Cambyſis, Xerſis, & Darii regnantium in exquiſitum maieſtatis faſtigium exornata erat, compoſitaque magnifice, omnibusq; numeris venerationis auguſta. Et quidem (vt fama eſt) Suſis ipſe ac Echatanis ſedibus collocatis procul hominum conſpectu regiã ſanè admirandum obtinebat, ambitu ſeptam auro, electro, eboreque fulgenti. Cui veſtibula multa erant atriaque continentia: multæ vero ianuæ multorum ſtadiorum interſtitiis ita dimenſæ inter ſe, atque

A diremptæ, vt aditus æneis foribus, murisque magnis obstructi, atque muniti essent. Tum autem viri principes & lectissimi in stationes digesti erant, atqua decuriati recte atque ordine. pars munere stipantiū regem ipsum fungentes, eiq; famulantium: pars custodes circa septa regiæ appositi (ianitores emissariosque appellabant) cum interim rex ipse qui idem dominus Deusque vocitabatur, omnia & videret, & audiret. Ab his item erant alii vectigalium quæstores obuentionumq; constituti: alii duces tum bellici, tum venatores: alii coactores munerarii: alii denique munerum reliquorum curatores, prout vsus ratioque administrandarum rerum ferebat. Tum autem vniuersum Asiæ imperium, Hellesponto quidem ab occidentis partibus terminatum, India autem ab orientis regunt pro potestate prætores, præfecti, & reguli, serui regis ipsius, qui magnus appellatur. Cursores etiam, exploratoresque, statores, & custodes stationarii, & denique specularii excubitores. Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descri-
B ptæ collocationis ratio tam, rato ordine vice, munerum constitutæ: & præsertim eorum qui ignes ædere prænuncios, & tollere e speculis soliti sunt, deinceps in aliam, illi quidem ex alia dantes accipientesq; signum in orbem, abusque finibus imperii adusq; Susa & Ecbatana, quicquid rerū nouarum quisquam in Asia moliretur aut inceptaret, rex vt ipse vno die rescisceret. Atqui statuere nos oportet magni ipsius regis fastigium, præut quidem est Dei eminentia, qui pro potestate mundum tanquam prouinciam obtinet, tam esse infimum, quā esse summum hoc ipsum regis fastigium, si cum animante quodam vilissimo, atque infirmissimo componeretur. Quapropter si è dignitate regis haud quaquam esset, Xersem functione propria administrare omnia & absoluere, quæcunque facta cuperet, ne ipsum quidē operibus faciendis instantem curatoris operum officio perfungi: longe id nimirum minus Deo conuenit. Quare augustius id decentiusq; existimandū est, Deum summo in loco ita esse collocatum, numinis
C vt tamen eius vis per vniuersum mundum pertinent, tum Solem Lunamque moueat, tum cœlum omne circumagat: simulq; causam præbeat eorum quæ in terra sunt, salutis incolumitatis. Neque vero illi ipsi itidem vt principibus mortalium, opus est aut artificiosa mollitione, aut alieno ministerio, quando ii propria infirmitate præditi operarum decurias rebus conficiendis, & numerosas manus adhibent. Illud autem diuinitati maxime consentaneum, vt formas rerum omnium citra difficultatem simplicique motu absoluat: non secus atque illi machinatores solent, qui instrumento vno demittendo, multos & varios affectus ædunt: aut vt illi prestigiatores facient, νευροσπάσται ob id appellant, quod imagunculas animatas esse fidiculis ductitandis ementiuntur. Qui cum funiculum ipsi aut neruum adduxerunt, cieri ceruicem & manum, quasi animantis simulachri, humerumq; itidem, & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra, idque

quadam cum venustate atq; æquabilitate motus. Hoc igitur modo natura diuina ab vna eodemq; simplici motu primo vim suam immittit in ea, quæ sunt primo continentia, ab illisq; subinde in ea quę longius atq; longius absunt, quoad permeauerit per vniuersa. Quippe alterum ab altero motum rursus ipsum quoque aliud mouet cum mundo: cùm vnumquodque interit agat conuenienter constitutioni suæ, nec tamen eadem sit via omnibus, sed diuersa, nonnullis etiam contraria: tamet si primus illis velut ad concentum, atque æquabilitatem auspicatus, natura sit comparatus ad vnum motum: similiter atque si quis ex eodem vase simul iaciat globum, tesseram, turbinem & columellam, nempe vnumquodque eorum accommodate suæ formæ mouebitur: aut si quis animal vnum aquatile, aliudq; terrestre, & aliud volucre è sinu suo emittat. Planum est enim, q natatile eò prosiliens enatauerit, vbi ei commodum est victare: terrestre ad suas sedes, pascuamque sua erepserit: at aerium è terra sublime raptum euolauerit, vna vtiq; eademque prima causa propriam eorũ vnicuiq; aptitudinem reddente. Eademq; ratio est in mundo. Squidē ab vna cœli vniuersi conuersione, quæ die noctuq; finitur, aliæ atque aliæ permeationes fiunt. Cumq; vno omnia coerceantur globo, pars tamen celerius, pars mouetur tardius: nimirum interuallorum longitudine, & singulorum opificio eam differentiam efficiente. Et Luna quidem mense suum peragit orbem. augescens vicissim, imminutaq; & tabescens. Sol anni spatio suum orbem metitur: & qui eum ęquat cursu, Lucifer, & Mercurius. Pyrois spatio altero tanto maiore. Iouis stella spatio Pyroentis sexcuplici. Vltima Saturni quæ dicitur tempore sesquipeo maiore quàm quantum est id quo circumagitur illa quæ infra ipsam est proxime. Qui vero ex omnibus concentus existit consonantibus in cœlo, chorumque conficientibus, vt ex vno ille quidem oritur, ita in vnum desinit. Vniuersumq; ipsum cómodius κόσμον nomaueris, id est compagem rerum compositam, concinnoq; ordine digestam, quam ἀκοσμίαν, id est congeriem confusam & inconditam. Quemadmodum porrò fit in choro, vt auspicanti præsuli, aut præcentori accinat omnis chorus è viris interdum fœminisq; compositus, qui diuersis ipsi vocibus, grauibus scilicet, & acutis concentum attemperant: eandem ipsi rationē statuimus & in Deo, qui vniuersum mundum moderatur & regit. Et sidera enim semper & vniuersum ipsum cœlum eos ad numeros mouentur, quos Deus sursum quasi auspicando præcinendoq; emodulatur: quem a similitudini sanè congrua κορυφαῖον mundi recte appellaueris, quasi præsultorē ipsum huiusque chori magistrum. Geminis autem itineribus Sol ingreditur lumine suo cuncta quoquo versus collustrans: diem noctemq; altero itinere disterminans, ortu suo scilicet & ocasu, altero quatuor anni tempora secum ductitans, vltro citroq; per cœlum pereptando nunc acquilonius ipse, nunc austrinus. Quid dicam pluuias tempestiuę

A ſtiue exiſtentes, ventos, & rores, omneſque permotiones, quæ in aere eueniunt à principe rerum cauſa, atque primordiali? Adde fluminũ lapſus, maris æſtus intumeſcenteis, enaſcentium arborum incrementa, frugum maturitates, fœturas animalium: denique vegetationes rerum omnium adoleſcentium primum, deinde tabeſcentium: eodem accedentibus cauſis (vt dictum eſt) a conſtitutionibus ſingulis rerum atque opificiis. Itaque ille omnium princeps parenſque animi tantum ſenſu ſpectabilis, ſimul ac ſignum naturis dedit inter cœlum terramque vehentibus, earum vnaquæque in orbibus ſuis iugi motu cietur, atque inter ſuos limites, alternis conditis atq; apparens, ſexcentas illa formas eodem a principio exhibens, viciſsimque ſubducens. Quod vero in hiſce rebus agitur, magnopere ſimile eſt iis, quæ belli tempore inter homines factitantur. Nanque ſtatim vt claſſicum exaudiri in exercitu cœptum eſt, alios ipſe videas, ſcuta ſibi aptantes, loricam alios inducentes, alior ocream vel galeam ſumere, vel B balteo ſe cingere feſtinanteis. Rurſus videas qui frenatos equos admittant, alios qui currus conſcendant, qui deniq; teſſaram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor ad manipulum, centurio currit ad centuriam. Poſtremo equites ad cornu, velites ad ſtationem quiſque ſuam feſtinat. Cùm interim ſub vno ductore omnia moueantur, qui imperia & ipſe ſignificanda accepit ab eo, apud quem ſumma eſt imperii, eodem nos & ipſos modo cenſere conuenit de Vniuerſo. Cùm enim ab vna vi impultrice cieantur omnia, fit vtique quod cuique commodum eſt, & conueniens. Nec vero ſi ea vis ipſa, nec cerni ab hominibus, nec apparere poteſt quoquo pacto id obſtat, aut illi ad ea, quæ diximus agenda, aut nobis ad finem hiſce rebus accommodandam. Nam & anima ipſa, qua viuimus, qua vrbes, qua domus habitamus, cùm haudquaquam ſub aſpectũ noſtrum ſita ſit, operibus tamen ipſi videtur. Omniſque vitæ cultus nitorque vtque ab ea inuentus eſt, & deſcriptus, ita ex ea tenorem ſuum ſeruat. Ter- C ræ cultura & conſitio, artium excogitationes, vſus legum reipublicæ recte atque ordine conſtitutæ ratio, adminiſtrationes ciuiles, bellum extra fines patriæ, & rurſus pax in ea. Proinde hęc etiam de Deo ſentienda nobis ſunt: illo quidem, ſi vim ſpectes, valentiſsimo, ſi decorem, formoſiſsimo, ſi vitam immortali: denique ſi virtutem, præſtantiſsimo. Quapropter cùm ſit inconſpicabilis naturæ omni interiture, ipſis nihilo ſecius ipſe cernitur ab operibus. Atque ea quidem, quę in aere fiunt quoquo modo affecto, quæ in terra, quæ in aqua, ea certe Dei opera eſſe merito dixerimus: Dei inquam opera, cum imperio ſummo mundum ac pro poteſtate obtinentis. Ex quo Deo, vt inquit Empedocles phyſicus:

Elegatus ſimile.

Omnia quotquot erunt, quot ſunt præſentia, quoq;
Orta fuere ante hac, ſtirpes, hominesq;, feræq;,

Inde etiam volucres, pisceſque humoris alumni. D

Enimuero non tam abſurda quam puſilla comparatio (vt opinor) fuerit, ſi mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operibus fornicatis, ſorficis in modū diſpāſi conformati, ſtructura ſeſe interſecante, vmbilici vocantur. Etenim ii lapides in medio collocati qua parte ſcilicet vtroque verſus ſtructura arcuata pendatur, quaſiq; oneri cedit: in cohærentia continent, atque in conſtructione ordinata totam formam operis, immobilemque aſſeruant. Fama eſt etiam Phidiā illum ſtatuarium, cum Mineruam illam, quæ eſt in arce, coagmentaret, in medio eius ſecuto faciem ſuam expreſsiſſe, oculosq; fallenti in artificio ita deuinxiſſe ſimulachro, eximere inde vt ipſam ſi quis cuperet, minime poſſet: aliter quidem certe quā vt ipſum ſolueret ſimulachrū, opusq; eiuſmodi cōpactile confunderet. Hanc eādē igitur rationem Deus habet in mundo, vtpote qui vniuerſorum coagmentationem cohærentem cohibeat & coarctet, incolumitatemque vniuerſitatis conſeruet: niſi quatenus non medio ille loco, in terra ſcilicet, vbi turbida regio eſt: ſed in excelſo ſitus eſt, purus ipſe in puro loco. Quem locum tum οὐρανὸν ab origine vocis dicimus, quaſi terminum extimum ſupremorum corporum: tū etiam Olympum, vt vſquequaque lucidum, ab omni caligine ſecretum, motuque omni incondito, cuiuſmodi ſunt qui apud nos venti fiunt, & tempeſtates.

Phidię ſtatuarii in ſculpēda Minerua prę̄clarū artificium.

Id quod his verbis ſignificat Homerus:

Eſſe ſolum diuis ſubnixum ſemper olympum
Fama eſt, haud ventis tremefactū, haud imbribus
Ac procul a niuibus ſubductum: nubibus illinc(vdum,
Splendida ſummotis, candensque expanditur æthra.

Huius autem rei elogium eſt mortalium conſenſus, regionem mundi ſummam non dubie Deo tribuentium. Quam ob cauſam ipſi manus tollimus ſurſum inter vota concipienda. Qua ratione nec male illud quoq; ab eodem Poeta pronunciatum:

Cœlum ſorte tulit ſimul æthera Iuppiter altum.

Quinetiam quæ maxime eximia ſunt inter res ſenſu percæptas, eundem illa locum obtinent, vt ſidera, vt Sol & Luna. Vnde fit, vt cœleſtia concinno ordine digeſta, ſuas ipſa vices conſeruent perrennes & conſtituras, nullique obnoxias mutationi. longe illa ſecus atq; terrena: quæ ita natura comparata ſunt, ipſa in alias vt ex aliis affectiones tranſeāt, fieriq; identidem altera atque altera non reſpuant. Certe contigiſſe aliquando conſtat, vt terræmotus violentia terra ipſa multis in locis diſceſſerit, indeque hiatus extiterint: vt imbres vi maiore ruentes, diluuium in terram inuluerint: vt excurſiones vndarum receſſusq; tum continentes mari obruerint ſæpenumero, tum rurſus maris alueos adiecerint continentibus: vt vis flatuum & verticū oppida funditus diſturbarit: denique vt incendia atque inflammatio

A nes aliquæ superne delapsantes partes orbis exusserint versas ad orientem, vt Phaethontis tempore contigisse dicitur: quædam etiam vt e terra erumpentes veluti ex pirabundæ idem fecerint, vt cum crateres Aetnę abrupta terra patefacti conflagrationem emiserunt instar torrentis per terram grassabundam. Quo tempore qui e mortalium genere pietate erant imbuti, ii a numine diuino eximio honore ingentique affecti sunt. Siquidem iuuenes & robore valentes, cum parentes suos ętate iam confectos humeris sustulissent, igneo flumine iam iam opprimendi, in eo erant ipsi vt interirent: cum ecce flumē ipsum ita se scidit, vt huc & illuc diuersi fluctus digrederentur, iuuenesque intactos cum senibus transmitterent. Vt vero summatim iam loquamur, quod in naui gubernator ęst, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus est in mundo. Nisi si hactenus interest, B quòd labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt variæ: cum huic eloberata succedant omnia, omnis molestię expertia, citraque corporis infirmitatem: quippe cui in loco stabili, immotoq; collocato omnia mouere, & circumagere pro arbitratu liceat, quo libitū estcumque, & quomodo libitum est: idque diuersis in formis simul atque naturis. Id autem ratione simili facit ille atque lex ciuilis, quę immobilis ipsa existens in vtentium animis, regit omnia ad rēpublicam pertinentia. Et ciues quidem quasi eius asseclæ in medium prodeunt: qui autem principes vocantur ad prætorium se conferūt: legislatores ad propria tribunalia: senatores denique, & qui concionatores dicuntur ad consessus sibi contributos conueniunt. Rursus is in Prytaneum it, cui scilicet id datum est, in eo vt publico victu epuletur: alter rapitur ad iudicium, causam vt ibi dicat: in carcerem alius compingitur, vt supplicio afficiatur illic. Tum vero epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimasq; conueniunt. Iam vero agū- C tur dies festi, iam ludicra solennia: iam anniuersaria sacrificia fiūt diuis, heroesque ritu suo coluntur: postremo inferiæ mortuis inferuntur. Sic alia ab aliis facta vno vel imperio, vel legis vna authoritate, asseruant eum, qui obtemperat.

Crateres Aethnę patefacit.

Pietati prę mium apud Deum.

Lex ciuilis

Sic vrbis simul plena est vaporibus sacris,
Resonatq; cantibus piis, ac luctibus.

Hoc idem de vrbe quoq; maiore, de hoc in quam mundo existimare debemus. Deus enim nobis lex est, in omnem illa quidem partem ad æquilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem: quippe quæ potior sit illis lęgibus, & stabilior, quæ in tabulis perscriptæ sunt. Eius enim auspiciis perenniter, & compositæ præeuntis vniuersus hic cœli ordo regitur atq; administratur, numeros omnes concinnitatis habens: in omneis ipsę naturas partitus pro vniuersitate seminum, in ea quæ hęrent solo, atque in animantia,

quę etiam suis ipsa generibus formisque distincta sunt. Nam & vites fiunt, & palmæ, & perseæ, ficiq; dulces, & oliuæ (vt inquit poeta) Tum quæ fructus expertes, alios vsus præstant platani, pinus, buxi, alni, populus etiam nigra, & cupressus odorata. Tum quæ autūni tēpore fructum suauem fundunt, sed conditu difficilē, piri, punicæ, mali. At vero animantium aliæ feræ sunt, & alię cicures, tum in aere, tum humi, tum in aqua victitantes: oriunturq;, & inualescunt, & deinde intereunt, legibus obtemperantes diuinis, atq; cedentes. Omne enim reptile (vt inquit Heraclitus) terram depascitur atque possidet. Vnus porro Deus cum sit, pluribus nominibus appellatus est: ab iis vtique suis omnibus effectibus denominatus, quorum specimē edere ipse solet. Atque eum quidem ζῆνα tum δία vocant, inter se compositis vtentes nominibus, atque e regione collocatis, tanquā duabus his vocibus significare velint, per quem viuimus. Is Chrono, id est Saturno, & chrono, id est tempore ortus esse dicitur: nimirum ab æuo sempiterno ad alterum æuum pertinens. Vocatur & Fulgurator & Altitonans, & Aetherius, & Fulminator, & Pluuius: a pluuiis vtique, & fulminibus, aliisque operibus, e quibus vocabula ipsa deducta sunt. Quin & Frugipotens, & Custos vrbium vocitantur, & Natalitius, Septitius, Cortalis, Gentilitus, & Patrius videlicet a communione, quæ diuino ipsi numini iis cum rebus intercedit. Ad hæc Sodalitius, & Amicitiæ præses, tum Hospitalis, Castrensis, Trophæalis, Expiator, Sanguinarius, & Suplex, & Placabilis vt Poetæ loquuntur: deniq; Seruator dicitur, ac Assertor: & (vt semel omnia complectar) Cælestis, & Terrenus, ab omni natura, sorteque nomen adeptus vtpote qui omniū rerū author sit. Quā ob rē q̄ de ipso in Orphicis carminibus dicta sunt, haudquaquam perperam dicta sunt. Equidem Necessitatem ipsam etiam nihil aliud, quam Deum dici censuerim & intelligi: ἀνάγκη cuiex eo nomen est, quòd natura quædam sit immobilis. Eundemque εἱμαρμένην, id est fatum, dictum a serie rerum conserta, inoffensoque tenore procedente. Qđ alio nomine πεπρωμένην ideo appellauerunt, quòd ab eo omnia terminata sunt, ac nihil in rerum natura infinitum est. Quin & μοίρας, id est Sortem, appellatum eundem Deum a partitione rerum dixerim: & νέμεσιν, quasi potestatem diuinam, eius quod visum est cuiq; distributricem. ἀδραστείαν etiam, quasi causam quandam natura comparatam, quam fallere nemo queat, aut vitare. αἶσαν denique dictum, quasi semper existentem. Iam quod de Parcis & de fuso proditum est earum, eodem id etiam quodammodo pertinet. Siquidem tres Parcas prisci tria in tempora partiri sunt: filumque fusi partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixerunt. Earum vnam statuentes in eo, quod iam profligatum est: quam Atropon ideo nuncuparunt, quoniam ea quæ iam præteriere, retro-

Dei nomina plura.

Tres Parcę.

ſus agi nequeunt. At Lacheſis functio futuris deſtinata eſt. omnium enim quæ ſecundum naturam ſunt, ſors ſua quodq; manet. Præſentibus autem rebus aut inſtantibus Clothus opera attributa eſt, quę nexu vnicuique conficit, quod ſuum eſt. Hocquę fabulamentum recte atque ordine compoſitum eſt. proinde hæc omnia non aliud quicquam, quam Deum eſſe planum eſt, vt eximius Plato cenſuit. Enimuero Deus (vt eſt vetuſto verbo proditum) principium, & finem, & media rerum omnium tenēs, rectaq; linea incedens, operatur ille quidem ſecundum naturam, e veſtigio comitem habens iuſtitiæ præſidem, quam nominauerunt, diuinæ legis vindicem, ſimul vt quicquam ſanctionum eius prętermiſſum eſt. Cuius vt ſit particeps numinis iam inde oportet ab initio, qui ad vitam beatam euaſurus eſt, atque felicem.

Libri de Mundo

FINIS.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS.

QVESTIONES MECHANICAE,

Nicolao Leonico Thomæo interprete.

Quæ ſit artis Mechanicæ facultas.


MIraculo ſunt ea quidem, quæ natura contingunt, quorum ignorantur cauſæ: illa vero, quæ præter naturam, quę cunque ad hominum vtilitatem arte fiunt. In multis enim natura ei, quod nobis vſui eſſe poteſt, contrarium facit. natura etenim eundem ſemper habet modum, & ſimpliciter: vtile autem multifariam commutatur. Quando igitur quippiam præter naturam oportuerit facere, difficultate ſua hæſitationem præſtat, arteque indiget. quam ob rem eam artis partem, quæ huiuſmodi ſuccurrit difficultatibus, Mechanicam appellamus. Quem admodum enim Antipho ſcribit poeta, ſic ſe res habet: arte enim ſuperamus ea, a quibus natura vincimur. Huiuſmodi autem ſunt, in quibus & minora ſuperant maiora: & quæcunque momentum partium habentia, magna mouent pondera: & omnia fere illa. quæ mechanica nuncupamus problemata. Sunt autem hæc neque naturalibus omnino quęſtionibus eadem, neque ſeiugata valde: verum mathematicarũ contemplationum, naturaliumque communia.

De dignitatibus, admirandisq́; Circuli proprietatibus.

DE numero autem eorum, quæ hoc in genere dubitantur, illa esse dicuntur, quæ circa vectem fiunt. Absurdum enim esse videtur, magnum moueri pondus ab exigua virtute, cum pluri præsertim pondere. quod enim sine vecte quispiam mouere non potest, idipsum ponderis citius mouet, vectis ad illud pondus adiungens. Omnium autem huiusmodi causæ principium habet circulus. Istud vero ratione contingit: ex admirabili etenim mirandum accidere quippiam, non est absurdum. Maxime autem est admirandum simul contraria fieri. Circulus vero ex huiusmodi est constitutus. statim enim ex commoto effectus est, & manente, quorum natura ad se in
B uicem est contraria quam ob rem isthæc cernentes minus admirari conuenit contingentes in illo contrarietates. In primis enim lineæ illi, quæ circuli orbem amplectitur, nullam habenti latitudinem, contraria quodammodo inesse apparent, concauum scilicet, & curuum. hæc autem eo a se inuicem distant modo, quo magnum & paruum. illorum etenim medium est æquale: horum vero rectum. quapropter cum ad se inuicem commutantur, illa quidem prius æqualia fieri necesse est, quam extremorum vtrumlibet: lineam vero, rectam, quando ex curua concaua, aut ex huiusmodi rursum curua fit, & circularis. Vnum quidem igitur istuc absurdum inest circulo.


Alterum autem, quòd simul contrariis mouetur motionibus. simul enim ad anteriorem mouetur locum, & ad posteriorem. Et ea, quæ circulum describit, linea eodem se habet modo ex quo enim incipit loco illius extremum, ad eundem rursus redit. illa enim continuo commota, extremum rursus efficitur primum. quam ob rem
C manifestum, quòd inde mutatum est. quapropter (vt dictum est prius) non est inconueniens ipsum miraculorum omnium esse principium. Ea igitur, quæ circa libram fiunt, ad circulum referuntur: quæ vero circa vectem, ad ipsam libram: alia autem fere omnia, quæ circa mechanicas sunt motiones, ad vectem. Præterea etiam, quoniam vnica existente, quæ ex centro est, linea, nullum aliud alii, quæ in illa sunt punctorum æqua velocitate feratur, sed citius semper quod a manente termino est remotius, pleraque miraculorum accidunt in circuli motionibus: de quibus in iis, quæ post hac adducentur, quæstionibus erit manifestum. Quoniam autem secundum contrarias simul motiones mouetur circulus: & alterum quidem diametri extremum vbi A, in ante mouetur, alterum vero vbi B, ad retro: efficiunt nonnulli, vt ab vnica motione multi contrario simul moueantur circuli: quemadmodum sunt illi, quos in lo-

cis proponunt ſacris, æneos, & fereos fabricantes orbiculos. Si enim A B circulum alter contigerit circulus in quo C D; mota circuli in quo A B, diametro in ante, mouebitur C D ad retro, diametro circuli vbi eſt A, circa idem mota. In contrarium igitur mouebitur circulus vbi C D, ad illum vbi A B. & rurſus ipſe contiguum vbi E F, contrarium ſibiipſi mouebit propter eandem cauſam.



Eodem etiam modo ſi plures fuerint, idem facient, vno ſolo commoto. Hanc igitur in circulo exiſtentem animaduertentes naturam architecti, inſtrumentum frabicant, celantes principium, vt machinæ ſolum manifeſtum ſit illud, quod admirationē præſtat, cauſa vero lateat. In primis igitur, quæ accidunt circa librā, dubitare faciūt, quam nam ob cauſam exactiores minoribus maiores ſunt libræ. huius autem rei principium eſt, quam ob rem in ipſo circulo, quæ plus a centro diſtat linea, eadem vi commota citius fertur, quam illa quæ minus diſtat. Citius enim bifariam dicitur. ſiue enim in minori tempore æqualem pertranſit locum, citius feciſſe dicimus: ſeu in æquali maiorem. Maior autem in ęquali tempore maiorem deſcribit circulum. qui enim extra eſt, maior eo qui intus eſt. Horum autem cauſa, qm̄ duas fertur lationes ea, quę circulū deſcribit, linea. Quando quidem igitur in proportione fertur aliqua id, quod fertur, ſuper rectam ferri neceſſe: & hęc diameter efficitur figuræ, quā faciunt illę, quæ in huiuſmodi proportione coaptātur, lineę. Sit enim proportio ſecundum quā latum fertur, quā habet A B ad A C: & A quidem feratur verſus B, A B vero ſubterferatur verſus M C: latum autem ſit A quidem ad D, vbi autem eſt A B * verſus E: quoniam igitur lationis erat proportio quā A B habet ad A C, neceſſe eſt & ad A E hanc habere proportionē Simile igitur eſt proportione paruum quadrilaterum maiori: quam ob rem & eadem illorum eſt diameter: & A erit ad F.

*D




Eodem etiam oſtendetur modo, vbicūque latio deprehēdatur: ſemper.n. ſupra diametrū erit. Manifeſtum igitur, quòd id,

quod ſecundum diametrũ duabus fertur lationibus, neceſſario ſecundum laterum proportionem fertur. Si enim ſecundum aliam quampiam, non feretur ſecundum diametrum. Si autem in nulla feratur proportione ſecundum duas lationes nullo in tempore, rectam eſſe lationem eſt impoſsibile. Sit enim recta. Poſita igitur hac pro diametro, & circumrepletis lateribus, illud quod fertur, ſecundum laterum proportionem ferri neceſſe eſt: hoc enim demonſtratum eſt prius. non igitur rectam efficiet id, quod ſecundum nullam proportionem in nullo fertur tempore.* Si autem ſecundum quampiam feratur proportionem, & in tempore quopiam, hoc neceſſe eſt tempus rectam eſſe lationem, per ea quæ retro ſunt dicta. Quam ob rem circulare eſt id, quod ſecundum nullam propotionem nullo in tempore duas fertur lationes.


* Hoc vſq; ad id, per ea q̃ retro ſũt dicta, ideo aſterifco ſignaui, qm̃ nõ videtur philoſophi breuitati conuenire, fruſtra .n. replicat quod dictũ eſt ſupra, & īteriectę cuiſdam gloſſulę ſimile eſt, qualia in iis ipſis cõmẽtariis pleraq; alia eſſe animaduerti ꝑt.

Quòd quidem igitur ea, que circulum deſcribit, duas ſimul feratur lationes, manifeſtũ eſt cum ex his, tum quia ſecundum rectum latum ad perpendiculum peruenit, vt ſit rurſus ipſa a centro perpendiculũ. Sit circulus A B C D: extremũ autẽ vbi eſt B, feratur ad ipſum D: peruenit ſane aliquãdo ad ipſum C. Siquidem igitur in proportione feratur, quam habet B E, E C: fertur vtiq; ſecundum diametrũ vbi B C. nunc autem quoniã in nulla proportione, in circunferentia certe fertur vbi B E C.



Si autem duobus ab eadem potentia latis, hoc quidem plus repellatur, illud vero minus, rationi conſentaneum eſt tardius moueri quod plus repellitur, eo quod repellitur minus: quod videtur accidere maiori & minori illarum, quæ ex centro circulos deſcribunt. quoniam enim propius eſt manentis, eius quę minor eſt, extremum, quã id quod eſt maioris, veluti retractum in contrarium ad medium, tardius fertur minoris extremum. Omni quidem igitur circulum deſcribenti iſtuc accidit: ferturque eam quæ ſecundum naturam eſt lationem, ſecundum circunferentiam: illam vero præter naturam, in tranſuerſum, & ſecundum centrum. maiorem autem ſemper eam, quæ preter naturam eſt, ipſa minor fertur. quia enim centro eſt vicinior, quod retrahit, vincitur magis: Quòd aũt magis quod pręter naturã eſt mouetur ipſa minor, quã maior illarũ, quæ ex centro circulos deſcribunt, ex iis eſt manifaſtum. Sit circulus vibi B C D E: & alter in hod minor vbi M N O P, circa idẽ centrũ A: & proiiciantur diametri in magno quidẽ, in quibus, C D, B E, in minori vero ipſę M O, N P: & altera parte lõgius quadratũ ſuppleatĩ D K R C: ſi qui

dem A B circulum deſcribens ad id perueniet, vnde eſt egreſſa, ma- D nifeſtum eſt, quòd ad ipſam fertur A B. Similiter etiam A M ad ipſam A M perueniet. Tardius autem fertur A M, quam A B, quẽ admodum dictum eſt: quia maior fit repulſio, & magis retrahitur A M. Ducatur igitur ipſa A L F, & ab ipſo L perpendiculum ad ipſam A B, ipſa L Q in minore circulo: & rurſum ab L ducatur iuxta A B L S, & S T ad ipſam A B perpendiculum, & ipſa F X: ipſæ igitur vbi ſunt S T, & L Q, æquales: ipſa ergo B T minor ẽ, quam M Q. ęquales enim rectę lineæ in æqualibus coniectæ circulis perpendiculares diametro, minorem diametri reſecant ſectionẽ in maioribus circulis. eſt autem ipſa S T æqualis ipſi L Q. In quãto autem tempore ipſa A L ipſam M L lata eſt, in tanto temporis ſpatio in maioris circulo maiorem, quam ſit B S, latum erit extremũ ipſius B A.



* enim

Latio quidem * igitur ſecundum naturam æqualis: ea autem quæ præter naturam eſt minor, videlicet B T, quam M Q. Oportet autem proportionabiliter eſſe, ſicut quod eſt ſecundum naturam, ad id quod eſt ſecundum naturam, ita quod eſt pręter naturam, ad id quod eſt pręter naturam. maiorem igitur circunferentiam pertranſiuit, quam ſit ipſa S E. Neceſſe autem eſt ipſam F B in hoc tẽpore pertranſiſſe. hic enim erit, quãdo proportionabiliter vtrinque accidit quod eſt præter naturam, ad id quod eſt ſecundum naturam. Si igitur maius eſt quod eſt ſecundũ naturam in maiori, & quod eſt præter naturam, magis vtique hic co p incidet vno modo: ita quòd B ſit latum per ipſam B F in tanto tempore, in quo M punctum per ipſam M L. hic enim ſecundum naturam quidem ſigno B fit X F: eſt enim ab ipſo F perpendiculum: præter naturam vero ad ipſam X B. Eſt autem quemadmodum F X ad X B, ſic L Q ad M Q. manifeſtum autem, ſi coniunguntur ab ipſa B M ad F L. Si autem minor, aut maior, quam ſit F B, erit illa quam latum eſt B, non ſimiliter erit, neq; proportionabile in vtriſq; quod eſt ſecundum naturam, ad id quod eſt pręter naturam. Quam igitur ob cauſam ab eadem potentia celerius fertur id quod plus a centro diſtat punctum, ex iis quæ dicta ſunt, eſt manifeſtum.


Quæſtiones.

CVr autem maiores libræ exactiores ſunt minoribus, palam eſt ex iis. Spartum enim fit centrum: id nanque manet, quod aũt


libræ vtrinque est, exeuntes a centro. Ab eodem igitur pondere ci tius moueri necesse est extremum libræ, quo plus a sparto discesse rit. Et nonnulla quidem in paruis libris imposita non manifesta sen sui sunt pondera: in magnis autem manifesta. nihil enim prohibet minorem moueri magnitudinem, quam vt visioni sit manifesta. In magna autem libra idem pōdus visibile efficit magnitudo. Quædam vero manifesta quidem sunt in vtrisque, sed multo magis in maiori bus, quoniam multo maior inclinationis fit magnitudo ab eodem pondere in maioribus. Quam ob rem machinantur ii, qui purpu ram vendunt, vt pendendo defraudent, tum ad medium spartum non ponentes: tum plumbum in alterutram libræ partem infunden tes: aut ligni quod ad radicem vergebat, in eam quam de ferri vo lunt, partem constituentes: aut si nodum habuerit. ligni enim gra uior illa est pars; in qua est radix. nodus vero radix quędam est.

Cur siquidem sursum fuerit spartum, quando deorsum lato pon dere, quispiam id amouet, rursum ascendit libra: si autem deorsum constitutum fuerit, non ascendit sed manet? An quia sursum qui dem sparto existente, plus libræ extra perpendiculum fit: spartum enim est perpendiculum: quare necesse est deorsum ferri id quod plus est, donec ascendat quę bifariam libram diuidit, ad ipsum per pendiculum, tum onus incumbat ad libræ partem sursum raptam. Sit libra recta vbi B C, spartum autem A D. hoc igitur deorsum proiecto perpendiculum erit vbi A D M. Si igitur in ipso B pona tur onus, B quidem erit vbi E, C autem vbi H. quam ob rem ea quę bifariam libram secat, primo quidem erit D M ipsius perpen diculi: incumbente autem onere erit D C. quare libræ ipsius vbi E H, quod extra perpendiculum est A M, vbi est P Q, maius est dimidio. Si igitur amoueatur onus ab ipso E, necesse est deorsum ferri H. minus enim est ipsum E. Si quidem igitur sursum habue rit spartum, rursum propter hoc ascendit libra. 2


Exemplaria ciā hac in q̄stione ad eo sunt mendosa, pcipueq; in scda eius parte, vt vix ex eis sensus elici possit, ac cum diffi cultate rei ip si aptari va leant.



Si autem deorſum fuerit, id quod ſubſtat contrarium facit. plus enim A dimidio fit libræ, quę deorſum eſt pars, quàm quod perpendiculum ſecet. quapropter non aſcendit: eleuata enim pars leuior eſt. Sic libra recta vbi N C, perpendiculum autem K L M. bifariam igitur ſecatur K G. Impoſito autem onere in ipſo N. erit quidem N vbi O, ipſum autem G vbi R K L autem vbi L P. quare maius eſt K O, quàm L R, ipſo P K L. Et ablato igitur onere, neceſſe eſt manere incumbit enim ceu onus exceſſus medietatis eius vbi eſt F.




Cur exiguæ vires (quemadmodum à principio dictum eſt) recte magna mouent pondera, vectis inſuper onus accipientes? cùm facilius ſit minorem mouere grauitatem: minor autem eſt ſine vecte. An F quoniam ipſe vectis eſt in cauſa libra exiſtens, ſpartum inferne habens, in inæqualia diuiſa. hypomochlion enim eſt ſpartum. ambo nanque ſtant, vt centrum. quoniam autem ab æquali pondere celerius mouetur maior earum, quæ a centro ſunt: duo vero pondera quod mouet: & quod mouetur: quod igitur motum pondus ad mouens, longitudo patitur ad longitudinem. ſemper autē quanto ab hypomochlio diſtabit magis, tanto facilius mouebit. Cauſa autem eſt, quæ retro commemorata eſt: quoniam quę plus a centro diſtat, maiorem deſcribit circulum. quare ab eadem potentia plus ſeparabitur mouens illud, quod plus ab hypomochlion diſtabit. Sit vectis vbi A B, pondus vbi C, quod mouet autem vbi D, hymopochlion vbi E. quod autem vbi eſt D mouens, vbi F. motum autem vbi C, pondus, vbi G.




Cur ii qui in nauis medio ſunt remiges, maxime nauem mouent? 4
An quia remus vectis eſt: hypomochlion autem fit ſcalmus, ſtat enim ille: pondus vero mare eſt, quod propellit remus: vectem autem mouens ipſe eſt remex. Semper autem plus mouet ponderis, quanto magis ab hypomochlio diſtabit, quicunque id mouet. maior enim ita fit, quæ ex centro. ſcalmus aûtem hypomochlion exiſtens, centrum eſt. In medio autem nauis plurimum remi intus eſt: illa enim parte latiſsima eſt nauis: quare maior vtrinque nauis parietem intrinſecus eſt. Mouetur autem nauis, quoniam appellente ad mare remo, extremum illius quod intus eſt, in ante promouetur. nauem vero ſcalmo alligatam ſimul promoueri contingit, quo remi extremum. vbi enim plurimum maris diuidit remus, eo maxime propelli neceſſe eſt. plurimum autem diuidit, vbi pars plurima remi à ſcalmo eſt. Et eam ob causam remiges, qui in media ſunt naui, mouent illam maxime. maxima enim remi pars a ſcalmo in nauis medio intus eſt.

Cur paruum exiſtens gubernaculum, & in extremo nauigio tantas habet vires, vt ab exiguo temone, & ab hominis vnius viribus alioquin modice vtentis; magnæ nauigiorum moueantur moles? 5
An quoniam gubernaculum vectis eſt: onus autem mare: gubernator vero mouens. Non autem ſecundum latitudinem, veluti remus, mare accipit gubernaculum. non enim in ante nauigium mouet, ſed ipſum cõmotum mare accipiens inclinat oblique. quoniam enim pondus eſt mare, contrario innixũ modo nauem inclinat. hypomochlion enim in contrarium verſatur: mare vero interius, ſi illud exterius. illud autem ſequitur nauis, quoniam illi eſt alligata. Et remus quidem ſecundũ latitudinem onus propellens, & ab eodem repulſus, in rectũ propellit gubernaculum autem, vt obliquum iacet, hinc inde in obliquum motionem facit. In extremo autem, & non in medio iacet quoniã mouenti facillimum eſt ab extremo motũ mouere. Prima. n. pars celerrime fertur: quoniã queadmodũ in iis quę feruntur, in fine deficit latio, ſic ipſius cõtinui in fine imbecilliſsima ẽ latio, ĩbecilliſsima aũt

ad expellendum est facile. Propter hęc igitur in puppi gubernaculum ponitur. Nec minus, quoniam parua ibi motione facta, multo maius interuallum fit in vltimo. quia ęquali angulus semper maiorē spectat: tantoq; magis, fuerint illæ, quæ continent. Ex iis etiam manifestum est, quam ob causam magis in contrarium procedit nauigium, quam remi ipsius palmula. eadem enim magnitudinem iisdem mota viribus, in aere plus, quàm in aqua progreditur. Sit enim AB remus, G vero scalmus: A autem in nauigio sit remi principium, B vero in mari palmula. Si igitur A vbi D translatum est, non erit B vbi E: æqnalis enim B E ipsi A D. æquale igitur translatum. erit igitur vbi est F. minor enim B F, ipsa D G. quare ipsa G F, similes enim sunt trianguli. Stans autē erit medium vbi est C in contrariū enim ipsi, quod in mari est, extremo videlicet B procedit, vbi extremū in nauigio est A. Nō procederet autem vbi est D, nisi commoueretur nauigium, & eò transferretur, vbi remi est principium. Id ipsum etiam facit gubernaculum, nisi quòd (vt dictum est retro) nihil nauigio ad id, quod in ante est, confert, sed solum puppim in obliquum pellit, vbicunq; fuerit. in contrarium enim eo modo vergit prora. Vbi igitur applicatum est gubernaculum, id oportet rei motæ, ceu quoddam intelligere medium: & quemadmodum scalmus remo. Medium autem procedit secundū quòd gubernaculum transfertur. siquidem introrsus agit, & puppis eò transfertur. prora vero ad contrarium vergit. in eodem enim existente prora, totum transfertur nauigium.






6 Cur quanto antenna sublimior fuerit, iisdem velis, & vēto eodem celerius feruntur nauigia? An quia malus quidem fit vectis: hypomochlion vero mali sedes, in qua collocatūr: pondus autem, quod moueri debet ip-

D A sum nauigium: mouens vero is, qui vela tendit, spiritus. Si igitur quanto remotius fuerit hypomochlion, facilius eadē potentia & citius idem mouet pondus, altius certe sublata antenna, velum à mali sede, quæ hypomochlion est, remotius faciens, id efficiet.

Cur quando ex puppi nauigare voluerint, non flante ex puppi vento, veli quidem partem, quæ ad gubernatorem vergit, constringunt: illam vero quæ proram versus est, pedem faciente relaxant? An quia retrahere quidem multo existente vento gubernaculum non potest: pauco autem potest, quem constringunt. Propellit quidem igitur ipse ventus: in puppim vero illum constituit, gubernaculum retrhahēs, & mare compellens: simul & nautæ ipsi cum vento contendunt: in cōtrariam enim se reclinant partem. 7

Cum ex figurarum genere, quæcunque rotundæ sunt & circinatæ, facilius mouentur? Trifariam autem circulum rotati contingit. aut enim secundum absidem centro simul moto, quemadmodum palustri vertitur rota: aut circa manens centrum, veluti trochileæ stante centro: aut in pauimento manente centro, sicut figuli rota conuertitur. An celerrima quidem huiusmodi sunt, quoniam parua sui parte planum contingunt, veluti circulus secundum punctum: & quoniam nō offensant. à terra enim semotus est angulus. Præterea etiam cui obuiam fiunt copori, id rursum secundum, pusillum tangunt. si autem rectilineum esset, rectitudine sua multum plani contingeret. Ad hæc quo nutat pondus, eò motor mouet. cum igitur ad rectum super plano circuli fuerit fuerit diameter, planum secundum punctum contingere circulo ęquale vtrinque podus disterminat diameter. cùm autem mouetur, plus illico, ad quod mouetur ceu inde nutans, ab impellente facilius in ante mouetur. quò enim vnumquodque vergit, mouetur ex facili; siquidem difficulter ad contrarium nutus sui mouetur modum. Propterea nonnulli autumant quòd circuli linea in perpeti versatur motu, quemadmodum manentia propter contrarium nixum manent: sicut maioribus contingit circulis ad minores. Celerius enim ab æquali mouentur potentia maiores circuli, mouentq; onera, quoniam circuli maioris angulus ad minoris angulum circuli notum habet quendam: & sicut diameter ad diametrum, ita maior circulus ad minorem. infiniti autem sunt minorem. infiniti autem sunt minores. Si autem ad alterum nutum habet circulus, similiter est bene mobilis. Et aliam sanè habet inclinationem circulus, & ea quæ à circulo mouentur, licet planitiem absidie non contingat, sed aut iuxta planitiem, aut veluti trocleæ. etenim hoc se haben- 8



B F C

tes modo facillime mouentur, & onera commouent. An non quia par D ua sui portione cùm tangit, tū offensat circulus: sed aliam ob causam ea autem est, quæ dicta est prius, ꝙ circulus scilicet ex duabus effectus est lationibus: quam ob rem illarum alteram pro notu semper habet, & veluti continuo motum illum mouent, quicunque mouent, quando sec ndum circunferentiam illum mouerint: latam enim ipsam mouent. Eam quidem igitur, quæ in obliquum est motionem, ipsum impellit mouens: secundum vero illam, quæ super diametrum est, seipsum mouet circulus.


9 Cur ea, quæ per maiores circulos tolluntur & trahuntur, facilius & citius moueri contingit, veluti maioribus trochleis quam minoribus, & scytalis similiter? An quoniam quanto maior fuerit illa quæ à centro est, in æquali tempore maius mouetur spatium. Quam ob rem ęquali inexistente onere, idem faciet: quemadmodum diximus & maiores libras minoribus exactiores esse. spartum enim in illis centrum est: libræ autem vtrinq; partes, quæ ex centro sunt, existunt. E

10 Cur facilius quando sine pondere est, mouetur libra, quàm cum pondus habet? Similique modo rota, & huiusmodi quippiam, quod grauius quidem est, maius autem minore & leuiore? An quia non solum in contrarium quod graue est, sed in obliquum etiam difficulter mouetur. In contrarium enim ei, ad quod vergit onus, mouere difficile est: quò autem vergit, est facile. in obliquum autem haud quaquam vergit.

11 Cum super scytalas facilius portantur onera, quàm super currus, cùm tamen ii magnas habeant rotas, ille vero pusillas? An quoniam in scytalis nulla est offensatio, in curribus autem axis est, ad quem offensant. desuper enim illum præmunt, & lateribus. quod autem est in scytalis, ad isthæc duo mouetur, & inferne substrato spatio, & onere superimposito. in vtrisque enim iis reuoluitur locis circulus, & motus impellitur. F

12 Cur longius feruntur misilia funda, quàm manu missa: cùm alioquin proiector manu magis pondus comprehendat. quàm cùm illud suspendit? Præterea sic quidem duo mouet pondera, fundæ videlicet, & misilis: illo autem modo solum misile. An quia in funda quidē cōmotum misile funditor proiicit: fundam enim circulo subinde rotans, id iaculatur: ex manu autem à quiete est initium: omnia autem cùm in motu sunt, quàm cùm quiscunt, facilius mouentur. An & eam ob causam est. sed nec minus etiam, quia in fundæ vsu manus quidem fit centrum; funda vero, quod a centro exit. quanto autem productius fuerit id, quod a centro est, tanto citius mouetur. iactus autem qui manu, fit fundæ respectu breuis est.

13 Cur circa idem iugum maiores collopes facilius, quā minores mouentur? & item suculæ, quæ graciliores sunt, ab eadem vi, quam crassiores?



An quia ſucula quidem, & iugum centrum eſt: prominentes autem lō gitudines eę, quæ ſunt a centro Celerius autem & plus mouentur quę maiorum ſunt circulorum ab eadem vi, quam quæ minorum. ab eadem enim vi plus transfertur id extremum, quod longius a centro diſtat. Quam ob rem ad iugum quidem inſtrumenta faciunt collopas, quibus facilius verſant: in gracilibus autem ſuculis plus fit id, quod extra lignum eſt. hoc autem id efficitur, quod a centro exit.


Cur eiuſdem magnitudinis lignum facilius genu frangitur, ſi quiſ 14
piam ęque deductis manibus extrema comprehendes fregerit, quàm ſi iuxta genu: & ſi terrę illud applicans pede ſuperimpoſito, manu longe deducta confregerit, quam prope? An quia ibi quidem genu centrum eſt, hic vero ipſe pes. quanto autem remotius a centro fuerit, facilius mouetur quodcunque. moueri autem quod frangitur, neceſſe eſt.

Cur eæ quæ circa littora appellantur Crocæ, rotunda ſunt figura, 15
cum alioquin a principio ex magnis ſint lapidibus, oſtreis ue. An quia ea, quæ plus recedunt a medio in motionibus, feruntur celerius medium enim fit centrum: interuallum vero ea, quæ a centro. Semper autem maior ab æquali motione maiorem deſcribit circulum: quod autem maius in æquali pertranſit tempore, celerius fertur: quæ autem celerius ex æquali feruntur ſpatio, vehementius impetũt: quæ autem magis impetunt, impetuntur & magis. quam ob rem ea quæ plus a medio diſtant, confringi neceſſe eſt. id autem cum patiantur, rotunda fieri eſt neceſſarium. Crocis autem propter maris motum, quoniam ſimul cum illo agitantur, in perpeti eſſe accidit motione, eoque verſatas modo ſemper offenſare. id autem ipſis maxime extremis contingere partibus eſt neceſſe.

Cur quanto longiora ſunt ligna, tanto imbecilliora fiunt: & ſi tol- 16
lantur, inflectuntur magis: tametſi quod breue quidem eſt, ceu bicu-


bitum, fuerit tenue: quod vero cubitorum centum, crassum? An quia D
& vectis, & onus, & hypomochlion in leuando ipsa fit ligni proceritas: prior nanque illius pars ceu hypomochlion fit, quod vero in extremo est, pondus. quam ob rem quanto extensius fuerit id, quod ab hymochlio est, tanto inflecti necesse est magis. quo enim plus ab hymochlio distat, eo magis incuruari necesse est. necessario igitur extrema vectis eleuantur. Si igitur flexilis fuerit vectis, ipsum inflecti magis cum extollitur necesse est: quod longis accidit lignis: in breuibus autem quod vltimum est, quiescenti hypomochlio depro pe fit.

17 Cur a paruo existente cuneo magna scinduntur pondera, & corporum moles, validaq; fit impresio? An quia cuneus duo sunt vectes sibi inuicem contrarii vterque autem & pondus habet, & hypomohclion, quod diuellit, & comprimit. Plagæ quinetiam ipsius latio pondus, quod percutit & mouet, magnum facit: & quoniam motum mouet, ipsa celeritate valentius fit. paruo existente vecte, ma- E
gnæ illum consequuntur vires: quam ob rem vltra magnitudinis decentiam latet mouens, Sit cuneus vbi A B C, quod vero cuneo scinditur, D E F G. vectis igitur fit ipsa A B, pondus vero ipsius B inferior pars, hypomochlion autem D G, huic autem contrarius vectis B C. percussa igitur A C, vtroque illorum vtitur vecte: scindit enim ipsum B.



F


28 Cur si quispiam trochleas componens duas in tignis duobus ad se inuicem iunctis contrario ad trochleas modo circulo funem circumduxerit, cuius alterum quidem caput tignorum appendatur alteri alterum vero trochleis sit innixum, et a funis initio trahere cæperit, magna trahit pódera, licet imbecilium fuerit virium.



An quia idē pondus a minori potentia si mouetur, vecte medio transfertur magis, quam a manu: trochlea autem idem vecti facit. quam ob rem si vna facilius trahet, & ab vnico tractu multo grauius trahet, qua facere posśit manus, idipsum duæ trochleæ plus quam in dupla velocitate leuabunt. Minus enim altera trahit, quam si ipsa per se ipsam traheret, quādo circa alteram iniectus fuerit funis: illa nanque minus etiam pondus effecit. Parique modo si ad plures iniectus fuerit funis in paucis trochleis, multa sit differentia. quam ob rem a prima pondere quatuor minas trahente, ab vltima trahi multo minus. Et in re ædificatoria faciliter magna mouent pondera. traducunt.n. ab vna trochlea ad aliam, & rursus ab illa ad suculas, & vectes. hoc autem idem est, ac si multes facerent trochleas.


Cur si quis super lignum magnam imponat securim, desuperq; il- 19
li magnū adiiciat pōdus, ligni quippiā qđ curādū sit nō diuidit: si vero securim extollēs pcuciat, illud scindit, cū alioquin multo minus habeat pōderis id qđ pcutit, q̄ id qđ supiacet, & premit? An quia oia cū motu fiūt: & graue ipsū grauitatis magis assumit motū dū mouetur, q̄ dū quiescit. Incūbēs igitur cōnatā graui motionē nō mouetur; motū vero & scđm hanc mouetur, & scđm eā quę est percutientis. Pręterea securis ipsa efficitur cuneus, paruus aūt existēs cuneus magna diuidit, cū ex duobus sit vectibus cōtrario ad seseinuicē mō cōstitutis.

Cur statera, qua carnes ponderantur, paruo appendiculo magna trutinat onera, cum alioquin tota dimidiata existat libra vni.n. onus imponitur, solū suspēditur lāx: in altera vero parte, sola est statera.




An quia ſimul libram & vectem ipſam contingit eſſe ſtateram, librā quidem, vbi ſpartorum quodcunque ſtateræ fit centrum: in altera enim parte lancem, in altera autem pro lance æquipondii appendiculum habet, quod libræ incumbit, ceu ſi quis alteram apponeret lancem, & illi pondus imponeret. manifeſtum enim quòd tantundem trahit ponderis ei quod in altera iacet lance. Quemadmodum autē ſi vna libra multæ ſint libræ, ſic talia inſunt ſparta multa in eiuſmodi libra: quorum vniuſcuiuſq; quod intrinſecus eſt ac appendiculum, ſtateræ eſt dimidium. & omnino iſtuc libra eſt, vnam quidem habens lancem, in qua pondus appenditur: alteram vero, vbi in ſtatera æquipondium. Quam ob rem appendiculum ad alteram ſui partem eſt ſtatera. huiuſmodi autem exiſtens multæ ſunt libræ: totq;, quot fuerint ſparta. Semper autem quod lanci propinquius eſt ſpartum, appenſoque oneri, maius trahit pondus: quoniam fit quidem omnis ſtatera inuerſus vectis, hypomochlió nanque vnumquodq; ſpartum ſuperne exiſtens: pondus vero id, quod lanci ineſt. Quanto autem productior vectis fuerit longitudo ab ipſo hypomochlio, tanto ibi quidem facilius mouet: hic aūt æquilibrium facit, pondusq; ſtateræ trutrinat, quod ad æquipondii vergit appendiculum.

21 Cur Medici facilius dentes extrahunt dentiforcipis onere adiecto, quam ſi ſola vtantur manu? An quia ex manu magis quā ex dētiforcipe lubricus elabitur dens. An ferro id potius accidit, quam digitis, quoniam vndiq; dentem non comprehendunt quod mollis digitorū facit caro: adhæret enim, & cōplectitur magis. An quia dentiforceps duo contrarii vectes vnicum habentes hymopochlion, eius ſcilicet inſtrumenti connexionem.




Hoc igitur ad extractionem vtuntur organo, vt facilius moueant. Sit dentiforcipis alterum autem quidem extremū vbi eſt A alterum autem quod extrahit, B. vectis autem vbi A D F: alter vero vectis vbi B C E. hymochlion autem C G D: connexio vero vbi G: dens autem pondus. Vtroque igitur B & F ſimul comprehentes mouent. quando autem commotus fuerit, facilius manu trahitur, quam inſtrumento.

D Cur nuces abſq; ictu facile confringunt inſtrumentis, quæ ad eum 22
fiunt vſum? multum enim auſertur virium, motionis ſcilicet, & vio
lentiæ. Præterea duro & graui comprimens inſtrumento citius con
fringet, quam ligneo & leui. An quia ſic vtrinque a duobus compri
mitur vectibus ipſa nux: a vecte autem facile diuelluntur onera. id
enim inſtrumentum ex duobus ccomponuntur vectibus, idem haben
tibus hypomochlion, connexionẽ videlicet ipſum vbi eſt A. Quẽad
modum igitur fuere diductę ſecundum extrema motis C D ipſæ F
E, ſic a parua faciliter potentia conducuntur. Quod igitur cum per-
cuſsione feciſſet pondus, id va
lentiores illa E C, & F D ve-
ctes efficiunt. eleuatione enim
in contrarium elati & compri-
mentes, fragunt vbi eſt K. Hãc
etiam ob cauſam quanto vici-



B nus fuerit K ipſum A, confringitur celerius. quanto .n. ab hypomo-
chlio plus diſtat vectis, facilius & plus mouet ab eadem potentia.
Eſt igitur A quidem hypomochlion: ipſa autem D A F vectis: & itẽ
ipſa C A E, Quãto igitur ipſum K vicinius fuerit angulo ipſius A, tã
to vicinius fit cõnexioni vbi eſt A. hoc autem eſt hypomochlion. Ab
eadem igitur potentia applicante F E plus extolli neceſſe eſt. Quam
ob rem quoniam ex contrario eſt eleuatio, neceſſe eſt magis compri 23
mi: quod autem comprimitur magis, citius frangitur.


Cur ſi duo extrema in rhombo puncta duabus ferantur lationi-
bus, haudquaquam æquale vtrunque eorum pertranſit rectam, ſed
multo plus alterum? Idem autem eſt ſer
mo, cur quod ſuper latus fertur, minus
pertranſit, quam ipſum latus. illud enim
C diametrum minorem, hoc vero maius la-
tus. & hoc quidem vnica, illud vero dua-
bus fertur lationibus. Feratur enim ex ip
ſa A B, A quidem ad ipſum B, B vero ad
ipſum D eadem celeritate. feratur autẽ &
ipſa A B in ipſa A C iuxta C D eadem cẽ
leritate cũ illis neceſſe igitur eſt A quidẽ
in ipſa A D diametro ferri, B vero ĩ ipſa B
C & vtrãq; ſimul ꝑtrãſiſſe, & ipſam A B
ipſum latus A C. latũ.n. ſit ipsũ A ipſã A
E, A B aũt ipsã A F, & ꝓiecta ſit F G iux-
ta ipſum A B, & ab ipſo E ſimiliter replea-
tur. Simile ihitur fit qđ repletũ eſt ipſi to-
ti. æqualis igitur A F ipſi A E. ipſa aũt A
B ipsã A F lata erit. ĩ diametro igitur erit
ſcđm K. & ſemper neceſſe eſt ipſum ferri



ſecundum diametrum ; & ſimul A B latus pertranſit latus A C, & D ipſum A diametrum pertranſit A D. Similiter etiam demonſtrabitur & ipſum B in ipſa B c diametro latum. æqualis enim eſt ipſa B E ipſi B G. Repleto igitur ab ipſo G, quod intus eſt, toti eſt ſimile: & ipſum B in ipſa diametro erit ſecundum laterum conuexionem. Et ſimul latus pertranſit latus, & B ipſum B c diametrum. Simul igitur A multo plus ipſa A B pertranſit: & ipſum latus, minus latus eadem lata celeritate & ipſum latus maiorem, quam B, pertranſiuit vna latum latione. Quanto.n.acutior fuerit rhõbus, diameter quidem minor fit, A C autem maior: latus vero ipſius B C minus. Abſurdum eſt enim (vt dictum) id quod duabus fertur lationibus, aliquando ferri tardius illo, quod fertur vnica: & vtriſque poſitis æquali velocitate punctis, alterum pertranſire maiorem. Cauſa autem eſt, quoniam ei quod ab obtuſo fertur angulo, ambę fere contrariæ fiunt lationes, & illa ſecundum quam ipſum fertur, & illa ſecundum quam ipſum a latere defertur. Ei autem quod ab acuto fertur, accidit ut ad idē feratur, coadiuuant enim quæ ipſius eſt lateris, illam quę eſt ſuper diametrũ, & quanto hunc quidem acutiorem feceris, illum vero obtuoſum magis: hæc quidem tardior erit, illa vero celerior. Hæ quidem igitur magis contrariæ fiunt, quoniam obtuſior ut angulus. illæ vero ad idem magis, quoniam lineæ coarctantur: ipſum enim A fere ad idem fertur ſecundum ambas lationes. Coadiuuatur igitur altera: & quanto ſane acutior fuerit angulus, tanto magis ipſum A ad contrarium. ipſum enim ad B fertur: latus autem defert ipſum ad D. Et quanto ſane obtuſior fuerit angulus, magis contrariæ fiunt lationes rectior enim efficitur linea. ſi autem omnino recta fieret, penitus vtique eſſent contrariæ. latus uero ſecundum vnicam latum lationem a nullo præpeditur: rationabiliter igitur maiorem pertranſit.

24 Dubitatur quam ob cauſam maior circulus æqualem minori circulo conuoluitur lineam, quando circa idem centrum fuerint poſiti: ſeorſum autem reuoluti, quemadmodum alterius magnitudo ad magnitudinem ſe habet alterius, ſic & illorum ad ſe inuicem fiunt lineæ. Præterea vno etiam & eodem vtriſque exiſtente centro, aliquando quidem tanta fit linea quam conuoluuntur, quantam minor per ſe conuoluitur circulus, quandoque vero quantam maior. Quod quidem igitur maiorem conuoluitur maior, manifeſtum eſt. angulus enim ſenſu videtur eſſe cuiuſque circunferentia proprię diametri, maioris circuli maior, minor. quam ob rem eandem habebunt proportionem ſecundum ſenſum ad ſe lineę, ſecũdum quas fuerint conuoluti. Verum enimuero quòd etiam ęqualem conuoluuntur, quando circa idem fuerint poſiti centrum, manifeſtum eſt: & ſic fiunt aliquando quidē æquales lineæ, ſecundum quã maior conuoluitur circulus, aliquando vero ſecundum qũam minor,

A Sit enim circulus maior quidem vbi D F C: minor vero vbi E G B: vtrisque autem centrum A. Et quam quidem per se magnus conuoluitur, sit vbi F I: quam vero per se minor vbi G K, æqualis A. Si igitur minorem mouero, idem mouens centrum vbi A, maior autem sit annexus quando igitur A B fuerit recta ad ipsam G K, simul & A C fit recta ad ipsam F I. quam ob rem æqualem semper translata erit ipsam quidem G K,




vbi est G B circunferentia: ipsam vero F L, quæ est vbi F C. Si aũt quarta pars æqualem conuoluitur, manifestum est ꝙ totus circulus toti circulo æqualem conuoluetur. quare quãdo B G linea ad ipsum B peruenerit K, & ipsa F C circumferentia erit in ipsa C L & vniuersus erit conuolutus circulus. Similiq; mõ si magnum mouero, illi peruum annectens, eodem existente centro, simul cum A C ipsa A B perpendiculum & recta erit: hæc quidem ad ipsam F I, illa vero ad C M. Quam ob rem quando hæc quidem æqualem ipsi G M pertrãsiuerit, illa vero ipsi F I, & rursum facta fuerit recta ipsa F A ad ipsam F L, & ipsa A c rursum recta, velut a principio erant in ipsis M I. Hoc autrm neque aliqua intercedente mora maioris ad minorẽ, vt. s. per aliqđ temporis spatium staret in eodẽ puncto: neque transiliente minore aliquod punctum, maiorem quidem æqualem minori pertransire, hunc autem maiori, absurdum est. Præterea vnica etiã semper existente motione, centrum motum interdum quidem magnam, nonnunquam vero minorem conuerti, admirandum est. Idem enim celeritate eadem latum æqualem natum hoc est pertrãsire: eadem autem celeritate vtroque modo equalem licet mouere.

C Principium autem sumendum est circa istorum causam, quòd eadem potentia & æqualis hanc quidem tardius mouet magnitudinem illam, vero celerius. Si enim fuerit quidpiam quod a seipso moueri natum non sit, si simul & illud mouerit, quod natum est moueri, tardius mouebitur, quam si ipsum per se moueretur. Et si quidem natum fuerit moueri, non simul autem moueatur, similiter se habebit. Et impossibile certe est plus moueri, quam mouens: non. n. suam ipsius mouetur motionẽ. Si igitur circulus maior vbi A, minor aũt vbi B, si minor maiorem impellet non reuolutũ ex se, manifestum est ꝙ tantum ipsius rectæ maior pertransit, quãtũ est impulsus: tantum autem est impulsus, quantum paruus est motus: æqualem igitur ipsius rectę pertransiuerunt. Necesse igitur est si reuolutus minor maiorem impellet reuolui simul cum impulsione: tantum autem quantum minor reuolutus est, si nihil ipse suiipsius

motione mouetur. Quomodo enim, & quantum mouit, tantum motum esse necesse est, quod mouetur ab illo: sed profecto paruus circulus tantum seipsum circulariter mouit, quantum est pedalis quantitas: (tantum enim fit id quod motus est) & magnus igitur tantũ motus erit. Similique modo si magnus paruum mouebit, motus erit paruus queadmodum maior. Per se autem motus illorum vtrumlibet, siue celeriter, seu tarde eadem velocitate, statim quantum maior natus est circũferri lineam: quod difficultatem facit, quod nõ similiter faciunt, quando fuerint connexi. hoc autem est, si alter ab altero moueatur, non quam natus est, neque peculiarem motionem. Nihil.n. refert circumponere, & annectere, aut coniungere vtrumlibet alteri. similiter enim quando hic quidem mouet, ille vero mouetur ab isto, quantum vtique mouerit alter, tantum alter mouebitur. Quando quidem igitur adiacens mouerit, aut propensus, non semper conuoluitur: quando vero circa idem positi fuerint centrum, alterum ab altero semper conuolui necesse est. Sed nihilominus non suam ipsius motionem mouetur alter, sed veluti nullam haberet motionem: & si habuerit, illa autem non vtatur, tantundem accidit. Quando quidem igitur magnus mouerit sibi alligatum paruum, paruus mouetur quantum ille: quando autem paruus, rursus magnus quantũ iste: separatus aũt vterq; seipsum mouet. Quòd aũt eodé existente centro, & mouente eadẽ velocitate, accidit inæqualẽ illos pertransire lineam, paralogismo sophistice vtitur is, qui dubitat. idem enim ambobus est centrum, verum per accidens, veluti musicum et albũ. esse enim vtriusq; circuli centro non eodẽ vtitur. Quando quidé igitur mouẽs fuerit paruus, vt illius cẽtrũ & principiũ: quãdo vero magnus, vt illius. nõ igitur idẽ simpliciter mouet, sed est quo modo. D


E

25 Cur lectulorum spondas secũdum duplam faciunt proportionẽ, hanc quidem sex pedum, vel paulo ampliorem, illam vero trium? cur ve non secundum diametrum illos restibus extendunt? F




An tantos quidem magnitudine faciunt, vt corporibus sint proportionem habẽtes: fiunt enim sic secundum spõdas dupli, longitudine quidem cubitorum quatuor, latitudinne vero duorum. Extendunt autem illos non secundum diametrum, sed ex opposito, vt & ligna minus distrahantur: cellerime enim scinduntur secundum naturam diuisa, & eodem modo distenta laborant maxime. Amplius, quoniam opus est, vt restes pondus ferre possint, sic certe pondere imposito minus laborabunt, si transuersim, quam si oblique extendantur. Præterea hoc etiã modo minus absumitur restium. Sit enim lectulus A F G K, & bifariã

A diuidatur ipsa F G secundũ B, æqualia certe foramina sunt in ipsa FB, & in ipsa F A, latera.n. sunt æqualia. nam totũ F G duplum est. Extendunt autem, vt descriptum est, ab ipso A ad ipsum B. ita vbi est C, ita vbi est D: ita vbi H, postea vbi E, & eodem semper modo, donec ad angulum peruenerint aliũ:




B Duo enim anguli recti habent capita. æquales autem sunt restes secundum curuaturas, videlicet A B, & B C ipsis C D, & D H. & aliæ simili se habent modo, quoniam eadem demonstratio. ipsa enim AB æqualis est ipsi H E: equalia enim sunt latera spatii B G, M A, & foramina æque distant. ipsa autem B G æqualis est ipsi M A: angulus enim B æqualis est angulo G: in æqualibus enim hic quidem intus, ille vero extra. & B quidem est semirectus: est enim F B æqualis ipsi F A: & angulus vbi F, rectus est. B autem angulus æqualis ei vbi est G: quoniam quadratum altera parte longius duplum est: & ad medium est curuatura, quam ob rem A D ipsi E G est æqualis: huic vero ipsa H M. Similique modo demonstrantur aliæ, quoniam æquales sunt duæ, quæ secundum curuaturas sunt, duabus. Quare manifestum est, quod tot sunt restes in lectulo, quot sunt quatuor, sicut AB. Quanta autem foraminum est multitudo in ipso F G latere, & in eius dimidio F B est medietas. Quam obrem in dimiato lectu-
C lo tantæ restium magnitudines erunt, quantum est A B: multitudine vero tot, quot in B G sunt foramina. Hoc autem nihil refert dicere, quam quot sunt in ipsis A F & B F simul sumptis.




Si autem secundum diametrum extendantur restes, quemadmodum se habet in lectulo AB C D, dimidia nõ tot sunt, quot amborũ latera F A F G. æqualia aũt, quot in ipsis F B, F A, sunt foramina: maiores

autem ſunt ipſæ A F, B F, duæ exiſtentes, quam A B. quare reſtis D in tantum maior, quantum ambo latera diametro ſunt maiora.



26 Cur difficilius eſt longa ligna ab extremo ſuper humeros ferre, quam ſecundum medium, æquali exiſtente pondere? An quia vibrato ligno ipſum extremum prohibet ferre vibratione magis retrahens lationem. An quoniam licet nihil inflectatur, neque multam habeat longitudinem, difficilius tamen ad ferendum eſt ab extremo, quoniam facilius ex medio eleuatur, quam ab extremo, & ideo ſic ferre eſt facilius. Cauſa autem, quoniam ſecundum medium quidem eleuato ligno, ſemper ſeſe inuicem ſuſpendunt extrema, & altera pars alteram bene ſubleuat. medium enim veluti centrum fit, vbi habet is, qui eleuat, aut fert. Extremorum igitur vtrunque deorſum vergens, ſurſum ſuſpenditur, quòd ſi, ab extremo eleuetur, aut feratur, non ſane facit: ſed vniuerſum pondus ad vnum vergit medium, quo eleuatur, aut fertur. Sit medium vbi A, extrema B C. Eleuato igitur aut portato ſecundum A, ipſum quidem B deorſum nutans, ſurſum eleuat C: ipſum autem C deorſum nutans, B ſurſum eleuat: ambo autem ſurſum eleuata hoc faciunt.




27 Cur ſi valde procerum fuerit idem pondus, difficilius ſuper humeros geſtatur, etiam ſi medium quiſpiam illud ferat, quã ſi breuius ſit? Quod enim dudum dictum eſt, cauſa non eſt: ſed vibratio nũc eſt cauſa. quando enim productius fuerit, vibrantur extrema: quam ob rem contingit portantem difficilius geſtare. Vibrationis autem cauſa eſt, quoniam ab eadem motione magis transferuntur extrema, quanto procerius fuerit lignum. Humerus quidem, ſit centrum vbi A: manet enim is. ipſæ autem A B, A C, quæ ſunt ex centro, quãto autem maius fuerit id, quod ex centro eſt, ſiue A B, ſeu A C,

plus transfertur ſpatii. Demonſtratum autem eſt hoc prius.


A B C

Cur iuxta puteos celonia faciunt eo quo viſuntur modo: ligno enim plumbi ad iungunt pondus: cum alioquin vas ipſum & plenũ, & vacuum pondus habeat? 28



An quoniam duobus temporibus hauriendi, diuiſo opere, (intingere.n. oportet, & id ſurſum trahere) continget demittere quidẽ vacuum faciliter, trahere vero plenum difficulter. Commodum igitur eſt paulo tardius illud demittere, cũ multo leuius effectũ ſuſtollatur pondus. id autem facit in extremo celonio adiunctũ plũbum, aut lapis. demittenti quidem maius fit pondus, quam ſi ſolũmodo vacuũ opórteret demittere: cũ vero plenũ fuerit, ſurſum id rapit plumbũ, aut quicquid illi ponderis inerit. Quam ob rẽ faciliora hoc mõ ambo ſunt, quam illo.

Cur quando ſuper ligno, aut huiuſmodi quopiam duo portauerint homines æquale pondus, non ſimiliter premuntur, ſi ad vnum non declinet pondus, ſed magis, quãto vicinius fuerit geſtantibus? 29



An quoniam vectis quidẽ lignum efficitur, pondus vero hypomochlion: qui aũt propior eſt ponderi ex iis qui illud geſtant, id qđ mo

uetur: alter vero portantium, quod mouet. Quanto igitur plus diſtat à pondere, tanto facilius mouet, & alterum præmit magis inferius, veluti contranitente pondere impoſito, quod hypomochlion factũ eſt. Si autem in medio inerit pondus, nihilo magis alter alteri fit pondus, aut mouet: ſed eodem modo alteri alter fit pondus.

Cur ſurgentes omnes, ſemori crus ad acutũ conſtituentes angulum, & thoraci ſimiliter femur, ſurgunt? ꝙ ſi non, haudquaquam ſurgere poterunt. An quia id, quod ęquale eſt, quietis vbiq; eſt cauſa: rectus aũt angulus æqualitatis eſt, ſtationemq; facit: quã ob rem ad ſimiles fertur angulos ipſi terræ circunferentiæ: non enim quod ad rectũ eſt ipſi pauimento. An quoniam ſurgens fit rectus, ſtantem vero neceſſe eſt perpendiculum eſſe ad terram ſiquidem igitur ad rectum debet eſſe, hoc autem eſt caput ſecundum pedes habere, & fieri oportet cum ſurgit. Quando quidem igitur fuerit ſedens, ſecundum paralellum pedes habet & caput. & non in æquali.



Caput ſit A, thorax A B, femur B C crura C D ad rectũ aũt ſit & thorax vbi A B, ipſi femori, & cruri femur ſic ſedente. quam ob rem eo ſe habentem modo ſurgere eſt impoſsibile, neceſſe autẽ eſt crus reclinare, pedeſq; conſtituere ſub capite. hoc autem erit, ſi C D fiet, vbi C F, & ſimul ſurgere continget, & in eadem æquali habere caput & pedes. ipſa autem C F acutum facit angulum ad ipſam B C.

Cur facilius mouetur cõmotũ, quã manens? veluti currus citius cõmotos agitat, quã moueri incipientes. An quia difficillimũ eſt pondus mouere, quod in contrariũ mouetur. aufert .n. quiddam ex motoris potentia, licet multo ſit velocior: neceſſe nanq; eſt tardiorem eſſe impulſionẽ illius quod repellitur. Secundo aũt loco ſi quieuerit: reſiſtit .n. ipſum quieſcens. Quod autem mouetur ad id ipſum, ad quod impellitur, impellenti ſimile fit, ceu ſi quippiam mouentis potentiam, & celeritatem augeret. quod enim ab illo pateretur, vtiq; ipſum facit ex ſe cõmotum.


Cur ea quę proiiciuntur, ceſſant a latione? An quia impellens deſinit potentia, vel propter retractionem, vel propter rei proiectæ inclinationem, quando ea valentior fuerit quã proiicientis vires. Aut iſthæc ambigere, principium relinquentes, abſurdum eſt.

Cur quippiam non peculiarem ſibi fertur lationem, impulſore alioquin non conſequente? An videlicet quoniam primum id efficit, vt alterum impellat; illudq; rurſum, vt alterum. Ceſſat autem qñ nõ põt amplius facere primũ impellẽs id qđ fertur, vt impellat: & qñ ipſius lati grauitas nutu ſuo declinat magis, quã ipellẽtis in ante ſit potentia.

Cur neq; parua valde, neq; magna longe proiici queunt, ſed com-

A mensurationem quandam illa habere oportet ad id, qđ proiicit? An quia necesse est quod proiicitur, & impellitur, contraniti ei vnde impellitur. quod autem magnitudine sua nihil cedit, aut imbecillitate nihil contranititur, non efficit proiectionem, neque impulsioñe. Quod enim multo impellentis excedit vires, haudquaquã cedit: quod vero multo est imbecillius, nihil contranititur. An quia tantum fertur id quod fertur, quantum aeris mouerit ad profundũ: quod autẽ non mouetur, neque mouebit quippiam. accidit autem illis ambo isthæc habere. Valde enim magnum, & valde paruum, ceu non mota existunt: alterum nanq; nihil mouet, alterum vero nihil mouetur.

Cur ea quæ in vorticosis feruntur aquis, ad medium tandem aguntur omnia?



An quia magnitudinem habet quodcunq; fertur: quã ob rem illius extrema in duobus sunt circulis, hoc quidem minori, illo vero maiori: quare maior distrahit, quoniam celerius fertur, & transuersum impellit illud ad minorem. quoniam autem id quod fertur, latitudinem habet, & iste B rursus idem efficit, & ad interiorem propellit, donec ad medium perueniat. An quia quod fertur, simili se habet modo ad omnes circulos propter medium. mediũ enim in vnoquoq; circulo æqualiter distat. An quia quorum quidem circumactæ aquæ latio non superior propter magnitudiñe, sed grauitate sua circuli celeritatem excellunt, ea necesse est relinqui, & tardius ferri. tardius autem minor circulus fertur. non idem enim in tempore C æquali magnus cum paruo reuoluitur circulus, quando circa idem fuerit medium. quã ob rem in minori circulo relinqui est necesse, donec ad mediũ perueniant. Quorumcunq; autem superior à principio fuerit latio, ea finiens idem efficiet. oportet enim hunc quidem statim, alterũ vero celeritate superare grauitatẽ. quã ob rem ad interiorẽ semper circulũ relinquetur quodcunq;. Necesse .n. est quod nonsuperatur, aut in exteriori, aut in interiori moueri: in illo autem in quo est, impossibile est ferri, quod non superatur: adhuc vero minus in exteriori: celerior enim exterioris circuli est latio: restat igitur, vt id, quod non superatur, ad interiorem transferatur. semper autem vnumquodque proficit, vt non superetur. Quoniam vero peruenire ad mediũ, finem quidem efficit vt quippiam non moueatur: stat autem solummodo ipsum centrum: ad hoc sanè omnia congregari necesse est.

Mechanicarum quæstionum finis.

ARISTOTELIS

LIBER DE LINEIS INSECABILIBVS, APVD LATINOS NONDVM VISVS: NEC NON GEORGII PACHYMERI EA DE RE compendium, hactenus falso Aristoteli ascriptum: nunc vero fidelissime è græco in latinum sermonem conuersum.

Iulio Martiano Rota interprete.

Aristotelis textus.

NVnquid vlllæ reperiuntur lineæ, quæ secari nequeunt? & vt in vniuersum res ista pertractetur, est ne in omni quantitate, sicut nonnulli statuunt, aliquid carens partibus? An confitendum est lineas aliquas insecabiles esse nam, si vt paucum, sic & paruum est aliquid in rerum natura: quod autem infinitas ferè sectiones sustinet, neq; paucum neq; paruum est, sed potius, & multum, & magnum, quæ pauco, & paruo sunt opposita: statim manifestum euadit, paucum, & paruum finitas habere diuisiones. Quòd si finitas diuisiones habent, necesse est magnitudinem insecabilem aliquam extare. Quare omni quantitati insecabile quiddam inerit, modo reperiatur quippiá quod paucum, & paruum nuncupari debeat. F

A

Georgii Pachymerii compendium.

DIcebat Parmenides ens vnum esse, & quod preter ens esset nihil esse, eo quod non ens foret: ita vero dicebat, ne si multa fateretur, non ens quoq; esse concedere. Nam omnia quę sunt inquit, quatenus sunt, vnum sunt. multa vero forent si, & quod habente diuersum est, & quod pręter ens est, ipsum non ens videlicet extaret. Item alia de causa, ne & vacuum introduceretur, quo ea distinguit, quę multa sunt, quo sane magnopere commoti Xenocrates, & Plato manus argumentationi dederunt, & illi etiam, qui indesinentem entis sectionem in duas partes introducunt, tanquam demonstratum sit ens esse multa, neque sit ens proprię vnum, si diuiduum fuerit, sicut Parmenides fidentes esseuerabat, & cum ipso Zeno, qui multa negabat esse. veluti colligere licet ex Parmenide Platonis dialogo. His igitur ex aduerso obtentis, Xenocrates & Plato obuiam euntes, indiuiduas magnitudines commenti sunt, inter quas & ens illud collocarunt, vt & vnum & indiuiduum B conseruaretur. Philosophus itaq; magnitudines indiuiduas esse non posse, sed diuisibiles semper ad huc remanere, cum alias sępe suis in libris asseruit, dicens non esse difficile lineas indiuiduas e medio tollere, tum maxime in comentarijs de Gene. & Corrup. vbi, cum pręclare ex aduerso argumentatus esset, propriam deinde sententiam exponit, quę non dari magnitudinem indiuiduam asserit, verum diuiduam, & sine fine diuiduam, atque hanc sine fine diuisionem cuiusmodi sit, ipsemet in Tertio Physicorum declarat potentia non actu vnquam reperiri. Nam si quis absoluere moliatur huiusmodi diuisionem, hęrebit tandem, & in posterum operis partem reseruabit. idem istud igitur, & hoc in libro, huic rei dedicato, explanat Aristoteles, argumentationes vltro citroque prius adducens, qui mos est dialecticis consuetus, & inter cętera vtilitate pręcipuus. Nam qui possunt hinc inde rationes collidere quid quaq; in re probabilius sit, inueniunt.

Nunquid igitur, inquit, vllę reperiuntur lineę quorum longitudo secari nequeat, vel superficies aliqua, cuius longitudo, & latitudo findi non? vel possit corpus, quod diuisionem tribus diametris non admittat? & deniq; ,eo ne quantitas vlla indiuidua, sicut aliqui dicunt. Incipit igitur, & rationes adducit, atq; primo sic introducit magnitudines indiuiduas. Simili modo se habet in omnibus rebus, paucum & paruum, ac multum, & magnum. Si ergo & in hac parua magnitudine sunt infinitę diuisiones, vt Philosophus supponit, non erit illa C pauca, & parua, sed multa, & magna. Nam quo modo paucum esse potest, quod infinitas sectiones admittit, & quomodo paruum illud erit, quod tot diuisiones sustinere valet? Vel igitur non erit alicubi paucum & paruū, sed erunt omnia multa & magna: vel si quidem est & paucum & paruum, idem erit quod multum, & magnum: vel tertium dabitur, & erit magnitudo indiuidua, quæ hanc pauci & parui appellationem obtinebit, vt quę nequeat in minora se diuisam esse, nec plures diuisiones sustinere quod si quis aliter dicat, & infinitas sectiones habiturum concedat tam magnum quam paruum, nec velit magnum plures, paruum autem pauciores & minores, qua in re differet magnum, a paruo? Quapropter ob ista necesse est esse magnitudinem partibus carentem. Quo posito, & magnum multas diuisiones suscipiet, & paruum paucas: non tot, quo magnum. Per hoc etiam magnum a paruo distabit, est autem ostensio, vt patet ducens ad inconueniens.

Deinde si lineæ extat forma, atque idea, fatendum est lineam indiuiduam esse. nam constat ideam omnium, de quibus prædicatur, primam esse. At partes totum natura semper antecedunt. Quare

diuidua erit ipsa linea. Et eodẽ modo ipsum quadratum, ipse triangu- D
lus, & aliarum figurarum ideæ, ac deniq; superficies ipsa, & corpus ipsum. Contingent enim ideis, prius alia quædam esse.

Preterea si per eum, qui hæc asserit ideę atq; formę existentium rerũ sunt, & non solum hominis, & bouis, sed corporis, etiam, & superficiei, & lineę: Atq; idcirco lineę quoq; forma reperitur, hęc autem forma lineę, singulas quasque lineas formę nomẽ participantes, pręcedit, sicuti dicunt. qui formas ideasue rerum ponunt, partes vero natura toto priores sunt diuidua foret & linea illa linearũ omniũ prima, ac si non in infinita, saltem infinita, sicut volunt illa, sicq; partes erunt priores illa linea, quę prima omniũ supponitur. Quare diuiduã illã esse, cõmunis est omnibus philosophis difficultas, quoniam & illa magnitudo est, & omnis magnitudo diuidua. Quid vero sermoni lineam finities diuidenti hoc confert, si necesse est ipsam finitas in partes, & non in infinitas diuidi prout ipsi dicunt? Magis igitur, & pulchrius se ab hac difficultate expediet qui finities lineam diuidit, quã qui infinities, quatenus ille principia lineæ illius, partes finitas faciet, hic aũt infinitas, infinitorũ aũt neq; scientia, neq; compositio est vlla. An dicendum ꝙ ista ratio impugnat ideas, ac nullas prorsus esse ostendit. Nam si forent ideę, illæ quoq;, vt pote magnitudines diuiderentur, quemadmodum proculdubio & ipse ex linearũ ideis coagmentatus triãgulus, ipseq; B
quadratus, & deniq; superficiens omnis plana, & corpus omne. Possumus & aliud etiã respondere, ꝙ illi ideas supponẽdo, lineas indiuiduas per ideas astruebant, vt cum ipsam lineam inter ideas posuerint, non cogantur eam amplius diuidere (nam & eius impassibilitas, & immobilitas destrueretur prout ipsi opinantur:) verum vt indiuiduam multo magis suscipiant illam ipsam primam lineam. Atque hoc modo bene procedit secunda ratio, sequitur tertia.

Amplius si elementa sunt corpora, & elementis nihil est prius, suntque partes toto natura priores, indiuiduum proculdubio ignis erit, & vniuersaliter quicquid corporis alicuius est elementum. Quare, non solum in rebus, quæ cognoscimus intellectu verum etiam in his quæ sensu percipimus, quippiam erit, quod partes non habet.

Si corpora sunt elementa, si elementis nihil est prius, partes aũt toto priores sunt, & ignis & elementa cetera nullam sustinebunt diuisionem, ne partes primis elementis priores deprehendantur. Quare non solum res, quæ tantum intellectu percipiũtur, erunt indiuiduę, sicut Deus, & mens, verum etiam inter ea, F
quę sensu comprehenduntur, erunt eiusmodi aliqua, velut elementa. Sed obijceret aliquis, quid hoc ad orationem facit, quę ad finita, & non ad infinita diuidendo procedit? Dicendum igitur, ꝙ illi non modo ideam insecabilẽ posuerunt, sed etiam elementum, velut ignem, & cętera, vel potius ipsum triangulum, & ipsum quadratum: & hinc abeuntes, ostenderunt, non tantum non omne corpus esse diuiduum in infinitum, sed neq; simpliciter omne corpus diuidi posse. Nam elementa corpora cum sint, indiuidua remanent, ne priora primis inueniantur, partes inquam toto. Est autem syllis o stensiuus. Elementa, quamuis sint corpora, non diuidentur, ne principijs principia inueniantur priora, partes; videlicet toto: quare talia corpora nõ diuiduntur. elemẽta ig r nõ diuidũtur maior propositio conditionẽ ex disiunctione continet, Huiusmodi corpora vel diuiduntur, vel nõ diuiduntur sed si diuidũtur, erunt quędam priora primis: quę autem nequeunt per naturã diuidi, indiuidua sunt igitur, per tertium modum conditionalium syllogismorũ, qui per ablationem vnius alterum astruit.

Præterea per Zenonis argumentationem, necesse est aliquam extare magnitudinem, quę partibus careat, si modo fieri nequit, vt res aliqua per singula quæque tangenda decurens, finita in tempore tangat

A gat infinita. Nam oportet vt ad medium mobile prius veniat. At rei, quæ partibus non vacat, medium subinde semper aliquod superest. Sin autem tangit infinita, finito in tempore, id quod super lineam fertur, & mobile celerius æquali in tempore plus spatii transigit, cogitationisque nostræ velocissimus est motus, cogitatio quoque finito in tempore in singulis rerum motibus, tangit infinita. Quare si cogitationem in omni rerum progressu singula tangere, nihil aliud est quàm numerare, continget finito in tempore cogitationem infinita numerare. quòd si hoc fieri nequit, indiuidua sanè dabitur aliqua linea.

Adhuc autem a Zenonis argumentatio negat magnitudines in infinitum diuidi posse, quandoquidem, sicut ille dicebat, fieri nequeat, vt in tempore finito res, quæ moueatur, tangat infinita. Nám esto vt aliquis vna hora stadium conficiat. si stadium ergo diuidi potest in infinitum, tanget quispiam stadium absoluens infinita stadii puncta finito in tempore, nẽpe vna hora. Et aliter, quia oportet ambulantem prius ad medium veniat, q̃ ad vltimum stadii, rei vero, quæ B subinde semper partes habet, nunquã prorsus de futura sunt media, quod si tangat infinita finito in tẽpore, res, quę super linea fertur, idq; quod celerius est ęquali in tẽpore plus pertransit. (Nam velocius est quod in ęquali plus, & in minori, tũ ęquale, tũ plus etiam peragit. sicut in physicis declaratum est). Celerior vero sit cogitationis motus omni protensa, & corporea latione, cogitatio quoq; singulum quodq; infinitorum finito in tempore contanget. Quare si cogitationem tangere vnumquodq; est numerare, continget ipsum numerare infinita finito in tempore. quod si hoc esse non potest, insecabilis linea fuerit.

Postremo & ex iis, quæ tradunt mathematicis imbuti disciplinis, quiuis lineam aliquam insecabilem esse concedet. Nam si, vt dicunt, ille commensurabiles sunt lineæ, quæ eadem mensura demetiri queunt: & quæcunque sunt commensurabiles, vt dimetiantur omnes, nihil impedit, nimirum longitudo aliqua extabit, qua mensurabuntur omnes, hanc necesse est indiuiduam esse. Nam si diuidua statuatur, huius quoque mensuræ partes, mensuram aliam aliquam habebunt. partes enim toti commensurabiles sunt ita, vt partis portio, quæ dimidia fuerat, efficiatur dupla. quoniam vero hoc fieri nequit, indiuisibilis esse mensura debet. Eodem modo & quæ semel ab ipsa mensura sunt mensuratę, sicut omnes ex mensura compositę lineæ, ex indiuiduis componuntur. Idem etiam continget in figuris planis, nam omnes inter se sunt à constitutis lineis procreatæ, commensurabiles. quare ipsarum quoque mensura indiuidua erit.

Insuper ex iis, quę mathematicis disciplinis Periti tradunt, erit aliqua linea indiuidua, sicut aiunt. si modo ille commensurabiles lineę sunt, quę eadem mensura dimetiuntur, siq; omnes, quę commensurabiles sunt, etiam mensurari queunt. (extabit enim aliqua longitudo, qua dimetientur oẽs) hanc mensuram indiuiduã esse necesse est. Nam, si diuidua supponatur, & huius partes aliquam mensuram admittent, toti quippe cum metiuntur, & quia cum toto hęc cõmensurabilia sunt habebunt & ipsa mensuram cum toto communem: nam cõmensurabilia sunt, quę eadem mensura metiuntur. Quare, quoniam mensurę partes cõmensurabiles sunt cum toto, dabitur alia mensura communis partibus mensurę, & toti. Rursusq; eadem quæstio de ista mensura excitabitur: etsi ipsa quoq; fuerit diuidua, hoc & in ea fiet, atque ita semper procedemus. Quod si alicubi

finis occurrat, indiuiduaque linea deprehensa fuerit, nihil prohibet nos, & primam mensuram indiuiduam concedere. Quare omnes ex mensura coagmentatę lineę ex impartibilibus lineis erunt copulatę. Atque hoc inquiunt, & in planis figuris accidet, nedum in lineis, ex quibus figurę sunt compositæ: nam omnes figurę, quę a constitutis lineis (sunt autem constitute lineę rhitas grammas gręci vocant, ad quas alię rectę numero infinitę, & commensurantur, & nō commensurantur, inter se vero vel longitudine, vel potestate tantum commensurabiles) sunt omnes, inquam, ab huiusmodi constitutis lineis figurę sibi inuicem cōmensurabiles sunt. Quare & hec communi quadam mensura quę superfices sit, mensurabuntur, quę pari modo, sicut de lineis aiunt, erit & ipsa partibus carens mensura. Quocirca non solum necesse est esse lineam insecabilem, quę commēsurabiles lineas mettatur, sed etiam figuram planam insecabilem, quę figuras planas commensurabiles dimetiatur Quod autem non omnia omnibus communi quadam mensura commetiri queat, ostendit dissectio lineę ex duobus nominibus compositę sicut in .42. Decimi libri Elementorum Euclidis scriptum est, vbi asserit lineam ex duobus nominibus vno in puncto diuidi in nomina, quam sane rem pro viribus in sequentibus explicabimus.

Cæterum si quis mensuram diuidet, constitutam quandam & determinatam lineam, non erit amplius neq; constituta, neque irrationalis linea, neque aliarum vlla, de quibus modo dictum est, velut quam ἀποτομην vocant ex duobus nominibus compositam. Verum neq; secundum se aliquam definitam naturam habebunt, sed collatę sibi ipsis & constitutæ, & irrationales erunt omnes.

Cęterum inquit, siquis mensuram diuidet, constitutam quandam & determinatam lineam, non erit amplius, neque constituta neque irrationalis linea, velut quam apotomin vocant ex duobus nominibus compositam. Verum neque secundum se quidem aliquam habebunt naturam, sed sibi ipsis collate, constitutæ & irationales erunt. Primū igitur quoad fieri potest explicandum est istud theorema, & sumendum quid sit constituta linea, quidque irrationalis, quid commensurabile, & quid incommensurabile, quidque duo nomina Geometrę vocent, atque ita deinceps argumentationem exponemus. Commensurabiles magnitudines appellant, quę eadem mensura dimetiri queunt. Et aliter etiam, quę talem proportionem inter se seruat, quam numerus habet ad numerum. Velut octo, & vigintiquatuor commensurabiles sunt quia communis ipsarum mensura sunt quatuor. Magnitudines incommensurabiles sunt, quarum nulla communis mensura reperiri contingit. Ac in numeris quidem inueniri nequeunt vlli numeri, qui a latere commensurabiles non sint: nam si nullus alius numerus ipsos dimetiatur, vnitas saltem vtrosque per se ipsam mensurabit. vnde & illi, qui incommensurabiles videbantur, ab vnitate communi omnium numerorum mensura mensurari queunt. In cotinua vero quantitate Pythagorici incommensurabile primi deprehenderunt ex eius in infinitum diuisione. Rectę vero lineę commensurabiles sunt, vel longitudine, & potestate: quipppe cum fieri nequeat, vt quę longitudine, non etiam potestate commensurabiles sint: vel potestate solum, non autem longitudine quoque. velut, vt exemplum subiiciam, sit vna linea pedes sex protensa, sit alia pedes quatuor extenta, commensurabiles hę sunt longitudine: mensurat enim ipsas, linea duorum pedum, potestate igitur istę cōmensurabiles sunt. Nam sex quater, viginti quatuor implet & quater quatuor, sexdecim. Atque sexdecim, & vigintiquatuor commensurabilia quoque inter se sunt: quippe cum quaternario dimetiantur. Quę vero potestate tantum commensurabilia sunt non etiam longitudine commensurabilia esse, diameter & latus vnius & eiusdem quadrati manifestabit. Sit igitur ad quadratum numerū, nomen puta, figura in plano designata: habeatque huiusmodi figura quadrata diametrum, a quo quadratum aliud progrediēs, duplum erit quadrati primi, qui ex latere consurgebat.

A Quare hæc duo quadrata sibi inuicen commensurabilia sunt quia quadratum a diametro nascens duplum ~~est, si quadrato~~ quadrato ex latere procreato conferatur: duplum autem & medium commensurabilia sunt. At vero lineę, quę constituunt quadrata, latus dico quadrati, & diameter, non sibi longitudine commensurabiles sunt. et si potestate commensurabiles inueniantur, cum possint ipsorum quadrata communi mensura mensurari. Si quis vero ponat latus & diametrum longitudine quoque commensurabiles, erunt imparia, idest nouem. ęqualia paribus. hoc est octo: nam sexdecim medium, sine controuersia, sunt octo. medium est etiam quadratum a latere consurgens quadrati prodeuntis ex diametro: est autem quadratum lateris vnitatum nouem: si ergo etiam diametri quadratum supponatur ortum fuisse ex latere commensurabili diametro, vt latus quidem sit trium vnitatum, diameter autem quatuor(sic enim & longitudine commensurabiler lineę forent: fiet quadratum diametri vnitatum sexdecim. Quare sexdecim ad octo dupla erunt ex communi omnium opinione, & ad nouem similiter dupla. Nam lateris quadratum nouem vnitatum fuerat, cui hoc ex diametro consurgens quadratum, geommetricis ostensionibus duplum demonstratur. erunt igitur ęqualia nouem & octo, paribus imparia, quod sane est impossibile: Itaque recta qualiscunque proposita, ad quam alię lineę comparatę aut commensurabiles inueniuntur vel longitudine & potestate, vel potestate tantum, aut incommensurabiles, talis inquã linea rithi idest constituta vocatur a Geometricis: perinde atque signum aliquod propositum & manifestum, nam manifesta, & determinata linea constituta nominatur sicut, dicimus in constitutis concentibus. Hoc igitur qnatenus constitutum, constitutum, & vt nomen proprium Geometrę proferunt: constitu a igitur linea, hęc quę proposita est nominetur, & quę cum ea demetiri queunt, constitutę dicantur, siue potestate tantum, siue longitudine & potestate sibi commensurabiles sunt: quæ vero cum hac in mensura non conueniunt, irrationales inquit appellentur. Quadratum etiam, quod a proposita & constituta linea prodi, constitutum vocetur: itẽ quęcunq; quadrata demetiri cum eo poterunt. Quę vero cum ea

B (at "metri quadratum" line)

C mensura non communicabunt, irrationalia nominentur, inquit, Magnitudines igitur, vt sibi commensurabiles sint, aut incommensurabiles, natura facit: vt autem constitutę, vel irrationales dicantur, voluntas decernit, vt huic propositę lineę, hęc quidem sit, vt ita dicam constituta, tanq̃ commensurabilis, illa vero irrationalis, velut in commensurabilis, & rursus vt hęc ipsa constituta, alteri alicui collata fit irrationalis, & hæc, quę modo est constituta alteri comparata, constituta fortasśis euadat, Inquit igitur Geometria linea ex duobus nominibus composita siue ex duabus constitutis, vno tantum in puncto secatur in nomina. He igitur constitutę lineę potestate sunt commensurabiles, quę vero potestate commensurabiles, cõmunem mensurã non habent, nisi longitudine quoq; commensurabiles fuerint. Quocirca non omnis linea cuiuis est commensurabilis: sed hęc quidem huic, & longitudine & potestate commensurabilis est: vt viginti pedum linea, triginta pedum lineę ipsarum enim communis mensura est quinque pedes extensa linea. hęc autem, huic forsitan si non longitudinę, at potestate saltẽ cõmensurari potest. velut cõtingit in lineis, quę ex duobus nominibus coagmentatę sunt, & in latere & diametro vnius & eiusdẽ quadrati, quę licet cõmensurabiles inter se longitudine non sunt, quadrata tñ gignunt, quę sese metiuntur: vnum enim alteri duplum est: quas sane lineas, constitutas etiam vocat vnam ad extensam aliam. Est etiam alia linea, quę alteri comparata neque longitudine, neq; potestate in mensura conuenit, quam irrationalẽ nominat




Figura ostendens quadratum ex diametro quadrati procedens, illi duplum esse.

ad extensam aliam conferendo, Quoniam ergo, & linea ex duobus nominibus D copulata, vno in puncto diuisionem admittit, si debeant segmenta esse lineę, constitutę, & inter se potestate commensurabiles, nec vllo alio in puncto secari potest, vt segmenta constitutas lineas afficiant. Igitur huiusmodi linea ex indiuiduis composita est, & eius vna tantum erit diuisio, vt constituat duas lineas quę mensurę sint quadratorum ab ipsis procreatorum, & sibi ipsis commensurabilium, quorum mensure. sicut ostendimus, indiuisibiles sunt. si quis enim inquit, mensuram diuidat, constitutam quandam & determinatam lineam, non erit neque constituta illa, neque irrationalis per se ipsam neque enim aliquam per se ipsas naturam habebunt. sed & constitutę, & irrationales ad alias collatę dicuntur. Ex his igitur colligunt illi hoc pacto dicentes, quoniam linea componitur ex duobus nominibus, & vno tantum in puncto diuiditur: si quis velit segmenta lineas constitutas & sibi potestate commensurabiles esse, non autem vllo in alio diuidi potest: igitur ex indiuiduis linea partibus constitit. Est autem hęc argumentatio captiosa. non enim si linea non potest in portiones quasdam rationales, nisi semel vno in puncto diuidi, propterea partibus expers, & insecabilis prorsus est linea.

An primo quidem non oportet id quod infinitas habet diuisiones non esse paruum, aut paucum. Nam locum, lineam, superficiem, E & summatim omne continuum, paruum dicimus, & in quibus conuenit paucum etiam, nec ob id tamen infinitis diuisionibus ipsa carere affirmamus.

Hęc Philosophus sibi tanquam ex aduerso cum opposuisset, respondere, & quoad fieri potest obiecta emendare, aggreditur. Ac primo aduersus primam illorum argumentationem instat dicens, An primo quidem non oportet id quod infinitas habet diuisiones non esse paruum, aut paucum, sicut ipsi dicunt. nam inquit & locum, & lineam, & superficiem, & denique omne continuum, paruum quidem dicimus, & in quibus conuenit, paucum etiam. velut, quando tanquam definitam quantitatem sumpserimus, id quod est continuū, sicut in tempore, quod continuum est dicimus & paucum tempus. vtputa mediam horam, dicimus & paucum tempus, duos dies, vel duas horas aut aliud aliquid eiusmodi, non tamen, inquit, a rei paruitate prohibeamur, quin cōtinuum in infinitum diuidamus idcirco quia facultas qua diuidi queat, huic inest, etiam si paruum existat.

Deinde si de lineis hisce indiuiduis, quæ sunt in composito ex lineis, paruum dicitur, atq; ipsis puncta insunt infinita, fiatq; diuisio secundum puncta, & in quibusuis punctis æqualiter, poterit infinitas F sectiones suscipere omnis lineæ, vt quę non sit insecabilis, & quædā ipsarum in parua secari, eruntq; infiniti puncti pauca. fieri vero potest, vt omnis nō indiuidua linea talibus soluatur diuisionibus, quibus coagmentata fuerit.

Deinde vero si & compositæ lineę quatenus lineæ secundum puncta diuidentur: predicatur autem de lineis insecabilibus paruum, nam hoc ipsi intendunt: tunc sane & infiniti puncti huic insunt potestate: istud enim & ipsi confitentur in quauis linea, & in ea ipsa, quam illi statuāt indiuisibilem, infinita potestate puncta inessent. Atqui, & ipsa diuisa esse per puncta posset, sustineret que etiam hęc infinitas diuisiones, sicut & non insecabilis linea faceret, omnem vero non indiuiduam lineam diuisam esse pro compositionis ratione possibile est.

Tertio si magnum ex paruis quibusdam componitur, aut magnum nihil erit, aut quod finitas habet diuisiones non erit magnum. Nam totum qualecunq; fuerit magni sectiones admittit. Est autem proba

A bile, & paruum, finitas, & magnũ, infinitas habere diuisiones, sicque illi etiam arbitrantur. Quare manifestum euadit, non hac ratione paruum, aut magnum quicquam dici, quia finitas, aut infinitas sectiones admittat.

Ad hęc magnum ex paruis quibusdam componitur, quę vero neque diuidi queunt, neque partes habent, parua sunt, vt ipsi dicunt, vel nihil erit magnum, vel quod finitas sectiones habet, sicut illi statuebant, non erit magnum. Nam quid magnum esse poterit, si in tot pauca finita diuidatur pręsertim cum huiusmodi paucum partibus careat, & sectiones non admittat: totum enim diuisiones habet, quę magnis conueniunt: similiter etsi solum sit, modo totum aliquod sit, probabile est autem & paruum finitas, & magnum infinitas habere diuisiones, sicque illi arbitrantur. nam magnum, quatenus contingit ipsum diuidi, multa atque infinita parua erit. Quare quod ipsi dicunt, tanquam indiuiduum, paucum, diuidetur, & quando infinita, diuidetur, sed unumquodque segmentum illius secundum pauci naturam diuidetur, & si in finita. Rursus quoque & in illis idem fiet, & deinceps in alijs neque enim consistet paucum, quod semper diuisibilem habet naturam per hypothesim. atque ita rursus diuisio in infinitum procedet. B Quare manifestum euadit, non hac ratione paruum, aut magnum quicquam dici, quia finitas paruum, infinitas magnum diuisiones habeat, sicut illi dicere videntur. qui istud carere partibus, & insecabile esse in illud reijciunt, quod neque paruum dicitur, siquidem paruum quoque sicut ostendimus, diuidere contingit. Nam paruo minus quantum libuerit erit. & si finitas paucũ habebit diuisiones. Igitur quia minus, & minus pręcedente, demere licet, infinitę diuisiones erunt.

Quòd si quispiam propterea quod in numeris paucum definitas sectiones habet, in lineis quoq; putet finitas paruum habere, stolidum se prodit, eo quod numerus e rebus partium expertibus procreatur, & ab initio quodam constituto originem sumit. Hinc omnis numerus, modo infinitus non sit, finitas diuisiones habet: magnitudines autem tali ratione non consistunt.

Quod si quis propterea quod in numeris paucum definitas sectiones habet, in lineis quoque putet finitas paruum habere, stolidum se ostendit, siquidem numerus e rebus partium expertibus, videlicet ex vnitatibus procreatur: & est aliquid quod numeris principium facit: quodque paucum determinat, tria quippe, nisi quis duo velit, aut Vnitatem, non vt numeros, sed vt numeri principia dicere, ac imparium quidem tria, parium autem duo. C Hinc omnis numerus, modo infinitus non sit, finitas diuisiones habet, magnitudines autem tali ratione non consistunt: magnitudines enim infinitum, in decremento habent, sicut in Physicis dicebat: at numeri, in incremento. Quare in numeris paucum definitum est, multum autem in infinitum crescit. In continuis autem multum quidem definitum est. Nam quacunque in re sumere complementum possumus, nec aliquis cogitare poterit magnitudinem aliquam, quę cœlum excedat, & extra ipsum protendantur, paruum autem indefinitum est, cum magnitudo in infinitum decrescat, atque hæc Philosophus inquit ad primam argumentationem respondens.

Qui vero lineis indiuiduis ideam constituunt, minus credibilia fortasse decernunt, quã præsens affirmet opinio, quæ nunc in disceptationem venit. Nam linearum ideam feciendo, modo quodam ideas tollunt, quibus demonstrare, quod instat, moliuntur. Hac enim ratione destruuntur ideæ.

Secunda autem argumentatio fuit ab ideis sumpta. nam, qui eas magnitudines posuerunt, indiuiduas ipsas faciebant, ne hisce principijs, atque primis, idea

rum partes priores essent, Inquit igitur. Qui vero lineis indiuiduis ideam con D stituunt, minus credibilia fortasse decernunt, quam pręsens affirmet opinio. Nã linearum ideam faciendo, modo quodam ideas tollunt, quibus demonstrare, quod instat, moliuntur. Hac enim ratione ideę destuuntur. Minus credibilia di cit, quę minus sunt probabilia. probabilius est enim affirmare magnitudines indiuiduas, quam ideas esse. Velle igitur minus credibili assumpto, magis probabile pronunciatum affirmare, absurdum est prorsus. Quare cum per ea, quę aliquantulum probabilia sunt, id, quod valde est improbabile, destrui soleat, de medio potius tollentur ideę ob ista, quoniam cum & ideę sint magnitudines, sunt autem magnitudines in infinitum diuiduę, vel penitus diuiduę secabuntur ideę quoq; si prorsus sint, atque siue diuidantur, siue diuidi queant, neq; immobiles, neq; impatibiles erunt, velut ii, qui ideas statuunt, voluerunt.

Rursus quoque stultum est arbitrari elementa corporea partibus carere nam etsi quidam sic affirmant, tamen quantum ad præsentem quæstionem attinet, principium petunt. Et quanto magis, quod probandum est assumere videntur, tanto plus diuiduam esse longitudine lineam, latitudinem superficiem, altitudine corpus apparet.

Tertię Philosophus rationi occurrit, quę probat, ꝙ cum elementa sint magnitudines, & omnis magnitudo diuisibilis, continget, & elementa diuisa esse, atque ita subinde principiorum principia erunt partes videlicet elementorum totius elementi: sic inquam Philosophus occurrit. Rursus quoq; stultum est arbitrari elementa corporea partibus carere, nam etsi quidem sic affirment, tamẽ quantum ad pręsentem quęstionem attinet, principium petunt, & quanto magis, quod probandum est assumere videntur, tanto plus diuiduam esse longitudine lineam, latitudine superficiem, altitudine corpus apparet. Quomodo autem principium petunt: an quia cum in disceptatione positum sit hoc, vtrum diuiduum corpus sit, an in infinitum diuiduum, ipsi tanquam concessum hoc assumpserunt in elementis, dicentes ecce elementa sunt corpora, nec diuidua suapte natura sunt: quare, si hęc indiuisibilia sunt, & alia quędam indiuidua esse credendum. Cum itaq; isti hoc pacto sumant quod probandum fuerat, nihil aliud hinc lucrantur, quam quod plura congerunt, corpora quędam dicentes insecabilia, quorum diuisibilitatem potius demonstrare queunt: atq; illis dissolutis, reliquorum quoq; insecabilitatem dissoluere. Quod autem facile dissolui queat in elementis insecabilitas, sensus attestatur. nam aqua & terra, quęcunq; nobis occurrit, in partes dissoluitur. Quamobrem dimittere sensum, & rationi soli inseruire absurdum, & stolidum est. quoniam hac de causa non pauci deuiarunt a veritate, & ab iis, quę conueniunt velut & Parmenides, qui dicit ens vnum esse, & F Zeno, qui motum non esse contendit, & alii plures.

Zenonis autem ratio sibi ipsa non consonat, cum non sic vno modo velit finito in tempore rem motam tangere infinita. At qui tempus & linea simili modo finita, & infinita dicuntur, ac totidem vtraque diuisiones suscipiunt. Neque numerare est singulas infiniti particulas animi cogitatione tangere etiam si quis ita nos cogitatione singula infiniti puncta tangere concedat: quod quidem fortasse fieri non potest. Non enim in rebus continuis, & substratis cogitationis motus consistit, sicut earum, que feruntur rerum. Sed, si quis animi cogitationem sic etiam moueri consentiat, non erit is motus numerus. nam numerare non nisi interposita quiete absoluitur. Verum absurdum est fortasse quempiam præ ignauia succumbere, proptea, quod non audeat oblatas argumentationes dissoluere, atque sic


A imbecillitatem suam fouendo, grauioribus insuper fallaciis se decipere.

Quartum argumētum ab illis adductum probans magnitudines in infinitum nō diuidi, fuit ratio Zenonis, quam ille proprie aduersus motum opponebat dicens, si stadium in infinitum secatur: si definito aliquo tempore, per ipsum quispiam mouetur, tanget infinita finito in tempore. Et rursus, si celerius ęquali in tempore plus spatij peragit, q̄ tardius faciat, cogitationis autem motus celerrimus, & cogitatio dinumerare poterit infinita in aliquo finito tempore. Zeno itaque rem de potentia ad actum transferens hęc absurda collegit. Hic autem Philosophus sicut, etiam in alijs faciebat, occurrit ad hęc respondens & sophisma talem rationem esse demonstrat, neque enim, inquit, in finito tempore, infinitasstadii partes tanget id quod fertur: sed in infinito etiam ipso. Nam simili modo tempus, & longitudo finita, & infinita dicuntur. ac sicuti tempus finitum est extremis, ita longitudo finita est extremis. Et denuo sicuti tempus infinitum est diuisione, sic & longitudo infinita est diuisione Zeno igitur captiosum sylogismum compones, aliter in tempore, aliter in stadio finitum capit: tempus enim a mane ad vesperam, quod est diuisione infinitum quemadmodum, & longitudo est diuisione infinita, finitum extremis accipit, nec tamen ita finitum accipit stadium, extremis videlicet, sed prorsus diuisione. Neque rursus Philo-
B sophus, inquit singulas infiniti particulas animi cogitatione tangere, est numerare, etiam si quis ita nos cogitatione singula infiniti puncta tangere concedat: quod quidem fortasse fieri non potest, nam quo pacto tanget actu singula infinitarum rerum puncta tam breui tempore? non enim, inquit, in rebus continuis, & substratis cogitationis motus consistit, sicut earum quę ferumtur rerum: sed si quis animi cogitationem, sic etiam moueri concedat, non erit is motus numurus. nam numerare interposita quiete perficitur. Verum absurdum est fortasse, eos qui nequeunt soluere obiectiones prae ignauia succumbere, atque sic imbecillitatem suam fouendo, grauioribus insuper falacijs seipsos decipere.

Quòd vero de commensurabilibus lineis postremo dicunt, omnes vna quadam et eadem mensura oportere mensurari, falsum est admodum, & nequaquam Mathematicorum suppositionibus concordat. Non enim ita supponunt Geometræ, neque vtile ipsis istud foret: immo potius aduersaretur, lineas omnes commensurabiles esse, & omnium commensurabilium linearum communem mensuram existimare. Quamobrem ridiculum est, eos, qui dicunt se demonstra-
C re ex Geometrarum decretis, & ex quibus Mathematici docent, in contentiosam pariter atque fallacem diuertere argumentationem, presertim tam inualidam. nam multis modis imbecillis est eiusmodi ratio, & quouis modo licet euitare, ne aut inusitata dicere, aut argui videamur.

Supponunt enim Mathematici, communem mensuram magnitudinem commensurabilium, sed ipsam non indiuisibilem supponunt, sed quæ posit & ipsa alicui commensurabilis esse alia quadam communi mensura. Nouem quippe communis mensura sunt trigintasex, & octuaginta vnius. illis quidem si quater plicētur, his autem, si nouies, & preterea quadraginta quinque, si quinquies assumatur. Verum & ipsum nouem commensurabilis est cum viginti vno: ternarium enim communis est vtriusque mensura, illius quidem, si ter replicetur, huius autem si septies repetantur. Atque omnis linea, quę mensura cum alia non conuenit cum hac & ista conueniunt, quia cum his commnem mensurā habet, cum illa vero non habet. Quare non omnes lineæ vna quadam & eadem mensura dimentiuntur, sed alio quidem istæ, vt hoc modo commensurabiles, alio autem hęc, vt illo modo.

Præterea absonum foret, si quis a Zenonis oratione vltra quam D par sit persuaderetur, lineas indiuiduas concedere, quia ipsi respondere nesciat, ob rectæ vero lineæ motum in semicirculũ diuiduas non credere, quam necesse est in rectum ita diuidere, vt infinitę circumferentiæ, & interualla totidem interueniant. Rursus quoque facile persuaderi potest ex motu circulorum æqualium.




Figurę ostẽdẽtes lineas eum ex motu rectę linęę in semicirculum, tũ ex motu duorum circulorum ęqualiũ eẽ diuiduas.

Nam quisquis horum moueatur, oportet per maius semicirculum moueri, & quæcunque alia huiusmodi constituta sunt de lineis, fieri nõ posse, vt talis vllus motus peragatur, quin prius omnibus & singulis interiectis occurrat. atque hæc Mathematicorum scita multo magis ab omnibus cõcessa sunt, quam istorum dicta. Quamuis autem ex confutatis nuper rationibus appareat, vt neque necessarium, neque probabile sit lineas vllas indiuiduas extare, tamen ex iis etiam, quæ deinceps subiungã, multo magis per spicuum euadet, & primo quidem per ea, quæ Mathematici demonstrat, atque addiscenda proponunt, quę mutare non decet, nisi probabiliores rationes habeamus. Nam neque lineæ, neque rectę lineæ, definitio cum insecabili linea consentit, vt quæ nec inter duo puncta extensa sit, nec medium vllum habeat. manifestum est igitur ex antedictis rationibus, quod neque necessarium, neque probabile sit lineas insecabiles esse. ex his aũt, quæ subiicientur, manifestum adhuc magis fieri porit. ac primo quidem per ea, quę in mathematicis demonstrata suppositaq; sunt, quæ iustum non est aliter quã certioribus rationibus amouere. Nam si quam insecabilem lineam vocant est et linea, & recta linea, nimirum ipsi & lineæ & rectæ definitio conueniet: sed neque lineæ, neque rectæ definitio ipsi conuenit, cum neque aliquorum media queat esse, neque medium omnino vllum habeat.

Nam indiuidua linea quomodo longitudo erit, & sine latitudine: quoniam insecabilis cum sit, intra latitudinem consistere non põt, vt enim punctus duarum linearum medius est potentia, cum adhuc indiuisæ sunt, quando vero actu diuisę fuerint, tunc punctus ambabus partibus actu diuisio est. sic & linea media est duarum superficierum potentia, superficie indiuisa, & vna remanente: quando vero actu diuisa fuerit, & duę superficies euaserit, linea actu diuisio, est: insecabilis autem illa existens, & ob hoc inseparabilis, quo pacto medium consyderabitur superficierum perlatum diuisibilium. necesse est igitur cum superficiebus in geminas partes diuisis simul diuidi, & indiuiduam lineã, quę ambas partes diuidit, & media inter duas superficies iacet: neque igitur in medio aliquorum est, vt lineę naturam ostendat, neq; medium habet inseca


A bilis cum sit, ac quo tandem pacto ipsi competet rectę definitio. recta nanq; dicitur, cuius medium non obstat finibus.


Deinde omnes lineæ commensurabiles erunt. Nam omnes ab indiuiduis lineis dimetientur, quęque longitudine, quæque potentia sunt commensurabiles: indiuiduę aūt lineæ sibi ipsis commensurabiles sunt longitudine, cum inter se sint æquales. quare potentia quoque. Quod si hoc est, diuiduum erit quadratum.




Deinde omnes lineę cōmensurabiles erunt. nā quę distinctio adhiberi poterit, vt hanc quidem mensuret, illam autem non mensuret communis illa, atque insecabilis mensura, illa inquā indiuidua linea: nam cum insecabilis sit, & partibus careat omnibus quadrabit, & omnes ab indiuiduis mensurabuntur, & quę longitudine commensurabiles sunt, & quę potentia. insecabiles autem cum sint, & ipsę commensurabiles sibi ipsis erunt lōgitudine ęquales enim sunt. Quare, & potentia commensurabiles erunt: nā quę longitudine commensurabilia sunt, potestate quoque sunt commensurabilia: non tamen e contrario sicut dicebamus.

B Tertio cum linea breuior grādiori copulata latitudinem faciat, si sumantur æquales portiones ab indiuidua, & a pedali linea, bipedalique coniungantur, minoremque latitudinem indiuidua faciat quam reliqua, minor erit latitudo, quę ab indiuidua prouenit.









Quarto, si ex tribus datis rectis triangulus componitur, ex tribus quoque lineis indiuiduis componi poterit: in omni autem æquilatero perpendicularis in mediam basim incidit. Quare & medium indiuiduæ diuidet.

C Pręterea si ex tribus datis rectis triāgulus componatur, atque ex insecabilibus constituatur in omni triangulo ęquilatero perpendicularis linea in mediam basim descendit, (est aūt ęquilaterus prorsus, & qui ab indiuiduis lineis constituitur) ęquales enim sibi sunt indiuiduę lineę. Quare in subiectam lineam, quę insecabilis defenditur, perpendiculum veniet: eritque medium indiuiduę lineę, quod esse non potest: medium enim indiuidua linea non habebit.

Quinto si quadratum ex quatuor insecabilibus lineis consistat, diametro protracta, & perpendiculari ducta, quadrati costa potentia perpendicularem diametrumque dimidium ęquat. Quare non erit minima, neque duplum erit spatium a diametro consurgens illius, quod ab indiuiduo procreatur. nam æquali ablato reliquum erit minus indiuiduo: nam si æqualis, diameter quadruplū describeret, hæc, atque huiusmodi complura colligere quispiam pos-



ſet, eo quod omnibus, vt ita dixerim aduerſantur, quæ a Mathematicis traduntur quorum nõnulla denuo ſubnectam. Eorum quę partibus carent, vnus eſſe contactus poteſt at linea duos habet. nam tota, totam, & extremis vtrinq; finibus tangit. Deinde hoc pacto vna linea alteri copulata non efficeret ex vtriſque coniunctum maius, idcirco quia partibus carentia ſibi ipſis adiuncta maius non faciunt.




Prçterea linea appoſita lineę non faciet maius id, quod ex ambabus conficitur totum. nam quod partibus caret alteri copulatum, non auget id, quod prius fuerat.

Poſtea nihil continuum e duobus efficitur, quæ partes non habeant, propterea quod omne continuum plures partes continet: omnis autem linea, præter indiuiduam, eſt continua: quam obrem linea non erit, quæ indiuidua fuerit. B

Inſuper ex duabus non habentibus partes cõtinuum nihil gignitur, quia plures partes continuum omne complectitur: omnis autem linea prçter inſecabilem continua non foret: quare non eſt indiuidua.

Amplius ſi quæuis linea, præter inſectilem, in partes diuidi poteſt, tum ęquales, tum inæquales: ſcindatur linea in tria fruſta, quæ non ex tribus inſecabilibus, & vniuerſaliter imparibus conſtet, diuidua fiet inſecabilis linea. Similiter autem ſi in duo diuidatur linea, quæ ex imparibus conſiſtit. Quod ſi bifariam quidem non omnis linea finditur, ſed quę ſolum ex partibus coagmentata fuerit, ſi iam in duas partes diuiſam in quæcunque diuidi poteſt diuideretur, ſic quoque inſectilis linea diuidetur, quando ex paribus compoſita per inæqualia ſcindetur. Rurſus ſi mobile per totum ſpatium vna hora mouetur, horæ dimidio per medietatem ſpatii mouebitur, & in minori tempore per minus ſpatium, quam ſit medietas: ergo ſi quidem ex imparibus indiuiduis ſpatium illud componitur, redibit inſectiliũ in medietates diuiſio. ſiquidem media hora, medium ſpatium, mobile pertranſit. ſimiliter enim tempus, & linea ſecabitur. Quare ſi nulla ex compoſitis lineis diuidetur in æqualia, & inęqualia, neque ſicuti tempus ſcindetur, non erunt indiuiduæ lineæ. Eſt autem eiuſdem rationis ſicut dictum eſt ex indiuiduis omnia, vel affirmare, vel negare. Ad hęc, omnis linea, modo non ſit infinita, duos fines habet, ſiquidem linea hiſce terminatur: at indiuidua linea non eſt infinita, fines igitur habebit quare diuidua erit, finis enim aliud eſt, & non illud cuius eſt finis C



A aut extabit aliqua linea præter istas, quæ neq; finita neq; sit infinita. Præterea, omnis linea vel est infinita, vel fines habet: igitur insecabilis linea non est infinita: fines ergo habebit atq; diuidua erit. nam si finis aliud est ab eo cuius est finis, vel erit aliqua linea, quæ neque finibus careat, neque fines habeat. Insuper non erit in quauis linea punctus: non enim in indiuidua. nam si vnius punctus insit, ipsa primum linea sola erit, & inde punctus, sin plures inerunt, diuidua fiet. ergo si punctus indiuiduę lineæ nullus inest, neq; prorsus inerit lineę, cum reliquę ex indiuiduis, sicuti dicunt, cohaluerint.

Insuper non erit in quauis linea punctus, in indiuidua enim non erit: ac si indiuiduę non inest punctus, neque prorsus in linea erit: nam ex indiuiduis, vt illi volunt, constant.

Postea, vel nihil inter duo puncta, vel linea, erit: ꝙ si linea, cum in omnibus lineis puncta insint, non erit insecabilis vlla linea.

B Postea vel nihil erit inter duo puncta, vel linea: ꝙ si linea, cum in omnibus lineis plura puncta insint, non erit insecabilis linea: nam indiuisibile esse solius est puncti.

Amplius non esset cuiusuis lineæ quadratum: habebit.n.longitudinem, & latitudinem, atq; idcirco diuisibile erit, cum illa quidem aliquid, hæc autem aliquid aliud. quòd si quadratum diuiduum est, & linea vnde procreatur diuidua erit.

Amplius non cuiuscunque lineę quadratum esset. nam omne quadratum habet longitudinem, & latitudinem: quare diuiduum est, quo igitur pacto diuiduũ ex indiuiduo conficitur, ꝙ si quadratum est diuiduum, igitur linea quoque erit diuidua.

Præterea finis lineæ punctus est, & non linea. finis enim extremum est, extremum vero indiuiduum: igitur, si punctus est finis, indiuiduæ lineæ pars erit punctus: atquę ita vna linea maior erit altera puncto: sin indiuiduæ lineæ punctus inest, quia finis idem sit continuatarum linearum, dabitur finis rei carentis partibus, & demum quid a linea punctus distabit, cum proprium nihil habitura sit C indiuidua linea a puncto, preter nomen.

Prętera finis lineę punctus est, punctus autem indiuiduus, vtpote finis: linea vero, vtpote finibus comprehensa, non est indiuidua, punctus igitur non lineæ finis est lineæ. Vel erit vna linea puncto maior alia linea, si linea fuerit finis, & indiuisibilis: omnis enim linea, quę lineam aliam excedit, linea excedit, si vero punctus insit lineæ quę supposita est insecabilis, & finis esse, quia idem est finis continuarum linearum, non carebit finis partibus, sed rei, quę partes non habet, finis erit, & ab ea diuersus, quoniam finis diuersus est a re finita, demum vero non differet punctus a linea: neque enim proprium quicquam habebit indiuidua linea a puncto pręter nomen.

Adhuc etiam, vt linea, sic & superficies, & copus erit impartibile. vno quippe indiuiduo existente, cætera quoque consequentur, idcirco quia vnum ad aliud diuiditur. at corpus indiuiduum non est cum in se latitudinem, & altitudinem contineat. Quare nec linea potest esse indiuidua. corpus siquidem in superficies, superficies in lineas soluitur.

Adhuc autem, & superficies, & corpus similiter erunt indiuisibilia, nam vno existente insecabili, cetera quoq; consequuntur, quia vnum ad aliud secatur, veluti corpus ad superficiem, superficies ad lineam sciinditur. Atqui corpus insecabile non erit, cum in ipso sit altitudo, & altitudo, neque igitur linea poterit esse insecabilis.

Quoniam vero rationes, quibus isti nituntur sententiam suam persuadere debiles sunt, & falsæ: aduersæ autem opinionis omnes plurimum valent ad fidem faciendam: vnicuique liquere iam arbitror, quemadmodum nulla queat esse linea, quæ diuidi non possit. Ex his autem quę subiicientur manifestum euadit nec punctis quidem componi lineam posse, quam insecabilem affirmant: ad quod probandum illamet pene quadrabunt argumenta, aut plurima saltem. Oportet enim punctum diuidi, quando linea, vel ex imparibus in ęqualia secatur, vel ex paribus in non æqualia sciinditur. Item lineę partem non esse lineam, nec superficiei superficiem, & rursus lineam puncto maiorem esse linea: ex quibus enim vnũquodque componitur, his etiam quoduis aliud excedit. Atqui istud vnum est eorum, quæ nullo modo fieri queunt, & per ea, quæ Mathematici docent, aperte falsum. Insuper quoque continget punctum esse illud, quod in tempore fertur, modo maior in longiori, æqualis in æquali tempore, motus fiat, excessusque temporis tempus sit. sed fortasse tempus quoque rem quandam esse ex instantibus compositam, suntque vtraque tempus & linea, ex suis quæque indiuisibilibus composita, dicet aliquis. At si nunc, est principium temporis, & finis, itemque lineæ punctus: neque sibi coniuncta sunt principium & finis, sed in medio semper aliquid habent: nequæ nunc, neque puncta sibi continua esse poterunt.

Insuper si linea caret partibus, & tempus carebit partibus: indiuidua vero sunt in tempore, quę nunc & instantia nominantur: quare tempus quoq; quiddam erit ex instantibus compositum, eiusdemq; rationis ambo dicentur. Atqui nec instantia sibi ipsis continua sunt, tangerent enim se: at nõ se tangunt, nec igitur puncta sibi continua sunt.

Amplius si linea magnitudinem aliquam habet, punctorum aũt iunctura magnitudinem nullam efficit, idcirco quia maiorem locum non occupant. Nam & quando linea, lineæ superimponitur eique coniungitur, nulla prouenit inde maior latitudo, sunt autem in linea puncti, qui nec ipsi maiorem locum occupare queunt, proculdubio sequetur, vt non possint longitudinem coniuncti facere.

Quare neq; compositio rerum indiuisibiliũ faciet aliquam magnitudinem, quia maiorem locum non occupant: quando enim lineæ adiunctum fuerit indiuisibile quippiam, & adaptatum, non euadit maior latitudo, quotquot adiuncta fuerint indiuisibilia, quare fiet idem & in punctis, nec maiorem comprehendent locum, etiam si complura puncta fuerint adiecta, quãdo quidem nec puncti vllius per se locus aliquo erit. Quocirca non fiet ex indiuisibilibus magnitudo continua, & ideo neq; linea e pũctis, neq; tempus ex instantibus componetur.

Præterea si res omnis, rem quamlibet aliam tangit, vel tota totam, vel pars partẽ, vel tota partẽ tangit, tanget & punctus vnus indiui-

A duus punctum alium indiuiduum, totus totũ. At necesse est cũ totus tangit totum, cum ipso vnum fieri. nam si quid remanet, quod alteri non coniungatur, non tetigit totus totum, sin nihil remanet, & simul sunt hæc duo indiuidua puncta, eundem implebit locum id quod plura nunc est, & prius vnum fuit. Duobus. n. in vnũ coeuntibus, quę nullam ex se habeant extensionem, idem locus sufficit. Atqui partibus carentia extensionẽ nõ habẽt, quocirca nec ex indiuiduis vlla cõpaginabitur magnitudo: igitur neque e punctis linea, neque ex instantibus tempus componetur. Insuper siqua ex punctis componitur linea, pũctus tanget punctũ, igitur si ex K signo protrata fuerit a b & g d tangent se primum, & punctus, qui est in a k & punctus qui est in k d. Quare, & diuersa parte tanget: nam res, quæ partibus caret, tangit rem partibus carentem, tota totam. Ergo eundem locum possidebunt, quem k punctus obtinet, & sese puncti coniungent in eodẽ loco, quòd si in eodem iuncti fuerint loco, se etiam tangent: quę enim
B in eodem sunt loco primo se tangant oportet.

Insuper si qua linea componitur e punctis, tanget punctus punctum: At punctus partes non habet, & ideo non tanget: omne enim quod tangit, vel toto totũ, vel parte partem, vel toto partem tangendo tangit, at punctus partem non habet, totum autem si tangit, vnum sit oportet.

Deinde hoc pacto recta rectam duobus punctis tanget: punctus enim in a k, & punctus in k g alterum etiam tangit pũctum, quare linea ex g d pluribus tangit punctis. Eadem ratio fuerit, etiam si non seinuicem, sed quouis alio modo linea lineam tetigerit. Quinetiam orbis circunferentia rectam lineam pluribus tanget punctis: pũctus enim contactus quiq; est in circulo, quiq; in recta consistit sese mutuo tangunt, quod si hoc fieri non põt, neq; punctus punctum tangere valet, quod si se tangere nequeunt, neq; linea punctis constare potest. nam neq; punctum tangere necessarium est. Postea quonã pacto recta vlla est linea, & circularis, quando nihil differat conta-
C ctus punctorum in recta, & circulari? Nam res, quę parribus careat, rem, quæ partes non habeat, tota rotam contangit neq; prorsus eo modo est tangere, si sunt ergo lineæ quidem differentes, contactus autem indifferentes non fiet ex punctorum contactu linea circularis, & recta: quare neq; e punctis constabit.

Postea quonam modo recta, circularisq; erit vlla linea, cũ nullã differentiã habitura sit coniunctio, neq; punctorũ, neq; rerũ partibus carentiũ in recta & circulari: nam quod partibus caret, si tangat aliquid, quod partes nõ habeat, totus totum tanget. immo potius nequeunt ea. quę partes non habent se mutuo tãgere, ꝙ si lineę differunt, punctorumq; coniunctio non differt, non constabunt lineę e copulatione, vt vna sit recta, circularis altera: quare ne e punctis quidẽ lineę constabunt.

Insuper necesse est puncta vel sese mutuo tangat, vel non se inuicẽ tangant. si igitur id quod deinceps est tangat oportet, eadem redibit ratio sin contingit quod deinceps est non tangere, non erit linea continuum: nihil. n. aliud continuũ dicimus, quã quod est ex se tangenti-

bus compositum. Quare oportebit, & hoc modo vel puncta sese mutuo tangere, vel lineam continuam esse. Amplius si absurdum est puncto, punctum superimponere quo fiat linea, & lineæ lineam adiungere, quo fiat superficies, impossibilia sunt, quæ ab eis dicta fuerunt: siue enim deinceps puncta, diuidetur linea per neutrum ipsorum, sed per id quod intercedit, siue se tangunt, linea erit vnius puncti spatii. hoc autem esse non potest. Postremo omnia diuiderentur, & resoluerentur in puncta, corporisque pars punctus esset, siquidem corpus è superficiebus, superficies è lineis consistat, si vero illa, ex quibus primis in existentibus singula constant, elementa sunt puncti corporum elementa esse poterunt. Quare vniuoce corporum, & linearum elementa puncti erunt non specie diuersa.

Postremo cuncta diuiderentur, & soluerentur in puncta si e punctis, & rebus indiuiduis componerentur: foretq; punctus pars corporis, modo corpus, e superficiebus, superficies e lineis, lineę constituantur e punctis. Quod si illa sunt elementa ex quibus primis inexistentibus quęque fiunt, puncta forent elementa corporum.

Apparet itaq; ex dictis non esse lineam è punctis, neque ab ea punctum auferri posse. nam si contingit & punctum auferri, contingit & apponi: quoniam autem apposito, illud cui addiunctum est, maius euadit, quam prius fuerat, si tale sit appositum, quale quod suscipit, erat. Quare est ambobus unum totum facere licebit, & erit una linea maior alia puncto: id quod fieri nequaquam potest. Verum per se quidem non potest a linea punctus auelli, per accidens autem potest, eo quod ablatum lineam sequatur. cum enim totum aufertur, totius & principium, & finis auferatur oportet. at lineæ principium, & finis punctus erat, licet itaque partem de linea demere: quare, & punctum auferre, sed ea per accidens censebitur ablatio. Si vero finis tangit illud cuius est finis, vel ipsum, vel aliquam eius partem, & punctus quatenus finis lineam tangit: sequetur, vt hæc quidem linea puncto maior alia sit. hæc autem ex punctis nihil in medio comprehendentibus. Eadem ratio est & in diuisione. nam si diuisio per punctum est, & diuisio tangit aliquid tam in solido, quam in superficiebus, & superficies e lineis conficitur. Non est autem verum dicere per punctum fieri diuisionem, neque paruissimam aliquam lineam in minimum, quod insit, diuidi. minimum quippe minus est etiam eorum, quorum minimum dicitur. at lineæ nihil aliud quam punctus inest, & linea, atque lineę: linea vero puncto maior non est. nam neque superficies est linea maior: quare punctus non erit in linea minimum. Si vero lineæ cõiunctus est punctus, & minimum est quod a tribus faciebus, hoc est a tribus partibus deficit, non erit punctus eorum quæ lineæ insunt minimum. nam & alia quædam insunt longitudini præter puncta, & lineam. Non enim è punctis longitudo consistit. Si vero id, quod est in loco punctus est, longitudo quippe superficies, & solidum, quædam ex his compositæ res sunt: illa siquidem ex quibus constat linea, sunt

A in loco. etenim & linea est in loco, ac neq; corpus, neque superficies, neque ex his quippiam in linea sunt, non erit aliquid penitus in longitudines præter puncta & lineas. Amplius si res, quæ maior dicitur esse, in loco est, vel longitudo, vel superficies, vel corpus: est autem punctus in loco, nihilque longitudini prædictarum rerum insit præter puncta, & lineas. sic quoque non erit punctus rerum inexistentium minimum. Præterea, si vas aliquod, eorum quæ in domo sunt, minimum appellatur, non domui comparatum, sed per seipsum conside ratum, iisq; & in aliis loquendi modus seruari solet, nihil eorum, quę quę sunt in linea minimum erit ad lineam comparatum, quaræ puncto non conueniet minimi appellatio. Quoniam vero quod non est in domo, minimum esse non potest eorum, quæ in domo sunt, ita & in cæteris est iudicandum, contingit autem lineam ipsam per se ipsam esse, non erit de puncto verum dicere, quod minimum sit eorum, quę in linea sunt.

B Apparet igitur ex antedictis, e punctis lineam non constare, neque insecabilem & partibus expertem esse lineam, sed diuisibilem esse omnem lineam, atq; in infinitum diuidiſam. est autem punctum vtpote finis minimum quiddam, linea vero minima non est, sed pręcedente minor semper, semperq; diuidua, quemadmodum igitur minimum aliquid eorum quę sunt in domo, & nihil ad ipsam comparatum, non dicitur esse aliquid, quod ad domum pertineat, eodemq; & in aliis pacto. quid enim, ad pilam, vt ita dixerim, nigredo confert? vel ad statuam facit, sitam esse in dextra vrbis parte, sic neque in linea minimū, quod finis est, & punctus ad lineam collatum aliquid erit. Quare non conueniet quidem lineę minimum esse, punctus autem in ea, vtpote finis, erit etiam minimū, quod nihil erit ad lineam comparatum, non erit itaq; linea insecabilis.

Postremo non est etiam punctus articulus indiuiduus, nam articuli semper duorum termini sunt, punctus autem, & vnius lineę terminus est. Insuper punctus, finis. articulus, diuisio potius est. Adhuc si lineam statuamus articulos, superficiem quoque articulos concedamus oportet, idcirco, quia proportionem inter se seruant. Præterea arti-
C culus quodammodo differentia est. quamobrem Empedochles in suis carminibus inquit.

Articuli semper constat iunctura duobus.

Punctus autem etiam inter immobilia collocatur: Postea vero nullus habet infinitos articulos in corpore, vel in manu. at puncta habet. Et denique lapidis articulus est nulli, neque saxum articulos vllos habet: puncta vero habet.

Libri de Lineis Insecabilibus finis.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM INDICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS, MARCI ANTONII ZIMARE, ET QVORVNDAM ALIORVM

Præclarißimorũ Philoſophorũ.

Vtrum hoc nomē homo Aequiuoce dicatur d̄ homine docto, & in docto, ſicut de viuo & mortuo,

AVer. in prologo phy. loquendo de vtilitate ſcientiæ naturalis dicit, & in hac ſcientia manifeſtum eſt, ꝙ prędicatio nominis hominis perfecti a ſcientia ſpeculatiua, & non perfecti, ſiue non habentis aptitudinem, ꝙ perfici poſsit, eſt ęquiuoca, ſicut nomen hominis prędicatur de homine viuo, & de homine mortuo, ſiue prędicatio hominis de rationali, & lapideo. Ex quibus habetur, ꝙ hoc nomen homo ęquiuoce dicitur, & conſequentur ratio ipſius nõ vniuoce dicitur. Oppoſitum huius habetur ab Ariſt. 3. metha. 15. vbi dicit, in indiuiduis vero non eſt hoc prius & illud poſterius, & clarū eſt, ꝙ indiuidua alicuius ſpeciei non æquiuoce ſunt ſub illa. Ad hoc reſpondēt multi, & dicunt, ꝙ homo doctus, & indoctus vno modo, poſsunt conſiderari, quo ad actū primū, & hoc modo homo de eis vniuoce dicitur, quia in his, quæ ſunt vnius ſpeciei, non eſt hoc prius, & illud poſterius, vt bene dicit textus adductus. Alio modo conſiderari poſſunt, quo ad operationem; & iſto modo homines docti, & ignari non ſunt vniuoce homines. Vnde. 7. metha, 39. manus operans, & lapidea æquiuoce ſunt manus. Et iſto modo iſti difficultatem effugiunt. Sed iſta expoſitio ſe ipſam deſtruit. quia. 1. cœli. 19. illa, quæ habent eandem diffinitionem, habent eandem formam, & eandem operationem, ergo implicat dicere homines habere eandem formam, & non habere aptitudinem ad operationem illius formę. Confirmatur, quia in diſputatione, 6, in ſolu. 6. dubii inquit, poſuerunt peripatetici, ꝙ paſsio ducit nos in cognitionem materię, & actio in cognitionem formæ. Vnde aliter dicendum eſt, ꝙ hoc nomen homo poteſt ſumi vno modo, vt dicit diffinitionem hominis mere ſubſtantialem, & per intrinſeca ipſi homini datam, vt animal rationale. Et hoc nomen homo ſic ſumptum, non dicitur ęquiuoce de homine docto; & indocto, quia talis diffinitio vnicuique eorum competit. Alio modo poteſt ſumi hoc nomen homo, vt dicit quandam diffiuitionem ſumptam ex fine extrinſeco ipſius hominis. ſ. felicitate. Et iſto modo ſumptum hoc nomen homo, adhuc dupliciter poteſt ſumi, ſecundum ꝙ duas poteſt importare diffinitionem. ſ. ſecundum ꝙ homo duas felicitates poteſt hebere, Nam de intentione Auer, immo Ariſto, 10, ethi. 9. eſt, ꝙ

Reſponſio aliquorum,
Impugnatio
Solutio propria,

Homo duas felicitates poteſt habere,

homo

A homo duas haberere potest felicitates; vna est politica secundnm virtutes morales, & hęc est in appetitu sensitiuo, (licet non nul i oppositum sentiant) hoc etiam habet Aristo.6.ethi.9. & ista felicitatem possunt omnes consequi, & de hoc nomine homo, vt importat diffinitionem datam per hanc felicitatē, non loquitur Auer. quum dicit ꝙ æquiuoce dicitur,&c. Alia est felicitas, quę competit homini, secundum ꝙ est in eo aliquod diuinum, & secundum hoc homo est felix per scientias speculatiuas; & istud non omnes participant, sed solum philosophi, qui speculatiuis incumbunt, & non in alij, Licet glorientur, vt sunt isti morales, & cæteri artifices Vnde Georgius Nisenus in libro de libero arbrio dicit, ꝙ secundum Arist. intellectus separatus, nō est participatus ab omnibus, nisi a Doctis, Et de hoc nomine homo, vt importat diffinitionem datam per istam felicitatem, loquitur, quū dicit, ꝙ ęquiuoce dicitur homo de docto, & indocto. Et sic omne dubium remouetur.

Auerrois in suo, proœmio super primo phys. in.2. cap. vbi ponit vtilitatem scientiæ speculatiuæ, dicit ꝙ hominem esse perfectum per scientias speculatiuas est hominem habere suam vltimam perfectionem, & talis dispositio est sibi felicitas vltima, & sempiterna vita. Nos autem inuenimus oppositum ab ipso tertio de Anima.com.36.& nono meta.cō.vltimo, vbi habet ista verba. Et declarauimus super.3.de anima.cō.allegato, ꝙ fortunitas maxima, quæ est in- B spicere intellectum separatū, est per potentiam, quæ fit ī intellectu speculatiuo apud suam vltimam perfectionem similem potentię, quæ fuit in visu apud aspectum ad colores, non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarum, quę acquiruntur per cognitionem: quoniam non est sicut existimauit Auempace. ꝙ hoc acquiritur per cognitionem. Et in hoc etiam ipse accusat Alfarabium.3. de anima, vbi supra, sicut patet intuenti. Contradictio igitur consistit in hoc, quia hic in prœmio dicit felicitatem hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarum: in alijs vero locis allegatis dicit felicitatem hominis nō consistere in huiusmodi scientijs, quę per discursum acquiruntur, sed in intuitiua cognitione Dei, quæ habetur per intellectum adeptum. & hoc etiam videtur velle Themistius, sicut ipse allegat.3. de anima. Ad hoc soluentes dicimus ꝙ.3. de anima vbi erat locus proprius discutiendi istam difficultatem, locutus est ex propria sententia: hic vero locutus est secundum mentem aliorum. Aut aliter, & subtilius potest prima controuersia conciliari, vt dicamus felicitatē hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarum dupliciter posse intelligi vel dispositiue, vel completiue. Et tunc dicimus ꝙ primo modo est verum secundum viam Auer. secundo vero modo est falsum. primo modo loquitur hic, secundo modo loquitur.3.de anima, &.9.meta, vbi negat felicitatem consistere in scientijs speculatiuis, completiue scilicet. nam cognitio scientiarū speculati- C uarum non est felicitas, sed est via ad illam. Et, quia quandoq; via ad terminū consueuit sumere denominationē a termino, iuxta illud Philosophi.2. phy.tex. cō.14. generatio est natura, quia est via in naturam, ita etiam scientia speculatiua est felicitas, quia est via ad felicitatem: quæ felicitas est primum principiū, a quo cœlum dependet, & natura, sicut patet expresse.12. meta, &tex. & cō.38.

In proœ.primi physi.

Solutio prima.

Solutio secunda.

Secunda contradictio ibidem est ista. Quia declarans quomodo ad scientiarū speculatiuarum acquisitionem consequantur omnes virtutes morales, ostendit quomodo consequatur magnanimitas, & inquit ꝙ sapiens, cum cognouerit paruitatem vitæ suæ, & perpetuitatem sempiternam, & motum continuū & ꝙ proportio suæ vitæ ad tempus sempiternum est, sicut puncti ad lineam, vel sicut minimi finitorum ad infinitum, non procurabit propriam vitam. & parum infra subdit quod eligit mortem præ vita. Sed huius oppositum nos inuenimus ab Arist. in tertio ethicorum, cap.xi. vbi habet ꝙ, quanto aliquis magis omni virtute pollet, quantoq; felicior est, tanto magis illi mors molesta est. nā huiusmodi vir maxime dignus est vita, & maximis bonis priuatur idipsum sciens. Sed ad hoc soluentes dicimus ꝙ Philosophus in alio casu loquitur, & in alio casu loquitur Auer. hic. Nā, si cōparentur felix & miser, i. nō habens scientiarum, sine dubio felix magis timebit mortē, q̄ miser. & ratio est quia plus pdit quā-

In proœ.primi physi.

do moritur q̃ miser. Aue .autem hic loquitur in casu, quo sapiens dubitat ne B
felicitatẽ amittat.tunc .n.in illo casu debet præeligere mortẽ pre vita. Et hoc expresse sonant verba eius.inquit.n. & proprie cum habet perfectionẽ humanã, & dubitauerit q a perfectione expolietur, tunc non est mirum, si aliquando elegit mortẽ præ vita. & sic sedatur contradictio. Sed hic est locus dubitationis contra Auer.perarduus.

Dubitatio maxime.

Tum, quia malum non habet rationẽ appetibilis: sicut patet ex primo ethico.cap.primo. Bonũ ipsum est, qđ omnia appetunt, & 5. ethico.malum a nullo appetitur: mors autem malũ: ergo, &c. Amplius est contradictio in dictis eius, Quia ipse dicit q sapiẽs debet eligere mortẽ, ne expolietur felicitate. Sed hoc nihil est secdm fatuã opinionẽ eius de vnitate intellectus. Et videtur esse etiã contra Philosophum.3.ethico.cap.9.vbi reddent causam, quare mors omniũ terribiliũ, inquit. Mors autem maxime, omniũ rerũ est horribilis: quippe cum terminus sit: nihilq; amplius homini mortuo neq; bonum, neq; malũ esse videatur Et primo ethico.ca.14.mortuum felicẽ non dicimus, ista sunt, quę faciunt difficultatẽ in hac materia. Et nos soluimus prolixe in superiori anno in expositione nostra super quatuor primos de physica auscultatione.

Solutio.

Pro nunc tamen breuiter dicendum puto, q sententia Auer.non contradicit Philosopho ad intellectum datum: immo ipsemet Arist.9.ethico.ca.9.expresse tenet q sapiens appetitu conformi rationi recte debet vitã porpriã morti exponere. mens enim omnis eligit optimum sibi probus vero menti obtẽperat. B Verũ autem est quod de probo viro dicitur, cum amicorum causa & patrię multa agere, etiam si pro ipsis mors fuerit oppetenda, nam & pecunias, & honores proijciet, & demum ea bona, quæ in certamen apud homines veniant, dum quod honestũ est sibi ipsi vendicant. Breui enim tempore lætari vehementer magis eligent q̃ longo leuiter: & viuere honeste vno anno. q̃ multis quomodolibet: vnam item actionem honestam, & magnam, quam multas & paruas hoc autem iis fortasse euenit, qui pro alijs mortem obire conseruerunt. Eligunt enim magnum quoddam honestum sibi ipsis, &c. Et ex istis verbis clare patet solutio ad obiecta, mors enim non est illud, quod primo appetitur, sed bonitas, & honestas actus, quem exercet sapiens in tali casu. Nam, sicut patuit in verbis Philosophi, maximum bonum sapiens sibi tribuit in exercendo illum actũ virtutis. & hoc bono priuaret se, immo vitiose viueret, si illo actu tunc pręter misso, saluare suum esse per quantumcunq; esse. vnde melius est simpliciter maximum bonum & momentaneum, q̃ remissum bonũ virtutis. vel vita vitiosa per magnum tempus. Et ex isto loco colligitur de intentione Philosophi euidenter q bonum cõmune secundum rationem rectam est magis eligendum q̃ bonum proprium, quia totum bonum proprium debet homo exponere etiam destrutioni simpliciter, si nesciat animam immortalem propter saluationem boni communis. Sapiens igitur in casu isto agit, sicut agit agens naturale, quod C primo intendit inductionẽ formæ generande. sed quia forma ista nõ potest induci nisi ad destructionẽ preexistentis in materia, secundario, & per accidens intendit corruptionẽ, sic sapiens, quia non põt in casu, in quo loquitur Auerrois cõsequi felicitatẽ, & euitare miseriam, nisi exponat se morti, mortẽ p accidens, & secundaria intentione pręeligit. Ad obiecta autẽ ex dictis patet iam solutio.

Vt hoc nomen Elemẽtũ dicatur de causis intrinsecis, an etiã hoc nomen principium.

Auer.primo phy.1.aie, & intendebat per principia in hoc loco causas agentes, & mouentes, & per causas, fines, & per elementa causas, quę sunt partes rei scilicet materiam & formam & quinto metha. Co.4.ait elementum non dicitur de causis extrinsecis. Oppositum huius dicit Aristoteles primo physicorum vbi causas intrinsecas vocat principia, & Auerrois ibi dicit, & oportet necessario secundum naturam diuisionis vt principium existens in re, sit vnum, aut plura vno. Ad hoc primo quod (vt dicit Auerrois. duodecimo metha. 23. principium, dignius est, vt dicatur de causis extrinsecis, elementum autem de causis intrinsecis: & sic ex hoc habetur, quod non conuenit, q aliquando principium dicatur de causis intrinsecis. Vnde .8. metha. Com. 4. habetur, principium dicitur de existenti in re, & existenti extra rem. licet in propria significatione supponat pro causa agente, & mouente, etiã, 5. metha.4.

Principium est vniuersalis causa.

A principium est vniuersalius causa, quia principium dicitur de principiis transmutationis, & dicitur de quatuor causis. Inde sumitur omnem causam principium esse, vt patet, 5. meta. 1. & non omne principium causam esse. Et huius ratio est quia ibidem principium sumitur inter alias significationes, pro principio transmutationis, & motus. Vnde priuatio principium est, sed non est causa, aliter causarum genera non quatuor sed quinque essent. Sed ab aliquibus huius scilicet quare principium in plus quam causa se habeat, alia ratio assignatur, & dicunt, quia, 5. metaphy. 1. omnis principii commune esse videtur primum esse, & ideo in ordine ratio consistit: sed ratione causae est, quod aliud sequitur ad ad eas, & quia entibus priuatio aduemens entitate entia priuat, vt. 1. physi. 80 Altera vero pars contrarietatis multotiens imaginabitur ad maleficium ipsius protendenti intellectum, neque esse pœnitus & extra omne, & eodem libro textu. 68, sufficiens enim erit alterum contrariorum facere absentia, & presentia mutationem. In subiecto enim apto nato nihil aliud est nisi absentia formę, ipsa priuatio. Sed contra istos instatur, quia, si illa est ratio causę (vt dicunt) tunc materia minime causa erit. Nam Auerro. septimo metaphysic. 27. ait formæ est pars, quę quum fuerit, erit res, materia vero cum fuerit, non erit re. Hoc etiam innuit Themistius in. 2. de anima cap. 1. dum ait, ac re vero hoc aliquid est, modo illud discrimen intelligat res, a materia vt fierent, a forma vt essent, habere. Et etiam Themistius super 2. phy. super tex. 11. dicit, quamlibet

Instat cōtra solutionem.

B rem, id quod est, habere ex forma, & non ex subiecto. Et in 2. de anima. 2. forma describitur forma est per quam, est hoc aliquid. hoc nomen etiam elementum (vt dicit Auer. in. 5. meta. 4. in principio Com.) non dicitur de causis extrinsecis, sed de causis intrinsecis, & dignius de materia, sed hoc intelligitur dum sumitur in significatione propria (vt limitat Auer. in. 1. phy. 1. V[illegible] tamen omittendum non est, quod (vt dicit Auer. 3 cœli. 31.) elementa, de quibus Aristo. egit. 3. & . 4. cœli, sunt alia ab elementis, de quibus perscrutatus fuit in. 1. physico, illic enim declarauit elementa vniuersaliā corporum simplicium, & compositorum. scilicet primam materiam & forma. in libris autem de cœlo declarauit elementa corporum compositorum tantum, quæ æquiuoce dicuntur, elementa cum illis; quoniam, quum diuiditur, non existunt in actu. Forma enim corrumpitur, & materia induit aliam formam. Ad formam igitur contradictionis redeundo dico, quod si bene consideratur, de quibus hoc nomen principium dici potest, quod satis declaratū puto. non amplius contradictio apparebit. Potest. 2. dari alia responsio, quod Arist. in. 1. physicorū. 6. vbi vocauit causas intrinsecas principia, vsus sit modo loquendi antiquorum, & vocabulis cōmunibus: quia antiqui causas intrinsecas appellabant principia, & non elementa. Plato enim elementa primus vocasse traditur causas intrinsecas, rem componentes, quę ab antiquioribus principia dicebantur (vt tradit Eudemus Simplicio recitante in prologo physi.) & hoc ostendit Aristo. ante ipsos. 1. phy. 48 vbi dicit, omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, & vere irre ratione petentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti. & . 11 primæ philosophiæ dicit cap. primo dubitabit autem vtiq; aliquis, si oportet quęrere quæsitam scientiam circa principia vocata ab aliquibus elementa. Et in principio secundi de partibus animalium, vbi ponit triplicem esse compositionem, dicit primam vtiq; quis ponit eam, quæ ex vocatis ab aliquibus elementis, puta terra, acqua, aere, igne, & sic omnis dubitatio remouetur. Sed quæritur quare est, quod causa, quum accipitur pro causa finali, & elementum, pro materia & forma, & principium, pro causa agente & mouente, dicuntur sumi propriè? dico, quod (vt habetur ex. 2. phy.) finis est causa causarum, & causalitas finis in causata est, ideo quum causa pro causa finali supponit, proprie dicitur stare: elementum vero pro causa formali & materiali proprie dicitur sumi, quia 5. metaphysicor. 4. elementum est, ex quo fit aliquid in existente, ideo quum capitur pro materia & forma, proprie dicitur capi. tamen (vt dicitur ab Auerroe ibi) elemētū dr̄ de causis intrinsecis, vt dignius de materia, & causa est, quod digniori modo dicatur de materia, quia elemētū diffinit p esse id, ex quo fit aliquid.

Dictum Themi.

Sanior solu.

C

Pulchrum quæsitum.

Famosior autem ex significationibus est (vt testatur Auer. 5. metha. 29) est quã B do dicitur de causa materiali. Vnde etiam materia. 2. physi. 31. isto modo descri bitur, videlicet, materia est id, ex quo fit aliquid in existente, quare, &c. principium vero, pro causa agente & mouente stat proprie; quia vt scribitur, 5. metha. 1. de ratione principij est primum esse; & quia causa efficiens in esse reali, præcedit omnem aliam causam, ideo nomen principij appropriate causæ causę agenti & mouenti attribuitur. Finis enim, licet in intentione, & quo ad causalitatem, præcedat agentis causalitatem, quo ad esse tamẽ opposito modo. Vnde Zimara in tabula cuidam dubio circa illud, quod Auer. 1. phy. 3. ait ꝙ si nos ageremus res naturales. tunc causę essent notiores apud nos, &c. satisfaciens ait, effectus non est primus in cognitione, in ratione effectus, secundum esse, sed quo ad causalitatem: vnde id, quod est finis quo ad suam causalitatem, secundum quam mouet agentem methaphorice, prius occurit in cognitione, & in intentione agentis. Vnde phylosophus in primo de generatione. 55. vbi ponit differentiam inter causam efficientem, & finalem, inquit. Est autem efficiẽs causa, vt vnde principium motus, cuius autem gratia non actiuum, nisi secundum methaphoram. Nam sanitas non factiuum est, nisi secundum methaphoram. Id igitur, quod est finis, vt habet rationem in intentionem agentis, sic est causa, & mouet methaphoricæ in genere causæ finalis, non tamen pro esse, B quod habet in anima, quia finis non mouet nisi ratione, qua habet bonitatem, sic enim ratione bonitatis mouet in ratione amati & desiderati. bonitatem habet in esse reali, quia aurum si appetitur, non appetitur ab auro pro esse cognito, quod habet in mente, sed pro esse reali, quod habet in bursa, ideo Auerrois dixit 12. methaphysic. 36. balneum in anima mouet, vt efficiens, & balneum extra animam mouet, vt finis, non quod id, quod producitur secundum esse in effectu, habeat rationem causæ, immo vt sic, est effectus agentis realiter productus ab agente; sed quia bonitas, secundum quam mouet in ratione finis, est secundum esse reale: sic finis in intentione agentis cum tali tendentia ab talem bonitatem, est causa finalis, & methaphorice mouet agentem; & sic habet rationẽ causæ & non effectus: quę quidẽ dicta, si bene considerentur, conformia sunt sententiæ, quam posuit præceptor meus Excelentissimus Odus de odis, Patauinus in lectura primi canonis Auicennę quam fecit, dum ordinarie in Patauino studio theoricam medicinæ legeret, in quæstione illa. Nunquid sanitas extra mentem sit causa finalis medicinæ: vbi ex malo intellectu verborum Auicen. in sexto suæ methaphysic. capit. vltimo nonnulli volebant quod res in mente artificis sit causa finalis: vbi præfatus doctor vult quod nõ est intelligendum ex verbis Auicen. quod res illa in mente artificis sit causa finalis, & non extra mentem (vt illi deducebant) sed bene requiritur, vt aliqua res sit F causa finalis, quod imaginetur ab artifice, & hoc vt accidentalis conditio, & necessaria requiritur. & hoc bene vult ibi Auicen. & ꝙ causa finalis per essentiam, & quod primum, & per se intenditur ab artifice, est bonum, & optimum, quod est extra animam: & hoc est illud, quod est causa, vt cæteræ causæ sint causæ in effectu, &c. quod vero causa finalis non habeat causalitatem, nisi vt est in anima, & mente artificis, non efficit vt ratio formalis causæ finalis sit esse, quod habet in anima, sed est quoddam necessario requisitum, & accidentale, vt causa finalis sit causa vt alię causę sint causæ in effectu: vt durities est quoddam accidentale necessario requisitum, vt serra possit secare. Et sicut species, & imago loci, qui scopus est, in oculo recepta, similiter est quoddam necessario requisitum. vt sagitta in scopum dirigi possit. Et sic patet, ꝙ substantia serrę est, quæ primo & per se agit, non durities. Et sicut locus est, in quem diriguntur sagittæ, non imago in oculo ipso, ita etiam res extra animam, quæ bona est, amabilis, & desiderabilis, est essentialiter primo & per se finalis causa, non autem ipsius imago, & esse eius in mente. Et plura alia annotatu digna circa hanc materiam, quę breuitatis gratia omitto, ab ipso ponuntur. Et ex his clare patet quare, quum causa pro finalis causa: & elementum pro materia & forma; & principium pro agente, & mouent, supponunt, proprie

Aurũ nõ appetit ab auro pro esse cognitio.

Quid sit primo & per se finalis causa

A dicuntur stare. Et hæc sufficiat.

Tertia contradictio est super.1.cō.primo. phy. Ibi .n. exponit per principiū causas agentes & mouentes per causas autem exponit fines: & per elementa causas, quæ sunt partes rei, s. materiam & formam. Huius tamen oppositum inuenimus in dictis eius.12.meta. cō.23. vbi habet ꝙ causa dicitur de omnibus, principium autem dicitur de extrinsecis, elementum vero de intrinsecis. & subdit. Et ideo dixit in Physicis ꝙ dispositio scientiæ in omnibus artibus habentibus principia, causas, & elementa, quia intendebat per principia causas mouentes, & per causas illud, quod est cōmune illis quatuor, & per elementa, ea quæ sunt in re. Contradictio igitur est super expositione illius verbi, causa, quia hic exponit causam pro fine, ibi vero causam pro cōi ad omnia genera causarum. Sed soluitur, ꝙ hoc nomen causa sumitur dupliciter, cōiter & proprie. Et primo quidē modo dicitur de oībus. & sic sumpsit Philosophus & Cōmen. causam.2. phy.tex.28. & 29. & etiā.12.meta.23. & sic est synonimū cū principio: sicut ēt ipsemet Cōm. dicit.1.phy. cō.1. inquit enim ꝙ, cum hoc nomen principium, & causa vsitantur cōiter, sunt noīa synonyma. & sic sumpsit etiam causam Philosophus.5.meta. ad principium. Alio modo sumitur causa propriæ, & sic distinguitur contra principium, & etiam contra elementum. causa.n. proprie sumpta verificatur solum de fine. Et huius ratio est. quia causalitas finis est simpliciter in

B causata, iuxta illud Philosophi.2.physi. finis est causa causarum: principiū aūt proprie sumptum dicitur de causa agente & mouente. Et huius ratio est, quia.5. meta. tex. cō.1. de ratione principij est primum esse. & quia causa agens sc̄dm esse præcedit, alias causas: licet causa finalis præcedant quantum ad causalitatē: ideo hoc nomen principium appropriatur causæ efficienti. alia .n. est ratio cāsarum quantum ad esse, & alia quantum ad causalitatem, sicut late disputauimus superiori anno.12. phy. Elementum vero proprie sumptum dicitur de causis intrinsecis, s. de materia & forma. & ratio est, quia vt dicitur.5.meta.tex.cō.4 elementū est ex quo fit aliquid primum inexistente indiuisibili sc̄dm speciē. Et comparando adhuc materiam ad formā, magis proprie elementū dicitur de materia ꝙ̄ de forma, sicut scribit Cōmen.cō.4.5.meta. & ratio est ista, quia magis propriæ definitio elementi cōpetit materiæ ꝙ̄ competat formæ. materia n. sic descrbit.2.physi.28. materia est, ex quo fit aliquid cum insit, forma vero ibi describitur per hoc ꝙ est ratio ipsius quid erat esse. Et sic solutio ista quantum ad rem satisfacit, sicut tu vides. tamen quantum ad verba non videtur satisfacere Auer. quia eandem propositionē hic expositā aliter exponit hic, & aliter ibi. Sed ad hoc dicimus ꝙ forte peccauit per obliuionē, dum dixit ꝙ in Physicis ꝑ causas intellexit illud, quod est cōe oībus. Aut aliter ꝙ primo phy. quando ipse exposuit per causas fines, locutus fuit sc̄dm sententiā Alex. sicut dicit ipsemet

C hic, inquit enim & sic exposuit ipse Alex. vt mihi videtur in.12.meta.23.cō, licet exponat istam eandem propositionem, quæ ponitur in tex.1. primo phy. dū exponit causam pro cōi ad omnes causas, dico ꝙ locutus est sc̄dm propriam sententiam. Aut tertio, & magis iuxta realem solutionem prius realem solutionē prius datā insistendo, ideo Auer. idē verbū aliter exponit hic, & aliter in metaphysicis, vt ostenderet nobis distinctionem huius verbi causa, ꝙ videlicet quandoq; potest sumi cōiter, & quandoq; proprie. &, dū cōiter accipitur, potest sumi pro omni causa: quando verum sumitur proprie, dicitur solum de fine. Et tūc dico ꝙ cām hic sumsit proprie: cām vero.12.meta.23. sumpsit communiter.

Quarta contradictio super cō.1. est, Quia hic dicit ꝙ Methaphysica considerat tria genera causarum, s. mouentē, formalē & finalē. Huius tñ oppositū inuenimus ab isto.2.meta.cō.6. vbi d. Metaphysicū consyderare omnia genera causarū. Similiter.3.meta.cō.3. & 12.meta.cō.6. dicit Metaphysicorum duo genera causarū consyderare, s. formam & finem. Sed ad hoc soluentes dicimus ꝙ refert apud me plurimū dicere aliquē artificē consyderare quatuor prima genera causarū, & ipsum cōsyderare quatuor genera causarum, Sil'r refert aliquem artificē consyderare oēs causas sub rationibus vniuersalibus, & eundē consyderare easdem sub rationibus proprijs. Et tunc dico ꝙ cū in omni genere, causæ

Primo phy. cō. primo.

Solutio.

fit deuenire ad vnum primum in illo genere, sicut probat Philosophus.12.me D
ta.dico ꝙ duo prima genera causarũ consyderat Metaphysicus, & duo prima
consyderat Naturalis, prima enim forma, & primus finis a Metaphysico con-
syderantur, sicut scribit Commen.3.meta.comen.3.& 12.meta.comm.6.Et hu
ius ratio est. quia ratio primę formę, quatenus prima forma est, & ratio primi fi
nis, quatenus prima finis est, abstrahit a motu, & transmutatione, sicut colligi-
tur ex intentione Auer.7.meta.commen.5.&.9 prima autem materia, & pri-
mum mouens consyderantur a Naturali, quia ratio primę materię, & primi mo
uentis est ratio concernens, vt sic, motum & transmutationem. Diuiserunt igi-
tur sibi hęreditatē istæ duę scientię, Naturalis, s. & Diuina, & ex quatuor pri-
mis causis duas primas causas vendicauit sibi Naturalis, & duas primas appro
priauit sibi Diuina. Vlterius dico ꝙ Diuina omnes causas consyderat sub ra-
tionibus vniuersalibus, & transcendentibus. Nam materia prima, de qua mi-
nus videtur sub ratione qua substantia, & sub ratione, qua ens seu potentia a
Diuino consyderatur, sicut patet.7.meta.cõ.9. & 2.phy.21.&.12.meta.cõ.14.
& alibi frequenter. materia tamen sub ratione propria consyderatur a Natura
li, vt.s.est principium transmutationis, ex quo aliquid fit vt inexistente: sicut
patet.7.meta.com.9. Ita etiam dicas de primo mouente, ꝙ sub ratione, qua
ens & substantia seu actus, a Metaphysico consyderatur sed sub rõne, qua mo
uens a Naturali. Et breuiter quodlibet genus causę sub rationibus vniuersali- B
bus a Diuino consyderatur. Et hoc sonat authoritas Auer.2.meta.com.6.vbi
scribit, & consyderatio vniuersalis, in eo ꝙ sunt causę, est huius scientię, s. diui-
nę, recte dixit, vniuersalis: quia sub rationibus vniuersalibus, videlicet sicut est
ratio causę, ratio actus, & potentię, ratio entis, ratio substantię, & huiusmodi,
sub istis rationibus omnes causę a Diuino consyderantur. omnes etiam causę
consyderanť a Naturali, vt quęlibet dat esse per motum, non vt dat esse abso-
lute. sicut etiam subtilis Scotus declarat prim.suę meta. quęstione prima & Al
bertus magnus super.2.phy.super tex.27. Sed quõ Diuinus tria genera causa-
rum consyderat? Ad hoc d. Burleus in pręsenti loco ꝙ hoc est quantum ad il
lam partem, quę cõsyderat de abstractis substantiis, in quibus non est materia.
Sed ista solutio consueuit a Modernis molestari, quia a pari Naturalis in.8.
phy. vbi agit de primo motore, qui est a materia separatus, diceretur abstrahe
re a materia. Et propter hoc aliter ipsi respondent, & dicũt ꝙ Metaphysicus
solum tres cãs consyderat, vt causę sunt.s.formam, finē & efficiens nã hę cões
sunt abstractis, & materialibus sub ratione, qua causę, sed quia materia vt ma-
teria non est communis abstractis & materialibus, ideo solum illam consyderat
sub ratione potentię, quæ est vna de differentiis entis. Diuinus enim consyde-
rat abstracta a materia & a motu, vel per essentiam, vel saltem per indifferen-
tiam, sicut est sententia Aui. in primo suę Meta. cap.2. Sed ista opinio non po- E
test stare. primo quantum ad instantiam contra Burleum, dico ꝙ non cogit,
quia Diuinus quiditatiue consyderat abstracta a materia, & ideo in prima par-
te, in qua Diuinus agit de abstractis substantiis, recte põt dici ꝙ in illa parte ab
strahit a materia, Naturalis aũt in illa parte, in qua agit de abstractis, non dici-
tur agere de eis, nisi quantũ ad si est, non quãtũ ad quid est. vñ quantũ ad ea, q
quiditatiuę a Naturali consyderantur, dico ꝙ in eis reperitur ratio materię vel
habitudo essentialis ad materiã. sumo aũt materiã hic analogice, sicut restes
via Auer. Et propter hoc dixit Cõm.in.2.phy.cõ.70. ꝙ oportet Naturalem
dare in responsione omnes cãs: qm̃ in scĩa Naturali apparet materia, & in quo
est materia, sunt oẽs causę. artifex ergo aliquis dicitur proprie a materia ab-
strahere quantum ad consyderata quiditatiue ab eo, non quantum ad ea, quę so
lum quantũ ad si est consyderat. scientiarum.n. speculatiuarũ distinctio est pe-
nes quiditatiuã cõsyderationē, & non penes simplicē inuētionē consyderatorũ:
sicut patet ex snĩa Philosophi.6.meta.t.c.2.&2 phy.t.c.26.vbi ponitur termi-
nus physicę consyderationis. quicquid igitur sit de responsione Burlei, dico
co ꝙ instantia modernorũ non cogit contra illam. Peccat iterũ responsio moder
norũ in eo, qd dicunt, ꝙ Diuinus consyderat solum tres cãs, vt causę sunt cõmu

Quo pacto Diuinus tria genera causarum consyderat.

aũt materiam Diuinus consyderat, vt causa est, sed solum vt potentia. Sed ista responsio est purus error. Nam Commen.2.meta.cõ.6.dicit ꝙ consyderatio vniuersalis in omnibus causis, in eo ꝙ causę sunt, est huius scientię, s. Diuinę, et ce ꝙ dicit in omnibus caussis, & non in tribus. Nec obstat dictum ipsorum, ꝙ quia materia non est communis materialibus & abstractis, ideo non consyderatur a Diuino sub ratione qua causa, quia tunc, cum ratio lapidis non sit ratio communis abstractis & materialibus, sequeretur ꝙ lapis non posset a Diuino consyderari sub ratione qua ens, vel sub ratione qua cautũ est absolute. qđ est contra Philosophum in proęmio meta.& 4. meta.tex.com.1.&.6.meta.ad principium, qui vult ꝙ Diuinus consyderat ens inquantum ens, & omnia inquantum entia, & vt contingit. Licet igitur ratio materię consyderatę non sit communis abstractis & materialibus, quia tamen ratio causę, quę est ratio, sub qua materia consyderatur, est ratio indifferens ad materialia & abstracta, iuxta illud Auer.12.meta.cõ.29.in substantia ęternam inueniuntur causæ, quę per similitudinem dicuntur causę cum causis generabilibus & corruptibilibus: & eandem sententiam habet ibidẽ cõ.44.&.4.cęli.c.1.&.2. generatione. cõ.51. propter hoc dico ꝙ materia a Diuino etiam consyderatur, vt causa. Vnde propositio ista, materia est causa, est diuinę consyderationis, sicut ista, materia est ens in potentia. sicut.n. potẽtia & actus sunt de differentijs entis, ita cã & cãtũ

B & licet materia in suo genere non nisi per transmutationẽ causalitatem habeat supra cõpositũ, prior tñ est ratio causandi scđm naturã, q̃ rõ motus & transmutationis, & ideo in illo priori ad Diuinum spectat. Abiectis igitur aliorum solutionibus, dico ꝙ Diuinus debet tria genera causarũ cõsyderare ꝓprie, ꝓ quãto forma & finis & efficiẽs idẽ sunt subiecto, & sola ratione distinguuntur.12. me.c.6. & quia materia prima non coincidit cũ aliquo istorũ, ideo materiã Diuinus non consyderat, nisi sub rationibus transcendentibus. Et breuiter concordia in omnibus dictis Auer. consistit in hoc puncto, vt dicamus Diuinum sub rationibus communibus omnes causas consyderare, sub rationibus transcendẽtibus tres tantum, pro quanto in vnum subiecto coincidunt. vt vero comparatur Naturali Diuinus quo ad quatuor prima genera cãrum, sic appropiate Naturalis duo prima consyderat, s. materiam primam & primum mouens, sicut patet.12.meta.com.6.est sententia Alex. primus aũt finis, & prima forma a Diuino appropriate consyderantur. Et hoc est, quod elegãter dixit Auer.in.7.me ta.com.5.vbi dicit, ꝙ prima diuisio, scđm quam diuiditur ens, est in substantiã & accidens. Et ista quęstio differt ab illa, quę est in sciẽtia Naturali quoniam ista quęstio inducit ad sciendum primam formam omnium entium, & vltimum finem, & prima quęstio, quam incępit in scientia Naturali, inducit ad sciendum

C dum primam materiam, & formas naturales, & primum motorem. Et hanc eandem sententiam scribit Commen. 1.phy.in suo proęmio. vbi dicit ꝙ Naturalis habet cognoscere causas primas, scđm ꝙ possibile est sciri in hac scientia, scilicet materiam primam, & mouens primũ: forma aũt prima & primus finis a Metaphysico consyderatur. Ita.n.iacet vera litera in antiquissimo codice manu scripto, & sic castigaui. Et concordat hoc Auer.3. meta.cõ.3.vbi dicit, sñia Naturalis consyderat de duabus primis causis, s. motore & materia: ista autem de duabus vltimis, s. forma & fine. Nota igitur bene istam solutionem, quia nullus ante nos vidit veritatem in hac materia, sicut videre potes.

Quinta contradictio est in eodem commento primo. Ibi enim in expositione probationis maioris per prima principia exponit primum agens & vltimũ finẽ omnium rerum: ex quo videtur ꝙ vltimus finis omnium rerum a Naturali consyderetur. Nos autem inuenimus oppositum huius.7.meta.com.5.&.3.me. com.3.&.12.me.c.6.vbi.d. vltimum finem omnium rerũ a Diuino consyderari. Sed ad hoc soluentes dicimus ꝙ Naturalis consyderat vltimum finem oium rerũ naturaliũ, Diuinus aũt consyderat vltimũ finẽ oium rerũ simpliciter, & absolute: sicut in simili dicit Commẽtator ꝙ de principiis substantię quatenus substantia est consyderat Diuinus, de principijs aũt substantię sensibilis quatenus sensibile est, consyderat Naturalis, 12, meta, primo, 5. &. 6. commentis. Primo phy. cõ.primo. Solutio.

Primo phy. cõ. 4.

Sexta cõtradictio est in te.cõ.4.Quia ibi philosophus & Cõm. volunt ꝙ ab vl'ibus ad pticularia sit ĩ sciã ,pcedẽdũ. Huius tñ oppositũ ĩuenimus ab ipsis i.poste.tex.cõ.12.vbi dicit, ꝙ facillius est singulare definire q̃ vl'e. vnde oportet ex singularibus in vl'ia ascendere.nanq; equiuocationes latent magis in vniuersalibus q̃ in differentibus specie. Respondet ꝙ nulla est contradictio. Nã Philosophus hic loquitur de ordine doctrinę, qui ordo non est aliquod genus demonstrationis, sicut dixerũt vulgares, sed est respectus quidẽ scd̃m prius & posterius, qui fundatur in scibilibus sciẽ. & de isto respectu locutus est Philosophus ibi, & Commen. quãdo dixit, ꝙ ex vniuersalibus ordine doctrinę ad particularia, i. ad minus vniuersalia scibilia debet ordo scientiæ Naturalis antẽdi. Sed in posterioribus locutus fuit de definitione, quę inuestigari habet per viam diuisiuam, & compositiuam, & resolutiuam: sicut d. Linconiensis. in illo loco. Et d. ꝙ facilius est definire speciem, quę singularibus est communis & proxima, q̃ genus, quod est commune speciebus propter latentiam ęquiuocationum existentem in ipso genere: sicut etiam patet septimo physico. text. commen. 31.

Primo phy. tex. 4.

Septima contradictio est etiã super.t.4. Dicit Philosophus compositum est notius apud sensum. vbi Commen. exponit indiuiduum demonstratum. Sed vr contradictio. quia licet etiam Ari. hoc asserat hic in textu, dum d. totũ enim notius est apud sensum. &.2.de anima tex.cõ.60. scientia est vniuersaliũ, & sensus est singulariũ, tñ oppositum legitur apud Aris. in.2.poster. in fine in illo cap. De principijs aũt, vbi dicit ꝙ sensus est vniuersalis. Et cõfirmatur per rationẽ demonstratiuam, quam innuit Themistius ibidem. & Commen. eandem rationẽ adducit in.2.de anima in tex.cõ.65.quia, si sensus esset alicuius singularis tanquam obiecti adęquati, tunc sequeretur ꝙ sensus non posset sentire nisi illud, vt si respectu visus aliquis color demonstratus esset obiectum adęquatum, accideret nullum alium colorem esse visibilem a visu prꝑter illum demonstratum, qd est absurdum. Et propter hoc Arist. vbi supra animaduertens ad hoc, quod

Solutio.

modo dixi, inquit, sensus est hominis, non callidę hominis. Ad formam igitur contradictionis dicitur ꝙ in.2.de Anima, & etiam hic Aristo. considerat sensum, vt est in actu secundo, & tunc est verũ ꝙ id, quod sentitur, est singulare: tamen ratio obiectalis ipsius sensus motiua est natura communis. & ideo dixit ꝙ sensus est vniuersalis, licet sentire sit singularis. Sed tunc est difficultas, quę est differentia inter sensum & intellectũ, si vtriusq; obiectum est vniuersale. Nisi esset ꝙ obiectum intellectus est vniuersale in actu, quia est ipsa natura communis abstracta ab hic, & nunc, & vniuersaliter ab omnibus appẽdicijs materię virtute intellectus agentis, cuius operatio est transferre res de ordine in ordinẽ, et facere de potẽtia intellectis actu intellecta.3.de aĩa cõ.18.sed obiectũ virtutis sensitiuę est natura cõiũcta singularitati & appendicijs materię. Et ideo.d.Cõ.12.met.cõ.14. ꝙ communitas, quę intelligitur in formis cõibus extra aĩam est in potentia. Est ẽt alia dr̃ia inter intellectum & sensum, vt.d.Thẽ quia intellectus primo intelligit vniuersale, & subinde intelligit singulare, 3.de aĩa.t.c.9.sed sensus primo sentit singulare, & subinde sentit vniuersale. nã, qui videt hoc rubicundũ, dicitur ẽt rubicundum videre, & qui videt hunc hominẽ, dicitur etiam hominem, videre.

Vtrum intellectus sit infatigabilis.

Auer.1.physicorum auscultationum,5. in fine ait. & cum vigoratur intellectus &c. Ex quibus habetur, intellectum vigorari, & per consequens fatigari. Oppositum huius habetur ex doctrina Aristo. in.3.de anima.7. vbi ponit differentiam, inter intellectum & sensum. Ad hoc quidam dicunt ꝙ fatigatio, dupliciter potest sumi, vno modo, pro resistentia merito virtutis in contrariũ tendentis ipsi virtuti agenti, qualis inuenitur in, naturalibus corporibus quę communicant in materia. Alio modo accipitur pro omni ineptitudine subiecti ad receptionem alicuius operationis. Ad propositum ergo dicunt, intellectum fatigari, secondo modo lassitudinis, cum multis intelligibilibus fiat ineptus, & hoc modo remouent contradictionem. Sed hęc responsio nisi aliud dicatur, nulla est ad propositum, nam sequeretur, ꝙ intellectus per se aliquibus intellig

busesset aptior, aliquibus ineptior, hoc autem est derisibile apud Aristo. & Auer. quoniam intellectus ad omne intelligibile summe inclinatur ergo de se nulli est ineptior. Et ideo aliter dicendum est, vt dicit Auer. 3. de anima. 7. qui ait, & ideo non oportet obiicere huic argumento, ex eo ꝙ accidit in intellectu de transmutatione propter transmutationem virtutum imaginationis, & maxime cogitatiuæ. In intellectu enim existimatur accidere fatigatio, hoc modo, & non est ita, nisi accidentaliter. Virtus enim cogitatiua, est de genere virtutum sensibilium, imaginatiua autem, & rememoratiua, non sunt, nisi in loco virtutis sensibilis hęc ille. Quę responsio in hoc consistit, ꝙ si intellectus fatigatur, hoc non est essentialiter, & immediate, sed solum accidentaliter, & mediate, propter transmutationem factam in virtute cogitatiua, imaginatiua. & memoratiua, quę deseruiunt intellectui in operando, quibus essentialiter, & immediate, accidit transmutatio, quia sunt virtutes in corpore. Vnde ad propositum, fatigabilis est intellectus per accidens non autem per se, seu ratione sui. Et sic vigoratur, quia per ętatiuum decursum redditur virtus cogitatiua apta vti discreptione. i. separatione imaginum, quæ simul venerunt ad phantasiam. Qua separatione facta, possibilis est intentionis vniuersalis, abstractio in intellectu possibili, ab intellectu agente. Et sic apparens contradictio remouetur.

Intellectus ad oē intelligibile summe inclinatur.

B Aristo. 1. phy. 6. dicit, Parmenidem vnum principium posuisse. Oppositum huius dicit eodē libro. 41. vbi ait, Parmenidem duo posuisse principia. Ad hoc respondetur, & est responsio Auer. ꝙ parmenides loquendo de rebus corruptibilibus, ponebat duo principia. Vnde secundum ꝙ rebus diuersimode loquebatur, diuersimode ponebat, Vnde dictum Aristo. vtrobique est verum. Et sic tollitur dubium.

Vtrum Parmenides posuerit vnum principium vel duo.

Auer. 1. phy. 7. ait, quia solum perceperunt materiale principium, & non formale. & 2. de anima. 30. ait sicut existimabant antiqui non concedentes causam formalem esse, neq; finalem. Hoc etiam habetur ex eo. 8. 7. metha. ista dicta videntur repugnare illi quod Aristo. & Auer. dicunt. s. ꝙ antiqui cognouerunt plura principia: quia si antiqui non cognouerunt principium formale, ergo non cognouerunt multitudinem differentem secundum formam. Ad hoc respondetur ex intentione Alberti magni, & dicitur, ꝙ antiqui non cognouerunt nisi causam materialem, & hanc dicebāt esse substātiam omnium rerum, & 2. phy. 5. omnes antiqui vsque ad tempora socratis non cognouerunt formam substantialem. Dico igitur, ꝙ antiqui ponebant differentias accidentales secundum speciem, & non secundum formā veram. & hęc responsio videtur etiam, ꝙ sit ex mente Auer. dum 2. phy. 9. ait, quia tunc nondum sciebant causam formalem, neq; erat distincta ab aliis accidentibus, sicut dixit Alexander. Et hęc est veritas. Et sic cessat obiectio.

Vtrum Antiqui solum Materiale principiū cognouerint & nō formale.

Responsio sc̄dm Albe

C Octaua contradictio est in cō. 17. vbi habet ꝙ totum nihil aliud est q̄ suę partes. Huius tamen oppositū inuenimus. 7. meta. tex. cō. vlti. & alibi frequenter. Ista contradictio est satis difficilis. omnes tamen Auerroistę currunt eodē cursu dicentes de intentione eius fuisse totum nihil aliud esse q̄ suas partes simul sumptas. Et pro hoc facit authoritas Auer. 7. metaph. cō. 20. vbi habet ꝙ Socrates nihil aliud est quā animalitas & rationalitas. & infra ibidē. cō. 44. dicit ꝙ in indiuiduo non est nisi materia & forma, ex quibus componitur. & Philosophus. 2. de anima. tex. commen. 10. d. ꝙ, vt pupilla visusq; oculus est sic anima & corpus animal. Dicunt insuper ꝙ totum est aliud a suis partibus diuisim sumptis. Et primo modo dicunt Auer. locutum fuisse hic: secundo vero modo locutus est. 7. meta. cō. vltimo, & in aliis locis, vbi videtur oppositum sentire. Et istam sententiam etiam imposuit Auer. subtilis doctor in. 3. sententiarum distinctione. 2. quęstione. 2. Nobis autem videtur ꝙ non sit vniuersaliter verum de intentione Auer. hoc. manifestum est enim, si totum quodlibet nil aliud esset quam suę partes simul sumptę, tunc mixtum ex quatuor elemētis nil aliud esset q̄ quatuor elementa simul sumpta. & sic non haberet aliquam formam superadditam formis elementorum, per quam esset hoc aliquid, & vnum ens, quod est contra Aristot. in fine primi de generatione, & com-

Primo phy. cō. 17. An totū sit aliud a suis partibus.

tra Auer .3.celi. cõ.67.7. meta.cõ.60.dicit ꝙ caro non est terra & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquid aliud additum. & eandem sententiam habet.1.de anima. cõ.77.&.1.de generatione.84.&.1.meta.cõ.12. Nec valet dicere ad hoc, sicut quidam dicunt ꝙ elementa non sunt partes mixti, quia quælibet pars mixti mixta est. nam elementa secundum Auer. formaliter sunt in mixto, & sunt partes materiales eius. Amplius Commen .3. de anima commento 5. in solutione secundæ quæstionis principalis d. ꝙ ex intellectu & intelligibili fit verius vnum quam ex materia & forma. Et reddens causam dicit. quod enim componitur ex eis non est aliquod tertium aliud ab eis, sicut est de aliis compositis ex materia & forma, ecce ꝙ vult expresse compositum dicere tertiam entitatem distinctam a partibus etiam simul sumptis. nam si sic non intelligeretur dictum suum, non esset ad propositum. Amplius Commen.5.meta.commen.6. in fine commenti d. ꝙ in compositis est natura alia a natura componentium, s. illud, quod fit ex compositione. quid clarius? Amplius Commentator.7.meta.cõ. 26. habet ꝙ generatum compositum ex materia & forma, & est aliud ab eis. ecce qđ dicit ꝙ est aliud. & hoc no dixisset, si posuisset cõpositũ non superaddere aliquam naturã partibus componentibus. Amplius ibidem cõm.27. dicit. in natura hac, s. singulari sunt tria, materia, forma, & aliquid quasi medium, i. mixtum inter materiam & formam, ecce quomodo ponit tertiã entitatem. Amplius Philosophus.2.de anima, & Commentator diuidunt substantiam, tex.cõ.2.&.8 meta.tex.cõ.3.&.12.meta tex. c.14. in tres, s. in materiam, formam, & compositum. & dicunt ꝙ substantiarũ quædam est materia, quæ non est per se hoc. & quædam est forma per quam res est hoc, & tertia, & est illud, qđ fit ex ambobus. ecce ꝙ volunt substantiam compositã esse vnam tertiam substantiam, aliam ab ambobus. si autem substantia composita nõ esset nisi materia & forma simul. tunc proprie nõ diceretur substantia tertia, sed essent duæ substantiæ simul: qđ est contra oẽm Philosophiam. Amplius Cõm.2.phy.cõ.4. comparat materiam, formam, & compositum adinuicẽ, & dicit cõpositũ igitur est dignius habere hoc nomen substantia, quam materia: quia est in actu. & materia est in potẽtia. & forma est dignior habere hoc nomẽ substantia ꝗ cõpositũ: qm̃ per illã compositũ est in actu: & causa rei est dignior cãto. patet aũt. ꝙ inter cãm & cãtũ cadit realis distinctio secũdm principia omnium Philosophorum & Theologorũ. nullus.n. intellectus capere potest, ꝙ aliquid seipsum causet, sicut colligitur ex intẽtione Philosophi.2. de aia.t.c.47 & ex intẽtione diui Augu.in.1. de trinitate. Vnde, si substantia composita nil aliud esset ꝙ̃ materia & forma simul sumptæ, accideret formam esse suimet cãm, & tã ẽt de materia. Et confirmatur. certum est ꝙ materia & forma sunt duæ causæ reales intrinsecæ ipsius compositi. vel igitur causant aliquid reale, vel nihil. si nihil pro nihilo habeatur. si aliquid, illud vel est aliquod absolutum vel aliquod respectiuum .&, si absolutum, vel erit substantia, vel accidens. non potest dici, qđ sit accidẽs, quia tunc generatio substantialis non distingueretur ab accidẽtali. si igitur sit substãtia, tunc vel est substãtia formæ. hoc nõ, quia forma nõ est cã intrinseca formæ, nec etiam materia est cã essentialis intrinseca formæ. vel est materia. & hoc non, propter eandem rationem. ergo oportet ꝙ ista substãtia sit quędã substãtia tertia, alia a substãtia formæ & materiæ. Nec valet rñsio chimerica, quæ consueuit dari ꝙ causalitas materiæ, & formæ terminatur non ad formam absolute, nec ad materiam absolute, sed ad materiam & formam simul. Sed contra. simultas ista est relatio, modo relatio non potest esse primus & p se terminus generationis substantialis, licet sit conditio necessaria ad illã. Amplius sequetur aliquid cãre seipsum, qa forma cũ materia erit cã formæ cũ materia. si.n. cõpositũ nõ d. nisi formã cũ materia, cũ sit verũ dicere formam cum materia causare compositum ineuitabiliter sequitur, sicut vides idem causare seipsum. Amplius omnis motus & omnis mutatio per se vna debet habere per se vnum terminum. si generatio igitur est per se vna, mutatio ergo habet per se vnum terminum. Si aũt cõpositum, quod est terminus per se generationis, 7. meta, 26, & 27. &, 31. cõ, nil aliud esset nisi

sue partes simul sumptę, tunc ibi non esset aliquid per se vnum, sed: duo materia enim & forma simul sumpta non sunt vna substantia, sed sunt duę substantię. Et confirmatur, omne, quod per accidens dicitur generare, est ratione alicuius, quod per se generatur: sed tam materia quam forma per accidens dicuntur generari. 7. meta. cõ. allegatis: ergo vltra materiam & formam est aliqua substantia, quę per se generatur. & ista non est nisi substantia composita. Nec valet si dicas quod materia & forma simul, est illud quod per se generatur, quia vt supra dictum fuit, tunc contingeret respectum aliquem esse primum & per se terminum generationis substantialis. quod nullus sani capitis concedit. Nec valet, si dicatur, vt quidem imperiti dicunt, quod partes diuisiue causant suum totũ, & vt sic non sunt suum totum partes vero collectiue non causant suum totum, & hęc sunt suum totum. Sed istud dictum est adeo fatuum, quod forte esset magis fatuum ipsum improbare, Aristo. 8. meta. in tex. cõ. 15. ostendit ideo ex forma & materia fieri vnum per se, quia illud potentia, illud vero actus, nunquam enim repertitur ab Aristo. nec ab aliquo Peripatetico quod materia sit causa cõpositi sine forma, vel forma sine materia, sed semper inuenimus materiam & formam simul causas esse compositi, vnde Albertus cognomento magnus super 27. tex. 2 physi. dicit expresse materiam esse causam compositi, vt est formę subiecta: sicut etiam est cognitionis principium, vt stat sub forma. Et Auer. 8. physi. cõ. 4. expresse habet quod impossibile est aliquid generari a materia, vt intelligitur nuda a forma. stat igitur argumentum superius factum quod, si compositum nil sit aliud quã forma & materia simul, cũ materia & forma simul sint causę cõpositi, tunc idem esset causa suimet & eodẽ modo: quod est merũ impossibile. Amplius, Cõmen. expresse cõtradiceret sibi, & Arist. 8. meta. tex. cõ. 15. vbi ponunt cõpositum per se habere maiorẽ vnitatẽ ꝙ compositũ per aggregationem quod non esse verũ, si compositum substantiale nihil aliud esset, quã suę partes simul sumptę, quia ita etiam est de composito per aggregationem. vide Cõmen. cõ. vltimo. 7. meta. hanc ponit differentiam inter composita per se & composita per contactum, quia in compositis per contactum nõ fit vnum nisi per contactum, sed in compositis per se ex partibus componentibus simul congregatis fit vnum additum aliud a cõponentibus. Et ideo nõ possum nõ mirari quomodo isti superficietenus consyderantes imponant istam positionẽ magnifici erroris ipsi Auer. cum tñ ipsi se emeritos in via eius opinẽtur. Ad authoritates omnes Auer. in oppositum, quę videntur sonare totum nihil aliud esse quã suę partes simul sumptę, respõdetur ꝙ hoc est verũ cõstitutiue & integratiue, quia nihil aliud intrinsece per se concurrit ad totius constitutionẽ, ꝙ̃ suæ partes simul sumptæ. cum hoc tamẽ stat ꝙ entitas totius sit alia ab entitate partium etiam simul sumptarum. Aut aliter. non est totũ aliud a partibus simul sumptis, verum est aliud distinctũ loco & subiecto: bene tñ est aliud secũdum rẽ ipsam.

Secunda contradictio est in cõmen. 18. Ibi. n. ex sententia Auer. videtur colligi ꝙ nullum indiuisibile sit in predicamento. & ita habitus intellectuales, cum in indiuisibili consistant, non videntur esse in prędicamento. Cuius tame oppositum inuenimus in prædicamentis ab Aristo. cap. de Qualitate, & alibi. Nisi esset ꝙ via Auer. est ista, sicut patet ab ipso super Porphyrio, capitulo de Specie, & 2. cœli. cõ. 49. quod solũ materialia & corruptibilia sunt in ꝑdicamẽto. & ideo ipse posuit genus generum predicamenti substantię non esse substantiã, sed corpus cõpositum ex materia & forma. vnde Deus & intelligentię nõ sunt in prędicamento. & iuxta hoc dixit hic in cõ. 18. primi physi. ꝙ omne, quod est in aliquo decem prędicamentorum, est diuisibile, aut per se, aut per accidens. de habitibus autem intellectualibus existentibus in nostro intellectu dicendũ puto in via eius, ꝙ si consyderentur ratione phantasmatum, cũ quibus sunt colligati, sicut patet. 3 de Anima cõ. 30. & 39. sic tales habitus spectant ad prędicamentũ qualitatis, quia vt sic continuo & tempori subduntur, iuxta illud Philosophi. 2. & 3. de Anima, nostrum intelligere fit cum continuo & tempore. Si autem habitus intellectuales consyderẽtur, vt sunt in intellectu possibili, vt sic cõstituũt indiuisibile. & vt sic nõ spectant ad aliquod prędicamentum secũdum viam eius.

Primo phy. cõ. 18.

Solutio.

Eligo istam distinctionẽ ex cõm.5.tertij de anima. in solutione primæ q̃stionis. Et, si tu habes subtiliorem modum, dicas illum: quia facile est inuentis addere.

Primo phy. cõ.24.

Decima contradictio est in tex. cõ.24. Quia ibi dicitur aliquid moueri posse secundum partes, toto remanente immobili. Huius tamen oppositum inuenimus 4.physi.cõme.43, contra Themistium, si intelligatur dictum istud de omnibus partibus: quia secundum ipsum totum nihil aliud est quam suę partes maxime loquendo de toto integrali. Si autem intelligatur dictum suum de vna parte tantum hoc videtur falsum esse. quia.5.meth.tex commen.8. mota vna parte continui totum mouetur.

Solutio.

Ad hoc dici potest quod dictum Philosophi, & Commentatoris verificari potest hic. vt dicamus quod partibus totius motis secundum materiam stat totum immobile esse secundum materiam, sicut declarat Commen.8. phy.comm.85. sed quando.4.physi.cõ.43, negat hoc, dico quod non habet illud pro inconuenienti de motu secundum materiam tantum, sed de motu tam secundum formam, quam secundum materiam. Aut aliter, & magnis iuxta literam dari potest ista controuersia. vt dicamus Auer. contra Them.4.physi.43 locutum fuisse de omnibus partibus, hic vero de vna parte tantum. Et hoc communa literæ decẽti, sicut enim pars vna, &c. Alij autem dixerunt.4.physi. Auer. locutum fuisse de motu locali puro hic vero de motu indifferenti ad purum & non purum, Et multi formãtur casus de rarefactione & condẽsatione, in quibus ostenditur manifeste totum non mutare locum qualibet parte mota. vt, si aer rarefiat secundum vnam medietatem uersus aliam medietatem, sed alia medietas tantum condensatur, vltima superficie remanente immobili, quantum primum rarefit, tunc totus aer non mutat locum, & tamen quęlibet pars mouetur, nec in tali motu oportet quicquid est illius moueri, vltima enim superficies est immobilis. Similiter formatur alius casus, in quo aliquid mouetur, aliquo eius quiescente. sicut si vna pars mouetur rarefaciendo versus vnũ extremũ, & alia versus aliud, tunc superficies media remaneret immobilis quia non magis haberet moueri ad vnam partem quam ad aliam, hęc & alia dici consueuerunt, quæ gratia breuitatis omittimus. alibi diffusius pertractaturi domino concedente.

Primo phy. cõ.24.

Vndecima contradictio est in eodem cõ. 24. Quia ibi d. quod opinio dicens omnia esse vnum in substantia non potest verificari, nisi secundum illud, ex quo generatur, s. materia. quod autem entia sicut vnum in forma impossibile est opinari, videtur uelle omnia entia materialia communicare posse in eadem materia. Huis tamen oppositum inuenimus in 8. phy. cõ.46. vbi ex diuersitate materierum infert diuersitatem formarum contra Aui.

Solutio.

Nisi esset quod materia est duplex, remota & propinqua. materia remota est vna omnium per essentiam priuatiue.12.metaphysi.cõmen.14. sed materię propinquæ sunt plures & sunt distinctę secundum formarum numerum & distinctionem. & hoc expresse Phylosophus. 8. meth. tex. cõmen. xi. de materia igitur remota dictum Auer. hic habet locum: de materia autem propinqua verificatur dictum eius in.8.physi. Et ex isto commento poteris colligere quod distinctionis prima radix est ipsa forma, iuxta illud Phylosophi.7.met.49. actus separat & distinguit & ideo distinctio in formis entium est manifestior quam in eorum materia. Et ideo d. Auer. in fine istius commenti.24. quod autem entia sint vnum in forma, impossibile est opinari. homo.n. manifestum est qđ est alius ab equo in forma.

Primo phy. cõ.28.

Duodecima contradictio est in cõ.28. Quia ibi d. partes definitionis esse reales Huius tñ oppositum in venimus primo phy.cõ.5. vbi partes definitionis appellat partes scdm imaginationẽ. &.7.meta.cõ.33.34.&.46. idem sentire videtur.

Solutio.

Nisi esset ꝙ de partibus definitionis dupliciter possumus loq, vel fundamentaliter, vel formaliter Et primo quidẽ modo sunt reales. nã.7.meta.43 genus sumitur a materia, & differẽtia sumitur a forma: sicut ẽt habet ipse Commen. 2.cœli.cõ.49. Et iuxta hoc dixit ipse.1. de aĩa.cõ,7. ꝙ partes diffinitionis sumuntur a diuersis principijs, quę sunt in re. & ita etiam loquitur in p̄senti loco, dum dicit, ꝙ aĩal, quod est genus hominis, & bipes, qđ est eius differẽtia sunt entia in rei veritate nam partes rei, quę sunt secundum pręcedunt rem in esse. Et quando aũt de partibus definitionis formaliter, sic illę sunt partes scdm imagina-

tionem, & secundum rationē. predicata. n. quiditatiua de intentione eius sunt ab intellectu, sicut est genus & differētia: sicut colligitur ex sentētia eius. 1. meta. cō. 45. vbi habet ꝙ Arist. opinabatur ꝙ intellecta rerum notificant substantias rerū, & non sunt substantie earum. Et isto quidem modo loquitur de partibus definitionis. 1 physic, cō. 5. & in alijs locis, vbi videtur dicere ꝙ sunt a ratione, & non reales.

Decimatertia contradictio est in cō. 29. vbi ad principium d. partes definitionis precedere definitum, non definitum præcedere definitionem. Huius tamen oppositum inuenitur. 1. phy tex. cō. 5. Respondetur, non inconuenire totum precedere partes, & precedi a partibus secundum distinctas rationes. Auer. enim. 7. meta. cō. 35. habet ꝙ prioritas totius ad partes est prioritas formę ad materiam: prioritas aūt partium ad totum est prioritas materię ad formam. Ita in proposito partes definitionis precedūt definitum simpliciter, & cognitione distincta: definitum autem precedit partes definitionis quo ad nos, & cognitione cōfusa. **Primo phy. cō. 29.**

Aristo. 1. Phy. 30 & 27. dicit, quod vere est nulli est accidens. Et Auer. ibi. Oppositum huius videtur dicere ipse Auer. in libro destructionum dispu. 12. solutio secundi dubij; & 12. metha. 51. dicit in Deo scientiam esse substantiam: tamen in nobis qualitas est. Ad hoc dico, ꝙ propositio philosophi in. 1. phy. (licet aliter possemus dicere) habet veritatem in his qua vniuoce participant rationem eius. Et ꝙ dicta propositio sic intelligatur, est mens ipsius Auer. 8. metha. 5. nam quando istam propositionem assumit, contra Alexandrum arguēdo: dicit, & si esset in aliquo accidens, & in aliquo substātia tunc diceretur equiuoce. Vnde patet, ꝙ si aliquod equiuoce dicitur de aliquibus: tunc dicta propositio non habet locum. Scientia autem equiuoce dicitur de nostra, & de scientia dei, vt dicit Auer. 12. metha. 51. & sic non est contradictio. **Vtrum accidēs vni, possit alteri esse substātia. Sciētia equiuoce dicitur de nostra, & de sciētia dei**

Decima quarta contradictio est in cō. 32. vbi recitans opinionem Anaxa. de mundo, dicit ipsum posuisse mundum factum a principio sed, a parte post voluit ipsum in infinitum permanere. Huius tamen oppositum inuenitur primo cœli cō. 102. vbi recitans quatuor opiniones de mundo, d. quod opinio Anaxa. fuit mundum esse generabilem & corruptibilē. & hanc eandem sentētiam habet, 8. physi. cō. 2. Aliqui voluerunt conciliare istam controuersiam, dicentes literam commenti esse deprauatam, & volunt quod vbi est Anaxag, debet stare Anaximander, Sed istud non potest stare, quia etiam textus Arist. loquitur de Anaxagora & Emped. quomodo differebat in generatione mundi. Propter hoc aliter dicendum puto cum Alberto magno super. 1. cœli, trac. 4. cap. 1. vbi habet quod Empedo. & Anaxa. differebant circa generationem & corruptionem mūdi sic. quia Anaxag. posuit mundum incœpisse per generationem, & dixit ipsum corrumpi. nunquam tamen idem numero reiterabitur. Empedocles autem dixit mundum generari & corrumpi, & cum hoc eundem numero reiterari in magno anno, qui sacramento Deorum confirmatus est qui annus magnus erat spacium, quo superiores orbes. & stellæ reuertuntur omnes simul ad principium primum sui motus, quod non accidit secundum Ptolemęum, nisi in. 36. milibus annorum. Et stante ista sententia facile potest contradictio in Auer, quia quando d. mundum a parte post in infinitum permanere verum est secundum vnitatem specificam, non secundum unitatem numeralem, quando vero. 1. cœli. & 8. physi. dicit mundum apud. Anax. & infinities generari, & infinities corrumpi, illud veritatem habet secundum vnitatem numeralem. **Primo phy. cō. 32.** **Solutio.**

Ari. 1. physi. auscultationū. 38. dicit, Carnis aūt determinata est quantitas in magnitudine, & paruitate, Ex quibus habetur ꝙ datur. Oppositum huius habetur ab ipso philosopho in dicto prim. 39. vbi ait, secundum quantitatē quidē quā non est minima magnitudo. Ad hoc respondet Burleus super dicto loco, & Alexander achillinus, & dicunt ꝙ caro est res naturalis, ideo terminatę quantitatis, sed magnitudo est res mathematica, & ideo non est terminata. Vnde secūdum istos responsio stat in hoc, ꝙ Aristo. diuersimode loquutus fuit de magnitudine. videlicet in tex. 38. loquutus fuit de magnitudine naturali, in. 39. tex. loquutus fuit de magnitudine mathematica, Sed cū supportatione dico, ꝙ isti viri **Vtrū detur minima caro? Responsio Burlei & achillini.**

decipiuntur, & videtur, ꝙ nõ bene considerauerunt intentionem Aristo. ibi. & D

Impugnatio ꝙ suum Cõmen. Auer. nõ viderunt, nec optimos expositores. Nam Aristo. in vtroq; tex. de magnitudine naturali loquutus sit, sed in primo tex. secũdum rei veritatem, & consensum propriũ, in secundo vero, dicit illud secũ Anaxagoram. Nam ibi (vt patet) ad hominem loquitur, & arguit contra ipsum. Et sic non est contradictio in dictis Ari. & ꝙ hęc sit mens Auer. patet, si bene eius verba ponderemur in expositione dicti tex. 39. vbi ait, in quãtitate vero, q̃ in partes consimiles, quas intelligentia diuidit, ab inuicem sunt apud ipsam mixtę mixtione infinita, & in omni parte, quam diuidit sunt partes infinitę. Et sic n... titur distinguere secundum quantitatem quod nunquam distinguet. Quid etiam clarius si hęc verba considerentur? hoc etiam asserit Simplicius, hoc etiam di cit s. Thomas in expositione istius tex. Et hoc sufficit.

Primo phy. cõ. 41. Decimaquinta cõtradictio est in tex. cõ. 41. Ibi enim d. Parmenidem posuis se ignem & terram principia rerum naturalium. Huius tamen oppositum inue nimus primo de Aĩa tex. cõ. 32. vbi dicitur oĩa elementa iudicem acceperunt preter terram. Et eandem sententiã inuenimus. 1. meta. tex. cõ. primi, & 14. Hãc aũt contradictionem quidam sedare conati sunt dicẽtes, ꝙ per terram & ig... Parmenides intellexit calidum & frigidum, non substantiã terrae vel ignis. Sed ista solutio, vt mihi videtur, dicit totũ oppositum illius, quod est in textu, nam textus d. Parmenidem posuisse calidũ & frigidum principia materialia rerum & hęc aũt appellat terrã, & ignẽ. & sic contradictio adhuc est in suo robore. Di

Solutio. camus igitur melius ꝙ nullus ex naturaliter loquentibus posuit solam terram esse principiũ materiale rerũ, sicut quidam posuerũt solã aquã, vt Tales milesi us: & quidam solum aerẽ, vt Diogenes: & quidã solum ignẽ, vt Hyppasus Me tapontinus, & Heraclitus, vt dicitur in erratis primi meta. Solũ autem poncntes leges posuerũt terrã solam esse principium, sicut Hesiodus, qui fuit ex Antiquis theologizantibus, qui hanc opinionẽ metrice figurauit. Non tñ negauit Philo sophus vel Cõ. quin aliqui Physici posuerint terrã vna cũ aliquo alio elemẽto, vel cum oĩbus reliquis esse principiũ materiale. Empedocles. n. posuit quatuor elementa esse principia materialia oĩum, & litẽ & amicitiã esse principia effici entia. ita etiã Parmenides terrã cum igne posuit principiũ, non terrã solã. Solu tio ista colligitur in Aue. 2. phy. cõ. 9. ad finem, vbi habet, Et cũ dixit, & quidã terrã, intendebat cum alijs elementis, vt dixit Parmenides terrã & ignem. nul lus. n. dixit solam terram esse principium, supple de naturaliter loquentibus.

Primo phy. cõ. 41. Decimasexta contradictio est in eodem cõm. 41. vbi habet ꝙ figura diuidi tur per cõtraria, Huius tamen oppositum reperitur. 3. cœli. tex. cõ. 75. Respon detur ꝙ aliquid contrariari figurae dupliciter cõtingit, vel vere, vel apparẽter. Et primo quidem modo figurę nihil est contrarium. & sic verificatur d. ...

Solutio. Philosophi. 3. cœli. 75. Secundo modo potest apparenter & secundum famam ... tem aliquid figurę contrariari, Et ideo d. Cõme. hic ꝙ figura diuiditur in con trarias differentias secundum famam. & in fine cõmenti ponit documentum di cens. Et notandum est ꝙ hoc nomen contrarium vsitatur hic large, pro contra rio & priuatione & habitu, siue sit in rei veritate, siue secundum famam, quod contrarium, secundum ꝙ ego credo, nos appellamus disperatum.

Primo phy. tex. 42. Decimaseptima contradictio est super tex. 42. Ari. enim ponit ꝙ conditio nes principiorum sunt ꝙ non fiunt ex aliis, ex hoc ꝙ sunt prima: & ꝙ non fi unt ex alterutris, ex hoc ꝙ sunt contraria: & ꝙ omnia fiant ex eis. Sed obui

Solutio. bam, quia forma fit ex materia, & priuatio etiã. Soluitur. litera translationis Arabicę, quam fere omnes Latini imitantur, habet ꝙ Arist. ibi probat prima principia sunt contraria, sed rei veritas est ꝙ probat conuersam ꝙ prima con traria sunt principia. & ita legunt Gręci expositores. & tunc instantia nulla est, quia materia nulli est contraria, cum sit ens in potẽtia, sed bene est subiectũ contrariorũ: sed vnũ contrariũ non põt esse subiectũ alterius. Si replicetur ꝙ ... lę ẽt sunt conditiones principiorũ, & cum materia sit principiũ, adhuc argu ... tũ stat ĩ suo vigore: Dic negãdo assumptũ, ꝙ forma fit ex materia, sed form... 7. meta. tex. cõ. 26. & ibidẽ tex. cõ. 27. necesse est omne, qd fit, diuisibile esse, &

[illegible]esse hoc, & hoc hoc, dico aūt hoc materiam, illud vero, formam. vnde ista, [illegible] fit, & priuatio fit ex materia, sunt vero per accidens, de quibus scientia non considerat, &c. vnde Cō.12.meta.com.18. scribit, impugnatio super creatio [illegible] formarū induxit homines dicere formas, idest ideas esse, & datorem esse formarum quod dixit Auicen. primum autem fuit dictum propter Platonem.

Auer.1.phy.43. videtur pluribus innuere, q priuatio sit principium generationis per se, & q musicū per se, fiat ex non musico. Et apertius videtur hoc [illegible] com.44. vbi ait, & dicit vniuersaliter, q corruptio, etiam principaliter & [illegible] est aut de contrario in contrarium, aut de habitu in priuationem, aut ad [illegible], sicut est dispositio in generatione, & hoc manifestum est per inductionem. Ex quibus apparet, q velit priuationem esse principium generationis per se. Oppositum huius habetur ab ipso Auer. in.74. primi phy. in fine, vbi [illegible] declaratum est, q priuatio est principium generationis per accidens, & [illegible] necessarium in generatione silicet secundum q accidit subiecto, ex [illegible] generatio ergo necesse est, vt generatio sit ex non ente per accidens. [illegible] clare habetur, priuationem esse principiū generationis per accidēs.

Vtrū priuatio sit principium generationis per se vel per accidens?

[illegible] respondeo, & dico, q ista quæstio. s. Vtrum priuatio sit principium generationis per se vel per accidens, est nimis dubia. Nā expositores Aristo. in [illegible] conueniūt. Simplicius aūt in expositione.65.1.phy. determinando istam [illegible], dicit, q priuatio potest cōparari ad duo, s. ad generationē, & ad rē [illegible]. Si cōparetur priuatio ad generationē, dicit, q est principiū ipsius per [illegible] vero comparetur ad rē generatā quia non remanet, est principium per accidens. [illegible] est solutio Simplicij, quam multi doctores sequuntur, tamen (quic[illegible] ista quæstione in se) non intendo pro nunc tractare. Intentio autem [illegible] sententiam Auer. in hoc narrare, & soluere contradictionē in suis dictis [illegible]. Verum scio, q solutio Simplicij est nimis dubia, & multas instan[illegible] contra se habet, vt alias (si altissimo placuerit) declarabo: quia non appa[illegible] illud principium per se possit esse alicuius. quod cum illud incipit [illegible] incipit non esse. & quam diu aliquid fit, vel est illud, tam diu corrū[illegible] priuatione apparet respectu fieri, quia quū motus, & fieri incipiūt [illegible] incipit non esse, & quam diu est fieri. & motus, tam diu priuatio [illegible] satis patet. Et maxime contra se solutio Simplicij habet, q Ari. [illegible] de principijs loquitur, & dicit, q vnum est principiū per accidens, vide[illegible], q priuatio sit principium per accidens ipsius generationis, & non [illegible]. Tamen de hoc alias.

Determinatio Simplicij.

Sententia vero Auer. sine dubio in hoc est, [illegible] bene doctrinam suam intelligenti (quicquid aliqui dicant) est, q priua[illegible] principium generationis per accidēs necessariū. Nam (vt dicit ipse Auer. [illegible]) per accidens est duplex, aliud enim est necessarium. aliud vero ra[illegible], priuatio autem est principiū generationis per accidens, necessarium [illegible] & absq; hesitatione hęc est mens eius, licet in illo.66. non nulli ad pau[illegible] respicientes facile cauntiauerunt, & in suis expositionibus isti sic vtuntur, [illegible] ipsi tenent aliquam opinionem erroneam, & Auer. in aliquo loco ob[illegible] loquitur de illa re, licet Auer. teneat oppositum illius, quod ipsi tenent: [illegible] exponendo illum, trahunt ad suam opinionem modo quo possunt. Vbi [illegible] Auer. clare loquitur & apperte, absque expositione sententiā suam ponit [illegible] illis est. ipsi exponendo illud commentū dicunt, quum veniunt ad [illegible], cōmentū patet: non oportet insistere. & de sua opinione erronea [illegible]. De his tamen curandum nimis non est. Ad propositum redeun[illegible], q nescio, quam causam habent in hoc dubitandi in via Auer. Nam [illegible].66. non sic obscure loquitur (vt ipsi credunt q loquutus fuit) in.74. [illegible] phy. in fine, ad literam posuit hanc sententiam, & in pluribus locis, in [illegible] etiam habetur ex.5.phy.55. nec obstant illę duę auctoritates in prin[illegible] nam ex illis auctoritatibus (si bene ponderetur) non habetur, [illegible] principium per se ipsius generationis, sed habetur, q priua[illegible] per se id est necessarium principium generationis, & q non quodlibet g[illegible] ex quolibet, sed necesse est, q illud qd̄ fit, fiat ex determinato modo

Per accidēs duplex.

quo ibi Auer. dicit. per accidens tamen quodlibet fieri potest a quolibet: nã D ibi Auer. capit per se, vt dicit aliquid necessarium: quia vt sic, opponitur ad :: cidentia contingentia aliter se habere, & vt sic, planum est, ꝙ priuatio sit principium per se ipsius fieri, cũ sit necessaria in generatione, sed nõ dicit Auer. ꝙ sit principim per se, loquendo proprie de per se, pro vt per se opponitur omne per accidens, siue necessarium, siue contingens aliter se habere. Et: remouetur contradictio, quę videbatur in Auer. huius etiam opinionis est Zimara in expositione. 74. primi phy. in lectura, quam fecit in Gymnasio Patauino vbi dicit, ꝙ ipse alias dum legeret extra ordinariam philosophiam, tenuit opinionem Simplicij, tamen magister suus redarguit eum in circulis vnde ibi impugnat ipsam.

Opinio Zimarę.

Vtrum quilibet motus, sit de contrario in contrarium?

Arist. 1. phy. 43. ait, ꝙ omnis motus fit ex contrario in contrarium, & pluries hoc dicit maxime in. 5. Phy. Oppositum habetur. 1. cœli. 30. & pluries in libro cœli. Ex quibus habetur, ꝙ motus cœli non est de contrario in contrarium. Ad hoc dicitur (vt dicit ipse Auer. 1. phy. 43.) ꝙ quando Arist. dicit, ꝙ motus :: de contrario in contrarium, habet veritatem in his, in quibus actio & passio, est quasi genus, & non in omnibus. Et sic intellexit Aristo.

Vtrum contrariũ fiat ex contrario?

Risto. 1. phy. 42. ait, ꝙ contraria non sunt ex alterutris. Oppositum dicit ipse in tex. sequentibus. s. ꝙ omne fit ex contrario. Ad hoc respondet Auer. 8. phy. 4. vbi responsio talis est, ꝙ vnum contrarium fieri ex altero potest intelligi dupliciter. Vno modo vt ex subiecto: alio modo vt termino: & isto modo, vnum contrarium fit ex altero. 1. post. Sed non vt materia. sic respondet Auer. ad hoc. & nulla restat oppositio. Multa circa hoc adduci possent: quę ab alijs diffuse adducuntur ideo breuitatis gatia omitto.

Rñsio ex Auer.

Primo physic. cõ. 49.

Decimaoctaua contradictio est in com. 49. in quo dicit Cõmentator ꝙ rarũ & densum sunt minus vniuersalia quam magnum & paruum, quia rarum & densum solum sunt in corporibus sensibilibus naturalibus, magnum autem & paruum comprehenduntur in corporibus naturalibus & mathematicis. Sed huius oppositum sequitur ex cõm. 84. quarti phy. vbi habetur ꝙ raritas & densitas insequuntur quantitatem. cum igitur in mathematicis sit ratio quanti, erit etiam ratio illius, quod inseparabiliter & immediate consequitur quantitatem. Soluitur. rarum & densum in via Auer. quandoq; sumuntur pro qualitatibus sensibilibus consequentibus calidum & frigidum. & sic solum reperiuntur in corporibus naturalibus generabilibus & corruptibilibus, qđ addo propter raritatem & dẽsitatem existentẽ in corporibus cœlestibus, quę ęquiuoce dicitur, vt inquit Cõmen. 2. cap. de substantia orbis, cum raritate et densitate istorum materialium. & sic locutus est Commentator hic, & 7. physi. 11. & 15. & 1. de generatione conmen. 15. Alio modo sumuntur pro distantia & approximatione partium quantitatis adinuicem, & sic sequuntur quantitatem; & vt sic reperiuntur in mathematicis corporibus, et naturalibus indifferenter, & sic locutus est de raro & denso Cõmen. 4. physi. com. 84. & 72.

Solutio.

Primo phy- sico, tex. 50.

Decimanona contradi. est super tex. 50. Aristoteles enim & Commen. primo physi. tex. com. 50. volentes numerum principiorum scđm veritatem inuestigare, adducunt istam rationem, quia in omni genere est vna contrarietas, substantia autem est vnum genus, vbi Cõmenta. dicit ꝙ Aristo. probat ꝙ principia non sunt infinita, quia cum in omni genere sit vna contrarietas: & substantia sit vnum genus, cuius principia sunt quęsita, cum substantia sit subiectum aliorum generum; necesse est vt contrarietas existens in principijs sit vna, & est contrarietas existens in substantia, nedum vt sint infinita. Sed opponebam per authoritatem Philosophi primo de anima tex. cõmen. 78. vbi Cõmenta. dicit in commen. quod impossibile est substantiam elementum esse aliorum prędicamentorum: principia enim non substantię sunt non substantię. Amplius peccat etiam dictum Commen. in alio, quia dicit substantię elementa inquiri. hoc autem falsum est, quia infra tex. cõmen. 57. Philosophus proponit se inuestigaturum principia cuiuslibet generationis simpliciter, videlicet tam generationis, quæ est in substantia, quam generationis, quę est in accidentibus

Et ita

enim Philosophus, si volebat inuestigare numerum principiorum, debuit communem contrarietatem decem predicamentorum inuestigare, & non illam, que erat solum in predicamento substantie. Ad hanc autem secundam dubitationem dicit Ammonius, & etiam Alexan. quod contrarietas in substantia primitus est, & eius principaliter principia queruntur, in alijs vero est secundario. vnde ... primo saluatur i substãtia. & ideo prima cõtrarietas saluatur in primo ente, in alijs autem secundo loco, tanquã in his, que sunt ab vno, & ad vnum. Ad contradictionem autem respondetur, quod principia substãtie sunt principia et ceterorum predicamentorum, in genere cause subiectiue siue materialis, vt dicit Cõmenta. hic, &. 4. metaphy. cõmen. 2. substantia est causa aliorũ predicamentorum, non scdm agens, neq; finem, sed quia est subiectum & materiã eorũ. ... authoritatem Cõmen. primo de anima. cõmen. 78. vbi habet quod substã ... possibile est vt sint elementum aliorum predicamentorũ, soluitur quod ... verũ est loquẽdo de elemẽto proximo, sed fallit de elemẽto remoto. ista ... determinatio Philosophi in. 12. prime philosophiæ, vbi inuestigauit vtrũ ... sint principia omnium predicamentorum. & solutio est quod loquendo de principijs propinquis, sunt diuersa, sed loquendo de remotis, sunt eadẽ. quia ... substantiæ illo modo sunt principia ceterorum, vt etiam clare scribit ibi Commentator in commen. 22.

Solutio contradictionis.

Aristo. 1. phy. 51. post plura verba ait. Sed hoc est materia, sicut si femina ... & turpe bonũ. Ex quibus clare patet, ꝙ in scientia methaphoris vtitur philosophus. Oppositum huius habemus ab ipso Aristo. in. 2. poste. 22. ... Disputandum, neq; diffiniendum, per methaphoras esse. & Auer. ibi ... commentarijs, & est super tex. 84 secundum illum sectionem, hoc ... vtile est in diffinitionibus, & est, ꝙ non facias difinitionem nomi... exemplarium translatorum ad rem ex similitudine, quoniam huiusmodi ... tradunt vtique similitudinem rei non veritatem ipsius, & non est ... ꝙ accidit propter nomina exemplaria, illud quod accidit ex nomi... communicãtibus. hoc est, ꝙ existimetur de rebus multis ꝙ ipse sunt res ... &c. Hoc etiam habetur ex Arist. in. 2. topicorum. cap. 2. etiam ex. Auer. ... Ad hoc dico, & inuenio duos respondendi modos. quia hec ambiguitas ... mota per Auicennam contra verba philosophie, & primus modus est, ꝙ ... veritas est, ꝙ in scientia metaphore haud sunt ponende, & ad Aristo. in. 1. ... dicunt, ꝙ Aristo. ibi hoc facit, quia ibi loquitur contra Platonem, qui tali... metaphoricis locutionibus vtebatur, assimilans materiam matri, & femi... & formam, masculo: ideo Aristo vtitur methaphoris ab eo sumptus. Iste mo... ... tenetur a sancto Thoma. Sed mihi videtur, ꝙ talis respondendi modus, nõ ... euacuans bene dubitationem in doctrina Aristo. quia dato, ꝙ auctoritati pri... phy. 81. satisfaciat: tamen non solum ibi Aristo. methaphoris vtitur. sed ... alibi, vt. 3. de anima, 14. vbi assimilat intellectum possibilem tabule ... Alter modus respondendi ponitur ab Auer. in fine commenti. 81. ... phy. dum ait. sed materia appetit formam, sicut femina marem, & licet, ... vitatur in doctrina demonstratiua, tamen vsitatur in rebus non sensibili... que non intelliguntur, nisi per comparationem. Ex quibus habemus, ꝙ ... Arist. abhorreat locutiones istas methaphoricas in scientijs speculatiuis, ... quum, loquimur de entibus, quæ non possumus cognoscere, nisi per ana... possumus vti methaphoris. Nota etiam (vt dicit Alexã. in paraphrasi ... in cap. de phantasia) ꝙ vbi est indigentia nominũ in propria significa... possumus vti transumptione, & methaphoris. Hoc et habetur ex ... in lib. de memoria, & reminiscentia. Vnde relinquitur, deductis ali... non licet in scientiis methaphoricis sermonibus vti. Et pro hoc ... quod Auer. contra plurimos dicit in. 2. celi. 106. ꝙ aut peccant, aut ... a veritate, aut male docent. & Themistius in paraphrasi primi de anima cap. 20. loquit. nam non est equum in altissimis philosophie questio... aliud sentire, aliud dicere, cum enim res semper digna homine est ne a ... verba dissentiant, tum id maxime in rebus obscuris, & cæteris obseruã

Vtrũ in sciẽtia possimus vti methaphoris.

Impugnatur primus modus dicendi secundus modus.

Dictum Alexandri.

dum quo ea, quę suapte ingenio, & natura remota, & condita videntur, verbis D illustribus & quam maxime potest declarantibus vendicantur a tenebris: hoc etiam ex sententia philosophi habetur in.2.meteo.cap.1. vbi opinio Democriti de mari impugnatur, vbi dicit ꝙ a fabulis Esopi illa opinio non deficit, & magis ipse Democri. increpatur, quia more poetarũ, Esopo aliquid in metha horis tradere licebat, sed philosophis veritatẽ inquirentibus, non licet hoc facere.

Primo phy. cõ. 52. Vigesima contradictio est in com. 52. vbi dicit ꝙ ratio coegit Antiquos ad ponendum principia esse contraria. Huius tamen oppositum dicitur in tex. cõ. 48. supra, ꝙ omnes Antiqui sine ratione, tanquam ab ipsa veritate coacti, posuerunt elementa, & ab ipsis vocata principia esse contraria. Soluitur per dicta Auer. co. 48. quia dicit Antiquos sine ratione quoquo modo posuisse principia esse cõtraria. quia sine ratione perfecta & demonstratiua. nã vt dicit Com. ibi, inductio induxit eos ad hoc. in qua non inducuntur omnia particularia, quando autem dixit Commentator. co. 52. ꝙ ratio coegit eos ad dicendum principia esse contraria, intelligendum est de ratione imperfecta. Sed tunc est dubitatio, nam inductio, in qua non indicuntur omnia singularia, est inductio demonstratiua, quę fit in materia necessaria, in qua idem est iudicium de vno indiuiduo, & de oĩbus. 2. cęli. com. 59. talis autem inductio est perfecta ratio: quia non petit, sicut alię inductiones: sicut patet. 2. priorum. cap. 23. in Auerro. Respondetur ꝙ refert dicere inductionẽ, in qua non inducuntur omnia singularia, esse inductionem perfectam, & dicere illam esse rationem perfectam. Et primum quidem est verum, pręcipue loquendo de inductione, quę fit in materia necessaria, & secundum quidem dictũ est falsum. sicut refert dicere aliquid esse perfectissimum animal, & illud esse perfectissimũ asinũ. inter species enim argumentationis solus syllogismus est ratio perfecta: alię vero sunt rationes, imperfectę, & quasi obliquitates eius.

Solutio.

Instantia.

Solutio.

Primo phy. cõ. 52. Vigesima prima contradictio est in eodẽ cõ. 52. vbi videtur dicere substantias habere contrarietatẽ secundum formas, non aũt secundum subiectum. Huius tamen oppositum reperitur in dictis eius. 5. phy. co. 10. & 8. meta. com. 5. Soluitur hic loquitur secundum mentem Alexan. vt ostendit series verborum suorum; sed. 5. physico. & 8. methaphysicę loquitur secundum intentionem propriam.

Solutio.

Primo phy. tex. 54. Vigesima secunda contradictio est super tex. 54. Aristoteles enim primo metaphy. tex. 13. videtur dicere ꝙ ponentes ignem esse principium conuenientius videntur dixisse, q̃ ponentes vnum ex reliquis. Sed huius oppositum habetur hic, vbi dicit ꝙ ponẽtes ac rem melius dixerunt. Soluitur secundum diuũ Thomam. vide ipsum & verba eius. Aut aliter Aristo. hic loquitur secundum veritatẽ, et mentem propriam, nam vt scribit Commen. in pręsenti com. subiectum in rei veritate est materia, cuius esse est in potentia, & quia illud est verius, quod est primo vero propinquius, cũ verũ subiectum generationis secundũ essentiam sit denudatum ab omni contrarietate, illis qui posuerunt minorẽ contrarietatem, rectius fuerunt propinqui veritatem videre, q̃ ponentes maiorem, & quia minor est contrarietas in medijs, q̃ in extremis, ponentes vnum medium pro subiecto rectius dixerunt, q̃ ponentes vnũ ex extremis. & eadẽ rõne ex ponentibus vnũ ex quatuor elementis rectius dixerunt, ponentes illud cuius differentię & qualitates sunt magis occultę, q̃ qui posuerũt pro elemento illud, qđ habet qualitates magis manifestas. &, quia aer est huiusmodi, ideo secundum veritatem ponentes aerem melius posuerunt, q̃ qui ignẽ posuerunt. Sed in primo meta. Aristo. loquitur secundum mentem Antiquorũ, asserentium generationem fieri per congregationem, quia congregatio mixtio p minima, & subtilia melius & expeditius fit. vt patet in fine primi de generatione & corruptio. tex. c. 89. sic, secundum hanc rationẽ asserentẽ generationẽ fieri p minima & subtilissima, sequi videtur, ꝙ qui posuerunt ignem conuenientius dixerunt. Et hoc videtur esse de mente Philosophi in primo meta. tex. cõ. 13. inquit enim, apparet enim vtiq; maxime elementare esse oĩum, ex quo fit primo congregatione, tale vero est, quod minutissimarũ partiũ, subtilissimũq; sit corporũ. Vnde quicunq; statuũt ignẽ principium maxime conuenienter huic rationi dicunt, idest secundum istum modũ asserentẽ ge-

Solutio.

rationem fieri, per congregationem partium magis videntur ad hanc rationē fundamentum dicere ponentes ignem esse elementū, ex quo per congregationem partium omnia generantur, quam ponentes vnum ex reliquis, quia est subtilissimū partium inter omnia. non igitur Aristo. laudat eos absolute. sed d. consequi ad rationē eorū erroneam. & ista est melior solutio q̄ prima, quę est sancti Thomę in primo physic. in loco allegato. Et, cū hęc scripsissem, inueni Alexandrum isto modo dicere, inquit enim. Hęc pręfatus quęrit, cur nulla rōne terra debeat alterum elemētum esse, vt vulgo mortales putāt, atq; adeo Hesiodus existimauit, qui hanc primā post chaos genitam esse tradit, sententiā suam vulgi testimonio confirmans. sed fortasse de terra dicit, nisi priores ad modū generationis spectātes illa elemēta esse rebantur, cur non terram quoq; ipsam, vt homines communiter opinantur elementum esse dicebāt. quibus dictis, redit ad id quod dixerat, elementū videri id, quod tenuissimis est partibus, docetq; scd̄m hanc sententiā, qui pręter ignē quodpiam aliud corpus elementū esse statuebant, de horū quatuor numero, siue medium corpus inter ignem & aerem, horū neminem recte dicere. Ecce quomodo Alexander exponit illa dicta sequi ad fundamentum erroneum Antiquorum, non q̄ istis assentiat Aristo. ex mente ꝑpria & multū fuit gauisus animus meus. inquit. n. Ari. in te. 14. scd̄m igitur hāc rationem, nec si quis horū aliquid pręter ignem dicit, nec si quis aere quidem densius ponit, aqua vero tenuius, non recte vtiq; dicet. Vnde scd̄m solutionē sancti Thomę Aristo. videtur assentire illi dicto, q̄ videlicet generatio fiat secundum subtilitatē partiū. qđ tñ falsum est, quia Arist. non assentit Antiquis generationem fieri pręsertim simplicē per congregationē, immo primo de generatione & corruptione tex. com. 86. & 89. & 90. & 2. de generatio. tex. com. 48 mixtionē non esse per paruitatē partiū, licet illud coagat ad illud, quia tūc mixtio esset ad sensum. Et hoc testatur etiam. Com. primo meta. commen. 16. in enim mixtio non est per paruitatē partiū, sed mixtio vera est, vt mixta alterantur, donec ex eis fiat forma media: verbi gratia forma oxymellis, quę fit ex mixtione mellis & aceti.

Vigesimatertia contradictio est in co. 54. ibi enim dicit q̄ contrarietas est minus sensibilis in mediis q̄ in extremis. ex hoc sequi videtur q̄, cū terra sit extremum, aqua autē sit mediū, vt etiam hic dicitur, sequitur terram frigidiorem aqua. Et hoc idē formari potest ratione. nam quanto aliquid distat a motu tanto illud est frigidius. quia, vt scribit Commentator. 2. cæli. com. 94. Remotio a motu dat grauitatem, & quietem, & frigiditatem, sicut vicinitas dat leuitatem, & caliditatem & motum. modo sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime. si remotio igitur a motu dat frigiditatē, erit maior maiorem, & maxima remotio maximam frigiditatem dabit. sed huiusmodi est naturę remotio, vt patet: ergo terra est primum frigidorum. Huius autem oppositum inuenitur in dictis Arist. & Commenta. 2. de generatione. tex. cōmen. 23. vbi habet terram esse magis sicci q̄ frigidi, aquam vero magis frigidi q̄ humidi. Ista materia est multum difficilis solutionis. & signum difficultatis eius est diuersitas opinantium. Aliqui propter primam rationem motiui & alias quamplures tenuerunt terram aqua frigidiorem esse, sicut Albertus Magnus, & multi sequaces. Alij vero tenuerunt aquam esse terra frigidiorem propter authoritatem Philosophi allegatam. in. 2. de generatione, & propter duplicem rationem, vnam a priori, & aliam a posteriori: quarum quęlibet deducitur quintuplici medio, vt est videre in Conciliatore in differentia. Alii vero conati sunt vtranq; viam tenere, vnica distinctione conciliantes dicta istorum repugnantia. dicunt tamen duplicem esse frigiditatem. sicut enim duplex est caliditas, elementalis & cęlestis vt est videre. 2. de generatione animalium. ca. 3. & . 2. cap. de substantia orbis. & . 12. meta. commen. 18. sic & duplicem aiunt frigiditatem esse vna elementalem: & tali aquam frigidiorem aiunt esse terra, aliā vero celestē: & tali terrā aiunt esse frigidiorem aqua. & ita processit Egidius Roma. Est etiam materia ista difficilis, quia multas circa eam tractat difficultates. quarū vna est, verū q̄libet qualitas in elemētis exi

Primo phy. cō. 54.

Digressio de qualitatibus elementorū.

ftens sit in summo, vel vna tantum. &, si fuerit vna tantũ, nũquid alia sit rem?
sa ꝑ admixtionẽ sui contrarij, nec ne. & alia quidẽ est, vtrũ vna & eadem pro-
prietas elementalis possit esse eiusdem speciei cũ consimili reperta in alio ele-
mẽto, & tertia est, vtrũ duabus qualitatibus in summo existentibus in elemen-
tis adhuc mixtio posse fieri, vel nõ: vt videtur velle Auer. 4. meteororũ, cõ.
10. Et videre meo Thomas de garbo in summa sua tracta. primo in summa de
elementis quest. secunda multum subtiliter prosecutus est istas difficultates &
declarauit ꝙ opiniones narratę non habent aliquã rõnem demonstratiuã ad-
herendũ potius vni parti ꝙ̃ alteri, quia si quæ fuisset ad hoc ratio demonstra-
tiua, probabile est Arist. eã adduxisse: sed ex medijs rationis innixis quãdoq;
videtur sequi vnũ quãdoq; videtur sequi oppositũ. Et dixit ꝙ illud, super quo
debemus inniti in hoc quęsito, est via sensus, quia rectissimus iudex de quali-
bus tangibilibus est sensus tactus: &, quia ꝑ tactũ discernimus aquã frigidiorẽ
esse terra, ideo tenendũ est hoc hac sola via: & non propter aliquas rationes
quæ omnes solui possunt: sicut patet inuenienti ipsum. Illud autẽ, quod mihi vi-
tur dicendum in hac materia est vnũ, ꝙ dicere vnum elementum esse frigidius
aut calidus altero contingit dupliciter: vno modo quantũ ad gradum & inten-
sionem formæ, alio modo quantũ ad agere & posse. stat enim pro primo modo
aliquid esse calidus altero, non tñ secundo modo. sicut flãma stuppæ est calidi-
or intensiue ferro ignoto: ferrũ tamen plus calefacit, & potentius ꝙ̃ faciat ipsa
flãma, sicut etiam sensus ostendit. Dico tũc terrã, quantum ad gradum esse fri-
gidissimã, sicut & acqua. Et hoc sentit Philosophus primo mete. vbi dicit ex-
presse ꝙ in medio, & circa mediũ est quod grauissimũ & frigidissimum. & in
argumentum primum ex remotione a motu credo ipsum demonstrare ad istũ
sensum. Nec obstat ꝙ vna, & eadẽ qualitas in summo reperiatur in duobus ele-
mẽtis, vbi fuerit diuersis associata qualitatibus, & vbi vna minus pricipaliter
cõperat vni ꝙ̃ alteri. Vno teneo frigiditatẽ tã in aqua, ꝙ̃ in terra esse in summo
sed in aqua est humiditati cõiũcta, in terra vero siccitati. aquę ẽt principalius
cõpetit ꝙ̃ terræ ex isto fundamẽto, quia scd̃m fundamentũ Philosophi ab vno
inquantum vnũ immediate non prouenit vnum. Et ideo probabile est ꝙ, licet am-
bæ qualitates in summo reperiuntur in vno elemento, tamen prius natura vna
illarum consequit̃ formã elementi ꝙ̃ altera. vnde cũ ignis sit formalissimum
elementorũ, conuenientissimũ videtur ꝙ formalissima qualitas prius scd̃m na-
turam sibi cõpetat. Et, quia caliditas formalior est siccitate, hinc est ꝙ, igne ca-
lido & sicco existente, dicimus igne plus esse calidi, ꝙ̃ sicci & ita discurrendo
per alia dicas cõsequẽter. Si vero quæratur, vtrũ aqua sit frigidior terra scd̃o
modo, quia magis infrigidat, & põt magis infrigidare, hoc patet ad sensum, &
qui de hoc dubitat sensu indigęt. & sic possunt dicta ista cõcordari. Et licet po-
sitio ista cõtradicat Auer. 4. meteororũ. cõm. 10. vbi videtur dicere duas qua-
litates in fine nõ posse reperiri in vno & eodẽ elemento, quia tunc non possent
ex elemẽtis contrarijs in ambabus qualitatibus fieri aliquid, nec possent ad in-
uicẽ misceri, & tẽperari, istud tñ nõ multũ mouet: tũ quia authoritas eius in ti-
lo libro, non multũ cõmuniter tenetur: quia ibidẽ primo meteororũ posuit dari
epiciclos, & ecentricos, quos tñ destruit infinities in. 2. cœli: tũ etiam, quia si
ratio illa aliquid cogit, sequeret̃ ꝙ ignis & aqua inuicẽ nunquã possent agere
nam, cũ actio sit merito contrarietatis ignis, ergo ꝑ caliditatẽ aget frigiditatẽ
aquę. & cũ ambæ istæ sint in summo, sequitur igitur ꝙ non erit actio: Nec va-
let si dicat ꝙ reactio non fit ꝑ easdẽ qualitates, quia tunc sequeretur ꝙ quodli-
bet elementũ nõ posset in aliud immediate cõtra Philosophũ. 2. de generatio-
ne. Quomodo enim tunc ignis conuerteret̃ in aerem? Si enim ignis patitur ab
aere per humiditatẽ, per quid reaget. si per siccitatẽ habeo intentũ, ꝙ reactio fit
per easdem qualitates. si per caliditatẽ, hoc non põt quia actio est merito con-
trarietatis. modo caliditas nõ contrariatur humiditati, sed frigiditati. Nec va-
let, si dicatur reactionem non posse fieri in elementis habentibus symbolum, si-
cut quidã dicunt. quia istud est contra Philosophum primo de generatione &
infinitis locis, vbi dicit ꝙ quæcunq; contrarietatẽ habentia cõmunicãt in ma-

uis,in agendo repatiuntur. Et ista etiã est mens Alexãdri, & Ioan. grãmatici in .de generatione, & in secundo, præcipue super expositione tex. cõ. 8. vbi expresse ponit reactionẽ per easdem qualitates cũ actio fit merito contrarietatis, ut expresse Philosophus dicit. Itẽ tunc sequeretur ꝙ in habentibus symbolũ nõ esset facilior transitus, sicut patet discurrenti. Si igitur Cõmentator intelligat ambas qualitates in elemento simplici nõ ẽe in fine, i. in summo quãtũ ad gradũ, sed vna sit in sũmo, & alia sit remissa, non sum cũ ipso. nam in habentibus cõtrariũ remissio fit per admixtionẽ cõtrarij, iuxta illud Philosophi, illud est albius, quod est nigro impermixtius. Et ideo sequeretẽ ꝙ elementũ non esset simplex. Et hoc est quod ante nos tenuit præcipuus expositorũ Antiquiorum Alexander super cõ, suo in primo meteo. Inquit enim magis quidẽ aqua frigida ꝗ̃ terra: sed non minus caliditatis terra est minus frigida ꝗ̃ aqua, & magis est terra sicca ꝗ̃ ignis: sed non ignis mixtura humiditatis est minus sic cus & magis, quidem non calidus ignis ꝗ̃ aer: sed nõ mixtura frigiditatis aer minus calidus q̃ ignis. & aer magis quidẽ humidus ꝗ̃ aqua: sed nõ solidi alicuius mixtura aqua minus humida ꝗ̃ aer. non .n. vtiq; aliquod simpliciorũ corporũ esset. hęc ille ad literã. Potest ẽt illud alia rõne fulciri. quia, si qualitas aliqua esset permixta suo contrario, tunc Arist. & cõbinationibus quatuor qualitatũ primarũ non sufficienter ostendisset numerũ quaternariũ elementorũ. dicit. n. ꝙ caliditas & siccitas cõstituunt ignem. ꝙ si vidisset aliquam humiditatem siccitati ignis cõiungi, vtiq; & illius meminisset. & hoc videtur sentire ẽt Commentator in .3. cœli. cõ. 67. Si autem authoritas Cõmentatoris intelligatur quantũ ad posse, scilicet ꝙ vnum elementum non habet ambas in fine, sic sum cũ ipso, quia, vt est ipsius Philosophi sententia. 2. de generatione. tex. cõm. 48. mixtio non fit, quando alterum dominatur super alterum, neq; quando habent ęqualem potentiã. Si enim potentia alterius fuerit simpliciter dominans, corruptio erit dominati & generatio dominantis. &, si ęquales fuerint potentię, tunc non fiet alteratio, sicut declaratũ est in. 4. meteoro, supple tu in cõmento, superius allegato. &, cũ potentia alterius fuerit dominans dominati non dominans simpliciter, generabitur ex eis aliquod medium, sed tamen dominatur ad partem dominantur. hęc Cõmentator. Patet igitur exponendo Auerroẽ, ꝙ elementa non habent ambas qualitates in fine: non quantũ ad gradũ, ita ꝙ vna sit in summo, & alia sit remissa per suũ contrariũ, sicut communiter omnes posteriores exposuerunt: sed hoc intelligitur quantum ad potentiam agendi: sicut ipsemet se ipsum declarat in verbis allegatis. Et sic veri ficantur dicta Philosophi, quæ adinuicem videntur aduersa, quando enim dixit 4. meteororũ terram esse frigidissimã, hoc est verũ quantũ ad gradũ, quia non est terrę frigiditas caliditati permixta, vt bene dixit Alexãder, quando vero dixit. 2. de generatione. 23. aquam esse magis frigidi ꝗ̃ humidi, & terram magis sicci ꝗ̃ frigidi, hoc intelligitur quantũ ad posse, quia plus potest infrigidare aqua ꝗ̃ terra: sicut sensus demonstrat. Aut aliter potest dici ꝙ Philosophus ibi non comparat vnũ elementum alteri in eadem qualitate, ita ꝙ velit aquam esse terra frigidiorem: hoc. n. non dicitur in litera: sed ibi comparantur duæ qualitates ad vnum, & idem elementum. &, quia ab vno, inquantum vnũ, non prouenit immediate nisi vnum, propter hoc dicunt ignem per prius determinare caliditatẽ ꝗ̃ siccitatẽ, & aerem per prius humiditatẽ ꝗ̃ caliditatẽ. ũ hoc tamen stat tam ignis ꝗ̃ aeris caliditatẽ summã esse. nulla enim in hoc est contradictio, ꝙ eadem qualitas in summo possit reperiri in duobus subiectis specie differentibus, sicut patet. Ad contradictionem igitur formaliter respondentes dicimus, ꝙ quando dicit Cõmentator ꝙ contrarietas est magis in his in extremis q̃ in medij, illud habet veritatem de medijs per compositionem ex extremis, non autem habet locum de medijs per comparationem. Aer autem est medium inter terrã & ignem secundo modo. Quod si dicatur ꝙ Commentator, & Philosophus loquuntur de medij secũdm comparationẽ, quia reprehendit illos, qui posuerunt aerem esse subiectum, vel aquam, potius q̃ illos, qui posuerunt ignem vel terram, Respondetur, ꝙ Philosophus loquitur ibi secũdm

Solutio contradictio

opinionem Antiquorũ, qui credebant aquam ex quo est mediũ scđm situm, & etiam secundum comparationem inter elementa, sicut Cõmentator. 4. cœli cõmen. 26. ꝙ haberet minus sensibiles qualitates q̃ terra vel ignis. quod tamen non est verũ, maxime loquendo de aqua, vt comparatur terræ in qualitatibus alteratiuis, sicut est frigiditas & humiditas. nulli enim dubium est ꝙ frigiditas aquæ est magis sensibilis quam frigiditas terræ. Si vero intelligatur propositio Cõmen. etiam in istis medijs secundum situm & comparationem, dicens contrarietatem in medijs talibus esse minus sensibilem quam sit contrarietas in extremis, verũ est quantũ ad qualitates localiter motiuas. quia terra est grauis simpliciter, aqua autem est grauis in respectu. similiter aer est leuis in respectu, sed ignis est leuis simpliciter. quo autem ad qualitates alteratiuas non credo illam propositionem esse vniuersaliter veram in talibus medijs non per cõpositionem extremorum resultantibus, licet quãdoq; verificari posit, sicut caliditas ignis est magis sensibilis q̃ caliditas aeris, sed ꝙ vniuersaliter verificetur hoc non video. Et per hoc patet ad authoritatem Philosophi & Commentatoris hic. Sed ad authoritatem eius. 2. de generatione iam dictũ est. Ista sunt quæ sentimus in hac materia, quę licet noua videantur, forte tamen sunt satis antiqua, sicut poteris intueri. Non me latet concordia Modernorũ dicentium aquam frigidiorem terra quantum ad gradum, terram autem frigidiorem quantum ad formam: quia multitudo formæ insequitur multitudinem materiæ. tamen primum dictum eorum non credo verum esse, quia non video quomodo posset teneri simplicitas in elementis cum remissione alterius qualitatis per admixtionem cum suo contrario. Et tu magnifice domine Marceantoni super hoc cõsyderabis, sufficit mihi excitare intellectum tuum in istis, tu autem bonitate ingenij tui, & solertia poteris facile veritatem intueri.

Primo physico. cõ. 55.
Solutio.

Vigesimaquarta contradictio est eod. cõ. 56. Quia ibi d. ꝙ subiectũ est in potentia pura vtrumq; extremum. Huius tñ oppositũ dicere videtur infra in cõ. 82. primi phy. Ad hoc est dicendũ distinguendo de duplici subiecto, primo, & secundo: sicut ipsemet distinguit in cõ. illo. 82. Et loquendo de primo subiecto, quod verius appellatur prima materia q̃ subiectũ, vt statim dicã, tale est in potentia pura vtrunq; extremũ. & tale subiectũ Cõ. distinxit contra medium in hoc cõ. 56. Sed loquendo de scđo subiecto, quod vere subiectum dicitur, tale nõ est in pura potentia vtrunq; extremum: quia tale est in actu, aut modo medio inter actũ & potentiã. Dixit autem nobiliter primũ subiectũ, quod est in pura potentia vtrunq: extremũ, rectius dici materiam q̃ subiectũ, & per oppositum secundũ subiectũ rectius appellari subiectũ quam materiã. Et ista fuit sententia Philosophi ad principiũ. 1. meteo. vt ibi deducit Alexander super illo verbo, quare accidentium circa ipsum ignem quidẽ & terrã, & cognata his, vt materię speciæ, oportet putare eorũ, quæ fiunt. subiectũ. n. & patiens appellamus hoc modo. Et ista etiã est sentẽtia lucidissimi Themistij in paraphrasi super. 1. phy. in digressione, quã facit de potentia materię, & eius priuatione. Nomen materiæ cũ potentia & priuatione est. dicitur. n. materia earum rerũ, quæ nondum ortæ aut factę sunt. Vnde, si consyderemus materiam, vt est priuata forma, sic materia recte dicit᷑. sed cũ accipitur pro subiecto, vt sic cũ priuatione non est. vnde materia, ex qua generatur homo, anteq̃ hominis formam recipit, materia recte nuncupatur. sed vbi forma hominis est affecta, nõ amplius vt ante materia dicitur, sed subiectum. Vnde authoritate Boethi materia qualitatibus informata non amplius materia remanet, nam scđm se informis est, & speciebus omnibus caret: sed adhibitis qualitatibus materia abit in subiectũ. Et propter hoc dixit etiam Auer. imitando istam sententiam in. 2. ca. de substan. orbis: & in. 8. meta. 12. ꝙ cœlũ rectius. dicitur subiectum quã materia. quia videbatur in cœlo non esse materiã, quę sit in potentia pura vtrunq; extremũ: sicut forma tuo materię. nec est ibi priuatio formæ substantialis, ad quam sit in potentia: quę priuatio importatur per nomen materiæ ex scientia Themistij, sed quia semper est actu sub sua forma, ideo rectius dicitur subiectum, quam materia. Accedit ad hoc; quia materia etiam est ex quo fit aliquid, vt in existentia

i physic.27. Sed, quia forma cœli non educitur de potentia eius, cum sit abstra-
ća hinc etiam dictum est,& bene, cœlum rectius subiectum, quam materiam dici.

Vigesimaquinta contradi. est in cõ.56. Quia ibi ponens differentiã inter subiectum,& medium d. ꝙ mediũ est vtrunq; extremũ, non pura potentia. Huius tamen oppositũ reperitur in dictis eius. 10. meta.cõ.7. vbi loquens de coloribus medijs, inquit ꝙ non debet aliquis dicere ꝙ alij colores cõponuntur ex albo & nigro: qm̃ nigrũ est priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis. Ad hoc cõsueuimus dicere, limitando propositionẽ istam Auer. quæ dicit. ꝙ media componuntur ex extremis, distinguendo de duplici medio: sicut ipsemet distinguit.4.cœli.cõ.26. Quoddã, n. est mediũ per cõparationẽ. sicut dicimus ꝙ aer est mediũ per cõparationẽ inter graue simpliciter. & inter leue simpliciter. nam respectu ignis grauis est. respectu aquæ & terræ est leuis. propter hoc tamen non dicimus aerẽ esse compositũ ex graui & leui. & ideo de talibus medijs loquendo, extrema non sunt in actu permixto positione in essentia medioꝝ, sed solum quantũ ad denominationẽ sunt in eo, quia talia media in comparatione vnius extremi sumunt denominationẽ alterius. Aliud est mediũ per realem compositionem ex extremis. & de talibus verificantur dicta Auer. hic, & 5. physi. cõ.6.19. & 52. & 10. meta. cõ.23. vbi adducit rationem demonstratiuã super hoc, ꝙ media inter contraria sunt cõposita ex extremis. alter, n. non esset motus. & sic in coloribus medijs sunt colores extremi formaliter, in esse refracto. & ista est indubitata scientia Cõ. in hoc. quicquid dicat Burleus in hoc & quidam iuniores, qui nouas phantasias imponunt Auer. Et tunc ad auctoritatẽ Auer. in oppositũ dico, ꝙ noluit dicere ꝙ colores medij non cõponãtur ex albo & nigro absolute, sicut male intellexit Burleus, & sequaces. Sed non cõponuntur tanq̃ ex duobus principijs æque perfectis mẽsurantibus suum genus. Et hoc voluit dicere ibi Philosophus, & Cõmen. quia ibi volunt ostendere ꝙ in omni genere est deuenire ad vnum primum, quod est metrum & mensura omnium quę sunt in illo genere. & ita in genere calorũ est color albus, qui est metrum omniũ aliorum colorũ. Et, aliquis posset dicere ꝙ cũ colores medij sint cõpositi ex ambobus extremis, s. albo & nigro, posset aliquis opinari ꝙ tã albedo quã gredo est mensura aliorũ, & ita non esset vnũ primũ metrũ respectu oium. Et philosophus, & Cõ. videntes istam obiectionem excludunt eam dicentes ꝙ hoc non potest dici, quia nigrũ est priuatio albi, sicut tenebra est priuatio lucis. modo ratio mensurandi competit habitui non priuationi, iuxta illud Philosophi, 1. de anima. 85. Recto & ipsum, & obliquum cognoscimus. Et ꝙ ista fuerit mens Auer. ostendunt verba sua sequentia. quia vbi dixit non debet aliquis dicere ꝙ alij colores cõponuntur ex albo & nigro, quoniã nigrũ est priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis, statim subdit. ergo in coloribus non est principium & mensura, nisi vnũ. Bene igitur diximus glosantes colores medios non cõponi ex extremis, tanquam ex duabus mensuris nõ tamen absolute sunt in compositi quantum ad esse. Primo phy. sic. cõ. 56.

Vigesimasexta contrad. est in cõ.60. vbi d. ꝙ illud, quod vere generatur, est materia. Huius tamen oppositũ d. ipse infra cõ.74. & .7. meta.23.26. & 25. vbi d. ꝙ vere generatũ est compositum, & materia & forma generantur per accidens. Nisi esset ꝙ aliud vere generari dupliciter summitur, subiectiue, & terminatiue. subiectum.n. generationis vere dicitur generari, prout videlicet est subiectum deferens generationem. nam, cũ motus sit vere in mobili non in termino nec in forma quæ acquiritur, vt accidens in subiecto, ideo mobile denominari a motu. vnde Cõmen. 5. physi. cõ.3. Cum motum est illud ab eo quod est motus & est forma, manifestum est ꝙ motus est in moto, non in illo, quod est motus, & est forma. sicut igitur passio vera dominat passum, sic motus vere denominat mobile. & ideo, cum materia sit vere subiectum generationis ideo verissime dicitur generari. Alio modo aliquid dicitur generari terminatiue. quia videlicet tale accipit esse per generationem. & modus iste est famosior, & de isto locutus fuit Philosoph. in.7. meta. tex. cõ.27. & 32. vbi d. ꝙ Primo physic. cõ. 60. Solutio.

illud, quod fit, oportet quod sit diuisibile semper, & ꝙ nō fit ęs, nec sphera sed B ænea sphera. Et Cōmen. in cō, 26. ibidem d. ꝙ agēs facit ex alio aliud nō aliud in alio. facit. n. ex materia formatum, nō in materia formā. Et scdm istum modū verificatur dictum suum ꝙ compositum vere & per se generatur: materia autē & forma per accidens. primus igitur modus est verior, & secūdus est famosior. Valeant igitur qui dicunt ꝙ materia non potest dici aliquo modo generari. dicūt. n. ꝙ ista distinctio posita nunꝗ̄ inuenta est in Arist. nec in Auer. Sed videāt isti quæso p̄sens cō. 60. primi phy. & inuenient ꝙ omne generatū semper indiget aliquo subiecto, & est illud, ꝙ in rei veritate dicitur generari, s. in t̄pore, in quo generatur in actu. generatū. n. cōpletū fuit generatū, & non est in actu generatio igitur, scdm ꝙ est motus, necessario habet subiectū, & est illud, quod dicitur gn̄ari in actu. hec ille formaliter. Et in eodē cōmē. parū infra d. recipiens formā hominis est illud, quod in rei veritate dicitur generari, s. illud in quo inuenitur iste motus. & reddens causam subdit. motus enim debet esse in subiecto, sicut diximus. Recte igitur diximus nos qd' primus modus est verior, & secundus est famosior. & hoc prouenit propter latentiam materiæ, quę est subiectum generationis. Et ideo prouenit ꝙ subiectum generationis modo denominatur generari secundum famositatem, licet vere generatur modo exposito.

Primo phy. cō. 60.

Vigesima septima contradictio est in eodem commen. in paucis verbis. Primo enim dicit quod a veritate nunquam est impedimentum, sed impedimentum semper est a falsitate. Sed parum infra dicit, quod qui prius audiuit leges, & postea Philosophiā, nō habet recipere veritatem. quia qui habet consuetudinem audiendi falsum aptus est vt impediatur a veritate. B

Solutio.

Soluitur. sermo eius sic intelligitur, quod impedimentum, & malum semper est a falso, nunquam a vero, quia bonum intellectus est veritas, & falsitas est malum eius, & imperfectio. vnde hoc declarat exemplum eius. nam ille, qui consueuit comedere panem, qui est cibus temperatus, & conueniens, semper nutritur eo, & nunquam impeditur, quin eo nutriatur, sic veritas semper perficit intellectum, per oppositum qui nutritur cibo non conueniente naturę, potest impediri ab eo vt non nutriatur. sic est de assuetis sermonibus falsis, quod isti non perficiuntur. aliter duplex est impedimentum, quoddam, quod attestantur malo, & sic veritas non impedit: quoddam vero, quod est mali destructio, & sic veritas est impedimentum mendacij, quia destruit illud. & sic patet concordia.

Primo phy. cō. 60.

Vigesima octaua contradi. est in cō. eodem Auer. dicit ꝙ in legibus non est verum neque falsum. Sed hoc videtur impossibile. nā oīs oratio & opinio, quę significat, aut opinatur aliter quā est, est falsa: & si significat, aut opinatur, sicut est, est vera ex prędicamentis in cap. de substantia.

Solutio.

Nisi esset ꝙ dictū est intelligendū, ꝙ opiniones legū nō sunt simpliciter verę, neq; similiter falsę, cum F famosum non potest esse ex toto falsum. vnde Alexāder d. in libro de Fato, ꝙ huiusmodi opiniones, quę sunt famosę apud oēs gentes, & sunt eędem apud omnes, sunt nobis naturaliter insitę. Pro hoc vide verba eius ī fine solutiōis. 2. opositionis, in. 3. de anima, cō. 5. vbi scribit ꝙ ista intētio apparuit a remotis ex eo esse īmortalē, s. intelectū speculatiuū. & quibusdam interpositis subdit. Et vniuersaliter ista intentio animæ est pars vera in propositionibus probabilibus, quę dicunt aīam esse vtrunq;, s. īmortalem & mortalem, probabilia eum impossibile est vt sint falsa scdm totū. & hoc apologizauerūt Antiqui & in repręsentatione illius cōueniunt oēs gētes. intelligas autē tu ista de lege sua, fallit enim hec de lege nostra, quia tradita est ab illo, qui est infallibilis veritas. Si ēt intelligatur dictum Philosophi de legibus suo t̄pore institutis, de quibus inquit in. 2. metaphysica tex. cō. 14. quantum vim habet consuetudo leges ostendūt, in quibus fabulosa & puerilia plus possunt propter consuetudinē quam si cognosceremus ea. Dicit. n. Cōmenta. ꝙ plures opiniones scientię Diuinę ponūtur in legibus non ad sciendum, sed ad inquirendum bonitatem. Et causa in hoc est, quia hominū complementū non completur nisi per congregationē, & congregatio per bonitatē, esse ergo boni est necessarium, & nō est necessarium oēs scire veritatem. vnde scribit Philosophus in, 12, meta, ī tex, cō, 50, multa iā adducta sunt fabulose ad

persuasionē multorum, & ad oportunitatem multorum ad leges & conferens. Vnde Themistius in primo de anima. cap.22, scribit ꝙ Pitagoras fabulose con[fingebat] transmigrationē animarum in corpora indiscriminatim ad ciuilē [...] vsum, Vnde Vergilius, Primus orbe Deus timor fecit. sapientes. n, vt in[quit] Plato in Dialogo de morte: vt vulgus institueretur, persuaserunt supplicia [...] post mortem animarū in alia vita, & etiā Mahumeth obseruantibus legē promisit mel & lac, Quicquid sit de alijs, lex Christi vera est, & pro veritate mortuum esse fatemur. & vere rexurrexisse, qui iudicabit in veritate omnem creaturam rationabilem.

Vigesimanona contradictio est in tex.61. Arist. distinguit duplicē generatio[nē], s.in simpliciter dictam, quę est substantiarum, & in secundū quid, quę est ac[ci]dentiū. Sed huius oppositum legitur in.3. meta. in tex. cō.16. vbi dicitur, ꝙ ge[ne]rationes non sunt nisi in substantijs, non in accidentibus. Soluitur Aristot. & Commen. loquuntur ibi cōtra Antiquos ponētes vnū esse ens, sicut fuit Parmeni[de]s, nam oportet ipsum intellexisse ens, quod erat vnum, esse substantiam. nā si [esset] accidens, cum accidēs non possit esse sine substantia tunc plura essent ea, quę sunt apud ipsum. igitur sequitur ꝙ, cum nullum sit ens, nisi substantia, oīs ge[ne]ratio erit in substantijs, non in accidētibus. Ad hominē igitur est sermo eius, non, ꝙ ipse hoc concedat. — Primo phy. tex. cō. 62. — Solutio.

Trigesima contradictio est in. commen. 62. vbi dicere videtur generatio[nem] successiue fieri, inquit enim quod partes oppositi successiue recedunt a sub[iecto], & fit in ipso partes generati. & similiter est in substātia. in spermate enim [a]pud generationem hoīs non cessant partes spmatis recedere, & partes fieri ho[mi]nis, donec forma humana perficiatur, & hoc, si forma hominis recipit parti[bilita]tem. Et huius tamen oppositū reperitur in dictis suis super. 6. phy. cō. 32. vbi [dici]t generationē fieri subito, & ꝙ nō est motus, sed finis motus. Debes scire ex sententia Auer. ꝙ generatio sumitur dupliciter. primo pro aggregato ex altera[tio]ne preuia, & ex subito ꝓuentu formæ: alio modo ꝓ subito ꝓuētu formę tan[tu]m. ista distinctio colligitur ex cō. 59. sexti phy. Vlterius scias, Auer. tenuisse [for]mā materialem extensam esse ad subiecti extensionē, sicut potest vide[ri] ab ipso. 1. cap. de substantia orbis. Vlterius notare debes Auer. posuisse mini[ma] naturalia in rebus naturalibus, datur. n, minima caro. 1. phy. 38, & alibi īnni[ti]tur. Dubium tn̄ arduum est, an de intentione Auer. in formis intēsibilibus & re[mi]ssibilibus, sicut sunt formę elementorū, scd'm ipsum sit dare minimū: sicut ēt [du]bium est vnum in qualitatibus habentibus cōtrariū sit dare minimū ex par[te] formę, Et in hoc est magna discordia apud viros magnos. Aliqui voluerūt da[re] minimū ignem genitum ita ꝙ volūt generationem elementi fieri isto modo. [I]maginantur quod primo inducitur minimum ignis materia. sed post illud mini[mu]m imaginantur generationem elementi fieri successiue per partē ante partem in infinitum. vnde isti consequēter dicunt ꝙ etiam in qualitatibus elementorum est dare minimā quantitatē, cui correspondeant minimum alteratum esse, minimum generabile de forma elementi. & quia post illūd minimum qualitas ꝑ par[te]m ante partē generatur; & sit ita dicunt de forma elemēti post minimum gene[ra]bile sui fit per partē ante partem in infinitum. Alij vero magnę authoritatis [ten]ent de intentione Auer. formas elementorū, cū illę intensibiles sint & [remi]ssibiles, scd'm ipsum ad intensionē & remissionem suorum accidentium in[ten]di, & remitti, & satis probabiliter videre meo tenent non dari minimū ex parte formę in talibus. & consequēter tenet ꝙ in qualitatibus ipsorū elemētorū non est dare minimum, īmmo tales qualitates inducuntur per partem ante par[tē] in infinitum, & ratio est ista quia tales qualitates habent contrariū: vbi aūt cō[tr]arietas ibi resistentia: vbi autē resistētia ibi de necessitate successio, sicut pa[te]t in. 4. phy. cō. 71. & ita, si debet induci minimus gradus caloris, cū talis cōtra[riu]ū habeat, quō in instanti inducetur nō video. & in veritate istud argumentum apud me est satis efficax pro ista via, & multi, qui oppositā partē tenuerūt, non poterunt euadere ab hoc argumēto sine incursu in grauiora incōueniētia. Et ideo probabilius videtur nobis tenere viā istā, ad quam pauciora inconuenien[tia] — Primo phy. cō. 62. — Solutio. — Difficultas, an detur minimū in formis elemētorū, & etiā in qualitatibus habentibus contrarium.

tia sequuntur, iuxta illud Cō.2.cœli.cō.1.ex sententia Alexandri sustentari su- D mus super sermonibus istius viri, quia inuenimus eos magis remotos a contradictione. Vnde dicimus non dari minimā qualitatem, loquendo de qualitatibus habentibus contrarium, & licet non detur propter rationē dictam minima qualitas tamen bene tenemus dari minimū alteratū. quia in talibus datur bene minimū quo ad subiectum, non tamen quantū ad formam. Et, si adducatur authoritas Cō.in.8.phy. cō.23. vbi dicit quod in omni motu est dare primum: & per consequens in motu alterationis est dare primū, & ita dabitur minima qualitas. Ad hoc dicimus ꝙ bene in omni motu est dare primū, verū est quātū ad subiectum non autē vniuersaliter hoc est verum quantū ad formā. & ita dicimus ꝙ in motu alterationis est dare primū alteratum non primā qualitatem per alterationē inductam. & per istam glosam soluuntur omnes autheritas, in quibus Cō. videtur ponere minimum in talibus formis, quę varię & fere infinitę sunt.

In motu datur minimū quo ad subiectum, nō autem vniuersaliter quo ad formam.

Loquendo autē de formis materialibus mixtorū, quia allię sunt verę substantię, & non intenduntur, neq; remituntur, tales acquiruntur partibiliter, sed ista partibilitas & successio non habet attēdi sic, ꝙ continue per partē ante partē in infinitū acquirantur, sed acquiruntur per minima. prius enim disponitur materia qualitatiue & quantitatiue, & deinde introducitur vnū minimum formę in primo non esse formę pręcedentis. & sic de secundo minimo dicendum est. & sic intelligitur dictū Auer. hic dicētis ꝙ nō cessant partes spermatis. p partes. B n. spermatis, & hominis intelligit ipse minima, quę successiue, i. vnū post aliud inducūtur, non successiue, quia continue. His igitur stantibus, respondetur soluendo contradictionē ꝙ loquendo de generatione simpliciū, talis fit successiue ad modū declaratū. ex hoc tamē nō sequetur generationē illā esse motum quia est fallacia consequentis, quia vltra diuisibilitatē formę requiritur ꝙ subiectum motus sit ens in actu, ad hoc quod sit vere motus. Vnde ēt Liconiensis, 1. posterio. in, fine illius capituli Si autē est idē syllogistica interogatio super isto exēplo Philosophi dicētis ignē generari in multiplicata analogia, dicit ꝙ ī simplicibus forma generata inducit partē materię post partē successiue quia pars generanti propinquior citius prępāratur ad receptionem formę substantialis: vn de prius recipit eā ꝙ̄ pars remotior. sed inquit ꝙ. cū pars aliqua recipit formā substantialem, nō vltra recipit intensionē in prima forma recepta. sed, si forma accidentalis fuerit recepta in aliquo, potest intēdi successiue vsq; ad summū caloris: & erit alteratio successiua, & per diuersitatē & diuisibilitatē caloris, & etiā propter receptionē partis eius post partē in parte sua. & hāc successionē, quę est per diuersitatem vel diuisibilitatem formę recepta, non habet generatio. tamē generatio substantię bene habet successionē, quę est per diuisibilitatē materiæ recipiētis formā substantialem in parte sua post partē. Et per ista dicta Liconiensis voluerūt aliqui concordare, quō generatio sit successiua, & quomodo successione caret. sed iudicio meo istud nō potest stare quantū ad omnia. Nam scd'm. Auer. in formis simpliciū potest esse successio in forma recepta. quia ipse tenet ꝙ formę elemētorū intēdūtur & remittunt. & ideo adhuc remanēt difficultas qualiter generatio formę elementi ab alteratione distinguatur, cū vtrobiq; sit vtraq; successio, maxime scdm secundam viā. Et propter hoc dicimus ꝙ differentia est ex parte subiecti, & ex parte termini, quia subiectū generationis est ens in potentia. alterationis vero subiectū est ens in actu, similiter terminus vnius est substantia, aut modo loquendi Cō. id quod est mediū inter substantiam & accidens, alterius vero terminus est qualitas. si igitur generatio sumatur pro aggregato ex alteratione pręuia, & subita prouentu formę in formis mixtorum, successio est quantum ad alterationem, sed generatio pro subito prouentu formę in talibus fit subito: sicut patet per Commen. 6. phy. cō. de carne. in simplicibus autem dicas consequenter iuxta alteram duarum viarum, quarum prima communior, & secunda verior: vt mihi datur cernere.

Vtrū materia prima habeat intētio.

Auer. 1. phy. 63. & alibi ait materia esse vnam numero. Si ergo vnitam numeralem habet certum est, ꝙ communis neque de pluribus predicabilis esse potest, Oppositum huius videtur dicere Aristo. 12. diuinę philosophia. 27. vbi ait,

A singularium aliud, tua materia & specie, & mouens & mea &c. Ex quibus ap nem alicuius
paret, ꝙ materia prima extra animam est multiplicata in diuersas partes, quę vniuersalis.
stant sub diuersis formis, & certum est, ꝙ illa portio materię, quę est sub hac
forma, est materia, & similiter quęlibet alia portio, & ita cum iste partes sint nu
mero differentes, sequitur, ꝙ ipsa materia dicta de illis, habeat vnitatem vni- Modus rñ-
uersalis: & non numeralem. Ad hanc contradictionem suppositis illis quę cir dēdi pręstan
ca hoc in alia concordantia scripsi, quę breuitatis gratia non adduco. Dico, ꝙ tior.
(vt recitat Zimara in tabula) sunt varij modi respondendi, quorum vt ego opi
nor modus positus ab ipso Zimara est alijs præstantior, quia mihi videtur, ꝙ
sit modus sumptus ex doctrina Auer. 12. meth. 14. ideo illum fideliter adducā :
quia doctrina est ipsius Auerro. nec verum est sermo non intellectus a moder-
nis, quia apud aliquos modernos ego vidi eundem respondendi modum.
(licet non sub eisdem verbis) responsio talis est. ꝙ materia prima (vt dicit
ipse Auer.) habet duplex esse, vnum est esse, quo intelligitur, aliud est esse
secundum quod sentitur. in primo esse consideratur in se : & dicitur esse vna nu
mero priuatiue modo dicto in alia concordantia; & illo modo non predicatur,
nec de se ipsa, nec de alijs : non de se ipsa, quia talis predicatio innaturalis est,
& in fine abhominationis, (vt vult Auer. in. 1. priorum in digressione de quar
ta figura) & nugatoria est. Et (vt ait Themistius. 1. poste. 38.) non meretur
B dici predicatio, nec de alijs predicatur : quia illo modo non habet formam in
tellectam ab ea : & ideo non habeo rationem alicuius formę communis, neque
generalis neque specificę, quia forma est subiectum vniuersatatis (vt ait Auer.
1. cœli. 92.) & de materia isto modo accepta, nulla trahitur predicatio, neque
essentialis, neque denominatiua, quia pressissime consideratur: & habet esse vt
sic in anima tantum. Habet & aliud esse, secundum quod sentitur, & hoc ha-
bet extra animam in composito sensibili, cuius est pars, & in tali esse materia
considerata, licet sit vna secundum subiectum est tamen plures secundum potē
tiam & habilitates, & in primo quidem esse pertinet ad diuinum, & in secun-
do quidem esse pertinet ad naturalem. Vnde philosophus primo de generatio Materia est
ne. 22. dicit, ꝙ materia est qualiter eadem, est autem qualiter altera, vbi Com- vna scdm su
mentator dicit, ꝙ materia est vna secundum subiectum, & multę secundum biectum.
potentias, & habilitates ad recipiendum formas contrarias : & sic recipit di-
uersitatem, & secundum speciem, & secundum numerum, secundum diuersita-
tem formarum, quibus afficitur, & accipit rationem predicabilis de pluribus :
quia tunc consideratur, vt est formata. sic enim rerum specie differentium
materię sunt specie differentes (vt ait Auer. 8. physi. 46. & 1. de anima. 53.)
& materię rerum numero differentium, sunt numero differentes (vt dicit Ari
stote. 12. metha. 27. & 7. metha. 28.) & de materia taliter considerata, verifi-
C catur dictum philosophi in. 7. & . 8. metha. 6. vbi Commentator ponit docu-
mentum dicens, & non debes dubitare in hoc, quod fuit dictum in. 7. s. ꝙ ma
teria non predicatur de aliquo secundum nomen, & secundum diffinitionem :
& est dictum hic, ꝙ diffinitiones naturales constituuntur ex formis & mate-
rijs. Vbi patet consideranti, ꝙ loquitur de materia, vt est sub forma, & in se-
cunda sui notione, & vt comparatur ad materiatum tunc enim prędicatur, vt
denominatiuum predicatum. Dicimus enim idolum est ligneum, aut ęreum :
sed non ęs : aut lignum, & de tali materia formata etiam verificatur, ꝙ in diffi
nitione accidentium cadit, vt differentia, pręsertim quando in abstracto diffini
untur, sicut nasus, in diffinitione simitatis. Sed patet, ꝙ non est consideratio
ista de illa materia. de qua Auer. loquebatur, nec secundum considerationem
secundum quam dicitur habere esse in anima tantum. Nunquam igitur mate-
ria habet rationem predicabilis, nisi ratione formę, sed non ratione sui in se pre
cisse conceptę. Hęc Zimara, ad contradictionem si alias responsiones vis vi-
dere, illum videas, qui nonnullas adducit, & reprobat.

Ver. 1. phy. 63. ait, materiā primam esse vnam numero. Oppositū huius vide Vtrum ma-
tur i. nuere, 12, diuinę philosophię, 14, dum ait, ista aūt cōmunitas, q̄ intelligitur teria prima

ſit vna numero.

in materia, eſt pura priuatio, cum non intelligatur niſi ſecundum ablationem D
formarum indiuidualium ab ea. Et poſtea ſubdit, ꝙ pluribus materia cōis eſt.
Ex quibus apparet, ꝙ ſibiipſi contradicit, nam ſi cōis, vnitatem numeralem nō

Vnū numero biſariam ſumitur.

habet. Ad hoc reſpondetur, & dico, ꝙ (vt ex ipſo Auer. 12. metha. cō. allega
to habetur) vnum numero biſariam ſumitur, poſitiue, & priuatiue, vnum nume
ro poſitiue, eſt illud, quod habent vnam formam ſubſtantialem, dantem ſibi talē
vnitatem forma. n. eſt ſubſtantia, per quam eſt hoc aliquid. 2. de anima. 2. &
primo de anima Auer. 90. Omne quod eſt vnum numero & continuum, eſt per
ſuam formam, & non per ſuam materiam. Priuatiue aūt dicitur aliquod vnum
numero, quia formam aliquā ſibi dantem vnitatem numeralem non habet: ſicut
hic hō eſt vnus numero per ſuam formā. Hoc ſtante, dico, ꝙ quādo Auer. dicit,
ꝙ materia eſt vna numero intelligitur priuatiue, & nō poſitiue, pro quanto ma
teria in ſe cōſiderata nō eſt forma, neq; formatū, & ſic dicitur vna numero, quia
non habet formā ſibi dantē vnitatē numeralē. Nam ſi poſitiuę eſſet vna nume
ro, tunc eſſet aliquod indiuiduum demonſtratum in actu, cōpoſitum ex materia
& forma, & non eſſet ſubſtantia ſimplex, quod abſurdum eſſet dicere. Sic ēt di
citur cōis pluribus, quia non habet differentias formarū indiuidualium, ex qui
bus eſt multitudo, & ſic illa cōitas eſt priuatiua, & ſic intellexit Auer. & iſta

Difficultas

(ſi recte conſiderentur inter ſe) repugnantiā non habēt. Sed eſt ardua difficul B
tas adhuc, quā mouit Pręceptor meus excellēs Hieronymus Stephanellus Pa
tauinus philoſophiā publice in patauino gymnaſio profitens, dum argumentare
tur in ſolēni diſputatione, quę difficultas talis eſt. Accipio materiā in prima ſui
notione (vt ait Them. in. 1. phy. in digreſsione de materia) tūc quęro. Vtrū ma
teria illa prima notione ſui, qua a diuino conſideratur, ſit vna numero, vel nō?
non pōt dicere, ꝙ non ſit vna numero, quia clarū eſt, ꝙ non eſt vna genere, vel
ſpē. quia hoc ſi eſſet, forma eſſet, & non materia, ſi dicis, ꝙ eſt vna numero, hoc
erit, vel poſitiue vel priuatiue, vt patet per diuiſionem Aue. ſi dicis, ꝙ poſitiue,
tunc ſequitur, ꝙ materia in illa. 1. notione habet formā dantē ſibi vnitatē nume
ralem, vt patet per Auer. quod impoſsibile eſt. Si dicas, ꝙ in prima notione
ſui eſt vna numero priuatiue, & illa vnitas eſt priuatiua, & nō poſitiua. Cōtra,
cū priuatio ſit potētiæ annexa, nam (vt dicit Themi. 1. phy. ſup tex. 78.) priua
tio efficit, vt materia ſit in potētia. & . 5. phy. ſup. 22. priuatio ad eas res perti
net, quę paratā habent naturā, vt poſsint id capere, quod nondum ceperunt. Et
ex Ariſt. habetur, vbi de priuatione loquitur. ſequitur, ꝙ materia in prima ſui
notione includat potentiam, quod eſt contra Themiſtiū & peripatheticos in di F

Duplex reſpōdendi modus.

greſsione prædicta. Huic dubitationi reſpōdetur (non audacie ſed exercitij gra
tia) & inuenio duplicem modum reſpondendi. primus talis eſt, & eſt ex mente C
Alexandri & Themiſtij, vt refert Zimara in ſua tabula, ꝙ quando dicitur, ꝙ
materia ſecundum ſe eſt inaffecta, & informis, ꝙ illa vera priuatio nō eſt, ſed
eſt negatio pura, dicit enim negationem formę & formati. quia de ſe neq; for
ma eſt, neq; formatū materia prima. Differentia. n. magna eſt inter negationem
purā, & ipſam priuationē, quia (vt habetur in. 2. libro de interpretatione) nega
tionē puram affirmatio priuatoria non ſequitur, quia non ſi aliquid non videt,
cœcum propterea eſſe affirmabitur, de lapide. n. verum eſt dicere, ꝙ non videt,
tā lapis cœcus non eſt. neq; ſi aliquid capillitium non habuerit, caluum propte
rea eſſe affirmabitur. Priuatio. n. quodāmodo eſt qualitas quędam, & ideo talis
informitas in prima materia vel inaffectio nō eſt vera priuatio, ſed negatio ſola
alioquin ſequeretur, materiam in ſui ſubſtantia habere aliquā qualitatem, vnde
Ariſto. 10. primę philoſophię. 24. materia negatione oſtenditur. Vnde ad dubi
tationē dicitur, ꝙ materia in ſui prima notione eſt vna numero priuatiue, & pri
uatio ſumitur largo uocabulo pro negatione, & tunc non ſequitur, ergo includit
potentiam, nam verum eſſet, ſi priuatio ſumeretur proprie. Alius modus reſpon
dendi habetur ex doctrina magni Alberti in ſcientia diuina in tractatu. 2. cap.

Rñſio ex Alber.

4. qui modus talis eſt. ꝙ qū queritur. An materia in prima ſui notione ſit vna nu
mero poſitiue, vel priuatiue? Reſpondetur, ꝙ eſt vna numero poſitiue, tamen
non a forma dante vnitatē numeralem (vt dicebat Aue.) ſed quod tribuit ſibi

A talem vnitatem numeralem, nihil aliud est, nisi indiuisio sui esse, secundum ꝙ sic vel sic consideretur, quemadmodum de Deo si diceretur, nũquid Deus sit vnus numero? certũ est ꝙ sic non priuatiue. Nam in Deo priuatio non est, sed positiue, & hoc non erit a forma, modo ab Auer. dicto. Nam in Deo cõpositio non est, ergo ibi est vnitas numeralis positiua alio modo, ab illo ab Aue. posito. Et si dicitur, ergo Auer. diminutus, & insufficienter loquutus fuit in illo loco, negatur consequentia, quia Auer. ibi loquutus fuit de vnitate numerali positiua modo congruo suo proposito ibi, & non de vnitate numerali positiua, quę in illis entibus simplicibus inuenitur, nec Auer. hoc negaret. Ne tamẽ credas istas duas responsiones, quia vna positiue, & altera priuatiue, respondet quæsito, sibi inuicem repugnare, quia modus priuatiuus primę responsionis, & modus positiuus secundę responsionis stant bene simul, si bene considerentur, quia alio modo respicit vnitatem numeralem positiuam prima responsio, & alio modo secũda. Sed facit magnam difficultatem dictum Auer. 2. cap. de substantia orbis. circa materiam cœli, quæ orbis est, vbi ait, ꝙ si intellectus poneret illam sine intelligentia, esset sicut de motu. Vnde sicut motus non remanet, sic nec orbis. ergo orbis non põt abstrahi a sua forma, ergo materia cœli, quę est orbis, non põt intelligi sine forma. Si ergo materia cœli nõ põt intelligi sine forma, nõ videtur, ꝙ materia prima possit intelligi per priuationẽ omnium formarum, si materia

Dubitatio circa materiam cœli.

B cœli, quæ est magis actualis, quã materia prima, non põt abstrahi a sua forma, multo minus igitur materia prima, quæ est in fine & vltimo gradu potẽtialitatis & imperfectionis poterit abstrahi a sua forma. Huic dubio satisfacit doctissimus Zimara (quiquid dicant alij & præcipue Alexã. achillinus in libro de elementis. Sua. n. intentio in hoc menti Auer. cõformis non est) vt patet illã considerãti (quę breuitatis gratia nõ adducitur.) Et responsio talis est, ꝙ intellectus põt separare quęcunq; sunt realiter distincta, licet in re non separentur (vt ait Auer 12. diuinæ philosophię) materiã. n. a forma diuidit, licet natura nõ diuidat, & hoc tam in corruptibilibus quã in rebus æternis, maior enim longe diuersitas est inter intelligentiam & orbem, quã sit inter materiam istorum & formas corporales, & maior est diuersitas cœli ab intelligẽtia, quã sit distantia & diuersitas corporũ cœlestium a corporibus quæ sunt hic, quia corpora omnia in eodem ordine sunt, licet prioritas & posterioritas ibi sit, & natura corporis & natura intellectus sunt in diuersis ordinibus. Et ideo sic intellectus abstrahere potest a substantia spirituali corpus ęternum, sicut abstrahere potest copus corruptibile a corpore ęterno. Vnde Auer. dixit. 2. cœli. 3. ꝙ licet ex intelligentia, & orbe, fiat vnum numero, tamen est secundum dispositionem magis diminutã, quã sit dispositio recipientis & recepti, in forma abstracta, propter causam pręd ictam.

Responsio Zimaræ.

C Non dicit igitur Auer. in. 2. cap. de sub. orbis, ꝙ intellectus non põt intelligere cœlum, intelligentia non intellecta, quia nõ ignorabat Auer. hoc falsum esse. Sed vult Auer. ꝙ cœlum non põt remanere in existentia, si causa eius nõ existeret. Vnde Auer. ibi ponit casum possibilem secundum imaginationẽ, & quęrit, posito ꝙ intelligentia non esset, quid esset de orbe? & ipse respondet, ꝙ esset, sicut est de motu: vt ostendat ꝙ tam, & si cœlum non habeat compositionem, neq; principiũ intrinsecum, per quod possit corrumpi. Si enim ex se formaliter loquendo est necesse esse, est tamen causatũ ab intelligentia in ratione causę efficientis & finalis ab ęterno (licet plurimi exclament contra hoc, de quibus curandum non est) & ita sicut motus cœli non esset, si intelligentia motã efficiens non esset, Sic cœlum non esset, si intelligentia quę dat sibi permanentiã ęternã, non esset; Et de hoc difuse (sit Deo placuerit) agetur, pro nũc hęc dicta sufficiãt. Et hęc respõsio Zima. mihi apparet, ꝙ multũ ad Aue. mentẽ attigat.

Quęsitum Auer.

Arist. 1. phy. 96. ait, subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam, sicut enim ad statuam ęs, aut ad lectulum lignum &c. Ex quibus habetur. ꝙ philosophus ostendens modum, secundum quem materia cognoscatur a nobis, dicit ꝙ cognoscitur per analogiam. Oppositum huius dixit. 10. metha. 24. vbi ait, nam materia negatione ostenditur. Ad hoc respondetur, & licet de hac re multa adduci possent, quę a Themistio habentur in digressione, quam facit

Vtrum materia prima cognoscatur per analogiã an priuatiue?

de prima materia in primo phy. tamen breuitatis gratia omitto. Solum consequentiam, quam Auer. circa hoc propositum facit, declarare intendo, antequam ad contradictionem respondeatur. Vnde quia aliquis diceret, cur materia a nobis cognoscatur per similitudinem ad res artificiales, & maxime, quia solet dici, ꝙ intelligibilitas est passio entis, materia est ens, ego est de se intelligibilis. Auer. reddit causam huius dicti, dicit, ꝙ ista natura, quę est subiecta substantię idest formę, non potest intelligi per se ab intellectu, quia non habet quiditatem. Dubitatio est, quare hoc sit. ꝙ materia non sit intelligibilis de se, quia non habet quiditatem. vide. 9. metha. 20. vbi inquit intelliguntur autem diagramata actu, ita ꝙ nihil intelligitur, nisi sit actu ens. Vnde intelligibilitas non est passio prima in eo ꝙ ens, licet nonnulli oppositum teneant. quia primo poste. illa est passio propria subiecti, qua posita, ponitur, & remota, remouetur. Ens inquantū ens non est tale, vt posita ratione entis, ponatur ratio intelligibilitatis, quia materia est ens, vt ex his quę philosophus ait primo physicę auscultationis. 79. haberi potest, vbi inter materię essentiam secundum se, & priuationem differentiam ostendit, quę a Platone fuit ignorata, & ex hoc inter materiam & priuationem minime distinxit, Nam materia est ens, & proprie substantia aliqualiter, sed priuatio est non ens per se. Vnde Auer. ibi in com. ait, ꝙ priuatio non est accidens, ne dum vt sit substantia. Patet autem, ꝙ de nuda materię essentia ad priuationem ipsa comparatio ibi fit. Et confirmatur. Quia Auer. in primo capite de substantia orbis ponit differentiā inter materiam, & materię potentiam, penes hoc, ꝙ materia est de numero entium per se. sed potentia est de numero entium ad alterum. Vbi ad ipsam potentiam nuda materię essentia comparatur. Nec valet, si dicatur, ꝙ materia non est ens per se, sed per formam, quia licet materia non sit, nec esse possit naturaliter in effectu seu in actu sine forma, quia (vt ait Auer. 2. physi. 12.) sequeretur, ꝙ illud quod non est in actu, esset in actu, tamen entitas formæ non est causa entitatis materię, sed est diuersa ab illa, materia igitur per propriam rationem includit rationem entis. & tamen materia non est per se intelligibilis (vt dicit Auer.) confirmatur, quia. 7. metha. 35. materia secundum se est ignota, sed materia secundum se est ignota, sed materia secundum se est ens, ergo &c. & ideo subiectum primum intelligibilitatis est ens in actu, & ens est intelligibile ratione actus. Vnde actus est ratio intelligendi, & cognoscendi. Est tamen bene aduertendum, ꝙ non quilibet actus est ratio intelligendi, nam secundum ponentes actum entitatiuum, non est prima ratio intelligendi, si dabilis est tali actus, nam materia secundum ipsos, per se est in actu entitatiuo, & tamen non est secundum se intelligibilis. Etiam intelligibilitas non sequitur actum, medium inter puram potentiam & actum purum. Et dicitur materiam in actu & subiectum. Et tamen non est per se intelligibilis, nec habet de se rationem intellectam in actu, (vt dicit Auer. primo cœli. 95.) orbis enim seclusa intelligentia non est natura composita ex materia & forma, nec de se est principium alicuius operationis, qua mediante cognosci possit. nec etiam actus subsistentię, siue hypostaticus, quia est ipsius singularis, est prima ratio intelligibilitatis (sicut non nulli opinati sunt) ponentes singulare esse primo cognitum ab intellectu. Relinquitur ergo, ꝙ actus qui est forma, & quiditas, & est per se principium, est ratio per se prima intelligibilitatis. forma enim (ait Auer. primo cœli.) est subiectum vniuersalitatis, & vniuersale secundum Aristo. 2. de anima. 60. est obiectū intellectus, & singulare ipsius sensus. hoc etiam dicit Auer. in disputa. 6. in solut. 6. dubij. & ita consequentia Auer. habet robur, ꝙ materia non est intelligibilis per se, quia non habet quiditatem actu. Ad contradictionem autem redeundo, dico, ꝙ (vt ex Auer. habetur. 12. metha. 14. & ex Themistio.) duo artifices de materia prima considerant silicet naturalis, & methaphisicus. Cognitio de materia est vltima quo ad nos, quia methaphisica est vltima ratione nostri. 2. metha. 3. & . 7. metha. 39. & ideo cognitio naturalis de materia est prior quo ad nos, & posterior quo ad naturam. Hoc posito, respondetur, ꝙ naturam materię cognouit naturalis per transmutationem, vt habe-

Declaratio consequētię Auer.

Nō quilibet actus ē ratio intelligēdi.

Ratio intelligibilitatis.

tur in.63.primi phy. & naturalis habet iſtam cogntionem de materia per proportionem ad formam, hac cognitione habita aſcendimus ad methaphyſicum, qui accipit primam materiam eſſe a naturali (vt declaratur in fine primi phy.) tunc inuenit, ꝙ materia quia eſt pars ſubſtantię, concludit, ꝙ ſit ſubſtantia. quia.2.phyſi.4.ſubſtantia & accidens ſunt differentiæ entis, & ideo iſta conſideratio eſt de ſcientia diuina (vt habetur.12.metaphiſice.14.) & ideo methaphyſicus cognoſcit materiam negatione, ideſt cognoſcendo, ꝙ eſt ſubſtantia non habens formam, & ens in potentia.7.metha.9.& ideo iſtę duę ſcientię cōplete cognoſcunt materiam, neq; naturalis cognoſcit materiam abſolute, quia 2.phyſi.26. naturalis cognoſcit materiam in relatione. Et ſic omnis contradictio tollitur. Sed cadit dubitatio. Nunquid ſcientia de prima materia ſit difficilior ſcientia de intellectu? Ioannes andegauenſis in quæſ.6.primi de anima huic dubio reſpondet, & dicit, ꝙ ſcientia de intellectu eſt difficilior ſcientia de materia prima. quia anima intellectiua poſsibilis eſt in pura potentia in genere intelligibilium, ſicut materia prima in genere ſenſibilium, vnde (ſicut dicit Commentator, 3.de anima.5.) opinandum eſt, ꝙ iſtud eſt quartum genus eſſe, quemadmodum enim eſſe ſenſibile diuiditur in formam, & in materiam, ſic intelligibille eſſe, oportet diuidi in conſimilia, his duobus ſilicet in aliquod eſſe ſimile formę, & in aliquod eſſe ſimile materię &c. ideo iſta ſcientia eſt ita difficilis ex parte rei cognitę, ſicut illa. Sed ex parte noſtri modi cognoſcendi ſcientia de intellectu eſt difficilior illa: quia nec anima intellectiua, nec ſuæ operationes cadunt ſub ſenſu. Materia autem prima licet ſecundum ſe non cadat ſub ſenſu, ſua tamen operatio cadit: ſua enim propria operatio eſt tranſmutatio ſecundum ſubſtantiam, (vt dicit Auer.1.cœli.) & ideo iſta arguit materiam, ſicut operatio formam, vt ipſe dicit.9.methaphy.&.1.phyſi. tranſmutatio autem eſt ſenſibilis, quare &c. Ex quibus patet, ꝙ Ioannes tenet, ꝙ ex parte obiecti eſt ęqualis difficultas, ſed ratione noſtri modi cognoſcendi, facilius cognoſcitur prima materia, quia.1.cœli.20.tranſmutatio eſt operatio materiæ, & iſta operatio eſt magis ſenſibilis, quam operatio intellectus poſsibilis quę eſt intellectio. In hac ſolutione aliquid veri eſt, & aliquid falſi, Quod dicit, ꝙ ex parte modi cognoſcendi facilius cognoſcitur prima materia, bene dicit, primo phyſi.48. Alteratio contrariorum coegit omnes dicere corpora iſta eſſe compoſita. & primo phyſi. vltimo, nullum eſt medium cognoſcendi iſta tranſmutabilia niſi tranſmutatio. intellectus autem poſſibilis non cadit ſub ſenſu: quantum vero, ꝙ dicat ęqualem eſſe difficultatem reſpectu rei intellectę, videtur, ꝙ non bene dicat, quia.3.de anima.18. intellectus eſt infima intelligentiarum. ſed intellectus eſt maioris entitatis, quam materia, vt Dicit. D. Auguſtinus in.12.confeſsionum, materia eſt prope nihil. Vnde (vt habetur in fine de ſubſtantia orbis) materia habet gradus, & perfectior modus materię eſt orbis cœleſtis, vt habetur in.2.cap.de ſubſtantia orbis: ideo intellectus poſsibilis plus entitatis habet, quam prima materia. Immo orbis cœli habet maiorem entitatem, quam prima materia, quia eſt in potentia ad motum ſolum, Prima autem materia eſt in potentia ad alia quam ad motum. Et ideo non eſt tanta difficultas ex parte rei cognoſcibilis, vt ęqualis ſit reſpectu primę materię, & intellectus poſsibilis. Et hęc ſufficiant.

Queſtio de ſcientia primę materię intellectus.

Dictum Auguſtini.

Trigeſimaprima contradi.eſt in tex.69.Ariſt.enim & Cōme. aſſerunt materiam ſcibilem eſſe per comparationem, & Cōme.aſſerit in cōm.ꝙ nō poteſt intelligi per ſe. Sed obuiabam per tex.24. decimi primæ philoſophiæ, vbi ſcribitur ꝙ materia negatione cognoſcitur. Amplius ſi verum eſſet ꝙ materia per ſe intelligi non poteſt, ſed intelligitur in cōparatione, ſequeretur ꝙ materia eſſet in ſe in cap.relationis, qđ ab horret Ari.locans ipſam in prędicamento ſubſtantię, vt patet in.2.de anima.tex.cō.ſecūdi. & tūc relatio eſſet in ſubſtantia materię, quod etiam ipſe Cōmen.abhorret in.1.phy.cō.70.& in.1.cap.de ſubſtantia orbis. Dicimus nos ꝙ duplex eſt cognitio materię. Vna eſt, quā venamur ex noſtra prima cognitione cognitione naturali.& iſta eſt prima quo ad nos, & per ſe ad naturalē, et de hac verū eſt ꝙ cognoſcit ſemper ꝑ analogiā, & cōpara

Primo phy. tex.69.

Solutio.

tionem ad formam,aut ad habens formam.& sic intelligitur sermo eius hic.et D sic materia dicitur relatiue ad formã,vt a Naturali concipitur. Et propter hoc Aristo.in.2.phy.tex.cõ.26 dixit: ꝙ materia dicitur relatiue ad formã. Alia est cognitio a priori de materia.& ista pertinet ad Diuinũ, vnde, cum scientia Diuina ordine doctrinę sit vltima,vt asserit Com.in.7.meta, cõ.39.& Auicen.in principio suę primæ Philosophię,postquam Diuinus presupposuit esse materię inuestigatũ per transmutationẽ substantialem ab ipso naturali,vt vult Cõ.primi phy.cõ.vlti.contra Auic.deinde ipse cognoscit ipsam per negationem.& cognoscit ipsam a priori inquantum ens,& inquantũ substantia, immo ẽt inquantum ens in potentia,quia potentia & actus sunt de differentijs entis. Et ista est sententia lucidissimi Themistij in primo phy.in disgressione de potentia & priuatione materie.& est sententia Alexandri,quam etiam insequitur diffuse Com. in.12.primę philosophię in com.14.

Primo physico,cõ,69.

Trigesima secũda contradi.est in cõ.69.primi physic. ibi enim dicit ꝙ primum principium in hoc genere non potuit sciri in hac scietia,sicut primũ subiectum. per primum aũt principium intelligit primam formam, quę Deus est. Huius tamẽ oppositum reperitur com.vltimo in hoc.1.& cõ.3. 8.phyri. vbi habet contra Auic.hęc verba. Et quod existimauit Auicen.ꝙ Diuinus debet demõstrare primũ principiũ esse est falsum.Et accedit ad hoc ꝙ primũ subiectũ B fuit scitum in scientia Naturali demonstratione signi: sed substantię separatę secundũ ipsam,& per consequens prima forma,quę est primũ principiũ in scientia Naturali,demonstrantur demonstratione signi: ergo primũ principiũ pot sciri in hac scientia,sicut potuit sciri primum subiectũ:cuius oppositum ipse dicit.Et ad hoc aliqui de nouo incipientes philosophari dixerunt de intentione Auer.Metaphysicũ posse demonstrare substantias separatas esse demonstratione signi.sed dixerũt ꝙ altiori mõ ꝙ̃ sit mediũ naturale. Naturalis .n. demonstratione signi in.8.phy.probat primũ motorẽ esse: sed Diuinus in.12.meta.demõstrat primã formã esse,quę est idẽ re cũ primo motore. Et confirmant hoc authoritate Commen.12.met.cõ.5.&.6.&.3.meta.cõ,3.Sed istud est dictum erroneum,& nullo modo potest stare qd dicunt.Et ratio est ista.quia scdm Auer. 1.phy.cõ.vlti.&.2.physic.cõ.22.&.26.nulla scientia,siue vniuersalis fuerit,siue particularis,demõstrat suum subiectũ esse aliquo genere demonstrationis. Et ratio est . quia vt ipse dicit subiectũ in qualibet scientia supponitur tanquã notũ: vel quia ipsum de se est notum : vel quia assumitur ex alia scientia tanquã notum.tunc sic,prima forma,vt prima forma, est subiectum in Methaphysica, mõ loquendi Auer.de subiecto, siue sit adęquatum siue principalior pars subiectiua:ergo primã formam esse, vt sic diuinus non potest demonstrare. Et ideo aliter nobis visum est dicere, repetentes ea , quę diximus a principio ꝙ de duabus primis causis consyderat Naturalis.s.de primo motore , & de prima materia.de prima autem forma,& de primo fine consyderat Diuinus. Nam vt testatur E bit Co.7.meta,cõ.9.in Naturali philosophia potuit cognosci prima materia, non aũt prima forma.& ratio est ista.quia ex transmutatione substantiali , quę est actio materię,vt dicit, materia omniũ materialiũ sciri potuit: vtpote ex medio cõmuni,in quo omnia ista inferiora cõmunicãt participatione materię.ideo formę rerũ naturaliũ,quia plures sunt,& non habent vnam actionẽ cõem,ideo non potuit Naturalis ex actionibus formarum in scientia Naturali demonstrare primam formã esse.cõsyderatio autem de forma,inducens ad primam formã est,consyderatio de forma, vt est substantia Naturalis autem non sic consyderat. Et forte ista verba male intellecta fuerũt cã illius opinionis adductę. Sed aduerte ꝙ Diuinus bene declarat primum principium,ꝙ sit forma & finis omniũ entiũ:tñ hoc est,postquam accepit pro constanti a Naturali Philosopho.ꝙ mouẽs ęternam substantiam est abstractum a materia . Diuinus enim tunc esse Dei declarat,vt est prima forma,& primus finis,& primum efficiens oium entiũ.Bene igitur tenemus de mẽte Auer. ꝙ postquã Naturalis via motus demõstrauit substantias abstractas esse, tunc Diuinus declarat ꝙ tales abstractæ substantiæ sunt principia sensibilium substantiarum,vt substantiæ sunt sub ratione formę

ne finis & sub ratione formæ: nunquam tamen concedimus Diuinum demonstrare primam formam esse demõstratione signi, sicut fatui sibi imponunt, quia impossibile est scientiam aliquam habere rationem formalem sui subiecti ignotam, modo, vt dixi, substantiæ abstractæ sunt subiectum in Metaphysica: nõ vt sunt motrices, sed vt sunt forma & finis omnium. Et licet Cõmen. dicat. 2. me. 12. cõ. 4. ꝙ prima causa omnium entium declaratur in scientia Naturali, illud tamen non ooportet intelligi inquantum omnium entium absolute contractę, videlicet vt est prima causa omnium entium sensibilium & mobilium. Naturalis enim formaliter demonstrant primum motorem esse, qui est primum ens, nõ tamen formaliter demonstrat primum ens esse, vt sic. Et ex hoc colligas de intẽtione Cõme. philosophiam Naturalem nõ demonstrare subiectum formale Metaphysicæ, sed materiale tantum, Nam subiectum formale Methaphysicę sunt substantiæ separate, vt sunt finis & forma. & sub istis rationibus non demõstrãtur esse in scientia Naturali: sicut expresse scribit Comen. in cõ. allegatis, videlicet cõ. 9. 7. meta. & cõ. 5. 12 meta. & . 7. meta. cõ. 5. Dicit etiam ꝙ prima quæstio in scientia Naturali deducit in cognitionem primæ materiæ, & formarũ
B naturalium, & primi motoris. sed prima quæstio in scientia Diuina perducit in cognitionem primæ formę omnium entium, & vltimi finis. Sed cõtra hoc magni scientia tua subtilissime dubitauit. Nam scd̃m Auer. 12. meta. cõ. 5. &. 6. &. 10. meta. cõ. 7. idem est primum mouens, prima forma, & primus finis. si igitur Naturalis demonstrat primum motorem esse: ergo poterit etiam demõstrare primã formam, & primum finem. & ad hoc dico iuxta doctrinam Auer. 12. meta. cõ. 6 stat aliqua esse subiecto eadem, quæ tamen propriis rationibus sunt distincta. & sic est in casu isto. licet enim primus motor, & prima forma, & primus finis sint eadem subiecto, non sunt tamen rationibus formalibus eadem. Et ideo stat vnũ & idem obiectum sub vna ratione consyderari ab vna scientia, & secundũ aliã rationem consyderari ab alia scientia: sicut testatur Cõme. 2. phy. cõ. 71. Et per hoc soluitur argumentum Subtilis doctoris, quod adduxit . quęst. 4. in. 6: meta. inquit. enim. Si naturalis demonstrat subiectum Metaphysicę, tunc philosophia Naturalis esset prior Diuina. quod falsum est. Et hoc dicimus nos ꝙ hoc argumentum demonstraret, si Naturalis formale subiectum Metaphysicę demonstraret, quia, si tales demonstraret, non posse illud a posteriori demonstrare. quia, vt dixit Cõmen. consyderatio de forma, quę inducit. ad primam formã, est consyderatio vt forma est substantia, non vt forma est naturalis. relinquerentur igitur ꝙ illa demonstratio fieret a priori. & ita Naturalis haberet aliquã rationẽ priorem
C simpliciter, per quam demonstrare posset primum subiectum Diuinę scientię: quod est mere impossibile. & sic Naturalis esset scientia simpliciter prior. nunc autem Naturalis non demonstrat nisi subiectũ materiale Metaphy. quia demonstrat primum motorem esse, qui est subiectum materiale Diuinæ scientiæ quia illud, quod est primus motor, est subiectum materiale: prima autem forma & primus finis est subiectum formale. Ad subiectum igitur materiale Naturalis habet medium a posteriori: & illud est motus. & sic ex quo Naturalis materiale subiectum scientiæ Diuinæ esse demonstrat a posteriori, sequitur ꝙ sit prior via doctrinæ, non autem simpliciter. quia subiectum formale eius, nec a priori, nec a posteriori Naturalis demonstrare potest. & ad hæc non aduertunt Moderni, sicut nostri. Et tunc dubitabis. Cum subiectum formale Metaphysicę nõ videatur omnino notõ esse, videtur igitur ꝙ in aliqua scientia demonstrari possit: in nulla autem scieniia videtur demonstrari posse, nisi in Metaphysica: ergo prior opinio vera. Et ad hoc dicimus cum Arist. nostro & Themistio, & Auer. 2. posterio. tex. cõ. 9. ꝙ talia subiecta scientiarum demonstrari non possunt: sed, si indigeat aliqua notificatione, illa non erit demonstratio, sed inferior ad illam, & ad syllogismum categoricũ. Vnde Themis. ibi habet ista aurea verba, quæ volui adducere propter quosdam peruersores Arist. & bonarum literarum. inquit enim in . 11. ca. hęc verba. At quæ per se sunt nec, in alio insunt, in his eadem ratio obseruari non põt: ꝙ videlicet demonstrari possint ꝙ sint res alteri inhærentes, de quibus supra locutus fuerat in verbis immediate præcedentibus.

Et redẽs cãm subdit, quia causã superiorẽ non habẽt, per quã monstrentur: cuius modi sunt sua scientijs singulis subiecta, quę tum vt sint, tũ quid sint certũ & cõstitutũ esse necesse est: nec alio modo cognoscibiliora euadũt ꝙ̃ aut inductione, aut fide aliqua, aut periculo, demonstratione nõ euadunt. & hoc est, quod dicit Cõ. ẽt. 4. cœli cõ. 22. Alia est latentia, quæ indiget syllogismo, & alia est latentia, q̃ indiget inductione. &. 2. phy. cõ. 3. dixit ꝙ syllogismi hypotetici p naturã summitur ĩ declaratione illorũ, quæ indigẽt modicula innuitionẽ: sicut vtitatur diuisio & inductio, per talia. n. nullum omnino ignotũ naturaliter ostẽdi potest quia aũt implicat contradictionem aliquod subiectum in scientia, in qua est subiectũ, esse oĩno ignotum naturaliter quia tũc nõ esset subiectũ, cũ de subiecto oportet pręcognoscere qd, & quia, si tñ contingat subiectũ illud aliqualiter indigere aliqua declaratione, illud ñet p disciplinę maneriẽ, & nõ per viã doctrinę. sicut est triplex genus demõstrationis. Et hoc ẽt est de intentione Auer. manifeste in. 1. priorũ in digressione de syllogismis hypotheticis. Dicamus ergo Diuinum, subiectũ suum formale, habito & recepto pro constanti a Naturali subiecto suo materiali, declarare illud posse aliqua fide, aliquo periculo, aliqua inductione, vt dicit Arist & Them. locis allegatis, sed dicimus ipsũ tale demõstrare nõ posse. Vnde Cõm. cõ. 5. 12. meta. dicit ꝙ primus Philosophus declarat abstractum esse ꝙ est principiũ substantię sensibilis, sed penę quĩ accipit pro concesso hmõi esse substantiam a Naturali, ecce quod dicit declarat, & nõ demõstrat. qa scdm Arist. expresse, 2. poste. tex. cõ. 9. talia oportet supponere, vt sint, & quid sint. & si indigeãt aliqua delclaratione, oportet ea alio modo, supple q̃ demõstratiuo, ea nota facere, sicut bene exposuit ibi Them. & Cõm. Vnde, si q̃ras exemplũ quo modo potest declarare Diuinus ex cõsyderatione substãtię vt ens, primũ formã esse, dico p syllogismũ hypotheticũ per naturã, sic arguẽdo, si substãtię, quę sunt entia per participationẽ, sunt primũ ens est, & prima forma est, sed substantię per participationem entis sunt, ergo primum ens est, & prima forma est, ista est declaratio, non demonstratio, est intuitio, est fides aliqua non vera probatio quia syllogismus iste habet adduci ad confirmandum ea, quæ indigent aliqua suasione, non ad probandum naturaliter ignota. D B

Primo physic. com. 70.

Trigesima tertia contradi. est cõ. 70. vbi dicit ꝙ potentia materię nõ est de essentia materię. Et. 1. ca. de substan. orbis dicit oppositũ, inquit. n. ꝙ potentia est differentia substãtialis materię. Et ad hoc quidã Auerroistę dixerunt in materia duplicẽ esse potentiã, vnam, quę est potentia receptiua formę, & est altera pars cõpositi. & illa potentia est substantia materię, & essentia eius. & de hac locutus fuit Philosophus. 8. meta. te. cõ. 15. vbi reddẽs causã qũo ex materia & forma fiat vnũ dicit ꝙ nullã aliã esse nisi qa materia est potentia, & forma est actus. ex actu aũt potẽtia fit p se vnũ & de hac locutus est Cõmẽ. 1. ca. de substantia orbis, qñ dixit potentiã esse differentiam substantialem materię. Aliam dixerunt potentiam esse in materia, qua respicit potẽtiã actiuã agentis, per quã potentia deducitur de potentia in actum, vt actu imprimatur sibi forma. & illa potẽtia, qua sic respicit agẽs, dic de genere relationis, & est quędã ꝓprietas cõsequẽs essentiã materię. & de hac potentia dicũt locutũ fuisse Auer. in hoc cõ. 70. dũ dixit ꝙ potentia nõ est in. essentia materię, quia tũc materia esset de prędicamẽto ad aliquid. Alij dixerunt in materia duplicem esse potentiam, remotã & propinquam, sicut est sententia. Com. 1. cœli cõ. 120. & 4. phy. com. 120. & tunc dixerunt potentiam remotam esse de essentia materię. secundã vero dixerũt esse relationẽ, & sic concordant dicta. Cõmẽ. alij dixerunt distinguẽtes de duplici potentia, vna est absoluta, & hanc dicũt esse propriã materię passionẽ, & dicunt eam esse absolutam nõ quia per talẽ materia nulla ratione relatiua sit ad operationẽ, sed eo ꝙ respicit generatione, & indifferẽter omne genus, omneque speciẽ, ac omne indiuiduũ formę. & dicũt hãc potentiã esse propriam materię naturalẽ. Aliam vero dicunt potentiam esse respectiuã, quę non vna ratione est. sed si ad formam genericam, generalis est, si ad specificã specifica, si ad indiuidua indiuidualis primo igitur modo potẽtia est differẽtia substãtialis, vel loco differẽtię posita, secũdo modo est relatio, & dicũt potentiam secundo modo di- E

Aliorum responsiones.

tiam esse generabilem & corruptibilem omnino. & ideo dicunt istam secundã potentiam differre a materia. Ista sunt dicta oĩum fere Auerro. istarum vsq; ad nostra tẽpora. Et licet nos fecerimus prolixã satis qõnem hoc anno super isto loco, vbi diffuse satis materiã istã pertractauimus: nunc tamen quædã breuiter volo colligere pro vtilitate vestra, & pro inquisitione veritatis. Et, qa oĩs cõtra dictor super inqsitione veritatis in primis excusandus est, dico salua reuerentia omnium taliter opinantiũ ꝙ ipsi non habent mentẽ Auer. nec recte glosant eius verba. oẽs istę tres responsiones concordant super hoc puncto, ꝙ in materia est duplex potẽtia, vna quę est relatio, alia quę est distincta a relatione, & per consequens illa est absoluta. omne. n. ens distinctum contra relationem est ens absolutũ. Sed istud est purus error, & contra oẽs Peripateticos. Nã quęro de potẽtia illa absoluta quid sit, vtrũ sit potẽtia actiua an, potẽtia passiua: an, vt alij dicũt, sit aliqua potẽtia obiectiua, &, si fingendi daretur licentia, nõ posset in casu verificari, nisi alterũ istorũ. Nõ est dicendũ ꝙ sit potẽtia actiua: quia omnes dicunt ꝙ per istam potentiam materia recipit formam. Nec obiectiua, quia, si obiectiua, ista est res relatiua ad actum entitatiuum, & per consequens non est absoluta. Si passiua, vt dicere videntur oẽs, tunc arguatur sic. Potentia passiua non est aliquid absolutum: quia suum esse est ad aliud se habere nam potentia passiua est principium transmutandi ab altero inquantum alterum. patet autem ꝙ hoc importat respectum ad actum receptum ab agente vt ab agente: sicut potentia actiua importat respectum ad actum, vt imprimitur in passum quęlibet igitur potentia respectiua est. ergo vti distinctione, vbi non opus est, est distinguere de lana caprina. Pręterea specialiter contra tertiam viã, falsum est ꝙ potentia respectiua sit corruptibilis oĩno. Nam potentia respectiua specifica & generica sunt ęternę simpliciter, & a parte ante, & a parte post respectu primi termini, ad quẽ primo referuntur, cum species sint ęternę secundum Philosophos. bene verũ est ꝙ potentię istę respectu formę indiuidualis, quã per accidẽs & secundario respiciũt, sunt corruptibiles p accidens a parte post tantũ, sicut recte declarat Commen. 1. cęli cõmen. 120. 4. phy. commen. 120. Et propter hoc aliter nobis visum est dicere, ꝙ quęlibet potentia in materia existens respectiua est. Et vlterius dico potentiam istam vno modo esse de essentia materiæ, & alio modo minime. vnde indubitãter credo Auerro. imitatũ fuisse Themistiũ in sua disgressione speciali & aurea, quam facit super 1. phy. cuius opinio, vt summatim dicam, consistit in hoc puncto. Materia dupliciter põt cõsyderari. Vno mõ in se, & quo ad sua prædicata, quę in suo esse quiditatiuo sibi attribuũtur: & sic, cũ materia sit quoddã ens absolutũ. cũ substantia sit, sic non includit quiditatiue. & essentialiter aliquẽ modũ potentię, neq; remotam, neque propinquã, neq; passiuã, neq; actiuam, neq; obiectiuã. Nam vt dixit Auic. 5. suę me. Equinitas est tantum equinitas, nec vna nec plures, nec singularis nec vniuersalis, nec actu nec potentia. Et istã primã consyderationẽ subtiles nominauere primum signum naturę. Alia est consyderatio materię, vt habet comparationẽ ad alia, & ad ipsam formã, quã recipit, & ad agens, a quo ipsam formam recipit. & in tali consyderatione, quæ consyderatio in comparatione cõsistit, ipsa materia includit quiditatiue ipsam potẽtiã, quę potẽtia est potentia passiua, quæ potentia passiua non est res absoluta, immo est relatio quędã, quæ identificatur realiter cũ essentia materię: & est differentia substantialis materię eo mõ, quo Auer. loquitur de differẽtijs, dũ dixit. Actus & potentia sunt differentię valde oppositę entis, & circuunt oẽ genus. Declaraui enim alias de intentione Com. duplex esse genus, & duplices esse differentias, s. per analogiam, & per vniuocationem. vnde sicut ens, secundum ipsum, genus est analogũ, ita actus & potentia sunt differentię analogicę entis: quas Moderniores modales differentias nuncupauere. ens igitur per potentiam constituit materiam, sicut ens per actum cõstituit formam. Vnde Philosophus. 12. met. tex. com. 8. volens declarare quid sit esse materię, diuidit prius esse p potẽtiã & actũ, & concludit materiã esse ens in potentia. Et, si consyderetur probatio Philosophi, & processus eius, loquitur de potẽtia passiua et receptiua materię, & nõ de potẽtia obiectiua, sicut quidã volue

Earum impugnationes

Propria solutio. Sermo de potentia materię.

re.sed hoc alias. Ad propositũ igitur dico tam actũ, ꝙ potentiã esse de quidita D
te & materiæ & formæ, in secunda sui cõsyderatione, scđm q̃ habent adinuicẽ
comparationẽ: quia materia, vt ens in potentia refertur ad formam, vt est ens
in actu. Et ista consyderatio de materia, in qua consyderatur quo ad prædicata
quiditatiua, quæ sibi cõpetunt in primo signo naturæ, est Diuini. prædicata.n.
sub quibus concipitur materia in tali esse. sunt absoluta, cuiusmodi est substan-
tia & ens, patet autem ꝙ talia pertinent ad Diuinum. Naturalis enim non con
syderat materiam sub aliquo prædicato absoluto, quod cõpetat materiæ in pri-
ma sui contẽplatione. quia, si quod esset, maxime esset natura autem prædicatũ
respectiuum est, cum sit principium motus. Et hoc expresse sentit Cõmenta.2.
physi.cõmen. 21. vbi dicit, ꝙ materia, vt est vnum entium, pertinet ad Diuinũ.
Et cõmen.4. ibidem, necnon. 7. meta. cõmen. 9. & .8. metaphysi. cõmen. 4. ex-
presse dicit, ꝙ materiam esse substantiam pertinet ad Metaphysicum: sed ma-
teriam esse subiectum pertinet ad Naturalem. Et hoc etiam sentit Cõmenta.12.
metaphy. cõmen. 14. vbi dicit ꝙ consyderatio materiæ in se, & absolute perti-
net ad primũ Philosophum. sed de consyderatione materiæ in secunda sui cõsy
deratione, p quã cognoscitur in consyderatione ad alia, distinguendũ est, nã ta-
lis comparatio potest esse transcendens, & potest esse limitata. & primo quidẽ
modo consyderatur adhuc a Diuino. nam Cõmen. expresse. 7. metaphy. cõmen.
9. dicit ꝙ materia, vt est ens in potentia, cõsyderatur a Diuino Philosopho. & E
ita etiam forma, vt actus, consyderatur a Diuino. quia Philosophus. 8. meta. 15.
dicit ideo ex materia & forma fieri per se vnũ: quia illud potentia, hoc vero
actus sed loquendo de materia in secundo esse quo ad comparationẽ limitatã,
videlicet vt est in potentia ad formã per transmutationem, sic pertinet ad Natu
ralem. Et sic intelligitur dictum Cõmentato. in. 2. physi. cõmen. 21 ꝙ materia
in respectu formæ est consyderationis naturalis. vnde licet materia scđm rẽ nõ
sit in potentia ad formã, nisi per transmutationẽ, tamen prior est ratio potentiæ
& actus, ꝙ ratio transmutationis, iuxta illud Philosophi. 9. metaphy. tex. cõ-
men. primi. in plus est potentia & actus eorũ, quę dicuntur secundũ motũ so-
lum. Dico igitur iuxta Themistij. & Cõmen. sententiã materiã in secunda sui
consyderatione includere quiditatiue potentiã, siue limitata sit, siue transcen-
dens. nã potẽtia absolute est de quiditate materię, vt materia refertur ad formã
quia, materia, vt refertur ad formam, quæ est actus, nõ potest absolui a potentia
in suo intellectu, cum potentia sit ratio referibilitatis ad actum. vnde licet pater
nitas non sit de ratione Socratis, vt est substãtia, est tamen de ratione Socratis,
vt refertur ad filium: quia nõ nisi paternitate refertur. Vnde Boetius super pre
dicamẽtis dixit nihil inconuenire vnum, & idem reponibile esse in diuersis pre
dicamẽtis sub diuersis consyderationibus. homo absolute est in prędicamento
substantiæ: sed homo, vt pater, est in prędicamento relationis. similiter materia F
vt refertur ad formam vt ad actũ transmutabilem, quiditatiue includit vt sic po
tentiã transmutabilem: & sic consyderat eam Naturalis. vnde oĩs consyderatio
quam habet Naturalis de materia est cõsyderatio relatiua. Et ideo non inconue
nienter dixit Philosophus. 2. physic. 26. materiã relatiue dici ad formam, non
omnis tamen consyderatio, quã habet Diuinus de materia, est relatiua: quia et
aliquã absolutã habet, sicut illã, quę est prima, & mere quiditatiua. Vnde Natu
ralis consyderat materiam vel sub habitudine, quã habet ad formã transmuta-
bilem nondum existentẽ in ipsa, vel sub habitudine ad formã transmutabilem,
quæ actu est in ea. Et primo quidẽ modo recte dicitur materia, & secũdo modo
rectius dicitur subiectũ. vnde Cõmen. 7. met 2. cõ. 9. dixit ꝙ materia, vt est ens
in potentia per transmutationẽ. ptinet ad Naturalẽ. Et hoc dicit quantũ ad istã
consyderationẽ, scđm quã materia a Naturali consyderata respicit futura, & in
octauo methaphisi. cõmen. 4, dixit materia vt est subiectũ, consyderatur a Na-
turali. & hoc dicit quantũ ad considerationem, qua respicit præsentia. Vnde
Themistius authoritate Boethi, materia qualitatibus sensibilibus iformata ex
materia transit in subiectũ. Et istam sententiã voluit dicere Cõ. 1 cap. de sub
stantia orbis, ibi. n. consyderat materiã naturaliter, & vt est receptiua omniũ

A formatũ per transmutationem. Et ideo dicit ꝙ necesse est naturam huius subiecti esse naturam potentiæ, s. ꝙ potentia sit differentia substantialis eius. & ideo nullam habet formã. Et patet ꝙ hic loquitur de potẽtia passiua materię: quia illa est, per quam recipit omnẽ formam a primo motore, in cuius potentia actiua sunt oẽs formę. Et hoc testat̃ Philosophus & Cõmen. 9. meta. tex. cõ. 2. vbi habent ipsi ꝙ in definitione omnis potentiæ passiuæ accipitur definitio primę materiæ: sicut in definitione omnis potentiæ actiuæ sumitur definitio actionis primæ formæ. & sequitur postea Cõ. in eodem. 1. cap̃. & d. Et ideo nullã habet formã propriam, & naturam existentem in actu: sed eius substantia est eius posse. & ex hoc materia recipit omnes formas, ecce ꝙ loquitur de potentia passiua materiæ. Et postea sequitur. sed posse, quo substantiatur hoc subiectum, differt etiã a natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse, in hoc, ꝙ posse dicitur respectu formæ. hoc aũt subiectum est vnum entium, s. absolutorũ. Ecce, bone Deus, quomodo Cõ. de vna & eadem potentia materię loquitur semper vniformiter, & vno modo, quia de illo posse, de quo supra dixerat, ꝙ erat differentia substantialis materiæ, de illo ponit differentiam postea cum ipse materia, ꝙ tale posse est relatio. & materia est ens absolutũ. Quomodo igitur errauerunt ita grauiter expositores Auer. existimantes ipsum in contradictione esse?
B Et quõ imaginantur aliam esse potentiã, quã Cõ. dicit esse differentiã substantialem materiæ, & aliam esse potentiam, quę sit relatio, & non sit de eius essentia, cum vniformiter de vna potentia loquatur semper. sicut luce clarius ostendunt verba eius. Et quomodo finxerunt potentiam receptiuã materię esse ens absolutũ, cũ ipse dicat eã esse relationẽ. Et vbi inuenerunt in Arist. vnquã potentiã absolutam non video: nisi velint improprie loqui, & metapho, quod nõ decet Philosophũ. Dicamus ergo ꝙ imaginatio Auer. est eadem cum imaginatione Themistij, sed sub obscurioribus verbis dicta. Eadẽ potentia passiua est de essentia materiæ, & est differentia substantialis materię. & dico ꝙ est differentia analoga, non vniuoca: sicut ens est genus analogũ. 2. de anima cõ. 30. & 5. meta, cõ. 4. & 4. meta, cõ. 2, & 1. de anima. cõ. 7. & 3. de anima, cõmen, 4. Et non oportet dicere ꝙ sit differentia circũ locutiua: vt dicunt oẽs, qui multum detrahunt intellectui nostro. fere enim dicunt omnes rerum differentias esse circumlocutiuas. & mirum & quomodo intellectus noster sit adeo rudis, cum tamen nihil sit naturaliter ignotum nostro intellectui. 2. phy. 47. & talis potentia non est de essentia materiæ, nisi in secunda sui consyderatione. Et quia aliquis posset credere talem potẽtiã omni modo esse de quiditate materiæ, &, quia cõ. tenet cũ Themistio ꝙ materia in sui primo intellectu non includit nisi prędicata quiditatiua, quæ absoluta sunt, propter hoc statim documentũ apposuit, de-
C clarando differentiam inter materiam & talem potentiã, dicens ꝙ materia est ens absolutũ, & talis potentia est ens respectiuum. &, quia absolutũ, vt absolutum, nõ includit in primo signo naturæ aliquid respectiuũ, sic materia in primo signo nõ includit potentiã, sed solum in secundo. Et sic ẽt locutus est Cõ. de potentia. 1. phy. cõ. 7, vbi dicit ꝙ, si potentia esset de quiditate materie, tunc substantiã materiæ, esset ad aliquid. ibi enim habet pro inconuenienti materiã in suo esse quiditatiuo primo scd͂m quod in se consyderatur, ꝙ potentia sit de eius quiditate: quia tunc sine dubio materia non esset ens absolutũ, sed ens respectiuum, similiter substantia materiæ corrũperetur ablatione potentię & pręsentia formę, nã talis potẽtia passiua respectũ dicit ad formã recipiendã sub rõne, qua recipit eam ab agente. & talis potentia, quo ad illum respectũ corrũpitur, inducta forma. & ideo, si potentia esset de 1. conceptu materiæ, materia esset corruptibilis: quod tñ falsum est. quia materia in suo primo esse abstrahit a generatione & corruptione: quia est tantũ ipsa, eo modo, quo Auic. dixit ꝙ equinitas est tantũ equinitas. Sed tu dices. cũ per te materia in scd͂a contẽplatione sui includat quiditatiue talẽ potentiã: igitur, cum talis potentiã sit corruptibilis, sequitũ ꝙ materia erit corruptibilis Et ad hoc dico ꝙ materia ꝑ potẽtiã sui passiuã includit respectum ad formã cõmunẽ ꝑ se primo in ordine ad agens, & talis nõ est corruptibilis nisi per accidens; quia non corrũpitur ille respectus, nisi in or

dine ad indiuidualem formam,quę per accidens respicit a tali potentia.& sic nõ habeo ꝓ inconuenienti materiã esse corruptibilem & variabilẽ scḋm esse, cũ tamen secundum sui essentiam inuariabilis permaneat. Bene tamen pono in materia potentias proprias distinctas a materia, per quas materia primo respicit formas indiuiduales.numerus.n.formarum coegit ponere numerum potentiarũ.12.met.c.11. Et istę potẽtię indiuiduales sunt bene simpliciter generabiles et corruptibiles,et tales nullo mõ sunt de q̇ditate materię. Et istę sunt infinitę successiue,nõ in actu,sicut pessime opinatus est Ioannes de Gandauo in quęstione ꝓpria de potẽtia materię sup 1.phy.sed ipse nõ vidit Com.1.cęli,c.120. nec recordatus est c.120.4.phy.Ista est igitur sñia nostra,quę vt vides oẽm cõtradictionẽ excludit,oẽmq; difficultatẽ absoluit.& licet noua sit,non tñ propter hoc contennenda: cum consuetudo sit quid extraneum, accidens veritati.

Vtrum Priuatio sit accidens.

Auer.1.phy.79. ait, priuatio autem non est neq; propinque neque remote neq; est accidens, ne dum vt sit substantia: & hoc dicit, dum verba tex exponit. Vnde secundum ꝙ ipsę exponit,ex verbis Aristo.habetur, ex quibus patet priuationem nec substantiam nec accidens esse. Oppositum huius habetur ab ipso Auerro.1.phy.67. dum ait,de principiis loquendo sunt duo per se, & non duo,quum accipientur secundum ꝙ sunt principia simpliciter, non distinguendo illa quæ sunt per se ab illis, quę sunt per accidens. accidit enim principiis quę sunt per se,aliud, & est priuatio, & sic erunt in tria,quod ipsę Auer.ex Arist.accipit, dum dicit in tex.propter id quod alterum est esse ipsis. Ex quibus clare habetur.ꝙ priuatio accidens est. non enim accideret si accidens non esset. Ad hoc respondeo(vt habetur ex Simplicio) ꝙ accidens(vt ad propositum spectat) est duplex, quoddam est accidens reale & quoddam est accidens per intellectum. Hac posita distinctione, dicit Simplicius, ꝙ priuatio est accidens materię, sicut dicitur accidere mihi non esse in foro,me nõ esse in foro,est negatio,quia non est ens reale.4.metha.27. metha.15.negatio est ens rationis; ens reale non dependet ab intellectu: quia.5. metha.14.& in fine 6.diuidit ens extra animam in decem prędicamenta, ideo Auer. dicit in.79.1 phy.priuationem non esse accidens.s.reale:sed bene tenet,ꝙ sit accidens per intellectum,vt est rei veritas:& est ens rationis. Et sic cessit dubium.

Responsio ex Simplicio.

Accidens duplex.

Primo phy. tex.79.

Trigesimaquarta cõtradi.est in tex.79. Dicit Arist.& Commen. ꝙ Plato defecit in hoc,ꝙ nõ animaduertit differẽtiã inter materiã & priuationẽ.vnde Cõ. d.commen.79.ꝙ Arist. incępit inducere differentias veras inter materiam & priuationem,Sed opponebam per cap. 3. primi de partibus animalium, vbi habet Arist. ꝙ priuationis,quia priuatio est,nulla differentia. Dicimus ꝙ Plotinus ille nobilis Platonicus multũ insistit aduersus Peripateticos asserẽtes materiã & priuationẽ esse vnum subiecto & ratione tamen differre. Nam debuisset prius Arist.ponere vtriusq; rationem, & tunc debuit videre an distinguãtur definitione.nam quę rõnibus, & definitionibus differunt, oportet talia definitiones habere. Et tũc,si materia habet rõnem,& priuatio similiter, hoc quidem esse nõ poterit, nisi altero trium modorũ.aut ꝙ neutrum in ratione alterius ponatur, & tũc erũt nõ solum duo in rõne,immo duo in esse & subiecto aut vtrũque ponitur vicissim in rõne alterius,sicut simũ cũ naso simo. nã in definitione simi ponitur nasus,& econtra in definitione nasi simi ponitur simum. & tũc it sequitur ꝙ sint duo. si vero se habent ꝙ vnum ponatur in ratione alterius, & non econtra,sicut calor ponitur in ratione ignis,non autem ignis in rõne caloris,tunc sequitur ꝙ priuatio erit sicut forma, & materia vt subiectum & tunc adhuc sequitur ꝙ non sunt vnũ.Dicimus ꝙ se habent tertio modo,quia priuatio ponitur in rõne materię,quantũ ad scḋam sui notionẽ, qua refertur ad alia, materia enim negatione cognoscitur,vt dicit Philosophus in.10.metaphy.in.t. comm.24.non tamen ex hoc sequitur ꝙ sint duo,nisi scḋm rationem Et quod obijciebatur,quia tunc priuatio erit species,& materia erit subiectum, sicut calor respectu ignis:nam calor necessario ponitur in ratione ignis, & non econtra:Soluitur,ꝙ priuatio,q̃ est in prima materia,est sicut spẽs,vt d. Philosophus in scḋo phy,in tex,comm,11, scḋm alteram expositionem Comm, ibi, scḋ nũqu

Solutio.

A est vera species, sicut calore respectu ignis, vnde est differētia magna inter calorē & ignē & inter materiā & priuationem, calore enim dicit formam quandam positiuam, & rem additam supra naturā ignis, siue sit substātia siue accidēs nō curo. sed priuatio supra naturam materię nō ponit aliquam formam positiuam, alioquin materia ipsa esset formata, nec ponit aliquam rem positiuā, quę sit substantia vel accidens, sed solum dicit negationē omnium formarū formaliter loquendo. & hoc est, quod pulchre dicit Themistius in digressione ꝙ cū dicimus materiam informē, vel in affectā, nomē in affecta, non dicit aliquā priuationem, quia cum priuatio qualitas quędam sit accideret materiā esse qualem, sed dicit negationem puram. Et hoc asseuerat etiā Cōmenta. in cōmen. 79. dicens quod priuatio non est substantia nec accidesn, formaliter loquendo. dicitur autē talis priuatio in materia, quę negationem formarū omnium importat, esse quodāmodo species materiæ, inquantum natura eius tali priuatione seu negatione cognoscitur. dicimus enim vt asserit Commenta. in. 7. metaphy. commē vltimo, quod materia est natura illa, cuius quiditas & forma est recipere formam. nā. 7. meta. tex. com. 8. Materia non est quid, nec quale, neque quantum, nec vniuersaliter aliquid eorum, quibus ens est determinatum, sed est potentia omnia hęc, quia igitur in secunda notione sui materia; qua comparatur ad alia, priuatione & negatione describitur, sic priuatio est de rōne eius, & est illi sicut species & forma. in prima autem sui notione est quędam substantia & entitas absoluta, & sic
B numeratur in entibus, & quia eius priuatio formaliter consyderata nō numeratur in entibus, sic sunt duo in ratione, materia & eius priuatio. Ad authoritatē autem Aristote. respondetur quod verum est, quod priuatio differentias non habet, quibus in species diuidi possit. Arguit enim ibi contra illos, qui differentias per priuationes dicebant fieri non posse, vt eius quod non est species aliqua, esse possit. per hoc tamen non negat Philosophus, quin ratio priuationis non sit aliquid ratione distinctum a materia. priuationis enim quodammodo habent definitiones Moderni autem formalizantes dicunt non ens esse non idem enti, & non proprie concedunt differre, aut distingui ab ente. sed nos illum modum visitatum inuenimus apud Peripateticos, & ideo non curamus de dicto eorum.

Trigesima quinta cōtradictio est in tex. 81. Dicit philosophus. Existente. n. quodam diuino, & bono, & apetibili, alterum quidem cōtrarium ipsi esse dicimus alterum vero quod aptum natum est appetere, & desyderare ipsum scdm suipsius naturam. vbi Themistius & Cō. per bonum diuinū, & appetibile exponunt primam formam & primam causam. Sed tunc est contradictio, quia sequitur ꝙ priuatio sit contraria primę formę, sed hoc est inconuentens, quia ex fine duodecimi primę philosophię. Primo nihil est contrarium, & ratio est, vt ibi dicitur, nam omnia cōtraria materiam habent. est enim eadem materia cōtrario-
C rum prima causa autem seu prima forma est abstracta a materia. Themistius dicit, hinc igitur formę primę, quę ab omni abiūcta est materia quę libera vndiq; & impromiscua in totūq; abstracta & separata, atq; his ꝑterea formis, quę pro fectę sunt ab illa, & in materia cōstitutę cōtraria est & aduersa priuatio. Et ista sententia Themistij est valde difficilis, & forte falsa. quia licet formis in materia constitutis, quę sunt participationes quędam primę formę, & primę pfectionis, sit cōtraria priuatio, tamē quomodo priuatio sit contraria primę difficile, immo impossibile est saluare, non enim omni bono malum, aut priuatio dicitur esse contraria sed bono existenti in materia & in generatione quod est bonum sedm participationē dictum. malum dicitur esse contrarium. similiter nō omni cognitioni ignorantia dicitur esse contraria, vt testatur Philosophus in fine duodecimi primę philosophię contra Antiquos inquit. n. & alijs quidē necesse est sciētię honoratissimę, & sapientię aliquid contrarium esse, nobis autem nō. Et ideo dicendum puto, quod bene formis in materia existentibus, quę sunt participationes primę formę, & bonitatis, eius ratione, cuius materia naturaliter formas tales desyderat, priuatio est contrarium. sic enim consequitur, vt participet perfectionē primæ formę, inquantum recipit formas, quę sunt participationes quędam diuinę bonitatis & diuini esse, Si quis tamē ob Themistij authoritatē vel

Primo physic, tex. 81.

Solutio.

let dicere priuationem esse contrariam primæ formę, dicat ꝙ per contrariū intellexit diuersum. nam cum prima forma sit omnis forma in virtute & eminenter. 12. primę philosophię commē, 18. omnes formę sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. priuatio autem, cum inquantum priuatio, sit absentia formę, inquantum forma, sic intellectus priuationis, est primo diuersus ab intellectu primę formę. Formis igitur in materia existentibus priuatio contrariatur, sicut priuatio habitui, primę formę autem priuatio aduersatur modo prędicto, quia sunt isti conceptus talium primo diuersi.

Primo phy. tex. 82.

Trigesimasexta contradi. est in tex. 82. Arist. & Commen. asserunt priuationem in materia existentem corrumpi per se, non autem potentiam. Sed obuiabam per authoritatem Cōmen. in quarto phy. commen. 120. vbi dicit ꝙ potentię, quę sunt in materia, corrumpuntur. & 12. meta. commen. 11. dicit ꝙ multiplicantur ad multiplicationem formarum. Amplius non valeret ratio eius in primo physi. cōmen. 70. ad probandum ꝙ potentia non est de substantia materię. quia tunc accideret materiam corrumpi in aduentu formę, si talis potentia, quę est in materia, esset incorruptibilis. Amplius, quo modo priuatio per se corruptibilis esse potest, cum non sit neque substantia, neque accidens, primo primo physi. commento. 79? Soluitur. in materia duplex est potentia. Remota, per quam videlicet materia est in potentia ad formam communem, verbi gratia specificam, & per istam per accidens respicit materia formas indiuiduales. & ista potentia est sicut quędam materię proprietas, & est eadem realiter cum materia. & de ista intelligitur ꝙ sit incorruptibilis per se, sicut & materia. Sunt iterum quędam potentię propinquę respectiue, quę multiplicantur ad multiplicationem formarum, & istę pręcipue indiuiduales sunt generabiles & corruptibiles: & postquam sunt corruptę amplius redire non possunt. quia tūc corruptum posset idem numero redire, quia quando materia fuerit eadem, & agens fuerit idem, & potentia eadem, tunc quod fit est idem, vt dicit Commēta. 12. metaphysi. coment. 11. potentia igitur remota materię non est corruptibilis per se, sed per accidens, sicut materia. Ad illud autem, quod quęrebatur, quomodo materia dicitur corruptibilis per accidens ratione priuationis, quę per se corrumpitur, cum priuatio sit formaliter non ens, dico ꝙ hoc intelligitur quantum ad denominationem: quia in aduentu formę non amplius materia denominatur priuata illa forma. vnde etiam de non entibus possunt suo modo propositiones verę formari, vt ꝙ chimerica est non ens, & ꝙ hircoceruus est figmentum. Materia igitur dicitur corrumpi per accidens ratione alterius, scilicet priuationis, quę dicitur per se corrumpi, quantum ad denominationem.

Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Secundo Physicorum.

PRima contradictio in.2. phy. est super tex.primo. Aristot.enim in principio libri inuestigaturus naturę definitionem, incępit a rebus naturalibus, quia res naturales sunt manifestiores apud nos quam natura, vt dicit Commen. in commen. primo Sed opponebam. quia tunc, cum innata sit nobis via, vt a manifestioribus nobis ad notiora naturę procedamus, vt patet primo ph. tex.commen.2.septimo primę philosophię.tex.commen.10.tunc igitur Naturalis posset ex rebus naturalibus demonstrare demonstratione quia naturam esse: cuius oppositum scribit Philosophus.2.phy.tex. cō.6.& Commen.in commē. ibidem. Nisi esset, ꝙ ad hoc,ꝙ aliquid demonstretur in aliqua scientia, non sufficit ꝙ sit aliquid notius eo,vel quo ad nos,vel quo ad naturam, sed requiritur cum hoc de necessitate ꝙ illud sit quęsitum in illa scientia, & per consequens ꝙ sit naturaliter ignotum. quia ad per se nota, vel ad ea quę sumuntur pro per se notis ex superiori scientia, scientia non potest erigere aliquod genus demonstrationis. quia non demonstratur nisi illud, quod est dubium,& ignotum,alioquin sequeretur ꝙ Naturalis posset demonstrare motum esse demonstratione signi contra Philosophum primo phy.tex.commen,11. vbi habet,Nobis autem subiiciatur omnia, aut quędam eorum quæ natura constant moueri. & Commen. primo phy.cō.8, dicit ꝙ motum esse, & pluritatem entium esse sunt de principijs cognitionis in scientia Naturali, Probatur consequentia.quia mobile est notius quo ad nos ipso motu, vt testatur Philsophus in.4.physico. tex.cō,104. vbi dicit ꝙ mobile maxime notum est, & motus propter id quod mouetur,& loci mutatio propter id quod fertur. & reddit causam hoc aliquid enim est quod fertur,motus autem non. vbi Commen.inquit ꝙ motum est notius motu,quia est demonstratum, & motus non est demonstratus, sed mens facit ipsum. & idem dicit. 7.phy.cō.32. vbi dicit ꝙ motus apud nos est notius motu. idem.4.phy.com.99. propterea igitur dicimus cum naturam esse sit per se notum,licet natura a quo ad nos sint notiora, non sequitur ꝙ ex illis natura possit demonstrari. Vnde etiam Commen.in.2, physic.loquens de principijs subiecti scientię dicit ꝙ possunt demonstrari in illa scientia demonstratione signi & possunt etiam demonstrari demonstratione propter quid in scientia continēte subiectum illius artis.& hoc verum est inquit, si principia illa latuerint. quod ideo apposuit,quia ad hoc,ꝙ aliquid demonstretur in aliqua scientia, vel a posteriori,vel a priori non sufficit ꝙ scientia habeat effectum, aut causam notiorem,sed requiritur ꝙ illud lateat. & sit quęsitum in illa arte. Secūdo phy. cō. primo. Solutio.

Secunda contradi.& manifesta est in eodem tex. & cō.Quia Arist.inter ea, quę natura constant, enumerat animalia, & plantas,& partes ipsorum,& d.ꝙ omnia, quę natura constant, habent principium intrinsecum alicuius motus, hęc quidem scd͞m locum,hęc aūt scd͞m augmētum & diminutionem, quędā aūt scd͞m alterationē.vbi Commen. exponens quę habent principium augmenti,inquit.& innuit principium transmutationis proprię in vegetabilibus & augmētum. vbi etiam Themistius eodem modo exponit. videtur igitur motus augmēti in vegetabilibus & animalibus a natura ꝓficisci. Sed huius oppositū habet in secundo de anima,in tex.cō,39. vbi contra Empedoclem Aristote. con- Secūdo phy. tex.primo.

cludit animam esse causam alimenti & augmenti. Et confirmatur ratione, quæ, D ibidem innuitur : quia natura non mouet ad contrarias positiones : sed motus augmenti fit, non solum sursum, verum etiam deorsum : igitur non est a natura sed ab aīa. Et confirmatur, quia aīa est actus corporis instrūalis, naturalis, potē

Solutio.

tia vitā habentis. patet aūt ꝙ vita sumitur pro operationibus vite, quæ sunt vegetare, sentire, moueri scdm locū, & intelligere. Nisi esset ꝙ non inquit ꝙ eadem res sit aīa, & natura diuersis, nam natura proprie est principiū intrinseci motus, aut passiuum quod est materia, aut actiuum quod est forma. natura. n. duplex est, materia videlicet & forma. Omnia igitur corpora physica dicuntur, si composita fuerint naturata, seu naturalia, pro quāto sunt composita ex materia & forma. &, quia in libro physico. agitur de principijs & elemētis, tā corporum simpliciū, q̄ꝫ compositorū, vt scribit Commen. 3. cęli cō. 31. sic corpora perfecta ēt vt sunt animalia & plantę, vt habent istam compositionem ex materia & forma, dicuntur naturalia corpora. nam vt dicitur in. 2. de anima semper in perfectiori continetur in virtute minus perfectum, sicut in sensitiuo vegetatiuum. & sic etiam in vegetatiuo naturale continetur. Anima igitur, vt est forma & principium intrinsecum. faciens per se vnū cum corpore vt materia, natura dici potest. & sic corpora animata vt sunt composita ex anima & corpore, tanquam ex materia & forma, vt ex duabus naturis, dicuntur entia B naturalia & differunt ab entibus artificialibus per habere principium aliquod intrinsecum sui motus. talia etiam sunt & cętera a natura constantia: ꝙ non habent artis opera inquantum talia sunt ab arte. sed pro quanto anima est ex sui ratione actus corporis organici, quod non est de ratione naturę: & similiter pro quanto anima est principium mouens ad oppositas differentias positionis, quod non est de ratione naturę, sic anima distinguitur a natura, & dicitur esse in altiori gradu entium, quam sit natura. Philosophus igitur concessit viuentia esse a natura secundum prędictum modum, & non secundum quod anima a natura secundum rationem distinguitur.

Secūdo ph. cō. primo.

Tertia contradictio est in eodem commen. primo. Ibi enim dicit ꝙ vnumquodq; ens naturale habet principium transmutationis. & numerādo ea. quę habent principium motus localis, enumerat elementa, & habentia animas, & corpora cęlestia. videtur igitur velle motum cœli esse naturalem. Et pro hoc facit authoritas eiusdem primo cęli cō. 81. vbi d. ꝙ non est corpus naturale, cuius motus non sit naturalis. Sed huius oppositū ipse habet expresse. 2. cęli. cō.

Solutio.

3. vbi d. motum cœli nō esse naturalem. Solutio istius quęstionis presupponit solutionem quęstionis, qua quęritur, vtrum cęlum sit corpus naturale, quā diffuse E pertractat Commen. primo cęli. commen. 5. sed quantum ad rem nostram attinet, debes scire ex sententia. Aue. cō. 5. primi de cęlo. & cō. 3. secundi Phy. Natura dicitur secundum prius & posterius de inferioribus, & superioribus corporibus. vnde secundum naturam rei natura per prius dicitur de superioribus, vtpote de causa, q̄ꝫ de inferioribus, quę sunt causata respectu superiorū. tamen secundum famositatem ista inferiora dicuntur magis naturalia q̄ꝫ superiora, sicut testatur Commen. manifeste. 2. metaphy, cō. 16. Dico igitur ꝙ Com. teret motum cęli esse naturalem, quia est ipsum cęlum quoddam motum ex se compositum: ex duabus naturis. scilicet natura agente motū. & natura recipiente motū: sicut patet primo cap. de substan. orbis. & . 8. phy. tamen non est naturalitas

Vtrū intelligentia det esse orbi formaliter.

motus cęli eiusdē rationis cū naturalitate istorū inferiorū. Et in tantum processerunt quidā cū hoc fundamento, ꝙ coacti sunt dicere intelligentiam esse formam formaliter dantem esse ipsi orbi, non enim aliter cęlum esset motum ex se. Nec valet, si dicatur ꝙ cœlum pro aggregato ex intelligētia & orbe sit motū ex se: qa a pari diceret̄ ꝙ aggregatū ex plaustro & bobus moueret̄ localiter. Et cōfirmāt istud. 7. ph. t. c. 10. Oīs motus localis aut ex se, aut ab alio. Motus aūt ab alio, aut est pulsio, aut tractus, aut vectio, aut vertigo. & si pulsio, aut impulsio, aut expulsio, ergo, si intelligētia nō sit forma intrīseca cęlo p formaliter inherētiā, seqtur igit̄ cęlū nō esse motū ex se, sed ab alio. & si ab alio, mouebit igitur aliqua istarum quatuor specierū motus, videlicet vel pulsionis, vel tra-

A ctionis, vel vectionis, vel vertiginis: quod impossibile est dicere, sicut patet ex rationibus formalibus istorum. Nos autẽ, licet fecerimus prolixã quęstionẽ de triplici causalitate intelligentie, in qua diffuse declaratum fuisse putamus intelligentiã non esse vnitam per informationem ipsi orbi, sed solum per appropriationẽ eo modo quo motor dicitur forma mobilis, vnde Cõ.8.phy.cõ.1. Principium motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis: tñ quantum spectat ad præsens dicimus motũ cœli non esse naturalẽ a sua forma, cũ sua forma nõ sit natura, sed sit supra naturã, natura enim est inferior ad animã, & anima est inferior ad intelligentiã. Q uo igitur dicunt motum cœli esse naturalem ab intelligentia? sequeretur igitur intelligentiam esse naturam: si intelligãt motum cœli formaliter esse naturalẽ quia est a forma, quę est natura, si autem intelligant motũ cœli esse naturalem effectiue ab ipsa intelligentia, tunc non sequitur ꝙ intelligentia sit forma dans esse orbi, quia stat aliquem motũ esse naturalem a principio passiuo intrinseco, tamen motus afficitur ab aliquo principio effectiuo extrinseco: sicut est respectu simpliciũ motus alterationis in via Cõ. Vnde forma contra istas rationem, cuius solutionem adhuc habere nõ potui, ꝙ impossibile sit intelligẽtiam esse formã sui orbis, vt ista asserũt. Quia si hoc esset propter appetitum, aut propter motũ in loco nam, vt scibit Cõ.1.cap.de substantia orbis, non fuit dictum cœlum habere animam nisi propter appetitum,
B & motum in loco: sed neq; propter appetitum, neque propter motũ necesse est intelligentia formaliter animare ipsum orbem: ergo nullo modo informat, vt isti dicunt. Maior est Auero. vt. dixi, & minor probatur, Primo ꝙ non propter appetitum indiget intelligentia, vt sit forma informans orbem. Nam intelligentia intelligit & appetit per suam essentiam, vt est de intentione Commento.12. meta.commen, 25.36.&39. &.51. qui vult quod in abstractis a materia idem est intelligens & intellectio & intellectum. si enim intelligentia in intelligendo dependeret a suo orbe, cum sua intellectio sit sua substantia secundum ipsum. accideret ergo intelligentiam esse causatam a suo orbe, quod est impossibile, & cõtra Commenta.1.physi.commen.63. Si vero dicas propter secundum, s. propter motum, intelligentiam esse formam Contra, intelligentia ad causandum motum habet omnem actiuitatem absq; hoc, ꝙ vniatur sibi formaliter. ergo propter istam causam non oportet ipsam dare esse orbi, assumptum probatur. quia intelligentia non mouet orbem manu, aut pede, aut aliquo corporeo instrumento, sed solo intelligere, & velle, iuxta illud Auer.12. meta.commen.36. corpora cœlestia sunt animata. & declarat quomodo sint animata, & d. & non habẽt de virtutibus animę nisi intellectum, & virtutem desyderatiuam, quæ mouet in loco. si igitur intelligentia mouet orbem mouet per intelligere & velle. sed suũ intelligere & velle abstractum est, & non fit mediante corpore, nec mediante aliquo existente in corpore. sequitur ergo propter neutrum istorũ intelligentiã dare esse formaliter orbi. Et hoc testatur etiam cõ.8.meta.cõ.12. vbi d. ꝙ corpora cœlestia sunt animata ex corpore & forma intelligibili. Et declarans quomodo, subdit, non ita ꝙ anima sit res animata, neq; sic ꝙ ibi sit aliquid quod animetur per animam, aut viuat per vitã, sed sunt animata per se, & viua. omne. n. ꝙ viuit per vitã, & animatur per animam, est generabile & corruptibile. Ita autẽ verba pro tanto dicit, quia in rebus anima informãte aĩatis res animata est anima sua, quia tota quiditas taliũ est a sua forma, 7. meta.34. & 21. qditas hominis est homo vno modo. Sed corpora cœlestia sunt aĩata p se, & viua, hoc est dicit habent formam, quę appellatur vita & anima orbis per se, quia non transducitur in orbem formale viuere, & animatũ, esse. Si. n. sic esset, vtiq; verũ esset dicere orbẽ viuere per intelligẽtiã. sicut est in istis inferioribus. & ideo ẽt scdm ipsum non ponitur ibi aĩa imaginatiua, sicut posuit Auic. Sunt igitur animata corpora cœlestia, & viua per se, i. solitarie quia habent sibi appropriatum principium quod potest dici anima & vita, iuxta illud supra allegatũ principiũ, motus de omnibus mobilibus, est sicut anima de rebus viuis, vnde in quinto cap. de substantia orbis declarãs quomodo ĩtelligẽtia est separata ab orbe, dicit ꝙ hoc est quantum istud corpus non indiget ipsa, qa ipsum est pmanens per se. Reuertar

Quo pacto motus cœli dicatur esse naturalis.

amur igitur, & dicamus motum cœli esse naturalem: non quia sit a forma natu- D rali causatus, sed, quia est a principio passiuo habente ex sui ratione intrinseca inclinationem ad suscipiendum motum ab ipsa intelligentia, quę est intrinseca cœlo: sumendo cœlum pro aggregato ex intelligentia & orbe, & est intrinseca quantum, ad operationem, non quantum ad formale esse. & sic dico cœlum esse motum ex se. Orbis autem natura est, & quiditatiue a Naturali consyderatur, est autem natura quę est materia non in potentia, sed in actu, natura enim analogice dicitur de illa & ista materia. Naturalitas autem accidentium habet attendi penes subiectum suum, & non penes efficiens. substantia enim vt dicit Commento 4. metaphy. commento. 2. non est causa accidentis secundum finem & efficiens, sed secundum materiam. motus enim lapidis proiecti deorsum ab aliquo non est naturalis ratione proijcientis sed ratione sui. Et quando dicitur quod a pari aggregatum ex plaustro & bobus esset motum ex se, quia boues sunt intrinseci tali aggregato. Respondetur negando consequens, & consequentiam, quia non est talis habitudo inter plaustrum, & boues, qualis est inter orbem & intelligentiam. nam secundum Auer. 2. cœli. commen. 3. ex intelligentia & orbe fit verius vnum quam ex materia & forma. nam intelligentia non vnitur orbi diuisibiliter, nec mediante quantitate; sicut vnitur forma materię. simpliciter plaustrum non habet naturalem inclinationem ad motum, sicut orbis ad motum. & ideo bene motus plaustri est ab alio. & de illo bene concedimus quod si de aliquo illorum generum, videlicet vel pulsio, vel vectio, vel vertigo, vel tractio. Vnde illa diuisio pertinet ad motus violētos: violentum autem vt d. Philosophus in. 3. & hic. est, cuius principium extrinsecum est, nihil conferente illo, cui vis affert, qualiter nō est in proposito de orbe, licet hoc sit verū da plaustro respectu bouū. quare patet solutio. Ad formā igitur cōtradictionis principalē dicimus motū cœli esse naturalē. Ad oppositū autē respondetur ꝙ Cōmē. non negauit motum cœli omnibus modis esse naturalem: sed negauit ipsum non esse naturalē, sicut motus elementorum est naturalis, vt ipse expresse habet. Pro quo aduerte ꝙ elemēta mouētur a principio intrinseco actiuo, sicut patet ꝑ ipsum cō. 1. & 3. in. 2. phy. & in cō. 71. sup. 4. phy. & 3. cœli. cō. 28. & alibi infinities. elemēta enim nō habēt principiū passiuum intrinsecū. per quod moueantur, quia illud est ens in actu: elementa autem non habent nisi primam materiam & formam, prima autem materia est ens in pura potentia. & ideo naturalitas in motu elemētorum est a principio intrinseco actiuo quod est natura: illa autem est ipsa forma elementi. motus autem cœli est naturalis opposito modo. quia sua naturalitas est ex parte principij passiui: quia cœlum habet materiam in actu. & non habet naturalitatem suam a forma, quę sit natura: immo sua forma est aliquando natura. Et hoc consyderauit Magnus Albertus in. 2. phys. E ad principium, dum dixit motum cœli non esse motum naturę, sed intelligentię: comparando videlicet ipsum motum ad principium actiuum, quia tale non est natura, sed intelligentia. Recte igitur dixit Commento, corporis cœlestis motum non esse naturalem, sicut est motus elementorum. nam naturalitas in motu elementi est a forma, non a materia, sed naturalitas in motu cœli est a materia, non a forma. Huius tamen oppositum sentiunt Moderni ad pauca respicientes.

Secūdo physi. cō. primo.

Quarta etiā contradi. est in cō. 1. Dicit ꝙ nō inuenitur corpus simplex, quod alteretur ex se, sicut inuenitur corpus simplex, ꝙ mouetur in loco ex se. Huius tamen oppositum videtur sentire. 7. meta. cō. 29. vbi vniuersaliter loqui videtur de mobilibus motu locali, & de mobilibus motu generationis & alterationis. inquit. n. ꝙ quemadmodū eorum. quæ mouentur in loco, quędam mouetur ex se, & quędam ex alio, sic est de generabilibus. & ita videtur ꝙ motu alterationis ꝙ generationis aliquid mouetur ex se.

Solutio.

Ad hoc dicimus ꝙ aliud est loqui in simplicibus corporibus, aliud in mixtis, vnde ipsemet Cō. in hoc cō. dicit ꝙ in compositis potest esse principium alterationis in ipso alterato ab eis, quę adueniunt corpori suo, vt in animalibus, & plantis. In. 7. igitur meta. loquit de cōpositis: sed hic loqtur de simplicibus. vide & glosa sic Auer. 1. 8. phy. com. 20. & sex. commen. 60. & 4. cœli. commen. 24. & 2. de aīa. commento, 50. & 9. meta.

commen.2. Et pro ista solutione vide textum cōmen.34. primi de generatione.

Auer.2. physicarū auscultationum,3. ait, est igitur natura principium alicuius & causa mouēdi, & quiescendi, in eo, in quo est primum, & per se, & non secundum accidens. Ex quibus videtur, ꝙ natura sit principium motus & quietis, in quo est. Oppositum huius habetur ab Auer. 2. phy. 1. vbi dicit, & dixit quędam in loco, & in hoc collocantur quatuor elementa, & habentia animas, & corpora cœlestia, &.1. cœli.5. vbi ait, ꝙ hoc nomen natura dicitur de cœlo, & nihil refert pro nunc si non vniuoce. satis est, ꝙ in ipso natura reperiatur, & diffinitio naturę ipsi cōpetat. Quod etiam ostendit Aristo. (licet aliqui magni viri oppositum sentiant) sed in hoc audiendi non sunt, nam in .1. cœli Aristo. venaturus cœli substantiam quid sit, & qualis sit naturę, pro maximo fundamēto (vt omnes expositores dicunt) sūmit illam propositionē, ꝙ omne corpus physicum est mobile secundum locum, vt patet tex. 5. & probat illud ex naturę diffinitione. Frustra autē hoc fecisset, si naturę diffinitio superioribus non competit. Et tamen in cœlo quies nō est (vt dicit Aristo. 9. metha. 17.) nō est aūt timendū ne quando stent, terra aūt quiescit, vt habetur .1. cœli co.57. &.3. phy. co.51. &.8. phy.34. & alibi. Et tamē clarū est, ꝙ corpus naturale est. Ad hoc respōdeo, & quia (vt pluries dixi) nos in hoc opusculo intentionē Auer. ostendere intendimus, dimitto ad hoc Simplicij responsionem & Alberti, & plurimorū ex latinis. Et respondeo, vt Auer. respōdet, ꝙ naturę diffinitio habet intelligi diuisim. Vnde ly, & debet sumi pro aut. In cœlo. n. natura est principium sciens sempiternū motū, in terra sempiternā quietē. In cœteris motū, & quietē. Ista responsio clare habetur ex Aue, 2. meth. vlt. vbi ait, natura est vniuersaliter principiū transmutationis, in rebus transmutabilibus per se, & est principium priuationis transumtationis in rebus, quę quādoq; trāsmutatur, & quādoque nō. illa aūt quę semper remanēt eadē modo modorū transmutationis. s. in motu locali, ęquiuoce dicitur de eis natura, & de aliis. Vbi clare colligitur, qualiter diffinitio naturę secundum Auer. nō potest vniformiter intelligi, nec copulatiue, sed diuisiue. Hoc etiam haberi potest ab eodem Auer. 2. cœli. 54. & .9. metha. 13. ista etiā est sententia multorum. s. Porphyrij & aliorū. Posset etiam alio modo saluari, qui quidem modus breuitatis gratia omittitur: multi enim de hoc diffuse loquuti sunt, satis nobis est sententiam Auer. ostendisse circa hoc.

Vtrū natura sit principiū motus, & quietis, in omni re in qua est natura?

Naturę deffinitio debet intelligi diuisim.

Solent aūt non nulli contra Aristo. dubitare, ꝙ diffinitio naturę male assignetur, quia natura est res absoluta, aut forma, aut materia, vt infra habetur in illo. 2. ista autem substātię sunt & absoluta, ergo male diffinitur per principiū & causam, quia causa, & principium, dicunt respectus respectiuos, & res absoluta non debet diffiniri per respectiuum. Ideo isti dixerunt naturam esse rem quandam insitam rebus. Respond. Alber. & diuus Thom. quā responsionē sequitur Zimara super. 2. phy. ꝙ nomen naturę importat aliquē respectū principij. Vnde illa dicuntur nasci, quę sunt propinqua generāti, materia aūt & forma, sunt naturæ, vt habent principium motus, & quietis, ideo deffiniuntur per principiū. Vnde licet materia & forma in sua prima notione sunt entia absoluta, tamē vt sic, non considerantur a naturali, sed a diuino, vt asserit Simplicius. 1. phy. 70. 12. metha. 1. 5. 6. 29. & .7. metha. 5. 9. & .2. phy. 4. 21. & in alijs locis, de materia & forma, considerat naturalis, & diuinus, sed diuersimode. Vnde (vt dicit Zimara) naturalis vt naturalis, nō habet intellectum de materia & forma, vt est absolutum, sed vt est respectiuum ex. 2. phy. 26. materia dicitur respectiue ad formam, vt consideratur a naturali. metha. autē considrat materiā absolute. 7. metha. & ita patet solutio ad dubitationē. Mouetur alia dubitatio, quia videtur, ꝙ Ari. in deffinitione naturę vtatur synonymis, cū dixerit, principij, & causa, cum Auer. 1. phy. 1. 1. cœli. 1. dicat, ꝙ non debemus vti nominibus synonymis in doctrina demōstratiua. Huic dubio plures sunt satisfaciendi modi. Magnus Albertus respōdēdo dicit, ꝙ principiū sumitur, vt est distinctū ratione a causa. 5. metha. 1. omnis causa est principiū, & nō e contra. Vnde priuatio est principiū generationis, sed non est causa, quia de ratione principij est primum esse, & quendā ordinē importat, ꝙ potest importari tam per priuationem, quā

Dubia cōtra Aristo.

Responsio sedm Alber.

per habitum. Causa autem est illud, ad cuius esse sequitur aliud. Priuatio autem nō habet esse, sed eius esse est non esse, quia aūt priuatio est natura, & est peruia materiæ, quia sicut diaphanū fit peruium a lumine, & in actu, ita forma inchoata in materia, est in esse imperfecto, & appellatur priuatio, & coagit in materia, quia ergo illa forma sub esse imperfecto habet rationē priuationis, quę dicitur principiū, & non causa, ideo dixit principiū. Et ly causa supponit pro materia, & forma, quia sunt verę causę naturali, & sic soluit Albertus. Sed quia hęc responsio (quicquid nō nulli dicant) ponit formæ inchoationē, dimittatur tanquā de veritate suspecta, qđ videre non est presentis negotij. Ideo alij adducūtur modi, & dicitur, ꝙ cū motus positus in diffinitione naturę sit motus largo modo sumptus, qui diffinitur in 3.phy. Vnde Aristo. in principio. 3.phy. ostendens rationē ordinis, dicit, ꝙ quia in diffinitione naturę ponitur, motus: ideo oportet diffinire motum, quid sit, & patet, ꝙ motus ibi se extendit ad generationē substantialē, & tunc potest dici, ꝙ natura est principiū effectiuū, aut materiale, vt vult Auer. in alijs motibus proprie dictis, in motu vero generationis, quę rectius dicitur mutatio, natura est causa scilicet finalis vnde Aristote. secundo. phy.14. dicit generationem esse, aut dicit naturā, quia est via in naturam. Denominationes enim in naturalibus fiunt a termino ad quem. & a fine secundo de anima. 49. a fine vnumquodque denominare iustum est. Alius est respondendi modus, qui dicit, ꝙ principium notat causam efficientem, quia pro causa agente, & mouente, principium proprie capitur. Vnde Simplicius, & omnes greci expositores dixere, principium in naturę deffinitione positum stare pro causa efficiente. Dicitur autem & causa, quia natura non solum dicitur de forma, cuius est agere, & mouere, verum etiam de materia, cuius est pati, & moueri, secundo de generatione & corruptio. 53. & quia (sicut dicit Auer. 2. phy.t.) aliqua corpora naturalia habent actiuum principium tantum, respectu alicuius motus, vt elementa in motu locali, non enim habent principium passiuum, maxime dum mouentur de potentia accidentali, quia intrinsecam resistentiam non habent. Non enim in partem per se mouentem, & in partem per se motam diuiduntur, sicut animalia, cum sint solum composita ex prima materia & forma, & materia non potest esse subiectum motus. 5. phy. 8. & ista est sententia eius, 4. phy. com. 71. vbi habetur, ꝙ elementa in vacuo moueri non possunt, & in 8. phy. com. 30. & 3. cœli com. 28. & alibi frequenter. In motu autem alterationis principium passiuum, & non actiuum habent, & ideo princium in descriptione naturæ, sumitur ęquiuoce pro principio actiuo, & passiuo idest analogice sicut dicit, quia in descriptionibus non potest aliquis plus isto facere, & ideo causa, cum a principio distinguatur secundum rationem. stat pro materia. Et sic soluitur dubium secundum istum modum. Alius etiam reperitur modus satisfaciendi, qui talis est, omnes cōueniunt, ꝙ ista nō est diffinitio proprie, nec vniuoce, & omnia quę sunt in hac diffinitione, dicuntur secundum prius, & posterius. dicitur ergo, ꝙ natura est principium motus, & quietis. sed (vt testatur Auer. in media expositione sua) quies dicit priuationem transmutationis, dicitur, ꝙ ly principium appropriatur motui, & ly causa quieti, quia principium stat pro causa agente, motu autē est habitus, ideo potest habere principium. Causa autē cum dicatur de quiete, tunc quies est priuatio, & est defectus virtutis, & dicitur habere causam, & nō pricipium. videas in cap. vltimo de substantia orbis. natura ergo non vniuoce respicit priuationem. & habitum, sed per sui actualitatem efficit motū, & per sui defectum efficit quietem. ly. causa respicit quietem. Videas. 2. cœli. 102. quies, quę est in terra, nō causatur a medio, sed a grauitate terrę. Et si medium est causa, est causa conseruans, ergo causa potest dici de quiete, & sic soluitur dubium. & omnes iste responsiones sunt magnorum virorum, ex tribus vltimis eligatur quę lectori magis placet. Sed quia in vna responsionum tangitur materia de motu grauium & leuium. pro maiori intellectione, & ne ista res penitus intacta relinquatur, videmus breuiter (solum veritatem rei secundum Aristote. mentem de intentione Auer. nucleando) Vtrum grauia, & leuia tam de essentiali potentia quam accidētali moueantur a motore

Alia responsio.

A fine denominari iustū est.

Quęstio de motu grauium & leuiū.

extrinseco vel intrinseco ? Ista quęstio habet multas ac varias opiniones, nos tamen conabimur mentem Auerr. fideliter ostendere superfluis resecatis, licet eius doctrina quo ad hoc sit dispersa per multa loca, quam ob rem multi in varios erroris prorupere, & non nulli ip'um varium, ac dubium crediderunt, ostẽdamus igitur, quę sit eius mens ex multis locis in vnum redacta, sicut acepimus a Zimara in sua quęstione. Et ante quam ad quęstionem respondeatur, vt remoueatur confusio, est aduertendum pro tituli declaratione, ꝙ in hac quæstione graue & leue, secundum peripateticorum acceptionem sumuntur. Et hoc quia Plato in Thimeo grauitatem vocabat illam dispositionem secundum quã elementa ad sua loca naturalia mouentur, vt quando leuia ascendunt, quia mouentur ad sua loca cognata & naturalia, dicebat, ꝙ talis dispositio vocabatur grauitas. Eodem modo terra, quando descendit, descendit per grauitatem. Leuitatem vero vocabat dispositionem, per quam ad loca præter naturalia elementa mouentur, vt quando terra ascendit, ascendit per leuitatem. Ignis vero per leuitatem descendit. Isto modo Plato vtebatur istis nominibus. Nos vero sumimus vt Aristo. deffiniuit primo. cœli. 17. & .4 cœli. 20. descrptio grauis data per motum est, ꝙ mouetur ad medium, alia descriptio est data per quietem, & est, graue est, quod sub omnibus residit. Et licet describatur per motum, & quietem, similiter & leue, tamen Auerro. 3. cœli. 26. & . 31. dicit, ꝙ descriptiones datę de istis per quietem sunt magis naturales. Nos autem loquimur de graui, & leui, peripatetice. Est etiam sciendum, ꝙ in hoc dubio per motum, intelligimus motum localem. Et quia localis motus est duplex. quidam est naturalis, & quidam est violentus, quæstio erit de motu naturali facto a natura. Est etiam aduertendum, ꝙ vt ad propositum spectat duplex est potentia, essentialis & accidentalis. 8. phy. 32. & .4 cœli. 22. & .25. potentia essentialis respicit actum primũ, potentia vero accidentalis respicit actum secundum. v. g. Puer est in potentia ad speculandum, & ista est potentia ad actum primum, & est essentialis. Iuuenis vero dormiens est in potentia accidentali, quia habet potentiam ad actum secundum. sic etiam est in proposito graue est ... vt sit sursum. ignis hic generatus est in potentia, vt sit sursum, sed ... potentia, quæ est in graui, vt sit sursum, est essentialis, quia talis ... terra, est in potentia ad ignem. Ignis vero impeditus est in potentia solum ad motum. Et circa hoc fuit deceptus Ioannes grãmaticus, (vt ei imponitur) in hoc, ꝙ potentia essentialis fundatur in re ex qua ... elementum leue generari, accidentalis potentia in subiecto genito fundatur. Nam in oleo potentia essentialis fundatur ad sursum, accidentalis vero potentia in igne iam genito fundatur. Et hoc innuit Auer. 4. cœli. 24. 8. phy. contra Ioannem grammaticum. Est etiam sciendum, ꝙ semper, quum dicimus motum ex se, intelligimus motum ab aliquo principio intrinseco actiuo, quomodo animalia mouentur ex se, quia ab anima quę motus principium est intrinsecum, mouetur. 2. physico. 22. elementa quoque sunt mota ex se, quia immediatum principium motus est forma. Et istud motum ex se, est dupliciter, quodam est motum ex se per se, & quodã per accidens. Illa sunt mota ex se per se, quę sunt mota ab intrinseco, & habent principiũ actiuũ distinctiuũ a principio passiuo, huiusmodi sunt animalia quę in animam, & corpus diuiduntur. Similiter cœleste corpus, quod in intelligentiã, quę per se mouet, & in orbem, qui est quoddam per se motum, & fuit demonstratum. 7. & . 8. physi. ꝙ ad primum motum ex se per se, deueniendũ est, quod est cœleste corpus. Et hoc ait Auer. in principio de sub. orb. Motũ vero ex se per accidens, vocatur omne, quod est motũ a principio intrinseco effectiuo, non tamẽ põt distingui in duo in quorũ vnũ sit per se mouens, & aliud per se motum, & sic sunt elemeta, in quibus sunt solum duæ substantiæ .s. prima materia, & forma. Materia prima non potest esse motum per se, quia non est ens in actu. Materia autem solum potest esse subiectum generationis, non autem motus. Et hęc pro titulo sufficiant. Ad quęsitum ergo respondendum est, & dicitur, ꝙ Auer. & consequenter Arist. respondet quęstioni per vnam distinctionẽ, quę polita est supra.

Duplex est potentia.

Motum ex se dupliciter

Et aduertas, ꝙ Auer.3.cœli.28.dicit, ꝙ iſta queſtio fuit in phyſicis inchoata, D
& perfectius fuit determinata hic. Dicitur ergo ad queſtionem, ꝙ quando que
rimus, a quo grauia & leuia moueantur? diſtinguendum eſt de potentia, quia
quedam eſt eſſentialis, & quedam accidentalis, vt dictum eſt. Potentia eſſentia
lis eſt ad actum primum.i.ad formam, vt intellectus queri ad ſcientam. Eſt alia
potentia accidentalis, & hec eſt ad actum ſecundum, vt dormiens habens ſcien
tiam, eſt in potentia accidentali ad contemplandum. iſta eſt diffinitio habitus,
3. de anima, 18. Et nota, ꝙ prima potentia dicitur eſſentialis, quia eſt ad eſ
ſentiam, & ad formam, ſecunda vero vocatur potentia accidentalis, quia eſt
ad operationem. Et ſcias, ꝙ iſta potentia eſſentialis, vocatur potentia remota,
a Themiſtio.8. phyſi.32. quia eget agente extrahente de potentia actum, po
tentia vero accidentalis quandoque vocatur potentia propinqua, quando
que vocatur potentia remota, & vocatur propinqua, quia eſt ad actum ſecun
dum, & etiam quia non eget agente extrinſeco. vt exeat ad actum, poten
tia enim eſſentialis eget per ſe agente, vt exeat de potentia ad actum (vt di
cit Auer.12.metha.18.&.44.) ſed ignis genitus in actu non dicitur eſſe in po
tentia eſſentiali, ſed accidentali. Et ideo non eget agente per ſe, ſed eget agente
per accidens. potentia eſſentialis vocatur quandoque naturalis, quandoque re
mota. Potentia accidentalis quandoque vocatur potentia violenta; quandoque
vocatur potentia propinqua. & vocatur violenta, quia talis potẽtia eſt propter
violentiam paſſam, quia elementum mouetur de ſe, niſi impediatur ab extrin
ſeco. dicit Auer. & Ariſto. dum queritur, grauia & leuia a quo moueantur?
Iſta queſtio eſt multiplex, vel queritur a quo moueantur de potentia eſſentiali
vel de potentia accidentali. Tunc ponit duas concluſiones prima eſt, ꝙ ſi lo
quamur de potentia eſſentiali, dicitur, ꝙ mouentur a generante, & in tali motu
elementa habent ſolum principium paſsiuum. Et hoc videtur dicere Ariſto.8.
phy.32.& probatur per tex.22.4.de cœlo.& per Aue.in.25.eiuſdem.4.ſi bene
verba eorum ponderentur. Et confirmatur, quia omnis potentia eſſentialis,
educitur ad actum primum per agens educens de potentia actum, ergo elementa
mouentur per ſe a generante. Et iſta eſt ſententia Ariſto. 8. phy.32. Videas
Aue.8.phy.32. ad dimidium, vbi ex ipſo habetur, ꝙ quum fuerit quæſitum, a
quo mouetur elementa? diſtinguendum eſt, ſi enim queſtio erit, a quo mouen
tur de potentia naturali, que potentia naturalis eſt in ſubiecto, ex quo generan
tur elementa, talia mouentur eſſentialiter a generante. Si vero queratur, a quo
mouentur de potentia accidentali? reſpondetur, ꝙ per accidens mouẽtur a re
mouente prohibens, ergo generans eſt id quod eſſentialiter mouet elementa.
Sed oppoſitum videtur dicere Auer.3.cœli.28.vbi habetur, ꝙ elementa exiſti
mãtur eſſe de numero eorum, que mouentur ab extrinſeco, quia mouentur a ge F
nerante, & dicit, quia iſte motus primo debet eſſe a motore, & iſte motus pri
mo non cauſatur a generante, ſed a forma, ideo motor eſſentialis eſt forma ipſi
us elementi. Nam ignis generat ignem, non dat ei motum, niſi mediante for
ma, ideo iſte motus non eſt primo a generante, ſed a forma. Huic oppoſitioni
reſpondent Zimara in queſtione de grauibus & leuibus, ꝙ Auer. imaginatur,
ꝙ quando elementa mouentur de potentia eſſentali, ꝙ iſta potentia eſt in ſubie
cto alio, & in hoc ſubiecto ſunt due preparationes, vna eſt ad formã, & alia ad
motum, & iſte due preparationes in elementis ſunt in eodem ſubiecto. & per
hoc differunt elementa ab animalibus, quia preparatio ad formam animalis eſt
in materia prima preparatio ad operationem, eſt in ſubiecto. & vult, ꝙ iſte pre
parationes elementis non habeant ordinem inter ſe, ſed habeant ordinem cau
ſe, & cauſati, & ordinem nature, ita ꝙ in materia elementi ſimul tempore reci
pitur preparatio ad formam ignis, & preparatio ad motum ſurſum, tamen pri
us natura recipitur, & præparatur materia pro forma, & poſterius materia pro
motu, & hoc propter literam translationis Ariſto.25.4.de cœlo, que dicit di
camus, ꝙ quando ex aqua fit aer, tranſmutatur ad leuitatem, deinde tranſ
mutatur ad motum ſurſum, dicit Auero. ꝙ ly deinde, non dicit ordinem tem
poris, ſed vult dicere ordinem cauſæ & cauſatis ideſt ꝙ prius natura recipit
formam

Potentia eſſentialis quare dicatur.

Oppoſitio.

Reſponſio.

formam & posterius recipit motũ. Dico ergo, ꝙ subiectum prius natura prępa ratur pro forma, secundo pro accidentibus formę. Quo stante respondetur ad contradictionem, ꝙ quando Auer. dicit elementa de potentia essentiali moueri a generante, intelligit respectu formę, quam acquirunt a generãte, ꝙ generans est per se generans, si vero comparemus talem transmutationem de potentia essen tiali quo ad terminum, qui est posterior natura, tunc dicitur, ꝙ iste motus est pri mo a forma ignis generati. Et isto modo intellexit in .3. cœli. 28. quia forma est agens proximum. generans autem est agens remotum. Sed in hoc est du- Dubium.
bium primo quia ipse deuenit ad istam speculationem propter literam deprauatam, quia litera gręca non habet ly deinde. ideo ista opinio est suspecta. secundo est suspecta, propter determinationem Arist. 8. phy. 32. vbi sic cõcludit, quare huiusmodi corpora non habet principium ex se, nisi patiendi, & hoc in suo motu, tunc quęritur ab Auer. vel ista verba intelliguntur de potentia essentiali, vel accidentali? non de potentia accidentali, quia vult Auer. de potentia accidentali, elementa non habere nisi actiuum principium, non autem principium passiuum, vt inferius videbitur. Dices, ꝙ intelliguntur de potentia essentiali, & ratione huius elementa habent principium per se passiuum. Tunc sic, per te elementa de potentia essentiali habent principium per se actiuum; ergo elementa habent de potentia essentiali principium per se actiuum & passiuum. ergo dictum Aristo. est falsum, qui dicit, ꝙ elementa de potentia essentiali non habent principium intrinsecum actiuum. pręterea iste ordo naturæ non videtur aliquid in hac re cooperari. Videas Auer. 2. cap. de substantia orbis, vbi dicit, ꝙ duplex est prioritas, prioritas secundum esse, & secundum tempus, & dicit, ꝙ prioritas temporis est incorruptibilibus; tunc sic. secundum te Auer. elementa simul tempore acquirunt motum, & formam, ergo sicut a generante acquirunt formam, a generante etiam acquirunt motum. videas Prophyrium, vbi dicit ꝙ genus est prius natura differentijs diuisiuis, & hoc probat sic; quia si omnes differentię adhuc essent interemptę, adhuc potest intelligi diffinitio generis, tamen ista prioritas naturæ ponit ne, ꝙ in re sit genus sine differentijs suis? nõ quidem, sed per intellectum. vt dicit Auer. 12. metha. 79. ꝙ intellectus potest separare materiam ab omni forma, quod non potest natura, ergo iste ordo naturæ nihil ponit in re in isto motu. Nos autem quęrimus causas reales istorum effectuum. Vnde non valet argumentum dicendo, ꝙ substantia sit causa accidẽtis, vt orbis est prior natura, quam motus ergo orbis est causa effectiua motus, non valet, sic etiam non valet, forma est prius producta, quã motus, ergo forma est causa motus, non valet. His respondet doctus Zimara, vbi supra. Et ad primum dicit, ꝙ litera sua dicit, id, & excusandus est, propter suum textum, & dato, ꝙ litera non diceret hoc, tamen habemus dicere hoc, de mente Aristo. quia loquendo de generatione, ab vno, vt vnũ, non prouenit, nisi vnum. ergo si plura ab vno proueniant, proueniunt ordine quodam, & ideo generans prius natura dat formam, secundo dat motum, dicitur ergo; quia ista consequentia formam, non sunt ab agente, nisi mediante forma, ideo non sunt a generante immediate, sed mediate, idest mediante forma. Ad aliud respondetur, ꝙ elementa habent principium passiuum, respectu generantis, & non habent principium actiuum, nisi per accidens dicit Auer. & hoc dupliciter exponitur, quia forma illa est mouens per accidens, quia dum mouet, mouetur, bene forma mouet elementũ per accidens, vel dicitur, ꝙ elementa non habent principium actiuum nisi per accidens, idest respectu accidentis, idest motus. Ad hoc respondetur, ꝙ in ęternis reperitur solum ordo naturæ, sed in corruptibilibus stat etiam, ꝙ simul reperitur ordo naturæ, & temporis. Ad aliud dicitur, ꝙ Auer. non vult semper, ꝙ quando sunt duo effectus, ab vna causa, quorum vnus est, prior natura alio, sit ordo causę ad causatum in quolibet genere causę. sed in aliquo genere causę.

In ęternis reperitur solũ ordo naturę

Nam orbis. cum sit prior motu natura, habet causalitatem materialem respectu motus, non autem effectiuam, & hoc sufficit. Oportet videre, a quo elementa moueantur de potentia accidentalem vocamus, potentiam violenta, idest potentiam, quæ non est in elementis, nisi propter violentiam, quam sunt passa.

& ista fundatur in elemento iam genito. Non est dubitatio, ꝙ initiatiue ista po- D tentia reducitur ad actum a remouente prohibens. Nos autem quęrimus de cau sa, quę immediate talem motum producit, & continuate. Respondet Auer. ꝙ talia elementa remoto impedimento, mouentur a suis formis, vt a principijs in trinsecis. Et licet non nulli huius oppositum tenuere, in via Auerr. tamen per multa loca ipsus ostendi potest, ꝙ hec sit mens eius, & consequenter, ꝙ illi ab eius intentione deuij fuerunt. In primis videas Auer. 2. phy. co. 1. vbi dicit, ꝙ est differentia in motu locali, & in motu alterationis, in elementis. Voluerit peripatetici, ꝙ elementa non habeant principium effectiuum suę generationis nec alterationis ab intrinseco. Tamen habent principium effectiuum motus lo calis intrinsecum, nec dici potest, ꝙ ista auctoritas intelligitur de principio pas siuo, quia nulla esset differentia in elementis inter generationem & motum. etiam est locus expressus. 2. phy. 3. vbi Auer. digreditur contra Auic. volen tem diffinitionem naturę posse demonstrari, vbi ait, ipse Auer. ꝙ de corporibus simplicibus nos non dubitamus, ꝙ moueantur ex se, & nō a motore extrinse co, quasi dicat, ꝙ est manifestum ex se, ꝙ non mouentur ab extrinseco. Sed du

Dubitatio.

bium est, Vtrum motor in eis sit alius a moto, pro hoc etiam videas. 4. phy. 71. vbi determinat, ꝙ forma elementi est, quæ mouet, vt. 8. phy. 30. & 32. vbi determinat, ꝙ elementa immediate mouentur a sua forma, dato ꝙ mediate mo ueantur a generante, similiter de potentia accidentali, vt. 1. cœli. 17. vbi diffinit B graue, & leue per motum & quietem. Et Auer. in co. dicit, ꝙ per grauitatem, & leuitatem intelligebat naturam mouentem elementa, dato ꝙ grauitas & le uitas, cōmuniter de accidentali dicātur, ergo vult formas esse causas motus ele mentorum, & ex illo loco trahitur, ꝙ virtus, quæ mouet elementum, est forma substantialis, & non accidentalis. Videas pro hoc Auer. 4. cœli. 2. & vbi Arist. determinat, ꝙ per graue intelligit, quod potest moueri ad medium, & leue a medio, & ponit Auer. documentum, ꝙ Arist. per grauitatem, & leuitatem intel ligit formas, & potentias actiuas, vbi expresse patet, ꝙ quando graue diffinitur per potentiam ad motum, per potentiam, intelligimus potentias actiuas, & non passiuas. Iste locus non potest glosari. & 1. cœli. 81. in duobus locis in eo co. di cit, ꝙ manifestum est per se, ꝙ elementa mouentur ex se, & non ab extrinseco, & inferius in. 89. in principio dicit, quia vna ex propositionibus, in quibus de monstrationes prędictę fundabantur, erat ista, ꝙ elementa mouentur ab intrin secis principijs, ideo Aristo. intendit destruere opinionem eorum dicentium ele menta moueri ab extrinsecis motoribus, vt a cœlo. in cōmentis allegatis inue nies, ꝙ Auer. vult, ꝙ diuersitas in motibus corporum simplicium, non est nisi E propter diuersitatem formarum substantialium mouentium. & 4. cœli. 22. 24. ꝙ forma est, quę mouet, & forma, vt est in materia, mouetur. & hoc ostenditur ex Aristo. 1. cœli, vbi inuestigās deffinitionem corporum simplicium, prępoluit diffinitionē naturę, naturę autem nō est principium, nisi intrinsecum, plures au ctoritates possent adduci, sed hęc sufficiāt. veritatem paucis (vt est possibile) intendimus ostendere. Restat videre, quomodo silicet causetur talis motus a ta

Quomodo causetur talis motus a forma.

li forma? Et scias, ꝙ doctrina Auer. est dispersa, ideo pro ampliori declaratio ne quędam sunt supponenda, deinde declarabitur, quid tenendum. Primum sup ponendum est de mente Aristo. 1. de genera. 53. materię est pati, & moueri, po tentiæ autem alterius est facere, & mouere, vnde potentia, cuius est facere, est forma, potentia vero, cuius est pati, est materia. Secundum supponendum est, ꝙ impossibile est, ꝙ ab vna natura per se proueniat actio, & passio, & hoc potest probari per multas auctoritates Aristo. & Auerro. Tertium suppositum est, ꝙ quum quilibet motus sit successiuus, successio in motu non causatur nisi respe ctu resistentię, vt patet. 4. phy. 71. Ex hoc sequitur, ꝙ vbi non est resistentia, nō est motus. Vltimo ponitur, ꝙ in elementis nō sunt nisi duę substantię, ideo in eis non est nisi forma & materia prima. Videas etiam Auer. 8. phy. 30. vbi ait, ꝙ materia prima nō potest esse, qđ mouetur, quia non pōt esse ens in actu. Istis stantibus, dicitur, ꝙ modus Auer. talis est, imaginatur enim, ꝙ elementum totum mouet pe se, & essentialiter medium, & ad motum medij, mouet se per ac

cidens, Videas.3.cœli. 28. vbi expresſius dicit opinionem ſuam, quã alibi, vbi dicit, ꝙ idem accidit de elementis, vt de nauta in naui, vt nauta mouet nauim, & mouendo nauim per ſe, mouet ſe per accidens, quia ad motum nauis, eodem modo, eſt de elementis. Tota terra mouet aerem, & ad motum aeris mouetur terra deorſum per accidens, & ratio eſt, quę Aurro. induxit ad hoc. quia niſi eſſet medium, elementum non poſſet moueri, dicant alij quicquid velint, quia in motu cum ſit ſucceſsio. ſucceſsio non eſt niſi per reſiſtentiam, & quia elementa non habent reſiſtentiam intrinſecam, quia materia eſt ens in pura potentia, pura autem potentia nulli reſiſtit, materia autem non contrariatur nec formę, nec priuationi. Tu dices, ꝙ forma reſiſtit ſibi hoc eſt falſum, quia nullum reſiſtit ſibi, medium ergo, quod eſt ens in actu, eſt quod reſiſtit ſibi in motu, & non materia prima, hęc eſt intentio Auer, quę multas inſtãtias habet a latinis, quas omnes remouebis, ſi bene verba eius ponderentur, & ſuppoſita pręhabita ideo eas omitto, ſolum aliqua adducam, & ſuas ſolutiones, quia nõ nulli credunt demonſtrare per iſta contra Auer. Gregorius Ariminenſis in .2. ſententiarum diſtin.6.q.1, concluſione, 4. dicit. Auer. tenet, ꝙ elementa de potentia accidentali, habent principium intrinſecum actiuum, quod eſt forma, & elementum per ſe mouet medium, & medium motum per accidens mouet elemẽta, ſicut de nauta in naui. Iſta opinio non poteſt ſtare, & ad mentem Ariſto. Oppoſitum vult

Poſitio Gregorij Ariminenſis.

B probare, eandem ſententiam habet Scotus. 2. ſententiarum diſtin. 2. q. 10. & ait ſi lapis mouetur in aere, dico, ꝙ prius natura mouet ſe, ſecundo mouet aerem. Et arguo ſic, quia licet ſimul tempore lapis moueat ſe, & aerem, probo, ꝙ prius natura moueat ſe, quia motus aeris, dependet a motu lapidis, tanquam a cauſa, quia in.7.phy. probatum eſt, ꝙ omne mouens corporeum, in mouendo mouetur, ſi ergo lapis mouet aerem, neceſſe eſt vt prius natura moueatur. Vnde nõ quia aer mouetur, lapis mouetur ſed econtra, ergo lapis prius natura mouetur a ſe ipſo, deinde mouet aerem, ergo non mouet ſe accidentaliter. Huic argumento aliquibus dimiſsis reſponſionibus, reſpondetur, ꝙ motus aeris dependet a lapide, & dependet etiam ab alio motore mouente lapidem. Si motus aeris comparatur ad lapidem preciſe, moueri aeris, præſupponit moueri lapidis ſed non pręſupponit moueri lapidis preciſe. Videas Auer. 8. phyſi. 27. vbi facit diuiſionem. ꝙ eorum quę mouentur, quędam mouentur ab intrinſeco, & quędam mouentur ab alijs, & in his ponit elementa. Auerro. ponit documentum, quia textus dicit, ꝙ elementa mouentur ab alijs, dicit, & poſuit iſta in numero eorum, quę mouentur ab aliis, quia talia non mouetur ex ſe, niſi cum prius fuerint mota ab alijs, & iſto modo poſſunt gloſari multę auctoritates, quia ſi elementa mouentur de potentia accidentali, non poſſunt moueri ab intrinſeco, niſi prius fuerint mota ab alijs, ſimiliter de potentia eſſentiali, quum ergo tu dicis,

C ꝙ motus aeris ſupponit motum lapidis, ſi compares moueri aeris paſsiuum, ad mouere lapidis actiuum, tunc mouere lapidis actiuum eſt prius natura, ſi vero compares mouere aeris actiuum ad mouere lapidis actiuum, dico, ꝙ in lapide non poteſt eſſe mouere actiuum, quia in lapide nõ eſt motus per ſe. quia non eſt reſiſtentia intrinſeca, ſed fuit motus ab extrinſeco motore, & ideo patet ſolutio ad hoc argumentum, ꝙ motus aeris nõ ſolum eſt ab elemento, ſed eſt ab elemẽto ſimul cum agente extrinſeco mouente elementum, & ideo non valet, ꝙ motus elementi actiuus, ſit prior, quam motus aeris. Sumebat in eodem argumento Doctor, ꝙ videtur eſſe ſimile de motu lapidis in aere, ſicut ſi quis moueret aerem mediante lapide, certum eſt, ꝙ tunc prius moueret lapidem, quam aerem, ergo lapis prius mouetur, ſic eſt in propoſito, lapis cum mouet aerem, prius mouet ſe. Reſpondetur, ꝙ non eſt ſimile, quia lapis non habet omnia ſufficientia ad motum, ad hoc, ꝙ moueat ſe, nam lapis non habet principiũ motus per ſe, quia nõ habet intrinſecam reſiſtentiam, ideo nõ prius mouet ſe, quã moueat aerem. Et ſi dices omne mouens in mouendo mouetur. Dico ꝙ verum eſt, ſed corpora ſimplicia in mouendo, prius mouentur ab extrinſeco, vt dicit Ariſt. 8. phy. 27. Vnde motus aeris pręſupponit, moueri lapidis cauſatum in lapide ab extrinſeco motore. Vnde omne mouẽs in mouẽdo mouẽtur, nõ a ſe ſolũ,

Corpora ſimplicia in mouendo prius mouentur.

ſed etiam ab alio extrinſeco, & etiam conceditur, ꝙ prius natura fuit aliqua mo D
tio paſsiua in lapide, quam in aere, ſed motio actiua non fuit prius in lapide,
quam in aere. & ſic remouetur dubium. Eſt tamen aduertendum, ne decipiaris,
ꝙ motus aeris factus a lapide, non eſt ſimpliciter violentus, quia licet graue
impellat aerem, tamen aer ab intrinſeco mouetur. Vnde videas, 8. phyſi. 82.
&. 3. cœli. 28. vbi habetur, ꝙ elementum non poteſt moueri, niſi in elemen-
to raro, & molli; dicit Auer. ꝙ aer & aqua, quia ſunt elementa rara, & humida,
ideo carent termimo, & recipiunt quandam penetrationem, ſeu condenſatio-
nem. quia portio lapidis impellit portionem aeris, quę recipit quandam conden
ſationem, & illa affert id graue, ſuper aliam portionem aeris, ſicut de naui
quę fertur ab vnda, ſuper aliam vndam. Vnde dicit Auer. ꝙ aer, & aqua, poſt
quam receperunt motum ab extrinſeco, mouentur per principium intrinſecū.
Vnde aer per grauitatem coagit ad motum grauium, & per leuitatem coadiu-
uat ad motum leuium. Et hoc eſt notandum, quia plurimi non viderunt, ꝙ aer,
poſtquam accepit motum ab extrinſeco, ꝙ moueatur ab intrinſeco, ſimiliter
aqua. Sed facit dubium, quia ſi iſte motus ſit motus vehitionis, videtur, ꝙ ſit
violentus, quia Ariſto. 7. phy. ponit motum vehitionis, inter motus violentos.
Reſpondetur, ꝙ ſecundum ꝙ dicit Ariſto. in eo loco, illud quod vehitur, moue
tur per accidens, quia mouetur ratione eius, in quo eſt, & dicit, ꝙ ille qui vehi E
tur mouetur, aut pulſu, aut tractu, aut vertigine. Dico, ꝙ elementum pellitur,
& pellit. Dices; vectio eſt motus violentus. Dico, ꝙ in his quę vehunt, ſic
ſe habent, ꝙ ſi illę, qui vehit, non habet aliam motum, niſi motum, quem reci
pit ab extrinſeco, talis eſt motus violentus. Si vero quod vehit, habet alium
motum naturalem, poſt motum eius quod vehitur, nō eſt ſimpliciter violentus,
iſto modo eſt de motu aeris, qui motus aeris, poſtquam fuit factus ab elemento,
eſt ab intrinſeco ab ipſo aere, ideo nō eſt violētus. Vnde dicit Auer. 28. 3. de cœ
lo, ꝙ elementa nō diuiduntur in duo ex ſe per ſe mouentia, quia nō habent duo
per ſe in actu, ſicut animalia, licet elementa aſsimilentur eis, quę mouentur ex
ſe per ſe, quia elemēta mouētur ab intrinſeco, nec ēt vere cōnumerantur elemē
ta inter ea, quę mouentur ab extrinſeco, quia elemēta mouentur mediāte medio.
Eſt ēt aduertendum, ꝙ ex iſto loco Aue. habetur modus reſpondendi illis, qui
ex aliquibus locis Ariſt. volunt dicere, ꝙ elementa videntur eſſe locanda inter
mota ab extrinſeco. Vnde ſic eſt reſpondendum ſecundum Auer. ſententiā, ꝙ
motus elementorum videtur quaſi eſſe medius inter ea, quæ totaliter mouentur
ab extrinſeco, & ea quę mouentur ab intrinſeco quia quę vere mouentur ex ſe
per ſe, ſunt quę habent principium per ſe mouens, & principium per ſe mo-
tum, & huiuſmodi ſunt animalia, & cœlum, & comparando motus elemento
rum ad talia, ſic motus elementorum non numeratur inter ea, quę mouentur ex
ſe, ſed inter ea, quę mouentur ab extrinſeco, ſic dicit Auer. 4. phy. 71. & 8. F
phy. 27. elementa non mouetur ex ſe, niſi prius fuerint mota ab aliis, & ſic in-
telligit Ariſto. elementa moueri ab extrinſeco, comparando vero elemēta ad
ea; quę totaliter mouentur ab extrinſeco, vt ſic, elementa mouentur ab intrinſe
co, & ſic ceſſant ſua argumenta. Sed adhuc dubitatur; omne per accidens redu
citur ad aliquod per ſe, ſed elementum a remouente prohibens mouetur per ac
cidens initiatiue, ergo reducitur ad aliquod per ſe. Reſpondetur, ꝙ moueri per
accidens elementi de potentia accidentali reducitur ad moueri per ſe medii,
quia mouendo medium eſſentialiter, mouet ſe per accidens. Tu dices; Iſtud
moueri elementi ſi eſt per accidens reſpectu ſui, ergo etiam debet eſſe per ſe re
ſpectu ſui. Dico, ꝙ bene iſte motus debet eſſe per ſe reſpectu alterius, & non a
ſe ipſo, neceſſe eſt, vt ſit per ſe. Poteſt reſponderi, ꝙ moueri per accidens de po-
tentia accidentali, debet reduci ad moueri per ſe de potētia eſſentiali, quia quan
do mouetur de potentia eſſentiali, eſt motum eſſentialiter, & hoc eſt materia, ex
qua elementum generatur. Vnde iſtud, quod vere generatur, eſt materia, Et ſi di
ces; Ariſto. ait, ꝙ materia eſt ęterna. Aduertas, ꝙ motus ſubiectiue eſt in ma
teria, & habet denominare mobile, & ideo materia habet vere generari. Vi
de. 1. phy, 60, vbi Auer, dicit hoc, iſte autem modus loquendi non eſt vſitatus

Reſpōſio ſecundū Aue. ſententiis.

Materia habet vere generari.

quia materia prima est incognita, quę dicitur vere generari, subiectum vero aliorum motuum dicitur generari, quia nota sunt talia, & ideo subiectum in elementis, est quod vere generatur, & tale est materia, in qua est in potentia ipsum motum. Et.8.phy.32. vbi dicit, ꝙ materia est, quę mouetur de potentia essentiali, Illud autem, quod essentialiter mouet, est generans, moueri ergo, & mouere per accidens, de potentia accidentali, reducitur ad mouere, & moueri per se, de potentia essentiali. Et hoc nō inconuenit, quia per se, & per accidens, vnius generis, possunt reduci ad per se alterius generis, vt patet de accidētibus. Et ista est solutio Auer.8.phy.32.& 4.cœli.22. Sed dices, natura non abundat in superfluis, nec deest in necessariis, quare ergo non dedit elementis omnia necessaria pro motu? ergo quare non dedit eis principium passiuum? Respondetur, ꝙ natura (vt sępe dixit Aristo.) non transcendit de extremo, ad extremum sine medio, & quia prima compositio est, qua elementum componitur ex prima materia, & forma, & ista elementa sunt materię aliorum, ideo ista elementa sunt imperfectissima, & ideo fuit necesse, vt essent composita ex prima materia, & forma, quæ possit intendi & remitti, & ideo non dedit eis principium passiuum intrinsecum. Dedit autem eis principium passiuum extrinsecum, & hoc sufficit, quia non est necesse, vt quodlibet principium passiuum sit intrinsecum, sed sufficit, ꝙ sit aut intrinsecum, aut extrinsecum, & ideo elementa non habent principium intrinsecum passiuum, cum sint materię aliorum entium. Restat adhuc difficultas, adducta a Scoto. 2. sententiarum distin.2.q.11. quę difficultas multos vexauit, & quam credunt non nulli concludere. Et talis est. si elementa non habent principium passiuum de se, ergo iste motus non esset naturalis, probatur, quia natura est principium motus & quietis, in quo est, ergo oportet, vt illud, in quo est talis motus, habeat inclinationem ad talem motum, sed ista inclinatio non potest esse nisi a principio passiuo, non autem a principio actiuo ergo &c. Huic respondetur, & dicitur, ꝙ naturalitas in motu non attenditur a principio passiuo, & probatur, quia Aristo.2.phy.4. diuisit naturam in materiam, & formam, Et in.5.metha.tamen dicit, ꝙ prius dicitur de forma, quam de materia. Tunc sic si forma est natura; ergo diffinitio naturę per prius debet conuenire formę, quam materię, ergo diffinitio naturę magis verificatur de principio actiuo, quam passiuo. Nō ergo est verum, ꝙ motus dicatur naturalis solum a principio passiuo, sed etiam actiuo, & hoc confirmat etiam Themistius, qui dicit elementa esse naturalia, a principio actiuo. Et ideo diffinitio naturę verificatur de principio actiuo, & passiuo, sed prius de actiuo quā de passiuo. Ideo dicit Auerro. ꝙ principium in deffinitione naturę sumitur æquiuoce idest analogice, quia aliqui sunt motus naturales ex principio actiuo, aliqui autem ex principo passiuo, Et ideo argumentum non concludit, si bene timetur. Quod motus sit naturalis a principio passiuo dicant alii quidquid velint, Tamen pro complemento huius materiæ est aduertendum, quod facit difficultatem in hac materia, est quia Auerr. vario modo loquitur, quia quandoque videtur dicere elementa moueri per se, aliquando per accidens. Vide.1. cœli.89.&.91. vbi dicit, ꝙ vna ex demonstrationibus Aristo. fundatur in hoc, ꝙ elementa mouentur ex se per se. & . 4. cœli.22.&.3. cœli.28. dicit, ꝙ mouentur per accidens. Omnes istas contradictiones vna distinctione possumus soluare. iste terminus per se, quandoque sumitur pro immediate, aliquando per se accipitur pro vt distinguitur contra per accidens. Hoc stante dicitur ꝙ quādo Auer. dicit, elementa moueri per se ab intrinseco, intelligit immediate, ista est glosa Aue. 3. cœli.28. vbi dicit, quia iste motus fit a forma immediate, ideo dicitur moueri per se, quandoque sumitur moueri per se, pro vt distinguitur cōtra per accidens, & vt sic elemēta mouentur per accidens, quia nō habent duo principia, quorum vnum sit per se mouens, & aliud per se motum, & ideo vocantur mota per accidens, quia quod mouetur per se, est medium, & mouendo mediū mouet se per accidens, Auer. autem sic loquutus est in habendo modicā solicitudinem de nominibus. Vnde breuiter opinio Auer. est talis, ꝙ elementa de potentia essentiali habent principium passiuum intrinsecum, & principium

Difficultas adducta a Scoto.

Per se dupliciter sumit.

actiuum extrinsecum, quantum ad actum primum, quia generans est, quod immediate educit formam de potentia materię. respectu autem motus localis talis motus per se causatur a forma, elementi immediate, mediate vero a generante. Si autem loquamur de motu elementorum de potentia accidentali, sic initiatiue causatur motus a remouente prohibens, sed immediate & effectiue causatur a forma, & per se mouet medium, per accidens autem mouetur a medio. Et forma est, quæ per se effectiue mouet illum motum. locus autem in motu elementi concurrit, vt causa finalis. cœlum etiam concurrit remota. Multa alia possem adducere ad probandum istam opinionem, & ad impugnandas oppositas. Sed quia intentio fuit solum mentem Aristo. breuiter secundum intentionem Auer. ostendere, ideo mentem eorum posui, & solum illam declarantia. Si plura argumenta ex vtraque parte cupis videre, videas.q.de graui & leui doctissimi Zimarę ex cuius mente ibi. quę hic dicta sunt accepta fuere. Hęc sufficiant.

Locus concurrit vt cã finalis.

Scdo physi. tex.4.

Quinta contradictio est in tex.4. Aristot.enim declarans quæ sunt naturata, dicit ꝙ sunt quæcunque naturam habent, & hæc omnia sunt substantiæ. reddens autem causam huius asserit, quia subiectũ est quoddam, & in subiecto est natura semper. quasi dicat natura non est nisi subiectum, & forma, quæ est in subiecto, & talia sunt substãtiæ, & ideo composita naturata ex naturis, quę sunt substantię, sunt substantię. Ista est vera illius loci expositio. non enim potest legi, vt hęc omnia Arist. asserat esse substantias, videlicet subiectũ, quod est materia, et id quod est in subiecto, quod est forma. quia ex primo cœli & mun. tex. cõ. secundi, duos ambos dicimus, & ambos duos, omnes vero non dicimus. Pro illo tamẽ dicto in expositione tex. & sunt hęc omnia substantia, Cõm. refert ly hęc omnia ad naturam, & ad habens naturã. Et si dicitur ꝙ ly omne, nõ dicitur de duobus, sed de tribus, modo natura & habens naturã sunt duo: Soluitur ꝙ natura claudit duo, materiã & formã, & habens naturam est tertium, ista enim denominatio ad numerum ternarium spectat. Sed tunc scd̃m istam Philosophi sententiã, forma dicitur esse in subiecto. Huius aũt oppositũ legitur in prędicamentis, vbi dicitur propriũ esse substantię in subiecto non esse / Nisi esset vt inquit Alex. ꝙ sermo Philosophi in prædicamẽtis intelligit de substantia cõposita ex materia & forma, & nõ de forma, quę est substantia simplex. Aut aliter. nõ intellexit Arist. in hoc loco esse in subiecto proprię dictũ, sicut sumpsit in prędicamẽtis, sed large, videlicet id, qd̃ ad hoc vt sit indiget aliquo subiecto. Et hoc et adnotat Cõm. in pręsenti loco, ꝙ forma est in subiecto, quod substentatur per illam, non quia est in subiecto, per quod substentatur, sicut accidentia. Vbi Commentator dat pulchram differentiam, ex qua intelligi potest ꝙ esse in subiecto ęquiuoce dicitur de formis substãtialibus & de accidentibus, nã forma substantialis est in subiecto, idest in prima materia, quæ substentatur, idest quę est in actu per ipsam. quia materia nõ est in actu seu in effectu, nisi ꝑ formã, nec sine forma potest existere, vt deducit Commen. 2. physic. cõmen. 12. sed accidentia sunt in subiecto existentia, a quo sumunt actualem existẽtiam, dicit. n. Philosophus in prędicamentis, ꝙ destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere. Alia ẽt differentiam innuit Cõmen. in. 2. de aĩa cõmen. 4. quæ est causa istius. nam subiectum formę substantialis scd̃m qd̃ est subiectum, est ens in potentia, & subiectũ formę accidẽtalis est ens in actu. Ex hoc. n. sequitur vt subiectum formæ substantialis substentetur per suam formam, & forma accidentalis substentetur per suum subiectum, quod est causa eius, sicut materia. 4. metaphy. commen. 2. quia tale est ens in actu.

Solutio.

Secũdo physic. tex. 6.

Sexta contradictio est in tex. 6 Dicit Aristo. ꝙ cæcus de nominibus disputans de nominibus rõnem habebit, nihil tamen intelliget. & consimilẽ sentẽtiã habet in. 1. posteriorum analyticorum in illo ca. Planum aũt, quoniam deficiente aliquo sensu, necesse est sciẽtiam illius sensibilis deficere. Sed huius oppositum habet Themistius in. 2. de animã. in expositione tex. cõ. 155. vbi Aristot. ponit differentiã inter imaginationem & sensum. nã cæci imaginantur colores, licet non sentiant illos. & si habent imaginem de coloribus, possunt igitur habere scientiam, quia intellectio immediate dependet ab imaginatione: sunt enim intel

ista vniuersalia colligata cum intentionibus imaginatis, vt dicit Cõmenta.3.
de anima cõ.30. ibi enim dicitur in tex. ꝙ phantasmata apud intellectum sunt,
vt sensibilia apud sensum. Propterea visum est quibusdã cęcum, licet nõ posfsit — Solutio quorundam.
habere scientiã de coloribus per inuẽtionem, vt qui a natiuitate cęcus existit,
posse tamen habere scientiã per doctrinam & per auditũ. & in hac sentẽtia est
Paulus Venetus, & aliqui Moderniores. Sed ista opinio est contra Arist. quia
imaginatio est motus factus a sensu scdm actum, cum aũt proprius sensus colo
ris sit visus & non auditus, quia auditus non iudicat de colore, nec visus de so
no, nisi per accidens. &, 2. de anima tex. cõ. 134. & Themistius ibidem sensibi
le per accidens non mouet sensum, nec imprimit suam speciem in sensum, & ita
per auditum non potest generari species coloris in imaginatione, & per conse
quens neq; intellectus potest habere speciem coloris. Amplius ista positio de
struit iudicium Aristote. in pręsenti loco, qui asserit cęcum de coloribus dispu
tantẽ de nudis nominibus habere rationẽ, sed non habere cõceptũ rei, quę apta
est significari, & ideo dicit ipsum nihil intelligere. Et ideo assero ex mẽte Ari. — Solutio propria.
cęcum a natiuitate non solum non sentire, nec posse sentire, immo neq; imagina
ri colorem, ita ꝙ habeat coloris speciem, & sic neq; colorem potest intelligere
per speciem, licet posfsit habere quandam cognitionem negatiuam, vt videlicet
ꝙ est res quædam, quę neque auditu per se percipitur, neque tactu, nec gustu,
nec olfactu, sed posituam nequaquã. nec de tali cæco intelligitur dictum Themi-
stii, sed de illo, qui ex tempore obcęcatus est, & non a generatione.

Septima contradictio est in cõm.10. ibi enim dicit formam esse comprehensi- — Secũdo physic.cõ.10.
bilem intellectu. & hoc idem ipse sentit in primo cœli cõmen.92. vbi habet for
mam esse subiectum vniuersalitatis, & per consequens intelligbilitatis. Huius
oppositũ inuenimus ab ipso in.2. de anima.cõ. 2. vbi videtur velle formã
sensu comprehendi. Ad hoc dicendum puto cum Auer.12.meta.cõ. 14. ꝙ for- — Solo prima.
ma non comprehenditur scdm se a sensu, sed secundum suam actionem, & ideo
non comprehenditur ipsa nisi ab intellectu, quando igitur dixit hoc, & 1. cœli
ab intellectu comprehendi formam, hoc est intelligendum de ipsa forma in se,
quando dixit eam sensu comprehendi, hoc est quantum ad suam actionem.
Et si sic soluamus, tunc restat maius dubium. quia secundum Auerro. 2. de aïa.
cõ.63. sensus hominis, & pręcipue virtus cogitatiua cognoscit intentiones in
diuiduales omnium decem pręmdicamentorum, & per consequens ipsa forma sub
stantialis cognoscitur a sensu, nedum in sua operatione, verum ẽt in seipsa. Dica — Secunda.
mus ergo aliter cũ ipso, primo meta. cõ.27. vbi dicit ꝙ sensibilia habent duos
modos comprehensionis modum, qui non est scientia eorum, sed imago, & mo
dum qui est scientia eorum, & est intellecta vniuersalia. Vnde solutio consistit
in hoc: sensibilia ista particulariter concepta, & formę ipsorum vt sic, a sensu cõ
prehenduntur, & pręcipue a sensu hominis, qui est virtus cogitatiua: sed sensibilia
& sic formę vniuersaliter conceptę a solo intellectu concipiuntur, & hoc
intellexit cõ.10. dum dixit ꝙ per rationem intellexit definitionem. & dixit
ꝙ ipsa forma comprehenditur per intellectum, ecce quomodo sumitur ibi
forma pro forma vniuersali, quę definitionem constituit. Vnde Commentator
ipsum vniuersale formam appellat. & intelligere formare per intellectum.
Octaua contradi. est in tex.12. Aristo. ibi in tex. videtur dicere ꝙ forma — Secũdo physic.tex.12.
naturalis, quæ nõ est separabilis a materia scdm esse, sed scdm rõnem. Huius
oppositum legimus ab ipso. 2. phy. tex. cõ. 26. vbi dicit ꝙ materia & forma
dicuntur relatiue, & per consequẽs vnum non potest intelligi sine alio. Amplius
in cõ. 4. physicę auscultationis cõ.16. scribit ꝙ scire quiditates vltimorum
corporũ difficile est, & scire materiam absque forma, aut formam sine ma
teria impossibile est. Quod si dicatur, vt dicit Cõ. ibi ꝙ debet intelligi scdm defini-
tionem, nõ scdm esse, qa põt definiri sine materia, licet nõ posfsit esse sine materia.
Hoc certam stare non põt. quia 1. de aïa cõ.15. qui in definitonibus naturalibus
dimittit materiam, videtur demittere aliquod non necessarium, sed non est ita,
quia forma debet sumi in dispositionibus, in quibus existit. Amplius videmus
Aristo. in definitione aïę ponere corpus, & ita de alijs formis naturalibus dicẽdũ

Solutio, est. Soluitur. dicit Alexan. ꝙ modus abstrahendi mathematicus in multis defe D
uit sciẽ Naturali. Et dat exemplum in principio libri Priorum in casu nostr:,
puta qñ Naturalis per intellectum abstrahit formã a materia, quę tamẽ scdm e
se est in materia. in hoc. n. imitatur Geometram, qui lineam existentem in mate-
ria sensibili abstrahit a materia sensibili, similiter quando abstrahit prędicamẽ
tum substantię ab alijs prędicamentis, & in multis alijs casibus. Vnde scire de-
bes ꝙ licet Arist. distinxerit in. 6. primę philosophiæ scientias speculatiuas pe-
nes triplicem modum definiendi, tamen modus abstrahendi scdm rõnem in plu-
ribus inuenitur cois in his duabus scientijs, vt dicit pręfactus doctor. & est di
ctum aureum & magni momenti: soluit. n. multas arduas difficultates in philo-
sophia. Et istum modũ dicendi latenter innuit Aristo. in 1. de aia in tex. cõ. 13.
vbi scribit ꝙ si anima nõ habuerit aliquã operationẽ sibi propriã, scdm q̃ pos-
sit esse separata scdm esse a corpore, tunc erit de illa, sicut est de recto, cui mul
ta contingũt, inquantũ rectũ est, quę non contingere sibi possunt, vt est in corpo
re sensibili: & sicut est de sphęra, & plano, q̃ scdm rõnem mathematicã & ima-
ginariã contangit planum in puncto, cum tamen naturaliter hoc fieri, nequeat,
quia omnis contactus naturalis est diuisibilis, quia corpora coniunguntur in su-
perficie. ibi. n. Arist. voluit dare intelligere ꝙ aia in illo casu solũ scdm rõnem
posset abstrahi a corpore, nõ scdm esse, sicut sunt entia mathematica. Et ideo B
respondetur ad formam contradictionis. Pro quo aduerte ꝙ vt scribit Comm
in. 12. primę philosophię, cõ. 39. intellectus est maioris virtutis, quã sit natura,
potest enim aliqua diuidere quę natura non potest. sicut diuidit materiam a for-
ma, quod non potest fieri per naturam, materia enim per intellectum potest ap-
prehendi in secunda notione post illã, quam habuit Naturalis, scdm quam co-
gnita est per analogiam ad formam per priuationem omnium formarũ, & ista
consyderatio pertinet ad Diuinum, vt scribit Commen. 12. meta. cõ. 14. materia
enim negatione cognoscitur, vt patet. 10. meta. tex. cõ. 22. Et si intellectus po-
test abstrahere materiam a forma, multo magis poterit formam abstrahere a
materia. quia vt scribit Ari. in. 7. primę philosophię in tex, cõ. 8. forma est ma-
gis separabilis. Et rõ est, quia vt dicit Commen, 2. phy. cõ. 26 materia est pro-
pter formã, & forma non est propter materiam. & est sententia etiam Philoso-
phi in 2, phy. text. commen. 91. vbi habet ꝙ forma est causa materię, sed non
econtra. Et quod dicitur, ꝙ sunt ad aliquid, soluitur ꝙ sunt secundum dici, &
non secundum esse, licet physice loquendo dici posſit ꝙ materia refertur ad
formam relatione reali, cum sit propter formam, forma autem ad materiã aut
non refertur, aut si refertur, refertur relatione rationis, sicut est de potentia &
actu. scribit enim Comm. in. 12. primę philosophię. cõ. 37. ꝙ potentia refertur
ad actum, sed actus non refertur ad potentiam, & est sententia Philosophi in. 9.
primę philosophię in tex. cõ. 13. potentia aũt reducitur ad materiã, & actus ad
formam, vt scribit. Cõ. 12. meta. cõ. 26. Dic igitur ꝙ licet, quando Naturalis de-
finit formam Naturalem, cum definitio deqeat complete & distincte declarare
naturam definiti, non põt sine materia eam definire, vt notat Comm. in primo
de anima cõ. 16. potest tamen abstrahere in prima intellectus operatione for-
mam a materia, pro quanto potest intelligere formam, non intelligendo mate-
riam. hoc enim abstrahere hoc ab hoc, videlicet intelligere prius non intelle-
cto posteriori, sicut est de linea. in plus enim abstrahere quam definire, vt pa-
tet. Scdm aũt sñiam Auer. forma est separabilis a materia scdm definitionem,
non scdm esse. quia alia est formę definitio, & alia materię, eo mõ, quo talia de-
finitiones habere dicuntur. sed non possunt separari in esse, quia materia non
potest existere sine forma, neq; forma potest existere extra materiã. Noluit
Commen. dicere formam separari definitione a materia, quia sine materia defi-
niri posſit, sed modo, quo diximus.

Secũdo phy sio. cõ. 18. Nona contradi. est in cõ. 18. vbi d, Astrologiam abstrahere a motu. Huius cõ
oppositum videtur dicere 1. me. c. 19. Nisi esset ꝙ Astrologus abstrahit a motu,
pro quanto nõ consyderat, & demonstrat per mediũ sensibile, sicut demonstrat
Solutio, Naturalis, immo formale mediũ in consyderatione Astrologica est mathemati

A cum,bene tñ confyderat motũ in rõne materię, nõ in rõne formę .cõfyderat.n. motus corporũ cœlestiũ scdm sui quantitatẽ, & scdm velocitatem & tarditatẽ,& scdm proportionalitatẽ . quã habent adinuicem . & patet ꝙ oẽs isti modi sunt mathematici.formale igitur in Astrologia est mathematicũ , sed materiale est naturale.& ideo recte dixit Cõ.1.meta.cõ.19. &.2.cœli. cõ.57.me.cõ.44. ꝙ Astrologus cõsyderat corpora cœlestia , q̃ sunt substantia eius, non tamen consyderat ea,secundum ꝙ sunt mota.& sic sedatur contradictio, sicut vides.

Decima contradi.est in tex.19.Arist.contra ponentes ideas inquit ꝙ ipsi ea quę non sunt separata scdm rõnem a materia,faciũt esse separata scdm rõnẽ.et latet eos hoc contingens,quia ipsi formas materiales ponunt esse separatas secundum esse a materia.sed vt dicit Commen.in.cõ.quę sunt separata scdm esse possunt se parari & rõne, & non conuertitur.Them. ẽt.2.phy.26.d. ꝙ formę materiales possunt quandoq; a materia cogitatione atq; animo eximi, sed non actu,aut subsistentia. Sed obuiabam per dictum Aristot.in.2.physi.tex. cõ. 12. vbi definiens naturam,quę est forma,dixit eam scdm rem non esse separabilẽ, sed secundum rationem.& Themistius ibi exponens inquit . formã poro dicimus nõ re ipsa,sed ratione abiungi.& ita Arist.patitur easdem angustias,quas patitur Plato. Nisi esset ꝙ, vt d. Alexander,Naturalis in abstrahendo formas B materiales a materia vtitur mathematica abstractione,& nõ naturali,sed apud Platonẽ sequitur ꝙ ẽt Naturalis posset definire sine materia . quia quicquid est separatum in esse,põt ẽt definiri sine eo. hoc autem est impossibile,quia Naturalis definit per materiam 1.de anima.16.&.2.phy.vltimo Definitiones naturales,vt naturales,oẽs concernunt materiã,aut a parte,aut consecutiue .

Secũdo physic,tex.19.

Solutio.

Vndecima contradi.est in tex.25.Arist.& Commen.videntur velle ꝙ in artibus artifices,qui solam habent cognitionem,sunt pręstantiores artibus operãtibus,vnde Commen.in commen.d.ꝙ Geometria operationum non facit materiã neq; formam,licet vtrunq; cognoscat, & pręcipiat alijs vtentibus seu operantibus.Ex aduerso autem est authoritas Philosophi in.2.ethic.ca.4.vbi habet ꝙ in virtutibus ipsum scire parum est,aut nihil . Et confirmatur,quia tales sunt propter op us,tanquam propter finem.& per consequens artes quę operãtur,sunt nobiliores & honorabiliores artibus solam cognitionem habentibus .

Secũdo physic,tex.25.

Soluitur secundum Peripateticos cognoscere simpliciter & absolute honorabilius & pręciosius est ipsa praxi seu operatione . Cuius ratio est.quia praxis ad aliud & non sui gratia expetitur, sicut cognitio,cuius argumento est,vt notat Alexa.in principio primę philosophię ꝙ actus maxime expetibiles & praxes a nobis sunt.quęcunque sunt a virtutibus, & tamen tales non propter se, sed aliud relationem habent,puta ad passiones & affectus ordinatę . Cuius argumento est ꝙ in animalibus diuinis non sunt huiusmodi virtutes morales. nõ indigent enim,cum sint impassibiles, vt testatur ẽt Arist.in.10.ethi cap.10.sed nos,qui natura sumus affectibus & passionibus obnoxij,indigemus illis.vnde etiam in factiuis cognitio pręfertur operationi . nam artes architectonicę sunt honorabiliores artibus operatiuis.Et ista est snĩa Philosophi ẽt proęmio primę philosophię,quicquid senserit Scotus & sequeces eius in hoc. Ad saluandã aũt cõtradictionẽ scire debes,vt notat Philosophus in.2.ethi.in illomet cap.ꝙ differentia est inter artes & virtutes.Nam quę ab arte procedunt in se laudem habent,quare sufficit illa ita existere. sed quę a virtute ita proficiscuntur, non satis est si ipsa iuste quodammodo se habent , & modeste agantur : sed si agens ta egerit,primo si sciens,secundo si eligens,& eligens propter ipsa.tertio si certo immobili iudicio agat.ad cęteras vero artes habendas nihil horum requiritur pręterquã scia,& ipsa est rõ diuersitatis,sicut vides.Amplius aũt scire debes ꝙ differentia est inter vtile & honorabile,vt colligitur ex proęmio me.et ideo snĩa Philosophi & Alex.fuit artes cognoscentes esse principaliores scdm dignitatẽ et honorẽ,licet scdm vtilitatẽ forte oppositũ cõtingat. vnde Philosophus ẽt de scia Diuina scribit,ꝙ necessariores qdẽ hac oẽs, dignior vero nulla.

Solutio.

Duodecima contradi. est in cõ.26. vbi d.considerationem quiditatiuam esse vsq; ad formã hoĩs vltimam,quę est media inter formas materiales & abstra

Secũdo physic.cõ,26.

ctus, ex quo patet dari aliquã naturã mediam inter naturam abstractã & materialem. Huius tñ oppositum scribit ipse, 1. meta. cõ, 39, vbi d. ꝙ notũ est per se ꝙ nulla natura est media inter abstractũ & materiale. ad hoc dicimus medium duplex esse, videlicet per abnegationẽ extremorum. & sic d. Cõ. 1. meta. nullam esse naturam in effectu, quę nec sit materialis, nec abstracta. sicut videtur sequi contra Antiquos, cõtra quos inuenit ibi Philosophus & cõ Aliud autẽ est medium scđm comparationem, vel participationẽ proprietatum ipsorũ extremorũ & sic dicimus de intentione Auerro. elementa media esse inter substantiã & accidens. sic etiam verificatur dictũ eius hic, ꝙ intellectiua, quę est forma hominis vltima, est media inter abstracta & materia, quia pro quanto in sua operatione dependet a phantasmatibus, sic cũ materialibus cõuenit pro quanto vero non est forma educta de potentia materiæ. & habet, aliquã sibi operationẽ propriam in se consyderata, in qua nõ dependet a corpore scđm ipsum, 3. de anima, cõ. 20. sic cũ abstractis dicitur cõuenire, Et hoc forte voluit dicere Themistius super, 1. phy. ad principiũ. ꝙ scientia de anima est Mathematica & media. est enim mathematica opposito modo, quo sunt Mathematica, quia talia secundum esse sunt in materia, sed scđm cõsyderationẽ a materia abstrahunt, scientia vero de anima, & pręcipue quo ad istam partem, in qua agitur de anima intellectiua est de obiecto scđm esse abstracto a materia, non autẽ scđm consyderationẽ, cum ẽt anima intellectiua ibi consyderetur vt actus corporis. Dicamus igitur nihil prohibere scđm consyderationẽ dari medium inter abstractũ & materiale: sed bene secundum esse inconueniẽs est aliquid esse quod non sit neque hoc, neque illud. Et ita hęc potest esse secunda solutio, vel ex duabus fiat vna.

Solutio.

*

Vtrum finis sit nobilior hijs quę sũt ad finem.

Aristo. 2. de physic. auditu. 31. ait quod autem est cuius causa potissimũ est & finis alterum voluit esse. Ex quibus sumitur, finem nobiliorem esse hijs quę sunt ad finem. Et hoc etiam ibi Auer. Hoc etiam habetur ab Aristo. 2. metha. 8. 5, metha. 3. &. 2. phy. 23. Oppositum huius habetur ab Auer, 2. phy. 4. vbi habet, quod compositum est ignobilius forma. Et quod causa rei est nobilior causato, Compositum vero esse finem ipsus formę, & materię, patet, per ipsum Auer. 2. de anima. 37. vbi ait, dicimus enim quod anima, & corpus, vtrunque non sunt nisi propter animatum. Et sic habetur, quod finis non est nobilior hijs quę sunt ad finem Ad hoc respondetur quod duplex est finis, vt habetur ab Aristo. in. 2. phy. 24. &. 2. de anima. 37. & ab ipso Auer. in dictis locis videlicet finis cuius, & finis cui. finis cuius, est vt forma & est finis materię. finis cui est, vt homo qui est finis creatarũ rerum propter ipsum. Et vt habetur ab ipso Auer. 2. de anima Com. allegato corpus animatum seu compositum ex anima & corpore respectu animę, & corporis, est finis cui, & non finis cuius. Hoc stante ad contradictionem dico quod proposito Aristo. in. 2 phy. loco allegatus intelligitur de fine cuius, & non est vniuersaliter vera de fine cui & cũ dubium tollitur.

Finis duplex, videlicet, cuius & cui.

Secũdo physic, tex, 31.

Deccima tertia contradictio est in tex. 31. Aristo. videtur velle hic propositiones esse materiam conclusionis. Sed huis oppositum habetur infra in hoc secundo in tex. commen. 89. vbi habet quod propositiones cum conclusione se habent sicut finis cum his, quæ sunt ante finem. finis autem & materia non coincidunt, vt patet in. 2. phy. in tex. commen. 70. Amplius pręmissę videntur esse causa efficiens conclusionis, dicit enim Linconiensis in primo posterio. quod notitia pręmissarum videtur gignere notitiam conclusionis in anima. Amplius Auic. in. 6. suę meta. ca. 4. d. Iam autem posuerunt quidam propositiones similiter materiam conclusionis, & est error: immo propositiones sunt materia figurę syllogismi. conclusio vero non est forma propositionum, sed est quoddam quod consequitur ex illis, cum propositiones efficiant eam in anima. vbi manifeste Auicen. videtur reprehendere Aristo. in hac sententia. Simplicius in pręsenti loco, animaduertens super hoc, dixit propositiones respectu totius syllogismi esse materiam, sed respectu conclusionis esse causam efficientem. & redit in opinionem Auic. sed non saluat tex. quia textus d. suppositiones esse, sicut ex quo respectu conclusionis, & non respectu syllogismi, Dicamus igitur ꝙ

A propositiones quodammodo sunt materia, quodammodo efficiens, & quodammodo finis, nam ista verificantur respectu diuersorum respectu conclusionis. Nā respectu extremitatum, quę sunt dispersę pręmissis, sunt materia conclusionis, & sunt materia compositionis tantum, & conclusio, in qua est vnio, & compositio extremitatum, est forma compositionis respectu earum. Ratione termini medii, virtute cuius infertur conclusio, sic habent quodammodo rationem causę efficientis, quia mediū est causa in inferendo, & entiam in demonstratiuis in essendo cōclusionis, saltē instrumentalis. Pręmisse vero in doctrinis in propria forma respectu cōclusionis, se habent sicut finis cū his, quę sunt ante finē. nā sicut ex fine sequunt̄ ea, quę sunt ante finē, & nō econtra, sic in doctrinis veritas pręmissarū infert necessario veritatē conclusionis, & nō contra. & sicut destructio finis infert destructionē eorum, quae sunt ante finem, sic destructio conclusionis infert destructionem præmissarum, quia, si conclusio non est vera nec præmissę sunt verę. Et ideo ad hæc forte pręfatus Simplicius dixit in secunda solutione quod forte aliquo modo pręmissę sunt in cōclusione, sed nō declarauit distincte. Non inconuenit ergo respectu diuersorum idem posse dici materiam efficiens, & finem respectu eiusdem, quia hoc est secundum diuersa, & secundum diuersos modos consyderandi. Solutio.

B Decima quarta contradictio est in tex.33. Arist. ibi innuit quod causarum per accidens quędam sunt propinquiores, quędam remotiores alijs, Sed huius oppositum habetur ex.2.physi.tex.cō.50. vbi Arist. ponit differentiam inter causas per se & per accidens, dicens causam p se esse finitā, sed causa per accidens est in infinita, sed in infinitis nō est accipere, neq; primū neque vltimum, vt patet. 2.meta.tex.cō.6. & per consequens non est ibi neq; propinquū neq; remotum. Scđo physi. tex.33.

Soluitur, & est dictum Themisti. & Simplicij in.2.phy.in expositione tex.cō. 51. vbi scđm Simpliciū Arist. videtur hanc dubitationē inducere, & eius solutio ni omisit, inquit.n. tum etiā in quibusdam dubitabit aliquis nunqd contingenter stant causę fortunę, i. eius quod est a fortuna, vt sit in terris spiritus aut ęstas, sed nō depilari vt santitatis, sunt enim causarum per accidens, aliæ alijs propinquiores, vnde dubitatio consistit contra. id ꝙ Arist. ibi predixerat tex.cō.53. ꝙ eius quod est a fortuna sunt causę infinitę. Sed tūc est dubitatio quia cū fortuna sit causa per accidens, & in talibus sit propinquū & remotū, non videtur quod sint infinitæ causæ quia in illis non est propinquū. Themistius autem & Simplicius soluunt ꝙ causæ per accidens si actu summātur & vicissim comparentur, potest discerni quę sunt propinquę & remotę, sed absolute nō potest, quia sunt infinitę vt sic. Sed tunc est difficultas. quoniā, si causę per accidens infinitę sunt constitui actu non possunt & sic inuicē comparari, cum infinitū non detur, nec cōstitui potest in actu, vt patet.3.phy. Nisi esset quod sunt in potentia finitę, & quales possunt determinari ad actum per comparationē ad causam per se sicut licet causę per accidens domus sunt infinitę absolutę cōsyderatę, & sic in eis nō posset discerni quę sint propinquæ, & quę remotę. si autem comparētur ad causam per se, quę est ędifficatiua, sic musica est causa p accidens magis propinqua quam albedo, & Polycletus est causa per accidens magis propinqua quam homo, & homo magis quam animal. & eodem modo patet solutio, quomodo fortuna cum sit causa per accidēs, & per consequens infinita cognosci potest, cū infinitū sit ignotum, & tunc opus est eadē distinctione, quā Themistius adduxit Solutio.

Decima quinta contradictio est in tex.64. Dicit Arist. pones differentiam inter id quod est a casu, & a fortuna, quod in his, quæ natura fine, non dicitur aliqua a fortuna fieri, si extra naturā fiat, sed magis a casu. & subdit quod differūt, quoniam huius causa est extra, illius vero intra: ita ꝙ videtur dicere id quod est a casu habere causam intra sed id quod a fortuna habere causam extra. & isto modo exponit diuus Thomas locum illud. Sed huius oppositum inuenimus in eodē 2.phy. in tex.cō.61. vbi Ari. tam id, quod est a casu ꝙ̄ id quod est a fortuna dicit habere causam extra. Ad hoc dicimus sine dubio omnium Grecorum, vt Alexan. Themi. Simpli. hanc fuisse sententiam, ꝙ ambo in hoc cōueniunt, quod non habent causam intra, vnde dicunt in, 60, tex, ꝙ licet tripes cadens, quęrēs Scđo physi. tex.64. Solutio.

suum locum, cadat sub tali situ sub quod potest esse aptus sessioni, & hoc a casu esse dicatur, si autem corpus cubum cadere vt esset aptum sessioni a casu non esset, quando quidem intra se talem retinet figuram, quod qualitercūque cadat semper est sessioni aptum. Vnde sine dubio diuus Thomas non bene interpretatus est locum illum ideo secundum Simplicij expositionem Aristo. ibi notat differētiam inter formam & casum, quia in his, quę a natura fiunt, non tamē secundum naturam, i. secundum naturalem ordinem talia nullo pacto a fortuna esse dicuntur, quia fortuna est in his quibus est propositum seu electio, sed magis dicuntur a casu fieri. non autem dixit simpliciter talia a casu esse, sed dixit magis possunt dici a casu quā a fortuna, propterea quia fortuna solum vbi est electio esse potest, sed casus potest esse in rebus carentibus electione. Ne tamen aliquis suspicaretur talia vere & proprie a casu esse, & nō a natura, ideo posuit differentiam & dixit. Et autem & hoc alterū, vbi Cō. dicit quod est hic alius modus naturę. nā proprie loquendo monstra, a natura esse dicuntur, sed est alius modus naturæ a modo consueto & ordinato, & talia, cum sint a natura, aliquo modo differunt ab his, quę vere & proprie dicuntur a casu fieri, quia quę vere & proprie dicuntur a casu fieri dicuntur. horum causa est extrinseca, vt casus tripedis, ita quod sit sedes, aut salus equi fugiētis propter sitim, qui a casu saluatus est. sed talium monstrarum causa est intra. quia proueniunt ex materia, vel propter superabundationem, vel propter defectum materię, vel propter malam complexionem eiusdem. vbi pondera illud dictū Cōmen. quia dicit imum esse aliū modum naturæ. Pro quod debes scire vt scribit Alex. & Them. & Simplicius in. 2. phy. in tex. cō. 5. differentia magna est inter esse a natura & esse scdm naturam, esse non solum ea dicuntur, quę secundum debitum naturæ ordinem & naturalem institutionem fiunt, verum etiam & monstra & priuationes, atque defectus a natura esse dicuntur, sed secundum naturam solum illa fieri & esse dicuntur, quęcunque secundum naturalem ordinem fiunt. & ideo bene dicit Cōmen. quod talia, quę pręter natura fiunt, sunt collocata sub alio modo naturę, quam suple sunt entia perfecta, quæ secundumn naturę ordinem & intētionem proueniunt. vnde talia secundum Peripateticos pręter naturam aut preter fatum euenire dicuntur, sicut quę secundum naturalem ordinem in sunt, fiunt secundū naturam, & secundum fatum fieri dicuntur, cum fatū & natura idē significet apud Peripateticos, vt bene notauit Alex. in tracta. de fato & elicitur ex sententia Arist. 4. phisi. ī tex. cō. 57. vt amplius notaui ī speciali quæstione mea de fato.

Scdo physi. cōmen. 70.

Decima sexta contradictio est in cō. 7. vbi dicit cō. quod Diuina scia considerat res existentes secundum quod existunt. Huius tamē oppositum scribit ipse. & Philosophus. 7. meta. tex. cō. 53 vbi hnt rerum existentiū non esse definitiōes, neq; demrationes. Nisi esset ꝙ per res existētes, scdm ꝙ existūt, Cō. voluit res materiales. voluit. n. dicere Diuinā. sciam nō solū cōsyderare de rebus abstractis a materia, verū ēt de rebus exñtibus scdm ꝙ existēs, i. de rebus materialibus, vnde de istis materialibus Diuina scia cōsyderat īquantū existūt, i. inquātum entia sunt & sub rōnibus, q̄ cōpetūt enti inquātū ens est. Et ista est expressa sentētia cō. 12. meta. cō. 1. & 29. & 4. meta. tex. cō. primi & 6. meta. tex. cō. primi Scientia Diuina est entis inquantū ens, & eorū, quę huic insunt. & in procemio metaphysicę Sapientis est oīa cognoscere, vt contingit. i. sub rationibus transcendentibus. Per res igitur exñtes non intellexit res cum actuali existentia, sed quiditates materiales sub rationibus transcendentibus consyderatas.

Scdo physi. tex. 73.

Decima septima contradictio est in tex. 73. Scribit Philosophus quod principia mouētia naturaliter duo sunt quorum alterum non physicum est, non. n. habet motus principium in seipso. ex quo videtur ꝙ primus motor, qui est Deus gloriosus, naturaliter mouet. Huius oppositū scribitur ab Aueroe ī libro destructio destructionū in dispu. 12. in solutione dubij, vbi d. Cum autem dixi de Philosophis quod ipsi tenent ꝙ id, quo prouenit a Deo glo. prouenit naturaliter, est sermo corpus de eis. & qui tenent in rei veritate ꝙ emanatio entium sit ab eo, est profecto nobiliori modo quam naturaliter, & voluntate humana. Soluitur. Multi antiqui doctores, vt Algazel & rabi Moyses, & ex Latinis Scotus cū

A ſequacibus ſuis tenuerūt hoc, videlicet Deū ſcd̄m Peripateticos agere ex neceſſitate naturæ, Vnde ſuper hoc fundamēto Scotus in, 2. diſtinctione primi quæſtione. 1. oſtendit in via Philoſophi ſequi omnia ex neceſſitate prouenire. Sed Cō, & alij Peripatetici oppoſitum tenent, Et Vltra authoritatē Auer. conſueui formare aduerſus talem rationē, quę videtur in via Ariſto. maximam fidem facere, Nam, ſi anima agit altior modo, ꝗ natura, & intellectus agit altiori modo ꝗ anima, cū Deus ſit altior intellectu, aget altiori modo ꝗ intellectus: ergo a fortior, altiori modo ꝗ anima, & multo altius ꝗ natura. aſſumptū oſtenditur. nā anima agit altiori modo, ꝗ natura. quia natura non agit. niſi ſcd̄m vnū motū determinatum mouendo, ſed anima ſcd̄m quamlibet differētiā. vnde motus animæ eſt circulus. qui eſt perfectior motu recto. ſic enī Ariſt. in. 2. de anima. tex cō. 41. & infra, arguit & accuſat Antiquos, aſſerentes motum augmenti eſſe a natura ignis, & Ariſt. dicit ꝙ eſt ab aīa quia ignis concurrit vt inſtrumētū immo Cō. & Ariſto. in. 2. de genera. & corrup. tex. cō. 55. motio ignis eſt deterior in generatione, ꝗ motio organi aut inſtrumēti. & ibi redditur cauſa. intellectus autē agit aliori modo ꝗ anima, quia intellectus eſt altior anima, vt patet. 2. de anima. tex. cō. 21. vbi dicitur ꝙ videtur, eſſe aliud genus animę, & hoc ſolū cōtingere ſeparari, ſicut perpetuū a corruptibili, Deus autē eſt altior intellectu, vt d. Philoſophus in libro de bona fortuna. vbi inquit, quid enim eſt melius ſcientia & intellectu, niſi Deus, Vnde Cō. in. 4. phiſi. auſcultationis in cō. 128. d. ꝙ eſſe eſſentialiter in aliquo non eſt niſi a cauſa agente, quę eſt aut anima: aut natura, aut intellectus, & ego addo quartum. aut Deus, nam diſtantię entium ſunt valde diuerſę. Quantum autem ſpectat ad præſentem cōtradictionem ſcire debes quod natura multipliciter dicitur & naturę nomē vt patet ex quarto primę philoſophiæ tex. cō. 5. & vt notauit etiam lucidiſſimus Themiſtius ī. 2. phy. in tex. cō. 7. ſic eſt etiā de naturaliter agere, quādoq; ſumitur ꝓprie, vt diſtīguitur contra agere ſcd̄m animā aut intellectū, & quandoque ſumitur cōiter, vt illud dicatur naturaliter agere, quod ex ſua natura agit, vnde vt inquit Cōmen. primo cœli, ſicut ī natura formę naturalis eſt habere ꝓpriā naturā vt forma ignis ſic formę abſtractę, ſecundum quod ſunt formę abſtractę innatę ſunt, vt illud, mouetur ab eis, non ſit graue, neque leue, & vt motum ab eis ſit rotundum, vnde eſt ſimilitudo proportionis vel analogiæ, & non vniuocationis.

Auer. 2. ph. 18. ait, ꝙ Aſtrologus non conſiderat de figuris lunę. & ſolis, ſecundum ꝙ natura illorum exigit illam figuram, ſed ſecundum ꝙ mens abſtrahit eas a motu, & tranſmutatione, ſ. quoniam conſyderat de figuris eorum, ſecundum ꝙ ſunt figurę tantum, non ſecundum ꝙ ſuet cęleſtia mobilia, & quia eſſe iſtarum rerum, eſt alio modo ab eo, quo Aſtrologus conſiderat de eis. Conſiderat enim de eis ſecundum ꝙ ſunt abſtractę a materiis, ſed extra C animam ſunt in materijs. Ex quibus patet, ꝙ de ſubſtantia non conſiderat, cum de figuris conſideret ſecundum ꝙ ſunt figurę tantum. Et hęc videtur fuiſſe mēs Themiſtii. 1. phy. 18. vbi ait. Nam Aſtrologus vna cum geometra figuram cęli conſyderat, non ſubſtantiam conſiderat. Oppoſitum huius habetur ab Ariſtot. 12. methaphyſi. 44. vbi habetur, ꝙ nulla mathematicarum ſcientiarum de ſubſtantia ſenſibili conſiderat, pręter aſtrologiam. Et Auer. in Com. ait, iſta autem ars propria eſt huic intentioni, inter alias mathemaicas: quia conſiderat de ſubſtantiis ęternis ſenſibilibus. Aliæ autem ſcientię mathematicę conſiderant de accidentibus, vt ars Arithmetica & Geometria. Huic dicitur, & reſpondetur per verba Auer. in fine Commenti. 18. 2. phyſi. vbi ait ꝙ Geometria eſt magis abſtracta de his rebus, quam Aſtrologia quia Geometria conſyderat de figura ſimplici, ideſt in vniuerſali, ſed aſtrologia conſiderat de figura terminata, ideſt cęli. Vnde Geometria, & Arithmetica nihil tractant de ſubſtantia, ſed ſe ſolis quantitatibus, & omnibus accidentibus earum, vt talia ſunt: ſed Aſtrologia de figuris ſolum conſyderat, de figura, quę reperitur in cęlo, aut terra, aut mundo: & iſto modo aſtrologia videtur conſyderare de ſubſtantia, non quia ſubſtantiam conſideret, ſed pro quanto ſubiectum eius non eſt ſubiectum vniuerſale, ſed eſt ſubiectum determinati corporis, vt

* Vtrum Aſtrologia de ſubſtātia cōſideret.

corporis cœlestis, sed figura cœli, vt fluit a corpore cœlesti, demonstratura naturali. Et ista dicta non contradicunt Aristot. nec Auer quia ipsi intelligunt ꝙ astrologia est de substantia, pro quanto considerat figuram determinati corporis. Et sic soluitur dubium.

Vtrum scię medię sint magis naturales, quam mathematicę.

Et quia astrologia est vna de scientiis, quę medię nuncupantur: hic quęri potest. Vtrum scientię medię sint magis naturales, quam mathematicę: Sanctus Tho.2.phy.20.Burleus, Gaietanus Tienrēsis, tenent, ꝙ tales scientię magis sunt naturales, quam mathematicæ: & principaliter mouentur ex tex.20.2.physi.qui huic sententię facere videtur. Egidius vero eo loco dubius videtur de hac quęstione, & dicit, ꝙ hoc videre alibi habebit locum. Tamen (quicquid alii dicant) veritas est in oppositum: quia.4.methaphy.4.habetur, ꝙ mathematicarum quędam sunt purę, quędam non pure. Vnde colligitur scientias medias magis enumerandas esse in genere scientiarum mathematicarum, quam cum naturalibus, & ratio est, quia, 6.metaphy.2.distinctio in scientijs venatur ex varia ratione definiendi: quando medium formale est mathematicū: & materiale est naturale: medium formale est, quod distinguit.7.metha. 49. Sed modus procedendi in his scientijs est mathematicus. Vnde eędem definitiones sumuntur in his scientijs, & in geometria, vt patet: & nulla est differentia, nisi quia connotat materiam sensibilem. Et habitus scientificus specificatur a medio, quia autem media talium scientiarum sub alternatarum mathematica sunt, licet materię sensibili applicata sint; dicimus, ꝙ cum denominatio insequatur formam, & non materiam, actum & non potentiam, sicut est de intētione phy.2.phy.11.&.9 metha.7.propter hoc, & si materiale in talibus naturale sit, cum formale sit mathematicum, potius mathematicę, quam naturales debet nuncupari. Et ꝙ tales scientię sint magis mathematicę, quam naturales habetur ex sancto Tho. qui & si in 2. phy. dicat, ꝙ istę

Sāctus Thomas se ipsum retractauit.

scientię medię sint magis naturales, Oppositum tamen dicit in quęstionibus super Boetio de trinitate, in illa quęstione. Videtur ꝙ mathematica consideratio non sit sine materia, &c. Vbi expresse patet, ꝙ se ipsum de hoc retractauit. Vbi in responsione ad.6.ait. Et inde est, ꝙ de rebus naturalibus & mathematicis ordines scientiarum tres inueniuntur.

De rebus naturalibus, & mathematicis sunt tres ordines suarum.

quędam enim sunt purę naturales quę consyderant proprietates, rerum naturalium, inquantum huiusmodi, sicut physica, & agricultura, & huiusmodi: quędam vero sunt purę mathematicę, quæ determinant de quantitatibus absolutę, vt Geometria de magnitudine, Arithmetica de numero. quędam vero sunt medię, quę principia mathematica ad res naturales appiicant, vt Musica, & Astrologia, quę tamen magis sunt affines mathematicis, quia in earum consideratione: id, quod est physici, est quasi materiale, quod autem mathematici, quasi formale. Et post subdit ꝙ demonstrant suas conclusiones per media mathematica. Et respondendo ad.7.ait, dicendum, ꝙ scientię medię, de quibus dictum est, communicāt cum naturali secundum id quod est materiale in earum consyderatione. Differunt autem secundum id, quod in earum cōsideratione est formale, &c. hęc ille Ad illud autem, quod dicunt, ꝙ textus Aristo. videtur expresse ipsis fauere, respondetur: & dico, ꝙ, ille textus non fauet ipsis (vt ipsi credunt (quia textus gręcus dicit. quę sunt magis naturales ex mathematici: & textus non intelligitur illo modo (vt dicunt) sed vt exponit Auer. qui vult ꝙ Aristot. non vult comparare scientias istas medias ad mathematicas puras, & dicere, ꝙ sint magis naturales (vt ipsi credunt) sed Aristo. vult ꝙ scientiarum mathematicarum scientię medię sint magis naturales, quam scientię purę mathematicę sint naturales, & dicit textus, ꝙ purus mathematicus physicam lineam contemplatur, quia eadem realiter est linea naturalis & mathematica, distincta ratione tantum, perspectiua mathematicam lineam contemplatur, non inquantum mathematica sed inquantum physica, dicit Auer, ꝙ non considerat sub ratione physica, sed mathematica: & Perspectiuus mathematicam lineam contemplatur, inquantum physica.1. quia sua consideratio de linea est magis physica, quam consideratio Geometrę de linea. Et ista est intentio Auer. ista etiam expositio videtur, ꝙ sit de mente Themistij, & aliorum illustrium doctorum, mentē

B Aristot. penetrantium. Qui etiam sensus tactus fuit ab Egidio. Est etiam animaduertendum, ꝙ de mathemathicis scientiis solet commmuniter dici, & inuenitur etiam apud Aristo. & Auer. ꝙ in eis non est bonum, neq; finis, quod tamen est sono modo intelligendum, cum & ipse de numero bonorum sint. 1. de anima tex. commē. 1. sunt enim & ipsę de numero scientiarum speculatiuarum secundum Aristot. 6. methaphysi. 2. Sed pro tanto hoc dicitur, quia (vt habetur. 2. physi. 18.) cum lineę, & magnitudines naturales, & mathematicę sunt eędem, tamen forma magnitudinis non habet rationem boni, nisi vt est terminus & finis generationis naturalis, aut terminus sensibilis corporis, non autem absolute, inquantum magnitudo est abstrahens a tali motu, & sensibili etiā sicut est, dum est in sola imaginatione, sic enim propositiones geometrę sunt imaginationis fundamenta. 3. phy. 60. & isto modo intelligitur, ꝙ in mathematicis non est ratio boni neq; finis, in respectu, quo a naturali considerantur, vt sunt in imaginatione huiusmodi, & esse tale est esse in anima, & esse in anima est esse diminutum. 6. methaphysi. vlt. Est non intelligitur in scientijs mathematicis non esse bonum. Esset enim expresse contra sententiam Aristo. cum sint de numero scientiarum speculatiuarum, & sic sunt de numero bonorum. & in eis est ordo, & ex earum cognitione intellectus perficitur, & non solum exercetur, vt voluerunt Platonici, vt dixit Ammonius super Porphyrio. Nota etiā ꝙ Auer. 3. methaphysi. 3. dicit, ꝙ potest contingere, vt sit in mobilibus bonum sed non per se, sed per accidens. Quod ideo dicit pro quanto sunt eadem subiecto cum rebus mobilibus, inquibus per se est ratio finis, qui attingitur per motū quia ibidem Auer. ait, ꝙ mathematica licet sint in re mota, tamen non mouentur nisi per accidens, & sic etiam per accidens sunt finis motus, & sic bonum in eis inuenitur per accidens illo modo. Sed non propter hoc tollitur, quod contemplatio entium mathematicorum, quorum finis est veritas, non sit de genere bonorum. Et quia etiam illarum scientiarum cognitio multis artibus, & mecanicis, & speculatiuis possit esse proficua, & vtilis. Etiam aduertas, ꝙ mathematicę scientię non semper vtuntur demonstrationibus simpliciter, absolute loquendo: quia scientia vno modo potest considerari in sua puritate, secundum propriam sui naturam, non respiciendo aliquo pacto ad aliquod extrinsecum. Alio modo potest considerari, vt occurrit addiscenda a nobis. Et primo quidem modo scientię mathematicę procedunt per demonstrationes simpliciter, quę procedunt ex notioribus naturę, & nobis. sed secundo modo considerate, descendunt quandoq; ad aliquas exemplares manuductiones & aliquas probationes, quę non sunt simpliciter demonstrationes, immo aliquę vt sic, fundātur super locis extrinsecis. C Ex hoc notatur contra Iacobum forliuiensem in primo artis medicinalis in. questi. prima in solu. 2. argumenti principalis, qui conatus fuit aliquam ponere demonstrationem, quę non est quia, neq: propter qd, nec simdliciter: patet etiam quę sit causa ꝙ ibi multę sint demōstrationes ducētes ad impossibile, cum tales demonstrationes sint de numero signorum. vt ait Auer. 1. cęli. 95. Et hęc sufficiant.

In Mathematicis nō ē bonū. quō intelligitur.

In mathematicis quomodo sit finis.

Scientiā dupliciter pōt cōsiderari.

Contra Iacobum forliuiensem.

Decima octaua contradictio est in commento. 79. Sribit Commentator quod illud, quod innatum est existere casu, non est innatum existere per intētionem. Sed huius oppositū habetur in. 2. phy. in tex. cō. 63. vbi. Aris. d. in litera ꝙ percussio capitis a lapide potest fieri a casu, & eadē potest fieri p se ab aliquo proijciente cum intentione percutiendi. Soluitur. dictum Cōmen. intelligitur de speciebus presertim, quę sunt in substantijs. nā scdm ipsum 1. 8. phy. in cō. 46. nulla species fit a casu. quia illud, quod est a casu, semper est oppositū & ꝙ est a natura vnde a natura sunt species. nulla euim species est a casu sed a casu sunt mōstra nō naturalia. idem. 6. meta. te. cō. 4. & 7. meta. cō. 22. & quia Antiqui, contra quos arguit Philosophus, omnes species rerum naturaliū asserebant esse a casu ideo Cō. secundum Philosophum tenet oppositum vnde in cō. 2. tex. 82. ostendit quod ea quę sunt a casu, proueniunt ab impedimento naturę: sed ea, quę sunt a natura, & secundū cursum naturalem non proueniunt ex impedimēto naturę, sicut sunt monstra, Dictum aūt Philosophi in. 2. phy. nō est de speciebus, sed de

Scđo physi. cō. 79.

Solutio.

actione seu accidente. quia percussio vtroque modo potest prouenire, & sine intentione. & cum intentione, vt patet.

Scdo phys. cõ. 80. Decima nona contradictio est in commento. 80. Ibi enim d. Philosophus & Commen. apes & formicas agere sine cognitione. Huius tamen oppositum scribit commen. 2. de anima cõmen. 156. Nisi esset quod dictum in hoc loco intelligitur sic, ꝙ videlicet talia animalia agũt sine cognitione finis rei actę sicut Hirundo quę quãdo nidificauit agit, non tamẽ agit per cognitionẽ finis rei actę motu, bene tamen agit per cognitionẽ respectu rerum, quę ad finem ordinantur, vel ad opus. nisi enim cognosceret paleas, & lutum, vtique nidum construere nõ posset.

Solutio.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM
IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Tertio Physicorum.

Tertio physi. tex. prĩo. PRima contradictio est in tex. primo. Arist. enim habet quod infinitum primum apparet in continuo. Sed obuiabam. quia primo poste. tex. primo in illo cap. Certior autem scientia altera est, & prior, videtur Aristo. velle quod scientia illa, quę de simplicioribus pricipijs est, illa est natura prior, sicut Arithmetica, Geometria, Nã Arithmetica est de vnitate, quę est principiũ numeri. Geometria vero de pũcto, ꝙ est principiũ magnitudinis, vnitas aũt simpliciter, est qa vnitas situ caret punctus autẽ est substantia posita, vt ibi dicitur. Et ex hoc videtur quod quando eadem accidentia competunt indifferenter quãtitati continuę et discretę, eadem prius natura conueniunt discretę quam cõtinuę. cũ igitur infinitudo inueniatur in numeris & in magnitudinibus, quia sicut magnitudo est diuisibilis in infinitum, sic numerus est augmẽtabilis in infinitum, videtur quod infinitudo prius natura competit numeris ꝙ̃ continuis, & confirmatur. quia primo Phy. tex. cõ. 15. infiniti ratio congruit quantitati, idẽ 3. phi. tex. cõ. 35. & 36. Nisi esse ꝙ vt d. Alexã. & Themistius, ideo infinitũ primũ dicũtur apparere in cõtinuo ꝙ̃ in discerto. quia in definitione cõtinui ponitur infinitum, non autem in definitione discreti. nã continuum est quod diuiditur in infinitum, non sic autem est de discreto. Aut quia cũ discretum causetur ex diuisione continui, sicut enim continuũ est diuisibile in infinitũ, sic discretũ est augmentabile in infinitũ. nõ enim discretũ est diuisibile in infinitũ, nec augmẽtabile est continuum in infinitũ. 3. phi. tex. cõ. 60. & quia ex hoc, quod cõtinuũ est diuisibile in infinitum, ex hoc discretum est augmentabile in infinitũ, numerus enim causatur ex diuisione continui, vt dicitur in tertio phy. ideo dictum est infinitũ primo apparere in cõtinuo, & hoc pręcipue locũ habet scdm naturalẽ consyderationem afferentem numerum causari ex diuisione continui, sicut iam Aristo. hic loquitur. sed scdm mathematicã cõsyderationẽ, quę est scdm abstractionẽ & imaginationẽ credo quod infinitudo, & alia hmõi accidẽtia cõmunia vtriq; & cõtinuo & discreto, ex parte qua sunt quãta, prius natura participant a discreto ꝙ̃ cõtinuo, si quantũ dicit' analogice aũt saltẽ ęqualiter, si vniuoce dicat'. sed, quia scdm cõsyderationem naturalem quãtitas discreta, quę est numerus, causatur ex diuisione cõtinui, sic infinitudo inuenitur in numero propter

Solutio.

continuum

continuum, saltem in genere causę materialis. Sed Arithmeticus, qui natura pręcedit Geometram, non consyderat istam rationem numeri, qui est subiectum eius, inquantum a continuo habet causari, quia ista ratio sibi est extranea, inquantum est subiectum suę consyderationis: alioquin scientia Arithmeticę naturę esset posterior Geometria, & præsupponeret illam: quod tamen falsum est. Nec videatur tibi mirum hoc, quia multa habent verificari scdm naturalem consyderationem, quorum opposita sunt vera scdm consyderationem mathematicam, sicut d. Commen. in primo cœl. cō. 32. ꝙ motui circulari nihil est cōtrarium naturaliter, & tamen potest esse cōtrarietates in motibus circularibus mathematice, & secundum imaginationem.

Secunda contradictio est super eodem tex. Aris. in principio tertij physi. d. ꝙ scientia Naturalis considerare debet de motu, quia motus ponitur in definitione naturę, eadem ratione, quia motus videtur esse de generatione continuorū, Naturalis debet consyderare de continuo. vbi Themistius expresse dicit ꝙ cōtinuum assumitur in definitione motus. & ita etiam videtur dicere Cōme. in cō. 1. & clarius in sua media expositione, vbi cōtinuando intentionē Philosophi d. ꝙ, quia in definitione naturę posuimus motum, oportet loqui de motu. definiētis. n. interest declarare partes definitionis, & de passionibus partium. cum autem in definitione motus apparet continuum, & continuū consequitur infinitum, quare etiam de continuo. & infinito loqui debet Naturalis. videtur igitur ꝙ continuū sit de quiditate motus. Ex aduerso autem videtur esse authoritas ipsius Cōmen. in. 4. phy. cō. 99. vbi d. ꝙ vnum accidentium motus est cōtinuatio. Amplius est ratio. Si enim continuatio esset de quiditate motus, quilibet motus esset continuus. quia quod per se competit superiori, & primo, competit omnibus inferioribus per se, licet non primo, sicut sit vniuocum, siue analogum: sed non quilibet motus est continuus, vt patet. 3. phy. cō. 6. & . 8. phy. cō. 23. igitur cōtinuum non est de quiditate motus. Amplius videtur, esse authoritas Philosophi in 5. meta. in cap. de quanto. tex. cō. 18. ꝙ quantitas, & diuisibilitas, & continuatio accidant motui. Dicimus, sine pręiudicio melioris sententię, ꝙ motus quiditatiue non includit continuum, licet videatur continuatio esse de accidentibus cōsequentibus substātiam eius. & ideo videtur mihi, ꝙ Cōmen. in. 3. physi. in cō. 2. animaduertens ad ea, quę paulo ante dixi, inquit, ꝙ illorum, quę consequuntur motum, quę sunt propinqua substantię eius, est continuum. vnde non dixit absolute cōtinuum esse de substantia motus, sed de his, quę sunt propinqua substantię eius. quia, quando vera genera & verę rerum differentię latent, licet nobis circūloqui illa per proprietates & accidentia, sicut d. Cōmen. in. 7. meta. in cō. 42. & . 8. meta. cō. 5. contra Alex. & ideo dicimus nos ꝙ contrarium cadit in descriptione motus, nō ꝙ illa sit vera definitio. vnde Alexan. in primo libro naturalium quęstionum quęstione. 21. expresse determinat motum per se non esse quantitatem, sed secundum diuersas consyderationes spectare posse ad diuersa predicamenta, vt poteris ibi clare vdere.

Tertio phy. tex. primo.

Solutio.

Tertia contradictio est in tex. 3. Aristot. diuidit ens per ens in actu tantum, & per ens in actu & potentia simul. postea diuidit ens actu in decem prędicamenta. Ex hac igitur diuisione videtur ꝙ ens in potentia non diuidatur in decem prędicamēta, sed ens actu solū. Ex aduerso aūt videtur esse sententia Philosophi in. 12. met. tex. cō. 26. vbi vult ꝙ potētia & actus sunt principia omniū decem prędicamētorum. &, cum hoc est authoritas Cōme. in primo de aīa cō. 6. vbi scribit ꝙ potentia & actus sunt differentię entis valde opposite, & circuūt omne genus prędicamēti. Soluitur. nā vt recitat Simplicius in. 3. physi. in pręsenti loco, sunt circa hoc duę expositiones. prima est Alex. & Themistij, qui secuti antiquā seriem textus, qui cōiter inueniebatur, exponunt ꝙ entiū quędam sunt actu tatum, sicut sunt res materia carētes, vt sunt abstractę substantię, quę semper eodē modo se habēt, & mutari non possunt: quędam vero sunt cōposita ex potētia & actu, vt sunt generabilia & corruptibilia. cœlum aūt quodam modo est actu, pro quanto scdm substantiā transmutari non pōt, & quodāmodo in potentia est, inquatum localiter moueri potest, & idem scdm se totum vbiq;

Tertio phy. tex. 5.

Solutio.

esse nõ potest.& istius etiã opinionis est Cõmẽ.in lib.de substantia orbis,& pri mo cęli in paraphrasi in summa sexta iuxta principium. Porphyrius istam ex positionem non admittit, sed vult diuisionem dari per actum & potentiam quod confirmat ex his, quę repetit, ac reassumit Philosophus infra in eodem loco in tex.commen.6.vbi dicit. Diuiso autem vno quoque generum per potentiam & actum.& vult quod ens in actu diuidatur per decem prędicamenta, non ens in potentia, quia ens in potentia non dicitur decẽ modis, sicut ens in actu, imo ens in potentia tm̃ non dicitur nisi vno modo tãtum, videlicet de prima materia om nium. Sed nec ista expositio Porphyrii soluit contradictionem propositam, nec vera esse videtur tum quia sibi ipsi contradicit, quia primo dit ens in potẽtia nõ diuidi in decem prędicamenta, & tamen adducit dictũ Arist.in tex.6.quod con tinet oppositum quia d.Diuiso scdm vnũquodq; generum per potentiã ad actũ. Amplius contradicit antiquę literæ, quæ cõiter sic iacet. Eorũ quę sunt quędã sunt actu tantum quędã vero potentia & actu. horum autẽ aliud est hoc aliquid aliud tm̃,& aliud tale. vbi manifeste patet quod per illam notã exclusionis, tm̃, contra diuiditur, id quod est in actu tm̃ cõtra id, quod simul est in potentia & in actu alioquin si diuiditur ens per actum & potentiam, quid igitur deseruit illi di uisioni illa exclusionis nota. Dico igitur quod Arist. quandoq; consueuit ens di uidere per potentiam & actũ, sicut fecit in nono primę philosophiæ. sed illa di uisio est entis sensibilis, vt dicit Cõmen.in.7.meta.in procemio quod sciẽtia Di uina diuiditur in tres partes, in prima igitur de diuisione entis in substantiã & accidens. in secunda de diuisione entis per potentiam & actum. in tertia de diui sione entis per potentiam & actum, in tertia de diuisione entis per vnũ & mul ta. Et, quia substantia alia sensibilis, alia abstracta, de substantia sensibili tractat in.7.&.8.met. deinde in nono agit de potentia & actu. tertio in decimo agit de vno & multo. postea in vndecimo tractat de substantijs separatis & numero eo rum, qui est duodecimus apud nos. vbi patet illas diuisiones in libris pręceden tibus librũ duodecimum esse respectu substantiarum sensibilium. Vnde in nono meta, tex.cõ.17. dicitur quod nullum sempiternũ est in potentia.& confirmatur authoritate Cõmẽ.in.12.meta. cõ.8. vbi Aristo. volens declarare quod esse liu esse materiæ, diuidit ens per potẽtiam & actum.& Alex.d.quod hoc fuit decla ratũ in nono tractatu, in quo loquitur de potentia & actu, & intendebat per hoc quod in hoc tractatu demonstrat, potentiam pręcedere actũ & dicit impossibilia contingentia ad negantes potentiam esse. ecce igitur quod potentia quę cũ actu condiuidit ens in nono, est illa quæ est ante actum: talis autem non est, nisi in re bus generabilibus & corruptibilibus. vnde oẽ ens, in prędicamento existens est quandoque in potentia, & qñq; in actu. & ideo actus & potentia sunt prin cipia omnium decem prędicamentorum vt dicitur in.12. meta. in tex.cõ.26. Et qñq; Arist. consueuit adducere diuisionem magis generalem comprehendentẽ omnia entia simpliciter, & est ista. quam innuit hic, videlicet quod entium quę dam sunt actu tm̃ quędã sunt in actu potẽtia simul & scdm naturã diuisionis quę dã sũt potẽtia tm̃, licet propter breuitatẽ illud sit omissum: aut vt d. Simplicius, quia non reperitur aliquod ens, quod sit in pura potẽtia tantũ scdm substantiã quin aliquo modo actu sit aliquid. quia Plotino teste illud, quod est in potẽtia ad aliquid, oportet vt illud prius sit aliquid actu in se. vt ęs, quod est in potentia sta tua, prius est actu ęs. & hanc diuisionem, generales etiam innuit philosophus in 11.meta.in.capitulo.8. vide etiam sanctum Thomam.in.11.metaphysi. in lectio ne nona secundum secundam expositonem, quomodo illa tertia diuisio per actũ tantum, per potentiam tantum, & per vtrũque sit intelligenda, quia placet.

Tertio phy. si.cõ.4.

Quarta contradictio est in cõ.4. Ibi.n.cõ.definiens motum materialiter sum ptum dicit ꝙ motus nihil aliud est ꝙ̃ generatio partis post partem illius perfe ctionis ad quam vadit motus, donec perficiatur, & sit in actu, ex quo patet mo tũ fieri, & maxime motum intẽsionis, per additionem partis gradualis ad partẽ gradualem. Huius tamen oppositum videtur sentire expresse. Cõmẽ.in.4.phy. cõ.84. ibi. enim dicit additionẽ caloris agentis in calorẽ corporis nõ fieri scdm additionem partis in toto, & vlr partis materię in materiam, sed scdm additio-

nem agentis in passionem patientis, s. q̄ qñ calor agentis vigorabitur, crescat
calor patientis, non scd̃m additionẽ partium calidarum extrinsecarum, cum ad
patientem non transferatur aliquid ab agente. Ista contradictio tangit maxi-
má controuersiam inter duos principes nostrę militię, s. sanctũ Doctorẽ, & Do
ctorẽ subtilem, qui in primo sententiarum, distin. 17. in materia de habitibus, quę
stione. 2. de modo augmenti charitatis sunt discordes. vnus, n. tenuit intensionẽ
illam non fieri per additionem gradus ad gradum. quia illi gradus aut essent
specie distincti, aut numero: non specie, quia omnes charitates sunt eiusdem spe
ciei: neq; etiam distinguũtur numero, quia talis est ex parte materię: sicut hęc al
bedo differt numero ab illa, quia est in alio subiecto. charitas aũt, quę addi pōt,
additur in eodem subiecto, in quo est prȩcedens, intensio igitur charitatis, & cu
iuslibet formę non fit per additionem alicuius gradus, sed solum quia illa quali
tas, quę prius inerat, intenditur scd̃m propinquitatem ad terminum. Et ista est
via sancti Doctoris vbi supra. Scotus vero ponens suas echeitates, dixit intẽ
sionem fieri per additionem gradus ad gradũ, & dixit istos gradus numero dif-
ferre per suas echeitates, licet in eodem subiecto sint. In via etiam sancti Docto
ris diuersitas est inter sequaces suos, vtrum intensio formę fiat scd̃m esse, aut se
cundum gradum. Nam q̄ scd̃m essentiam fiat, impossibile est, quia essentię re-
rum consistunt in puncto, sicut videtur velle Philosophus. 8. meta. cō. & tex. 10.
oportet ergo q̄ ista intẽsio fiat, aut scd̃m esse, aut scd̃m gradum. Quidam autem
pręcipui Thomistarum tenuerunt intensionem formę fieri non scd̃m esse, quia
hoc videtur esse cōtra sanctum Thomam in infinitis locis, primo sententiarũ.
distin. 17. qōne. 2. ar. pri. & in secũda secundę. qōne. 24. ar. 4. in rñsione ad terti
um. Et ideo dixerunt istam intensionem formę fieri per additionem gradus ad
gradum: qui tamen gradus additus identificatur prȩexistenti, & non remanent
distincti, sicut posuit Scotus. Et hanc viã imitatus est subtilissimus Thomista-
ti Herueus Brito in quolibeto. 2. qōne. 13. sicut est in alimento, q̄ pars sequens
addita identificatur prȩexistenti, sic est de intensione formę quantũ ad gradus.
Capreolus aũt primo sententiarum tenuit intẽsionẽ formæ fieri scd̃m esse. quic
quid sit, vna istarum viarum videtur habere authoritatem Cōm. 3. phys. cō. 4.
pro se, & alia habet cō. 84. & textum etiam quarti phy. & ita Cōme. ipse rema
net in contradictione. Nisi esset, q̄ hic dixit motum esse acquisitionẽ partis post
partem, quæ quidem acquisitio est vniuersalis in omnibus formis acquisibili-
bus per motũ: quia scd̃m ipsum sunt partibiliter acquisibiles. vtrum autem oẽs
per minima, nec ne, in primo satis diximus sup cō. 62. Istam aũt acquisitionem
ponit Cōm. ia, q̄ fiat ex potentia materię educta ad actũ. negat tñ Cōmenta. 4.
phy. cō. 84. acquisitionem partis post partem ab extrinseco factam. & ista nō
contradicũt, sicut vides. vnde, si pōderabis verba cō. 84. nihil plus inuenies. vi
dere aũt quę illarũ viarũ extremarũ sit verior, non est prȩsentis speculationis.
vbi. n. est discordia inter Scotum & sanctũ Thomã, difficile est videre veritatẽ. Solutio.

Auer. 3. physi. 4. in digressione, qua quęritur. Vtrum motus sit in pluribus
prędicamentis, ait, secundum autem, q̄ est via ad perfectionem, necesse est, vt
sit genus per se, via enim ad rem est aliud ab ipsa re, & secundum hoc fuit po-
situm prędicamentum per se. Ex quibus habetur q̄ motus pro via est in prę-
dicamento passionis, vt ibi patet. Oppositum huius videtur velle ipse Auerr.
5. phy. 6. vbi ait. Et videtur q̄ si potentia ad vnũ quodq; prędicamentum, est
in illo genere prędicamenti, quod est in actu, & similiter via de potentia ad actũ
scilicet si potentia ad substantiam, est quoquomodo in prędicamento substantię,
& similiter via ad generationem substantię, & similiter potentia ad quantum,
& ad alia predicamenta. Et sic habetur, q̄ motus pro via est in genere termi
ni ad quem. Ad hoc respondeo, & dico, q̄ Auerr. in. 3. phy. per viam su
mit viam formaliter pro transmutatione coniuncta cum tempore, & isto modo
non est in eodem prędicamento cum termino vię. Alio modo sumitur via pro
materia illius vię, vt caliditas quę cōsideratur sub esse imperfecto, dicitur esse
via sibimet, ad gradum perfectum, & sic via non distinguitur a termino vię, nisi
accidentaliter. Et sic tollitur contradictio.

Vtrum Motus pro via, sit in prędicamento passionis.

*** Vtrũ Motus ſit in Predicamẽto Paſſionis, vel in alijs.**

Ariſt. 3. phy. 4. ait, mutatur enim ſemper id quod mutatur, aut ſecundum ſub ſtantiam, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem, aut ſecundum locum. Cõmune autem in his nullum eſt accipere, ſicut diximus, quod neque hoc, neque quantum, neq; quale, ſit neque aliorum predicamentorum nullum, Ex quibus patet Ariſtote. collocare motum in quatuor predicamentis. Oppoſitum huius habetur ab ipſo Ariſto. in libro predicamentorum vbi collocat motum ſolum in predicamento paſſionis. Ad hoc dimiſsis aliorum verbis. Dico, ꝙ huic dubitationi ſatisfacit Auer. in cõmento. 4. 3. phy. vbi mouet hanc dubitationem. Et ſoluendo dicit, ꝙ motus ſumitur dupliciter, vno modo pro perfectione, quę acquiritur per motum, ideſt forma quę acquiritur per motum, Vnde in omni motu eſt terminus a quo, & ad quem, vt iſtud vbi a quo recedit, eſt terminus a quo, & iſtud, ad quod accedit, eſt terminus ad quem. Similiter in motu alterationis, terminus a quo abiicitur, per motum, & terminus ad quem, eſt quod acquiritur. Similiter in alijs. Motus primo modo eſt forma quę fluit in motu, ideſt quę continue acquiritur per motum, vt aqua frigida quę caleſit per horam, motus calefactionis eſt illa forma caliditatis quę continue intenditur in ſubiecto. Et iſte motus non differt a termino motus, niſi ſecundum magis, & minus, quia eadem caliditas a principio vſque ad finem eſt eadem ſpecie, vt albedo intenſa, & remiſſa nõ variant ſpeciem, ſed eſt differentia accidentalis quę inſequitur materiam, & non formam, ſicut. 5. phyſi. 9. forma quę fluit in motu, nõ differt niſi, vt puer a viro, ita eſt de forma quę eſt in motu. Et dicit Auer. ꝙ recte dictum eſt, quia motus eſt generatio formę per partem, poſt partem, donec illa forma compleatur. Et hoc fuit dictum Alpharabij, (vt notat Albertus) a quo Auerr. accepit. Pro quo videas Zimaram in ſolu. contradic. 3. phyſi. ſecunda acceptio motus eſt pro via, qua iſta forma acquiritur, Quando aqua caleſit eſt ibi caliditas, quę fluit, eſt ſecundo illa tranſmutatio, per quam caliditas acquiritur, vt illa tranſmutatio coniuncta cum tempore, iſtud eſt motus, pro via. Differunt autem iſta duo, quia via, aliud eſt a termino vię, vt ſi vado Romam, eſt terminus vię, & iter per quod vado, iſtud iter eſt diſtinctum, a termino vię ita in motu eſt terminus tranſmutationis, quæ eſt forma fluens, quę eſt alia a via tranſmutationis, quę eſt fluxus formæ. Et ideo differentia eſt inter motum pro forma fluente, & pro fluxu formę, quia motus pro forma fluente, nõ difert a ſe ipſo vt perfectum ab imperfecto. ſed motus pro fluxu formę, eſt res diſtincta, a termino motus. Secundo differt, quia motus pro forma fluente, eſt in diuerſis predicamentis, & eſt forma per mixta potentię, quæ vt eſt terminus motus, dicit perfectionem diſtinctam ab imperfectione, tamen non differt eſſentialiter, quia albedo vt ſex, & vt octo, eſt in eodem prędicamento. Similiter de alijs, ſed motus pro fluxu formę eſt in prædicamento paſsionis, & ideo Ariſto. bene dixit in. 3. phyſi. ꝙ motus eſt in quatuor prędicamentis, quia ſumit motum pro forma fluente, & in predicamentis ſumit motum pro fluxu formę, ideſt pro via. & iſte modus eſt magis famoſus, & ideo de eo loquutus eſt in predicamentis, quia prima facie vnuſquiſque per motum intelligit illam tranſmutationem coniunctam cum tempore. in phyſicis autem, quia naturaliter loquitur de vera realitate motus, quę eſt forma acquiſita per motum, ideo ponit eum in quatuor prędicamentis. Et hęc eſt magis propria naturali, illa autem in predicamentis eſt magis propria artifici rationali. Sed aliquis poſſet dicere ꝙ non habet locum in quatuor generibus iſta motus diſtinctio, quia ſubſtantia, quantitas. & vbi, non recipit magis & minus, ergo ſolum motus alterationis poſſet ſumi pro forma remiſſa. Huic dubitationi ſatisfacit Zimara ſuper. 3. phyſicæ auſcultationis. 4. & etiam Burleus ibi, ꝙ per formam diminutam poſſumus intelligere formam remiſſam, & ſic motus non eſt niſi in predicamento qualitatis. Alio modo per formam diminutam poſſumus intelligere formam in potentia, vt aqua calida, vt vnum, non dicitur calefacta, quia ſi quelibet forma remiſſa diceretur moueri ſequeretur, ꝙ quodlibet remiſſum diceretur moueri, quod eſt falſum Motus ergo pro forma fluente, non dicitur de forma remiſſa, ſed de forma remiſſa, i. diminuta, ſub qua mobile nõ quieſcit,

Motus ſumitur dupliciter.

Dubitatio

Reſponſio

sed ad vlteriorem perfectionem tendit, & sub ea mobile non quiescit. Et sic forma illa dicitur esse motus. Motus enim duo dicit. s. formam diminutam, & formam tendentem ad vlteriorem perfectionem, & ista forma nõ distinguitur a termino motus, nisi accidentaliter, secundum ꝙ perfectum, ab imperfecto distinguitur, & ista forma si est in substantia dicitur generatio, si in quantitate, est augmentatio &c. Et sic tollitur dubium.

Auer. 3. phy. 6. ait, & similiter etiam apparet ex hac diffinitione continuatio motus. Huic sententię videtur contradicere ipsemet Auer. 8. physicę auscultationis. 23. vbi dicit, ꝙ sermo Alpharabij est sermo nõ verus in hoc quod dicit, ꝙ ex vniuersali diffintione motus apparet continuitas. Ad hoc respondeo, & dico, ꝙ Auer. illud quod dicit in .3. silicet ꝙ ex diffinitione motus apparet cõtinuatio eius, non vult ꝙ sic simpliciter intelligatur. sed vult ꝙ hoc pacto intelligatur (vt ipsemet in. 8. phy. 23. dicit) ꝙ quum dicitur ꝙ continuitas ex diffinitione motus apparet: ꝙ hoc sit verum in motibus localibus. vnde sic ait ... de hoc: sed non apparet hoc nisi in motibus localibus de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. In alijs autẽ motibus in quibusdam est possibile vt appareat continuatio silicet vt partes eorum inueniantur indistinctę ab inuicem, & in quibusdam non apparet hoc: quia partes eorum non inueniuntur secundum illum modum. Ecce quomodo Auer. aperte insinuat quo pacto dictum. 3. phy. intelligendum sit. hoc stante dico, ꝙ non sibiipsi oppugnat, reprehendendo Alpharabium: quia Alpharabius in principio sui libri de entibus transmutabilibus dicit, ex diffinitione motus apparere in vniuersali continuationem inueniri in omni motu. Sed Auer. ait, ꝙ in motu locali solum ex diffinitione manifesta est continuatio. Qui motus est primum analogatum illa diffinitione, quia ipso a principio motus vsque ad finem apparet, continuationem esse. Sed in aliis hoc latet vtrum continuari possint a principio vsque ad finem. Nam quando motus quiescit, tunc motus est perfectio eius quod est in actu, vt Auer. ait. 3. phy. 6. Et quia motus annexi mutationibus, necessario ... mutationis, quę fit in instanti quiescunt, Hinc est ꝙ omnis augmentatio, viuentis, & omnis alteratio annexa necessario mutationi non potest esse ... a principio vsque ad finem, vt Auerro: placet, & sic contradictio ... vt placet Zimarę in tabulis.

Vtrũ se diffinitione motus quę datẽ tertio phy. sexto appareat cõtinuatio motus.

In motu locali a principio vsq; ad finẽ apparet cõtinuatiõe esse.

Quinta contradictio est in textu. 16. Aristoteles dicit ꝙ omne mouens physicum, vel vt habet alia litera, quam legit Alexander (omne quod mouetur, physice mouetur) cum sit potentia mobile, & cui immobilitas quies est, & Aristo. ... ponit causam. quia agere in hoc nil aliud est, ꝗ̃ mouere. hoc autem facit ..., quare simul & patitur. vnde ibi expositores dicunt mouens corporeum, ... immobilitas quies est, in mouendo mouetur. Sed tunc est cõtradictio. quia ... respectu eiusdem esset in potentia, & in actu scdm idem cõtra Philosophũ. ... phy. tex. cõ. 40. & contra Cõme. 3. de anima cõ. 4. Pręterea motor nõ põt mo... habet proportionem maioris inęqualitatis supra mobile. si igitur omne mouens in mundo moueretur ab eo, quod mouet, ex parte, qua mouet, su... ex parte, qua mouetur, superatur ab eodem. quod non capit intellectus. ... tollendam huiusmodi contradictionem dixerunt aliqui ꝙ non inconuenit ... esse mouens & motum, & agens & patiens respectu eiusdem, sed non secundum idem, sed secundum diuersa. vnde dico ꝙ reactio non fit per easdem qualitates, sed per diuersas. vnde, si ignis agit in aquam per caliditatem, aqua ... in ignem per humiditatem. Sed ista opinio stare non potest. quia Aristo. ... de generatione & corrup. in tex. cõ. 24. d. ꝙ omnia elementa possunt ad ... transmutari & in tex. 25. d. ꝙ differunt in citius & tardius. quia in habentibus symbolum citior & facilior est trãsmutatio. & ex consequenti cum ... elementa habentia symbolum, habent contrarium solum vnam qualitatẽ, ... in materia, & talis alteratio fiat per contactum, tunc talis reactio erit se... easdem qualitates: quod concedimus. Et ideo aliter dicendum puto ... contradictionem, vt locus iste requirit. nam materia ista perti... magis ad librum primum de generatione & corruptione. Dico igitur ꝙ

Tertio physi. tex. 16. Difficultas de Reactione.

Solutio quorundam.

Impugnatio

Alia solo.

omne agens corporeum cõicans in eadem materia cum passio in agendo pati- D
tur, & hoc potest esse respectu eiusdem contrarietatis, sed hoc non erit eodem modo, sed diuersis. & hoc non inconuenit. dicit. n. Cõmen. 3. phy. cõ. 8. ꝙ idem respectu eiusdem potest esse in actu & in potentia scdm duos modos, vt panis respectu corporis est in actu, & in potentia. nam panis vt est in actu, agit in corpus, vt vero est corpus in potẽtia patitur a corpore. similiter ignis, vt est actu calidus agit in aquam vt est potentia frigida, sed ignis patitur ab aqua vt est potentia frigidus, aqua vero agit vt est actu frigida. ecce igitur ꝙ si agit & patitur ignis non est eodem modo, sed diuersis modis. nam agere & mouere actus sunt. 3. phy. 17. & primo de generatione & corruptione te. cõ. 53. moueri vero, & pati alterius sunt principij, videlicet materię & potentię. quia igitur passio est ratione potentię, & ratione materię, quę subijcitur per potentiã, ideo quia materia vna est, talia dum agunt, necesse est ꝙ patiantur in agendo, quia talis actio est per contactum. &, cum sit cõicatio in materia, quę est subiectum contrarietatis, per quam fit actio, de necessitate sequitur dictũ Philosophi, ꝙ omne tale, dum agit, patitur. Sed, si instetur ꝙ idem respectu eiusdem erit superans & superatum, excedens & excessum, quod videtur absurdum. nam, si ignis agit per calorem in aqua, habet proportionem maioris inęqualitatis in frigiditatem aquę; si econtra aqua per frigiditatem reagit in caliditatem, sequitur ꝙ frigiditas habet proportionem maioris inæqualitatis respectu caliditatis: & ita idem erit excessum respectu eiusdem. Amplius sequeretur ꝙ nunquã ignis posset assimilare sibi aquã, si ita agendo patitur, & patiendo reagit. Et confirmatur, quia agens & patiens, aut sunt adæquata potentijs, & tunc non prouenit actio: aut agens est maioris potentię, & tunc mouebit, & non mouetur: aut est minoris, & tunc mouetur & non mouet. Amplius, sit motor agens secundum vltimum virtutis in passum aliquod per longam distantiam, patet ꝙ passum per totam illam distantiam non potest agere in passum: igitur aliquid agit & non patitur. Dicit Burleus ꝙ secundum Aristo. & Commen. agens corporeum in materia conueniens cum passo, patitur in agendo non a toto, sed a proximo. & d. ꝙ non omne mouens mouetur, vt patet de primo motore, nec omne mouens corporeum mouetur a moto ab eo, vt corpus cœleste, sed omne corpus comunicans in eadem materia cum moto, dummodo materia si receptiua formæ, qua agens agit. quod apponitur propter sensibile, qđ agit in sensum, sed nõ patitur a sensu: & est motus alterationis per formam, qui licet fiat per contactum, vt patet 7. phy. tex. cõ. 12. nihilominus non fit reactio, quia cum materia nõ sit receptiua formæ contrarię, ideo sensibile nõ patitur a sensu. & tunc ad illud de excessu, ꝙ est secundum diuersas formas. sed illud stare non potest, vt diximus, quia tunc non posset in elementis symbolis esse reactio. Amplius, si aqua frigida ponatur in calidam, patet ad sensum ꝙ caliditas remittitur a caliditate. Paulus Venetus F
dicit ꝙ quęlibet qualitas est actiua & passiua. & ideo idem respectu eiusdem est agens & patiens, sed non eodem modo, licet sit scdm idem. quia mouens per formam eãdem mouet, vt est in actu per illam, & mouetur, inquantum per eandem est in potentia, vt illa est passiua. vnde ignis per calorem agit, & per calorem patitur: sed agit per calorẽ vt est actiua, & patitur per calorẽ vt est passiua. & similiter est de aqua respectu frigiditatis. vnde motor mouet vt est in actu, & mouetur vt est potẽtia mobilis. licet igitur mouẽs moueatur a moto, nõ mouetur ab eo inquãtum motum, sed vt est motiuum: & motum mouet mobile, nõ vt est mobile mouẽs, sed vt est potẽtia motum, vnde licet minus agat in maius, tñ agit a proportione maioris inęqualitatis, ex quo maior est potẽtia actiua minoris, quã potentia passiua maioris. Ista positio est contra principia Philosophi, ꝙ aliquid sit in actu & in potentia per eandem formam respectu eiusdem. tunc enim rueret totus octauus phy. & demõstratio Philosophi in. 8. phy. tex. cõ. 40. vbi habet ꝙ totum non potest per se mouere totum, quia tunc idẽ esset in actu & in potentia. Rueret etiam ratio Cõm. 3. cœli cõ. 28. vbi habet ꝙ elementum non potest esse per se mouens & per se motum scdm formã. quia, cum mouens scdm ꝙ est actu, & subiectũ motus sit ens in actu. &, cũ non sit in actu nisi per

A formam, tunc idem scd̃m idem essentialiter esset mouens & motũ, & in actu & in potentia. vnde licet scd̃m Peripateticos idem fit in potẽtia & in actu, tñ hoc nõ potest esse per se respectu eiusdem. forma elementi per se mouet, sed mouetur per accidẽs ratione materiæ, & vt est forma in materia. Dico igitur aliter, ꝙ ignis, inquantum est in actu, per caliditatẽ agit in aquam, inquantũ aqua est in potẽtia calida, sed aqua nõ est in potentia calida ratione frigiditatis: quia ista potẽtia est passiua, & vnum contrariorũ non est receptiuũ alterius contrarij. licet. n. frigidũ actu sit calidũ potẽtia, hoc est ratione priuationis annexæ, quę est in materia, quæ nõ potest expoliari a contrarietate scd̃m totũ. similiter aqua vt est actu frigida agit in ignẽ, qui est potentia frigidus. sed ignis nõ dicitur esse potentia frigidus, loquẽdo de potẽtia priuatiua ratione caliditatis: quia tunc calidum, remanens calidum, põt recipere frigiditatẽ: sed est ratione materiæ, q̃ stat sub forma ignis calidi. Et ideo primo de generatione tex. cõ. 43. laudans Diogenem, dicit ꝙ, si non essent ex vno omnia, non esset facere & pati adinuicem. Et ideo Ari. dicit ꝙ est ista necessaria cõditio in hoc, ꝙ fiat ista mutua actio & passio vt sit cõis materia. quia per materiã cõem vtrunq; est in potẽtia, sed per formas diuersas vtrunq; est in actu: & vtrunq; agit per illud, qđ est sibi propriũ, & vtrũq; patitur per illud, in quo est cõmunicatio. Vnde Ari. in primo libro de generatione & corruptione isto modo cõciliat opiniones Antiquorũ. quidã B enim actionẽ & passionẽ dicebat fieri merito similis, & quidam merito contrarietatis. ipse d. ꝙ cum totum videre debuissent, partẽ viderũt ambo. vnde tex. cõ. 50. determinat ꝙ receptio est merito similitudinis: quia quę patiũtur, dicuntur conuenire in eodem genere, i. subiecto seu materia, & actio est merito contrarietatis. non igitur ignis per se agit, & per se patitur caliditatem, ita ꝙ caliditas sit per se ratio, per quam agit & per quam patitur: sed agit per caliditatem per se, & per eandem patitur per accidens. & quia omne per accidens reducitur ad per se, per se pari ratione materię subiectę calori sic nõ est inconueniens. quia Cõmen. ꝙ forma vt forma mouet, sed vt est in materia mouetur: quia motio passiua est a materia nõ a forma. ita dic de aqua, ꝙ per frigiditatem per se agit in ignem, vt est in potentia passiua per se per materiam, scd̃m quam est potentia frigida: & eadẽ aqua patitur, vt est in potentia passiua per materiam per se vt est potentia calida: sed per frigiditatem aqua non est in potentia passiua, nisi per accidens. Sed ad difficultatem de excessu, dic ꝙ quando contraria ita sunt adequata in suis potentiis, ꝙ vnum tantum potest agere in reliquum, quantum alterum resistere, non prouenit actio in hoc casu. Vnde Cõmen. in hoc sensu negat ambas qualitates esse ęque potentes in summo in elementis, quia non proueniret actio, ut patet. 4. meteo. cõ. 10. Et ideo dicit Arist. in primo libro de C generatione tex. cõ. 89. & in. 2. etiam tex. cõ. 84. ꝙ in mixtione, qñ contraria sunt adæquata potentijs ęqualiter, tunc transmutatur vtrunque in sui ipsius naturã, non enim generatur alterum, sed medium commune. Et ita etiam dicit Cõmen. in. 2. de generatione. cõmen. 48. ꝙ mixtio contrariorum non fit, quando simpliciter alterum dominatur super alterum, neque quando habent ęqualem potentiam, si enim potentia alterius fuerit simpliciter dominans, generatio erit dominantis & corruptio dominati. &, si fuerint ęqualis potentiæ, tunc non fiet tertia forma, vt declaratum est in. 4. meteo. Vbi animaduerte ꝙ nõ fuit opinio Cõme. ꝙ duo contraria ęqualia in gradibus non possunt agere, vt multi ex ista authoritate male intellecta intellexerunt. quia hoc est contra sensum quia calidum vt. 8. potest agere in frigidum vt. 8. sed sensus est, ex talibus, quæ sunt ęqualia in potentijs, non potest resultare forma media: quia oportet talem formam, si debet prouenire, declinare ad alterum contrariorum, quod sit dominans dominatum: quia non datur complexio põderalis, nec æqualis ad põdus. vnde sic intelligitur authoritas eius in. 4. meteo. in cõ. 10. quia & in. 10. met. cõ. 23 &. in. 2. colliget cap. vltimo, & hic semper eodem modo loquitur. Quidam. n. ex illa authoritate in. 4. meteo. colligunt scd̃m Auerro. non posse re actionem fieri scd̃m eandem contrarietatẽ. sed fallũtur. Sed opinio sua est ista ꝙ, qñ elementa alterãtur adinuicem, si debet fieri mixtum, oportet ꝙ alterũ sit dominans, & alterũ dominatum

natur. sed propter hoc non sequitur illud, quod ipsi sibi imponunt, sed solum ꝙ
non possunt habere potentias ęquales. nam semper vnum dominatur reliquis:
& ideo mixtum mouetur ab elemento dominante. & licet sint in gradibus ęqua
lia, potentia tamē vnius superat resistentiam alterius. nam ignis vt est actu cali
dus superat aquam, quę est potentia frigida: & similiter de aqua respectu ignis.
ex quo sequitur ꝙ licet ignis agat, & patiatur ab aqua, & in aquam tñ plus pro
portionabiliter agit q̃ patiatur. aqua etiã plus ꝓportionabiliter patitur q̃ agat,
si ignis dominatur, & aqua est dominata. vt dicũt Medici, scdm quod in concep
tione fœtus mas & fœmina vterq; concurrit actiue & passiue tñ mas agit q̃ pa
titur, fœmina vero magis patitur, q̃ agit. & tamen actio semper sequitur a pro-
portione maiori inequalitatis, vnde si minus in gradu potest regere in maius,
multo fortius ęquale tamen cum hoc actio semper prouenit a proportione maio
ris inęqualitatis, quam habet potentia agentis supra resistentiam passi vnde li
cet idem sit respectu eiusdem agens & patiens, in actu & in potentia, penes eã
dem contrarietatem, hoc tñ est scdm duos modos diuersos, & hoc nihil est incõ
ueniens: quia potentia caliditatis superat resistentiam aquę, & potentia frigidi
tis superat resistentiam caliditatis. ista autem sunt diuersa, vt patet, & secundum
diuersos modos. Nota tamē quod licet expositores dicant hic, & præcipue Cõ
men. quod agens physicum, ex quo agit per contactum. necesse est quod patia
tur ab eo, in quod agit, hoc est verum, vbi est communis materia. sed hoc non
habetur ex isto loco, sed ex primo de generarione, vbi Aristo. hic loquitur vni
uersalius quã ibi. ex hoc loco non habetur, nisi quia mouens physicum mouet
per contactum ex tactu motiui accidit quod patitur, sed ex hoc non habetur ꝙ
patiatur ab illo, in quod agit. sed hoc habetur ex libro de generatione vbi di-
citur quod agens per contactum, communicans in eadē materia cum passo in
agendo, patitur ab eo, in quod agit. licet Cõmen. saluari possit: quia litera sua
loquitur de motore in potentia, & iste est motor materialis, sed secundum lite-
ram Alex. quę est de eo, quod mouetur, non plus elicitur, quãdo id quod dixi-
mus, quod id quod mouetur, mouetur inquantum est in potentia mobile, & om-
ne tale, cui immobilitas est vera quies, cum moueat tactu, accidit ex contactu,
vt patiatur, i. quod in mouendo moueatur. Sed ex hoc non habetur, nisi quod
omne corpus in mouendo mouetur, & sic est de cęlo, quod mouet ista & moue
tur, licet non mouetur a moto, sed a motore separato. Vbi animaduerte quod,
cum multiplex sit motus, non eodem modo verificatur ista propositio in om-
ni motu. nam in motu locali absolute est vera, quod omne corpus localiter mo
uens aliud localiter mouetur, siue sit cęlum, siue sit aliud generabile, hoc enim
probatum est in, 7. physi. in principio. sed nõ inteligitur ꝙ moueat' ab illo quod
mouetur ab eo, sed sufficit ꝙ mouetur ab alio. Nam ĩ hoc sunt instãtiæ manife
stę in oppositum. non oportet si manus mouet baculum, vt baculus moueat ma
num. similiter cœlum mouet ignē motu circulari, qualiscunq; sit, tamen cœlum
non mouetur, ab igne motu circulari. Nec etiam est intelligenda propositio ita
in motu locali, vt voluit Pomponatius in tractatu de reactione, in sectione secũ
da cap. 8. ꝙ eadē specie motus qua aliquid mouet localiter aliquod sibi proxi
mũ. eadem specie, cum moueat per contactum, moueatur. vt si aliquod mouens
moueat aliquod ad dexterũ, ipse ẽt moueat' ad dextrũ. Hoc. n. falsum est in
pluribus casibus. Nã non oportet ꝙ si homo mouet lignum motu tractus, ꝙ ip
mo motu tractus trahat' a ligno. Silr vapores in Solis attractione mouent scdm
angulos rectos sursum, & tamen Sol non mouetur scdm lineã rectã, sed in circu
lũ. Amplius dextrũ & sinistrũ non constituunt speciē motus localis sed sursum
& deorsum, & circa medium. alij autē sunt motus cõpositi, vnde licet mouens
corporeũ in mouendo moueatur, nõ tñ oportet ꝙ moueatur ab illo quod mouet,
nec vlr oportet, licet moueatur, quod moueatur eadē specie motus, sed sufficit
ꝙ moueatur localiter scdm genus. Ita expresse dicit lucidissimus Themistius
in prmo de aĩa in ca. 17. vbi soluit rationes Theophrasti contra Arist. Amplius
nõ est necessariũ in motu locali, vt mouēs localiter moueat' semper ad eandem dif
ferentiã, ad quã mouetur motũ, quia, 7. phy, tex, cõ, 10. attractio potest esse alie

& ad alterum, vbi Cō. dicit quod in naturalibus attractio est ad se, sed in voluntarijs inuenitur vtrunque, Amplius Aristo. expresse determinat oppositū in. 8. phy. in tex. cō. 38. vbi probat quod non est necessariu omne, quod mouet, moueri, quia hoc esset altero duorum modorū, vel eadē specie motus vel altera. & ostendit impossibile esse vtrunque membrum, vt manifeste patet ibidem. dicit enim quod si aliquid proijcit non est necessarium proijci scdm eundem modum proiectionis, & mirū est de isto viro quomodo ita delirat in limitatione istius propositionis. In motu autem alterationis distinguo, Quia aut alterans & alteratum communicant in eadem materia, aut non. Si non, pono istam conclusionē quod non oportet alterans, non communicans in materia cum alterato, in alterā alterari. patet de cęlo qd est primum alterans, & tamen non alteratur alteratione passiua, vt demonstratum est in primo cœli te. cō. 20. & 21. Si autē cōicat in eadem materia cum alterato, dico quod refert dicere tale alterans in alterando pati, & dicere, quod in alterando repetitur vel realteratur. stat .n. aliquod alterans esse adeo fortis virtutis, & in tantum excedere potentiam passiuam alterabilis, quod assimilabit sibi in sui natura, a quo tamen nō realterabitur. sicut gutta aquę proiecta ī maximū ignem extīguetur ab igne, & gutta vini proiecta in mari, patet quod ibi alterans non realteratur ab eo quod patitur, licet posset dici quod patiatur, quia actio est merito cōtrarietatis. & quia resistit sibi propter impedimentum contrarietatis. sic quodammodo agens dicitur pati, quia ex contrario impeditur, & ideo tēporaliter agit, tamen impedire non est mouere, neque alterare, dicit. n. Aristo. in. 8. phy. in tex. cō. 32. quod repercussa sphęra a pariete non dicitur moueri a pariete, sed a proijciente, per se loquendo. vt dicit Commen. in cō. vnde potest contingere quod passum sit adeo debile, quod non potest reagere. similiter patet quod non est necessarium, quod omnia cōmunicantia in materia alterentur & realterentur in quocunque tempore quia cessante contrarietate, desinet illa reactio, vt patet de elementis venientibus ad mixtionē quę licet in principio propter contrarietatem inuentam alterentur vicissim, tandem cessante contrarietate, deueniendū est ad aliquā mensurā, scdm quam compati se possunt adinuicem. & sic cessabit actio, quia prouenit isto modo medium ex eis taliter, quod vergit ad alterum, quod est dominans, Vnde stat quod cesset reactio vel propter defectum proportionis potentię supra resistentiam, quia virtus passi est adeo debilis, qd̄ licet posit aliqualiter impedire. quia retardat operationem agentis per aliquod tempus, non tamen sufficit ad agendum, vel propter defectum contrarietatis, quia stat quod aliqua in summis gradibus non se patiantur inuicem & tamen in aliquo medio possunt, sicut tenet Cōmen. 5. phy. co. 52. vel propter defectum proportionis, quia non est victoria potentię supra resistentiam. Vnde non inuenitur ista propositio de ractione in communicantibus in eadem materia, intelligendo per reactionem contrario motu moueri, nisi in motu alterationis passiuę quę fit merito primarum qualitatum. quia in motu locali, licet omne mouens localiter moueatur in mouendo, quia corpus est, non tamen est necessarium quod moueatur contrario motu ab illo, quod mouetur ab eo. vt si aliquod mouet deorsum, quod ab illo moueatur sursum, immo nec eodē motu, vt dixi de intentione Philosophi secundū speciem. similiter in motu augmenti & diminutionis, istam esse rationem, quę est ex contrario motu non est necessarium, vt patet intuenti. licet enim augens patiatur, non tamen patitur motu contrario, quia videlicet diminuatur. similiter in qualitatibus secundis non est necessarium, quod si aliquid albefacit aliquid, quod ab illo nigrefiat. Ponentes autem cōclusiones in potentijs apprehensiuis & appetitiuis loquuntur extra propositum, & dilatant vbi non opus est. quia reactio cōceditur ratione materię cōis, modo isti dicūt duos oculos omnino similer agere & reagere adinuicē, sed per aliud agūt, & per aliud patiuntur quia agūt vt sunt colorati, & patiunt, vt sunt diaphani, & dicūt idē agere ī seipsum oīno simile in actione spūali, quod tamē est contra Cū. 3. de anima cō. 4. vbi vult illam propositionē, omne recipiēs esse denudatū a natura recipientis esse verā in actione spūali & materiali, & habet vtrobiq; pro incōueniēti ꝙ idē sit mouens & motū, & actu &

potentia. Intentio igitur Philosophi non est de actione, nisi vera, quę fit per verã alterationem passiuam. nã quãuis contingere possit, ꝙ sit ista mutua actio in virtutibus apprehensiuis & appetitiuis, non tamen est necessaria. quia multi vidẽt & non sunt visi, multi amant & nõ sunt amati. similiter sensibile agit in sensum actione spirituali, & non patitur a sensu, vt patet. Quod autẽ aliqui in qualitatibus primis negant quod non sit differentia inter agere & resistere, & quod quantum agunt, tantũ patiuntur, est contra sensum, & contra Aristo. & omnes Medicos. Auicen. enim in quarta fen primi, in ca. 2. d. quod frigidum in fine calefacere difficilius est quam calidum in fine infrigidare, & Galenus in. 7. methodi medendi. cap. 9. d. quod humida intemperatura, vel caliditati vel frigiditati associata facilis est curę. & ibidem cap. 10. ex in temperaturis simplicibus deterior est sicca, ex compositis frigida & sicca. Et quod caliditas sit minus restrictiua ꝗ frigiditas, colligitur ex mente Philosophi in. 1. meteo. sum. 2. cap. 2. vbi d. quod confert ad celeritatẽ coagulationis aquã esse pręcalefactã, vnde qui iuxta Põtum sunt, ad piscium venationes intercedẽres glaciẽ, aquã calidã circũfundunt arundinibus, propterea ꝙ citius coagulatur. Causa autem, propter ꝗ nõ potuerunt isti confessa videre, inexperiẽtia fuit, vt dicit Philosophus primo de generatione tex. commento. 7. Dicamus igitur idem in egentibus corporis pati & agere modo pr̨edicto. sed alia est agendi ratio, alia patiendi, actio ad actu, passio a potentia est.

Tertio phy cõ. 17.

Sexta contradictio est commento. 17. Quia ibi declarans quomodo semper forma [illegible] rationem agendi & mouendi, declarat hoc de quantitate & qualitate, & sic videtur ponere quantitatem esse de principijs actiuis. Huius tamen oppositum ipse scribit. 7. meta. commento. 32. vbi habet quod non est necessarium vt ante qualitatem generatam, aut quantitatem, vt etiam dicitur in litera, sit alia qualitas agens, aut quantitas, similiter. 4. physicorum. commento. 84. dicit quantitatem non esse de principijs actiuis, sed sequitur potẽtias actiuas & operationes earum.

Solutio.

Ad hoc dicimus quãtitatẽ nõ esse de principijs actiuis actione reali, bene tamẽ est de principijs actiuis actione spirituali, & maxime tenendo, sicut tenet Cõmẽtator. 2. de anima. cõ. 133. talia sensibilia cõia sentiri per propriam speciem. In actione autem reali, licet non sit ratio agendi. est tñ cõditio. qa in agẽtibus materialibus actio est per cõtactũ, cõtangẽtia aũt sunt, quorũ vltima sunt simul. 5. physi. 22. Et sic quoquo modo quãtitas põt dici forma agens, quia non põt imediate substantia aliqua separata transmutare materiã, vt dicit Cõmẽtator. 7. meta. 28. & 31. cõmẽtis, sic igitur cũ quantũ, agat vt quantũ, licet quãtitate nõ agat, vt principio actiuo, sed vt cõditione necessario requisita, tamẽ vt sic concedi potest aliquo pacto quantitatẽ esse de pricipijs actiuis reductiue, & concomitanter, sicut ipsemet dicit ꝙ quantitas consequitur potentias actiuas & operationes ipsarũ: sed ipsa formaliter non est de principijs actiuis. Illud aũt ꝙ adducit ex. 7. meta. 32. nõ videtur esse multũ ad propositũ contra textũ istũ, & cõ. 17. huius tertij. Quia ibi Philosophus & Cõmen. non negant qualitatem vel qualitatem esse de principijs actiuis, sed solum dicunt quod in substantijs solum est necessarium, ꝙ id quod generatur generetur ab aliquo sibi simili in specie. In qualitatibus aũt & quantitatibus illud non oportet. stat. n. aliquam qualitatẽ generari sicut dicit Cõmen. quę tamẽ non generabitur a simili sibi in specie pręexistẽte, sicut qualitates, quę subsequũtur formã mixtionis primarũ qualitatũ.

Tertio phy. cõ. 31.

Septima contradictio est in commen. 31. Quia ibi dicit quod est per se notum continuum diuidi in infinitum. Sexto autẽ phy. colligitur oppositum, quia ibi demonstratur. demonstratio autẽ non est ad per se nota.

Solutio modernorum.

Respondetur a Modernis, quod non inconuenit vnam & eandem propositionẽ esse per se notã in vna scientia, & in alia demonstratam, sicut enim docet philosophus primo. poster. Chirurgia subalternatur Mathematicę scientiæ. quod ad istam conclusionem, quod vulnera circularia tardius sanantur. ita etiam licet scientia Naturalis & Mathematica non sint sic inuicẽ subalternãtes simpliciter, tamen sciẽtia Naturalis quo ad istam propositionẽ subalternat sibi sciam Mathematicam. nã vt inquit Cõmen. in isto, cõmen, ista est vna maxima in Mathematicis, ꝙ diuisio mã

futurum tendat in infinitum. & Commento, subdit quod hoc videtur esse per se notum. sed illi, qui ponunt magitudines componi ex indiuisibilibus, vt Plato, non concedent hanc diuisionem. Sed vnum per quod destruitur ista opinio, est hoc principium, videlicet ꝙ magnitudo non componitur ex indiuisibilibus. & istud bene destruitur per principia naturalia. & subdit Cômen. ꝙ existimatur illic, scilicet in.6.phy. ꝙ hoc demonstratur in scientia Naturali, s. ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum, Et subdit ꝙ non est remotum, ꝙ hoc principium sit per se notum, videlicet continuum esse diuisibile in infinitum, & tamen sit ignotum naturaliter ꝙ cōtinuum, vel magnitudo sit composita ex indiuisibilibus. tamen, cum fuerit declaratum magnitudines non componi ex indiuisibilibus, tunc scientia de hoc principio erit certificata. sequitur .n. ex hac positione ꝙ magnitudo diuiditur in semper diuisibilia, vt declarauit Aristote. in sexto, forte igitur Geometer ponit hoc principium, & Naturalis dissoluit hanc quęstionē, vt dicamus ꝙ istud principium indiget demonstratione. & hoc erit in hac scientia, & de hoc perscrutabitur in sexto. In quibus verbis commen. secundum expositionem Modernorum innuit duas solutiones. Vna est ista ꝙ, continuum est diuisibile in infinitum, est per se nota, tam in scientia Naturali, quā in Mathematica. sed ista, ꝙ magnitudo sit composita ex indiuisibilibus, est ignota, et demonstratur in scientia Naturali. Alia responsio est ꝙ vtraque est ignota, & vtraque est demonstrata in scientia Naturali. Sed salua pace taliter exponentiū hoc non potest stare. quia Com. infra. cō.70. dicit super verbis Philosophi, ibi, quando d. ꝙ post dicemus de vnoquoq; eorum, & de causa in hoc, ꝙ omnis mensura sit in magnitudines diuisibilis. super istis verbis d. Commen. ꝙ hoc significat ꝙ diuisio mensuræ semper est nota per se. ꝙ causa eius indiget demonstratione: non sicut quidam existimant, ꝙ Geometer accipit hoc esse a Naturali. Ecce igitur clarissimam sententiam Auer. contra communem errorē Modernorum tenentium Naturalem demonstrare continuum esse diuisibile in infinitum. ipse enim vult hanc esse per se notam in vtraq; scientia scilicet Naturali, & Mathematica quantū ad esse: sed bene est ignota quantum ad propter quid. et quo ad hoc Commen. dicit illam demonstrari in scientia Naturali. et illa demonstratio secundum ipsum est demonstratio causę tantum non enim inconuenit aliquam propositionem, quo ad qd est, notam esse, quę tamen non sit euidentia causę, sicut Lunam eclipsabilem esse notū est ad sensum, non tamen propter quid eclipsetur est notum. Causa igitur, propter quam continuum est diuisibile in infinitum, ignota est. & est ista, quia magnitudo ipsa non est composita ex indiuisibilibus, & ista demonstratur in scientia Naturali. & sic dixit Commen. in. cō. 51. istud principium indigere demonstratione scilicet demōstratione causę tantum, non demonstratione dante causam & esse. quia quantum ad esse istud est per se notum, & in nulla scientia demonstratur, & sic patet ꝙ non dedit Commen. duas responsiones, sed est vna responsio. aliter enim Commen. cōtradiceret sibi in commento illo, & in cō.70. & ita in modico spatio sui oblitus contraria diceret. Melius est igitur exponere ipsum Auer. per ipsummet, & dicere, sicut diximus, ꝙ continuum diuidi in infinitum est per se notum & in nulla scientia demonstratur: sed causa eius est ignota, & quo ad illud indiget demonstratione. Et ex hoc patet ꝙ solutio Modernorum non potest stare qui volunt Mathematicam subalternari Philosophię Naturali, quo ad istud principium, ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum. patet hoc esse falsum, quia demonstratio erigitur super re ignota: istud autem principium est notū p se, sicut inquit Commen. in vtraq; scientia: ergo est indemostrabile in vtraque. Similiter patet ꝙ frustra quęrunt super 6.phy. vtrum demonstratio, qua demonstratur continuum esse diuisibile in infinitum, sit demonstratio naturalis, vel mathematica, & faciunt quinterniones satis diffusos super hoc. patet ꝙ oīa ista sunt sine proposito. quia in. 6. phy. non fuit demonstratum an continuum sit diuisibile in infinitum: sed causa, propter quam est diuisibile, fuit demonstrata. Nota igitur Mecęnas solutionem istam, & manda memorię, quia viri magni, & illustres nostri temporis super isto passu sunt decepti errore manifesto.

Impugnatio

Alia solutio et eius impugnatio.

Solutio propria.

Tertio phy. cõmen. 40. Solutio.

Octaua contradictio est in cõ.40. Quia dicit, omne corpus esse figuratũ. Instã tia est, 3. cę. 67. de elementis, quę nullam figuram habent. Respondetur, omne corpus esse figuratum vel ratione suę formę, uel ratione continentis. Et sic elementa, quia sunt indifferenter oĩum figurarum receptiua, ideo de se dicuntur in figurata esse: terminantur autem ipsa merito continentis, & ideo merito continentis habent figuram, & secundum eius dispositiones disponuntur & ipsa. & sic patet qualiter omne corpus dicitur esse actu figuratum, & hoc non contradicit, ꝙ elementa de se dicantur infigurata.

Vtrũ locus totius & partibus sit idẽ secundũ speciem, vel secundum numerum?

Locus dupliciter sumitur.

Auer.3.phy.52. glosat illam propositionem, s. ꝙ idem est locus totius, & partis, de loco secundum spetiem. & non de loco secnndum numerum. Et glosa est themistij super.1.phy.48. Oppositum huius videtur innuere ipse Auer.1.cę li.84. vbi ait, videtur enim ꝙ locus cuiuslibet partium horum elementorum sit idem numero, immo idem est numero locus totius, & partis. Ad quod dico, ꝙ locus dupliciter dicitur (vt in proposito oportet) scilicet pro loco ad quem totum ex natura sua tendit. Alio modo locus sumitur pro vltima superficie continentis locatum solum. Hac posita distinctione, dico, ꝙ partes ipsius totius consideratę pro vt a toto distinguntur, & habent locum: dico ꝙ loquẽdo de loco proprio. s. de superficie circuente quamlibet partem. s. diuisim, & non aliud: tunc dico ꝙ locus partis, & locus totius, non est idem: quia maior est locus totius quam locus partis. Et hoc modo loquitur Auer. de loco in, 3. physi. 52. quum dixit ꝙ intelligitur propositio de loco secundum spetiem. Sed loquendo de loco, vt ad eum totum ex natnra sua tendit: tunc dico ꝙ locus partis, & totius, est idem numero: quia quemamodum totum ex natura sua ad illum tendit; sic quęlibet pars ipsius totius ad eundẽ tendit: cum totum, & pars, sint eiusdem naturę (vt Auer. ait.1. cęli.19. Et hoc modo loquitur Auer. de loco.1. cęli. 84. Vbi dicit, ꝙ locus totius, & partis, est idem numero. Et ꝙ hęc solutio sit de mente Auer, patet per ipsum, 1, cęli, 102. si recte eius verba spectantur: vbi dicit, & cum declaratum est, ꝙ partes terræ naturaliter quiescunt in medio, & violenter transferuntur, ab eo transtulit declarationem ad totam terram, cum locus totius, & partis, sit idem numero. s. medium: & non diuersantur nisi in maiori & minori. Hęc ibi Et nota, ꝙ propositio quę dicit, ꝙ locus totius & partis, est idem: veritatem habet in his quę sunt homogenea (vt dicit Auer.1. cœli.19.). Nam quę habent eandem deffinitionem, habent eandem formam: & ideo fallit in etherogeneis quia non est necessarium, quod ad id, quod mouetur totum: moueatur & pars: aut econtra sicut de se patet. Et sic dubiũ remouetur.

Tertio phy. cõ. 4. Solutio.

Nona contradictio est. 3. phy. cõ. 54. vbi habet mundum esse in loco per partes. Huius tamen oppositum videtur sentire. 4. phy. 43. Respondetur, ꝙ hic sumpsit mũdum pro toto vniuerso: & de hoc est verum ipsum esse in loco, quia partes eius sunt in loco, sicut ipsemet dicit. 4. phy. cõ. 44. sed quando dicit ꝙ mũdus non mouetur per partes contra Themistium, ibi sumpsit mundum pro corpore cęlesti, quod circulariter mouetur, quia tale scđm ipsum mouetur scđm totum, quantum ad formam, scđm partes vero, quantum ad formam & materiam simul: sicut ipse dicit ibi. & .6. physi. 85.

Tertio phy. cõ. 60. Solutio.

Decima contradictio est in com. 60. vbi tenet magnitudnem tam mathematice ꝙ̃ naturaliter consyderatam esse diuisibilem in infinitum. Huius tamen oppositũ reperitur in dictis eius. 4. phy. cõ. 72. vbi d. ꝙ licet linea, scđm ꝙ linea diuisibilis sit in infinitũ. nõ tñ scđm ꝙ est terrestris, aut ignea. Soluitur. Linea põt consyderari vt linea p̄cise, & sic consyderari habet a Mathematico, prout videlicet abstrahit a materia sensibili: & sic diuisibilis est infinitũ. Alio mõ põt consyderari, vt est in materia prima absolute: & vt sic consyderatur a Naturali, & vt sic diuisibilis est in infinitũ: quia infinitas est ex parte materię, finitas vero est ex parte formę. 3. phy, cõ. 65. infinitas accidit materię, scđm ꝙ est materia. Alio mõ põt oonsyderari linea, scđm ꝙ est in materia quali: & sic a Naturali cõsyderatur. & vt sic non est diuisibilis in infinitũ. quia vt sic cõcernit formã, a qua est terminatio, & actus. Et sic verificatur dictum Cõ. hic de linea naturali, vt est in materia prima absolute, sed 4. phy. 72. verificatur sua sñia de

Primo capi. de substãtia orbis.

A linea naturali, vt eſt in materia quali.ſicut manifeſtãt verba eius. Vtrũ aũt in aliquo caſu ĉt linea, vt in materia quali, ſit diuiſibilis in infinitũ, pertinet ad quæſtionẽ de minimis, quia in via corruptionis non inconuenit in multis caſibus negari minima ſecundum multos ſollennes Auerroiſtas, ſed de his alias.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Quarto Phyſicorum.

Quarto phy ſi.cõ.20.

PRima contradictio eſt in cõ.20. Dicit Ccom.ꝙ illud,qđ eſt per accidens,aliud eſt rarũ,& aliud eſt ſemper.Huius tamen oppoſitũ inuenitur,8.phy.cõ.36.vbi habet ꝙ illud,qđ eſt ꝑ accidẽs nõ eſt ſemper, neq; neceſſarium.Rñdetur,ꝙ ly per accidens, 8.ph, ſumitur vt diſtinguitur contra primũ,et per ſe.Non ſic autem in iſto loco,ſed ſumitur abſolute. vnde d.ꝙ tale aut eſt ſemper vel frequenter, et de tali fiunt demõnes iuxta ſnĩam Philoſophi in primo poſter.Eorum,quæ ſępe fiunt, quę demonſtrationes appellãtur dialecticę,vt inquit Commentator ibi.de his autem quę raro,non fit demonſtratio.

Solutio.

Quarto phy ſic,com,27.

Secunda contradictio eſt in cõ.27.ꝙ nihil ſeipſum recipit, neq; per ſe,neque per accidens. Huius tñ oppoſitum inuenitur.3.de aĩa,de intellectu,qui recipit ſeipſum per accidens:quia poſt aliorum receptionem, vt patet.tex.cõ.8.& idẽ ſentit Commen.12.meta.cõ.51.Niſi eſſet ꝙ.4.phyſi.loquitur de receptione corporali & dimenſionata:in terrtio vero de anima,loquitur receptione ſpirituali. & in tali non inconuenit ꝙ idem ſit mouens & motum,recipiens & receptũ:ſicut ſcribit Commen.8. phyſi.cõ.40,in intellectu autem noſtro verificatur per accidẽs:in alijs vero in intellectibus, & pręcipue in primo intellectu verificatur ꝑ ſe oĩbus modis: quorum cauſam requiras.12.me. cõ.39.&.51. De hac tamen proportione prolixę diſputaui in quęſtione de mouente & moto.

Solutio.

Quarto phy ſic,tex,32

Tertia contradictio eſt in tex .32. Ariſto.in hoc tex.vt ĉt lucidiſsimus Themiſtius videtur dicere motus localis tria genera eſſe ait, videlicet lationem,augmentum,& diminutionem. Sed huius oppoſitum habetur,ex.5. vbi dicitur in tex.cõ.18.motum eſſe in tribus prędicamentis,videlicet in quantitate,qualitatẽ, & vbi mõ, ſi motus augmenti & diminutionis eſſet generis motus localis, ſolum in duobus generibus motus natura ſaluaretur.Niſi eſſet ꝙ intentio Ari.in præſenti loco erat oſtendere ꝙ locus non quęreretur, niſi aliquis motus eſſet localis,i.per quem acquiritur locus, & ad locum habet aliquam habitudinẽ, ſed hæc dupliciter eſſe pót.uel per ſe & immediate,& iſte vere pertinet ad predicamentum vbi; vel per viam conſecutionis,& iſto modo motus augmenti,qui per ſe ĉt ad quantitatem & decrementi per viam ſequelę eſt ad locum maiorem vel minorem,cum aũt motus localis, qui in vbi ſpectat directe, alius rectus, alius circularis eſt,ab vtroq; differt motus augmenti,vt pertinet ad locum.a recto quidẽ,quia mobile ꝑ illũ motũ totaliter mutat locũ,ſed illud, quod augetur,mutat locũ ſcdm partẽ.ab eo vero,qui circularis eſt,differt ĉt quia licet ambo mutent locũ ſcdm partes, tamẽ partes moti circulariter ſemꝑ mouentur in eodẽ loco.ſed partes moti augmenti vel decremẽti nõ ſemper mouentur in eodẽ loco,ſed partes eius,quod augentur,mouẽtur ad locum maiorem,& partes eius,quod dimi-

Solutio.

nuitur, mouentus ad locum minorem, vt dicitur in.1. de generatione & corrup. D in tex.cō.25. Et animaduerte ꝙ id, qd augetur, licet per se immediate moueatur motu augmenti, qui est ad quantitatem, non tamen mouetur per accidēs ad locum, sicut si dū aliquid augetur calefiat, aut frigefiat, mouetur ad qualitatē p accidens: immo per se ēt mouetur motu locali, quia locus per se consequitur corpus, quod augetur, quia omne tale corpus est, cui per se debetur locus, sed qualitatibus non debetur locus per se, sed per accidens. & hoc dicit Aristot. expresse in.4.phy. in tex.cō.45. vbi ostēdēs quō aliqua sunt in loco p se, dicit vt omne corpus, aut scdm lationē, aut scdm augmentū mobile alicubi per se, quod

Instantia.

mouetur. igitur motu augmenti per se primo mouetur ad quantitatē, p se non primo mouetur localiter. Sed tunc est difficultas, quia.5.physi. ostenditur mo-

Solutio.

tum per se non ad motum, nec vt subiecti, nec vt termini, sed solum per accidēs contingere pōt vt vnus motus terminetur ad alium. Soluitur, stat aliquid esse p accidens respectu motus inquantum motus, quod non est per accidens respectu mobilis inquantum est tale mobile in specie consyderatum, Sic in proposito in.5.phy. qui est sermo vniuersalis de motu, loquitur in eo ꝙ motus, tamen mobile quod localiter mouetur, & quod augetur cum corpus sit, ei debetur per se locus non solum vt fertur, vtrum ēt vt augetur. sed est differentia, quia vt fertur,

Instantia.

per se primo debetur sibi locus seu vbi: vt augetur, per se primo quantitas, sed dum augetur primo, localiter mouetur per se nō primo, modo prędicto. Sed tūc E est difficultas, quia tunc motus augmenti fieret in tempore, & non per minima

Solutio.

quorū acquisitio est in instanti contra Auerroem in.3.phy. cō. 6. Respondetur ꝙ opinio Commen. quicquid alij dicant, fuit ꝙ augmentatio a principio rei, quę augetur vsq; ad statum, non est vnus numero motus, sed constat ex pluribus motibus & ex pluribus quietibus. Vnde sumpta vna partiali augmentatione, imaginor ꝙ transmutata & apposita noua materia in membro, tunc anima membri extendit secundum omnem dimensionem ipsum membrum, per quam extēsionem per se primo nunc acquiritur raritas. non enim ista est rarefactio, vt imaginatus est Petrus Pomponatius in suo tractatu, immo est augmētatio terminata ad quātitatem terminatam secundum tres dimensiones, & iste motus in tempore fit, & per se primo ad quantitatem terminatur, & ad locum per se non primo. quia isti motus non repugnant inuicem, vt in eodem tempore fiant. Et ista est via Auerrois in primo de generatione & corruptio. in cō.38. vt alibi diffuse demonstraui. Vnde quod me mouet ad hoc, est quia Aristot. hic enumerans illa, quę per se sunt in loco, dicit quę mouentur motu locali & augmenti. Si dicas est, quia subiectum motus est corpus, tam localis quam augmenti hoc nihil F est, quia etiam subiectum alterationis eadem ratione corpus est, non potest. n. alterari alteratione passiua, quę est motus, nisi corpus. sed differentia est, quia quę alterantur, non per se mouentur mutando locum, nec scdm partes, nec secundū totum, secus autem est de his quę augentur, quia ista per se scdm partem mutāt locum, aut maiorem, vt quę augentur, aut minorem, vt quę decrescunt. Sic. n. Aristo. increpauit Melissum asserentem principium infinitum vnum esse, & immobile. nam quid prohiberet, tametsi non posset moueri scdm locum, secundum totum quin posset alterari, vt dicitur in primo physic. in tex. commen. 24. &

Quarto physico, cō.32.

in.4.phy. in tex.cō.62. alterationi enim non opus est locus.

Quarta contradictio est in com. 32. Dicit Commentator habitum notiorem esse priuatione. Huius tamen oppositum dicit 8.physic.cō. 27. vbi habet ꝙ in quibusdam locis accidit describere habitum per negationes priuationum in casu. quo priuatio est notior habitu. Respondetur, ꝙ priuatio, quatenus priuatio est, nunquam est notior habitu. Et ratio est in promptu, quia ratio cognoscendi est ab actu.9. metaphy. 20. habitus autem habet rationē actus, & priuatio habet rationem potentię, a qua est occultatio. Et ideo priuationes habent cognosci per suos habitus, sicut potētia per actū, & sicut materia per formā, sicut patet in.3. de aīa. tex.cō.25. & primo de anima. tex.cō.85. vbi dicitur ꝙ recto & ipsum et obliquum cognoscimus. Sed tamen per accidens contingit cognoscere habitū per priuationem, & hoc vbi ad vnam formam ignotam deuenire volumus

per aliam formam notiorem disperatam, tunc.n. si volumus cognoscere illam ignotam quid sit in se, poterimus eam cognoscere per negationes formarum notiorum apud nos, quæ priuationes non sunt notiores ratione sui, sed ratione sui habitus, in quo habent reduci, sicut contingit in cognitione nostra de abstractis substantijs ex cognitione creaturarum, in qua secundum peritiores Theologos Theologos potius attingimus quid non sint, quam quid sint, Et illud voluit dicere Commentator in octauo physic. quia ibi reddit causam, quare Aristot. descripsit illud, qđ est per se, per negationē accidentis: & inquit ꝙ hoc fecit, quia illud, qđ est per accidens, est notius illo, quod est per se: & ideo accidet in quibusdā locis describere habitum per negationes priuationum. Bene igitur diximus nos, ꝙ priuatio, & negatio, quatenus priuatio & negatio, non sunt notiores habitibus & affirmationibus, sed rōne alterius habitus, & affirmationis, ad quas reduci habent. contingere potest priuationem notiorem esse habitu.

Quinta contradictio est in comm .64.36.&.42. Dicit vacuum esse naturæ consimilis. Oppositum vero tenet in com.48. vbi habetur ꝙ vacuum nō est naturæ consimilis, neque diuersę. Nisi esset ꝙ sententia Philosophi est, & Commētatoris, quod ex parte rei vacuum non est naturę consimilis, neque diuersę, cum nihil sit: similitudo autem, identitas, & diuersitas sunt differentię entis.10.meta. tex.cō.12. sed, scđm imaginationem Antiquorum ponentium vacuū, sequebatur vacuum esse naturę cōsimilis per totum, & sic ad hominem probat ibi Philosophus ꝙ supposito vacuo non posset ibi motus fieri, cum sit naturę consimilis per totum. vnde secundum rem vacuum non est naturæ consimilis, neque diuersę, tamen secundum imaginationem, quæ est res satis ampla, naturæ consimilis esse videtur. Quarto physic.cō.64. Solutio.

Sexta contradictio est in cō.71. Dicit Com. in motu elementi formam mouere & materiam moueri. In. 4. de cœlo dicit formam elementi esse vtrunque, scilicet mouens, & motum. Solutio. illud quod mouetur vt quod, non est materia neq; forma: quia in proœmio meta. actiones sunt suppositorū. materia enim nō potest esse per se motum, vt quod, in motu elementi: quia subiectum motus est ens in actu. 5. physi tex. cō. 8. nec forma, quia forma vt forma habet mouere. 2. de generatione. 53. & .3. physi. 18. tum quia forma habet rationem partis, parti autem non competit ratio per se moti, sed toti, quia totius est operatio. Illud igitur, quod mouetur, & quod mouet, est totum elementum. tamen passiue mouetur vt quod ratione materię, & mouet vt quo actiue, ratione formę. bene verū est ꝙ ēt concurrit medium, tanquam causa materialis extrinseca necessario requisita, si motus elementi debet perfici & exire in actum. quia in motu requiritur successio, & successio est merito resistentię. resistentia aūt non est materia, tamen sufficit, ꝙ elementum & sua forma ab intrinseco habeat potentiā rōne materiæ. Vnde si forma elemēti esset a materria separata, nullo mō esset mota neq; per se neq; per accidens, quia foormæ separatę, sicut dicit Commentator, 9. meta. com. 2. sunt tantū agentes, & nullo modo patientes, neq; essent mobiles, neq; accidentaliter. & ista est sententia Philosophi. 1. de generatione et corruptione, tex. cō. 55. formis antem in materia existentibus competit passibilitas rōne materię, & ideo per accidens sunt mobiles, non per se. qui enim dixerit formas esse per se mobiles, non est dignius vt a Naturali Philosopho impugnetur. 5. phy. cō. 5. Et ideo. 4. cęli cōm. 22. dicitur, ꝙ forma elementi, vt forma non mouetur, sed vt in materia, mouetur. quod intelligo per accidens. in hoc vero. 71. dicit materiā moueri, vt quo, tanquā principio per se potentialitatis ad motū: licet vt dixi non sit adequatum. dixit vero formam mouere tanquam principium formale per se incipiendi motum, cum actio sit a forma Sed contra obijcies. ex solutione sequitur idem mouens esse & motum: quia tu concedis formā elementi esse vtrūq;. Dicitur admittendo totum ad bonum intelllectum, videlicet ꝙ non inconuenit idem esse per se mouens, & tamen ꝙ sit per accidens motū: maxime in his quæ non mouent neq; mouentur, vt qđ. sed ꝙ idē scđm idē sit mouens & motū, hoc bene fuit a Peripateticis negatum. nam, vt scribit Cō. in libro destructio destructionum, disputatione prima, in solutione primi du- Quarto physic.cō.71. Solutio.

bii, principium ab omnibus concessum est, ꝙ nihil seipsum permanete pōt.

Quarto phy sic.cō.76.

Septima contradictio est in cō.76. Dicit Commentator corpus mathematicū non abstrahere a loco, & eadem sententiam habet supra in cō.47. & 1.de generatione comme.44. Sed huius oppositum inuenimus.3.cęli.cō 55. Nisi esset, ꝙ corpus mathematicum non abstrahit a loco indeterminato, tamen bene abstrahit a loco determinato. Nam ratio, propter quam aliquid est in loco indeterminato, est ꝙ sit dimensionatum. &, quia corpus mathematicum quantū est, ideo vt sic competit sibi in loco esse. sed ꝙ aliquid sit in loco determinato, verbi gratia superius vel inferius, hoc cōpetit corpori quali, nedū quanto. & sola naturalia corpora habentia grauitatem vel leuitatem vel aliquid huiusmodi sunt in loco. Aut aliter. corpus mathematicum non abstrahit a loco secundum imaginationē, tamen scdm rem abstrahit, quia secundum rem omne corpus est naturale, quia corpus mathematicum in effectu nō est separatum a naturali, sed sunt eadem. 2.phy.18. Et hoc voluit Commen. 4.physi.cō.47. in fine, vbi dicit ꝙ corpus mathematicum non est in loco, nisi scdm imaginationem. & vniuersaliter omnes propositiones mathematicę sunt vere ad imaginationem, 3.physi.cō. 60. &, 3.cœl.commento.72.

Solutio.

Quarto phy sic.cō.84.

Octaua contradictio est in cō.84. dicit Auer. ꝙ rarum & densum sunt contraria in quantitate. Huius tamen oppositum dicit in cō. sequenti. vbi habetur ꝙ raritas & densitas non sunt de essentia quantitatis. Et, 7.phy.commen.15. dicit ꝙ sunt qualitates. In 1 autem meta.cō.15. dicit ꝙ sunt de prædicamento situs. In.8.physic.commen.77. dicit, ꝙ densari & rare fieri sunt motus locales. qualiter ergo est tanta diuersitas in dictis eius? Soluitur. Raritas & dēsitas sunt de prędicamento situs, verum est scdm opinionem Antiquorum. sic glosat Com. 1, metaphy.cō.15. & sic potest etiam glosari authoritas Philosophi in prędicamento qualitatis, dum dixit raritatem & densitatem non esse qualitates, sed de prędicamento situs. nam Phiosophus in prędicamentis vt in pluribus loquitur scdm famositatē: sicut colligitur de intentione Commenta. 3. meta.cō.18. Et ista etiam est glosa Com. 7.phy.com.15. vbi dicit ꝙ raritas & dēsitas sunt verę qualitates consequentes calidum & frigidum, & subdit. Antiqui vero dicebant ꝙ densitas est constrictio pororū & raritas expansio: & per consequens scdm Antiquos sequitur ꝙ sint de prędicamento situs. & contra istos Antiquos loquitur Philosophus, & Commenta. 1, metaphysi.tex.cō.15. sicut patet intuenti. Dimitto hic responsionē Burlei. & iuniorū, quę nulla est, & instantias habet multas. Raritas tamen & densitas formaliter sunt quales: & tales, vt sunt in generabilibus & corruptibilibus, insequuntur calidum & frigidum. quod dico propter raritatem & densitatem corporum cęlestium, quę est alterius rationis ab istis. quia ibi non consequuntur calidum neq; frigidum, sicut patet. 2.cap. de substātia orbis. & sic intelligitur dictum Comm, 7.phy.15. Vnde motus rarefactionis, & condensationis sunt in prędicamento qualitatis, quia sui termini sunt formaliter qualitates, vnde Philosophus in. 2. de partibus animalium cap.1. inter qualitates elementorum enumerat etiam raritatem & densitatem, quamuis cunq; non enumerauit eas in: 2. de generatione: vel quia reducuntur ad grauitatem & leuitatem, vel quia reducuntur ad mollitiem & duritiem, vt dicit Alexander: vel ideo tacuit, quia vt dicit Comen. ibi in.cō.15. raritas & densitas non sunt qualitates actiuę, sed consequntur calorem & frigus, & est intentia Philosophi in. 2. de generatione, tex.cō.17. sicut bene notat ibi, logicus. Quando vero dicit Comme. in cō.84. ꝙ raritas & densitas sunt contraria in quantitate, hoc intelligitur nō formaliter, sed consecutiue. vnde ipsemet seipsum declarat ibi. inquit enim, raritas & densitas sunt contraria in quantitate. & subdit causam, dicens cum translatio corporis de raritate in densitatem est translatio de maiori quantitate in minorem. & hoc idem habet ipse. 4.phy. in cō.31. Et propter hoc ipse in cō.85. quarti phy. dixit raritatem & densitatem non esse de essentia quantitis: quia videbat, ꝙ non erant quantitates formaliter, sed consecutiuę. Quando vero dixit, 8.physico.commento.77. ꝙ densari & rarefieri sunt motus locales, dicitur ꝙ ibi loquitur ad hominem. quia ibi dicit ꝙ Anti-

Solutio.

A quod Antiqui dicebant generationem & corruptionem fieri per congregationem & segregationem, & fuerunt illi, qui dixerunt res generari ex raro & denso, & illi ponebant quod rarefieri & condensari sunt motus locales: & tales collocabant raritatem & densitatem in genere congregationis & segregationis & separationis; sicut ibi cō. expresse habet. Potest aūt dici scdm veritatē, ꝙ motus locales consequūtur ad motū rarefactionis, & cōdensationis, sicut patet intuenti.

Nona contradi. est in eodem cō. 84. dicit Cōmē. ꝙ quantitas non sit a quantitate, sicut caliditas a caliditate. Huius tamen videtur dicere oppositum. 1. de generatione, cō. 30. vbi habet ꝙ faciens partes magnitudinis est magnitudo. Solutionem huius quęre superius in. 3. physic. contradictione sexta, super cōmen. 17. — Quarto physic. cō. 84. Solutio.

Decima contradi. est in cō. 97. Dicit Cōmē. ꝙ. motus potest imaginari extra tempus. Huius tñ oppositum inuenitur in dictis suis. 12. meta. cō. 29. vbi habet ꝙ sine tempore impossibile est imaginari motum. Respondetur ꝙ Cōmē. hic loquitur de abstractione, quę fit in prima operatione intellectus. in qua pōt cōsyderari prius non consyderato posteriori. Nam sicut scribit Cōmen. 12. meta. cō. 39. intellectus natus est diuidere ea, quę sunt adunata in esse, licet in re ipsa nō sint diuisa. & ita, cū tēpus non sit de quiditate motus, intellectus potest abstrahere motū a tempore. Et ex hoc patet cōtra vulgares successionē nō esse de ītrinsica ratione motus, sed est de consequentibus ipsum. Sed. 12. meta. cō. 29. loquitur de abstractione, quę fit in secūda operatione intellectus. & sic nō potest imaginari motus sine tempore. quia imaginando hoc, talis imaginatio mendax est, prima autem minime: quia. 2. phy. tex. cō, 18, abstrahentium non est mendacium. — Quarto physic. cō. 97. Solutio.

Vndecima contradi. est in tex. 99. Ari. videtur dicere motum esse continuū, quia magnitudo, super qua fit motus, est continua. Sed huius oppositum arguebā per tex. cō. 23. in. 5. physi. vbi asserit quod esto quod spaciū, per quod fit motus, non sit continuum, dūmodo tempus, in quo fit motus, sit continuū, ad hoc motus est continuus. Amplius autem dubitatur ibidē. quia vult tempus esse continuum quia motus est continuus: sed. 5. physi. dicit motū esse continuum, quia tempus est continuum. aliter igitur sermo falsus esse videtur, alioquin erit circulus. Eudemus, vt asserit Simplicius in. 3. physicę auscultationis, tenet cōtinuitatē motus esse ex spacio. super quo fit motus. Straton autem non solum ex spacio, verū etiā ex seipso motum habere continuitatem asseuerat. Dicimus nos, quod continuitas motus ex pluribus causis venari potest, & diuersimode, quia & a priori & a posteriori. a priori quidē ex parte mobilis & ex parte spacii, & posteriori vero ex parte tēporis. Vnde Arist. 3. phy. tex, cō. 70. dicit quod instintum non eodem modo inuenitur in magnitudine, motu, & tempore sed tēpus est infinitum propter motum & motus propter magnitudinem. vbi lucidissimus Themistius per magnitudinem, in qua alteratur, mouetur, aut augetur, exponit subiectū motus, omnis enim motus, aut localis, aut alterationis, aut augmēti in magnitudine, quę corpus est tāquam in subiecto est, & ita exponit etiā Cōmenta, ibidē, & . 6. physi. tex. 49. dicitur, secutum est autem omnia diuisibilia ab ipso mutāte, idest a subiecto motus, ꝙ mutatur, quia illud est diuisibile, ideo motus & tēpus sunt diuisibilia. Vnde sine dubio potius continuitas mobilis est causa prima cōtinuitatis & diuisibilitatis motus quā diuisibilitas & continuitas spacii. Dicit enim Themistius quod non omnis motus cōtinuitas ex spacio, est alioquin motus cursorū in stadio lacessitus, & interruptus esse. sed nō potest motus esse cōtinuus si mobile non fuerit vnum & continunm, vt patet. 4. physi. tex. cōmen. 34. Amplius autem motus circularis corporis continuus est, & tamen non dicitur esse in spacio. vnde continuitas motus circularis est ex parte mobilis, licet in motu recto hoc possit esse, quia ille dicitur in spacio esse. scribit enim Cōmētator in. 2. cęli & mun. in. tex cō. 46. spactum in circulari motu est magnitudo ipsius corporis, magnitudinem. n. in istis scilicet in circularibus sunt, sicut specie in rectis. Vltima est determinatio, frater mi, Arist. formaliter in. 2. de generatione & corruptione, in tex. commen. 62. vbi ex proposito mouet quęstionem istam, vtrum motus continuitas sumatur principaliter ex parte mobilis, vel ex parte spacii sicut tenuit, & cōcludit pro opinione nostra, quā diffuse tenui in Theorematibus — Quarto physic. tex. 99. Solutio.

ꝙ ex parte mobilis. & tu vide, si placet. Ad formam igitur contradictionis dico D quod dictum Aristote. verum est sed non dicit illam esse causam primam & adęquatam, vt iam probatum est. Ad aliã difficultatẽ dicimus tempus esse causam continuitatis motus in ratione mensurę, quia tempus est numerus motus, & ad motus vnitatem & continuitatem requiritur quod sit vnitas mobilis termini & tẽporis, sed motus est causa continuitatis temporis in ratione subiecti & causæ & hoc non inconuenit. Quod solutio nostra vera sit, vide principium cõm. 99. vbi supplet defectum Aristote. dicit enim Commenta quod motus est continuus quia magnitudo, per quã fit motus, est continua; & motum etiam est tale, quia requiritur alia causa, immo illa est prima. Nam Arist. 2. cęli tex. commen. 47. demonstrat quod stellę, cum sint partes orbis, non possunt moueri per se orbe quiescente. quia, cum motus cœli sit continuus, oportet quod mobile sit vnum & continuum. & ideo, si partes eius essent diuisæ, motus ille non esset. contra tamen motus potest esse continuus, licet desinat rei, idest spacii parumper, super quo fit motus, vt patet. 5. physicorum. tex. commento. 23.

Quarto phy sic. cõ. 99. Duodecima cõtradictio est in cõmento. 99. Videtur dicere Cõmentator, quod motus sit quiditatiue quantitas. Huius tamẽ oppositum dicit Philosophus, & ipse in. 5. meta. cõme. 18. & tex. Burleus & Moderni distinguũt de triplici consyderatione motus. dicunt. n. motum posse sumi primo, vt non differt a termino ad quem, nisi sicut imperfectũ a perfecto: & sic est de genere termini ad quẽ. Alio B modo pro fluxu continuo, quo mobile tendit ad suam perfectionem: & sic est de prędicamento passionis. Tertio modo potest capi pro illa successione vel duratione transmutationis cõtinuę: & sic est in prędicamento quãtitatis p se, & sic dicit Philosophũ consyderasse motũ in. 5. meta. quando dixit motũ esse quãtitatem. Mirum est quando iste vir ita manifeste peccat in ponendo potentiã quãtitatem motui: & in dicendo de intentione Philosophi motum esse per se quantitatẽ. Immo Philosophus expresse. 5. metaphy. cap. de quãto, & est textus cõmen. 18. enumerat motũ, & tempus inter quãta per accidens, & dicit alia, vt motus & tempus. etenim huiusmodi quanta quædam dicuntur, & continua, eo ꝙ illa diuisibilia sunt, quorum sunt hæ passiones. Et Commentator in cõmẽ. dicit, quod tempus & motus sunt quantitates, eo quod sunt accidentia consequẽtia essentialiter illa, quę sunt quantitates per suam substantiam, scilicet magnitudinẽ, quę diuiditur essentialiter & primo. Dicamus ergo ad contradictionem, quod Cõmenta. non dixit in. 99. cõ. motum quiditatiue esse quantitatem, sed solũ per accidens. Vnde, si ponderentur verba sua, ibi reddit causam cõtinuationis in motu, & dicit ꝙ est quantitas, per quam est motus. noluit dicere ꝙ motus est continuus, quia motus sit quantitas, sicut imaginatur cõtradicẽs: sed voluit motũ habere continuationem a quantitate, idest a magnitudine, super quam fit motus. F

Quarto phy sic. tex. 104. Decimo tertia contradi. est in tex. 104. Aristote. videtur dicere (vt exponit Themist.) tẽpus esse quodãmodo numerũ ex mouentis collectũ. Sed huius oppositũ habetur. 6. phy. vbi ostenditur ꝙ tempus nõ cõponitur ex istantibus, sicut neq; linea ex punctus.

Solutio. Soluitur. Tempus quodãmodo est discretũ, & quodã modo continuum. si consyderatur vt est numerus numerans, sic est discretum & mathematicũ: & tũc sicut numerus causatur ex repetitione vnitatis indiuisibilis, & licet vnitas ipsa indiuisibilis sit numerus, tamen resultãs est quid diuisibile, sic eodem modo tempus, si consyderetur, vt est numerus resultãs ex repetitione instantis indiuisibilis, ipsum tñ diuisibile est, & hoc expresse dicit Themistius in præsenti loco, ꝙ instãs est quodãmodo vnitas tẽpori tamen naturaliter tẽpus est numerus numeratus. & est vt sic causatum ex partibus diuisibilibus & continuis, quia partes temporis sunt tempus. Et ideo Arist. in definitione tẽporis admonuit intelligendũ esse numerum sumi pro numero numerato, qui est cõtinuus & non discretus: licet Cõmen. alter sentiat contra Themistius. & male, vt declaraui, vbi dicit Themistius in pręsenti loco ꝙ differentia inter momenta respectu vnitatis in hoc cernitur, quia momẽta vnam continentiã pariunt, i. vnũ continuum efficiunt, sed vnitas discretionẽ moliutur, i. faciunt vnam discretionẽ, & hoc scdm mathematicam imaginationem, vt dixi, vnde momẽta cõtinuant te

A pus diuidunt: sed vnitat[e] solum diuidunt, non continuant. Potest etiam illud naturaliter intelligi, vt quo, non vt quod. quia partes temporis cõtinuarentur instanti, sed quę continuantur non sunt instantia. sed vnitates nullo modo sunt cõtinuantia numerum.

Decima quarta contradictio est in tex. 105, Arist. ponens similitudinem inter nunc, respectu temporis, & id quod ferrtur respectu motus, dicit quod sicut tempus est numerus motus, sic nũc est numerus eius quod fertur. postmodum vero dicit ipsum autem nunc est, sicut quod fertur, vt vnitas est numeri. & ita iacet litera ad verbũ. & Argyropylus ex pręsumptione male transtulit. Vnde sensus est, ꝙ nunc est respectu temporis sicut id quod fertur est causa lationis: & sicut vnitas est respectu numeri, sic ipsum nunc quodãmodo est vnitas respectu tẽporis. & nõ vult in his verbis Philosophus dicere ꝙ nũc sit numerus eius ꝙ fert[ur] sicut intẽperatus est Argyrophylus, neq; quod velit Aris. dicere nũc, cũ sit indiuisibile quodã, non cõparari ipsi mobili in rõne numeri, cum numerus sit quid diuisibile, sed in rõne vnitatis, vt interpretatus est diuus Thomas illum locũ. iam.n. concesserat Philosophus numerum lationis, & numerum eius quod fertur simul esse. & hoc, quod est numerus lati, patet ꝙ nõ est, nisi nũc. sed sensus Aris. est sicut legit lucidissimus Themist. & Simpli. & Cõmen. in cõ. qui volũt ꝙ ipsum nunc, ꝙ est numerus translati, ita se habet ad tempus, sicut vnitas se habet ad numerum, vt quẽadmodum vnitas ex sui reiteratione causat numerum, licet vnitas sit qd indiuisibile, sic instãs sui repetitione causa tẽpus, licet instãs sit quid indiuisibile. Vnde hęc sunt verba Themistii. Clarũ est semet cõmitari & appellare vicissim tẽpus & momentũ, ita, vt sine altero neutrum possit consistere. Est.n. tempus fere de momẽtis cõstitutus, conflatusq; numerus. nã momentum quodãmodo vnitas est tempori. & sicut vnitas repetitione alterationeq; numerũ facit, ita momentum reciprocatione & iteratione tẽpus, & quemadmodũ vnitas, quãquã insectilis, cõstituit tamen numerum sectilem, ita momentũ, quod indiuisibile est, inuehit tẽpus quod diuisibile est. cæterũ differentia noscitur, ꝙ momẽta vnã continentiam pariunt, vnitas discretionem molitur. Ita ẽt scribit Cõmẽ. in cõ. inquit enim cõ. 105. instans, quod est numerus trãslati, ita se habet de tempore, sicut vnitas de numero. deinde dedit modũ, scdm quẽ assimilatur vnitati, & modũ in quo differt, & dixit tẽpus enim est cõtinuum. i. sed tẽpus cõtinuatur per istans, & diuiditur per ipsum: per vnitatẽ vero diuiditur numerus, sed nõ continuatur. & istans continuãs tempus cũ accipitur pro termino cõmuni duobus tẽporibus, sicut pũctus accipitur vltimũ cõmune duabus lineis: & diuidit illud, quando accipitur pro principio futuri & fine pręteriti, vt declarabitur põtea. Sed tũc scdm istã expositionẽ Themistii, Simplicii, & Cõ, insurgit magna cõtradictio Apud Aris. Nã, si instans sui repetitione causat tẽpus, sicut vnitas numerũ sequitur tẽpus cõponi ex instantibus: cuius oppositũ demõstratum est in 6. phy. Cõfirmatur per Themistium dicentẽ tempus esse numerũ conflatum de momentis, constitutumq;. Amplius Themistius ĩ pręsenti loco subdit. Plane continuant momenta tempus, vt dixi, sed & diuidunt quoq; eo modo, quo motũ mobile & delatile delationẽ. Sed ad hoc patet solo ex his, q̃ declarat Philosophus infra in tex. commneto. 106. vbi vult quod tempus est numerus, non sicut eiusdem puncti, sed sicut vltima lineæ magis, & non sicut partes. medio enim puncto, vt duobus vtetur, quare quiescere continget. & te commen. 107. continuando dicit quod nunc non est pars temporis, neque diuisio motus, sicut neque puncta lineæ. sed sunt termini, qui sunt semper in terminato.

Quarto physic, tex. 105

Instantia.

Solutio.

Decima quinta cõtradi. est in eod. tex. Aris. in hoc tex. volens assignare causam vnitatis & cõtinuitatis motus, inqt etenim motus & alio vna est ipso quod fertur, quia vnũ & non quodcũq; ens, etenim deficeret, sed & rõne. vbi videtur dicere Philosophus, ꝙ ad hoc vt motus sit vnus & cõtinuus, oportet mobile esse vnũ non qualitercunq;, sed scdm rationem, quod Argyrophylus iuxta sensum referens aptius dixit. inquit enim, nã motus ac latio vna est, sane ipso ꝙ fertur propterea ꝙ vnũ est, & nõ subiecto, sic.n. intercapidines esse possent, sed rõne. Sed tex. aũt imediate pręcedente, s. 104. oppositũ videtur dicere. scribitur.n. ibi,

Quarto physic, tex. 105.

hoc autem quodcunq; ens est, idẽ est. punctum.n. aut lapis, aut aliquid hmõi est, D
ratione autem alterũ est, sicut Sophistę dicũt. & patet quod loquitur de mobili,
quod licet in toto motu sit idem scdm subiectũ, continue tamen est alterum &
alterum scdm rõnem, vbi est apertissima contradictio. Propter quã diuus Thomas,
& Latini oẽs legunt istũ locũ negatiue. volunt enim quod dicitur stare (sed
non ratione) & sic nulla erit contradictio Nos autẽ inuenimus locum istum in
Gręcis codicibus affirmatiuum, & Argyropylus ita etiam transtulit: & lucidissimus
Themistius, & Simplicius, qui verbotenus expositionẽ Themistii sequitur
in pręsenti loco etiam affirmatiue legũt. Pro quo debes scire quod mobile
dupliciter consyderari potest, vno modo, quo ad substãtiam seu scdm subiectũ
& sic mobile non est necessarium quod sit simul cũ motu, nec illa ratione dat
vnitatem & continuitatem motui. quia, si lapis moueatur, põt interea quiescere.
& licet vere moueatur, & sit vnus & idem lapis scdm substantiam motus, tamẽ
ille non erit vnus & continuus. oportet igitur id, quod fertur, semper esse vnum
scdm. rõnem, scdm, quã consyderatur, vt est causa motus. & hoc est in eo, quod
fertur. sic. n. est motus causa. vnde si non interlaxat, sed retineat istam rationem
formalem in toto motu, sic motus erit vnus & continuus. Vnde ista sunt verba
Themistii. est. n. ideo iugis & vna delatio, quia vnum est quod fertur, vnum inquã
non simpliciter (nã hoc quidẽ modo vna res fuerit, quę monstratur, corpus E
quæ est qua lignum, qua ferrum, qua lapis) sed qua defertur, idest in eo quod in
motu, delationeq; est, quo respectu vnum esse nõ potest, si motũ distrahat interrũpatue.
tunc enim neq; continuus neq; vnus fuerit, quãuis sit id quod moueretur
vnũ. sed tunc & vnus & continuus est, cũ quod defertur in eo quod defertur
est vnũ, hoc est cũ non interlaxat, nec interquiescit. alioquin interpollãdo prior
motus destruitur, & a posteriori absciditur atq; dirimitur. & sic etiã ad verbũ
dicit Simplicius. Sed quid tunc ad contradictionem dicemus, cũ superius dixerit
mobile in motu esse alterum scdm rationem. Respõdetur quod illa alietas scdm
rationem est alia ab ista, ibi enim loquebatur de alietate rationis cõtingenti mobili
ratione spacij, super quo fertur, Nam Arist. declarat hoc per exemplum. inquit.
n. hoc autem rõne alterum est, sicut Sophistę accipiunt alterum Corriscũ
in lyceo esse, & corriscum in foro. sed in hoc tex. dum asserit ꝙ mobile in motu
vno & continuo dicitur manere idem scdm rationem, intellexit de ratione formali,
scdm quã est causa motus, & continuitatis eius: & est inquantum mouetur
& defertur. sic enim talem rationem semper retinet in causando motum, videlicet
inquantum est in fluxu & delatione. quia non est causa motus immediata
scdm sui substantiam, quia sic quiescere & deficere potest. & hoc aperte dicit
lucidissimus Themis. in expositione tex. 106. vbi etiam Aristo. iterum dicit
quod id, quod defertur, semper est alterum. vbi dicit Themistius non quod sit al- F
terum a se in eo quod defertur, sed quia est in alio & alio loco. & sic nulla est
cõtradictio, qua est respectu diuersorum. Et istud tene, quia multi errores passim
circunferuntur propter ignorantiã literarũ Græcarũ. & Deus sit dator auxilij.

Quarto physi. tex. 108. Decima sexta contradi. est in tex. 108. Arist. & Cõmen. dicunt in isto tex. cõ.
108. ꝙ in tẽpore nõ est accipere minimũ scdm magnitudinẽ, sed solũ scdm multitudinẽ.
Sed opponebã ex tex. cõ. 39. secũdo de cęlo, vbi dicitur ꝙ vniuscuiusq;
actus habet minimũ tẽpus ad non excedere. & ibidẽ datur exemplum, quod
est dare minimũ tempus, cuius nõ contingit in minori moueri cęlũ. sicut neque
citharizare, neq; ire ĩ quocunq; tempore posibile. Amplius nõ est maior ratio
de tẽpore, ꝙ de motu. sed in motu est dare minimum motũ scdm magnitudinẽ,
scribitur enim. 2. cęli tex. cõ. 28. ꝙ minimus motus est, qui est velocissimus. talis
autem est motus cęli, qui est mensura aliorũ motuũ. in vno quoq; autem mensura,
quod minimum, vt dicitur ibi, & etiã. 10. meta. tex. cõ. 3. & 4. Soluitur. Cõ-

Solutio. syderatio de tempore & motu duobus modis capi potest. Vno modo simpliciter
& scdm rationẽ generalem inquantũ videlicet sunt continua, & inquantũ motus
aut tẽpus absolute. & illa ratione loquitur de motu & tẽpore Arist. in nostra
physicę auscultationis, inquantum videlicet motus inuenitur ĩ corpore absolute,
& in eo quod motus. Alio modo consyderãtur vt sunt applicata rebus sensi-

bilibus determinatis per formas sensibiless & naturales. Tunc dico ꝙ tempus sc͠dm illā abstractā consyderationē non habet minimū nisi sc͠dm multitudinem, non autem sc͠dm magnitudinē. nam cū sit de numero continuorū, & continuū sit diuisibile in infinitum, sub illa ratione non est dare minimū tempus. Si aūt tēpus fuerit cōsyderatū sc͠dm contractā consyderationē, vt habet mensurare motū, & actus determinatos prouenientes ab agentibus naturalibus determinatis: omniū.n.natura constantium determinatus est numerus magnitudinis & augmenti: sic bene in tēpore inuenitur minimum. & sic etiam inuenitur minimus motus, vt bene probatur ex obiectis. Consimilem solutionem sequitur Cōmen.in.6.physi. in cōmen. 15. sicut poteris videre.

Decimaseptima contradi. est in tex.112. Aristot.& Cōmen.dicunt ꝙ tempori per se competit mensurare motum. Sed huius oppositum colligitur a Philosopho inferius in tex.cō.118. vbi probās Philosophus, ꝙ licet tēpus sit mensura quietis, non sequitur ex hoc vt quiescens sit in motu, ex quo quiescens est in tēpore: quia tēpus nō est motus, sed est numerus motus. vbi Themistius & Alexan.dicunt ꝙ tēpus est accidens motus, & nō sequitur ꝙ. si aliquid fuerit in accidente alicui, ꝙ propter hoc erit in illo, cui illud accidens accidit. nō.n.si quid fuerit in die, erit in lectione Solis. & expresse Alexā.vt recitat ibi Simplicius, dixit ꝙ tempori accidit mensurare motum. est igitur apertissima contradictio, vt vides. Nisi esset ꝙ per accidens sumitur bifariam. vno modo, vt distinguitur contra per se primo modo. alio modo, vt distinguitur contra per se secundo modo. & tunc dico sc͠dm Alex.& Themist. ꝙ substantia seu quiditas temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris ipsius motus, sc͠dm quod hoc est prius & illud posterius. & sic tempus quiditatiue est numerus motus tantū & non quietis. quietis enim essentia non consistit in prioris alicuius ad aliquod posterius transitu, vt vterq; asserit. & ideo numerus in definitione temporis sumitur pro numero numerato, sed tempus bene est mensura, non solum motus, verum etiam quietis, quia mensurare est de accidentibus temporis, & nō est de quiditate, est.n.propria passio eius, sc͠dm quā primo respicit motum & per se, secundario vero & per accidens respicit quietē, quę est motus priuatio, eadem enim est mensura priuationis & habitus, licet non eodem modo: sicut est eadem potentia discretiua lucis & tenebrarum, & soni & silentij, & eadem est regula, obliqui & recti. Sic igitur, si ly per accidens opponitur contra per se primo modo, dico ꝙ mensurare motum non competit tempori per se, sed per accidens. vnde intellectus potest quiditatiue intelligere tēporis substantiam, absq; hoc quod intelligat mensurationem respectu motus. potest enim intellectus diuidere quę sunt coniuncta in esse, vt dicit Cōm. in. 12. primę philosophię in cō. [illegible] ly per accidēs distinguitur cōtra per se secundo modo, sic dico ꝙ tempori [illegible] accidit mensurare motum, sed competit sibi per se. & sic intelligitur dictū Arist. in tex cō.112. Sed tunc est difficultas, quia Cōmen. 4.phy. cō.112. contra Themist. vult ꝙ numerus ponatur in definitione temporis pro numero numerante, quia temporis per se competit mēsurare motum, motui aūt mensurare tempus competit per accidens. & ideo, vt inquit Arist. non posuit numeratum motus in temporis definitione, sed posuit numerum. & Themistius nō animaduertit ad hoc. tunc igitur, si mensurare motum ponitur in definitione temporis, male igitur dictum est hoc cōpetere sibi per se in secūdo modo, & intellectus potest intelligere quiditatem temporis abstrahendo a rōne mensurationis [illegible] motus. Dico ꝙ de Auer. ego magis miror, qui non aduertit iudicium, & verba magistri, quā de Themistio, qui nō animaduertit verba sua, si hoc [illegible]. Arist. enim videns multiplicitatem illius nominis numeri, posita tēporis definitione, statim admonuit nos, ꝙ cum numerus, alter sit numerans, alter numeratus, tempus non est tēpus quo numeramus, sed quod numeratur. ex [illegible] ꝙ quiditas temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris [illegible] motu, sc͠dm quod hoc est prius, & illud posterius. ꝙ autem tempus [illegible] mensuret, hoc consequitur tēporis quiditatem, sicut accidentia per se cōsequuntur subiectū, & hoc est, ꝙ multos viros illustres decepit vsq; ad tēpora

Quarto physic, tex,112.

Solutio.

Difficultas.

Solutio.

ſtra, qui videtes tẽpus non eſſe numerũ numerantẽ ſimpliciter, quia ille eſt quã titas diſcreta ſolum ex vnitatibus indiuiſibilibus reſultans atq; cõpoſita, neq; eſt præciſe res numerata, ſed eſt quodãmodo numerus numerãs, & quodãmodo eſt numerus numeratus, crediderunt propter concomitantiã inſeparabilẽ iſtarũ duarum conditionũ, ꝙ ſicut vnũ eſt de quiditate temporis, ita ſit & reliquũ, dicit enim Cõm. in. 4. phyſic. in. cõ. 95. multotiens exiſtimatur ꝙ illud, quod cõſequitur rem ſit ipſa res, ſed eſt error, quia vnũ conſequitur tempus quiditatiue, aliud vero ſicut paſsio. Et ideo bene dixit Alex. ꝙ quiditas temporis conſiſtit in numerato eſſe prioris & poſterioris motus, menſuratio autem conſequitur ſicut accidens. Vnde ęquiuocatio decepit Auer. & ſequaces Latinos, qui in hac re omnes hallucinati ſunt cum eo, quia non diſtinxerunt inter numerũ & menſurã. crediderũt. n. iſta ęquipollere, ſicut (inquit Alex.) crediderũt illi, qui opinati ſunt temporis definitionem eſſe imperfectã, volentes debere addi tempus eſſe numerũ motus & quietis, ac ſi eadem eſſet ratio numeri & ratio menſurę. ſed longe decepti ſunt, quia tẽpus ſolũ eſt numerus motus, ſed eſt menſura vtriuſq;, videlicet motus et quietis, licet diuerſis modis, quia motum menſurat p ſe, & quietem per accidens. & ideo, ſcdm viam Alex. & Themiſtij numerus, poſitus in definitiõe tẽporis quiditatiua, ſtat pro numero numerato, quia illa eſt temporis quiditas. & iſta eſt via eorũ. & eſt via Ari. vt mihi videtur ſine dubio. Si quis aũt vellet numerũ poſitum in definitione temporis habere vtrãq; ratio B
nem, videlicet & numerati reſpectu prioris & poſterioris primi motus, & numerantis reſpectu cęterorum, quia eſt natura eiuſdem, ſicut natura entis ambigui, & res definiuntur, ſicuti ſunt: eſt enim vt dicit Cõmen. quaſi cõpoſitum ex duabus quantitatibus, videlicet continua et diſcreta, & ſic videtur Cõmen. exponere definitionem illam: tunc ſtante illa via, quã cõiter Latini ſequuntur, dico ꝙ illa definitio non eſt pure quiditatiua, ſed eſt de numero illarum definitionũ, quæ dant quiditatem & eſſe, ſeu eſt de numero illarũ definitionũ, quæ differunt ſitu a demõſtratione. Vnde dico ꝙ numeratio actiua cõpetit per ſe tẽpori reſpectu cęterorum motuum, quia ipſa eius eſſentia conſiſtit in numerato eſſe prioris & poſterioris primi motus. & ſi Cõme. intellexit illo modo, bene intellexit, & Latini cum eo. ſed ſi intellexit ꝙ vtraq; ratio eſt de temporis quiditate, credo ipſum male ſentire, & Gręcos melius intellexiſſe mentem, & verba Ariſtote. iſta enim diſtinguuntur, ratio numeri, & ratio menſurę.

Quarto phyſic, tex, 112. Decimaoctaua contradi. eſt in eo. tex. vbi Ari. dicit ꝙ tempus & motus ſe mutuo metiuntur, quia adinuicẽ definiuntur. Sed huius oppoſitũ ſcribitur per Auer. in. 4. phy. in. cõ. 97. vbi dicitur ꝙ tempus non poteſt imaginari ſine motu, & motus poteſt imaginari extra tempus. Et confirmatur, quia motus ponitur in definitione temporis, ſed tẽpus non ponitur in definitione motus, vt patet

Solutio. in. 3. phy. tex. 6. Niſi eſſet ꝙ non fuit mens Philoſophi dicere motũ & tempus F adinuicem definiri, quia reciproce ſumantur in ſuis definitionibus, ſicut relatiua ſeinuicem definiunt, vt dicit Porphyrius in cap. de ſpecie, & Philoſophus in. 6. topico: ſed dicuntur ſeinuicem definire, i. determinare per viã adęquationis quia tempus adęquatur extenſioni motus, ita ꝙ non excedit nec exceditur ab eo, vt dicit Comen. 4. phy. cõ. 113. et ibidem com. 99. dicit quantitas temporis ſequitur quantitatem motus, ſ. quia eſt ęqualis ei, noli tamen credere ꝙ quantitas temporis, & quantitas motus ſint duę quantitates realiter diſtinctę, & ꝙ vna ſit fundata in alia, ſed ſunt vna quantitas realiter & fundamentaliter, & non diſtinguuntur niſi formaliter, vnde tempus vltra motum, vt motus includit propriam ſucceſsionem, nihil aliud addit niſi rationem menſurę formaliter, [illegible] bene ante nos notauit ſubtilis Scotus in. 4. ſenten diſtin. 48. queſt. 2.

Quarto phyſic, tex, 114. Decimanona contradi. eſt in tex. 114. Ariſto. d. tempus menſurat de motu vtrunq;, ſ. quantitatem, & eſſe. & hoc accidit motui, quia non habet omnes ſuas partes in actu. vbi videtur ꝙ per accidens motus menſuretur a tpe, quo ad quantitatem & eſſe. Sed in tex. co. 112. dicit oppoſitum, tempus per ſe menſurat motum, ſed motus menſurat tempus per accidens. Niſi eſſet ꝙ abſolute loquendo ve

Solutio. rũ eſt, tempus p ſe menſurare motum, quia ſubſtantia eius eſt menſurare motũ,

modo supra declarato, sed sermo presens est comparatiuus. quia differentia est inter tempus, vt comparatur ad motum, & vt comparatur ad res permanentes, quę sunt sub tempore. res. n. temporales mensurantur a tempore, nisi scdm esse, i. quantū ad duratione earū, vt patet in tex. cō. 115. non autem mensurātur quo ad sui quantitatē, verbi gratia lapis, quo ad suum esse, i. quo ad durationem & permanentiam sui esse, mensuratur a tempore, sed lapidis quantitas mensuratur non a tempore, sed a cubito vel aliquo consimili. sed motus, cum sit res successiua, & nō habeat oēs partes simul, mensuratur a tempore, & quo ad sui quantitatem, quia vt dicit Com. in. cō. 113. cum tempus fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extēsionē motus, sic mensurat motū per se, & adęquatur ei, vt dicit Com. in. cō. 97. & mensuratur a motu alio modo per accidēs. & tempus etiā mensurat motum quo ad esse, id est quo ad durationem eius, & fluxum suę permanentię. & ita motui mensurari quo ad vtrunque, s. quo ad quantitatem & esse, accidit ex parte qua est ens, nō habēs oēs sui partes in actu, sicut est spaciū, & vniuersaliter sicut sunt res permanentes.

Vigesima contradi. est in tex. 115. Arist. dicit ꝙ cum tempus sit numerus quidam, esse in tempore dicitur dupliciter, vel ꝙ aliquid sit tūc, cū tempus est, vel tanquam in numero esse. In numero aūt esse contingit dupliciter, vel sicut partem, vel sicut pasśionē, vt vnitas, & par & impar, quorū vnitas est pars numeri, impar autem & superfluū sunt numeri pasśiones. sic ēt inquit in tempore nūc & prius & posterius. sicut. n. illa numeri aliquid sunt, ita hęc sunt aliquid tēporis. Vnde. 4. phy. tex. cō. 105. vnitas ita se habet ad numerum, sicut instans ad tempus. sicut enim numerus est collectus ex reiteratione vnitatis, sic tēpus est numerus quidam collectus, & conflatus ex instantibus, vt dicit etiam Themistius ibi. par aūt & impar & superflum sunt de pasśionibus numeri, sicut etiam prius & posterius sunt de pasśionibus tēporis. Vnde Themistius expresse dicit ꝙ sicut illa sunt accidētia numeri, sic hęc sunt accidētia tpis. patet aūt ꝙ hoc non intelligitur de vnitate, quia vnitas est pars numeri, sed de pari & impari et superfluo: igitur prius & posterius sunt pasśiones temporis. Sed ex aduerso videtur ꝙ sint differētię substantiales temporis, quia ponuntur in definitione eius. Solutur, ꝙ prius et posterius, quę ponuntur in definitione tpis, nō sunt prius et posterius tpis, sed sunt prius & posterius motus primi, vt dicit The. Ad argumētum Galeni, qui contra Ari. inuectus asserebat enumeratis omnibus significatis prioris, nullus alius modus videbatur congruere nisi prioritas scdm tempus, & ita tempus definiebatur per tempus. Themi. autem, & diuus Thomas, & Cō. dicunt ꝙ prius & posterius ibi sunt prius & posterius primi motus. Et ex hoc poteris videre ꝙ prius et posterius nō sunt de quiditate motus, sed sunt accidentia motus, vt dicit Aristo. & Commen. in. 4. physic. in tex. com. 99. sunt enim eadem scdm subiectū, quia quando consyderantur, vt dicit Com. vt sunt in subiecto, sunt partes motus, sed, quando cōsyderantur scdm definitionē & quiditatē sunt aliud a motu. qa motus est in quantitate, & prius & posterius sunt in numero. Tunc sic, sicut motus est in quantitate, vt mensuratur a tempore, sic etiā tempus, vt mēsurat motum, est in quantitate, sicut dicit Cō. in cō. 113. vbi declarat quomodo motus mensurat tempus per accidens tempus vero motum per se. inquit. n. hoc accidit ei, cū fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extēsionē motus, quod intelligas, quod ad extensionē durationis motus merito illarum partiū, quę sunt successiuę, & non merito partiū motus, quas habet simul ad diuisionē mobilis. habet enim motus duplices partes. 4. phy. cō. 102. nam partes motus ex mobilis diuisione sunt scdm triplicē diuisionē, & penes illas tempus non est mensura motus, sed solū quod ad partes successiuas: & ita tempus non est mensura motus nisi scdm longitudinē durationis tanq̃ lineę successionis. & sicut prius & posterius scdm quiditatē differunt a motu, sic prius & posterius scdm quiditatē differūt a tēpore. sunt. n. accidentia & pasśiones temporis, sicut par & impar sunt pasśiones & accidentia numeri, & ista est vna solutio. Quia autem Themistius substinet etiā prius & posterius posita ī definitione tēporis posse recipi, prout sunt differentię temporis, in illa solutione ad argumentū, Ga-

Quarto physic, tex. 115.

Solutio.

lent, tunc secundam solutionem esset magis difficile argumentum, & contradi dictio magis valida. & tunc iuxta illam solutionem oportet dicere ꝙ verę & substantiales temporis differentię sunt nobis occultę, & circumloquimur eas per suas proprietates. Vnde diuus Augustinus confessus est se ignorare temporis quiditatem. Vnde in hoc casu licet ad circumloquendum differentias occultas ponere consequentia & propria, sicut dicit Comme. in simili de qualitatibus elementorum contra Alexan. in. 8. meta. cō. 5. & alibi frequenter & Aui. in. 5. suę metaphy. & tu cogita.

Quarto physic. tex. 17. Vigesimaprima contra. est in tex. 117. Aristot. & Com. volunt tempus esse causam corruptionis per se, quia tempus est numerus motus, & motus distare facit, gñationis vero per accidens. tunc igitur videtur generationē esse per accidens intentā a natura, & corruptionē per se. Huius aūt oppositum legimus in. 2. de generatione & corruo. in tex. cō. 59. vbi Arist. reddens causam continuationis & sempiternitatis generationis finalem, inquit, quoniam in omnibus inquimus naturam desyderare, quod melius est: melius est autem esse quam non esse ideo compleuit deus esse, continuam faciens generationem. & ex consequenti generatio est per se intenta. & corruptio per accidens. Nisi esset ꝙ effectus ad duo comparari potest ad instrumentum, & ad agens principale: & tunc sine dubio in naturalibus simpliciter & absolute effectus dicitur per se, aut per accidens in ordine ad agens principale, & non in ordine ad instrumentum. instrumentum etiam dupliciter consyderari potest, vel materialiter, vel in ratione instrumenti, quando consyderatur materialiter, non habet rōnem instrumenti, sed agentis principalis, & tunc dico que possunt oppositę proprietates competere vni & eidem rei, dum est agens, & dum est instrumentum, & huius est accōmodatū exēplū de igne, nā, vt dicitur. 2. de aīa t. c. 41. augmētū ignis apposito cōbustibili ꝓcedit in infinitū. sic. n. Ari. reprehēdit ibi Antiquos asserētes augmētū & nutritionē fieri ab igne, vt ab agēte principali. sed scđm sniam Ari. ignis cōcurrit vt con cā & instrūm. aīa. n. oīa operatur mediāte igne, vt dicit Ari. in libro de morte & vita. tñ ignis, vt est animę instrumentū, mouet ad certū terminū prędixū, & naturę cognitū. sic ēt est pariformiter ꝙ motus natura simpliciter consyderata distare facit. & ista est cā per se ablationis rei a sua substantia vt inquit Commenta. tamen motus, vt est instrumentum regulatum a Deo & intelligentia mouente habet per se intendere generationē & ꝑ accidēs corruptionem. non enim sicut diximus, impossibile est oppositas & diuersas dispōnes cōpetere rei, vt est agens, & eidem, vt est instrumentum.

Solutio.

Quarto physic. cō. 117. Vigesimasecunda contradi. est in com. 117. dicit motum abijcere a substantia. Oppositū infra. in eodē. 4. com. 129. Et. 8. phy. 59. Solutio. Solutio. dictum suum fallit in motu locali per se, verificatur tamen per accidens.

Quarto physi. tex. 127. Vigesimatertia contradictio est in tex. 127. Aristo. definiens, repente, dicit esse illud, quod tempore non sensibili propter eius paruitatem est remotū. Sed opponebam. quia ex libro de sensu & sensibilibus, oē tempus sensibile est sua te natura. Nisi esset ꝙ tempus iudicatur esse sensibile, aut non sensibile, eo quod cuius passio facta in eo, sensibilis est, aut non sensibilis. & quia cōtingit alicuius passionem aliquā fieri ꝓꝑ motus velocitatem & temporis breuitatem insensibiliter, ita ꝙ latet nos, illa rone tempus respectu illius passionis insensibile iudicatur, sed respectu alterius passionis illud tempus sentiretur, omne igitur tempus in se sensibile est, & sic in libro de sensu loquutus est. sed nō respectu cuiuslibet passiōis in eo factæ sensibile esse pōt. et sic sumpsit hic. Aut aliter dicā ꝙ tēpus hic sumitur large pro termino temporis, qui est ipsum nunc indiuisibile in tempore existens, in quo sunt termini mutationum, & omnes instantaneę mutationes. consueuit nanq; Philosophus lato vocabulo tempus appellare confinium temporis, seu ipsum instans, quod idem est. & est solutio Alexandri.

Solutio.

Quarto physic. tex. 128. Vigesimaquarta contradictio est in tex. 128. Aristoteles hic, & Commenta. asserunt tempus potius causam esse obliuionis & ignorantię, ꝙ̄ scientię & cognitionis. vnde laudat & pręfert sniam Pythagorici Paronis asserentis tempus esse indoctissimū. quia & obliuiscuntur, Sed huius oppositū legitur in The

mistio in.2.phy.super tex.43.vbi dicit tempus esse, & longã ętatem aptissimã alindaginẽ veritatis rõnem, atq; efficacissimã. & hoc ẽt dicit Com. in sua media expositione in.2.phsic.imitatus in eodẽ loco Themistij sñiam. Nisi esset ꝙ sermo Ari.est cõparatiuus, magis.n.operatur obliuionẽ ꝙ̃ scientiã, vnde & in.1.de aĩa Ari.increpat Antiquos, cur de deceptiõe, & cã eius nõ consyderauerint magis.n.propriũ est aĩalibus, & plurimum tempus in hoc perficit aĩa. vbi Themistius d.in tex.cõ.151. ꝙ ea, quę nouimus, portione minima continentur, si collata & comparata his fiũt, quę ignoramus. Sed sermo Themistii est simplex nã vt inquit Auic.in tracta.7.suę primę philosophię, ars quęlibet in sui exordio est cruda & immatura, sed maturatur postea, & deinde paulatim decoratur & perficitur. idem dicit Aristote.in.1.meta. Philosophiam balbutiendo incępisse. vnde Ari.1.cœli.22.& in.1.meteo.dicit.ex temporis longitudine putandum est infinities Philosophiam fuisse renouatam, & infinities easdem opiniones extitisse, & ista est via eius. — Solutio.

Vigesimaquintã cõtradi.est in eod.tex. Dicit tempus esse per se causam corruptionis, quia tẽpus est per se numerus motus, omnis aũt motus, seu mutatio a natura remotiua est. & eandẽ sententiã habet Philosophus in eodem.4.physi. in tex.cõ.117. Sed est in hoc duplex dubitatio. Primo, quia tempus est numerus primi motus, qui localis est. motus autem localis non abiicit a substãtia.8.phy. tex.cõ.59. & est limitatio ẽt Auer.hic in cõ.128. vbi dicit ꝙ oĩs transmutatio naturaliter aufert substantiam transmutati in quacunque specie fuerit transmutatio, nisi in loco, & ita rõ Ari.nõ videtur esse ad propositum. Amplius aũt falsum videtur, videtur ꝙ motus etiam seu transmutatio per se sit cã corruptionis. quia.2.de generatio.& corru.tex.cõ.59. semper naturã in oĩbus desyderare qđ melius est dicimus. melius est aũt esse ꝙ̃ non esse. & per consequens generatio, quę ducit ad esse, est magis de intentione naturæ, ꝙ̃ corruptio, quę ducit ad nõ esse. Et cõfirmatur. quia 1.cęli.tex.cõ.4. motus semper ex diminutione proficiscitur, & intentio eius est perfectio. sic enim ibi probatur ꝙ corpus est magnitudo perfecta, quia non potest ferri in aliam vlteriorem, & per consequens motus potius est cã perfectionis & bonitatis, & sapientię, ꝙ̃ obliuionis, & corruptionis, & insipientię: cuius tamen oppositum scribit philosophus. Nisi esset ꝙ differt consyderare transmutationem & motum in se, & consyderare ipsum, vt comparatur ad intentionem agentis naturalis, cuius est instrumentum sub ratione, qua est instrumentum. & tũc dico duo dicta, quorum primum est ꝙ quilibet motus in se consyderatus distare facit id, quod est, vt dicit Philosophus in tex.cõ.117. seu a natura remouet rem, pro quãto rõne eius subiectum remouetur a forma, sub qua erat. immediate enim quo aqua incipit calefieri ab igne, incipit remoueri a frigiditate, quę erat sibi naturalis. &, quia subiectũ nõ põt expoliatum esse ab omni forma, ideo accidit ꝙ, quando subiectũ virtute motus seu mutationis remouetur ab vna forma, oportet ꝙ transmutetur ad aliam formam oppositã. sed prima operatio de intentione motus & mutationis est remotio subiecti a sua dispositione. &, quia ista est corruptio quędam, ideo motus & mutatio per se est cã corruptionis, generationis vero est cã per accidẽs. esse.n. qđ est terminus generationis, est effectus p se & essentialiter agentis, aut generantis, siue illud sit natura, siue aĩa, siue intellectus, vt dicit Com.in.cõ. pręsenti, vbi innuit triplex agens, naturale, qđ est infinitũ: aĩam, qđ est mediũ: & intellectum, qđ est supremum in ordine agẽtiũ. differentia.n.est inter animam & intellectum, vt est videre in 1.de aĩa, vbi Ari. reprehendit Antiquos, qui non diffinxerãt inter animam & intellectum. & similiter anima est supra naturam, vt alibi declaraui. Si aũt cõsyderatur transmutatio & motus, vt est strumentum agentis, cum agens naturale semper appetat quod melius est, & esse est melius, ꝙ̃ non esse, sic generatio per se est a motu, & corruptio est per accidẽs. Ne videatur igitur tibi mirum, si opposita verificantur de vna & eadem re sub diuersis respectibus consyderata. Scribit.n.Com.in.3.cęli, in cõ.9. cõparatio est accidens separabile a re, res autem non semper separatur a se secundum enim qđ respectiuũ habet dispositiones cõtrarias & infinitas, & scdm qđ est, essentiã

Quarto phy sic.tex.128.

Solutio.

non habet nisi vnum, & est quasi sua essentia. Et vt tu melius possis capere D hoc, manuducam intellectum tuum per quoddam simile. Certum est ꝙ in motu augmenti ignis concurrit secundum sententiam Philosophi, vt concausa, & instrumentũ: & manifestum est ꝙ augmentatio non est ab igne, inquantum ignis, quia augmentum ignis, vt dicit Philosophus. 2. de anima. te. cõ. 41. est in infinitum apposito combustibili, sed ignis, vt est animę instrumentum, ducit ad certũ terminum notum in natura, quia agit secundum exigentiam animę, quę est agens principale. sic pariformiter debes imaginari de transmutatione, ꝙ oppositas habet dispositiones, vt absolute consyderatur. & vt eadem refertur ad intentionẽ agentis. & hoc etiam pulchre notauit subtilis Doctor in Theorematibus suis, inquit enim, actio cuiuscunque, quando ipsum fit instrumentum, variatur specie ab actione eius, vt principalis agentis. Per hoc patet ad obiecta, ꝙ licet tempus sit numerus motus, tamen est mensura non solum motus localis, verum et aliorum motuum, qui a substantia abiiciunt. & quia motus localis est causa aliorum motuum, ratione hac potest Philosophus habere intellectum suum. Ad aliud patet ꝙ concludit ꝙ in ordine ad agens, esse est magis intentum quam non esse: siue sit natura. siue anima, siue intellectus, vt dicit Commen. in cõ. Ad aliud primi de cęlo dico ꝙ motus ille est imaginarius, & mathematicus, & ille est vt res perficiatur. sic enim dicunt punctum fluentem causare lineam, lineam superficiem corpus. sed motus naturalis, qui est in rebus sensibilibus, primo operatur remotionem, & distare facit. & si operatur generationem & esse, est per accidens, inquantum subiectũ transmutatum non potest remoueri ab vna forma, quin recipiat aliam. alioquin stare posset sine omni forma.

Quarto physico, tex, 131.

Vigesima sexta contradi. est in. 131. Arist. absoluens primã quęstionem de illis duabus propositis in tex. cõ. 130. in qua quærebatur vtrum tempus esset circumscripta anima, inquit, ꝙ cũ tempus sit numerus motus, numerus autem duplex est, videlicet numeratus & numerabilis: cũ autem nihil aptum sit numerare, nisi anima & animę portio illa, quę intellectus appellatur, nisi anima esset, impossibile esset tempus esse. Sed huius oppositum habetur ex. 2. de aĩa in tex. cõ. 142. contra Antiquos, qui asserebant non existente sensu nullum esse sensibile vt non existente visu non esse colorem. quia color cum sit visibilis, & visibile dicitur relatiue ad ipsum visum: non existente aũt vno correlatiuo, nec alterũ existeret. Arist. aũt, soluens eorum instantiam, dicit eos peccasse per fallaciam ęquiuocationis, quia in non simpliciter dictis loquuntur tanquam de simpliciter dictis. nam sensus & sensibile dicuntur dupliciter scd̃m actum & scd̃m potentiam. tamen licet dictum eorum sit verum, dum sumuntur scd̃m actũ, quia si non sit visus in actu, nõ est visum in actu: qñ aũt dicũtur scd̃m potentiã, dictũ eorũ nõ sequitur, qa licet nõ sit visus in actu, posset tñ esse color, q est visibilis in po- F tentia. & hoc ẽt expresse dicit Com. in. cõ. inquit. n. in eis aũt, quę sunt in potentia, non sequitur vt corruptio eorum, & esse sit semper insimul. Amplius est sententia Aristo. in prædicamentis, vbi habet ꝙ sensus & sensibile non sunt simul natura, quia sensibile ablatum aufert sensum, sed non econtra.

Boethi opinio.

Forte propter istas rõnes Boethus, vt recitat Simplicius authoritate Alexandri in presenti loco, & est authoritas ẽt Themistij in sua paraphrasi, voluit sententiam Aristo. nõ esse veram in hac solutione. inquit enim nihil prohibere numerum esse, dato ꝙ non sit aliquid, qd̃ numeret, sicut potest esse aliquod sensile, dato ꝙ non sit sensus.

Alexãdri, & Themistij solutio.

Hanc aũt obiectionẽ Alexãder, & Themistius soluere cupiẽtes isto mõ ab soluunt. dicunt enim ꝙ ea, quę referuntur, simul sunt. cum autem aliqua adinuicem referuntur dupliciter sumi possunt, actu videlicet & potestate, relatio aũt dicitur fieri scd̃m eandem rõnem, vt quę referuntur actu, ambo sumantur vt actu & quę potestate, ambo sumãtur potestate. vnde sensus in actu refertur ad sensatum in actu, & econtra, & similiter sensus in potentia ad sensibile in potentia, & econtra. Sic in proposito, si nõ est numerans in actu, non erit numerus numeratus in actu: & si non sit numeratum, quod dicit aptitudinem, neque etiam potest eodẽ modo remanere numerabile, quod ẽt aptitudinem dicit. licet enim possit remanere res illa, cui accidit iste respectus numerabilitatis, tamen non rema

nebit sub ratione, qua numerabilis. quemadmodũ, si non sit sensus in actu, non est sensatum in actu: & si non fuerit sensus in potentia, non etiam erit sensibile in potentia, licet remanere possit id, cui accidit sensibile esse. sicut si non fuerit visus in potentia non erit visibile in potentia, licet remanere possit color, cui accidit visibilem esse, sed non remaneret in ratione visibilis, sed sub ratione, qua color absolute: ita licet sine eo, qđ numerat, remanere potest numerabile, tñ numerabile remanere non põt nisi remaneret numeratiuum. cum aũt ita sit, motus esse põt, si nulla res remaneat, quę numeret, sed prius & posterius esse non possunt, vt dicit Themi. nisi numerentur atq; monstrentur. si igitur tempus mõstratio prioris & posterioris constituit, qui effeceris, vt sine actione animi tempus condet, immo, vt asserit, si bene perpendas, neq; motus animo dempto remanet, quia anima est fons, & origo motus circularis, qui est principium, & cã cæterorum motuum, vt asserit. Sed in hac solutione sunt maxime ambiguitates. Nam tunc dictum Ari. in .2. de aĩa non esset verũ, vbi dicit, soluens rationem Antiquorum, ꝙ licet sensus in actu sint simul & sensatum in actu, in his aũt, q̃ sunt potestate locum non habet, sicut ẽt Com. dicit in cõ. modo per vos ẽt in his quę sunt potestate, locum habet, quia sensibile in potentia refertur ad sensum in potentia. Amplius tunc videtur dictum Arist. in prędicamentis non esse verũ, vbi probat ꝙ non oĩa relatiua sunt simul natura, dans instantiam de scibili respectu scientiæ, & de sensibili respectu sensus. quia inquit ꝙ destructo sensu potest remanere sensibile, & destructa scientia potest remanere scibile, sed dicam ... ꝙ est falsum, & est purus error. quia si scibile ad scientiam referatur in actu, sunt simul: si in aptitudine, ẽt simul sunt & non sunt, sic. n. sunt relatiua. ꝙ ... vnum in aptitudine, & aliud in actu, tunc non est bona cõparatio. vnde licet destructa scientia in actu potest remanere id, quod esse põt scibile, non remaneret sub rõne, qua scibile, si scientia oĩno desineret & actu, & aptitudine vt patet intelligenti. Vnde Porphyrius in prędicamentis corrigit dictũ Ari. ... vt recitat Boetius. inquit. n. vniuersaliter verum esse in omnibus relatiuis esse simul natura. vnde neq; sensibile est prius sensu, neq; scibile est prius ... rã licet sensu gustus sublato, mel remanere possit, non tamen remaneret ratione qua gustabile. & licet scĩa sublata, substantię rerum possunt permanere, non tamen permanerent inquantum scibiles: quia omne scibile scientia scibile est. Mihi tamen videtur pro defensione Arist. dicendum esse ꝙ dictum suum ... 2. de aĩma sit verum ad hominẽ. nã loquitur contra Antiquos, qui asserebant ... entia consistere in apparentia & existimatione, & ad eorum opinionem se ... atur quiditates rerum consistere in actuali relatione, & ꝙ omnia erãt actu ad aliquid, sicut est videre in .4. primę philosophię, vbi in tex. cõ. 26. inquit, qui dicit omnia, quę apparent, esse vera, omnia quę sunt facit ad aliquid, & ĩbi ... in tex cõ. 25. arguit ꝙ, si sensus & sensibile sunt relatiua, s. scdm esse, sicut ... Antiqui, tunc non possent esse sensibilia sine sensibus. Et simpliciter, si ... e solum esset, nihil esset profecto, cum animata nõ essent. sensus nanque ... neq; sensibilia itaq;, neq; sensiones esse fortassis verum esset, sentiẽtis ... passio est. Ipsa vero subiecta, quę sensum faciunt, nõ esse etiam absq; ... hoc impossibile est. Sensus nãq; nõ ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiã ... sensum, qđ necesse est prius sensu esse. mouens enim natura. prius est mo... ... dicũtur hęc ipsa nihil minus. vbi scdm Ari. in his, quę sunt ... scdm dici, vnũ põt esse natura prius alio: sicut dicit de mouente & mo... licet inuicẽ dicantur, vnũ est natura prius reliquo. sed scdm sñiam Antiquorum sensibile & sensus erãt relatiua scdm esse, & sua substãtia erat vnũ ha... ad aliud. hoc. n. est, qđ facit his temporibus difficultatem. qui a opiniones ... non sunt famosæ. vt patet per Auer. 1. de aĩa. cõ. 26. Vnde Alexã. in expositione illius tex. 25. quarti meta. expresse dicit illa esse dicta contra Protagorã, qui, dũ sensibilia sola esse putaret in habitudine quadam sensus. ad ... sensibilia generari tradebat: quare ęquale cuiq; videretur tale illi esse ... & ibidẽ Alex, dicit ꝙ & si mouens & motũ inuicẽ inter se referãtur agẽs et patiẽs, et quatenus talia sunt simul existãt, natura tñ mouẽs efficiẽsq;

Difficultates contra solutionem.

Opinio propria.

prius est ꝙ motum, & patiens, sensibilia igitur sensum precedũt & possent ei. A se, etsi non sentirentur. sed scdm sententiã Protagorę, & sequacium sequeretur ꝙ ablatis sensibus auferẽtur sensibilia. Beatus doctor tamen in illo loco dicit conformiter, dicit. n. si solum sic est aliquid, vt est sensibile, vt dicunt Antiqui, sequeretur ꝙ nihil esset, si sensus non essent, & per consequẽs si non essent animata vel animalia. hoc aũt est impossibile. nam hoc potest esse verum, ꝙ sensibilia, vt sunt sensibilia in actu, vt sic nõ sunt sine sensibus. quia sic sunt, vt sunt in sensu, & sub hac ratione omne sensibile in actu est quędam passio sensus, quę non potest esse, si sensus non sunt. sed ꝙ sensibilia, quæ faciunt istam passionem in sensu non sint, hoc est impossibile. quod sic patet, remoto enim posteriori non remouetur prius. sed res faciens passionem in sensu nõ est ipse sensus, quia sensus non est sui ipsius, sed alterius, quod oportet esse prius naturaliter, sicut mouens est prius natura moto. visus enim non videt se, sed colorem. Et si contra hoc objiciatur ꝙ sensus & sensibile sunt relatiua, & ita sunt simul natura, & interempto vno interimitur aliud, nihilominus sequitur propositum, quia sensibile in potentia non dicitur relatiue ad sensum, quasi ad ipsum referatur, sed quia sensus refertur ad ipsum, vt dicitur in. 4. meta. in tex. cõ. 20. Et ista solutio cõcordat cum dictis Philosophi in. 2. de anima in tex. cõ. 142. & concordat dictis Auerr. vbi dicit ꝙ licet sensus in actu & sensibile in actu sunt simul, non tamen est verum, quando dicuntur secundum potentiam. B

Quarto physic, tex, 131.

Vigesimaseptima cõtrad. est super eo. tex. Ari. quęrit vtrum tempus habeat esse extra aĩam vel in anima. videtur determinare ꝙ, cum tempus sit numerus motus, si nihil aliud est aptũ numerare, quã aĩa, & animę intellectus, impossibile est tempus esse, nisi anima sit. Ex aduerso aũt est sententia Auer. in 4. phy. in tex. cõ. 97. vbi dicit Arist. in tex. ꝙ, si esset idem instãs omnino, nõ esset tempus. similiter, si reputaremus ipsum esse idem, non reputaremus tempus esse. vbi Cõmẽ. notat ꝙ ex istis verbis demõstratur, & significatur ꝙ tempus habet esse extra animam. In hac instantia qui vult distincte videre veritatẽ, oportet inspicere naturam numeri, nam in hoc consistit tota difficultas, quia ratio Philosophi conculudentis tempus non esse, anima dempta, consistit super hoc, ꝙ tempus est numerus. & cũ numerus, aut sit numeratus, aut numerabilis, vterque autem dependet ab anima, ideo, aĩa dempta, nõ remanebit tempus. Primo igitur videndum est cum tempus scdm mentẽ Cõme. 4. phy. cõ. 109. id, quod est quasi forma in tẽpore discretio, quia est numerus, & id, quod est quasi materia, est continuatio, quia motus est, cuius tẽpus est numerus, oportet igitur videre quid sit formale in numero. Ad hoc aũt quidam dixerunt ꝙ formale in numero est vnitas. & hoc videtur probari authoritate Philosophi in. 4. phy. in tex. cõ. 133. vbi dicit ꝙ extra mensurã nihil aliud est quã mensuratũ, & totũ mensuratũ nihil aliud est ꝙ multa metra. vbi Cóme. dicit in cõ. ꝙ numerus nihil aliud est quam vnitates multæ, & vnũ nõ est aliud a numero. Et cõfirmatur. quia illud est formale in numero, quo addito vel subtracto variatur species, & forma numeri: sed addita aut subtracta vnitate, variatur species numeri: quare, &c. antecedens patet ex. 8. meta. tex. cõ. 10. vbi dicitur ꝙ species entium sunt sicut numeri. vbi expresse dicitur ꝙ addito aut ablato aliquo a numero variatur species numeri. Sed ista opinio nõ põt stare. quia materia & forma nõ coĩcidũt. 2. phy. tex. cõ. 70. sed vnitates sunt partes materiales integrantes numerũ: igitur non sunt partes formales. vnde sicut duo semicirculi sunt partes materiales circuli & non formales, ita vnitates in numero. Confirmatur. 7. meta. tex. cõ. 35. partes materiales sunt distinctę a formalibus, & formales sunt natura priores, & sunt quę sumũtur in rõne & definitione. cũ igitur vnitates sint materia & ptes integrales: cõparatio. n. partis ad totũ est cõparatio materię ad formã. 2. phy. tex. cõ. 31. & 7. meta. cõm. 35. ideo vnitas non põt esse formale in numero. Alij dixerũt ꝙ determinata distantia ab vnitate, quę est pricipiũ numerí, est formale in numero, v. g. distantia determinata, qua distat trinitas ab vnitate, constituit ternarium, & distãtia, qua binarius distat ab eadem, cõstituit binariũ. Sed ista positio stare nõ potest, quia talis distantia est per magis & minus distare: & ista facit differen-

Quid sit formale in numero prima opinio.

Secũda opinio.

istæ secundum multitudinem & paucitatem, quia quę minus distant sunt pauca, & quę plus sunt multa: sed multum & paucum sunt accidentia numeri, sicut magnũ & paruum in continuo sunt accidentia, & non faciunt differẽtiam in continuo secundum speciem. Amplius differre per distantiã est differre respectus. & si istæ spẽs numerorũ sunt absolutæ, quomodo igitur differunt per respectus. Item effectus positiuus dicitur habere causam positiuam: talis distantia dicit priuationẽ forma liter igitur, &c. Ioã. Bachonis in. 2. sentẽ. distin. 2. quest. 1. dicit ꝙ, cum ex mente Philosophi. 5. meta. tex. cõ. 11. vnum dicat formaliter indiuisionẽ, & quia omnis negatio reducitur ad suam affirmationẽ, omnis numerus vnus, quia est indiuisus in suo esse, talis iudicio reducitur ad suam affirmationẽ: & est, quia quilibet numerus in se est semel tantus. & ista est ratio formalis, quę est de substantia numeri. vnde. 5. meta. tex. cõ. 19. sex est semel sex, non est bis tria, neque ter duo. Vnde vnitas dupliciter sumitur. Vno modo materialiter, & illo modo sumitur, dum dicimus binarium esse cõpositum ex duabus vnitatibus, & ternariũ ex tribus: & illo modo vnitas nõ est forma numeri, sed materia seu pars integralis. Alio modo sumitur vnitas pro illa ratione formali, per quam aliquid est semel tale, puta semel sex, vel semel tria. & sic tale est formale in numero, & est de substantia numeri. & per hoc patet ad argumenta superius, quæ probant vnitatẽ non esse formale in numero, ꝙ procedunt sumendo vnitatẽ primo modo, & non secundo modo. Et ad authoritatem Cõmẽ. soluitur ꝙ numerus non est aliud ab vnitate, verũ est integratiue loquendo de talibus, quæ sunt materia numeri. sed vltra illas vnitates, quę sunt sicut materia, oportet imaginari vnitatem, quę est sicut forma. Et subdit pręfatus doctor ꝙ vnitas, quæ est principiũ numeri, quo videlicet quilibet numerus est semel tantus, differt ab vno, quod cõuertitur cum ente, licet vtrũq; dicat indiuisionẽ. quia vnũ, quod conuertitur cũ ente, dicitur de oĩbus modis vnius positis in. 5. meta. tex. cõ. 7. vsque ad. 12. sed vnũ, quod est principiũ numeri, dicitur specialiter. nõ. n. dicitur de vno cõtinuo, immo est modus oppositus illi. Secunda differentia. quia vnũ, quod cõuertitur cum ente, non dicit dispositionem additam essentię, vt dicit Cõm. contra Auic. 4. met. cõ. 3. &. 10. meta. cõ. 8. sed vnum, quod est principium numeri, est accidẽs additum, cuilibet enim rei accidit numerari. Tertia differentia est, ꝙ vnum, quod cõuertitur cum ente, est trãscendens, & conuenit cuilibet rei, & nulli est mensura. sed vnum, quod est principiũ numeri, est mensura cuiuslibet rei. Sed ista opinio istius doctoris stare non põt. quia vnum, quod est principium numeri secundum Cõm. est vnitas materialis, quæ pertinet ad prędicamentũ quantitatis: tale enim vnum est accidens, & dicit dispositionẽ additã essentię. sed vnitas formalis, quę constituit numerum in specie, per quam quilibet numerus est semel tantus, non dicit dispositionem additam essentię, immo talis vnitas constituit quiditatẽ & essentiã numeri. vnde talis vnitas formalis, constituẽs speciem numeri, insequitur vltimam differentiam numeri constitutiuam: & talis vnitas est quoddam comprehensum sub vno transcendenter sumpto, sicut inferius sub vno superiori, quod est cõmune cõmunitate ad oĩa analogice. Vnde ęquiuocatio decepit virũ istũ. nam Cõm. vult ꝙ vnũ, quod est synonimũ enti, conuertitur cum ente, & non dicit dispositionẽ accidentalem in entibus, sicut volebat Auic. ꝙ ens & vnũ essent accidentia addita essentijs rerum. sed vnũ, quod est principiũ numeri prędicamẽtalis, qui causatur ex diuisione cõtinui, & in solis materialibus inuenitur, tale vnum est qđ est accidens. & ita etiã vnitas illa numeri discreta secundum mathematicã abstractionem est accidens additum essentię, & tales vnitates sunt partes integrales numeri, & nulla talis est formalis. sed vnitas formalis est insequens differentiã essentialẽ, vt diximus. & talis continetur sub vnitate transcẽdente. & ista est via Auer. sine dubio. Secundum, quod oportet videre, est, an numerus habet esse extra aĩam, vel in aĩa. Pro quo aĩaduerte, ꝙ Cõm. 4. phy. cõ. 131. dicit ꝙ esse numeri non est in aĩa omnibus modis, quia tunc esset fictitium, sicut chimera & hircoceruus: sed esse eius extra mentẽ est in potentia propter subiectũ propriũ, & esse eius in anima est in actu, s. quando aĩa egerit illã actionẽ i subiecto prępara to ad recipiendũ illam actionẽ, quę dicitur

Bachonis opinio.

numerus, vbi per subiectum intelligatis obiectum, sicut plerunq; sumit Philoso- D
phus, vt patet. 2. de gñatio. & corrup. tex. cõ. 7. tale. n. est aptum recipere actio-
nẽ aiẽ terminatiue nõ receptiue. quia numeratio illa actualis est actio immanẽs,
& est in aia actu numerãte. Et, vt posis bene ĩtelligere, debes scire ꝙ duplex
est numerus, Mathematicus videlicet, & Formalis, vt elicitur ex sententia Cõ-

Numerus duplex mathematicus, & formalis.

men. pri. meta. cõ. 38. & est differentia inter hos numeros. Quia numerus mathe-
maticus est forma abstracta a rebus numeratis, & est in aia solũ in esse abstra-
ctionis, & nõ multiplicatur ad multiplicationem rerũ numeratarũ. de hoc nume-
ro loquitur Arist. in. 4. phy. in. tex. cõ. 132. vbi dicit numerus septẽ canũ, & nu-
merus septẽ equorum est vnus & ęqualis, licet res sint diuersę. Et etiã hoc idẽ
repetit in vltimo tex. illius tractatus te. cõ. 134. vbi dicit, ꝙ bene dicitur ꝙ nu-
merus hominũ & numerus canũ est idem, cũ fuerit ęqualis. Numerus formalis
est numerus determinatę rei, vt numerus decem hominum vt est hoĩum decẽ,
& numerus linearũ vt est linearum. & isti numeri fomales sunt multiplicati &
diuersificati, sicut formę sunt diuersæ. quia tales sunt subiectiue in ipsis rebus,
vel sunt illę res scdm diuersas vias. Hoc stante, si sumatur numerus in actu, quo
aia actu numerat res numerabiles, talis vt sic est in actu in aia: extra aiam autẽ
non habet esse nisi in potẽtia, videlicet vt cõsyderantur res, quę sunt aptę natę
numerari, sicut decẽ hominũ numerus formalis est extra animam, quia talis nu-
merus, licet aia non numeret illũ in actu, tamen ille est numerabilis ex natura E
rei ab anima. & ideo dato ꝙ anima non esset in ratione actu numerãtis, dico ꝙ
ille numerus formalis, qui est subiectiue in ipsis rebus, vel qui numerus est su-
biectũ aptũ natum numerari per aiam, remanet & habet esse in esse numerabi-
li. & hoc est, quod dicit Cõmenta. ꝙ numerus habet esse extra mentẽ in poten-
tia propter subiectũ, quod est aptũ recipere illã actionem ab anima, i. ꝙ est ap-
tum numerari per aiam. Sed nunquid si aia desineret esse, non solum in actu nu-
merans, verũetiam & in potentia seu in aptitudine, numerus haberet esse extra
aiam in potẽtia? Respondeo ꝙ bene posset remanere fundamentũ absolutum,
sed non remaneret in ratione numeralis, sicut, si gustus desineret in actu, posset
remanere gustabile in potẽtia: sed si desineret gustus in actu & aptitudine, de-
sineret gustabile omnibus modis, licet bene posset in illo casu permanere mel,
sed nõ remaneret sub rõne gustabilis. sic de visu, destructo actu & aptitudine,
destruetur visibile actu & aptitudine, sed bene illo casu posset remanere color.
ita destructa aia ad imaginationẽ in ratione numerantis, nõ solum in actu, verũ
etiã in aptitudine, nõ remanere posset, nec posset intelligi remanere aliquid in
ratione numerabilis. quia, sicut numerus numeratus dicitur relatiue ad numerã-
tem, sic numerus numerabilis dicitur relatiue ad numeratiuũ, vt dicũt expoli-
tores. & sic soluitur argumentũ Boethi cõtra Arist. qui dixit, dato ꝙ aia demã- F
tur, posset remanere numerabile, sicut dẽpto sensu põt remanere sensibile: verũ
est, ꝙ destructo sensu in actu, potest remanere sensibile in potentia, quod nõ dici-
tur relatiue ad sensum in actu, quia sensatum in actu refertur ad sensum in actu,
sensibile in potentia refertur ad sensum in potentia: & destructo sensu in poten-
tia non posset remanere sensibile in potentia sub illa ratione, qua sensibile, quia
implicat contradictionẽ, licet bene posset remanere illud, quod est sensibile, pu-
ta color, aut sapor: sed illud nõ remaneret vt visibile, destructo visu in aptitudi-
ne, nec illud vt gustabile, destructo gustu in potẽtia seu aptitudine. Ex hoc se-
quitur ꝙ, licet numerus sit quãtitas discreta, & quo ad suum materiale sit ens ab-
solutum, tamen illa quantitas vt numerata aut numerabilis, dicitur relatiue ad
aiam. aliter decisio Philosophi in textu nulla esset. non. n. inconuenit ꝙ aliquid
posit numerari in diuersis generibus scdm diuersas rationes formales, vt dicit
Arist. in fine prędicamenti qualitatis. & est sentẽtia eius Cõme. in. 5. meta. cap.
de quanto, de magno & paruo, ꝙ vno modo sunt accidẽtia quanti, & alio modo

An tẽpus sit ĩ anima, vel extra aiam.

sunt in cap. relationis, vt vnũ dicitur in respectu alterius. & in hoc multi fuerũt de-
cepti credentes numerum simpliciter esse rem absolutã. sed illud non est verũ
ex omni parte, sicut diximus. His prænotatis deuenio ad quęsitũ propositæ cõ-
tradictionis, qua quęrebatur an tempus sit in anima vel extra aiam, cum hinc

inde videantur authoritates & rationes ad vtraq; partem, dico ꝙ, cum tempus sit numerus motus, dicendũ ita est de tẽpore, sicut de numero. Pro quo animaduerte ꝙ, vt patet ex determinatis in hoc tractatu de tẽpore, tẽpus dicit duo, videlicet numeratum esse prioris & posterioris primi motus passiue, vel scdm actũ, & tunc dicitur numerus numeratus: vel scdm aptitudinẽ, & tunc dicitur numerus numerabilis, iuxta distinctionẽ Philosophi in tex. cõ. 131. & dicit etiã rationẽ numerandi seu potius scdm Grecos rationem mensurandi actiue: & hoc vel actu, vel aptitudine suo modo. rectius. n. tẽpus dicitur numerus motus, quã mensura, quia non solum est mensura motus, verũetiam quietis, vt dicũt expositores Graeci, sed nõ est numerus numeratus aut numerabilis scdm prius & posterius, nisi respectu motus tm̃. & ideo definitur per numerũ cõuenienter. Et animaduerte scdm Alex. & Themist. ꝙ prima ratio, quę in passione consistit, constituit tẽporis quidditatem. secunda vero est passio eius, quę dicitur in actione consistere. sed scdm Cõm. in cõ. 102. &. 103. vtraq; perinet ad quiditatẽ temporis, licet prima per prius & scda per posterius. sic. n. videtur mihi ipse intelligere in redargutione Themistij. Et videtur facere pro opinione eius tex. cõ. 102. vbi Arist. posuit tẽporis definitionem, in qua dicens tẽpus esse numerũ motus, signo probat numerũ esse tẽpus. quia omne, per quod determinatur plus & minus de aliquo, est numerus eius: sed per tempus determinatur plus & minus de motu: igitur tempus est numrus eius. Sed qui vellet tenere oppositũ, habet etiã tex. illũ in scda parte sui pro Græcis, quia Arist. ibi statim ponit diuisionem numeri, videlicet, quo numeramus, & quod numeratum est. & ita vult ꝙ tẽpus sit numerus numeratus primo & per se. Dico igitur quicquid sit de hoc, quia sa supra de hoc dictũ est, tẽpus videtur esse quoddã ens mediũ: quia quodãmodo est ens naturale, & quodãmodo est ens imaginabile seu mathematicũ. & hoc est, qd multi nõ potuerũt videre in illo tractatu ante nostra tẽpora. &, nisi sic dicatur, nunquã per vitã meã possint tot, & tãtę cõtradictiones tolli. Dico igitur, cum quiditas tẽporis, vel prima ratio eius, quę ad eius quiditatem spectat, sit in numeratione passiua, vel scdm actũ, vel scdm aptitudinẽ, sic tempus, si sumatur vt est numerus numerabilis, est extra animã, & illo modo est ens naturale. & motus sumitur in definitione eius, sicut subiectum in definitione proprię passionis, quia motus extra aĩam habet aptitudinem naturalem, vt possit numerari scdm prius & posterius, dato ꝙ aĩa non esset actu numerans, et in hoc casu, sicut dixi de sensibili. Si tamen poneretur casus, ꝙ aĩa desineret quo ad rationẽ numerantis, non solũ actu, sed aptitudine, tunc dico ꝙ nullo modo remaneret ratio tẽporis. quia tẽpus formaliter est numerus, & numerus, vt numerus est, aut est numeratus, aut numerabilis, & omni modo ꝓportionaliter refertur ad aĩam: tñ in illo casu remaneret motus, quia motus, non refertur ad aĩam numerantẽ, nec numeraturã. Et hoc voluit dicere Cõmen. in. 4. phy. in cõ. 109. vbi dicit ad q̃onem quęrentẽ cur, cum tempus sit quodãmodo continuũ, & quodãmodo discretum, potius fuit definitũ per discretum, cum sit dictũ tempus esse numerũ motus. & soluẽdo dicit dicamus ad hoc, ꝙ extra mentem non est nisi motum, & motus & tempus non fit nisi quando anima diuidit motum per prius & posterius, & hæc est intentio numeri motus, i. motum esse numeratũ. & ideo substantia tẽporis, quæ est quasi forma, est numerus, & ꝙ est in eo quasi materia est motus continuus. Si autem sumatur tẽpus, vt est numerus actu numeratus ab anima scdm prius & posterius primi motus, sub illa ratione nõ est, nisi in aĩa. quia numeratio illa actualis est actio immanens, & non est nisi in aĩa. & illo modo videtur mihi tempus esse ens imaginariũ & mathematicum. dicit. n. Cõ. in. 4. phy. cõ. 131. ista est dispositio entium naturalium, vt habeãnt esse, licet ab anima non comprehendantur: & in. 7. met. cõ. & tex. cõ. 4 5. substantię sen sibiles nõ diuersificãtur quando definiuntur, & quando non definiuntur, sicut est dispositio in visibilibus, quæ nõ sunt magis visibilia, qñ videtur, quã qñ non videntur. et idem habetur ibidem in tex. cõ. 58. ꝙ essentię rerum intelligibilium sunt existentes, licet non intelligãtur. Et ex hoc scire potes, frater mi, ꝙ definitiones rerũ dãtur scdm aptitudinẽ & nõ scdm actũ, quia si definitio tẽpo

Definitiões dantur scdm aptitudinẽ, non scdm actum.

ris intelligeretur scd̄m actum, sensus esset ꝙ tempus est numerus numeratus in actu prioris & posterioris motus. sed per Auer. numerus, vt est actu numeratus est in anima, & est ens imaginabile, & non naturale: igitur definitio illa non esset naturalis. & ideo oportet dicere ꝙ intelligatur scd̄m aptitudinē, quia illo mō habet esse extra animas propter subiectum propriū, quod aptum natum est recipere illam actionē. vnde Commen. 4. phy. cō. 132. dicit res, quę sunt in mente, non accipere motus in definitione illarum. Sed dices, si definitio illa scd̄m actum est quid, quod consyderari potest, quęro a quo consyderatur, non a Naturali per se, quia tēpus illo modo non est naturale. nec a Mathematico, quia in illa definitione sumitur motus, & in definitione entium imaginabilium non sumitur motus. nec a Diuino, vt patet, quia ille non definit per motum, & est pulchra difficultas, sicut vides. Respondetur ꝙ, si illa definitio illo modo intelligatur, spectat vel ad Mathematicum, vel ad Naturalem vtentem mathematica abstractione & consyderatione. nam, sicut dicit Alexander in principio libri priorum, Naturalis in quampluribus locis vtitur consyderatione mathematica. Et quando dicitur in definitione entium imaginabilium non ponitur motus: Respondetur ꝙ in casu illa proprie non esset definitio, quia definitiones non sunt existentium in aliqua scīa, sed esset quędam notificatio. & tunc dico ꝙ notiones mathematicæ, licet non sumant motum in entibus mathematicis, qui est naturalis, possunt tamen sumere motum imaginarium. similiter Mathematicus non definit aliquid per motū tanꝙ per subiectum, sicut facit Naturalis in definitione temporis, tamen bene Mathematicus posset definire per motum in ratione numerati, inquantum numeratum abstractum, quia ratio numeri vt sic abstrahit, in eo quod numerus est, a materia sensibili. vnde motus, vt numeratus vel numerabilis, absolute est res mathematica: sed vt est numerabilis scd̄m prius & posterius motus existentis in primo mobili, sic est res naturalis. sicut dicimus in simili. ꝙ eędem sunt lineę naturales, & mathematicæ. 2. physi. 18. Si autem tempus sumatur, quo ad secundam sui conditionem, quę est mensurare actiue, sic dico ꝙ habet quoddammodo esse imaginarium. est enim ad instar & similitudinem numeri mathematici, qui vt dicit Com. 1. meta. cō. 38, non multiplicatur ad multiplicationem rerum numeratarū, & secundum tale esse numerus habet esse abstractum in anima. isto enim modo docuit Arist. nos imaginari tempus in tex. com. 132. & 134. sicut est, inquit, idem numerus & æqualis septem canum, & septem equorum, aut decem ouium, & decem hominum, sic est vnum tempus, licet res numeratę non sunt eędem. patet autem ꝙ ista non verificantur nisi de numero mathematico, & ideo intellectus temporis, in ratione, qua est numerus mensurans omnes motus, & est vnum & idem respectu omnium, non potest imaginari nisi scd̄m mathematicā abstractionē. vnde ēt in. 109. tex. dicit ꝙ ita est de nunc in toto tempore, sicut est de puncto, vbi Commenta. expresse dicit ꝙ quemadmodum Geometrę dicunt ꝙ est vnum & idem punctum, quod per suum fluxum causat lineam, ita est de ipso nunc. vnde sine dubio non pōt motus imaginari mensurari a tempore, neq; tempus a motu, nisi secundum similitudinem dimensionis linealis, vt supra diximus. Et secundum istam consyderationem verificatur dictum Alexandri, qui dixit, vt refert Simplicius, ꝙ numerus est in anima, intelligitur de numero in ratione, qua est mensura, cui competit mensurare actiue in ratione instrumenti. quia quod principaliter mensurat est anima, & de numero potestatibus est animę intellectus. Et isto modo verificatur dictum Boethi, qui asseruit, referente Themistio in disgressione, ꝙ nulla mensura in natura, sed mensurare & numerare nostrum est opus, & animę nostræ est. loquitur enim de mensura & numero, vt est instrumentum per quod anima mensurat & numerat. Et isto modo verificatur dictum Auer, in. cō. 131. ꝙ esse numeri non est in anima omnibus modis: quia tunc esset ens fictum & falsum, sicut chimera & hircoceruus; sed esse eius in anima est in actu, & esse eius extra animam est in potentia propter subiectum propriū, quod est aptū recipere illam actionem. Et ex his, frater mi, patere potest tibi intellectus ardue difficultatis non solutę per Themistium, quo potest esse idem numerus in diuersis numeratis,

ris cum numerus diuersus sit accidens, quõ idem accidens, aut eadem affectio. Ari enim tempus affectionem, habitatumq; motus appellat. Dicunt autem ali quid hoc, & est Ioã. de Bachone ꝙ accidentia sunt in duplici differentia, quę dam ita se habent, ꝙ eorũ vnitas consistit in quadam determinatiõe, vt determinata albedo est in determinato subiecto: & talia non habent nisi subiectum vnum, sunt iterũ alia quorũ vnitas cõsistit in quadã collectione, sicut exercitus & dendo, & ibi non tenet quin idẽ accidens possit esse in pluribus subiectis. & in vnus senarius, qui est semel sex, consistit in vnitate collectiua, & ita potest esse in pluribus. Quod si dicatur ꝙ vnũ in multis est vniuersale, & ita si numerus idẽ esset in multis, sequit̃ ꝙ nõ esset numerus singulari, sed vniuersalis, Sol ut ꝙ illud, ꝙ est vnum in multis per prędicationem, est vniuersale. nõ autem illud cuius vnitas est p collectionẽ, est vniuersale. nã vnitas domus & aceruí in collectione & coniunctione partiũ consistit: & sic ẽt dicit Herueus in quolibeto quest. 11. ꝙ vnũ accidẽs discretũ potest esse in pluribus subiectis. & si dica tur ꝙ tunc idẽ accidens esset in duobus subiectis quorũ vnũ est vltra mare, & aliud citra, dicit hoc non inconuenire, sed bene hoc videtur inducere quandã ad mirationẽ. Cogũtur autẽ isti ad istas solutiones, quia videntes Aristo. collocare numerũ in prædicamento quantitatis. quę a toto genere est ens absolutũ, credi derunt numerũ esse formam omnibus modis absolutã. & cum sit accidens, & omne accidens sit in subiecto, ideo dixerũt numerũ esse in diuersis subiectis, & non habent pro inconuenienti ꝙ vnũ accidens numero possit esse in diuersis subiectis scdm rẽ extra animam. Sed ista opinio procedit ex falsa imaginatione quia si numerus diceret formam omnibus modis absolutã, tunc periret iudicium Arist. in. 4. phy. in tex. cõ. 131. vbi dicit quod, cũ tempus sit numerus motus, & sit duplex, aut numeratus aut numerabilis, & vterque ĩ relatione consyderetur, ut consistat, quia numeratus refertur ad numeratum, & numerabilis ad numera tiuum, cum nihil numeret, vel sit aptum numerare nisi anima, & animæ intellectiua, sequitur igitur quod dempta aĩa non remaneret tempus. Amplius sequetur, quod dictum Auerr. esset falsum, quod esse numeri extra animam non est in actu, sed in potentia. Amplius non maioris virtutis est communicatio formę accidentalis quam substantialis: sed impossibile est vnam formam substantialẽ numero informare plures materias separatas, quarum vna non est pars alterius, nec cum alia facit vnum, sicut patet ex processu Philosophi & in primo, & in. 7. meta. contra Platonẽ: igitur multo minus vnum accidens numero in actu potest esse in diuersis subiectis separatis. Amplius, cum numerus sit accidens in diuersis subiectis existens separatis, tunc sequeretur quod vnum accidens posset definiri per plura subiecta, & tunc iterum sequitur quod cum tempus sit numerus motus: & numerus numeratus per vos sit in pluribus subiectis igitur tempus habet plura subiecta. consequẽs est contra Cõmen. in. 4. physico. in com. 132. qui vult ꝙ habitudinem formę cum subiecto tempus non habet, nisi cũ primo motu, sed habitudinem numeri cũ re numerata habet cum ceteris motibus. & quia numerus nõ est in rebus numeratis, sicut accidens in subiecto, ideo numerus non multiplicatur ad multiplicationem rerũ numerarum: & per consequens numerus inquantũ numerus non fundatur in pluribus subiectis. Dicamus igitur ꝙ fundamentũ illorũ falsum est videlicet ꝙ numerus sit simpliciter forma absoluta. & qñ dicitur ꝙ est in prędicamento quãtitatis, respondetur ꝙ est in eo ꝙ quãtitas est sed in eo ꝙ numerus, est in p̃dicamẽto relationis, quia non inconuenit vnum & idẽ esse in diuersis prędicamẽtis scdm diuersas cõsyderationes. Dico igitur ꝙ numerus extra aĩam habet esse in potẽtia in rebus numeratis vel numerabilibus, quia seclusa omni operatione intellectus, manus mea habet quinque digitos, & iste numerus quinarius extra animam, inquantũ resultat ex quinque vnitatibus digitatibus, est idẽ in re, ꝙ quinq; digiti, sed si aĩa nõ fuerit in actu, iste numerus non est in actu, sed bene est numerus numerabilis in potentia. si autem debet extrahi de potentia ad actum, hoc fit per opus aĩę actu numerantis, & sic ille numerus est in aĩa in actu & in rebus est obiectiue nõ subiectiue, si autem anima desineret in ratione numerantis actu & potẽtia, quinque

digiti remanerent, ſed non remanerent ſub ratione numerabilis, ſed in ratione qua digiti & quantitatem habentes vnde numerus extra animam illo modo ſeclusus nihil aliud eſt niſi res illę, ad quas ſequebatur aptitudo ad numerationem bene igitur anima ceſſante in actu numerare, extra animam eſſet numerus numerabilis, & nil aliud eſt, niſi res illę, quę numerari ſunt aptæ. ſed illa aptitudo inſequitur illas naturas in ordine ad animam, & ſecundum illam rationem habẽt vnitatem potentialem, quę deducitur ad actum ab anima ipſa: quia nunquã poſſunt res eſſe in tanta multitudine & diſtantia, quæ in ordine ad animã non ſint aptę recipere vnam rationem, vt ab anima ſunt comparabiles. Sic igitur, frater mi intellexiſti quomodo eſſe numeri eſt in potentia, & non in actu extra animã. Et quod hoc ſit verum oſtenditur. nam Ariſto. 7. meta. tex. commen. vltimi dicit quod iſta ſyllaba, BA, nõ eſt idem, quod B. & A: quia B & A poſſunt exiſtere ſeparata in rerum natura, & tamen ſyllba illa non eſt ſimil. ter: dico q̃ numerus binarius qui eſt in duobus hominibus, nõ eſt aliquid extra animã, niſi illi duo homines, & vnitos vnius nõ eſt vnitas alterius, & illę ſunt vnius binarius in potẽtia ſed binarius in actu apprenditur ab aĩa apprehendente differentiã illã vltimã in potẽtia exiſtentẽ extra animã in illis duobus vnitatibus in potentia exiſtentẽ, & ſic eſt binarius in actu. vnde differẽtia illa, quę imperat vnitatẽ formalẽ, adducitur in actu ab intellectu agente. Et ideo animaduerte q̃ ſunt quædam accidentia, quę conſequuntur res abſolute, nõ per aliq̃ habitudinem ad aĩmã & talia ſunt accidentia quę habent eſſe perfectũ, ſicut eſt quantitas, & qualitas, & id genus. quędam vero, quę conſequuntur res per comparationem, quam habent ad animam, ſicut eſſe ſenſibile, eſſe intelligibile, eſſe numerabile eſſe comparabile, & id genus. vnde color inſequitur corpus abſolute, ſed coloris viſibilitas non inſequit colorẽ, niſi vt habet habitudinem ad viſum vnde Themi. in 2. de anima cap. 22. in expoſitione tex. 66. inquit quod viſile viſu ablato nõ manet, niſi in potentia, at color etiam nunquam conſpectus ſemper eſt color. Et ideo in hoc eſt differentia quia accidentia, quæ inſequuntur ſubiectum abſolute, habent ex natura rei eſſe in actu perfecto ſine opere animæ, ſicut eſt color, & ſapor, & odor, & id genus ſed accidentia, quę inſequuntur ſubiectum in ordine ad animam, non habent eſſe perfectum, neque completum extra animam, ſed ſolum habent eſſe in potentia, & vnitas eorum extra animam eſt in potentia. Et de hoc genere, frater mi, eſt numerus. quia ſcd̃m ſuum eſſe inſequitur rẽ in ordine ad animã. quia numerus, inquantũ numerus eſt, aut eſt actu numeratus, vel potẽtia. & quõocunq; ſumatur ſemper depẽdet ab aĩa ſuo modo, vt dixi. & ideo numerus extra aĩam nõ habet vnitatẽ in actu, ſed ĩ potẽtia ſecluſa operatione aĩę, pro quãto extra aĩam ſunt vnitates in diuerſis ſubiectis. quę numerari poſſunt, & aſſicere vnum numerum in actu, aut in potentia numerabilem ab anima. vnde numerus decem hominum, secluſo opere animę numerantis in actu, eſt numerus numerabilis in potentia. & ſi anima non eſſet numeratiua, adhuc ille numerus non eſſet numerabilis, ſed ſolum eſſent vnitates illę abſolute, quarum quælibet eſſet in vno ex illis decem, ſed non extra animam numerus numerabilis eſt aliquod accidens ſubiectiue exiſtens in rebus numeratis, ſed pręciſe nihil aliud eſt, niſi vnitates illæ rerum, quę numerari poſſunt. Sic igitur decepti ſunt iſti, quia crediderunt numerum formalem eſſe accidens abſolutum diſtinctum a rebus numeratis, & ſubiectiue exiſtens in rebus numeratis, licet diuerſis, & in quacunque diſtantia exiſtentibus. ſed non eſt ita per vitam meam, imo eſſe numeri extra animam eſt in potentia modo prædicto, & non eſt aliud, niſi res quę numeari poſſunt. vnde numerus, qui dicit accidens diſtinctum & abſtractum a rebus numeratis, eſt numerus mathematicus: & ille eſt in anima in eſſe abſtractionis, & non eſt in rebus numeratis, ſicut accidens in ſubiecto, ſed ſolũ dicitur eſſe in eis per denominationem extrinſecam. quia ex quo anima per talem numerum abſtractum in ipſa exiſtentem numerat illas res, hoc ille res denominantur numeratę. Animaduerte igitur & bene conſydera, quia pauci admodum potuerunt peruenire ad hęc. Aduerte tamen in hoc tractatu maximam eſſe diſcordiam inter Gręcos expoſitores & Auero, quia Gręci volunt, licet Ariſto.

dixerit tempus esse passionem quandam & habitum motus, per passionem non intelligitur qđ sit passio alicuius motus, vel omniū motuum per informationē, sed vult Cō. ꝙ est passio vt forma respectu primi motus: imo voluit ꝙ quiditas temporis est numerus numeratus prioris & posterioris omnium motuum, licet principaliter verificetur de primo. vnde Themistius sic exponit tex. cōm. Aristo. querit vtrum tempus sit numerus cuiusdam motus an cuiuslibet & in hoc intellectu procedit digressio, quomodo non sunt plura tempora, sed vo- lo quod tempus habet mensurare omnem motū, & hoc est passio eius. Sed di- ..., si secundum Grecos numerus numeratus cuiuslibet motus tempus, igitur ... motus, tot sunt tēpora. Respondetur ꝙ iste numerus numeratus nō di- ... quod accidens existens per informationē in rebus numeratis sicut forma in subiecto, quia tūc argumentū demonstraret: sed est in eis terminatiue, & per demonstrationē extrinsecā, nam actio illa numerādi, qua anima numerat prius & posterius in quolibet motu, est actio imanēs, & per illam demonstrantur nu- merata esse vel numerari illa priora & posteriora. & quia oēs motus conue- niunt sub ista ratione, qua sunt apti numerari, quia non mensurantur nisi quan- ... quantitates eorum, ideo omnium motuum equales quantitates haben- ... est vnus numerus & equalis bene tamen volunt iuxta sententiam Philo- ..., quod hoc prius verificetur de primo tanquam de causa, & regula omniū. Vigesima octaua contradictio est in tex. 132. Aristotelis. Soluens questionem, ... querebatur vtrum motus cuiuslibet vel cuiusdam tempus, dicit quod cuius ... Sed opponebatur per Themistius ex tex. commento. 99. & 113. vbi Ari ... determinat prius & posterius in tempore esse ex priori in motu, in mo ... ex priori & posteriori in spacio. cum autem tempus non sit numerus ..., nisi secundum prius & posterius motus: & motus non habet prius & po- ..., nisi a spacio: sequitur quod tempus solum sit numerus motus habentis ... & posterius ex spacio. sed talis non est nisi localis igitur tempus solum ... numerus motus localis. Amplius autem cum motus localis alter sit circula- ..., alter rectus: motus autem circularis non sit in spacio, sicut dicit Commen- ... celi & mun. in commento. 46. spacium in circulari est magnitudo corpo- ... motus autem rectus proprie dicitur esse in spacio, sequitur quod tempus erit ... numerus motus localis recti, aut saltem erit numerus eius primo & prin- ...ter, & non circularis. cuius oppositum scribit Philosophus, & Commen- ... physicorum, tex. commento. 133. & Commenta. in. cōmēto. 132. & 133. & ... cō. 102. vbi vult ꝙ ly prius & posterius, posita in definitione tēporis dicēt ... priori & posteriori primi motus. Confirmatur, quia motus augmenti & mo- ... alterationis non sunt in spacio. Et licet aliquis, vt dicit Themistius, posset ... defendere in motu augmenti aliquo modo, cum illud, quod augetur, videa- ... moueri a minori loco ad ampliorē, in motu tñ alterationis & generationis ... corruptionis hoc dici non potest. quia stat totū simul alterari in eodē loco quies- ..., & ita istorum motuum tempus non erit numerus secundum prius & po- ... Themistius autē videtur paucis innuisse solutionem. iquit enim, Quod ... tempus aut solum motum localem principaliter mensuret, aut si ceteros ... mensurat, principaliter tamen eo priore & posteriore non aget. quod a ... itaque oritur, Solutio autem sub dubio relicta est ab ipso. Commēta. aūt ... dicit in commento, 130. & 132. quod tēpus non est numerus cuiuslibet mo ... secūdum prius & posterius. quia prius est numerus motus localis q̄ alio- ... & de localibus prius circularis q̄ recti, & de circularibus prius motus diur ... aliorū. Sed tunc restat alia difficultas contra Auer. Nā, cū motus diurnus ... primi mobilis, quod non mouetur super spacio, neque motus eius, vt Alex. ... de loco, quō igitur prius & posterius in eo sunt in tali motu a priori & poste ... in spacio. Amplius autē si motus augmenti & alterationis nō habēt hmōi ..., quomodo igitur tēpus erit numerus taliū motuū. Sūt (sicut vides) grandes ... insolubiles difficultates a quibus vix solers ingeniū potest euadere. Dicā ta- ... quod occurrit. ꝙ consuetudo Arist. fuit ī rebus naturalibus ex notioribus ... deducere nos ad res occultas, venaturus igit Aristo. prius & posterius in

Quarto phy. sic, tex. 132.

Dubitatiōes contra Auer roem.

Solutio.

successiuis, in quibus nõ est situs, neq; suum esse est simul, deduxit nos ex priori D & posteriori existentibus in magnitudine concernentibus situm. ibi enim appa ret ꝙ mobile prius pertransit priorem partem spacii ꝙ̃ posteriorē. & sine du bio motus iste localis, qui vere super spacio & in loco esse dicitur est rectus, ex hoc aũt vt notiori manuducit nos, vt intelligamus propriũ prius & propriũ po sterius, quæ sunt in motu, quę non concernunt situm, nec simul sunt, immo vno existente aliud aboletur, vnde motus habet proprios terminos, quibus claudi tur, & sunt mutata, & talem habent in motu proportionem, qualem habent in stantia in tempore, & qualem puncta in linea. quando igitur intellectus imagi natur quantitatem aliquam temporis coextensam quantitati ęquali motus, quę tpis quantitas est terminata ꝑ duo instãtia, & adęquatur quantitati motus terminatę per duo mota, ita ꝙ correspondeat terminus termino, & cõtinuũ cõ tinuo, tunc dicimus tempus illud esse mensuram illius motus, & eodem modo, quando per motum mensuramus motum. oportet vt anima sumat istam coapta tionem motus respectu temporis. & eodem modo, quando sumimus quantitaté magnitudinis & coaptamus eã motui, vel econtra, tunc per motũ mensuramus magnitudinē, & per magnitudinē motũ. tempus igitur prosequitur motum loca lem circularem primum, vt determinaret etiam Philosophus in tex. cõ. 133. & mensurando aliquam partem motus, per illam replicatam potest anima mensu rare motum & totum tempus, vt supra dixi, & per illud etiam omnes rel. quos motus secundario. quia omnibus motibus fluentibus scd̃m suam successioné ad instar lineę correspondet vnum tempus, quod est pręsens, seu nũc. Philosophus igitur plurimum de tempore loquens verificat dicta sua de motu locali, quia tẽ pus apparet in eorum etiam, quia ex natura rei prosequitur illum, alios vero se cundario. & sic verificantur dicta Philosophi. vnde non est necessarium vt om ne prius in omni motu inuentum oriatur a priori habente situm, sed hoc de loca li locum habet, vt diximus. Sed est alia instantia introducta per Themistium. E

Alia instãtia

si enim vt inquit, tempus est communis numerus omnis motus, quõ fieri potest vt ab ipso motu pendeat essentia temporis. nam, si neque ab hoc, neq; ab illo motu pendet tempus, neq; simpliciter a motu pendebit. Sic in simili arguit Phi losophus in prędicamẽtis. inquit. n. color in corpore est, ergo in aliquo corpore est. nã si nõ in aliquo singulorũ, nec oĩno in corpore erit. Ostendit aũt Them. consequentiã. quia absurdũ est fingere idē esse prius & posterius in oĩ motu. [illegible] enim est in quęst. quõ idē motum possit esse in oĩ tpe. Nam si vnum sit, aut ge nere, aut specie, aut numero. si genere & specie fuerit vnum, erunt igitur plura numero. si vero fuerit vnum numero, quomodo in rebus differentibus vnũ erit accidens, & passio vna? Vndē, si tempus pręsens, quod passionem & accidens F motus appellat Philosophus, est vnũ numero in omni motu, vnum accidens erit in pluribus subiectis. & ita vnũ conuerteretur in plura, & per consequens desi neret vnum esse. & sic videtur ꝙ in diuersis motibus sunt diuersa momenta. Ex aduerso aũt, si nõ sit vnum momentũ in omni motu, tunc tempus nihil erit ipsius motus. consequentia deducitur. quia nunc est mensura mobilis: & nunc quod est causa motus, est vnum in toto motu: igitur & nunc erit vnũ in toto tem pore. Ad hanc aũt quęstionem dici posset, posse vnum esse tempus in omni motu correspondens, vt ait Philosophus in tex. cõ. 134. sicut vna est numeri for ma, qua numerantur decem equi & decem canes, sic vno tempore omnes mo tus numerantur. & hoc nil aliud est, nisi idem prius & posterius spectatum in om ni motu. quod falsum est, quia non idem prius & idē posterius ex omni motu colligitur. nisi forte hoc referas ad nostram cognitionem, vt quibuslibet diuer sas res eodem numero, numerare. & tunc sequi videtur tempus nullam habere soliditatem in natura, quod Arist. videtur concedere, qui dempta anima [illegible] adimi tēpus. nam vocare tempus mensuram, aut numerum putare, hoc nihil [illegible] mus, nostrum est hoc opus. vt. n. ait Boethus nulla mensura constituitur a [illegible] sed mensurare & numerare nostrũ est opus. Et ideo ista. vt inquit Them. [illegible] cursim, sed pensim late & diligenter sunt examinanda, vnde sicut non teme re est recedendum ab opinione Aristo, sic ẽt non est leuiter assentiendũ. D[illegible]

mus nos in hac ardita quęstione φ, cum tempus sit numerus motus, esse numeri Solutio.
vt dicit Commen. non est omnibus modis in anima cō.131. quoniam, si esse eius
in aia esset omnibus modis, tunc esset ens fictum, vt chimerica & hircoceruus
sed esse eius extra mentē est in potentia, s. propter subiectum proprium, & esse
eius in anima est in actu, s. qñ aia fecerit illam actionem, quę dicitur numerus.
Isto stāte, reuoca parumper in memoriam id, quod supra dictum est, φ cum motus habet duplices partes, quasdā ex diuisione mobilis, & istas habet simul, &
quo ad istam diuisionem partium motus non mensuratur a tempore, nec sic tempus est in motu, vt motus est in mobili, & vt sunt cętera accidentia in suis subiectis quia sic tempus multiplicaretur ad multiplicationem motuum, sicut &
reliqua accidentia illo modo inhęrentia multiplicantur ad multiplicationem subiectorū. Habet iterū alias partes suę successionis, quæ nō sunt simul, et illa successio imaginatur ad instar dimensionis linealis. & illo modo imaginatur tempus esse linealis quantitatis, insequens linealem quantitatem primi motus in ratione mensurę, sicut formę adęquatę in subiecto adæquato. Vnde imaginari docet Arist. φ sicut idē mobile causat per sui fluxum motū, sic instans, quod est mensura mobilis, causat totum tempus. sub hoc autem instanti, quod est idem secundum substantiam in toto tempore, continentur omnes reliqui motus, habentes propria instantia, & proprias successiones. Vnde, cum tempus sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus principaliter, & secundario aliorum motuum propter causam assignatam a Philosopho in tex.133. quia rationes mensurę non inueniuntur in tempore, vt habet mensurare nisi vt comparatur ad primum motum, quia ille est natura prior, & notior, & regularis, & velocissimus inter omnes motus, & sic habet rationem minimi & indiuisibilis in [illegible] genere, videlicet mensurę: tempus igitur, quo ad subiectū suuū, est extra animam, quia res numerata, quę est prius & posterius primi motus, principaliter est ens extra animā. tamen quando accipitur tempus in ratione, qua est numerus actu numerans motum aliquem, qui est pars primi motus, & vt per illum [illegible] determinatum a tempore anima numerat reliquum tempus & omnem [illegible] motum, sic dependet actu ab operatione animę, & illo modo habet esse [illegible] in anima, & separatum a rebus ad similitudinem numeri mathematici, quo anima actiue numerat diuersas species rerum numeratarum per illā [illegible] numeri abstractā: sicut cū dicit φ eodem numero numerantur decem [illegible] & decem equi, manifestum est φ hoc non est nisi de forma numeri abstracta in anima existente: & est illa forma numeri in anima saltem obiectiue, & est vna in se, licet respiciat diuersa subiectiue, quę extrinsece denominantur [illegible] ab illa. talis enim forma numeri numerantis subiectiue non est in rebus numeratis. Eodem mō oportet te imaginari oēm motū, quo ad suū prius & posterius subiacere in rōne rei numeratę, vel numerabilis ipsi tēpori, vt est in [illegible] rōne numeri numerantis. quia oēs motus veniunt sub vna & eadem rōne in ordine ad tempus, sicut oēs pāni, in rōne, qua sunt mensurabiles, veniūt in [illegible] rōnem vt habent mensurari per vlnam. Et hoc est, quod dixit Philosophus in tex. cō. 132. φ omnium motuum simul terminatorum idem est tempus: [illegible] vnus sit velox, alter vero non, & alter sit loci mutatio, alter vero alteratio, tempus aūt idem est, quia tempus, cum sit numerus istorum motuum, est [illegible] & ęqualis. & simul est idē motus localis & alterationis. non. n. tēpus mē[illegible] sub rōne, qua localis, aut alterationis, aut augmenti, aut rōne, qua hic [illegible] velox, aut tardus, sed rōne, qua sunt quanti. sicut vlna non est mēsura pan[illegible] pānus est sericus aut lineus aut laneus, aut sub ratione viridis vel albi, sed rōne qua quantus. & sic omnes panni vt mensurabiles veniunt, & participant eandem rōnem in ordine ad vlnam, quę est cōis mensura oium. Vnde Ari. 4. [illegible] tex cō. 119. dixit φ illud, quod simpliciter mouetur, non simpliciter erit mensurabile a tempore, scdm qd quantū aliquod est, sed scdm qd motus ipsius [illegible] quantus. Oēs igitur motus respectu suę quantitatis fluentis veniunt in vnam rationem in ordine, qua habent mensurari per tempus: licet hanc rationem participent scdm prius & posterius, vt dicit Com. in cō. & ideo non oportet tēpus

multiplicati ad multiplicationem motum. quia tempus, vt comparatur ad omnes D motus in ratione numeri numerantis, est vnum, licet res numeratæ secundum materiam sint plures, sed vt veniunt in propinquam rationem, qua numerantur aut numerari possunt, reducuntur ad vnitatem, sicut dictũ est. Et sc͠dm istam solutionem verificatur dictum Alexandri asserentis numerum non esse in rebus numeratis, sed in anima: intelligitur.n. de numero numerante in actu. Et similiter verificatur dictum Boethii asserentis mensuram & numerũ a natura non esse, quia ꝙ numerare & mensurare aię nostrę est opus & functio propria, verum est de numero numerante in actu, quando anima per ipsum tanq̃ per instrumentum facit illam actionem: non aũt veritatem habet pro numero numerabili, quod est res numerata, quia ille bene est extra naturam, nam numerus quinarius digitorum manus meæ habet esse extra animam. Et sic intelligitur dictũ Aue. in. 4. phy. cõ. 131. ꝙ esse numeri non est in anima omnibus modis, quia tunc esset ens fictũ, sicut chimera & hircoceruus: sed habet esse extra mẽtem propter subiectum proprium, & tale est esse in potentia: & habet esse in aĩa in actu, quando anima egerit illam actionem in subiecto pręparato ad recipiendum illam actionem. Ex quo sequitur q̃o tempus quodammodo est ens naturale & mobile, & quodammodo est ens mathematicum & imaginabile. Nã, quo ad esse in potentia, quod habet extra animam in subiecto proprio, quod est motus, est ens naturale; pro quãto aũt aĩa sumit ipsum in ratione formę numeri per B quem numerat aliq̃ partem primi motus, & per illam mensurat ẽt totum tempus & motus alios, sic habet esse abstractum in aĩa, sicut numerus, quo aĩa numerat decem canes & decẽ equos. & aliter non põt intelligi. dicit enim Alexãder, ꝙ abstractio mathematica in quampluribus locis deseruit scientię Naturali. Vnde Ari. vt supra diximus, isto modo manuduxit nos, vt intelligamus idem esse tẽpus pręsens in omnibus, sicut est idem numerus ęqualis in diuersis rebus numerabilibus. & supra declarans, q̃o sit idem instãs in toto tẽpore, declarauit hoc per similitudinem, per quam Geometrę dicunt punctum per suũ fluxum causare lineam, & vt diximus, cum tempus sit mensura motus, non potest imaginari, nisi pro quanto cõparatur ad quantitatem motus, quę fluit sc͠dm dimensionem lineę. etenim non mensurat motum, quo ad partes, quas habet simul sed quo ad partes, quę in successione longitudinali consistunt & imaginantur, aliter.n. non potest intelligi. Et sic habes, q̃o in definitione temporis cadit motus, q̃a cadit ex parte, qua est ens extra aĩam naturale & mobile in potẽtia per subiectum eius: licet forma eius in actu, dũ anima facit illam actualẽ actionẽ, sit in aĩa numerante. & sic patet, q̃o cessante anima in ratione numerantis in aĩa tempus non esset in actu, sed solum esset in potentia propter subiectum proprium, quod aptum est recipere illam actionem. Sed quid si per imaginationem desineret anima, quo ad rõnem numerantis in actu & in aptitudine, an aliquo modo esset tempus? Dico ꝙ non. quia forma temporis cum consistat in hoc, quod est numerus motus: numerus aũt, in eo ꝙ numerus est, alter est numerans, & alter est numerabilis: vterq; suo mõ dicitur relatiue ad aĩam. quia numerus numeratus in actu dicitur dependere ab aĩa numerante in actu, & numerus numerabilis in potentia dependet ab aĩa numerante in potentia. vt patet in textu 131. Sic.n. soluitur argumentum Boethi contra Ari. vt dicit Ale. & The. in eo loco. Et sic soluitur obiectio The. dubitantis q̃o potest idem nũc esse in pluribus motibus, accideret enim vnum & idem accidens esse in pluribus subiectis, & ita vnum & idẽ dehisceret in plura, & per consequens non remaneret vnũ. patet.n. ꝙ tẽpus pręsens, qđ est passio quędã motus seu accidens, nõ est in ..., ribus, sicut albedo & nigredo. quia per informationẽ & actualem inhęrentiam vnũ accidens impossibile est esse in pluribus subiectis non communicantibus, sed dico ꝙ esse temporis vt sumitur vt habet esse in actu, in ratione, quã est numerus numerans actu, est vnũ in actu: &, si sumatur, vt est numerus numerãs potentia, ẽt est vnum in potentia. & sic habet esse in aĩa numerante, vel actu, vel potẽtia, ꝓportionabiliter tñ numerus ꝓ rebus numeratis est multiplicatus sicut sunt res numeratę. Et ideo animaduerte bene, & cõsydera ꝙ numerus numerãs

non est forma absoluta, quemadmodum aliqui existimauerunt: alioquin falsum esset dictum Philosophi, ꝙ anima dēpta, quę est apta numerare, auferreretur tēpus, quod est numerus motus. numerus igitur pro rebus numeratis potest esse res absoluta, tamen numerus vel actu numeratus, vel actu numerabilis importat respectum ad aīam, vel actu, vel aptitudine numerantem, dicit.n.Com.in.5.meta. cō.18.relatio accidit quantitati. & cęteris prędicamentis. sic enim dicit, ꝙ magnum & paruū vno modo sunt passiones quanti, & alio mō sunt in capitulo relationis vt vnum refertur ad aliud. Ex quo sequitur, ꝙ Com. in via sua habet mirabilem difficultatem, imaginatur enim ꝙ tempus comparatur ad primū motum rōne mēsuræ mensurantis eo, modo quo mēsurat formā in re. quia vult ꝙ tempus sit passio primi motus, & non sit passio omniū motuum: alios vero motus respicit, sicut numerus respicit numeratū nā dato hoc, sequeretur ꝙ, si essent plures mūdi, essent plures primi motus, & per consequens essent plura tempora simul non cōmunicantia: qd implicat contradictionē. qa multiplicatis subiectis multiplicarentur & passiones. Et tanto magis augetur difficultas in via eius, quia ipse tenet aliquam consequentiā esse necessariam, licet tam antecedens, ꝙ̄ consequens sint impossibilia, vt tenet in casu.4.phy.com.93. Amplius aūt, cū sedm Philosophum tēpus simpliciter sit numerus cuiuslibet motus & nō vnius motus primus mensuratur a tpe sicut a forma, & alij motus vt a numero, tūc æquiuoce est ista mensuratio. Et confirmatur. quia Co. vult ꝙ in definitione tēporis, in qua dicitur ꝙ tempus est numerus motus, ly motus stet ꝑ quolibet motu, & vult ꝙ numerus stet actiuę, quia tpi per se competit mensurare motū contra Themistium, motui aūt competit p accidens mensurare tempus. & ita illa mensuratio esset laborans in ęquiuoco. Amplius sequeretur ꝙ primus motus non diceretur esse in tpe, nec sedm totū, neq; sedm partē. quia motū esse in tpe est sicut mensuratum esse in numero, & est mensurari per tempus, vt dicit Philosophus in.4.phy in tex.cō.114.&.115.&.117. si igitur tempus ad primū motum non cōparatur vt numerus, sed vt passio & forma, non igitur poterit dici aliquo modo ille motus in tempore esse, quod est contra Philosophum. quia Philosophus vult in tex.cō.114.ꝙ tempus mensurat motum in determinando aliquē motū, qui mēsurabit totū, sicut longitudinē cubitus. in.133.in speciali dicit hoc, de primo motu.n.ī qsi per aliquam partē temporis mensuramus aliquā partē primi motus. per illā mensuramus totū, & ēt totum tempus & alios motus. & loquitur Arist. de mensuratione actiua vniformiter, & sine aliquo discrimine sicut patet intuēti. Et per vitam meam sunt difficultates perardurę, a quibus non nisi solers ingenium potest euadere. Dico igitur, glosando dictum Auer. ꝙ ideo dixit tempus esse passionem primi motus, & esse mensuram eius, ... quæ habet definiri per suum subiectum. nam prima ratio temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris primi motus: & secunda eius ratio est, ꝙ est numerus numerans per se omnes motus. & quia propria passio habet definiri per suū subiectum, talem habitudinem, quę sibi ex se primo inest, competit, non habet nisi cum primo motu. & quia ille est vnus, sic ēt tempus est vnum, postꝙ̄ autem hęc est sua quidditas, tunc aīa vtitur eo in rōne mensuræ mensurantis per motum numeri omnem motum & primū & alios a primo. Vbi animaduerte ꝙ tempus respectu primi motus habet duplicem habitudinē, & passionis, & hoc est temporis quidditas vt sit primi motus passio ꝙ̄ dam: & haberēt habitudinē numeri numerātis primo & principaliter ipsum, & secundario alios. Et ꝙ istam habitudinem habeat cum primo motu, patet ex hiis quę scribit Com. in cō.132. vbi dicit & debes scire ꝙ licet tempus sit numerus cuiuslibet motus, non tamen eodem modo. sed sedm prius & posterius, quia numerat alios motus a motu translationis, quia numerat translationem. & si de motibus translationis non esset nisi circularis, esset tempus, & de circularibus illi qui est velocius circulationis .s. diurni motus. ecce igitur ꝙ cū motu diurno, qui est primus motus, habet etiam istam habitudinem numeri numerantis, & ideo differentia illa est intelligenda cum præcisione, quia videlicet cum primo motu habet habitudinem passionis, & hoc sibi prius natura com-

petit: & habet ēt habitudinem mensurę mēsurantis ipsum principaliter, & alios D
secundario. sed cum cęteris motibus non habet nisi habitudinē numeri ad numerata tantū. & isto modo potest saluari via Com. quomodo tempus mensurat partem primi motus, & per illum mensurat totum, & totū tempus, & reliquos motus. Et ex his soluitur aperta cōtradictio in dictis Auer. nam in cō.132. vult ꝙ tēpus cum alijs motibus non habet comparationem nisi numeri cum numerato, quod non assumitur in definitione numeri: sed cum primo motu habet comparationem, sicut passio cum subiecto, quod ponitur in definitione passionis. Sed tunc contradicit sibi in cōmen.102. vbi vult ꝙ in definitione temporis, in qua dicitur ꝙ est numerus motus, ly motus supponit pro quolibet motu, sicut videtur determinare Philosophus in tex. cō.132. Soluitur. nam quando dixit ꝙ numeratum non ponitur in definitione numeri, exponendū est, sicut subiectū ponitur in definitione passionis; quia numerus numerans non est in numerato sicut passio in subiecto sed est in anima in esse abstractionis. vnde bene numeratum potest sumi in definitione numeri numerantis, sicut correlatiuum definitur per suum correlatiuum. & sic animaduerte ꝙ in definitione temporis sumitur quilibet motus, sicut numeratum in definitione numeri, vt correlatiuum per suum correllatiuum ex parte, qua dicitur ꝙ est numerus motus. ex parte autem prioris & posterioris sumitur primus motus, sicut subiectum temporis. quia definitio illa dicit quid, & propter quid secūdum viam Com. vt alias declaraui. hoc est igitur, quod facit perplexum intellectū, quia tēpus ad diuersa comparatum habet varios & oppositos respectus. Ex prædictis autem poteris intelligere ꝙ Comenta. etiam habet dicere ꝙ prima ratio constituens temporis quiditatem sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus. quia, vt ipse concedit in commen.132. si nullus motus esset nisi localis, & de localibus circularis tantum, & de circularibus ille, qui est velocioris circulationis, & est ille, qui est motus diurni, adhuc esset tempus. & patet ꝙ in illo casu non esset numerus numerans per alios motus. ab ipsa igitur veritate cogetur dicere, sicut dicit Themistius, ꝙ numerus positus in definitione temporis stat pro numero numerato principaliter. & non pro numero numerante, nisi secundario. quia Philosophus in littera dicit illud, vnde prius natura oportet tempus esse aliquid formaliter, & deinde ꝙ aduenist sibi ratio mensurandi. sicut vlna prius natura dicit aliquid positiuum in se, & postea dicit rationem actiuam, per quam mensurat. cū igitur tempus sit & in numerato esse, & in numerare, prius natura est ex numerari, ꝙ per numerare. & connumerare, aut est passio eius, vt dicit Alexander, aut si est de quiditate eius, hoc non est ex principali, sed secundario, vt videtur velle Commen. nec videatur tibi mirum, quia cōpletus temporis intellectus nō ex re simplici dependet propter sui difformem naturam, sicut sæpe dixi. C

Solutio contradictiōis ī dictis Aue.

Solutio.

Vigesimanona contradi. est in cō. etiam. 152. Commen. dicit tempus non mensurare motum cœli vt numerus, sed bene ad alios motus se habet vt numerus. Huius tamen oppositum dicit cō.133. Soluitur ꝙ dictum suum intelligitur cum precisione. quia ad motū cęli tempus duplicem habitudinem, & passionis per se consequentis subiectū, & habitudinem numeri & mensurę. sed ad alios motus comparatur solum in ratione numeri. Et sic sedatur controuersia.

Quarto physic. cō.132.

Solutio.

Trigesima cōtradi. est. in tex.133. Philosophus dicit ꝙ motus alterationis et augmēti & generationis nō possunt esse regulares. Sed huius oppositū dicitur .5. phy. tex. cō.45. vbi dicitur ꝙ quilibet vnus & continuus indifferenter potest esse regularis, & non. Soluitur per Auer. ibidem, ꝙ sermo ibi est de motu, inquantum motus est, & sic alterationi & augmento non repugnat, inquantum motus sunt, ꝙ possint esse regulares. sed vt de facto sunt in rebus sensibilibus secus est, sic dit Com, in simili dubio in, 6. physi, com, 15.

Quarto physic. tex.133.

Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Quinto Phyſicorum.

Vtrũ in ſcientia naturali, ſit loquẽdũ, cum dicente formas moueri.

Formarum alia p motũ educta alia non.

AVer.5.phy.5.ait, non eſſe loquendum cum eo in hac ſcientia, qui fingit formam moueri. Oppoſitum huius habetur ab ipſo Ariſto.in.8.de phyſico auditu, dum per plures textus dicit ꝙ motor primus, immobilis eſt per ſe, & per accidens. Et tamen primus motor forma eſt. Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ Auer.non loquitur de forma abſoluta, ſed de forma naturali per motũ educta. Primus vero motor, non eſt de talibus formis. Vnde ſermo Auer.ſic intelligitur, ꝙ qui fingit, formam naturalem per motum eductam moueri: non eſt cum eo loquendũ in ſcientia naturali. & ſic nulla eſt oppoſitio ſi bene Intelligatur.

Vtrũ motor ſit de cauſis intrinſecis

Auer.5.phy.3.ait. Iſtę igitur ordo eſt iſtarum cauſarum.ex quibus conſtituitur motus, motus enim conſtituitur in ſubſtantia eius ex iſtis tribus cauſis.ſ. de cauſis exiſtentibus in eo, non extrinſecis. Et ideo non numerauit motorẽ, aut tempus, quia tempus eſt de accidentibus eius: & motor de cauſis extrinſecis. Ex quibus patet ꝙ motor de cauſis extrinſecis ipſius, motus eſt. In oppoſitum eſt Ari.3.phyſi.23.vbi ait. Motus eſt potentia actiui, & paſsiui inquantũ huiuſmodi & etiam ibi Auer. Et ipſe Auer.12.diuinę philoſophię. 41. vbi reddit cauſam, quare in ſubſtantijs aliquid poſsibile ex ſe, non poteſt perpetuari ab alio: in accidentibus aũt, ſicut eſt motus, ſecus eſt, ait. Motus autem poſsibile eſt, vt neceſſarius ex alio ſit poſsibilis ex ſe. & cauſa eſt in hoc, ꝙ habet eſſe ex alio.ſ.ex alio. Ex quibus habetur, ꝙ eſt de cauſis intrinſecis, & non extrinſecis. Zimara in tabula ſua miratur de Auer. ꝙ dixerit in.5.phy.3.ꝙ.motor ſit de cauſis extrinſecis: & non ſaluat ipſum. Tamen (vt mihi videtur) reſpondendum eſt & pro reſponſione aſſumo doctrinam Auer. in.3.phyſi.23.ꝙ ipſius motus dantur tres diffinitiones ab Ariſto. Prima eſt.motus eſt actus entis in potentia, ſecũdm ꝙ in potentia.& habetur.3.phy.6. Secũda eſt. motus eſt actus mobilis, inquantum mobile.et habetur.3.phy.16. Tertia eſt.motus eſt potentia actiui, & paſsiui, inquantum huiuſmodi.& habetur.3.phy.23.Et dicit, ꝙ vltima eſt notior alijs.et ſecunda eſt notior prima.licet prima magis oſtendat ſubſtantiam motus: vt notauit Auer.3.phy.16.Et ratio eſt, vt etiam notauit Zimara in tabula, quia ſecunda quæ datur per mobile, inquantũ mobile, eſt diffinitio materialis; quia ſubiectum motus formale eſt mobile, inquantum mobile, et non eſt ens in potẽtia, inquantum in potentia. licet mobile ſit ens in potentia. Nam ratio illa eſt magis tranſcendens, quã naturalis. Quia aũt ſubiectum comparatur ad accidens ſicut materia: vt ait Auer.4. meta.2. ideo illa ſecunda, quę proximã, & formale motus ſubiectum magis explicat, eſt materialis: & eſt notior quoad nos. Nã (vt ait Ari.4.phy.104.) mobile eſt notius motu &c. Et Auer. 4.phy.32.vbi ait ꝙ motũ eſt notius motu quo ad nos. Sed diffinitio prima magis demonſtrat eſſentiam, ſeu ſubſtantiã motus, quia datur per potentiã, inquãtum potentia. Quia aũt ratio potentię eſt de cõſtituentibus motus quiditatem. nã Ari, venando motus quiditatẽ a priori per diuiſionem entis per potentiã, & actũ, et alias diuiſiones, vt patuit in tex.3.et.4.cõcludit, ꝙ impoſsibile eſt motũ in alio genere collocare, quã in genere actus imperfecti: qui eſt actus permix-

Motus tres diffinitiones dantur.

tus potentię: vt patet in tex. 12. & , 14. Quia igitur quiditas motus in actu im- D perfecto consistit: & talis resultat ex potentia permixta cum actu, ideo potentia, quę apparet in prima diffinitione magis pertinet ad motus substantiam, & mobile, quod apponitur in secunda diffinitione magis pertinet ad materiam. Et secunda est notior quo ad nos: sed prima est notior quoad naturam. Et prima est potius metaphysicalis sic absolute considerata, quia omnes partes eius sunt termini trascendentes. Et secunda est naturalis, quia datur per materiam sensibilem: quia per mobile, inquantum mobile. tertia autem est notior alijs vt dicit Auer. propter quęstionem contingentem. vtrum motus sit in motore, aut in moto. Hoc stante dico ꝙ Auer. quando dixit ꝙ motor non est de causis intrinsecis motus, nō intellexit absolute. quia memor erat illius quod dixit. 11. in eo. & 3 phy. sed intellexit, ꝙ erat motor de extrinsecis causis. s. quo ad diffinitionem integratam ex notioribus quo ad naturam. s. ꝙ in tali diffinitione non ponitur motor. Vnde motor nō est de tali diffinitione: nō tamen negat ob hoc, ꝙ sit de diffinitione data ex notioribus quo ad nos. immo de facto ponitur ab Arist. in 3. phy. Et ideo Auer. dixit sic simpliciter, ꝙ est de causis extrinsecis. quia in doctrina ordinata attenduntur ea, quę sunt secundum naturam, licet ad ea deueniamus per nobis notiora. Et sic dubium remouetur.

Intentio Auer.

*

Vtrum Motus scdm partem, reducatur ad motū ꝑ accidens?

Auer. 5. phy. 1. ait, & iste modus reducitur ad illum, qui est per accidens. B Ex quibus clare habetur, ꝙ ad per accidens reducitur. Oppositum huius videtur innuere per illud, quod immediate subdit in eodem cō. vbi ait, & est quasi medium inter illud, quod est per accidens, & illud quod est per se. Ex quibus habetur, ꝙ per accidens esse non potest talis motus. nam si mediū est vtrumque extremorum, inter quę mediat mediū esse nō potest, non enim veri medij naturam haberet. Adhoc respondetur, ꝙ vt ad propositum spectat, per accidens dupliciter capi potest, vno modo communiter, pro vt ad motū secundum partem, & ad motum per accidens, stricte sumptum cōmune est, & hoc modo ab Arist. sumitur in eodem. 5. tex. 6. Alio modo per accidens stricte sumitur. s. pro motu illius, quod ad motum alterius mouetur, & nullo pacto per se moueri potest. Hoc stante dico, ꝙ Auer. non sibi ipsi contradicit, quia per accidens primo modo sumit, quādo dicit, ꝙ motus secundum partem reducitur ad per accidens, & quando dicit, ꝙ mediat inter per accidens, & per se, sumit ly per accidens, 2. modo, & sic patet, qualiter non sibi ipsi contradicit Auer. Alię vię essent ad respondendum, tamen hęc videtur de mēte Auer. ipsius enim in hoc opusculo intentionē ostendere intēdimus, & si non formaliter hoc dicat, virtualiter tamen.

Per accidēs dupliciter.

*

Vtrū forma moueat.

Auer. 5. phy. 3. in fine ait, formę enim non mouent, neque mouentur, idest quoniam motor & motum est cōpositum ex materia & forma, & hoc ex Arist. in tex. Oppositum huius habetur ab Arist. 3. phy 17. vbi ait, species enim semper F existimabitur aliqua mouens. Ad hoc dicitur, & (vt ait Auer. 1. phy. vlt.) formę sunt in duplici differentia, Quędam sunt abstractę a materia: & quędam sunt eductę de potentia materię, & in isto formarum duplici genere est differentia. quia in abstractis a materia idem est quiditas & essentia. in materialibus autem ista diuersa sunt. 7. metha. 41. 3. de anima. 9. & ideo principium formale agendi est ipsa forma: sed id quod agit, est ipsa essentia substantię compositę, & in passione, id quod patitur est compositum: sed principium quod est sibi, est materia. Vnde in prohemio metha. actus & generationes, sunt suppositorum, & . 7. metha. 26, & , 27. non generatur forma nec materia, sed si non, idest congregatum ex materia & forma. Hoc posito, dico, ꝙ Aristo. & Auerr. in 5. physi. quando dicunt, formę non mouent, neq; mouentur, loquuntur de formis materialibus. & ista, formas materiales mouere, Possumus intelligere dupliciter vno modo, vt quo, alio modo vt quod. Vt quo verum est, ꝙ forma mouet: quia ipsa est principium formale agendi. Vt quod autem, ipsa non mouet: sed ipsum compositum est. Quando in loco allegato dicitur, ꝙ forma non mouet, intelligitur de mouere vt quod. Et sic verum est, ꝙ forma non mouet. Et quando dicitur, quod existimabitur semper aliqua species mouens, in rebus habentibus formam in materia, talis est intellectus, ꝙ omne agens debet

Formę sunt i duplici differentia.

A habere aliquam formam, per quam sit in actu, & per quam agat, & sic nulla erit contradictio. Pro maiori euidentia est notandum, ꝙ formę abstractę & materiales differunt, & conueniunt: nam omnis forma habet per se mouere: quia hoc ipsis formis competit, in quantum sunt formę differunt autem, quia materialis forma licet per se moueat, per accidens mouetur: quia est constituta in esse per suum subiectũ, & ideo per accidens mouetur ad motũ sui subiecti. Vnde Auer. 4. cęli. 22. & 3. cęli. 28. &, ait, lapis. n, mouet se inquantũ est. grauis in actu. & mouetur inquantũ est potentia inferius. Et cã in hoc: quia inuenitur vno modo in actu, & alio modo in potentia est: quia cõponitur ex materia & forma, forma. n. eius mouet inquantum est forma, & mouetur, secundum ꝙ est in materia. Nõ enim est in potentia inferius, nisi secundum ꝙ est in materia Ecce ꝙ formę materiales quoquomodo fiunt per accidens: secus aũt est de formis abstractis: quia illę solũ sunt per se motrices, & nullo modo motę per accidens in se considaratę, nec etiam per se: quia moueri per se repugnat formis, inquantũ sunt formę, quia tale vt sic, est potentię & materię. repugnat ẽt talibus ꝙ sint per accidẽs motæ ratione materię: quia tales nõ sunt formę in materia, nec sunt constitutę inesse per subiectum. Vnde Auer. 9. diuinę philosophię. 2. ait, formę quę non sunt in materia, non patiuntur essentialiter, neq; accidentaliter, contra hoc dictum affertur instantia de intellectu possibili. Pro cuius solutione videas B Auer. 3. de anima. 38. & Zimaram solutione prima in contradictionibus. 9. me. quę dicta breuitati studens, non adduco.

Formę abstractæ & materiales differunt & conueniunt.

Contradictio est in. 5. phy. super tex. 7. Arist. enim scribit ꝙ transitio de non subiecto in subiectum scdm contradictionem generatio est. Sed obuiabam. quia transitio inter contradictoria nõ fit per medium, sed transitio de non esse ad esse per medium fieri solet, vt testatur Philosophus in. 5. de generatione animaliũ cap. primo Soluitur. inter non esse & esse absolute non est mediũ, & talia sunt extrema contradictionis & generationis: sed inter non esse simpliciter, & esse in actu secundo, quod est esse perfectum, mediat actus primus. & ita Aris. dicit aliter transiri ex pura priuatione ad actum secundum per actum primũ, qui. 2. de anima, est sicut somnus scientia: actus vero secundus est sicut vigilia, & sicut consyderare. & illo modo Aris. loquitur ibi asserens ꝙ transitio de nõ esse ad esse per mediũ fieri solet, quæsiuit. n. ibi vtrum in prima animalis generatione somnus pręcedat vigiliam, an vigilia somnũ, & asserit, propterea quia somnus talis sua natura esse videtur, vt viuendi & non viuendi interlimiuũ est, & neq; omnino sit qui dormit, neq; non sit: viuitur enim potissimum propter sensum, sed si animal habere sensum necesse est, & tunc primum est animal cum primum contingit sensus, primam illam dispositionem non somnum, sed similẽ somno putandum est, &c. ibi vult actum primũ mediare inter non esse & esse in actu secundo & perfecto.

Quinto phy si. tex. 7.

Solutio.

Secunda contradi. est in cõ. 8. Dicit Com. ꝙ materia non est in loco. Oppositum apparet primo de generatione cõ. 27. vbi dicitur ꝙ illud, ex quo aliquid generatur necesse est vt sit in loco. Soluitur. materiam non esse in loco per se, sed per accidens, ratione videlicet totius generati, cuius ipsa est pars, quod quidem per se est in loco. Et Philosophus destruit hic materiam non esse in loco, vt est separata a physicis corporibus, vt imaginabatur Antiqui. tamen vt est in physicis corporibus, sic est in loco per accidens: quia locatur ad locationem illius, cui per se debetur locus. Esset tamen hic locus dubitationis in via Commen. an materia sit in loco non ratione totius sed ratione sui, vel ratione alicuius consequentis ad ipsam. Et videtur ꝙ sic. nam stantibus quantitatibus interminans coęternis ipsi materię videtur ꝙ sibi debetur locus. Nam videtur ꝙ ratio. locandi absolute sumatur a quantitate, iuxta illud Philosophi. 4. phy. tex. com. 76. Si corpus cubum separatum a qualitatibus sensibilibus ponatur in aqua, tantum cedit sibi aqua, quanta est sua dimensio. Ad hoc diceretur ꝙ materia sub quantitatibus interminatis consyderata vt abstrahit ab omni forma substantiali, & ab omni qualitate sensibili, vt sic non est ens, nisi in anima scdm viã Aue. 12. met. cõ. 14. & ita ẽt diceretur esse in loco scdm imagina-

Quinto phy sic. cõ. 8. Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

tionem, aut diceretur esse in loco indeterminate. sed ꝙ sit in aliquo loco determi D
nato requiritur quãtitas terminata et forma, ad quam consequitur talis quanti-
tas. & sic dicimus subiectũ generationis non occupare locum determinatum, &
si illud sit materia quanta. Soluitur igitur contradictio ꝙ Cõme. non dixit ꝙ
illud, ex quo aliquid generatur sit in loco per se, sed dixit ꝙ hoc est aut per se,
aut per accidens, sicut dicimus de materia. ecce ꝙ vult materiam esse in loco p
accidẽs, sed quando dixit. 5. phy. cõ. 8. ꝙ materia non est in loco, intellexit eam
non esse in loco per se. & ista non cõtradicunt. Aut aliter. non est in loco deter
minato, est bene in loco indeterminato. Sed prima solutio est magis ad mentẽ
Philosophi, & Cõmen. pri. de generatione tex. cõm. 27. sicut videre poteris.

Quinto physico, cõ, 19.

Tertia contradi. est in cõ. 9. Dicit Cõ ꝙ contrarietas, quę est in loco, latet,
& eãdem sñiam habet, 8. phy, cõ. 16. Huius tñ oppositũ videtur dicere. 8. meta.
cõ. 4. & 10. meta. cõ. 13. vbi habet ꝙ contrarietas in rei veritate primo inuenī
tur in eis, quę sunt in loco, ideo accepta est in definitione cõtrariorum distantia,
cũ dicitur, contraria sunt, quę sub eodẽ genere posita maxime distant. Respon-
detur, vt dicit Cõmen. 4. cœli cõ. 38. ꝙ contrarietas, quę est in forma, & qualita
te, & in loco, dicitur ęquiuoce: quia contraria in qualitate, & in alijs prędicamẽ
tis sunt solũ duo in forma, & sunt vnũ in subiecto: sed cõtraria in loco sunt cõ
traria tam scdm subiectũ, quã scdm formam. Et quia de ratione contrariorũ est 3
distantia: & plus distãt illa, quę sunt duo in forma, & duo in subiecto, q̃ illa, q̃
sunt duo in forma & vnũ subiecto: ideo contrarietas ex natura rei primo cõ-
petit contrarijs in loco q̃ alijs contrarijs. Accedit ad hoc, vt dicit etiã Cõ. 10.
meta. cõ. 13. distantia in loco est maxima, s. cẽtri ad circũferentiã: & ista distã
tia est causa in cõtrarietate substãtiarũ corporũ propriorũ istis locis: ideo cõtra
rietas pri. reperitur ex materia rei in loco, quã in alijs contrarijs aliorũ pdi
camentorũ. Et hoc etiam asseruit Cõme. 4. phy, cõ. 5. dum dicit ꝙ corpora con-
traria scdm naturam mouentur ad loca contraria scdm naturam. quia loca nõ
solũ sunt extrema vnius lineę rectæ longissimę, sed & cum hoc sunt contraria
scdm potentiã. res. n. quarum substantiæ sunt similes contrarijs, habent substan
tias cõtrarias aliquo modo. ecce ꝙ vult contrarietatẽ in loco esse causam con
trarietatis in substantia, & in qualitate, eo modo, quo in substantijs contingit
substantiã substantię contrariam esse. Et, licet ita sit ꝙ contrarietas primo repe
riatur in loco, tamen non est notum ꝙ omne, quod localiter mouetur, contrarie-
tatem talem habeat. & sic dixit Cõme. in hoc quinto. cõ. 19. & 8. phy. 16. & 6.
phy. cõm. 92. ꝙ contrarietas, quę est in loco, latet: non quia illa lateat ꝙ sit cõ
trarietas, immo est prima & causa aliarũ, & ponitur in diuisione aliorũ tanq̃
notior, sed latet penes hoc, ꝙ non est notum per se eam inesse cuilibet mobili,
qđ mouetur localiter. & sic nulla est contradictio, sicut vides. Sed contra deter
minationẽ istam dubitauit subtiliter magnificentia tua. quia tunc nõ esset vera
contrariorũ descriptio, dicens, contraria sunt, quę habẽt fieri circa idem subie-
ctum non simul, sed successiue: modo, si contraria in loco sunt duo in subiecto,
& duo in forma, nunquã igitur aliquo modo circa idem subiectum habent fieri,
nec simul, nec successiue. Et ad hoc dixi ꝙ argumentum tuum demõstrat, nam
locus superior vniuersi nunquam fiet inferior. & dixi descriptionem illam veri
ficari de contrarijs in qualitate, nõ de cõtrarijs in loco. & dixi cum Auer. cõ.
38. quarti de cœlo cõtrarietatem non dici vniuoce, sed equiuoce vel analogice
de his & de illis. Aut aliter, aliquid conuenit alicui ratione generis, quod ta-
men repugnat eidem ratione speciei: sicut patet. 6. phy, cõ. 15. & 7. phy. cõ. 2.

* Vtrũ in quãtitate sit cõtrarietas.

Arist. in prędicam. cap. de quantitate ait. Amplius quantitati nihil est contra
riũ: indefinitis enim manifestum est quoniã nihil est contrarium &c. Auer. ibi
ait in differentia quia. Et ex proprijs quantitatis est, ꝙ nõ est ei contrarium
penitus siue sit continua, siue discreta. Oppositum huius expresse habetur.
5. phy. 18. vbi habetur. Quoniam autem neque substantię, neq; ad aliquid, ne-
q; ipsius facere, & pati relinquitur secundum quale & quantum & vbi motũ
esse. in vno quoque enim horum est contrarietas. Et Auerr. ibi ait. Quoniam
quum posuit ꝙ motus inuenitur in tribus prędicamentis, & declarauit ꝙ non

A inuenitur in substantia neq; in relatione, neq; in actione aut passione, sequitur vt solummodo sit in istis tribus . & dixit quoniã in vnoquoque istorum est contrarietas. & innuit vniuersaliter hoc, ꝙ causa vniuersaliter propter quam est possibile, vt motus solummodo sit in istis tribus prędicamentis, est, quia contraria existunt in eis. hęc enim necessaria causa est in esse eorum. Ad hoc respondent aliqui & pro solutione capiunt distinctionem Auer.1.phy.41. ꝙ contrarietas sumitur dupliciter, cõmuniter, & proprie. Hac posita distinctione dicunt, in quantitate contrarietatem cõmuniter sumptam bene reperiri : non tamen contrarietatem proprie dictam. Et de contrarietate proprie sumpta intellexit Aristo. in prędicamentis, quum dixit ꝙ in quantitate non est contrarietas. Sed hęc responsio nulla est, quia hoc modo etiam Arist. posset dicere, ꝙ in substantia est contrarietas: & ad illam esset motus. quod ipse in.5. negat, & dicit, ꝙ in quantitate est contrarietas, & in substãtia nõ. Vnde aliter respondẽdum est, & dico, ꝙ quantitas dupliciter considerari potest: vno modo simpliciter & absolute. & hoc modo de ipsa loquutus fuit philosophus in prædicamen. & Auer. quum dixere. quantitati nihil esse contrarium. Nam eam considerauerunt secundum simplicem considerationem. Alio modo possumus considerare quantitatẽ vt physicam, idest vt terminum corporis physici. Et hoc modo acepta, in ipsa est B contrarietas secundum perfectum, & imperfectum. Et sic ad quantitatem est motus, quia quantitas minima in aliqua spetie, puta hominis, aut leonis, est contraria quãtitati, maxime in illa spetie. maxime.n. distat respectu illius spetiei. & de illa imperfecta, ad perfectam, per motum venitur. Et hoc modo de quantitate loquutus fuit Aristo. in.5.phy. & Auer. & sic non est contradictio.

Respõsio aliquorum.

Impugnatio

Qualitas dupliciter potest considerari.

Quarta contradictio est in cõm.19. Cõmentator dicit quod non fit minus nisi per admixtionem contrarii, Oppositum.2. cœli cõmento.15. Soluitur. in habentibus contrarium secundum viam Commentatoris remissio per ad mixtionem contrarii fit: & per oppositum intensio per remotionem a contrario, iuxta illud Philosophi, illud est albius, quod est nigro impermixtius. in carentibus vero cõtrario, sicut est lumẽ, & alia huiusmodi, nõ est sic. Et ideo Cõ. in cõ.15. secundi de cęlo iam allegato inquit, & nõ sequitur vt remissio sit semper ex mixtione contrarii, sicut dixit Alex. in multis locis.

Quinto physico.cõ.19.

Solutio.

Quinta contradictio est in commen.21. Dicit generationem non esse motum, quia forma est indiuisibilis, Sed oppositum videtur sentire de formis elementorum.3. cęli commen.67. vbi tenet quod intenduntur & remituntur. Soluitur. de ratione motus duæ conditiones requiruntur. vna quod subiectum sit ens in actu, alia quod forma sit diuisibilis. vnde.5. physico. probatur ad relationem non esse motum & etiam.7. physico de prima specie qualitatis. Et Commentator.6. physico. commento.85. probat quod ad situm non est motus, quia est relatio, & rela C tio consistit in indiuisibili. Requiritur etiam quod subiectum sit in actu.5.physic. tex. commen.8. Et propter hoc in formis eductis de potentia materię, quædam sunt perfectę non intensibiles neque remissibiles, sicut sunt formę mixtorũ: & de istis maxime verificatur dictum Commentatoris quod generatio talium non est motus, quia tales sunt indiuisibiles, idest nõ successiue acquisibiles sed per minima acquirantur. Formę autem elementorum sunt mediæ inter substantiam & accidens secundum Commentatorem.3. cęli commento, 67. & tales partibiliter acquirunt, & successiue: tamen earum generatio nõ est motus, quia subiectum non est ens in actu. Vide quę scripsi primo physico. commento. 62.

Quinto physico.cõ.21.

Solutio.

Aristo.5.phy. ait. Secundum substantiam autem non est motus: propter nullum entium substantię contrarium esse. Et Auer. ibi ait. In substantia vero non est motus. quoniam omnis motus est de contrario in contrarium. sed substantia non est contraria substantię, vt dictum est in prędicam. Et Aristote. in prędicamen. cap. de substantia. Oppositum huius habetur ab Aristote. prim. phy. 56. vbi ait. Semper.n. in vno genere est vna contrarietas. hoc etiam Auer. ibi etiam philosophus eodem libro.50. ait. Et est igitur vna contrarietas in omni genere vno. substantia autem vnum quodam genus est. & Auer. in co. ait. Et hoc intendebat quum dixit, & substantia est vnum genus, sed tacuit con-

* Vtrũ in substãtia sit cõtrarietas?

cluſionem & eſt, ꝙ contrarietas exiſtens in eadem, eſt vna: & eſt principium D
aliorum entium. Ex quibus clare apparet, in ſubſtantia contrarietatem eſſe.
Hanc apparentem contradictionē duplici via ſedare poſſumus. Vna eſt Alex.

Opinio Alexandri.

dicentis, ꝙ quando Ariſto. dixit in prędica. ſubſtantiam, ſubſtantię non contrariari, intellexit de ſubſtantia cōpoſita ex materia, & forma. Sed dum dixit in phyſicis, in omni genere contrarietatem eſſe, loquitur de ſubſtantia ſimplici ſcilicet de forma. Sed quia iſta via eſt remota a mente Auer. vt patet. 5. phy. 10. & 8. meta. 5. vt alias longo ſermone ſcripſimus, ideo de mente Auer. aliter reſpondemus. ꝙ contrarietas, vt in propoſito ſpectat, ſumitur dupliciter. vno modo proprie: & ſic, nihil aliud eſt, quā maxima diſtantia ſub vno genere eorum, quę nata ſunt ab eodem ſuſceptibili ſe continue expellere. qualis eſt inter calidum, & frigidum: album, & nigrum. Et de hac loquitur Ariſto. quum dicit ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium. Duæ enim ſubſtantię & ſi in eodem genere maxime diſtantes ſint: puta homo, & imperfectiſsimum conchilium in genere animalis: non tamen circa vnum aliquod nata ſunt ſuſcipi. quoniam in nullo ſuſcipi poſſunt. Alio modo poteſt ſumi contrarietas pro contrarietate ſecundū eſſe, & non eſſe. i. ſecundum priuationē, & habitū, vt accipitur. 1. phy. co. 41. & 45. & 10. meta. co. 9. Et ſic dico ꝙ quando Ariſto. dixit ꝙ in genere ſubſtantię eſt contrarietas, hoc veritatem habet de iſta cōtrarietate. Nam in omni genere eſt priuatio, & forma. Vnde Auer. 56. 1. phy. dicit ſi prima contraria in vno quoq; E
genere ſint oppoſita ſecundum eſſe, & non eſſe. ſunt tunc oppoſita in ſubſtantia ſecundum eſſe, & non eſſe. & ſunt cauſę aliorum oppoſitorum exiſtentium in alijs prędicamentis. & iſta debent eſſe prima contraria. Quę verba Auerr. ſi Burleus bene inſpexiſſet, haud protuliſſet quod protulit ſuper. 1. phy. 52. Et hoc modo dictum Ariſto. intelligitur ibi. quia eius mens eſt generationis in vniuerſum principia venari: ſiue ſit in ſubſtantia, ſiue ſit in accidentibus: vt dicit ipſe philoſophus in. 57. primi phyſi. dum ait. Sic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes. Et Auerr. ibi ait. Et intendit per communem generationem, generationem, quæ fit in ſubſtantia, & in omnibus prędicamentis. & ſic tollitur omnis contradictio. Quod autem Ariſto. in prędicam. cap. de ſubſtantia loquatur de contrarietate proprie ſumpta, patet per Auer. ibi dicentē in differentia. 12. Et ex proprijs prędicamenti ſubſtantię eſt, ꝙ non habet contrarium. quia nō inuenitur homini, nec animali contrarium proprie. quid clarius? Alio etiam modo poſſumus dicere ad contradictionem, ꝙ quando Ariſto.

Alius modus dicendi.

ait, in omni genere contrarietatem eſſe, ſermo eius poteſt ſaluari de contrarietate differentiarum. nam differentiæ generis diuiſiuę, oppoſitę ſunt, & ſimul natura ſunt: vt in cap. de ſimul Ariſto. in prędicam. ait. Et differentię ipſe non alio oppoſitionis modo poſſunt opponi, niſi ſecundum modum contrarietatis. non ſecundum habitum & priuationē opponi poſsunt, quia nullius habitus priuatio conſtitutiua eſt. Nec ſecundum affirmationem, & negationem opponi poſſunt, quia nullius ſpeciei negatio conſtitutiua eſt. Nec etiam relatiue opponuntur, quia in abſolutis generibus, abſolutę ſpeciei, relatio differentia conſtitutiua eſſe non poteſt. Oportet ergo oppoſitionem inter differentias exiſtentem, ad contrarietates reducere. Et licet inter differentias generis diuiſiuas ſit oppoſitio: & genus ſemper per contrarias differentias diuidatur, non tamen oportet dicere ſpecies per illas conſtitutas, ſemper contrarias eſſe: licet illud quandoque poſsit contingere. Animal enim diuiditur per rationale, & irrationale, tanquā per differentias contrarias: tamen homo, & equus, non ſunt ſpecies contrarię. Ex aduerſo autem, diuiditur color per congregatiuum, & diſgregatiuum viſus, tanquā per differentias contrarias: & ſpecies per illas conſtitutę, ſunt contrarię, videlicet albedo, & nigredo. Et ratio poteſt eſſe (vt etiam notat doctiſsimus Zimara in hoc propoſito) quia differentię ſunt partes ſpecierum. nam ſpecies ex forma vniuerſali, quę eſt genus: & ex forma propria, quę eſt differentia, componitur, vt dicit Auer. 2. phy. 28. & etiam primo phy. co. 5. contrarietas autem in parte inuenta, contrarietatem in toto de neceſsitate non infert. Nam 2. cœli. 29. inſtantia habetur, ꝙ motus in duobus ſemicirculis, licet contrarij

sint, non tamen in completis circulis motus contrarij sunt. Et si dicatur, ꝙ ipse Auer. 1. phy. 52. expresse hanc contradictionem soluit, solutione ipsius Alex. sub ait. Et similiter nihil prohibet vt substantię sint contrarię secundum formas, non contrarię secundum subiectum. & sic dicere ꝙ substantia non est contraria substantię, verum est secundum subiectum. & ꝙ substantia est contraria substantię, secundum formam est verum, & hoc adiuuat Alex. quum dicit, in substantijs simplicibus potest esse contrarietas, & non in compositis. Et Alex. intelligit hoc, quod Aristo. dicit in prædicam. qui dicit, ꝙ proprium substantię est non habere contrarium, de substantijs compositis, non de simplicibus Aris. enim dicit in libro de generatione ꝙ corpora simplicia sunt contraria. hęc ibi. Ad hoc faciliter respondetur, ꝙ Auer. ibi loquitur secundum mentem Alex. vt et tradit suorum verborū contextus. Sed. 5. phy. 10. & 8. meta. 5. loquitur secundum opinionem propriam: & illam Alex. impugnat. Et hęc sufficiant.

Sexta contradictio est in cōmen. 22. Dicit Cōmentator ꝙ vltima non sunt in loco, nisi per accidens, non essentialiter, Sed huius oppositum ipse scribit prim. de generatione cōmen. 29. vbi habet ꝙ lineæ superficies, & pūcta non sunt in loco neq; secundum se, neq; secundum accidens. Soluitur. aliquid moueri per accidens contingit dupliciter, pure, & nō pure. Appello illud moueri per accidēs pure, qđ precise mouetur ad motum alterius, & nullo modo potest per se moueri, & isto modo intelligitur dictum Cōmenta. hic in cōmem. 22. quando dicit ꝙ vltima mouentur per accidens, scilicet pure, quia pręcise mouentur ad motum illius, cuius sunt vltima. Alio modo aliquid dicitur non pure per accidens moueri, & est illud, qđ mouetur ad motum alterius. quod tamē, si separatū fuerit ab eo, ad cuius motum dicitur moueri, poterit per se moueri, sicut motus partis ad motum totius, quia pars separata a toto potest per se moueri, sicut patet. 4. phy. cōmento. 32. & 5. phy. commēt. 1. & primo de anima cōmento. 37. Et propter hoc dixit Commenta. 6. physi, cō. 86. ꝙ motus partis in toto non est motus pure per accidens. Formaliter igitur soluentes, dicamus ꝙ quinto physi. cōm. 22. loquitur de accidente puro, primo de generatione. 29. loquitur de accidente nō puro. Aut aliter solui potest, ꝙ Commentator pri. de generatione loquitur ex sententia Platonis, contra quem arguit ibi Philosophus. Plato enim posuit mathematica esse subiecta corporum naturalium. &, quia ipse posuit talia, nedum secundum intellectum, verum etiam secundum esse separata a sensibilibus, videtur sequi ergo talia nullo modo in loco esse, neque per se, neque per accidens, realiter loquendo. in quinto aūt physi. loquitur secundum sententiam Aristo. & dicit ꝙ talia sunt in loco per accidens, quia locantur ad locationem sui subiecti, quod est per se in loco. Et ista solutio non est remota a veritate secundum eum ipsam, sicut dicit Commenta. prim. de anima cō. 26. vniuersaliter hodie non possumus intelligere opiniones Antiquorum, quia non sunt notę apud nos.

Quinto physic. cō. 22.

Solutio.

Septima contradictio est in cō. 34. Dicit Cōmentator tempus constituere motum. Huius tamē oppositum habetur supra in hoc quinto cōmen. 3. vbi enumerans ea, quę constituunt essentiam motus, non enumerat tempus. Respondetur ꝙ refert considerare motum in sua quiditate, & refert considerare ipsum, quo ad eam vnitatem consequentem ipsum. Et tūc dicimus ꝙ motus consyderatus quidditatiue constituitur in sui diuisione ex tribus: & talia sunt subiectum, terminus ad quem, & terminus a quo. vnde Cōm. sic considerauit motum. & Philosophus. 5. physic. tex. com. 3. nam ipse dicit ibi ꝙ substantia motus constituitur ex istis tribus causis existentibus in eo non extrinsecis. & ideo non numerat motorem, aut tempus, vt ipse habet ibi. Sed consyderatio motus, quo ad sui vnitatem numeralem, bene concernit vnitatem temporis, & motoris. et sic consideratur motus ab Auer. & ab Aris. 5. phy. 34. quando dixit ꝙ ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas temporis, & sic etiam consyderauit motū in 8. phy. tex cō. 82. vbi dixit motum proiectorum non esse continuum, sed videri continuum. Et reddens causam dixit. non enim vnum est mouens. vbi expresse patet motoris vnitatem requiri ad cōtinuitatem, & vnitatem motus, quę tamen non sunt de quiditate motus, sicut patet consyderanti.

Quinto physico. cō. 34.

Solutio.

Quinto phy sico.cō.35. Solutio.

Octaua contradi. est in.35.cō. Ad vnitatem numeralē motus dicit tria requiri D & hec sunt vnitas subiecti, vnitas mobilis, & vnitas termini ad quē. Sed h... oppositum videtur habetur.8.phy.te.comento.82. vbi habetur quod vltra hęc requiritur vnitas motoris. Ad hoc dicitur quod Aristo. non posuit hoc vnitatem motus requiri ad vnitatem temporis: quia nondum declaratum est vtrum omne motum ab alio sit motum. & ideo tacuit illud defferens illud vsque ad.8. physico. vtrum autem in aliquo casu possit esse vnus motus a pluribus motoribus pertinet ad octauum physico. sed pro nunc dimittatur.

Quinto phy sico.cō.35.

Solutio.

Nona contradictio est in eodem commento. 35. & commento sequenti. Quia ī hoc commēto dicit tria illa requiri ad veritatem motus. scilicet tempus, subiectum & terminum. Sed commen. sequenti solum subiectū & terminum requi dicit Nisi, esset, quod vnitas motus magis intime depedet ab vnitate subiecti, cum subiectum motus ponatur in sua definitione, & etiam terminus ad quem qui est de substantia motus: quia ab ipso sumit speciem, cum non differat ab ipso, nisi sic ut imperfectum a perfecto.3. physico.commento.4. motus autem a tempore dependet tanquam ab aliquo extrinseco, & non quiditatur per ipsum, ideo tempus non est de quiditate eius. sicut dicit Commentator hic in commento... quod accidit naturę motus. quod sit in tempore, non quod motus quiditatur per tempus, idest quiditatiue constituatur per tempus. & ideo tacuit Commentator in commento sequenti tempus, quia solum consyderauit motum, quo ad predicata quę constituunt ipsum quiditatiue licet autem subiectum non sit de quiditate accidentis, sufficit tamen quod sit delatiuum quiditatis eius.

Quinto phy sico.cō.37. Solutio.

Decima contradictio est in commento. 37. Dicit omnem motum continuum esse. Huius tamen oppositum dicit. 3. physicorum. commento.6.& 8. physicorum, commento. 23. vbi habet motum augmentationis non esse continuum. Solvitur, motui, sub ratione, qua motus, non repugnare continuitatem, sicut ... quantum animal non repugnat visio, tamē motui applicato ad materiam ... sensibilem determinatam stat continuitatem sibi repugnare. sicut est in ... de motu augmenti, qui non potest esse continuus, sicut probat Commentator in locis allegatis, nihil autem prohibet vnum & idem predicatum vni & eidem rei non repugnare sub rationi communi, & sub ratione generis, quod tamen repugnabit illi ratione speciali. sicut talpa, vt talpa. non potest videre ... animal non sibi repugnat. Aristotelis autem in hoc quinto physicorū & ... consyderat motum in communi, non applicando ipsum ad aliqua mobilia determinata. Et ideo omnia, quæ verificantur de motu in istis locis, verificantur secundum eius communitatem, quæ tamen communitas non repugnat ... bus specialibus aliorum motuū. Vide pro hac solutione in simili Auerroem ... piose, 6. physicorum. commento. 15. vide. 7. physicorum, commento. 2. in ... de cęlo, inquantum cęlum, & inquātum corpus.

Quinto phy sico.cō. 47. Solutio.

V ndecima contradictio est in commento quadragesimo octauo. Dicit A... roim. terminum a quo non esse de substantia motus, sed esse accidens motui ... nos oppositum inuenimus in dictis eius supra in commento.3. huius ... uitur, terminus, a quo dupliciter potest comparari motui. Vno modo ab... & sic est de quiditate motus, cum ponatur in eius definitione. motus ... affirmatum. Alio modo respectiue, videlicet in comparatione ad terminum ad quem. Et sic terminus a quo est accidens respectu motus in respectu termini ad quem, motus enim cum termino ad quem identificantur ꝙ reponuntur in specie, non autem per terminum a quo terminus enim a quo abiicitur. ... tur hic accidens, prout omne illud, quod non est equę initium, sicut aliud, & ... terminus ad quem, in eo nomen accidentis accipit. & hoc est de mente Commentatoris infra in commento. 49. vbi dicit quod licet contrarietas in motibus ... tam ex termino a quo quam ex termino ad quem, magis tamen motus sunt contrarii ex termino ad quem, quam ex termino a quo.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Sexto Physicorum.

Vtrum Motus habeat continuitatē a magnitudine, vel a tēpore?

ARisto.5.phy.23.ait Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, nō temporis. Nihil enim prohibet deficiētem rei, non temporis. Ex quibus clare apparet, ꝙ ad continuationem motus necessario requiritur cōtinuatio temporis, nō aūt continuatio magnitudinis. Oppositum huius habetur.6.phy.5. & ibi Auer. dicit, ꝙ causa continuationis motus, est continuatio magnitudinis, & ꝙ motus est ęqualis magnitudini, & partes eius partibus istius. Et habetur ex cō.7.&.8.eiusdem.6.etiam habetur ex.5.metha.18. etiam dicit ipse Auer.6.phy.73.clare, ꝙ continuatio primo inuenitur in magnitudine, & propter magnitudinem inuenitur in motu, & propter motum in tempore. Et partes habetur ab ipso Auer. Ad hoc dico, & si secundum modum exponēdi literam philosophi, (vt Simplicius exponit) nulla sit contradictio, tamē sequēdo cōmunem expositionē istius textus ad contradictionē dico, ꝙ ad hoc respondent aliqui moderni, & pro solutione sumunt illud quod dicit Auer.3 phy.1. in fine vbi ait, ꝙ de continuo duę diffinitiones inueniūtur, vna est, ꝙ continuū est illud, quod potest diuidi in infinitum. Altera est, ꝙ continuum est illud, in cuius medio, pōt poni terminus cōmunis duabus partibus. hac distinctione posita, dicunt, ꝙ de continuatione motus, dupliciter loqui possumus, secundum ꝙ de continuo ipso habemus diffinitiones duas. Si loquimur de continuatione motus, pro vt motus dicitur continuus, pro quanto pōt diuidi in infinitū, tūc dicunt, ꝙ hanc continuationem habet a magnitudine, & necessario requiritur magnitudinis continuatio, vt ipse motus hoc modo continuus dicatur, & hoc modo dicūt, ꝙ loquitur Arist. & etiam Auer. vbi dicunt, ꝙ motus est continuus a magnitudinis continuatione. Si vero loquamur de continuatione motus, pro vt motus dicitur continuus, pro quanto habet terminum cōmunem duabus partibus, dicunt, ꝙ ad hanc continuationem necessario requiritur continuatio tēporis, non autem magnitudinis, & sic loquutus fuit Arist.5.phy.23.& hoc modo soluūt contradictionem. Ista solutio licet sit magnorum virorum, videtur dubia, dato ꝙ verū sit, quod accipiat. s. illud quod dicit Auer.3.phy.1.s. ꝙ de continuo duę inueniūtur diffinitiones, tamen videtur dubium illud quod dicit, ꝙ motus habeat a tempore continuationem, pro vt continuum est illud cuius partes habet communem terminum, quia tempus quomodocunq; capiatur, videtur, hoc nō sit dicendum. Nam tempus vt dicit Auer.4.phy.109.dupliciter capi potest. Vno modo pro esse materiali. Alio modo pro esse formali, si sumitur pro esse materiali, sic idē est cum motu, & sic non possumus dicere, ꝙ motus habeat talem continuationem a tempore, quia esset, ac si diceremus, ꝙ motus habet hoc a se ipso, quod absurdum est dicere. Si vero sumatur pro esse formali: sic tempus est numerus, & mensura motus, & vt sic. (vt patet per Aristo.4.phy.cap.de tempore) habet mensurare, & non dicit Aristo. ꝙ habet dare continuationem. Quod tempus sumptum his duobus modis sic se habeat, patet per verba Auer. ibi vbi ait, dicamus igitur ad hoc, ꝙ extra mentem non est nisi motum, & motus, & tempus, non fiunt, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius. & hęc est intentio motus, idest motum esse numeratum, ergo substantia temporis,

Tempus dupliciter capi potest.

quę est in eo quasi forma, est numerus, & quod est in eo quasi materia, est motus continuus, quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus. Continuatio igitur accidit ei gratia materię, & discretio. s. numerus gratia formæ. Pręterea facit difficultatē contra suam solutionē illud quod dicit Auer. 6. phy. 73. ꝙ continuatio inuenitur in tempore propter motum, & hoc etiam dicit in 109. 4. phy. ꝙ continuatio accidit tempori gratia materię, & qđ est in eo quasi materia, est motus continuus. Si igitur propter motum in tempore est continuatio, quomodo verum est, ꝙ motus sit continuus a tempore? videtur potius totū oppositum dicendū. Et si diceretur, ꝙ verum est, ꝙ in tempore est continuatio propter motum, & ꝙ motus non habet continuationem a tempore, tamen veritatem habet loquendo de continuo, pro vt est diuisibile in infinitū, quia talem continuationem habet a magnitudine, & non a tēpore, & sic bene stant simul ꝙ in tempore sit continuatio propter motum, & ꝙ motus sit continuus a tempore, secundum ꝙ continuum diuersimode consideratur, (vt dictum fuit) Dico, ꝙ nō video, quo pacto ista non sint volūtaria dicta, cum verba Auer. sint nimis clara, & a glosa aliena, maxime si aliter contradictio saluari potest. Ideo dicendum ad contradictionem, ꝙ verum est, ꝙ continuatio motus capiatur a magnitudine, & ꝙ Arist. in. 5. phy. 23. (si bene intelligatur oppositum) non dicit, quia ibi Arist. non loquitur de continuatione motus, quia de tali continuatione alibi aget, sed loquitur de subiecto motus, vt transit de contrario in contrarium per medium, p continuā mutationem, & ad hoc verum est, ꝙ requiritur necessario continuatio temporis. Et sic apparens contradictio tollitur.

Responsio ad contradictionem.

Sexto physic. cō. 16.

Contradictio est in sexto physi. in cō. 16. Dicit Commneta. ꝙ exempla, quę adducuntur in literis, adducuntur vt sermo sit manifestior. Huius tamen oppositum ipse scribit. 4. physi. commen. 71. Soluitur, ꝙ exemplificatio in literis ad duo potest comparari, videlicet ad materiam subiectam, de qua est sermo, & sic talis dicitur esse manifestatiua sermonis. & isto modo vtitur Philosophus plerūque in libro priorum, & in lib. poste. Alio modo pōt comparari ad exempla consimilia in materia determinata, & sic est minus manifesta. & quando secunda sequitur primam, sic sermo redditur manifestior. Et isto secūdo modo loquebatur Cōmen. 4. phy. cō. 71. inquit enim & cū dedit exemplum de literis, dedit exemplū de materijs, vt demonstratio sit manifestior. Primo autem modo loquebatur hic. quia dicit ꝙ Airst. adduxit exemplum in literis, vt sermo eius sit manifestior. quādo enim casus ponit in terminis, redditur vtiq; clarior.

Soluitur.

Sexto physic. cō. 41.

Secunda contradictio est in cō. 41. habet Commenta. ꝙ transmutatio in substantia est principaliter transmutatio. Huius tamen oppositum dixit in hoc sexto com. 32. vbi dixit transmutationem in substantia non esse transmutationem, sed finem transmutationis, sicut vniuersaliter est de qualibet transmutatione diuisibili, sicut habet etiam ipse. 4. physi. commen. 129. vbi habet transmutationem dici ęquiuoce de transmutatione per se, & de transmutatione, quę non est per se, sed est finis transmutiationis. & consimilem sententiam habet ipse. 6. physico. in cōment. 45. Soluitur. transmutatio in substantia dicitur simpliciter & principaliter transmutatio terminatiue, quia terminatur ad illud, quod est simpliciter, et principaliter ens. 7. metaphy. tex. com. 4. substantia precedit accidens. Et sic dixit Philosophus prim. de generatione. tex. cō. 11. & 5. phy. tex. cōm. 7. generatio substantię est simpliciter transmutatio, accidentium vero nō est simpliciter transmutatio, sed est aliqua transmutatio, & quędam cum ... tamen in ratione motus formaliter sumpti transmutatio in substantia non dicitur principaliter transmutatio, sed est finis transmutationis, nec est motus, sed sequitur motum. Et sic authoritates contrarię procedunt vijs suis.

Solutio.

*

Vtrū elemēta determinatam quantitatem habeant.

Auerr. 2. cœli. 95. dicit, ꝙ elementa non habent quantitatem terminatam. Oppositum huius dicit ipse Auer. 6. phy. 32. vbi ait, ꝙ minima pars ignis est terminata. Idem in dicto. 6. 49. dicit, vbi ait, quoniam minima aqua est terminata, & similiter de alijs corporibus simplicibus, & compositis. Hoc etiam habetur ab ipso Auer. 8. physi. 44. & 6. phy. 91. & 3. cœli. 9. & 7. physi. 2. & in pluribus alijs locis. Pręterea hoc etiam dicit Aristo. in. 2. de anima. 41. vbi ...

A natura autem constantium omnium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti. Ad hoc dicitur, (dimissis aliorum responsionibus tanquam ad Auer. mente alienis) ꝙ intentio Auer. 2. coeli. 95. non est, si bene inspiciatur, ꝙ simplicia non habeant terminatam figuram, sed innuit, ꝙ ex eo quia non habent figuram fixam, et non consistunt in puncto, & in diuisibili, ideo dicuntur non habere quantitatem terminatam. Nam per admixtionem aliorum corporum in eis, figura eorum maior fit, vt patet si moles aliqua in aqua ponatur. Et ista responsio habetur ex Aristo. 4. phy. 76. vbi ait, sicut enim in aqua si apponat aliquis, cubum distabit tanta aqua, quantus est cubus, sic et in aere, et etiam Auer. in dicto loco. Et sic tollitur contradictio. Quare elementa dicũtur nõ habere quantitatem terminatam.

Tertia contradictio est in eodem commento. 41. Dicit inter non ens & ens nihil mediat. Huius tamen oppositum habet primo physico, commento. 78. & 12. meta. commento. 11. & 5. physico. commento. 8. de materia. Soluitur. 12. metaphysico. commento. 11. Non ens sumitur tripliciter. Primo, pro illo, quod non habet esse nec imaginationẽ. & illud est vere nihil, & solũ istud. vnde illud ꝙ nõ habet esse, nec imaginationẽ, est illud, quod implicat contradictionẽ, & tale est vere nihil. nam tale non potest facere vnum per se conceptum nec sicut modus cum obiecto. sicut dicit Subtilis doctor in secunda quęstio quolibetorũ, & Commentator. 4. meteoro. commento. 9. qui dicit aliquod intelligibile, ponit hoc fundamentum. ꝙ opposita non congregantur insimul. Alio modo sumitur pro priuatione existente in prima materia. Tertio modo sumitur pro illo quod, non est in actu. Tunc dicitur quod inter non ens primo modo, & ens nihil cadit mediũ: quia talia contradictorie opponuntur, quorum non est medium secundum se, in uenire primo poste. &. 10. metaphysicorum. texto. commento. 23. & sic loquitur Commentator. in hoc commento. 41. huius sexti. Sed inter non ens primo modo scilicet inter nõ ens simpliciter & ens in actu est bene dare medium. & istud est ens in potentia: talia autem non opponuntur contradictorie vnde ens in potentia non vere nihil neque est ens, sicut Philosophus dicit: sed mediat inter vtrũque. & sic loquitur Commentator. in alijs locis allegatis. Sexto physic, cõ, 41.

Quarta contradictio est in commento. 59. Scribit Commenta. accidentia carnis induci in materia ante formam substantialem carnis. Huius tamen oppositũ habet primo cap. de substantia orbis, vbi dicitur ꝙ accidentia consequentia formam sequuntur formam. Accedit ad hoc ꝙ subiectum accidentium est ens in actu. 2. de anima. commento. 4. & alibi frequenter. Soluitur accidentia sunt in duplici differentia, quędam in fieri, & talia ab Auerroistis interminata dici consueuerunt. & quędam sunt in facto esse, & talia dicta sunt terminata. Tunc dicimus accidentia in fieri pręcedere formam in materia, sed terminata sunt post formam posterioritate naturę non temporis, vt scribit ipse primo cap. de substã. orbis. Replica. primo de generatione & corruptione generatio est transmutatio totius in totum nullo sensibili remanente, ergo videtur ꝙ omnia accidentia fiunt dentur in cõposito & per consequens non est dare accidentia pręcedentia formã in materia. Soluitur. ibidem dicitur nullo sensibili remanente vt subiecto. vnde accidẽtia interminata, licet pręcedant formam in materia scd̃m Auc. pp hoc tamen non dicimus ea conuenire in ratione subiecti, sed sunt dispositiones subiecti, quod est materia. Et hoc aduertens Comm. dixit, 2. de anima. cõ. 4. subiectum formę substantialis, secundum ꝙ est subiectum, est ens in pura potentia. dans intelligere nullam aliam rem habere rationem subiectiuam pręter ipsam materiam. Replica. tunc ergo accidens remanebit corrupto subiecto, & migrabit de subiecto in subiectũ. Soluitur. licet proximum subiectũ alterationis sit compositũ, radicale aũt est ipsa materia, quę est pars essentialis cõpositi. non enim oportet, vt inquit Com. 1. de generatione cõ. 1, ꝙ subiectum transmutationis substantialis sit aliud a subiectis aliarũ transmutationũ: alioquin sublato tali subiecto remanere possent subiecta aliarũ transmutationum: quod est merum impossibile. & sic non est ibi transitus de subiecto in subiectum, quia manet subiectum radicale talium accidentium in aduentu formę, quę inducitur, sicut manebat in corruptione formę pręexistentis. Sexto physico, cõ. 59.

Sexto phyſico.tex. & cõ.86.

Quinta contradi.eſt,in com. 86. Dicit Philoſophus & Commen. ꝙ indiuiſibile mouetur per accidens. Inſtantia eſt de polis, ipſius orbis,qui oĩbus modis ſunt immobiles,ſicut patet.2.cęli.cõ.14. D

Solutio.

Soluitur.ibidem dicitur ꝙ quies polorum eſt quies metaphorica,& non eſt vera quies. Sed iſta propoſitio,in qua cõiter dici ſolet polos orbis immobiles eſſe oĩbus modis, verificatur ad imaginationem Mathematicorum, abſtrahentium a motu. propoſitionem enim ipſorũ fere omnes ſunt verę ad imaginationem.2.ph.cõ.60.Naturaliter tamen loquendo,ipſi poli,ſiue ſint aliquid diuiſibile,ſiue indiuiſibile, mouentur per accidẽs ad motum orbis,in quo ſunt formaliter. Et ex hoc patet ꝙ illi, qui tenent intelligentiã eſſe formam cęli,non recte reſpondent ad argumentũ,per qd probatur ꝙ tunc ipſa moueretur per accidens.quia omne,quod formaliter eſt in re mota,ſicut forma informãs, vel ſicut pars in toto,vel ſicut terminus in terminato, mouetur ad motũ rei motę per accidens. Quidam ſolennis doctor voluit mihi ſoluere iſtud argumentũ.dando inſtantiam de polis mundi, qui formaliter inexiſtunt orbi,& tamen non ſunt mobiles aliquo pacto, neq; per ſe,neq; per accidens. Sed ego replicaui per authoritatem allegatã Auer.in cõ.allegato.2. de cęlo,& in.4 phy.cõ 118. vbi habet ꝙ quies polorũ eſt tranſumptiua, & ſcđm ſimilitudinem.Et facta replica neſciuit amplius loqui. E

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Septimo Phyſicorum.

Septĩo phy. cõ.1. &c.4.

DIcit Commentator ſuper comm. primo. & 4. ſeptimi phyſ.ꝙ primum motum in animali eſt cor. Huius tamen oppoſitum inuenimus primo de anima.commen.37. vbi dicit ꝙ ſunt pedes.

Solutio.

Soluitur.principiũ et fons totius ſenſationis et motus eſt ipſum cor:ſicut Philoſophus in.2.de partibus animalium capit.10.& in libro de ſenſu & ſenſi.in.3. de anima expreſſe habet cor eſſe originale principium omnis motus exiſtentis in animali, ſicut patet in tex.cõ. 55.& in libro de motibus animalium.Et iſta fuit ſnĩa omnium Antiquorũ Peripateticorum,quidquid dicant Moderni miſcentes, & confundentes opinionem Peripateticam cum opinione Medicorum. videant Alexandrum in paraphraſi de aĩa: videant Themiſtium, & Simplicium in ſecundo de anima,& videbunt nunquid cerebrum ſit principium motus,vel ſenſus de intentione Ari.Dico igitur cor eſſe principium motus initiatiuum,& ei motus attribuitur vt origini & vt principi:pedibus autem attribuitur tanquam inſtrumento,quo ad extra manifeſtetur,& executioni demandetur.& ſic teneo cum Ariſtotele & peritiſsimis Peripateticis eſſe de qualibet ſenſatione,ſiue ſit ſenſuum exteriorũ, ſiue ſit ſenſuum interiorũ, ꝙ quęlibet talis ſit a corde, tanquam a rãdicali principio.& iſta eſt indubitata ſnĩa Ariſt.licet Auer. pro parte.non ex toto attigerit veritatem,ſicut alii antiquiores.Moderni aũt in hoc aberrant manifeſte,& nõ poſſunt aſſentire veris principijs. F

Septĩo phy. cõ.11.

Secunda contradictio eſt in commento 11.Commentator habet qualitates ſenſibiles eſſe differentias corporũ conſimiliũ. Et tamen oppoſitum habet ipſemet

A quinto physico, commen. 10. & 8. metaphy. com. 5. contra Alexandrum. Moderni voluerunt grauitatem & leuitatem esse formas substantiales elementorum, mouti forte propter authoritatem allegatam hic ex. 11. commento, & ex authoritate ipsius Commentatoris. 2. de anima male intellecta, comment. 108. vbi habet graue & leue esse substantiam. Sed ista opinio est purus error. quia quod vni est accidens alteri non est substantia, in his, quę vniuoce dicuntur. sed grauitas & leuitas elementi est eiusdem rationis cum grauitate & leuitate mixti, quod patet ex operationibus essentialibus ipsorum, cum igitur in mixtis sint accidentia, quomodo in elementis erunt substantię? ita arguit Commentator contra Alexandrum. 5. physice, commento. 10. & octauo metaphy. comm. 5. Sed dicunt ꝙ rationes Commentatoris ibi procedunt de alijs qualitatibus, non autem de graui & leui. Contra, Philosophus secundo de generatione. tex. commenti octaui. enumerat qualitates elementorum, & similiter in secundo de Partibus animalium capitulo primo, & ibi ponit grauitatem & leuitatem, Amplius, quomodo soluetur ratio facta? neque enim ratio procedit de grauitate & leuitate, si cut de alijs qualitatibus, & quomodocunque soluere volueris, ita soluam pro Alexandro rationem Auerrois. Amplius, forma substantialis nõ est sensibilis sensu exteriori: sed grauitas & leuitas sentiuntur sensu tactus, sicut patet. 2. de aīa, tex. comme. 108. ergo, &c. Soluunt ꝙ forma substãtialis est sensibilis a
B sensibus hominis, Nam scdm Aue. in com. super libro de sensu, homo comprehendit differentias rerum, & earũ intentiones proprias, quę sunt in re sensata, quasi medullã de fructu: animalia autem bruta comprehendunt ea, quę sunt extra, quasi cortices fructuum. Sed contra, quia sensus brutorum etiam sentiunt grauitatem & leuitatem. nam asinus magno pondere oppressus dolet: quod non esset, nisi grauitatem sensu tactus sentiret. igitur grauitas est simpliciter accidẽs. sed quęlibet grauitas est vnius & eiusdẽ rationis essentialis. si igitur quod vere est, nulli accidit, si grauitas & leuitas in elementis essent formę substantiales: non igitur essent accidentia in mixtis. Multa ẽt alia inconuenientia dimitto breuitatis cã. nã tunc substantia substãtię per se primo contrarietur, & multa huiusmodi. Dicamus igitur differentias vltimas corporũ simplicium esse nobis ignotas. & circumloquimur eas per suas proprietates. & hoc colligitur ex sñia Philosophi in. 8. phy. in tex. cõ. 32. vbi habet ꝙ essentia grauis est vbicari inferius & essentia leuis est vbicari superius. & tamẽ supra. 28. d. mouere sursum et deorsum esse actiones grauium & leuiũ naturales. qđ non contigisset. nisi esset verum, qđ diximus. & hoc est etiam de intentione Auer. 3. met. com. 5. & 7 meta. commen. 41. Grauitas igitur & leuitas sunt differentię circumlocutiuę elementorum, & non sunt veræ formę substantiales illorum, sicut fingunt Moderni. Solutio.
C Quomodo autem hec authoritas Commen. in. 2. de anima soluatur, statim patebit sequenti contradictione.

Tertia contradictio est in eodem com. Dicit grauitatem, et leuitatem esse qualitates tangibiles. Oppositum habet. 2. de anima. commen. 108. vbi dicit ꝙ sunt substantiæ. & 5. met. com. 18. dicit ꝙ sunt quantitates. Soluitur. formaliter qualitates sunt, sicut dicit Philosophus. 2. de generatione, & 2. de partibus animaliũ sunt substantię, imitatione, & similitudine quo ad modum immutandi sensum. Nam sicut substantia non immutat sensum, nisi mediantibus accidentibus. sic grauitas & leuitas non immutant sensum tactus, nisi mediante motu: & sic assimilantur substantię, & non sunt illę, sed sicut illę. In. 5. metaphy. comen. 18. dicit eas esse quantitates secundaria intentione, sicut ipse glosat ibi. nam diuiduntur eadem diuisione, qua magnitudo diuiditur, iuxta illud Philosophi primo cęli in maiori quanto est maior virtus, tamen ipsę in se sunt qualitates naturales. Et sic sedatur contradictio. Octauo physic. cõm. 11. Solutio.

Quarta contradictio est in com. 15. Dicit rarum & densum esse qualitates. sed quarto phy. 84. dixit ꝙ sunt quãtitates. Contradictio ista in quarto fuit soluta, commen. 84. ideo recurre illuc. Septio physico. cõ. 15.

Quinta contradictio est in commen. 20. Dicit ꝙ scientia dignius est vt sit ad aliquid, Oppositum dicit, 10. metaphy, 22. & in prędicamentis, vbi habet ꝙ sit Septio physico. cõ. 20.

qualitas. Soluitur. formaliter qualitas est, & maxime in nostro intellectu. ad D
Solutio.
eam tamen consequitur relatio ad scibile. 5. metaphysi. 20. Vtrum autem dictũ Philosophi in septimo physico. tex. cõ. 20. & sui Commentatoris habeat locũ secundum mentes eorum, vel secundum mentem Platonis, non est pręsentis speculationis. Alio tamen modo potest declarari scientiã esse in capitulo relationis, tam secundum mentem Platonis ponentis nostrum scire esse reminisci, quam secundum mentem Auerrois ponentis vnitatem intellectus colligari cũ intentionibus imaginatis in intelligendo. Sed ista pertinet ad tertium de anima, nec est opus pręsentis negocij, nam sufficit nobis magnifice Domine in istis fragmentis intellectũ tuũ excitare, nec opus est calcaria subdere spõte currẽti.

Vtrum Motori cœlesti in mouendo sit labor, & fatigatio, ac difficultas?

Auer. 2. cœli. 3. ait, apparet ex hoc quod declaratũ est ex sua natura ꝙ in hoc motu non cessanti non accidit ei labor, neque fatigatio. Oppositũ huius videtur innuere. 7. phy. 35. dum ait, necessario .n. debet esse resistentia inter motorem, & rem motam: & siue motio fuerit naturalis, aut innaturalis. Et ista resistentia communis est secundum ꝙ alterum agens & reliquum patiens. Vnde dicimus in virtutibus cęlestibus mouentibus, ꝙ non mouet quęcumque potentia, quodcunque corpus cęleste: sed quęlibet potentia, mouet corpus proprium: in velocitate propria, sed omnes conueniunt in hoc, ꝙ mouent in infinitum. Et secundum hunc modum, non est proportio inter eas, & motum. Secundum vero ꝙ vnaquęque earum mouet corpus proprium velocitate propria: secundum B hoc habet proportionem propriam ad motum vel cum moto. Hoc etiam apparet per multa verba in. 2. cœli. 39. Ex quibus habetur, ꝙ inter motorem cœlestem, & suum mobile, est resistentia, & per consequens labor, & fatigatio. Nam (vt dicit ipse uer. 2. cœli. 3. & cap. 2. de substantia orbis, causa fatigationis in motibus animalium est, quia principium passiuum, contra resistit principio actiuo motus: quia corpus resistit animę, cum nos mouet multum ad contrariam partem illi ad quam intendimus moueri ex anima nostra. Quapropter accidit nobis, labor, & fatigatio. Et Aristo. 2. cœli. 63. videtur velle in cœlo difficultatem esse. oppo. 2. cœli. 3. vbi ait. Ad hoc respondetur

Responsio secundum Ioannem.

secundum Ioannem andegauensem in quæstionibus. 2. de cœlo, ꝙ in motu, mobile resistere motori intelligitur dupliciter: vno modo ex inclinatione naturali ad alium motum illi ad quem mouet motor: vt corpus animalis habet naturalem inclinationem ad motum deorsum: quia graue est. Et ille motus, est alius ab illo, ad quem mouet motor: vt anima mouet: & vbi est talis resistentia: ibi est labor & fatigatio. Alio modo potest intelligi ꝙ mobile resistat motori, secundum diuersitatem potentię ad actum, quia mobile est in potentia tale, qualis est motor in actu: & illa resistentia necessaria est in omni motu. & sic cęlum resistit motori: quia in potentia est in aliquo vbi, & in opposito vbi ad F quod motor intendit ipsum mouere. Et ex tali si resistentia, non est labor & fatigatio. Et hoc modo secundum ipsum remouetur contradictio. Sed Suessanus 2. cęli. 39. impugnat dicta ipsius Ioannis in hoc. Et dicit ꝙ solutio Ioannis non satisfacit: quia cum infinita velocitate potest stare hęc resistentia diuersorũ vbi potest enim cęlum moueri in duplo velocius, & habere adhuc potentiam ad diuersa vbi, & rursus in triplo velocius & habere eandem: & ita in infinitum. Et sic nulla esset causa quare tanta velocitate mouetur, nisi voluntas motoris. Vnde ipse respondendo, dicit; ꝙ cęlum resistere motori dupliciter intelligi potest. Vno modo respectu termini: quia non permittit vt inducatur ita cito in terminum ad quem vt motor intendit: sed tempore determinato. Non autem respectu motus, quia non inclinatur ad contrarium motum illi quo mouetur. Et

Responsio Suessani.

propter hoc non est ibi labor, & fatigatio. Et ad hanc solutionem remittit, in 63. eiusdem libri dato ꝙ ibi strictius loquatur. Et si aliquis instaret hoc modo. Si cęlum resistit, & non permittit, vt inducatur, ita cito in terminum ad quem, vt motor intendit: ergo inclinatur ad oppositum. Respondet in libro destructionum dispu. 13. solu. secundi dubij ꝙ consequentia non valet. Et ratio: quia non resistit ratione formę contrarię ipsi agenti: sed ratione limitationis naturę rei motę. Vnde cęlũ resistit; quia natura sua est limitata ad sic moueri, vel sic, Vnde

non sequitur ergo inclinat ad oppositum : sed bene sequitur , ergo non propinquat ad tantam velocitatem quanta motor intendit mouere . Et sic soluit. Vnde iste doctor preter priuatiuam resistentiam quę communis est omnibus,ponit in corpore cœlesti resistentiam positiuam : & plura dicit quę ibi videas . Et licet modus Ioannis non videatur de mente Auer. quia reducendo resistentiam , quę in corpore cœlesti reperitur , ad hoc solum : quia cœlum est in potentia ad aliquod vbi , & in opposito vbi ad quod motor intendit : non video modum quo bene soluatur instantia prędicta . Tamen ipse Suessanus non videtur tutus in hoc quod dicit , ꝙ intelligentia vult mouere velociori modo quo mouet,tamen non potest, quia cœlum non permittit ex natura sua : quia sequeretur, ꝙ intelligentia non adimpleret suam voluntatem & suum desiderium frustrantur : & sic in illo motu essent duo principia diuersa & vnum contradiceret reliquo sicut in animalibus: dato ꝙ contradictio in animali sit , quia vnum principium intendit vnum motum : & aliud ex sua natura in alium illi diuersum : & illis sit repugnantia , quia vnum intendit in tanta velocitate mouere, & non potest , & aliud in velocitate illi diuersa permittat ex natura sua mouer, & conueniant quo ad motum circularem . Non enim video quomodo saluetur , ꝙ non sit labor , & fatigatio, & difficultas, & infelicitas nimis correspondens statui animalium . Quod contra Aristote.& Auer.est. Vnde ad hanc contradictionem verba Auer.63.secundi de cœlo adducenda sunt, vbi ostendit contrarietatem quę inuenitur inter cœleste corpus,& suum motorem: vt pateat quę resistentia sit ista, & quomodo ex illa non est labor,& fatigatio,& difficultas in mouendo modo quo in animalibus principia diuersa habentibus resultat (sicut est intentio Zimarę super. 2. cœli . 63 .) Vnde ex sua solutione istę contradictionis solutio apparebit. Auer.in.63. secundi de cœlo dubitat , quia per verba Aristo . videtur sequi ꝙ secundum opinionem Aristo. in cęlo sit difficultas : quod est falsum ; quia difficultas prouenit a contrarietate, & a materia . In cœlo autem non est materia nec contrarietas . ergo ibi non est difficultas , Secunda ratio est , ꝙ si esset in corporibus cœlestibus difficultas,tunc intelligentia nihil operaretur : quia declaratum est in.8.phy.78. ꝙ intelligentię sunt virtutes infinitę . Orbes autem habent potentias finitas , Finiti autem ad infinitum non est proportio . ergo nulla esset proportio , inter intelligentiam mouentem,& cœlum . Soluit Auer.& duo facit,primo ponit solutionem , secundo confirmat . Et soluendo dicit,ꝙ inter intelligentiam quę mouet,& mobile,est quędam contrarietas quę est secundum potentiam & actum:& propter hanc contrarietatem , ibi resultat quædam proportio terminata inter virtutem mouentem,& orbem motum. Nam virtutes istę sunt terminatę. vt.38.&.39.secundi de cœlo . Finitas virtutis competit formis , in eo ꝙ formę:ita ꝙ competit cuilibet formę , in eo ꝙ forma . Contrarietas ergo inter intelligentiam & orbem non est contrarietas vera ; quia talis est solum in corporibus quæ sunt [illegible], sed ibi est contrarietas secundum potentiam & actum. vt. 9. methaph. 13. potentia & actus opponuntur relatiue . Et secundum istam contrarietatem resultat quędam proportio terminata inter intelligentiam mouentem , & corpus cœleste motum , Vult dicere Auerr. ꝙ illa contrarietas est secundum potentiam & actum, quia motus cœli,est ex desiderio rationali , quia causatur a voluntate mouente, Vnde tanta est coniunctio inter intelligentiam & orbem , ꝙ quanta velocitate appetit intelligentia mouere : tanta velocitate , appetit orbis moueri . Vnde nos videmus,ꝙ quanto aliqua forma est magis eleuata a materia tanto magis dominatur suis passionibus.vt anima humana. Bruta aũt non dominantur suis passionibus cũ sint immersa materiæ . Postea Auer.confirmat suũ dictũ.quia dixerat,ꝙ potentię quæ mouent orbes sunt finitę, & ꝙ non possunt mouere quacunq; velocitate , Cuius oppositum videtur dixisse Arist.in.8.phy. dicit Auer.ꝙ non est demonstratũ ab Arist.intelligentiã esse virtutis infinitę: & ꝙ possit mouere in infinitũ.dicit Auer.ꝙ si hoc esset. Primo sequeret̃ ꝙ moueret̃ i instãti,Scdo sequeret̃,ꝙ corpus illud motũ,esset infinitũ.Et ille locus est difficilimus,qui nõ põt solui a tenẽtibus in via Auer. deũ eẽ infiniti vigoris

Ad contradictionem.

Et sic patet, qualiter omne dubiū remouetur: & qualis resistentia sit, in corpore cęlesti. Et ex omnibus istis patet, quid dicendum formaliter ad contradictionem. Quod motori cęlesti non accidit labor, & fatigatio, in mouendo: vt in animalibus accidit. Et ad illud quod dicitur, ꝙ est resistntia: ergo labor, & difficultas. Dico, ꝙ resistentia quę in cęlo reperitur: est tali modo. Nam in cœlo est cōtrarietas modo dicto, & ex tali contrarietate, resultat quędam proportio: ex qua debita proportione resultat illa resistentia: quę est, ꝙ cœlum non potest maiori velocitate moueri, qua mouetur. Non dico, ꝙ intelligentia intendebat velocius mouere (vt Suessanus dicebat.) Et ex tali resistentia, non prouenit labor, & fatigatio, neque difficultas, nisi velimus extendere nomen laboris, & difficultatis, ad quamcunq; resistentiam: & dicere, ꝙ quemadmodum est contrarietas ibi non vera, & ꝙ ex illa resultat proportio, ex qua prouenit resistentia: sic etiam est difficultas, quasi equiuoce dicta. Et hoc non obstat auctoritati Auer. 2. cœli. 3. Et sic cessat dubium. Tamen pro maiori declaratione est aduertendum, ꝙ restat dubium quodam. Quod hoc quod Auer. dicit, ꝙ contrarietas inter intelligentiam, & orbem, est secundum potentiam, & actum, idest, est oppositio relatiua, quia mouere competit actui, & potentię moueri: non videtur bene dictum, quia sequeretur, ꝙ elementa possent in vacuo moueri. Cuius oppositum habetur. 4. phy. 71. Probatur, quia forma, vt forma est in actu: in quantum autem, ꝙ est in materia, est in potentia. Cum ergo ad motum sufficiat contrarietas, inter potentiam, & actum: ergo elementa in vacuo possent moueri. Ad quod respondetur, ꝙ contrarietas, secundum potentiam, & actum non sufficit in elementis, pro causando motu: quia in motu requiritur successio, successio autem, non fit, nisi inter duo entia in actu. Cum ergo in elemento, sit solum materia, & forma: materia autem non est ens in actu: ideo non potest moueri. Sed cœlum diuiditur in duo in actu, in orbem, qui est ens per se, & materia in actu: & in intelligentiam, quę est ens per se. Et ideo ista oppositio secundum potentiam, & actum, est sufficiens in cœlo ad causandum motum. Solutio est Auer. 4. de physica auscultatione. 71. Et hęc sufficiant.

Dubitatio

Respōsio

Cœlum diuidit in duo

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM
IN DICTIS ARISTOTELIS
ET AVERROIS.

Super Octauo Physicorum.

Octauo physic. cōmē. 2.

Octauo physico, cō. 4.

IN octauo physi. cō. 2. est contradictio de opinione Anaxagore, & prim. physi. cōmē. 32. Sed quia in prim. physi. cōm. 32. ibi soluta, ideo non oportet eam hic repetere.

Secunda contrad. est in cō. 4. Dicit Auer. ꝙ, si materia esset denudata ab omni forma, non posset aliam formam recipere. Huius oppositum videtur. 5. phy. te. cōm. 8. vbi dicitur prima materia, [illegible] ꝙ est ens in pura potentia, est subiectum receptiuum formę, quę per generationem inducitur. Aliqui ex Antiquis, quos multi Moderni imitantur, tenent formam corporeitatis de intentione Auer. & sic tenendo viam istam dicerent ꝙ Cōm. dixit hic ꝙ, si materia esset denudata ab omni forma, & praecipue a formâ ista corporeitatis de prædicamento substantiæ, tunc vtique non posset aliam reciperet: quia talis forma est necessaria, tum quia, vt dicunt, omnes formæ educuntur de potentia eius, tum quia est dispositio materię ad hoc, vt

Digresio de forma corporeitatis.

Multorum opinio.

A ipsa recipiat formas speciales. Nam, cum materia maxime sit a formis remota, oportet materiã necessario disponi per talem formam generatam imperfectam: tum etiam propter perpetuitatem dimensionum interminatarum, quę sunt materię coęternę. nulllum enim accidẽs videtur habere perpetuitatem, nisi propter formam: & ideo videtur dimensio fundetur in materia mediante forma coporis de prędicamento substantię sibi coęterna. Astruunt hanc opinionem esse Auer. indubitanter. quia. 3. coeli, cõ. 61. vbi Arist. in litera habet. oportet autem fortasse sensibilium sensibilia sempiternorum vero sempiterna, corruptibilium aũt corruptibilia esse principia. Cõm. glosans illa verba inquit ꝙ hoc habet veritatẽ de principiis propinquis, & non remotis rerum sensibilium: quia talia non sunt sensibilia, sicut sunt prima materia & prima forma, per primam, autem formã, vt dicunt, non potest intelligi, nisi forma corporis. non. n. dimensio est principiũ substantię, quia illa est accidens. item talis est sensibile cõmune. Amplius Cõm. 1. phy. cõ. 15. exponẽs qũo forma dicitur priuatio, dicit ꝙ priuatio existens in prima materia est quasi forma materię, & nõ est pura priuatio. hoc aũt non videtur posse intelligi nisi de forma corporis substãtiali: quia illa nõ est simplex priuatio, sed est quędam generalis priuatio, de qua omnes formę educũtur. Amplius Cõmen. 7. meta. cõ. 29. reddens causam, quare quędam generãtur ab arte tantum, & quędã a natura & arte, dicit ꝙ in illis, in quibus est pars potentię
B naturalis similis artificio, illa possunt a natura generari & ab arte: sed illa, in quibus non est pars potentiæ naturalis similis artificio, talia generantur ab arte tantum. videtur igitur generatio rerũ naturaliũ presupponere aliquã prõptitudiñẽ in materia, ex qua aducuntur. & hęc non põt esse nisi forma substãtialis corporis. Amplius rõne probatur sic. dimensiones sedm Auer. remanent eędem in genito & in corrupto, tunc quęro vel scdm rem est ista remanẽtia, vel scdm rationem. Si scdm rõnem, tunc nõ erit nisi scdm speciẽ, quod tñ Auer. negat, quia ponit eas remanere easdẽ numero. Si aũt scdm rem remaneãt, tunc oportet ponere formã substantialem coæternam materię, per quã illa semper remaneat: vel oportet materiã scdm esse reale non dependere a forma, quod est contra Auer. 12. meta. cõ. 14. Nos aũt & si meminimus construxisse specialem qõnem super additionibus nostris qõnum metaphy. Ioãnis de Gandauo, tñ hic aliqua tangam, quę ibi pretermisi contra istã viam. Et, quia oĩs cõtradictor amore veritatis in primis excusandus est, cum supportatione taliter opinantiũ mihi videtur ꝙ illa nunquã fuerit opinio Auer. nec Arist. sicut patet ex discursu Philosophi in. 1. phy. & in. 2. de Gñatione, vbi detestatur Antiquos ponentes subiectũ gñationis esse aliquid habens formã. si. n. hoc esset, cum quãlibet formam consequantur accidentia, per quę sentiri possit, tũc accideret subiectum generationis esse sensibile: quod est cõtra sensum. Et ista via procedens Philosophus posuit subiectum generationis esse ens in pura potentia, nõ habens aliquã formam substantialẽ coęternã neq; genericã, neq; specificã. forma. n. gñis & forma speciei vna est, & eadẽ apud ipsos: quia tales de vna & eadem re per se prędicantur. Item. n. probatur. 4. met. tex. cõ. 3. ens & vnum eandem naturam significare, quia de eadem re per se prędicantur. Et ideo definiens generationem. 1. de gñatione. 23. dixit ꝙ generatio est transmutatio totius in totũ, nullo sensibili remanente, vt subiecto, quod nõ dixisset, si opinatus fuisset materiam esse corpus. imo damnat Antiquos hoc opinantes. Nec aliquis locus est in Auer. vbi ponat talẽ formam: imo reprehendit Auic. hoc opinantẽ in. 1. phy. 63. &. 1. cap. de sub. or. vbi dicit ꝙ Aui. fuit opinatus ꝙ eadem est dispositio dimensionum interminatarũ, & terminatarũ. qd non dixit, sicut male glosauit Ioãnes, & sequaces, quia Aui. posuerit illam formã in materia specifica, Cõmen. aũt ponit eam gñicam: quia in libro Auic. dixit istã fatuitatem manifesti erroris, sed illud dixit, quia scdm Auic. quantitates interminatę fundabãtur in cõposito ex materia et forma corporeitatis, sicut fundantur quantitates terminatæ. & in hoc discrepat Cõme. ab ipso, quia scdm ipsum fundantur in prima materia sine aliqua forma ibi pręexistente. Mirum, profecto mirũ, qũo Auer. ponat istam formam, & tñ in libro de sub. orb. & pręcipue in. 1. cap. vbi inuestigat oẽs dispositiones materię, nul-

Impugnatio

lam faciat mentionem de tali forma substantiali, vbi, postquam conclusit materiam esse ens in potentia ad omnes formas, statim subdit ꝙ primum, quod accidit materię, est trina dimensio: quomodo igitur prętermisit formam substantialem pręxistentem, nullam de ea mentionem faciens? Authoritates autem adductę non sonant hoc, quãdo enim. 3. cęli cõ. 61. dixit principia rerum sensibilium esse sensibilia, loquendo de propinquis et non de remotis, sicut est prima materia & prima forma, dico ꝙ hoc est verũ: sed per primam formam non intellexit formam corporis substantię: quia vtiq; illa sensibilis esset, cum sit dimẽsionata quantitatibus. Vnde mirum est quõ isti, ad pauca respicientes, dicant Com. non posse intelligere dimensiones, quia illę sunt sensibile commune, cũ tamen hoc idem retorqueri posit contra eos de forma corporis: quia saltem erit sensibilis ratione dimensionum, quę in ea fundantur scdm ipsos. & ideo, si dimensiones istę sunt sensibiles, vt dicunt, contingeret formam corporeitatis esse sensibilem ratione ipsarum: quod ipsi negant. Accedit ad hoc, ꝙ, cũ forma generis non sit re distincta a forma speciei: & cũ formę speciales sint sensibiles merito suorum accidentiũ: vtiq; & forma illa sensibilis apparere. Dicamus igitur primam materiã esse insensibilem, quia secundum se nullam formã habet per quam sentiri posit, quia illud, quod sentitur, est in actu. quia autem materia non est in actu per aliquã formã, non est sensibilis: quantitas et interminata quatenus interminata, est ens potentiale. & vtiq; ipsa sentiri non põt. Et ideo dicit Comm. ꝙ materia, vt est denudata ab omni actu, est ens rationis: quia solus intellectus sic potest intelligere eam in actu secundo, ꝙ non sit forma nec formam habens, per primã autem formam Commen. intellexit Deum gloriosum, qui ẽt sensibilis non est, dicitur. n. esse principiũ remotum sensibiliũ, & prima materia, iuxta illud Auer. 12. meta. cõ. 18. omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. Et hoc cõfirmatur authoritate eiusdem. 12. meta. cõ. 6. vbi glosans dictum Alexãdri dicẽtis Naturalem sumere a Diuino principia substantię, quę est in motu, dicebat ꝙ illud habet veritatẽ de cã formali & finali, non de cã materiali & mouente. Vnde dicimus nos ꝙ prima principia remota rerum sensibilium sunt prima forma & prima materia: tamẽ prima materia a Philosopho Naturali consyderatur, sed prima forma consyderatur a Diuino. & hoc etiam est de intentione mẽsius Aue. 1. phy. cõ. 69. vbi glosans dictum Philosophi enumerantis ibi tria principia rerũ naturaliũ, s. materiã, formã, & priuationem, ponens differentiã inter materiam & formam, inquit. entia habent aliud principium a subiecto, & est forma. sed primũ principiũ in hoc genere, s. in genere causę formalis non potuit sciri in hac scĩa, sicut primũ subiectũ. Et hoc idẽ dixit Philosophus ante ipsum in 1. phy. ad finẽ, vbi postꝗ egit de prima materia dicit. De principio aũt scdm formã, vtrũ vnum aut plura aut quot, aut quę sint cũ diligentia Philosophię primę est determinare. Si igitur entia naturalia haberent formam corporeitatis tanꝗ primã, illa vtiq; a Naturali cõsyderaretur. Nõ aduertũt Moderni ꝙ aliud est Naturalẽ consyderare quatuor genera cãrũ, et aliud est ipsum quatuor prima genera cãrum cõsiderare. prima. n. vera est, & scda falsa. nã duo prima cãrum genera cõsyderat Diuinus, s. primã formã & primũ finẽ, & duo prima cõsyderat Naturalis, s. primã materiã & primũ mouens. ipsa aũt prima forma, quę a Diuino cõsyderatur, nõ est forma corporeitatis. nã scdm Aue. prima forma est idem subiecto cũ primo fine & primo mouente. Et hoc est, qd dixit egregie Com. noster. 7. meta. cõ. 5. ꝙ prima quæstio, quã incepit in scĩa Diuina, perducit ad cognitionẽ primę formæ & vltimi finis: sed prima quęstio, quam incępit in scĩa Naturali perducit ad sciendum primã materiã, & formas naturales, & primũ motorẽ. Idẽ confirmat in codẽ. 7. met. cõ. 9. vbi expresse habet ꝙ Naturalis põt deuenire ad cognitionẽ primę materię, non aũt ad cognitionẽ primę formę, & ibi dat rõnem istius, sicut poteris videre. Idem habet ipse. 3. met. cõ. 3. & 4. met. cõ. 1. vbi habet ꝙ hęc scĩa cõsyderat de nobilissima cãrum, s. de prima forma & de primo fine. Nũꝗ igitur primã formã appellauit Commen. corporeitatis formã, immo vbiq; locorũ, vbi loquitur de prima forma, dicit eã

Opinio propria.

a Diuino consyderari, & dicit illã esse eandem subiecto cum primo fine & pri
mo mouente: quę de forma corporis minime verificari possunt. Ad aliã authori
tatem Com. 2. phy. cõ. 15. dico ꝙ per priuationẽ ibi non intellexit formã corpo
reitatis. si. n. illa daretur, non dixisset Comen. ꝙ est sicut forma materię, sed di
xisset ꝙ est forma materię, sed per priuationẽ intellexit ipsammet priuationẽ
materię, quę cõnotat aptitudinẽ: quę aptitudo est suamet potẽtia, per quã oĩum
formarũ est capax; merito illius aptitudinis, quę est aliquid ex natura rei, pri
uatio materię non est simplex priuatio, ita ꝙ sit purũ nihil. & talis priuatio est
quasi forma materię. quia, vt dicit Commenta. 7. metaphysi. cõm. 60. exponens
dictum Philosophi asserentis quandoq; fieri qões per quare, quęrentes de ma
teria, ista natura est illa, cuius quiditas, & forma est recipere omnem formã. qd
clarius potuit inueniri, bone Deus, in Auer. per quod possemus ipsummet per
ipsummet exponere? Ista igitur est forma materię, ipsam nullã habere formã,
& ipsam esse receptiuã omniũ. Et hoc voluit ẽt dicere 1. cap. de substan. orbis,
dũ dixit ꝙ natura materiæ substãtiatur per posse, & ꝙ potentia est differen
tia substantialis materię. ecce quomodo verum vero consonat ex omni parte.
Ad aliam authoritatem Com, 7. meta. cõ. 29. dico ꝙ ibi ponit differentiã inter
res artificiales & naturales in hoc, quia formę artificiales non sunt in potentia
materię secundum Auer. non. n. materia habet inclinationem naturalem ad ta
les formas: sed tales inducuntur ab extrinseco motore, vt testatur ipse. 3. de aĩa
cõ. 18. Et ista est ratio, propter quam ipse dixit in. 8. meta. cõ. 11. ꝙ solum in
artificialibus est posibile, ꝙ stante vnitate materię põt esse diuersitas forma
rum propter diuersitatem materierum, sed in rebus naturalibus non est hoc pos
sibile: quia dantur materię proprię proprijs formis. & ideo res illę, in quibus est
pars potẽtię naturalis similis artificio, possunt induci a natura & ab arte simul,
sicut est de Medico qui est minister naturę, vt testatur Galenus. 3. technis. tex.
cõ. 19. vbi dicit. Omnium aũt eorum natura operatrix, medicus vero minister.
& Auic. prima fen quarti. tracta. 2. cap. 8. Curans, sicut sciuisti, est virtus, non me
dicus: quoniam medicus facit peruenire instrumenta ad virtutem. Dicamus igi
tur ꝙ ad hoc ꝙ aliqua forma inducatur a natura, vel a natura & ab arte simul,
est necessarium in subiecto esse aptitudinem naturalem ad talem formã. & nõ
oportet aliquã formã corporeitatis ponere, sed sola potẽtia materię ad hoc suf
ficit, ex qua oẽs formę educuntur ad actum, in quibus aũt ista promptitudo dest
[illegible] illa bene ab arte tantum induci possunt, sed a natura minime. Et huic testa
tur experientia. dicũt nanq; Medici, ꝙ Ethica tertię speciei est incurrabilis. et
[illegible] si ad eam esset ingeniũ, esset ingeniũ ad mortẽ: vt dicit Aui. in 1. quarti, in ca.
proprio. Et propter quid est? non est propter aliud, nisi quia in tali corpore est
corrupta oĩs potentia, & oĩs virtus, & cõplexio, per quã corpus inclinabatur
ad sanitatem: sicut dicit plusq̃ Com. com. 38. tertij technis. &, quia inductio sani
tatis necessario requirit talem naturæ promptitudinem, hinc est ꝙ ad eam nul
lum valet artis ingeniũ. Formę vero mere artificiales non requirunt in subie
cto talem inclinationem. subiectum enim potius inclinat ad oppositum, cũ vt in
pluribus tales formæ inducantur cum diuisione, & incisione & remotione par
tium subiecti, quę oĩa attestantur corruptioni, aut saltem est in potentia neutra re
spectu talium: sicut dicit Subtilis doctor in. 2. senten. distinctione. 18. quęst. vni
ca. & hoc in casu, quo tales formæ non inducuntur contra inclinationẽ natura
lem principij pasiui. Ad rõnẽ aũt eorũ, quã reputãt demõstrare, respondetur, cũ
quęritur an dimensio interminata remanet scdm rẽ, vel scdm rõnẽ, dico ꝙ re
manet vna numero, eo modo, quo materia seclusa omni forma dicitur vna nume
ro. & vt sic est ens rationis. 12. meta. cõ. 14. ista aũt vnitas numeralis est priua
tiua, sicut est vnitas materię. nam sicut materia dicitur vna numero, quia non ha
bet aliquã vnã formã numero, p q̃ sit hęc. sed est in potẽtia ad oẽs formas: ita
proportionaliter dicẽdũ puto dimensionẽ interminatam esse vnam numero, pro quã
non habet aliquẽ vnũ terminũ, p quẽ sit terminata, sed scdm se est indifferẽs
ad oẽs terminos. Et, qñ dicit ꝙ ppetuitas ista requirit aliquã formã substãtialẽ
in materia, p quã ipsa materia perpetuo sit sub tali dimensione, nego argumẽ

tum, quia alia est dispositio accidentium terminatorum, & alia est in terminato D
rum. accidentia terminata bene præsupponunt formam in materia, non autem
in terminata. Vnde in hoc discrepat. Commenta. vt supra dixi ab Auice. quia
Auice. creddit vnam, & eandem dispositionem esse vtrunque accidentium, quod
videlicet talia in composito ex materia & forma fondarentur. & ideo posuit in
materia ante dimensiones interminatas formam corporeitatis substantię. Et, si
hoc esset, vt inquit Commenta. tunc forma illa esset indiuisibilis, & non habe-
ret diuisionem preter suum subiectum, & ipsam esse eternam, & ipsam non ha-
bere contrarium sibi succedens in eodem subiecto. Et, si ita esset, tunc nullam
aliam formam sibi recipere, preter istam sibi primam. Et nequis credat forr[illegible]
re ista, decreui ad ducere verba eius formaliter, in primo cap. de substantia or-
bis, inquit enim sic, Vnde putauit. Auice, quod dispositio trium dimensionũ ex-
stentium in materia simpliciter, scilicet non terminatarum est dispositio dimen-
sionum terminatarum in ea. & declarãs hoc subdit, quapropter dixit, necesse e[illegible]
primam formam existere in prima materia, antequam dimensiones existant in
ea. ecce quod non dicit, vt dicunt Moderni quod Aui. posuerit illã formam spe-
cificam. & ideo reputauit quod eadem est dispositio vtrorumque sed quia pu-
tauit quod dimensio interminata fundatur in composito ex materia & forma
corporis, in hoc dicit esse conuenientiã. Vnde etiã ipse Auic. in. 2. suę meta. [illegible]
4. de prioritate formę ad materiam. dicit materiam nõ dependere a forma, in- B
tum est forma specie designata in suo esse sed solum a forma inquantum est for-
ma. cum igitur forma corporis sit illa, a qua dependet in suo esse, sicut patet per
ipsam cap. 2. illius secũdi, sequitur ꝙ illa sit generata. Et hoc idẽ habet ipse in il-
lo loco, si põderatur bene verba eius. Mirum, profecto mirum, ꝙ Auic. [illegible]
adeo perfectus Logicus teste suo aduersario. 3. de aia. cõ, 30. ignorauerit [illegible]
de predicamẽto substãtię esse genus, & nõ speciẽ specialissimam, cũ [illegible]
ticuli hoc sciant, & videã Aui. 1. sufficientię suæ ca. 2. & videbunt erro[illegible]
Aue. postea in illo loco impugnat Aui. & sua verba sunt ista. Ex quo accidit [illegible]
multa impossibilia. quorum vnũ, est, formã non diuidi per diuisionẽ [illegible]
quapropter non recipiet diuisionem: & ipsam esse ęternã nõ diuisibilem per di-
uisionem subiecti, & ipsam non habere contrarium sibi succedẽs in eodẽ subiecto
ꝙ si ita esset tunc materia nullã recipet formam præter istam sibi primam, [illegible]
ille. Patet autẽ omnia ista incõuenientia sequi contra Auer. si ipse ponat tal[illegible]
mã, vel sub rõne generis, vel sub ratione speciei. & ideo erubescãt Modern[illegible]
ponere, istum errorẽ tanto Philosopho cum ipse oppositum sentiat [illegible]
phy. cõ. 63. & 1. cap. de substantia orbis. & 12. meta. cõ. 14. oppositum [illegible]

Solutio propositę cõtradictionis.

uertamus igitur eo, vnde diuertimus, & dicamus Auer. non sibi contradi[illegible]
vnde dicta sua uera sunt in hac materia. nam qñ dicit ꝙ materia esset [illegible]
ab omni forma non posset aliam recipere, hoc verũ est. nã secdm ipsum & Arist.
alteratio est necessaria ad generationẽ. &, quia subiectum alterationis [illegible]
est ens in actu, tũc materia nuda non posset alterari. modo, si alteratio [illegible]
sibilis, vtiq; & ĩposbilis est generatio, & ecõtra. 1. de generatione te. cõ. [illegible]
aũt. phy si. dicit materiã nõ recipere rõne subiecti formã vt est ens actu, [illegible]
est ens in potentia. bene tamen materia alterabilis est. vt ens actu, & si n[illegible]
set alterabilis vt ens actu, neque etiam suscipere posset formam vt ens in po-
tia propter essentialem ordinem & concomitantiam existentem inter ista, &
sic sedatur contradictio. Responsio autem Modernorum nulla est. quia, [illegible]
ctum, est materia dependet a forma substantiali, quod ad esse accidentium [illegible]
sa, prout talia terminata sunt. terminus enim est a forma. sed non depend[illegible]
ma in esse accidentium interminatorum in ipsa prout talia interminata [illegible]
forma. quia vt sic materia per suammet quiditatem, seu naturam substan[illegible]
libus accidentibus, quatenus sunt interminata, cum interminatio sit a ma[illegible]
Et ideo materia non indiget forma pro inhęrentia accidentium intermina[illegible]
inquantum interminata sunt, nisi per accidens, inquantum identificatur [illegible]
natis, non autem vt ratione distinguuntur ab illis. & hoc non videtur Modern[illegible]

Octauo physicę, tex, 10,

Tertia contradi, est in texto, 10, Dicit Philosofus ꝙ solus Plato generat[illegible]

pus. Huius tamen oppositum manifeste deducitur ex his, quæ scribūtur in.12.
primę philosophiæ in tex.cō.30. vbi dicitur ꝙ Leucippus & Plato semper di-
cunt motum extitisse, sed tēpus apud Platonem nihil aliud est, nisi motus & re
uolutio totius completa, vt dicitur in.4.phy. in.tex.cō.93. patet aūt ꝙ. si posuit
motum esse æternum, quod posuerit etiā tēpus esse æternū. Propter quod quidā
defendentes Platonem dicunt non dissentire in sensu ab Arist. vnde dicunt Pla-
tonem tenuise mundum & motum esse ęternum, sed ideo dixit mundum gene-
ratum, quia partes mundi præcedunt natura ipsum non tēpore, vt scribit Cōm.
in.1.cęli.cōm.105.& 106.& si ita esset. Arist. non dissentiret a Platone in hoc.
Alex. aūt, vt recitat Simplicius in secunndo de cęlo & mundo, est alterius opi-
nionis, & etiā Cōmen. quod fuit discordia vera in hoc inter Platonem & Aris.
& ꝙ rationes Arist. procedūt contra Platonem in hoc sensu, ꝙ Plato opinaba-
tur tempus esse vere generatum, & etiam mondum. Vnde ad propositum con- **Solutio.**
tradictionem secundum viam istorum isto modo est respondendum. nā Plato be
ne posuit motum inordinatum fuisse ab ęterno. elementa enim secundum Plato-
nem ante mundi generationem mouebantur motu inordinato, sed Deus de du-
xit illum motum ad ordinem. vnde in generatione mundi ex elementis, simul di
xit celum factum fuisse, & ipsum tempus, vt dicitur in pręsenti tex. Accidit au-
tem Platoni, vt deducit bene Philosophus & Commenta. 12. meta. cōmmen.30.
vt motus violentus sit prior naturaliter motu natura, & sequitur vt priuatio sit
natura prior habitu quia, posuit motum inordinatum ęternum esse, sed motum
ordinatum posuit esse factum, inordinatio autem est priuatio ordinationis. & ex
hoc sequitur in via Platonis motum & mundum vere fuisse genitum in tempo
re, nam quod deducitur de priuatione ad habitum non potest deduci nisi per ve
ram transmutationem & generationem temporalem. & hoc est: quod pulchre
tetigit Commenta. aduersus illos, qui volunt defendere Platonem illo modo
ut dicto inquit enim in commento.105. in primo cęli quod Plato male fecit in
ponendo mundū esse generatum. sed non corruptibilem, hoc enim cum difficul-
tate intelligitur de generatione, & maxime cum dixi quod efficitur ex non or-
dine in ordinem. & ideo ibidem commento.106. dicit quod illud, quod innatum
est reperiri in tempore, non inuenitur sine tempore: & quod non est natum inue
niri in tempore non habet prius & posterius, nisi secundum esse, quod est de li-
neis cum figura, & magis de rebus abstractis, quoniam, si aliqua generatio fue-
rit ex rebus non temporalibus, tunc illę res non erunt prioris, nisi in esse tan-
tum, si igitur intendebant, cum dicebant mundum esse generatū, quia est ex cau
sis prioribus in esse, erit verum. sed verba eorum non compatiuntur hoc. aut er-
go peccant, aut hoc deuiat a veritate. aut male docent. Et si cupis late videre
impugnationē istius opinionis, vide Auer.i.3.cęli in cō.25. contra Them. qui il
lo modo conabatur defendere Plato. sat mihi fuerit ostendere tibi locum cu-
pio enim quod ad eius fieri potest breuis esse.

Quarta contradi. est in cō.20, Dicit Cōmen. ꝙ nō inuenitur aliquid moueri **Octauo physic.cō.20.**
per se nisi in motu locali. Huius tamē oppositum dicit. 2. de anima. cō.50. de aīa
libus, & plantis, quo ad nutrititionis motum. Soluitur in simplicibus habet locū **Solutio.**
dictum suam, sicut ipse glosat seipsum. 2. physic. commento primo falit autem
in mixtis, pręcipue perfectis, sicut sunt plantæ & animalia talia enim ab intrin-
seco possunt alterari.

Quinta contradi. est in tex. Scribit Philosophus & Cōmē. ꝙ non est necesse **Octauo physic.tex.23.**
si vna collectio guttarum operatur in lapide primam operationem, quę apparet
post ea in alio tempore, vt illę guttę faciāt medietatem illius operationis. Huius
tamen oppositū inuenimus in.7.phy. in tex.cō.36. vbi ostenditur ꝙ si aliqua potē
tia mouet aliquod mobile per aliqd' spacium in aliquo tēpore, ꝙ dimidiata po-
tentia mouet medietatem mobilis per medietatē temporis. Nisi esse ꝙ, vt scribit
Alexander, modus consyderandi mathematicus in multis diseruit Philosopho **Solutio.**
in hoc loco. quia igitur Arist. in.7. phy. loquitur de motu scdm generalē sui con-
sideratione, & multa scdm imaginationē sibi cōpetere possunt, quę tñ non com
petunt sibi applicato ad determinatū subiectū per formā naturalē quę est ratio

fortitudinis & terminationis. Ita in simili scribit Commenta. in. 6. phy. cō. 15. & D 5. physi. commen. 45. & hoc concordat dicto Cometa. ibidem in cō. 36. cum di. cit. & cū diuiserimus motum in duas medietates, & similiter motorē tunc proportio motoris quę est medietas, ad motum, quod est medietas, erit sicut proportio totius motoris ad totum motum, vniuersaliter declarauerunt Geometrę. & consimilem dicendi modum de illis proportionibus dicit in commento. 38. Solutio igitur contradictionis in hoc consistit, quod sermo eius in. 7. physi. verificantur secundum vniuersalem consyderationem motus, quę est secundum imaginationē, vt est in corpore mobili absolute. sed in. 8. phy. loquitur de motu augmenti, & de motu alterationis & de cauatione lapidis, qui sunt motus applicati ad determinatum subiectum determinatum per formam. & sic in talibus est deuenire ad vnum in actu quod totum simul acquiritur, vnde etiam ibi consideratur motus & transmutatio, non vt sunt in tempore absolute, quia talis diuisio est in potentia, & vadit in infinitum. & sic de hoc fuit consyderatū in. 6. phy. vbi fuit dictum quod in motu & transmutatione non est dare primum. sed in. 8. phy. in loco allegato loquitur de motu a transmutatione, vt sunt in quanto & quali, & vbi, & ista diuisio est in actu, & est finita, & sic est dare primum in actu. similiter ibi consyderantur tales motus. vt proueniunt a motore naturali qui est finitę virtutis, vnde Commen. ibidem dicit. non enim sequitur in alteratione, si diuiditur alteratum in infinitū, vt propter hoc etiam alteratio diuidatur in infinitum. s. inquantum fit ab alterante. quod ideo, vt mihi videtur, apposuit Commen. quia aliud est consyderare alterationem, inquantum alteratio, & aliud in quantum prouenit ab alterante, nam alterans agit per formam & virtutem naturalem quę sunt terminatæ necessario, vt patet, 2. de anima contra Empedoclē de motu augmenti tex. cō. 41. omniū natura constantiū, &c. Et ideo subdit Cōmen. ibidem, quod prima pars, quę fit ex alteratione est determinata necessario, & alterans agens ipsam est determinatum & si prima pars quæ fit ex transmutatione, non esset determinata, & agens transmutans ipsum non esset determinatę virtutis, tunc omnia, sicut illi fingunt, essent in continua transmutatione, & cōtingeret vt inter duas transmutationes sensibiles nō esset quies media.

Octauo physic. cō. 24.

Sexta contra, est in cō. 24. Dicit plures qualitates transmutabiles nō recipere magis & minus. Huius tamen oppositū habet. 5. physi. cō. 19. & 22. & [illegible] ta. cō. 23. Nisi esset ꝙ illud intelligitur scdm. actum. aut forte loquitur de qualitatibus transmutabilibus ꝑ accidēs qualitates. n. quę per transmutationē per accidens acquiruntur, nō oportet ꝙ recipiant magis & minus, sicut est de secūda specie qualitatis. 7. physi. commēto. 20. & . 5. metaphysic. commento. 19. similiter qualitates quartę speciei non recipiunt magis & minus, sicut patet. 7. physicorum. commento. 15. & . 16.

Solutio.

Octauo physic. tex. 27.

Septima contradi. est. in tex. 27. Arist. diuidit motum per se in illud, quod mouetur ex se, i. per principiū intrinsecum existens in eo, vt habentia aīas, & in illud quod mouetur ab alio, i. a principio extrinseco, vt sunt inanimata. & inanimata vt inquit Philosophus, quę mouentur ab alio, dupliciter moueri possunt, natura videlicet, & extra naturā. extra naturā mouētur vt terra sursum, & ignis deorsum: natura vero vt ignis sursum, & terra deorsum. vbi patet de intētione Ari. & Cōmē. iuisse, grauia & leuia moueri ab extrinseco. Cuius tamen oppositum scribit Cō. in infinitis loci, vt. 2. phy. cō. 1. & . 3. & . 7. phy. cō. 2. & . 3. celi cō. 28. & alibi infinities. Dicemus nos istam fuisse Arist. in dubitatam sententiam qui in quęstionibus arduis, & difficilibus, vt inquit Them. in. 1. de anima loquitur scdm proprietatē sermonis, & non per metaphoras, in hoc. n. ipse [illegible] risq; redarguit Platonem. Dico igitur, ꝙ proprie illud dicitur motū ꝑ se ex se quod apparet moueri ab aliquo pricipio intrinseco, nullo motore extrinseco sensibiliter mouente, & sensibiliter cōcurrente ad talem motū, hoc autē est animatorum ꝓpriū, quia videntur post perfectam quietem a principio intrinseco, mouere [illegible] apparēte aliquo extrinseco motore sensibiliter excitāte, aut mouēte illa. & sic proprie apud Græcos dicitur motū ex se ꝑ se. tale autē nō videmus accidere in aliquo inanimatorum sed semper videmus quod aliquod exteriorum mouet ipsum

A sa, si enim moueantur de potentia accidentali, concurrit remouẽs prohibens. & si mouentur de potentia essentiali, concurrit generans. Et ideo cũ hoc fundamẽto procedens Arist. cõclusit grauia & leuia in.8.phy. & etiam in.4.cęli & mũ. esse de numerũm eorum, quę mouentur ab extrinsco motore. Vnde Cõ. in.4.cęli & mun. in cõ.25. inquit. In hoc capitulo vult perficere sermonẽ de modo motus elementorum, & ostendere qũo mouentur & determinare ꝙ non mouentur ex se in rei veritate, sed ex extrinseco. Et hoc clare elicitur ex verbis tex. ibi; vbi Arist. post longã perscrutationẽ finaliter concludit. & mouet ẽt & ꝙ a principio fecit, & id quod substraxit, aut vnde resiliit, quẽadmodum dictũ est in primis sermonibus, in quibus determinauimus quod nihil horũ ipsum seipsum mouet. vbi expresse & clare patet vtrobique, & in.8.phy. & etiam in.4.cęli istã sine dubio fuisse Arist. sententiã, ꝙ grauia & leuia, & vniuersaliter omnia inanimata sunt de numero motorum per se, quę mouentur ab alio, i. ab extrinseco. Et causa (vt bene notat Auerro. in cõ.27. vbi vidit hmõi difficultatem & contradictionem) fuit. quia talia non mouentur ex se, nisi prius moueantur ex aliis, vnde dicit & posuit ista moueri ex aliis, quia ista non moueutur ex se, donec moueantur ex aliis. vt post declarabitur. Non igitur negat Aris. quod grauia & leuia habeant principium intrinsecum sui motus, sicut tenet Cõmen. in plerisque locis, & ipsemet Philosophus: sed causa, propter quam placuit sibi collocare in numero eorum, quę mouentur ab extrinseco, dicta est. Et. ista est sententia Philosophi sine dubio in.8.physic. in tex. cõ.17. quã repetit etiã in tex. cõ.27. sicut videre potes resolute. Confirmatur. quia in tex.29. ait ꝙ corpora simplicia ipsa a seipsis moueri impossibile est. vitale enim est hoc, & animatorum proprium. Et sistere possent ipsa scd̃m seipsa. Idẽ clarissime legitur.8.physi. tex. cõm. 57. vbi habet ꝙ motum ex se proprie est in motu locali tantum, & ĩ animatis.

Octaua contradictio est in commento.27. Habet Commenta. motum cęli esse naturalem ex parte animę, & ex parte corporis. Huis tamen oppositum videtur dicere.2.cęli.cõ.3?. vbi dicit motum cœli non esse naturalem. Respondetur non dixit motum cœli Commen. ibi nõ esse naturalem absolute, sed dixit ꝙ nõ ẽ naturalis, sicut est motus elementorũ. Sed dices. tu dixisti superius in.2.phy. in cõtradictione secunda, ꝙ motus cœli nõ est naturalis ex parte suę formę quę est anima eius, sed solum ex parte corporis. modo Cõmen. hic dicit oppositum, sicut vides. Dico ꝙ non est contradictio. quia ibi negaui motum cęli esse naturalẽ ex parte intelligẽtię, ita ꝙ ipsa sit natura: sed vt dixi, vt sic motus cęli est supra naturã pro quanto est ab aliquo principio altiori q̃ sit natura. vnde Cõmen. disputatione.11. in solutione primi dubii contra Algazelẽ inquit.* Peripatetici scd̃m veritatem loquentes dicunt ꝙ entia procedunt ab eo modo altiori q̃ sit natura, & quã sit humana voluntas. Et ideo illud, quod ipse dixit nomine Philosophorum, ꝙ id, quod procedit ab ipso Deo, procedit modo naturę, falsum est. hic autẽ cõcedo motũ cęli esse naturalem ex parte animę. quia motus circularis est motus animę, sicut patet.2.cap. de substan. orbis; non tamen anima cœli est natura, sed est supra naturam. sed tenentes illam animam dare esse se quitur illam esse vere naturam: quod est absurdum.

Octauo physic.cõ.27.
Solutio.

* A.I. & qui tenent in rei veritate, ꝙ emanatio sit ab eo, est ꝑfecto nobiliori modo, q̃ naturaliter, & volũtate hũana.

Nona contrad. est in cõ.30. Dicit ꝙ impossibile est elementum esse mouẽs, & motũ scd̃m formam eodem modo. Huius oppositũ dicit.4.cęli, cõ.22. vbi habet ꝙ in motu elementi forma est mouens & motum. Soluitur. quia dicit eodẽ modo. Pro quo debes scire, ꝙ forma mouet inquantum forma, sed vt sic non potest moueri, sed forma vt in materia moueri potest rõ est ista, quia omnis passibilitas & potentialitas, & vniuersaliter imperfectio, quæ attribuitur formę, est merito materię scd̃m Philosophos, & ideo.4.cęli dicit forma elemẽti mouet, sed vt est forma ĩ materia mouet. Et propter hoc scd̃m ipsum.9.meta.cõ.2. formę abstractę a materia sunt tantum agentes nullo modo patientes, neque essentialiter, neque accidentaliter & hoc est cõueniẽs principiis Philosophi, nã rõ essentialis patiendi est a materia & a potẽtia. secũdo de generatione.53. materiæ est moueri. & ideo nulla forma ꝑ se ẽ passibilis, siue abstracta, siue materialis fuerit, q̃a forma essentialiter ẽ actio, scd̃o de generatiõe, vbi supra &.3.phy.17. &.9.me.20.

Octauo physic.cõ.30.
Solutio.

tamen materiales sunt passibiles per accidens, quia ratione materię, a qua in fi D ciuntur. cũ autem in abstractis a materia nõ sit ratio passibilitatis aliquo modo: quia nec vt formę, nec vt in materia, quia ibi materia non est sequens illas esse actiones tantum, sed istæ, quę sunt hic, sunt actio & passio, sicut nostri.

Octauo physico. cõ. 34. Solutio.

Decima contradi. est in cõ. 34. D. ꝙ omne motũ habet motorem aliu a se in esse. Oppositũ patet. 4. cęli cõ. 22. ad finem, vbi dicit ꝙ in motu elemẽti motor & motum sunt idẽ scdm subiectũ, & differũt scdm modũ. Soluitur. in per se mouentibus, & per se motis motor, & motum debent distingui scdm esse. sed in per se mouentibus, & per accidens motis, sicut est de forma elementi, non oportet hoc: sed sufficit ꝙ illud, ratione cuius dicitur esse mota, forma p accidẽs sit distinctum secundum esse ab ipsa forma, & illud est ipsa materia. Et ideo Philosophi dixerũt nullũ omnino simplex posse esse mouens & motum aliquo modo, sicut supra iam diximus.

Octauo physic. cõ. 35. Solutio.

Vndecima cõtradictio est in cõ. 35. Dicit motum ferri ad magnetem esse ab extrinseco. Oppositũ dicit 7. met. 10. cõ. Soluitur, est ab extrinseco, quia nõ mouetur a sua forma intrinseca. est ab intrinseco, pro quanto mouetur vt alteratũ, & informatum tali qualitate impressa sibi ab ipsa magnete: cum in omni mouens, & motum debeant esse simul. & sic debemus imaginari de vaporibus eleuatis virtute Solis ad mediã regionem aeris, & de motu attractionis nutrimenti ad membra. Sed tunc est difficultas. quia forma existens in subiecto non agit in suum subiectum. Nisi esset ꝙ hoc fallit motu locali. Alias etiam limitationes habet ista propositio, sicut poteris videre in limitationibus nostris.

Octauo physic. cõ. 35. Solutio.

Duodecima contra. est in eodem cõ. Dicit calorem naturalem esse primum mouens, vt poteris videre in fine. cõ. 53. in cõ. isto circa principiũ. & in. cõ. 37. inferius dicit ꝙ mouet vt instrumentum. & per consequens non est primus motor sed est medius compositus ex moto & motore. Nisi esset ꝙ exemplorũ non requiritur verificatio, sed manifestatio. 2. de aĩa cõ. 67. Vnde calor naturalis comparatus ad animam est instrumentum eius. tamen calor naturalis cõparatus ad lapidem, & baculum, de quibus Com. exemplificat ibi, habet rationem primi motoris. quia lapis est vltimũ motum in illo exemplo: baculus est medius motor vel manus: & calor naturalis ibi supponit pro primo motore, licet absolute comparatus ad animam sit motor instrumentalis. & sic cessat omnis contradictio.

Vtrum ad Vnitatẽ motus numeralem, requiratur vnitas motoris?

Aristo. 5. phy. 35. ait, ꝙ ad vnitatem numeralem motus tria requiruntur. s. quod, in quo, & quando. Et non fecit mentionem de ipso motore. Oppositum huius habetur ex ipso Aristo. 8. phy. 82. vbi vltra ista tria, ponit etiam vnitatem motoris. Ad hoc communiter respondetur, ꝙ in. 5. phy. nõ posuit vnitatẽ motoris ad vnitatem motus: quia nõ dum erat declaratum, vtrum omne mobile ab alio sit motũ? & ideo illud in. 8. expressit, cum ibi esset locus. Et si aliquis diceret, ergo Aristo. fuit diminutus in. 5. Respondet Burleus ꝙ non, quia [illegible] dum dixit ꝙ requiritur vnitas mobilis: intellexit etiam vnitatem motoris. Et sic remouent dubitationem. Si vero vniuersaliter sit verum dictum. 8. vel non alibi perscrutabitur. Sed quia hęc oppositio in propria forma ab aliis [illegible] Contra illud quod Aristo. dicit, ꝙ vnitas numeralis ipsius mobilis, [illegible] ad vnitatem numeralem motus: pro ampliori declaratione adducam [illegible] bium. Quod est tale. Projiciatur anima ex alto, & antequam attingat terminum ad quem, moriatur. Videtur, ꝙ iste motus sit vnus numero: cum [illegible] genere, nec spetie, vnus sit. Et tamen subiectum in toto motu, numero, [illegible] est. Cum in principio fuerit substantia animata sensitiua, in fine autem [illegible] hoc respondent non nulli, ꝙ iste motus, non est vnus motus. Sed sunt duo motus adhibiti. Et sic soluunt dubium. At nos qui doctrinam Auero. [illegible] quimur, dicimus: ꝙ ipsum animal potest habere duos motus: potest [illegible]

Animal potest habere duos motus.

habere vnum motum, & talis erit simplex, & rectus, & talis erit ab [illegible] to perdominante: & erit anima non concurrente, nisi per non repugnantiam: [illegible] erit quando animal ex alto cadit, vt quando canis ex turre projicitur: [illegible] enim talis motus ab anima prouenit. Quod non proueniat ab anima patet, [illegible]

sit re-

Anus in primo Cęli super.tex.9.vbi ait, ꝙ multo melius est, ꝙ dicatur, ꝙ mixtũ non mouetur motu simplici:sed motu mixto ex contrariis naturis prędominãte tamen motu elementi prędominantis. Tamen non sit nobis curę pro nunc de hoc.sequamur Auer. qui vult, ꝙ talis motus simplex sit: & ipsa anima habet mouere circulariter, & non facere motum rectum simplicem vt ait Aue.2. cap. de substantia orbis, ergo non prouenit. ab anima. Aliũ motum ipsum animal habere potest:qui dicitur ab Aristo.in libro de causa motuum animalium progressiuus.& talis motus est compositus. Et vt habetur ex Auer.2. cęli.3.compositio in motu accidit, propter differentiam principiorum mouentium vt in animali euenit. Nam corporis eius grauitas, principiũ est motus deorsum. Anima autem circularis motus. Omnis.n.anima suapte natura mouet in orbem. (Et non vt dicit Gaietanus tienensis in.2.cęli super tex.3.licet dubitem, ꝙ locus ille sit vitio impresoris vel alterius deprauatus Nam vir doctrina prædita illæ fuit. Et par est, amice potius veterum dicta (quantum est possibile) interpretari, quam maliuole arguere vt docet nos medicorum lucerna Galenus in.3.de symptomatum causis, quod semper erit mihi animo, non enim cum alio rum detractione spero laudem, licet laudem pro scopo minime habeam.) & quia hęc principia sunt diuersa fit vt motus animalis, nec rectus sit, nec circularis:& ita mixtus ex vtroq;. Hoc stante dico ad dubium, ꝙ in illo casu animal mouetur motu simplici, motu elementi predominantis:et anima non concurrit nisi per non repugnantiam. & sic in illo casu est motus mixti ab elemento predominante & non erit motus mixti quatenus illud animal erit. Et sic mixtũ illud, siue sit semper viuum, siue non nihil facit quo ad vnitatem illius motus. Quia quo ad illum motum, semper illud subiectum est vnum numero, & sic cessat dubium. Et ꝙ totum hoc sit conforme ipsi Auer, videas ipsum.1. cęli.9.& cap.2.de substantia orbis. Vnde notandum est, ꝙ (vt mihi videtur) tutius est dicere ꝙ in mixtis perfectis habentibus verã mixtionem & formam supradictam ... elementorum; nõ est nisi vnus motus simplex, & ille insequitur primo elementum dominans in eo; quã dicere, ꝙ mixtũ mouetur principaliter a forma mixti: vt dicit ille Suessanus reprehendendo Ioannem Andegauensem. Et licet ipse Suessanus dicat hoc, & reprehendat Ioannem, tamen non tenet istam positionem simpliciter, sed in doctrina Auer. Nam ille habet aliam positionẽ, ... tenet, ꝙ mixtum non mouetur motu simplici: sed composito. Et vult ꝙ motus lapidis ad medium sit compositus, & non simplex vt sentit Auer. & negat ꝙ motus lapidis sit ad medium tantum, licet sic appareat. Tamẽ non sit nobis curę pro nunc de ista imaginatione. Redeundo igitur dico, ꝙ in via Auer.reprehendendo Ioannẽ.in hoc forsan est de illis, qui reprehẽdendo, non carent reprehensione: vt contra eum notat in sua tabula Zimara. In mixtis .n.animatis ꝙ motus voluntarius sit ab anima: verum est. Sed ꝙ motus simplex rectus, in mixtis sit principaliter ab anima (vt ipse dicit) & non ab elemento dominante non video quo pacto in Auer.doctrina possit bene stare: & quin ille glossæ ... sint voluntariæ. Cum ipse Auer. clare ostendat in hoc suam intentionem: & simpliciter loquatur, & nullibi de illa conditione quę, suis dictis additur, mẽtionem fecerit: & sua argumenta adducta, nõ cogant, (vt patet ea ponderanti:) ... talis conditio apponatur. Et ꝙ hoc sit verum, verba ipsius Auer.hęc sunt: in paraphrasi primi de cęlo in summa.4.ait. Conuenit.n.tot simplicia esse corpora quot & simplices motus: quia cum omne corpus simplex, aut ex simplici compositum esse oporteat. Simplex appello cui inest principium naturalis motus in loco: vt terra, aut aqua, non principium motus voluntarii, quale est, animantium: fieriq; non possit, quin motus omnis simplex sit, aut cõpositus, Necessarium est simplici corpori simplicem adaptari motum: alioquin vnius corporis plura principia fateri oportebit, essetque ipsum simplex.compositum: quod falsum est.& impossibile. Cõposito vero corpori, compositus insit motus oportet ... vs.s.cõpositi corporis, si exacta mixtio, complexioq;, fuerit, erit eius motus secundum simplex corpus, quod in ipso composito exuberat, Si vero sola mixta positione, vicinitateq;, huius compositio extiterit inflexus ei erit motus.

Dictũ Suessani.

Aĩa habet. mouere circulariter.

Dicta veterũ sũt amice interpretãda ex Galeno.

Zimara cõtra Suessanum.

qualis est motus turbinum. Cum ergo ita sese res habuerit, necesse erit, simplicem motum corporis esse simplicis: & compositi corporis, motum esse simplicem iuxta simplex corpus: quod in ipso composito dominandi vim obtinuerit. Nescio quid clarius. Hanc etiam sententiam habemus ab ipso Auer. 1. celi. 7. & 8. &, 19. &. 2. de anima, 14. & pluries hoc expresse dicit. Et quod impossibile sit in corporibus compositis aliqua componi equaliter: videas ipsum Auer. 10. Metha, 23. 4. Metheoro. 10. 1. celi. 7. &. 2. de Generatione. 48. licet de hoc difficilis questio fieri soleat. quum pro se altera pars habeat doctissimum Galenum tamen pro nunc sequamur Auerr. pro qua questione videas Zimaram in corollario. Sed quod facit difficultatem, est vnum argumentum: quod Suesanus tangit, & est tale. Cum mixtum habeat formam substantialem, per quam ipsum est in se ne, igitur sua forma est sui motus principium per se primum, in talibus: & non forma elementi, que videtur esse in potentia in mixto, respectu forme mixti. Natura enim est principium motus. Huic rationi respondet Zimara, & respondendo notant dictum Auer. 1. phy. 1. vbi ait quod quæcunque sunt preter primam materiam, & vltimam formam, sunt materiæ composite, & forme composite. Vnde materia prima, & forma elementi, dicuntur cause simplices. Notant etiam dictum simplicii in primo celi, quod diffinitio nature in primo celi, magis coarctatur, quam in. 2. phy. quia sumitur vt est principium motus localis tantum. Vnde Aristo. 5. pro principio sua disputationis assumpsit, quod omnia corpora naturalia habent principium motus in se ipsis secundum locum: & probat hoc per diffinitionem nature. Subdit autem, quod natura ista que est principium motus localis est forma corporis simplicis; quia illa vere natura dicitur. forma autem mixti potius dicitur forma naturata, quia ex naturis simplicium est causata. Et ideo fatiunt est, quod elementum dominans sit in potētia respectu motus simplicis qui debetur mixto merito sui: immo vt sic, est in actu sufficienti ad mouendum licet respectu formæ mixti, vna cum aliis sit quodamodo in potentia: in quantum mixtum vt est quodam naturatum, reponitur in spetie per formam mixti. Sed in motu elementum ex quo dominatur ceteris, habet rationem forme. & actus. Nam forma mixti nō est de principiis, actiuis motus localis; quia motus simplex est effectus forme simplicis, non forme composite. & sic soluitur illa dubitatio. Nec ex ista solutione sequitur aliquod (si recte intelligatur) contra illud quod Auer. ait, in primo capitulo de substantia orbis. vnum subiectum habere nisi vnam formam est impossibile, vt non nulli deducebant & hec sufficiant pro presenti concordantia.

Impossibile est in compositis corporibus aliqua equaliter componi

Forma mixti non de principiis actiuis motus localis.

Decima tertia contradictio est in commento. 48. Scribit Commentator quod consyderatio de pluralitate eternorum est propria meta. & hoc idē dicit superius in commento. 45. hoc idem videtur de intentione Philosophy. 1. phy. 1. ad finem, vbi habet. De principio autem secūdum formam, vtrum vnum, aut plura, & quot, aut que sunt, cum diligentia prime Philosophie opus est determinare. Huic tamen oppositum videtur. 1 de aīa cō. 2. vbi declarans vtilitatem scientie ... pro ut dat pluribus scientiis plura principia, dicit quod Diuinus suscipit ... sui subiecti, & multa alia de dispositionibus consequentibus intelligentias, quantum intelligentia, & intellectus. & 3. de anima cō. 5. in solutione ... nis, & in cō. 14. ibidem, dicit quod, si non esset ista natura, que est intellectus ... bilis, non esset multitudo in abstractis. & ideo sciētia de aīa est necessaria ... do primam Philosophiam. Dicūt aliqui quod numerus substantiarū abstractarum & si in Methaphysica per motum & per medium astrologicum sit demonstratus, tñ ex natura sensibilium est conclusio metaphysica, & est medium ... sicum ad probandum talem numerum. sed quod non demonstretur, dicunt ... est merito defectus cognitionis nostre que satis obscura est, & non potest ... gere tale medium. & ita etiam, dicunt quod substantias abstractas esse ... est conclusio in Metaphysica, sed quod non concludatur, est quia ignoratur ... medium, & sic dicunt numerum abstractorum concludi posse a Diuino & ... a Philosopho Naturali. Ergo aūt nunquā potui intelligere istā opinionem ... qui in speculatione illius difficultatis. Nā sed n Auer. videt quod ista positio ...

Obiectio physico, cō. 48.

Digressio de numero abstractorū, an sit conclusio diuina, cōtra Modernos.

tam non possit stare. & ratio est ista quia pári ego dicã sibi ꝙ esse abstractorũ est conclusio diuina, tñ medium est ignotum. Soluunt dicentes esse rationem diuersitatis, quia illa sunt principiũ in scientia Diuina, cum sint subiectũ eius: sed numerus substantiarum est conclusio, & nullo modo principium. Sed cõtra istud arguo dicens & vnum significãt eandẽ naturam per Auer. cum autem numerus istarum substantiarum separatarum causitas sit non ex diuisione cõtinui, sed ex cõpositione propter imperfectionẽ & possibilitatem in eis repertam, sequitur si Diuinus demonstraret numerum, demonstrarent vtiq; & esse. Sed dicũt ꝙ ens & vnũ significant eandem naturã, sed non eodem modo. & ideo potest Diuinus demõstrare aliquid esse vnũ, licet non possit demonstrare illud esse propter diuisionem rationis inter esse & vnum esse sicut est de primo motore, qui & si idẽ sit cum primo mõe, & prima forma tam ratione distinguuntur. & ista distinctio sufficit vt de eo diuersę scientię cõsyderetur. Naturalis enim consyderat primũ motorem. Diuina primam. Sed contra. quia propter hoc non euadunt argumentũ nam vnum, vt rõne distinguitur ab ente, nil aliud dicit secundum Auer. cõ.3. quarti meta. nisi indiuisionẽ in esse fundatam: quia nõ importat aliquem conceptum positiuum vt voluit Auice. Si igitur Diuinus demonstrat aliquid vnum esse, hoc non est, nisi inquantum illud est indiuisum in esse sed qui demonstrat indiuisionem in esse, ipsum esse demonstrat. esse enim & indiuisum esse idem sunt omnibus modis, & non differunt nisi ex modo significandi. & ideo quicunque demonstrat vnum esse, vtique & esse demõstrat. Confirmatur per Philosophum .4. meta. te. commento. 3. idem enim homo & vnus homo, & non diuersum aliquid ostendit secundum dictionem repetitam homo, & ens homo. & vnus homo. Nec instantia de primo motore valet, quia primus motor & prima forma, licet dicant vnã naturam, tamen dicunt duos conceptus positiuos distinctos, qui sunt sufficientes ad causandum diuersos habitus in actu, saltem partialiter. Sed illa, quae differũt, aut positiuum, minime possunt hoc facere, quia priuatio non habet aliquam formalitatem vel conceptum positiuum distinctum a conceptu sui fundamenti, per quem possit intelligi, & ideo dicit Philosophus ꝙ intelligunt ut priuatiões per suos habitus, 3. de anima. 25. si igitur Diuinus numerum abstractorum demõstrare posset, tunc vnitates eorum demonstraret esse. & si vnitates, ergo & entitates. Et ideo mihi videtur de intentione. Auer. dicendum esse ꝙ nulla scientia neq; vniuersalis neque particularis potest demonstrare numerum sui subiecti: sicut secundum ipsum nec esse potest demonstrari. Et confirmatur per ipsum in. 2 de anima cõ. 27, vbi Aristo. enumerat potentias animę sine aliqua probatione. & Commen. ibi in cõ. reddens causam inquit in principio cõ. Cum voluit incipere loqui de vnaquaque virtutum animę incepit primo numerare eas &c. & quod quædam animalia habent quasdam earum proprie, secundum quod artifex ponit subiectum suę artis. Artifex enim necesse est vt ponat subiectum, de quo loquitur & diuidat genera eius, quasi manifesta in esse. Artifex enim non potest demonstrare subiectum suę artis neque species eius. & in principio commentus secundi dicit. quia vult ponere hic numerum istarum virtutũ, secundum ꝙ artifex ponit subiecta suę artis. & quilibet igitur artifex, qui sumit subiectũ suę artis, vt cõcessum habet accipere & numerum. Vnde Aui. prima seu. primi, vbi agit de subiectis Medicinę, dicit ꝙ medicina nõ habet declarare, quę sunt elemẽta & quid sunt aut quot sunt nec humores, complexiones, virtutes, quę sunt, quid sunt aut quot sunt sed in his Physico credere debet. Licet igitur numerus abstractorum sit in Metaphysica demonstratus non tamen est Metaphysicalis conclusio, sed est principium in ea sicut ens esse, & eas esse intelligentes sunt principia, & non conclusiones, primo de anima commento. 2. & . 12. meta. cõmen. 36. & 2. celi. cõ. 61. & 5. cap. de substantia orbis. Vnde, mirum est de istis dicentibus tales propositiones esse diuinas conclusiones, cũ tamẽ. Cõ. dicat ꝙ sunt principia diuina, & conclusiones naturales donec igitur isti non inueniant media diuina, per quę istas conclusiones demonstrent, nunquam concedam illas diuinas conclusiones esse, licet Arist. eas in Diuina scientia concludat. propter hoc tñ non sunt cõclusiones Diuinę, quia conclusiones specificantur a medijs, Et Arist.

multas demonstrationes naturales adduxit in sua Metaphysica, sicut patet. Dicamus igitur ꝙ numerus abstractorũ est conclusio demonstrabilis medio astrologico, & naturali, sicut patet intuenti demonstrationem illam Philosophi, ubi enim ingressum habet ratio naturalis, & ibi etiam est astrologicum medium. Similiter Naturalis, potest demonstrare multitudinem in abstractis, propter intellectum possibilem repertum in eis sicut dicit commen.3. de anima.5.& 14. sed ꝙ quomodo sit intelligendum non est præsentis negocii. Sed quid dicemus ad authoritas Commenta. & Aristo. Dico ꝙ omnes glosari debent ista glosa: determinatio de abstractorum numero est diuinæ scientiæ proprie, non ratione medii, sed ratione subiecti & prędicati, quę bene sunt diuinæ considerationis. vnitas enim & multitudo sunt de consequentibus ens in quantum ens. Similiter dicitur propria Metaphysicę illa determinatio, quia in Metaphysica [illegible] tractatur. Nã si bene aduertas, in illa demonstratione summuntur [illegible] propositiones declaratę in Naturali philosophia, sicut illa ꝙ vnus motus habet [illegible] motorem, & ꝙ omne motum habet motorem, & ꝙ motus ęternus habet [illegible] rem æternum, sicut patet per Auer. & philosophum ibi, in tex. commento. [illegible] similiter, quia ibi summit pro constanti numerum motuum ab Astrologis, [illegible] patet infra ibidem tex. cõ. 45. Hinc est ꝙ placuit Aristo. illam materiã pertractare in Metaphysica non in Naturali philosophia, nec in Astrologia. Sed, [illegible] duę scientię ministrę sunt in hoc casu Metaphysicę, ideo Metaphysicus ab [illegible] que partẽ aliquã accipiens erexit ibi demõstrationẽ. & sic sibi illã [illegible] nẽ appropriauit prę sertim cũ substantię abstractę sint substantia eius [illegible] Metaphysica indiget cognitione numeri specierũ subiecti sui. & quia declaratio numeri earum in istis scientiis specialibus nõ fuit facta, cũ neutra sine alia [illegible] hinc est ꝙ cõuocauit eas in scientia cõmuni, sic igitur est propria scientię diuini talis determinatio. Si. n. Naturalis istum numerũ vellet demõstrare [illegible] oporteret ipsum sumere numerum motuũ ab Astrologo, sed ad quã vtilitatem [illegible] ad vtilitatem propriã, quid. n. Naturalis vult facere de numero, aut [illegible] deseruit talis numerus abstractorum, si igitur hoc faceret naturalis, hoc [illegible] vtilitatem Metaphysicę, quę sumit subiectum suũ esse a Naturali philosopho. Et quia sciẽtia debet cognoscere numerũ sui subiecti, noluit Arist. demõstrare numerum in Naturali philosophia, sed solum esse quia esse abstractorũ Naturalis per mediũ proprium nullo indigens auxilio alicuius alterius artificis potest demonstrare. Numerum aũt non potest afficaciter demonstrare per solũ mo[illegible] indiget alio artifice: ideo numerum voluit demonstrare in Metaphysica, [illegible] ens habitum vtriusque scientia, enim specialis debet adiuuare specialem [illegible] tiam in his, quę sunt sibi propria, sicut plerunque Mathematicus adiuuat Naturalem in naturalibus, vt est videre. 8. phy. commen. 76. sed velle Mathematicum seruire naturali non propter se sed propter Diuinum, esset multo tedio af[illegible] ipsum. Et ideo. sicut mihi videtur, ista fuit causa, quod Aristo. voluit istam determinationem de numero abstractorum in scientia Diuina fieri. quia Diuinus indiget cognitione sui subiecti & numeri eius: esse autẽ subiecti a solo Naturali potuit accipere. non potuit autem numerum accipere a solo Naturali [illegible] festo medio: ideo ipse Diuinus numerum in Metaphysica a duobus ar[illegible] probatum summit. Dixi autem notabiliter manifesto medio, quia Commen. bene vult Naturalem posse ostendere multitudinẽ abstractorũ, quia in eis [illegible] tura intellectus possibilis. sed mediũ istud non est sensatum, sed satis [illegible] sicut vides. Et ideo primus magister nihil vnq̃ dixit sine forti ratione, [illegible] cit Cõ. 1. de generatione. 3 8. cõ. Ne aũt videamur dixisse ista gratis, vel [illegible] mare istã sententiã authoritate Auer. 1. cęli cõ. 90. vbi dicit ꝙ vnitas m[illegible] test demonstrari ex duabus scientiis. s. Naturali & Diuina. & Arist. in [illegible] vult hoc declarare. Et ibi Cõ. dicit ꝙ Philosophus dicit illã rationẽ [illegible] esse, ad probãdũ mundũ vnum esse quia sumit quędam, quę sunt prin[illegible] una scia, & nõ sunt probata in scientia Diuina, sed in scientia Naturali [illegible] omne, quod non est in materia, est vnũ: & ꝙ motus circularis est sine p[illegible] & fine: & ꝙ ab vno mouẽte nõ est nisi vnũ motũ, quę oia probata [illegible]

losophia Naturali, licet sint et scripta in Metaphysica, sicut patet.12.meta.29. & com.40. Ecce igitur quõ secũdum Auer. Aris. quãdoq; appellat aliquã consyderationẽ diuinam, non quia a medio diuino procedat, sed quia in Diuina sciã pertractatur, & scribitur. Et sic patet ꝙ secũdum Auer. sententiam, tenentis substãtias abstractas esse a Diuino nõ posse demõstrari, habemus cõsequenter dicere ꝙ necesse eas esse in tali numero est demõstrabile ab ipso. Dicere aũt illã esse conclusionẽ diuinam & ꝙ est mediũ diuinum ad eã, ignotum tñ nobis, est loqui sine ratione: quia, vt dicit, Commenta. in proœmio primi physi. Aristo. inuenit istas tres scientias, & compleuit. Contradictionis autem sedatio ex dictis liquet: & mihi hoc non fuit declaratum, nisi cum maximo labore, & ab alijs nihil inuenimus.

Decima quarta contradi est. in. tex 55. Arist. ostendit motum localẽ priorẽ esse natura tẽpore & perfectione respectu aliorũ. Sed ꝙ nõ sit natura prior, elicitur ex sententia eius. 1. phy. tex. cõ. 24. vbi cõtra Melissum, ponentẽ vnũ principium & infinitum, & propterea ĩmobile, arguit Philosophus, ꝙ licet non possit moueri motu locali, quid prohibet vt possit alterari. igitur põt esse sine motu locali. Et, confirmatur per Themistium ibidem, dicentem ꝙ neque calefaciendis rebus neque frigefaciendis opus est loco, modo non est ista conditio prioris secundum naturam, vt posteriora possint esse sine eo, vt patet. 5. meta. cade prio. Solutio esset quod argumentum est ad hominẽ. quia posito quod corpus aliquod esset infinitum occupans totum, & non posset localiter moueri de vno loco ad aliud locum, nihil vetaret illud posse alterari, quia non est necesse vt quod alteratur transferatur secundum locum, vt dicitur. 1. de generatione & corrup. tex. commento. 25. quia aliquid in eodem loco existens alterari potest, & sic habet Philosophus intentum suum contra Antiquos. Nec hoc contradicit Aristo. nam, si non esset motus localis corporis celestis nulla alteratio esset ipse enim est tanquam vita omnium natura constantium. 8. physico. texto. commento. 1.

Octauo physic. tex. 55.

Solutio.

Aris. 8. phy. 55. ait. Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secundũ magnitudinem, & alio secundum passionem, & quodam alio secundum locum: quem vocamus loci mutationem, hunc necessarium est esse primum. Deinde hoc respectu generationis, & corruptionis, Oppositum huius videtur innuere eodem tex. 58. vbi ait, Motus localis vltimus est in his quę sunt in generatione. Ad hoc dico, & est responsio Them. in eodem loco, vbi ait. Sed ad hoc fateor: licentio est singulatim ortus, & generatio prior est motu locali. In vniuersum motus localis prior est ortu. necessarium est enim vt eius rei quæ partitur, prius esset aliquod pariens quod antequam pareret, motum localẽ vtique exerceret. Nam tum quum gignit, gigni quod gignit, dici, aut existimari non potest. ita, vt sit necesse, antequam quicquam oriatur antecessisse aliquod, quod locum ex loco mutauerit. hęc ibi. Tamen si philosophi verba exponantur, tñ ab illis latinis expositoribus exponuntur, contradictio non apparet tamen eodem lucidissimi Themi. volui adducere.

Vtrum motus localis sit primus motum?

Decima quinta contradictio est super eodem texto. Aristote habet quod raritas & dẽsitas principia sunt omnium passionum. nam graue & leue, molle & durum calidũ & frigidum raritates & densitates quædã esse videntur Huius tñ oppositũ habet in. 2. de generatione & cor. tex. cõ. 15. & 7. phy. tex. cõ. 11. vbi dicit ꝙ raritas & dẽsitas sunt rerum qualitates insequentes calidum & frigidum. Solu tur. loquitur Aris. in. 8. phy. secũdum oppinionẽ Antiquorũ, nõ secũdum propriam opinionẽ, vt ostendat conclusionẽ, quã intendit ibi probare secũdum vtranq; opinionẽ habere veritatem. Nã opinio Aristo. fuit ꝙ principia transmutationis sunt quatuor qualitates primæ, vt patet in principio secundi de generatione & corrup. Opinio vero Antiquorum fuit ꝙ principia transmutationis sunt raritas & densitas, vnde secundum isto omnes passiones causantur ab istis, & quomodocunque sit semper, vt deducit, sequitur quod motus localis pręcedat alios motus. non curat aũt ibi Arist. quõ se habeat veritas circa illud, an videlicet generatio fiat vt Antiqui asserebant an per viã alterationis per quatuor primas qualitates, quia illa speculatio pertinet ad librũ de generatione & corrup. vnde Aris. 1. phy. te. cõ. 49. dixit ꝙ magnũ & paruũ sũt secũdum rõnẽ, rarũ aũt & dẽ

Octauo physic. tex. 55.

Solutio.

sum secundum sensum, quod non dixisset, nisi credidisset raritatem densitatem insequi qualitates primas in solis sensibilibus generabilibus inuentas.

Octauo physic.cō.73. Decimasexta contradi est in cōmen. 73, dicit Auer. quod in linea recta est maxima distantia. Oppositū. 5. phy 23. & primo cœli.cōmen.18. Solutio. est breuissima, quę possit cadere inter duo extrema in actu, inter enim duo puncta distantia nulla breuior linea potest cadere quam linea recta, tamen est longissima, quia maxima remotio non inuenitur, nisi in recto tn quantum recta. vt linea imaginata a centro terrę vsq; ad connexum supremę sphæræ est longissimæ distantię possibilis in natura.

Octauo physic.tex, 74. Decimaseptima cōtradi.est in tex.74. Habetur ibi quod, cū motus augmenti & diminutionis sint oppositi, nō possunt esse cōtinui, sed de necessitate inter est tēpus quietis. & ita videtur poni tempus status inter motum augmēti & diminutionis. Huius tamen oppositū colligitur ex.2.de generatione & corrup. tex. cōm.57. vbi dicitur quod in æquali tempore est generatio & corruptio secundum naturā. & Cōmen ibi in com. expresse dicit quod tēpus senectutis est æquale tēpori iuuentutis. ex quibus vere non dari tēpus status medium. Solutio. Dicimus nos quod Arist.& Auer. ibi per tempus generationis naturalis aut iuuentutis intelligunt totum tempus profectus, in quo videlicet res habet se in naturali dispositione. & sic in tali consyderatione includitur tam tēpus augmenti, quam etiam tempus status. nam propter quod vnūquodq; tale & illud magis: non.n.motus augmenti dicitur naturalis, nisi pro quanto tendit ad finē naturaliter intentū, & quęsitum per naturā. natura.n.agit propter finē. & ideo tēpus status est longe perfectus quam tempus augmenti. Vnde Auic. in ca.de [illegible] vult quod illa ętas sit ętas pulchritudinis & perfectionis, quia in ętate [illegible] tię solū potest homo habere operationes simpliciter naturales & perfectas, in qua ętate fuit crucifixus Redēptor noster. Aetatem vero corruptionis & [illegible] appellauit tempus, in quo res tendit ad diminutionem, quę est via ad [illegible] d,Cōm.3.phy.ca.60. Vnde Arist.ibi respiciendo ad vniuersalem causam, quę est motus Solis, qui per sex signa appropinqua-, & per sex signa recedit, & [illegible] est causa contrariorū, illo modo venatus est ęqualitatē illam in tēporibus generationis iuuētutis, & profectus & tēpora corruptionis senij & defectus, sed per iuuentutē, vt dixi, intelligit totū aggregatum ex tempore, in quo res vere augetur, & ex tēpore status: quia totum istud tēpus attestatur perfectioni. & sic inter iuuentutē & senectutem non datur medium. sed in.8.phy. & alibi aliter loquitur, & magis in particulari in ordine ad actus animę. Vnde tēpus, in quo plus reparatur quam deperditur ex actione animę, & caloris innati, tale dicitur tēpus augmenti. tēpus vero, in quo ęqualiter reparatur, sicut deperditur, est tempus status, quando vero minus reparatur, quam deperdatur, est tempus diminutionis. & sic inter augmentum & diminutionem datur quies media, impossibile enim est motus contrarios continuari.

Vtrum compositū sit nobilius et perfectius materia? concordantia, 15. Aristo.8.physi.75 ait. Prius autem & natura, & ratione, & tempore est perfectum imperfecto: corruptibili autem, incorruptibile. Et hoc etiam Auer. ibi. Ex quibus habetur materiam nobiliorem, perfectioremq; compositio esse. Nam materia neque generabilis est, neq; corruptibilis per se vt Aristo. in.1.physicæ auscultationis.82. vbi ait. Corrumpitur autem & fit, est quidem vt sic, est autem vt non: secundum quid enim quod est: in quo secundum se corrumpitur quod enim corrumpitur in hoc est priuatio inquantum autem secundum potentiam non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est esse ipsam. Hoc etiam Auer. ait. Compositum autem ex materia & forma corruptibile est [illegible] cit Auer. in libro destructionum dispu. tertia solut. 19. dubij. Vbi [illegible] compositum possibile. Vnde patet ꝙ materia nobilior est. Oppositum [illegible] ius habetur ab Auer. 2. physi. 4. vbi ait, compositum [illegible] est dig[illegible] habere hoc nomen substantia: quam materia: quia est in actu & [illegible] in potentia. Hoc etiam habetur. 7. metha. 7. Ad hoc breuiter dicitur, compositum est dignius ipsa materia: quia vt Auer. ait. 2. physi. 4. compositum est in actu: & materia in potentia Nec obstat propositio illius Auer. causa est dignior causato, Nam vt dicit Scotus non intelligitur de materia ad ip-

Compositū dignius ipsa materia.

ctoritatem philosophi & Auer. 8. phy. 75. dicitur, quod illa auctoritas sano mo do intellecta non est contra determinata. Et hoc modo intelligi debet, quod licet aeternum, inquantum aeternum est; est prius perfectione corruptibili, inquantum corruptibile est. Non tamen quodlibet aeternum est prius perfectione quo libet corruptibili. Nam materia cum sit ens in potentia, non potest esse perfectior forma, aut composito, quę sunt in actu. Quia perfectio non insequitur dum precissum entis: sed entis in actu. Nec etiam principaliter penes duratio nem attenditur rerum perfectio: alioquin mineralia, & elementa, essent plantis & animalibus perfectiora. cui aduersatur Aristo. primo de generatione ani malium cap.1. & beatus Augustinus in primo de trinitate viuentia non viuen tibus, intelligentia non intelligentibus, beata miseris preferenda iudicamus. Nec homo esset animalium perfectissimus contra philosophum 2. de partibus animalium cap. 10. vbi dicit quod solus homo ex nobis cognitis animalibus particeps est diuinitatis: aut omnium maxime. Quia elephas (vt scribit Aristo. 8. de natura animalium cap. 8.) secundum aliquos per ducentos annos: secundum vero alios per trecentos vitam ducit. Nec etiam rerum perfectio vt non nulli opinantur attenditur penes multitudinem, aut paucitatem. Inquit enim Themistius. 3. de anima perfectio rerum non numero aut multitudine corrogatur, sed pondere. Et cap. 45. ait, quod non qui plura intelligit, pluris est: sed qui meliora, & nobiliora. Nec circa indiuiduorum multitudinem in eadem spetie attenditur perfectio: quoniam in mineralibus & lapidibus rariora plerunq; inuenimus esse in nobilioribus naturis quam vilioribus. Plures.n.sunt lapilli quam smaragdi aut topatij carbunculi &c.& vt habetur ex Auer.7.diuinę philosophię. plures sunt feminę quã mares. Etiam plures sunt vulgares, & ignari quam literati. & inter literatos plures sunt illi qui. proprie loquendo sunt artifices, quam philosophi & speculatiuis disciplinis dediti. Et hoc nõ prouenit propter imperfectionem & vtilitatem philosophię, sed prouenit ex profunditate speculationis & difficultate ipsam acquirendi postea accedit auri fames insatiabilis. De his satis, scio.n.a vulgi hominibus hęc paruifacienda.

Perfectio non penes multitudinē.

Plures femine quam mares.

Aristo. 8. physicę auscultationis. 76. vbi probat, quod solus motus circularis potest esse sempiternus: adducit hanc rationem. Si motus circularis debeat incipere cum circulus sit vniformis, ergo non videtur ratio, quod magis incipiat ab vno puncto quam ab alio. Aut ergo sua ratio nulla est, aut falsum est, quod oriens parte aqua inciperet moueri: si motus inciperet. Oppositum huius habetur ab Aristo. 2. cęli. 13. vbi arguit, quod dextrum, & sinistrum non sunt in cęlo: quia dextrum est, vnde incipit motus. ergo cum in cęlo nunquam inceperit motus: ergo non est dextrum. Et soluendo dicit, quod licet cęlum semper fuerit in motu; tamen si celum incepisset moueri, credendum est, quod incepisset moueri a parte dextra. Huic contradictioni respondet Gaietanus tienensis super. 2. cęli. 13. (licet formã contradictionis non adducat:) & dicit quod motus cœli dupliciter potest cõsiderari. Vno modo, pro agregato ex omnibus circulationibus, & vt sic nõ habet principium respectu omnium circulationum. Si vero cõsideretur pro vna circulatione tantum, sic potest habere principium. Ista responsio nulla est: quia illa ratio octaui ita procedit de vna circulatione, sicut de infinitis: quia nõ habent principium, nec finem, cum sint circulares. Ideo aliter dicendum est. Et dicitur quod Aristo. in. 8. phy. loquutus est de magnitudine circulari absolute. In. 2. cęli. 13. de magnitudine circulari, pro vt habet animam. Et ita magnitudo circularis absolute potest habere principium vbiq;. Et ideo dixit Auer. ibi, quod ille demonstrationes quodammodo sunt naturales, & mathematicę. In. 2. cœli autem alio modo loquitur, considerando magnitudinem circularem, pro vt est animata virtute animę. Et sic habet principium. Et sic soluitur contradictio. Sed remanet dubium adhuc. Contra. intelligentia est agens naturale. Cœlum secundum omnem sui partem est optime dispositum. ergo. Etiam quęritur, vnde cœlum habeat quod si moueri inciperet: inciperet ab oriente? Aut hoc habet ab intelligentia, & hoc nõ: quia intelligentia esset dissimilis: cũ eius virtus magis sit in vna parte, quã in alia. Aut hoc habet a se ipso, Si sic, ergo etiã possumus

Vtrum cęlũ si incepisset moueri: incepisset a parte destra?

Sursum. & deorsũ sunt naturaliter in cęlo aliæ quatuor differẽtie ab intelligentia.

dicere de eo seclusa intelligentia, ꝙ habeat aptitudinem, ꝙ magis inciperet moueri in vna parte quam in alia. Quod est contra demonstrationem .8. phy.76. Ad hoc respondetur, & pro respõsione est sciendum, ꝙ opinio Auer. est, ꝙ ex illis sex differentiis positionis, quattuor.s.dextrum, sinistrum, ante, et retro: esse ab intelligentia. Sed sursum, & deorsum, sunt naturaliter in cęlo, et non ab intelligentia. Vnde licet partes orbis sint vniformes, tamen penes intentionem motoris, est ante, & retro, & dextrum, & sinistrum. Sed sursum, & deorsum, sunt ex natura rei, ratione cęli. Sed motus dextri, & sinistri, & ante, & retro, sunt ex intentione intelligentię. Vnde licet intelligentię primo agant propter se, 12. metaphy. 36. secundario tamen agunt propter inferiora. Et ideo debet habere ante, iste motus, vt progrediatur super terram habitabilē. Et ad hoc, vt progrediatur per partem terrę habitabilis, necesse est, vt dextrum sit in oriente. Ideo necesse est, vt sit locus a quo inciperet motus: si inciperet. Et ideo dextrum cęli est ad intentionem intelligentiæ mouentis. Ante vero est pars cęli quę respicit partem terrę habitabilis. Auer. n. vult. 2. de cęlo, ꝙ terra inferior, non sit habitabilis. Dextrum ergo & sinistrum, ante & retro sunt virtutes immateriales. i. sunt ab intelligentia in ratione principij motus. Et ista est intentio Auer. expresse in pharaphrasi. 2. de cęlo (dicant alii quicquid velint) sicut narrat Zimara super. 15. 2. de cęlo. Et ipse gloriatur, ꝙ nullus Auerroista viderit illum locum preter se. Hoc stante Respondeo ꝙ quando dicitur in argumento, ꝙ intelligentia est agens naturale: dico, ꝙ hoc non est verum tamē quia intelligentia secundario mouet, propter ista inferiora: ideo vt agat, propter ista: ideo inciperet mouere ab oriente, & non ab occidente. Quia tunc motus cęli nō esset primo super terram habitatam. Nec propter hoc intelligentia esset dissimili, & sua virtus magis esset in vna parte quam in alia. Sed hoc faceret, vt ageret propter ista. Et sic illa dubio non procedunt. Est tamen aduertendum circa illud quod Auer. dicit. 12. matha. 36. & alibi, ꝙ intelligentię primaria intentione agunt propter se: secundaria propter alia: ꝙ hoc verissime de prima intelligentia verificatur, quę omnibus modis primaria intentione propter se agit. Alię autem inteligentię possunt ad duo comparari: ad inferiora, & ad ipsum Deum. Si ad inferiora, sic primo agūt propter se secundario vero propter inferiora. Si autem ad Deum comparentur, sic agunt primo propter Deum, vt sibi complaceant: & secundario agunt propter se. Vnde licet principium primum. & alia abstracta in hoc conueniant, ꝙ primaria intentione agant propter se: differunt tamen ad hoc: quia actio dei, ita est primaria intentione propter se, ꝙ nulli alteri fini priori sub ordinatur, immo in ipso quiescit tamquam ad terminum. Sed actio aliorum abstractorum, licet sit primaria intentione propter se in ordine ad inferiora entia. Tantum actio ista sub ordinatur alteri actioni nobiliori, & vniuersaliori. Sunt enim alia abstracta fines particulares sub fine vniuersali constituti. Deus autem est vltimus finis vniuersalis & communis omnibus, (sicut dicit Auer. 12. meth. 44.) de quo verificatur et apud philosopho ipsum esse primum principium, primam formam, & vltimum finem. Sed quia facta est mentio de sex positionis differentiis: pro ampliori notitia, videndum est. an huiusmodi differentię positionis sint in cęlo ex natura rei, secluso quoquo; respectu? Circa hanc materiam quatuor inueniuntur respondendi modi. Vnus est, aliquorum ponentium nonam sphęram preter octauam. & illam immobilem. Et has sex differentias positionis in hoc cęlo quiescente ponunt reales ex natura rei: & in aliis cęlis, qui sunt in motu reperiuntur hę differentiæ penes illud nonum: quiescens. Ista opinio est a mente commentatoris remota. (est tamen, aduertendum ꝙ vt pluries dixi mentem Auer. & non veritatem in se hoc opusculo ponere intēdo.) Vnde tripliciter contra ipsam arguitur. Et primo. Si daretur istud cęlum quiescens, sequeretur ꝙ esset nobilius. & ignobilius respectu aliorum orbium. Probatur, esset nobilius inquantum continet inferiora: quia continens ad contentum habet respectum formę ad materiam, 4, cœli, 35. Quod esset ignobilius, probatur: quia et

Questio de differentiis positionis.

A set quiescens alii essent in motu. Et comparatio motus ad quietem: habitus ad priuationem comparatio est. Vnde Arist. in. 6. phy. motus cęli est comparatio ad vitam. Pręterea cęlum esse corpus neutrum, determinatum fuit ab Aristo. primo cęli: & fuit demonstratum corpora cęlestia habere motum simplicem circularem: & non motum simplicem rectum, ergo nullum cęlum immobile est. Et hoc ex Aristo. 12. diuinę philosophiæ. 44. confirmatur vbi per numerum orbium qui sunt in motu, intelligentiarum numerum venatur. ergo necesse esset, vt aliqua intelligentia esset, vt in quiete ipsum cōseruaret. Quia si intelligentia non esset: orbis non esset: vt habetur ex primo capite de substantia orbis. ergo orbis dependet ab intelligentia in conseruari. Et sit cum Aristo. pro ceserit ex motu, & non ex quiete: non fuisset venatus per numerum orbium numerum intelligentiarum. Pręterea cur ab istis istæ differentię in nona sphera ponantur, cum non nisi in respectu ad localem motum Aristo. eas ponat: ergo si illud corpus est quiescens, quare volunt illud istas sex differentias habere: quoniam (vt 7. metha. 39. habetur) quod operationem non habet, equiuocę tale est. Responsio eorum est, ꝙ frustra non sunt, quia licet in nona sphera principium motus non sint: in alijs tamen cœlis principium motus sunt. Sed ista responsio repugnat sententiæ Aristo. in. 7. physicę auscultationis vbi declaratum est, ꝙ imposibile est, ꝙ aliquod moueat aliud, nisi etiam ipsum moueatur ergo nisi ipsa nona sphera etiā moueatur, imposibile est, vt alias moueat. Ideo ęque responsio dimittatur. Alia opinio fiat, ꝙ ex diuersis influentiis quæ ab intelligentia sunt, istę differentię positionis in cęlo sunt. Ista positio neque ad mentem Auer. est, neq; Aristo. quia apud ipsos influentię non dantur. 422. de cęlo, ita ꝙ cęlum non agit nisi mediante lumine, & motu. Alia est opinio Alberti magni, ꝙ licet cęlum qualitates contrarias non sit recipiens: & sit corpus simplex: tamen in suis partibus difformitatē habet: & vna pars cęli est spissior alia parte. vt puta erit tabula in qua sunt nodi. Nodi, & tabula eiusdem rationis sunt: & non differunt nisi secundum qualitates. Ita de cœlo est, quod habet difformitatem in partibus. Vnde eiusdem substantiæ stella cum orbe est. Sed differentia est in hoc, ꝙ stella est pars orbis dēsior. Ait igitur Albertus esse partem aliquam in cęlo in qua plures stellę sunt, quam in alia: & illa pars est dextrum cœli: illa vero in qua tanta stellarum multitudo non est sinistrum cęli vocat. Et vult iste doctor ꝙ ex parte mobilis, & non ex motoris parte, talis diuersitas sit: cum motor indiuisibilis sit. Ita ꝙ oppositum commentatoris ipse tenet: & in suum fauorem, rationem quam in refragabilem putat adducit: dicēdo ꝙ licet in se consideratum ipsum cęlum infinitum habeat motum: tamē si vnā eius reuolutionem consideremus ambitum determinatum, & finitum possidet. Vnde oportet determinatam partem ipsum habere, ex qua incipere debeat. Et ideo ista erit cęli dextrum. Et si aliquis instaret, ꝙ si hoc esset, sequeretur ꝙ illa pars, sinistra efficeretur: quia aliquando illa pars in occidente reperitur. Ad hoc respondet ꝙ cęli dextrum, sinistrum euadere dupliciter intelligi potest: vno modo ꝙ sinistrum realiter fiat, & hoc inconueniens est. Sed ꝙ in comparatione ad plagam terræ, dextrum fiat sinistrum, inconueniens non est. vt ꝙ manus dextra in homine fiat sinistra secundum comparationē vt si homo reuoluatur. Si tamen de veritate huius positionis, ratio Aristo. 8. phy. 76. solueretur vbi probat motum circularem principium non habere: quia pars aqua magis motus initium haberet, quam ab alia magnitudine non reperitur. Modo respondere possemus, ꝙ pars quæ magis spissa est, est illa a qua motus initiū habet sumere. Huic obiectioni satisfacit Albertus in coequeuis, coequeuo primo, ꝙ si pro vt habet fieri super magnitudine circulari absoluta motus consideretur, ꝙ incipiat magis ab vno puncto, quam ab alio non habet: & hec ratio Ari. cōcludit. Si vero sedm ꝙ in ordine ad medium mundi determinatum situm concernit, cęlum ipsum consideremus: vt sic aliquam difformitatem in partibus possidet: & ratione habet aqua dici posset motum magis initium capere, quam ab alia. Vnde ꝙ opposita sedm diuersas rōnes vni conueniant minime repugnat. Et si diceretur ergo Aristo, ratio mathematica est. Dicitur ꝙ sic; & in suum fauorem

Opinio magni Alberti

Instantia.
Responsio.

Opinio Auerrois.

Auer. ibi adducitur. Hęc est positio Alberti. Certe ista positio consideranda est: & multis ex magnis viris placet. Tamen quidquid sit, pro nunc non sit cu rę. Alia est opinio Auer. expresse in paraphra.2.de cęlo tenens ex his positio nis differentijs, quattuor, s. dextrum, sinistrum, ante & retro, esse ab intelligētia sed sursum, & deorsum naturaliter esse in cęlo: & non ab intelligentia. Et absque dubio hęc est intentio Auer. in paraphra.2.de cęlo summa.2. quęsito.1.ibi videas, vbi apparebit quę dicta in hac concordantia sunt ex Auer. doctrina ibi sumpta esse (quidquid alij dicāt) Videas Aue. in prima disputatione in solu.ii. dubii, vbi ait, ꝙ poli in mundo sunt naturaliter distincti, ita ꝙ non possunt esse alibi quā vbi sunt. Et hoc dixit cōtra imaginantes polos posse esse aliter situatos, quam sint. Vnde ratio talis est, ꝙ quemadmodum in animali quod est hic sunt membra determinata, distincta figuris, & potentiis: ita de cęlo est, ꝙ poli determinati sunt, qui sunt principia motuū: ita ꝙ inter cęlum, et corruptibe animal nulla differētia existit nisi penes figuras: & non penes virtutes quo ad sursum, & deorsum. Dextrum ergo cęli nuncupatur in ordine ad intelligentiam quę propter ista inferiora secundario agit. Et quia secundum omnem partem terra habitabilis non est: ideo super parte habitabilis terrę astrorum ortus esse debet. Qua de causa a parte dextra videns Aristo. talem ortum fieri, dextrū cęli ipsam partem a qua astrorum ortus incipit nuncupauit, & partem superiorem cęli vergentem super habitabilem terram, anterius nominauit. Hęc est positio ipsius Auer. Tamen contra ipsam angustię sunt. Et primo: quia videtur, ꝙ Auer. supponat in doctrina sua vnum, ꝙ huiusmodi terrę habitatio naturalis sit, & ꝙ aliter ars & ꝙ aliter fieri nequit, quod cōtra Aristo.est.2. metheo.circa finem vbi vult ꝙ vbi mare est, ꝙ aliquando arida erit, & ꝙ nilus, & tanais non semper fluxerunt. Respondetur ꝙ Aristo. sententia non secundum totum sed secundum partem vera existit. s. ꝙ perducenta miliaria regio aliqua transmutari potest: non autem terra secundum se tota: neq; vniuersale cataclismū secundum Aristote. datur. Alia difficultas est: nam videtur, ꝙ vbi astrorum ortus est, dextrum ipsius cęli non sit: quia non eodem modo semper astra ipsa oriuntur. Huic dubitationi respondet sanctus Thomas ꝙ Aristo. de dextro sermonem habet, a quo respectu equinotialis circuli astrorum ortus est, nō autē respectu orientium terrarū habitabilium particulariter. Vnde videtur ꝙ sanctus Thomas in hoc ab Auer. dissonans non sit. Nam dicit ꝙ iste differentię sunt in cęlo respectu principii separati. Vnde sicut Aristo dixit.8. phy.84. primus motor est in circulo equinotiali: quia ibi maxima motus velocitas apparet: ideo vbi astrorum ortus est super terram diuisam ab equinotiali, cęli dextrum esse dicitur. Et hęc pro hac concordantia dicta sufficiant.

Responsio sancti Thomæ.

Octauo phy sic. cō.77.

Decimaoctaua contradictio est in.77.cō. Dixit densari, & rarefieri motus locales. Oppositum.7.phy.cōm.15. vbi habet ꝙ sunt quales, & per consequens alterationes. Ibi soluitur: quia loquitur secundum Antiquos. vide in.4.phy.super cum.84.quia ibi dixi satis diffuse.

Solutio.

Octauo phy sic, cō.78.

Decimanona contrad. est in cō.78. Dicit finitatem esse ex parte materię, nō ex parte formę. Oppositum dicit.3.phy.cō.60. Soluitur, hic loquitur de finitate actionis et durationis, ibi loquitur de finitate, quę est rei actualitas, & intrinseca perfectio ac terminatio. Vnde Co.8.phy.cō.83. dicit ꝙ causa, propter quā motores moti fatigantur, est, quia sunt in materia. finitas igitur actionis est materia. Et ideo qui tenent in aīali a principio vitę vsq; ad vltimū in esse aliquā vnā actionē numero cōtinuā, satis errāt. Nā, si q̄ esset, maxime eēt actio vitalis q̄ est motus cordis. et manifestū est ꝙ illa nō est cōtinua, qa inter oppositos motus necessario cadit qes media, sicut demōstrauit Ari. in 8: ph. Deo laus, et Virgini.

Vtrum intelligentia formaliter det esse Cœlo.

Auer. in paraphra. edita in metaphysic. tractatu. 4. ait, declaratum est, ꝙ motores celorū, non solum dāt motus, sed formas suas, propter quas sunt id, quod sunt. Ex quibus patet intelligentiam formaliter dare esse ipsi cęlo. oppositum huius habetur ab ipso Aristot. & Auer.8.phy.78, &.79. vbi probatur, motorem primum esse omnino abstractum a materia. Ad hoc respondetur. Et quia in via Auerro. res difficilis est: ideo (vt erit possibile nobis breuiter

(ratiocinando) quæstio ista explicabitur. In hac re aliqui magni viri partem affirmatiuam sustinet. Aliqui vero negatiuam: quam .s. negatiuam partem nos magis consonantem Auerrois menti reputamus (quidquid alij dicant) Duo igitur nos faciemus, primo affirmatiuæ partis positionem, suasque rationes ponemus, secundo partis negatiuę positionem: & alterius opinionis rationū solutiones ostendemus. Pro primo est sciendum, ꝙ aliqui tenent intelligentiā dare esse formaliter cœlo: & isti imprimis quædam ponunt supposita. Primum est, dare esse est tribus modis: aut effectiue, aut finaliter, aut formaliter. In hac quæstione loquimur de dare esse formaliter. secundum suppositum est ꝙ ad hoc vt aliquod sit anima, necesse est, vt anima sit dans esse ipsi animato: hoc ex Aristo. 2. de anima. 10. ostenditur vbi ait, ꝙ animal nihil aliud est, quam anima & corpus. Et in te. c. 7. non oportet inquit querere, quare ex anima & corpore fiat vnum Et. 7. metha. 49. & . 8. metaphy. 15. quia. n. materia est in potentia & forma est in actu: ideo ex eis fit per se vnum. Tertium suppositum est, ꝙ, ad hoc, ꝙ anima sit forma substantialis corporis, necesse est, vt sit principium cognoscendi, & mouendi isto modo Aristo. 2. de anima, 24. animam formam esse probauit. Vnde aut per sensum, aut per intellectum omne animal cognoscitiuū est. Quartum suppositum est, ꝙ de materia, vt analogicę dicitur de materia quę est in potentia, & de materia quę est in actu in hac questione sermo habetur. Materia in potentia, est materia prima generationi subiecta materia vero in actu, est orbis cęlestis. Non enim in eo est potentia ad generationem: sed ad vbi, Vnde Auer. capite. 2. de substantia orbis. 8. metaphy. & . 12. metaphy. 10. Etiam supponunt formam duplicem esse, quandam materialem, & quandam abstractam: & ideo de forma analogicę dicta, sermo noster. Hoc stante suam cōclusionem probant, vnum aliud pręsupponendo: ꝙ pro aggregato ex intelligentia, & orbe: cęlum in hac quęstione sumitur: quia de anima sensitiua cęli: opinio Auic. vera non est. Prima istorum ratio capitur ex principio libri de substantia orbis, vbi habetur cęlum ex materia, & forma cōpositum esse. Et ratio talis est, omne motum ex se est compositum ex principio mouente, & moto: cœlum est huiusmodi, ergo &c. Minor demonstrata est. 8. phy. a. 40. & in fra. 2. ad hoc ꝙ habeamus compositum ex materia, & forma, nihil requiritur, nisi ꝙ materia, & forma, sint vnita: istud ex. 7. & . 8. metaphy. habetur. Sed intelligentia est vnita orbi ergo &c. minor ex Auer. in libro de beatitudine animæ probatur, vbi habetur, ꝙ forma animaliū sphe rarum. i. cœlorum est fixa in suis materiis: & Paulo infra subdit ꝙ intellectus abstracti sunt vere formæ dantes perfectionem, & licet subdat, non existentes in subiecto, istud intelligi debet. i. non materiales, ergo anima dante esse, cœlum animatum est. Tertia ratio eorum fūdatur in. 2. cœli. 3. vbi Auer. tres vnionis modos ponit. Vnus modus est, in abstractis a materia. vbi Auer 3. de anima. 5. & . 14. vult in intelligentiis vnionem esse qua superior intellectus inferiori vnitur. secunda vnio est qua orbi intelligentia vnitur: & in hac vnioné fit verius vnum, quā ex materia & forma. Tertius modus vnionis est, istorū corruptibilium: & iste modus imperfectior est quia forma in hac vnione corporalis est. Hoc stāte, sic arguunt, minus videt' ꝙ ex īfimo gradu vnionis fiat per se vnum, quam ex superiori gradu vnionis: & tamen fit vnum per se, ergo vnum per se, in secundo modo vnionis fiet, ergo vnum per se ex intelligentia, & orbe fiet. 4 omne quod agit per aliquod principium, & per aliud patitur est compositum ex materia, & forma sed cælum agit per intellectum: & per materiam patitur, ergo ex materia & forma compositum est. Hanc rationem habet Auer. 3. capite de substantia orbis. 5. si intelligentia non esset cœli forma, sequeretur ꝙ motus ipsius cœli esset violentus: consequentia probatur per Aris. 3. cœli 10. omnis motus qui est ab extrinseco est violentus. Inuenimus ꝙ motus cœli dicitur motus ex se, ergo est a perfectiuo intrinseco. Nec valet solutio Ioannis Andega. ꝙ cælum pro aggregato ex intelligentia, & orbe, est vnū & respectu huius aggregati cælum est vnum, & est motum ab intrinseco: quia pariter dici posset, ꝙ aggregatū ex bobus & plaustro, erit vnū per se quia est

[Marginal notes: "Supposita partis affirmatiuę." (beside the Primum suppositum); "Probatio suę conclusionis." (beside "Hoc stante suam cōclusionem probant"); "Tres vnionis modi positi ab Auer." (beside the tres vnionis modos)]

vnum aggregatum in motu.6.arguunt auctoritate Auc.in paraphrasi metaph. D quę auctoritas fuit adducta in principio concordantiæ.7.arguunt, si intelligentia est separata secundum esse ab orbe, sequitur ꝙ ratio quam Auer. innuit in 1.capite de substantia orbis, &.2.cœli.3.nulla erit. Vult.n.ꝙ intelligentia immediate orbi vniatur: & non mediantibus dimensionibus: quia fatigabilis esset. Dicunt isti ꝙ si intelligentia asistit orbi, potest orbi aduenire: & cum quantitatibus & sine, sicut nauta potest aduenire naui stantibus dimensionibus in naui cum ipse asistat: ita de intelligentia nihil prohibet eam orbi quanto aduenire, & non quanto si asistit. ergo cum prius natura vniatur intelligentia orbi, quã dimensiones, ergo vnitur vt forma.8.arguunt propter dictum Auer.2.cęli vbi ait, forma, & formatum esse vnum numero. omne quod est vnum numero, est per formam dantem esse, 12.metaphy.14.vnitas numeralis duplex. Vnitas priuatiua, vt est vnitas materię primę: alia est vnitas numeralis positiua vt fortes &c. est vnus per formam, ergo intelligentia dat esse. Præterea ex eodem cõmento, & ex fine primi cap. de substantia orbis, vbi dicit ꝙ cęlum est vnũ ens per se, & intelligens per se ergo per vnam formam. Plures etiam rationes adducuntur quas breuitatis gratia non adduco, cum mea intentio sit tantum precipua in hac questione afferre.

Vnitas numeralis duplex.

Alia est positio quę partem negatiuam tenet esse veram quam multi illustres viri sequuntur. Et istam positionẽ magis Auer. verbis consentaneam reputamus. Vide Albertum magnum. 2. cęli tractatu.1. cap 5. eundem. 12. metha.tractatu.2.cap.13.quomodo intellectus separati sunt vniti corporibus eundem in libro.1.de causis tractatu.4.cap.7. Et multas rationes pro se habet hęc positio. Data veritate opposite opinionis, octaue physicę auscultationis destrueretur. In quo philosophus primum motorem abstractum esse omnino a materia demonstrat. Sic.n. arguit in tex.78.&.79. nulla virtus finita, mouet per tempus infinitum: sed omne corpus, vel virtus in corpore, est virtus finita, ergo nulla talis mouet per tempus infinitum. Tunc vltra, nulla virtus finita, mouet per tempus infinitum: primus motor mouet per tempus infinitum, ergo primus motor non est corpus, nec virtus in corpore. Et Auerr. ait, ꝙ primum motorẽ esse omnino abstractum a materia ex ista demonstratione concludimus. Si igitur intelligentia daret esse cœlo per informationem, quo pacto Aristo. demonstratio procederet? Sed isti respondent, & dicunt philosophum ibi conclusisse Deum esse abstractum a materia ad hunc intellectum, videlicet ꝙ Deus non est forma educta de potentia materię: tamen cum hoc stat ꝙ Deus det esse cęlo formaliter, Sed (vt dicit doctissimus Zimara in questione de triplici causalitate) ista responsio corrupta est. Nam Aue.in.1.cap.de substantia orbis illam demonstrationem philosophi in.8. phy. resumens dicit, ꝙ cum fuerit declaratum ei, ꝙ formę corporum cęlestium existunt in suis subiectis in existentia, ꝙ non diuiduntur per diuisionem sui subiecti: & ꝙ causa in hoc est, ꝙ non existunt in subiectis secundum ꝙ sunt diuisibiles: fuit declaratum ei, ꝙ istę formę non constituuntur per subiectum: immo sunt abstratę in esse: quoniam existunt in toto subiecto, & non diuiduntur, per eius diuisionem, contingit ꝙ nõ constituuntur per subiectum. Non enim existunt in eo neque in toto, neque in parte: & vniuersaliter neque indiuisibili. hęc ille. In quibus verbis sibi ipsi oppugnare videtur. Nam prius dixit, tales formę sunt abstractę in esse: & existunt in toto subiecto: & postea dicit, ꝙ non sunt in toto subiecto, neque in parte, quęritur igitur ab istis, quando Auer. dicit ꝙ celestes formę sunt in toto subiecto, aut intelligit per informationem? aut per asistentiam, & operationem? si dicitur, ꝙ intelligit per informationem: queritur postea: quando dicit in. 2.dicto ꝙ non sunt neque in toto neque in parte, quomodo intelligat? vel per informationem, vel per asistentiam, si primum, ergo contradicit sibi in 1. dicto, si secundum, patet illud falsum esse. Intelligentia.n. asistit toti cęlo, & cuilibet parti eius: licet eius operatio, magis appareat in vna parte, quã in alia, vt patet ex fine.8.phy. Si ergo Auer. a contradictione saluare volumus. habemus dicere intelligentiam non esse in toto cęlo nec in eius parte per informationem: & esse in toto cælo per asistentiam, & operationem. Etiam data veri

Pars negatiua quęstionis.

ure illius responsionis ratio Auer. contra Auice. in. 3. cap. de substantia orbis nulla esset. Auic. n. posuit cælum cõpositum esse ex materia & forma, quæ erat eius imaginatiua. Auer. arguit, ꝙ si cęlum esset cõpositum ex materia, & forma, sicut posuit Auic. esset corruptibile. Modo a pari dici posset, ꝙ si secundum Auer. intelligentia dat esse cęlo per informationem, cælum esset corruptibile. Nec valet ad hoc distinctio de duplici forma. s. educta de potentia materie, & nõ educta. Nam Auic. contra quẽ arguit Auer. non posuit illam formam esse eductã de potentia materię vt patet in. 9. suę metaphy. cap. 4. quare &c. Multę etiã in hac materię cõtra illã responsionẽ adduci possent, & rationes istam positionem probantes, pro quibus videas Zimaram loco allegato. Sed restat soluere ratio nes partis affirmatiuę. Et pro solutione quędam sunt supponenda fundamenta. Primum est ꝙ de corporibus corruptibilibus, & ęternis animatum analogice dicitur. 10. metaphy. vltimo corruptibili, & ęterno nihil est cõmune vniuocũ. 1. celi. 60. ait Auer. ꝙ animatum equiuocę dicitur, de his & cęlo. & 3. cap. de substantia orbis ad finem. secundum suppositum est ꝙ forma, & actus est duplex; quidam est actus primus, qui perfectio dans esse: quidam vero est actus secũdus, qui nihil aliud est, quam actus dans operari. Istud patet ex. 2. de anima. 2. & Auer. in com. 5. 3. de anima ait, ꝙ actus positus in diffinitione anime dicitur equiuocę. Et quia aduersarii dicunt oppositum: quia volunt ꝙ quęlibet forma in

Animatum analogice dicitur.

Actus duplex primus, & secũdus.

heret. Contra hos videas. 12. metaphysi. 37. perfectiones per quas mouentur perpetua: quędam sunt, qualitates vt sanitas: quędam vero sunt substantię, & huiusmodi sunt dispositiones seruorum erga dominos suos. Et isto modo mouentur intelligentię ad deum tamquã ad formam, & iste formę perficiunt extrinsece. Vnde non dicitur dominus forma serui: quia inhereat super seruum: & perficiat ipsum. Pro hoc Aristo. doctrinam videas in. 2. de anima, ubi posita diffinitione animę vniuersali, in tex 11. querit hanc questionem. ꝙ ex predictis non dum apparet vtrum aliqua anima sit forma, vt nauta est forma nauis? ergo si forma non potest dici extrinseca: Aristo. inrationabiliter loquitur querendo istam questionem. Preterea secundum istos, etiam anima intellectiua in via Auer. dat esse homini: sed contra istos, est Auer. in destructionibus dispu. prima in responsione vltimi dubij. Intellectus est forma hominis, sicut nauta est forma nauis. Et ita clarum est, ꝙ quædam forma est, quę intrinsece perficit, & quędam extrinseca quę solum dat operari, & nõ esse. Vnum suppositum eorum erat, ꝙ ad hoc vt aliquod sit animal: oportet vt forma substantialis eius, det esse ei. Respondetur, ꝙ duplex est animal. Vnum est corruptibile, & hoc est animal per sensum. 2. de anima. 17. aliud est animal sempiternum. Tunc dico, ꝙ aliud est loqui de animali corruptibili, & aliud de animali eterno: immo animal dicitur equiuocę de ęterno, & corruptibili. 1. celi. 60. &. 3. cap. de substantia orbis: tunc dico ꝙ nõ est necesse vt animal sempiternum, sit per formam dantem sibi esse. Et ratio est ista: quia animalia corruptibilia primo differunt ab eternis quantum ad esse; quia anima corruptibilium est educta de potentia materię: & est constituta in esse per subiectum. Anima vero animalis eterni, nõ est constituta in esse per subiectum. Anima vero animalis eterni, non est constituta in esse per subiectum, nec mediantibus dimensionibus cęlo coheret, vt Auer. ait. 2. cęli. 3. &. 1. cap. de substantia orbis. Secunda differentia est quia animal corruptibile cognitione imaginatiua appręhendit. Animal vero sempiternum non aprehendit per imaginationem: sed per intellectum & non est eius imaginatio, causat a rebus. 12. metha. 51. scientia equiuocę dicitur de scientia dei & nostra. Nam dei scientia a rebus causata non est: sed est cã rerum scientia in nobis qualitas est. 7. phy. 20. In intelligentijs vero est sua substantia vt. 12. metha. 15. sunt quędam formę abstractę in quibus nullum est accidens. Tertia differentia est, quo ad motum: quia animal corruptibile mediantibus partibus mouetur; quia anima primo mouet calorem cordis; sed motus cęli non est mediante organo: sed solum per intelligere, & velle. Et ideo sermo est de animali corruptibili, & ęterno. Sed quid dicendum ad Aristot. qui. 2. de anima. 7. dixit, ꝙ animal idem est, ꝙ anima, & corpus: & ideo ex po-

Responsio ad suppositũ eorum.

Differentiæ aĩalis corruptibilis ab ęterno.

tentia, & actu, fit vnum: quia est tale in potentia: quale id est in actu. Dico ꝙ verum est in animali corruptibili, ꝙ ex potentia, & actu, fit vnum: sed ita nõ est de animali æterno. Et argumentũ adduco Ioannis bacconi in. 2. sententiarũ distin. 16. vbi ait, quomodo est possibile vt ex intelligentia & orbe fiat vnum sicut ex materia, & forma: cum cęleste corpus potentiam non habeat nisi ad vbi. ergo secundum istos in cęlo esset potentia ad formam. Cuius oppositum habetur in toto libro de substantia orbis, & 12. metaphy. 10. & 8. metaphysi. 15. corpora cęlestia materiam non habent, nisi secundum motum tantum. Videas tex. Aristo. ꝙ quando dicitur ꝙ ex potentia, & actu sit per se vnum: hoc intelligitur in his in quibus est generatio: nam, 8. metaphy. 15. in rebus eternis, non resultat vnitas, ex potentia & actu: sed res eterne habent vnitatem. (vt inquit Aristo, 8. metaphy. vltimo) ꝙ quęcunq; non habent materiam sensibilẽ, nec mathematicam seipsis sunt vna: ita ꝙ orbis cum intelligentia est vnum seipso. Aliud suppositum eorum erat; ad hoc ꝙ anima sit forma substantialis dans esse oportet vt sit principium, mouendi, & cognoscendi. Respondetur ꝙ de anima dante esse in animali corruptibili hoc est verum: sed de cęlesti forma non est necesse, vt det esse, videas Auer. dicentem. 2. de anima. 7. & 30. & 3. de anima. 5. ꝙ actus positus in diffinitione animę dicitur analogicę de anima sensitiua, & vegetatiua, & intellectiua: neq; intellectus dat actum, secundum primũ, & non (vt dicit Auer. in prima dispu. solu. vltimi dubii) quia intellectus est perfectio hominis sicut nauta nauis. Stat ergo ꝙ in abstractis id quod est principium mouendi, non sit principium essendi. Alia sua supposita cum etiam sint pro altera opinione conceduntur. soluendę nunc sunt suę rationes. Ad primam dicitur, ꝙ illud argumentum potius est pro opposita parte, q̃ pro ipsis videas Auer. ibi dicentem ex duabus naturis corpora cęlestia composita esse vt corruptibilia: sed compositio in generabilibus fuit inuenta per motum localem. Tũc sic: eo modo conclusio colligitur, sicut in pręmissis disseminata fuit. sed in pręmissis Auer. declarat cęlũ esse compositum ex duabus naturis. i. ex natura mouẽte, & mota; nõ ex natura informãte et informata, ergo cõclusio est intelligẽda de natura mouente, & non informante, videas Auer. 2. cap. de substantia orbis vbi dicit, ꝙ natura cęli est vna simplex & abstracta: ex qua fit vnum, vt ex motore & moto. Et confirmatur, si intelligentia est forma dans esse formaliter. quęritur, cum istud sit compositum per se, a quo artifex considerabitur? Est. n. compositum substantiale; sed non considerat de substantia nisi naturalis metaphysica, & astralogia. 12. meta. 44. quis ergo horum per se cõsiderabit? ꝙ naturalis hoc non considerat, probatur, omnis artifex qui per se considerat aliquod compositum debet per se considerare partes eius. 1. phy. 1. & 35. vnde quę compositum non potest cognosci, nisi cognoscantur quę, & quanta sunt ex quibus componatur. Sed partes essentiales huius sunt intelligentia, & orbis, ergo intelligentia a naturali quiditatiue cõsideratur, cuius oppositum dicit Auer. co. vltimo primi phy. & Arist. 2. phy. 26. vbi dicit, ꝙ consideratio naturalis est vsq; ad formam hominis: & 6. metaphy. 6. Tu dices, ꝙ metaphysico considera tur, arguitur eodem modo, ergo intelligentiam & orbem quiditatiue diuinus cõsiderare debet, quod falsum est; quia ad naturalem orbis quiditatiue pertinet. Et sic ab Aristo. 12. diuinę philosophię orbis consideretur, nõ tamen quiditatiue consideratur: sed quatenus est ens. Neque cum intelligentia orbis, quatenus est ens. vnum facit, sed quatenus tale ens. Amplius si hoc compositum consideratur a naturali in libro cęli & in libro de substantia orbis: & considerationem a metaphysico, metaphysico. ergo naturalis acciperet hanc considerationem a metaphysico, quod est contra Auer. 1. phy. vltimo contra Auic. Cum ergo motus localis per ducat nos ad cognitionem vnionis intelligentię cum orbe: ideo est consideratio naturalis. Neq; etiam ab astrologo easdẽ rationes, consideratur. Et confirmatur quia isti tenent hoc de Deo glorioso, ꝙ informet primum orbem, quæ opinio est falsa. 12. metaphy. 5. & in prologo primi phy. idem subiecto est primus motor, primum efficiens, & primus finis. Tunc si intelligentia prima dat esse per inherentiam, a quo artifice considerabitur: non a naturali; quia primam intel-

Ad rationẽ oppositę partis.

[illegible] ligentiam non cognoscit, nisi quatenus est primus motor, ergo considerabitur
a diuino, sed diuinus declarat, ꝙ primus motor est forma entium, sicut dominus
est forma serui, vt declaratur. 12. metaphy. 31. &. 36. ergo primus motor non est
forma primi cęli intrinseca sed extrinseca. Ad secundum argumentum responde
tur ꝙ vnio in rebus non ęternis, ita se habet, ꝙ ex materia quæ est in poten-
tia, & forma quę est in actu, fit per se vnum. Sed in æternis non est ista
vnio: quia orbis non est materia in potentia. sed in actu: ideo fit ex eis vnum
sicut ex motore, & moto. Ad tertium dico, in hoc argumento in duobus decep
tionem esse. primo quia isti credunt, vnionem eodem modo in eternis, & corru
ptibilibus debere esse contra Aristo. 8. metaphy. 15. & vltimo. videas Auer. 8.
phy. 79. vbi ait, ꝙ causa cōpositionis ex duabus substantiis, vt fiat vna, in actu
et potentia. Credūt igitur, ꝙ sicut in corruptibilibus, fit vnum in actu: quia ha
bet potentiam cui forma potest vniri: ꝙ eodem modo inteligentia componatur
cum orbe: & ꝙ orbis concurrat vt potentia: & intelligentia, vt actus. Sed in cę
lo non est alia poten ia nisi ad vbi. Nam Aristo. ponit, ꝙ quęcunq; non habent
materiam in istis se ipsis sunt vna: quia in eternis non est nisi vnum indiuiduū,
in sua spetie. Nā quo pacto esse potest, ꝙ ex orbe, qui est materia in actu, & in
telligentia, quę est ens in actu, fiat per se vnum. Secundum in quo est deceptio,
est, ꝙ licet in hoc mundo inferiori compositum quod est vnum per formam,
sit perfectius quam compositum per aggregationem, 7. metha. vltimo. tamen
comparando ad ea quę sunt alterius ordinis, 1. ad intelligentiam cum orbe non
est verum. Videas Auer. 3. de anima. 5. in solutione. 2. q. vbi ait, ꝙ materia, &
forma congregatur sicut intellectus cum intentione intellecta: sed ex intellectu
& intelligibili, fit magis vnum: quā fiat vnum ex materia, & forma. Et redit
rationem: quia quod ex eis fit vnum, non est aliud, sicut in compositis ex ma-
teria, & forma. licet ergo compositum dicat maiorem perfectionem, quam com
positum per aggregationem: tamen non est perfectius, quam compositum ex in
telligentia vt motor, & orbe, vt motum. Vnde videas Auer. cap. 2. de substan-
tia orbis, vbi dicit, ꝙ intellectus abstractus est quodammodo anima. Et in para
[illegible] ait, ꝙ est quodāmodo forma, & in comment. 32. de cęlo est similis formę:
quia dat sibi motum: & est in eo: quia intelligentia non est in cęlo per inheren-
tiam, & informationem: sed per operationem. Et in. 8. phy. 84. dicit, quia pri-
mus motor non est forma in materia: ideo oportet videre, vbi sit: et dicit ꝙ
Deus & intelligentie sunt ibi, vbi sunt eorum operationes. Sed notandum est
Auerro. dixisse intelligentiam esse quodamodo animam: quia magna differen-
tia est inter intelligentiam et animam: quia anima dicit perfectionem coniunctā
corpori. 2. de anima. 25. quapropter bene opinantur dicentes animam neq; sine
corpore esse: & animam non esse corpus: & quia intelligentia apud Auer, non
est forma informans cęlum: ideo dicitur quodāmodo anima. Quod autem anima
dicat intellectus videas 2. de anima. 21. de intellectu autem, & perspectiua po
tentia nihil adhuc manifestum est, sed videtur aliud genus animæ esse. Ecce ꝙ
intellectus dicit perfectionem separabilem. i. quia non perficit corpus. Nam in-
tellectus perficit nos quum intelligimus (vt dicit Alexander in vltimo cap. de
intellectu) intellectus agens recedit a nobis nō localiter, sed quum nō intelligi-
mus. Vnde isti videant Alexandrū, qui dicit intellectum agētem qui est Deus
[illegible] semini preparato assistere. videas Themistium. 3. de anima. 27. vbi
[illegible], quomodo nos sumus intellectus agens, anima ergo dicit perfectionem
[illegible]. Intelligentia vero: quia non informat, dicitur quodāmodo anima. Differētia inter animam, & intelligētiam.
Vide Auic. 9. metaphy. cap. 4. vbi dicit, anima autem imaginatiua est perfe-
ctio corporis celestis: non autem est separata: quia esset intelligentia. Ecce quo
modo Auic. bene nouit hanc differentiam inter animam, & intelligentiam. Vi
de. 8. metaphy. 12. vbi dicit, ꝙ corpora celestia sunt viua: quia constant ex ani
ma intellectiua: non ꝙ ibi sit aliquod, quod animetur per animam, aut viuat
per vitam. Ad quartum concedo totum: quia hęc est ratio Auer. Et concedo
ꝙ ratio nihil concludit, nisi ꝙ cęlum est vnum compositum ex motore, & mo-
to. Ad quintum respondeo vt formaliter respondet Auer. in. 4. cap. de substan-
tia orbis, vbi ait, ꝙ intelligentia est separata a suo corpore, & nō est abstracta

Primus motor est forma entiū sicut dn̄s est forma serui.

a suo corpore: & declarat quomodo sit separata a suo corpore. Et dicit, ꝙ intelligentia intantum est separata ab orbe: quia orbis non indiget ipsa, sed est existens per se. Videas in. 2. cap. de substantia orbis vbi inquit, & in suo esse nõ indiget forma. In disputatione. 4. fol. 2. dubii non indiget in cęlum in suo esse perpetuari ab anima. Et in libro de beatitudine animę dicit, ītellectus abstracti, i. formę dantes perfectionem non entes in subiecto idest non dantes perfectionē formalem subiecto & .12. meta. 41. ait, ꝙ cęlum mouetur per potentiam non existentē in eo immo inquit mouetur p potētiā quæ nõ existit in subiecto ci... D

Vide com. 63. primi phy. vbi comparat intelligentiam ad duplicem materiam, & dicit ꝙ forma cœli est liberata ab hoc subiecto. i. a materia corruptibili... huiusmodi forma non constituitur per corpus cœleste. Ita ꝙ vult ꝙ intelligentia non constituatur per cęlum in esse. videas, 12. metaphy. 41. vbi dat ... tis rationē quare motus cœli possit perpetuari, & tamē substantia corruptibilis non potest perpetuari. Et dicit ꝙ orbis cęlestis, quia non habet contrarium... permanens in sua substantia. Istos autem decepit similitudo, quia crediderunt, ꝙ sicut materia ista eorruptibilis in suo esse indiget forma continente: ita ... cœlo: sed non est ita primo de anima. 90. dicit ꝙ forma corruptibilis nece... est, pro ista materia: quia continet materiam, ne fluat. Sed cęlum non indiget intelligentia in suo esse, Immo substantia intelligentię est perfectior quam substantia fortis. 2. de generatione vltimo melior est esse quam non esse, & esse in ... diuiduum &c. Sed melius est esse eternum & per se. Et ideo isti non possunt has auctoritates glosare orbis ergo cum intelligentia constituunt vnum animatum per intellectum, Dico igitur ad argumentum ꝙ Auer. ibi dicit, ꝙ intelligentia est separata quia corpus celeste nõ indiget anima in suo esse formali cum nõ constet ex contrariis: & ita est permanens ex se: & isto modo intelligentia est separata ab eo. Deinde addit: quia autem omne motum ex se, debet moueri a principio existente in eo: ideo cœlum mouetur ab anima existente in eo ita ꝙ vult ꝙ cœlum sumptum pro composito ex vno motore, & mobili: isto modo intelligentia dicatur principium intrisecum ipsius cœli in motu: quia intelligentia ibi est per operari, & per motū. Si dices pariter dicam de aggregato ex plaustro & bubus. dico ꝙ est differentia quia plaustrum habet principium intrinsecum quia habet principium quo potest moueri alio motu, quam moueatur a bobus: quia ligneum est: & ab elemento dominante habet moueri. Cęlum autem non habet principium intrinsecum quo aptum sit moueri alio motu, quam moueatur ab intelligentia. Motus autem quo mouent boues plaustrum, est motus violentus. Et ideo Auerro. 2. cęli. 3. ait quod motus voluntarius in cęlo non est distinctus a motu naturali: quia non habet inclinationē oppositā motui. Pręterea intelligentia nõ vnitur orbi mediantibus dimensionibus, sicut boues vniuntur plaustro. Pręterea etiam in rebus corporeis non valet iste motus est ab extrinseco, ergo est violentus: quia motus circularis ignis, est ab extrinseco: non tamen est violentus (vt dicit Auer. 3. cęli. 20.) ꝙ quando motor extrinsecus non habet habitudinem mouendi semper: corpus motum tunc mouetur violenter. Non autem ita est in proposito Aristo. 8. phy. 27. dicit quod quidam est motor per se: & quidam per accidens. Mobile per se est dupliciter quodam mouetur ab intrinseco: & quodam ab alio, ergo stat ꝙ motus sit ab alio: & tamen sit motus per se. Et hoc inquit, ibi commentator dictum est propter elementa, quę nõ mouentur per se, nisi quando fuerint mota ab alio. Concedimus ergo ꝙ cęlum cum intelligentia, facit vnum sed nõ eodem modo vnum quomodo materia cum forma facit vnum sed inquantum fit vnum in motu isto modo est vnum. Sed dices contra nos. Auer. 1. phy. 63. ait ꝙ forma duplex est quędam est cõstituta in esse per subiectum. Et istę sunt formę materiales; quędam vero sunt constituentes sua subiecta in esse, ergo intelligentię abstractę dant esse, si constituunt suum subiectum in esse. Vnde quędam sunt formę dantes esse, & recipientes esse, vt in corruptibilibus. Inteligentia vero dat esse, & non recipit esse. Ad hoc dico, & dico ꝙ isti propriam vocem ignorant. Nam diuisio per membra opposita dari debet,

Cælum non habet principium quo aptum sit moueri alio motu.

Forma duplex.

debet. dicant quesoquomodo forma materialis dicatur constituta in esse per subiectum? intelligitur ne? quia esse simpliciter forma recipiat a materia? non potest isto modo intelligi. Videas Auer. 5. physico. 8. vbi dicit quod in materia nõ est actus omnino per actum intelligitur actus existentię. 2. phy. 12. actus existētię est a forma. Et licet a non nullis hæc propositio gloseiur de actu specifico. tamē est vera simpliciter apud peripathetico; quia Boetius in de vnitate & vno dicit ꝙ peripathetici diffinierunt esse per esse formę in materia: ita Aristote. 2. de anima. 7. actus est id quod est: & Aristote. 7. metaphysi. &. 8. formauit rationem quod forma est perfectior materia; & compositio; quia per eam est compositum in esse, & materia: & per esse intelligo non esse essentiæ, sed esse existentię. forma materialis non dicitur constituta in esse per subiectum quia recipiat existentiam a materia sed forma materialis dicitur recipere esse secundum quid a materia, & hoc est esse extensum: & non esse existentiæ: quia vult Auerrois propter dictum Aristot. in primo de generatione ꝙ impossibile est quantitatem a materia separari; & ideo omnes formę vsque ad formam huius quę est cogitatiua recipiuntur in materia per dimensiones interminatas: & sunt totæ in toto, & partes in partibus & omnes perfectiones habet materia a forma: & omnes imperfectiones habet forma a materia. Si diuisio ergo Auerro. debet intelligi per opposita, ergo forma abstracta debet constituere suum subiectum, in esse extenso, non formaliter: sed finaliter in esse effectiuo. dico non formaliter; quia cęlum est de se quãtum: sed in ratione finis, & efficientis dependet ab intelligentia, sicut motus. Isto modo intelligitur distinctio in via Commentatoris.

Impfectiones hñt forma a materia.

Tu dices Auerro. in primo cœli. 95. ait, ꝙ orbis est materia quę non existit per se in actu ergo indiget forma qua constituatur in actu, & in. 2. cęli. 3. dicit ꝙ forma & formatum sunt vnum numero: & ꝙ cœlum secundum se totum est appetens. In locis autem nobis adductis: sonat oppositum. Vide in toto tractatu de substantia orbis vbi, est ꝙ orbis cum sit materia in actu, est materia per se, & non indiget forma in sui esse. Nam si teneamus materiam cœli esse in potentia, tunc habet intelligentiam dantem esse: sed si teneamus orbem esse ens in actu, tunc cum ex duobus entibus in actu non fiat vnum, 7. methaphysi. 41. & 8. methaphysi. vltimo; ideo non possumus dicere inteligentiam dare sibi esse. Vide in paraphrasi de cęlo tractatu. 4. inquit orbis adumbrat materiã quia subiicitur motui. & accidentibus: orbis quoque adumbrat formam, quia habet existentiam in actu. Et confirmatur ꝙ orbis sit materia in potentia per Auer. si intelligentia aferreretur, auferetur orbis, tunc sic. illud est forma per cuius ablationem, materia aufertur, sed ablata intelligentia, aufertur orbis, ergo est forma orbis. Vnde aliqui videntes hanc varietatem neglexerunt Auerro. sed ad hoc respondetur, & dico ꝙ orbis cęlestis potest comparari ad intelligentiam triplici comparatione. Vno modo effectiue alio modo finaliter, alio modo formaliter: & hoc est dupliciter, aut in genere causę formalis dante esse, aut non. 12. metaphysi. 37. & in com. 5. 3. de anima. Et simplicius. 2. cęli dicit, ꝙ est duplex forma: separabilis: & inseparabilis, & Auerro. in destructionibus. Dico modo sic, ꝙ si comparatur orbis ad intelligentiam dantem esse, sic non dependet ab ea, quia est ens per se: Aristote. 8. metaphysico. vltimo est ens in actu seipso: & ideo orbis seclusa intelligentia ad vmbrat formam; quia habet esse de se: & alibi dicit, ꝙ in sui esse non indiget anima quia est existens per se: & etiam si vellet depēdere nõ potest quia intelligentia est intelectus: & intellectus nullius corporis est actus. vide primo de anima. 2. vbi dicit, ꝙ scientia diuina accipit subiecta ab hoc libro. Et demonstratum est in hoc libro, ꝙ intelligentia est abstracta a corpore. & Auerro. 12. metaphysic. inquit ꝙ cęlum mouetur per formam abstractam ab eo omnino. Videas Aristote. in libro de motibus animalium versus dimidium dicit ꝙ species existentes in anima habent rationem rerum. Nã quũ cogitamus de aliquo terribili causatur in nobis horror, si tu cogitas nunc de re amata. Non ne incorpore fit commotio, & tamen illa est motio spiritualis, ergo multo magis de corporibus cœlestibus: quia per inteligere, intelligentię mouent cęlo. Vnde Deus dixit, & facta sunt. Ex parte ergo intellectionis non indiget

Difficultates.

vt vniatur orbi vt forma, nec ex parte motus: quia intelligentia non mouet D
manu, aut pede: sed per solum intellectum. Orbis igitur, si comparetur ad intelli-
gentiam dantem esse non potest dependere ab intelligentia. Vnde dixit sanctus
Thomas in prima parte suę summæ, q qui dicunt q intelligentia dat esse orbi,
nobilitant materiam: sed imperficiunt intelligentiam: patet ex.2.phy.87.92.
forma non est propter materiam: sed econtra. Alio modo potest comparari or-
bis ad intelligentiam dantem motum isto modo dependet ab intelligentia, 41.
12. metaphy. similiter in genere causę efficientis. Vnde illa causalitas effectiua
Declaratio sententie Auerro, non transit in præteritum sicut de filio in diuinis apud theologos. Ita subiectum
orbis dependet, & dependebit ab intelligentia. Si ergo auferretur intelligen-
tia, in genere causæ finalis, & efficientis auferretur orbis. Isto modo intelligi-
tur Auer. in. 2. capite de substantia orbis, q si auferreretur intelligentia, auferre-
tur orbis. Non tamen dicit, q orbis non habeat existentiam de se per quam for
maliter sit in actu: quoniam orbis est ens eternum: & omne ens ęternum seip-
so est in actu. 8. metha. vltimo. Quando vero dicit, q non est in actu intelligentia
Ad auctoritatem Auer. effectiue, & finaliter: quia si intelligentia non efficeret, tunc orbis non esset. Ad
auctoritatem Auerro. in paraphrasi metaphysico. vbi habetur quod per intelli-
gentiam orbis est id quod, est Dico q auer. ibi vult demonstrare quomodo in-
telligentiæ sunt causę celorum in triplici genere causæ. primo sunt causæ effe- E
ctiue respectu motus & etiam sunt principia eorum inquantũ dant formas suas
quibus sunt id quod sunt. Vnde aduerte q ratio illa est de causalitate intelligẽ-
tię supra essentiam orbis: quod est contra Gregorium qui non vult intelligen-
tium habet causalitatem supra cęlum: Et probat hoc Auerro. ibi quia si intelli-
Essentia qd secundũ. b. Augustinũ. gentia auferreretur, tunc cessaret essentia orbis: quia substantia orbis dependet
effectiue ab intelligentia sicut motus eius. Vnde si intelligentia nõ esset nõ es-
set orbis: quia essentia rei est id quod formaliter res est, vt dicit. b. Augustinus
primo de trinitate. 14. essentia est id quod est, sicut sciẽtia est sapere ista ergo sub
stantia orbis quę ibi male appellatur a translatore hebreo, forma, dependet ab
intelligentia effectiue. Et hoc idem vide in. 2. ca. de substantia orbis, q & si in-
quit cęlum simplex sit: & nullam materiam habet: tamen indiget intelligentia q
est corpus finitum, & omne corpus finitum indiget virtute dante æternitatem,
quia si intellectus separaret intelligentiam a cęlo non remaneret cęlum, sicut
nec motus, quemadmodum etiam sunt formę eorum. In ea linea, declarat quo-
modo intelligentiæ sint formę cæli. & dicit quodãmodo, & declarando hoc di-
cit, q intelligentiæ sunt formę cęli pro quanto id quod intelligunt, intelligunt
de ipsis. Hoc ex ponitur dupliciter. primo intelligentia est forma cęli, pro quan-
to intelligendo Deum ipsum deriuatur motus cęli: qui est perfectio cęli vel F
aliter, quod intelligentia est quodamodo forma: quia cęlum non dicitur habere
animam nisi propter appetitum, & motum: & non dicitur intelligere cęlum nisi
propter intelligentiam quæ mouet: & ideo intelligentia non est forma cęli, cum
neque intellectus possibilis sit forma corporis humani: sed est motor assistens
Duo genera formarum. cęlo. Ad septimum dico, q ratio Auer. bene procedit. Vult, Auer. esse duo ge-
nera formarum. Sunt formę materiales quę requirunt de necessitate non solum
materiam, sed etiam dimensiones disponentes subiectum: quia in ratione subie-
cti concurrit sola materia. Et quia est aliud genus formarum, quod non requirit
materiam, nec dimensiones: ideo dixit, q si intelligentia debet vniri orbi, non re-
quirit dimensiones: quia esset corruptibilis. Nam stat q antecedens sit impossi-
bile, & consequens sit necessarium. 6. physic. 2. Ad octauum respondetur, q cę-
lum est vnum per se, & intelligens per se, & vnum numero sed non per formam
dantem esse: quia secus est de vnitate in eternis, quam in corruptibilibus, ut. 8.
meta. 15. Aristo. alium modũ dicit vnitatis esse in rebus ęternis, q in corruptibi-
libus. Videas. 8. physi. 8. vbi ait q in rebus corruptibilibus, fit vnum ex actu
& potentia. Et licet ista vnitas in sensibilibus sit perfectior, q vnitas aggrega-
tionis corruptibilium: tamen non est perfectior quã vnitas intelligentię, & mo-
toris cũ orbe. Quod ex intelligentia & orbe nõ fiat vnum, sicut ex materia &
forma est quia in orbe nõ est potentia. & ideo hoc ex summa perfectione corp

procedit, & non ex imperfectione. Et in co. quinto. 3. de anima dicit, ꝙ ex intellectu materiali & agente, fit verius vnum, quã ex materia & forma, quia in his non fit tertiũ. Et idem est iuditium de intelligentia, & de anima intellectiua. Sed nos qui summus assueti in corruptibilibus, in quibus vnum per se, fit per formam dantem esse, credimus ꝙ ita sit etiam de rebus separatis. Vnde dicit Arist. primo de partibus ca. vltimo, ꝙ melius est habere cognitionem modicã de rebus eternis, quã magnam de corruptibilibus, & dat exemplũ de puella. Videas Auer. in ca. 1. de sub. orb. vbi ait. ꝙ cęlum non est appetens per partem, nec intelligens per partem, sed est intelligens per se, vnde cęlũ lunę dicitur per se intelligere. Nam cęlum lunæ dicit duo, formam, & materiam. Ita. 2. de anima. t. aliud dicimus corpus ab hoc quod est viuum, istud cęlum lunæ, est intelligens & animatum per vniuersum, & secundum se totum, quia si cęlum lunę dicitur intelligere, dicitur, quia intelligentia lunę dicitur intelligere. Et nota hic, quia hunc dicendi modum habet Plato in alcibiade. & Aristote. non dissentit ab hoc. Vnde tenebat Plato quod anima esset vtens homine. Videas Aristo. 2. de anima. 11. vbi quærit, vtrũ sit anima quæ vtatur corpore, sicut nauta nauis. Sed dicas, vbi fuit absoluta hęc quęstio, non potest apparere, nisi in. 3. vbi demonstrauit, ꝙ intellectus nullius corporis est actus. Et ideo quando dicimus quod hoc intelligit verificatur hoc modo, ꝙ anima assistens homini intelligit, & non concurrit vt instrumentum. Et nota, ꝙ intelligentia differt ab intellectu nostro, quia intelligentia sola intelligit, & orbis non cogit in intellectione. Sed quando intellectus hominis intelligit, intelligit per partem con[illegible], & hoc est cogitatiua. Et hoc est quod dicit Auerro. ꝙ intelligentiam non adiuuari in intelligendo ab orbe, quia intelligeret per partem, & esset similis homini. Et ista est ratio quare dixit. Aristote. 3. de anima. 20. ꝙ. nõ intelligimus post mortem, quia cogitatiua corrumpitur, nec amplius anima denominat hunc hominem. Sed intelligentia lunę non dependet in intellectione ab orbe, quia eius intellectio est per essentiam. & ideo ex intellectu, & phantasmate fit vnum intelligens. Vide themi. 27. &, 28. Ista fuit doctrina aut qua peripatheticorum ꝙ cęlum non intelligit per partem. & Arist. 12. meta. 39. dicit ꝙ deus est animal sempiternum habens optimam vitam, & intellectualem orbis, ergo est intelligens per principium separatum. Et stat, ꝙ forma separata a subiecto secundum essentiam sit principium operandi in aliquo. Vnde Alex. tenuit ꝙ intellectus agẽs sit deus. & exponit aristo. 2. de genera. animalium. cap. 2. 3: ꝙ deforis aduenit. & 3. de anima. 11. dicit ꝙ ista separatio non intelligitur per localem motum, sed separatur quantum ad operationem, quando homo non intelligit. Et ne videatur mirum, videas primo ethico. cap. 9. Duplex est fœlicitas, vna est practica, quam habent politici. est alia fęlicitas quę est supra hominem. & hęc est contemplatiua, quia non competit homini, nisi secundum intellectum. Et inferius in eodem capitulo. Aristo. ponendo differentiam inter has duas fœlicitates, dicit quod ista fœlicitas est secundum separatam partem & est locus contra aliquos. Quia Aristote. vult virtutes morales esse in composito. Aliqui autem vult [illegible] in voluntate. Sed hommo (inquit) est felix per principium separatum. ita [illegible] est ens per formam separatam, & intelligens. Est etiam argumentũ sancti Thomę, & est tale. Tu dicis ꝙ orbis est existens p se, & nõ indiget aĩa dãte [illegible] tunc sic. Omne qđ existit in actu, aut est actus, aut habens actũ. orbis seclusa intelligentia quid est, actus. vide. 9. meta. 10. vbi dicit, ꝙ orbis non potest habere rationem materię. ergo erit habens actum. ergo erit compositus ex materia & forma. [illegible] oppositum ipse tenet ꝙ orbis sine intelligentia sit simplex. Respondeo. vide Auerro. in paraphrasi. primo de cœlo, summa. 6. vbi ait quod [illegible] habet vmbram materię, & vmbram formę. Habet vmbra materiæ, quia est in potentia ad vbi. Habet similitudinem formę, quia habet existentiam in actu. Tunc dico ad argumenta inquam propositio est insufficiens, ꝙ [illegible] est actus, aut habens actum, sed oportet addere, quod aut habet similitudinem actus, vt sic orbis habet similitudinẽ actus. Vltimo fit aliud argumentũ, & est tale, Data ista positione, probatur ꝙ orbis erit cõpositus seclusa intelligẽ

Dicendi modus Platonis.

Duplex fœlicitas.

Argumentũ sancti Thomę.

Responsio.

tia. Quia certum est ꝙ orbis conuenit in communi nomine materię, & differt a D
a prima materia, ergo est compositus ex genere, & differentia: & omne tale est compositum ex materia, & forma. 2. cęli. 49. Et hoc argumentum est etiam contra diuum Thomam, tenentem materiam cęli esse alterius rationis a materia prima. Huic respondet Herueus, quęstione. 3. de materia cęli solu 3. ad argumentum principale; ꝙ illæ materię distinguuntur per se ipsas. Dices, Aristo. 7. met. 49. Omnis distinctio est a forma. Dico, ꝙ ista propositio non est vera semper, sed est vera in distinctione compositorũ, & in distinctione specifica: sed in simplicibus non est vera, vt dicit Alex. primo naturalium quęstionũ. Materia prima est distincta a forma, non tamen per formam. Ens est distinctum a non ente, non tamen per differentiam, ideo non valet. Dicamus ergo ꝙ propositio vera est in compositis, & non in simplicibus, vnde (vt dicit simplicius in solutione huius argumenti) duplex est distinctio, vna est per formam, & alia est secundum magis & minus: in analogicis est distinctio secundum prius, & posterius. Ita materia per prius dicitur de materia cęli, quam de materia prima. Hoc dixit Auerro. in. 1. cap. de substantia orbis ꝙ orbis habet primum gradum materię. Et in cap. ultimo de substantia orbis & sic cessat dubium. Et hęc sufficiant pro hac quęstione, hęc omnia de mente Zimarę, in lectura super. 2. de cœlo, quam fecit Paduę. vbi difuse hanc questionem examinauit a qua ferę hęc B
omnia acepta sunt, quę pro hac questione scripsimus.

MARCI ANTONII

ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Primo de Cœlo.

Primo cœli in prohęm.

CONtradictio est super prohęmio libri de cęlo. Dicit Commen. in prohęmio libri primi de cœlo, ꝙ Aristo. ꝑosuit in prīcipio defi nitionem corporis naturalis, eo ꝙ ipsum solum est completum inter alia corpora, ex quo videtur ꝙ vltra corpus naturale sint plura corpora, cum loquatur in numero plurali. hoc autem falsum est, & contra Aristo. quia omne corpus aut est physicum, aut mathematicum. Vnde ipsemet contradicit sibi ipsi in. 3. meta. in cōm. 17. vbi dicit expresse ꝙ nullum corpus est nisi mathematicum, aut sensibile. Et ista est sententia Alexan. in. 4. meteo, & omnium Peripateticorum. Soluitur. & forte iste locus deduxit Albertum in principio lib. phy. ad ponendum tertium corpus, s. metaphysicum, sed in rei veritate nulla nos cogit necessitas, quidquid sit de opinione Alberti, de qua alias habui alibi. prolixum sermonē. Dico ꝙ forte litera est corrupta, quod potest elici ex iis, quę habentur in Paraphrasi Aue. in consimili proœmio, vbi dicit ꝙ corpus naturale definit Philosophus, & ostēdit ipsum esse perfectius aliis magnitudinibus. Et ista est veritas. Nam Arist. in principio libri de cęlo ostendit ꝙ nulla magnitudo est perfecta nisi corpus. Et ideo fuit vitium translatoris, quia, vbi scripsit, inter alia corpora, debuit dicere, inter alias magnitudines. & hāc credo, esse verā sn̄iam, & asserto locum illum debet emendari. Siquis autem vellet proteruiendo saluare literā, cū sic cōmuniter inueniatur, dicas ꝙ hoc refertur ad corpora mathematica, quę ideo dicuntur diminuta, quia non consyderantur, nisi inquantū sunt dimensiones pręcise: sed corpora naturalia considerantur, vt sunt coniuncta cū cibus accidentibus cæterorum prædicamentorū. & ista est sententia Auer. in. 3 cœli in cō. 6. vbi ponit differentiam inter corpus naturale, & corpus mathematicum penes diminutionem, & complementum.

Vt patet primo cœli te. cōmen. 69. Solutio.

Primo cœli tex. 2.

Secunda contradi. est in tex. 2. Dicit Philosophus lineam esse magnitudinē ad vnum diuisibilem, superficiem vero ad duo, corpus vero ad tria. Sed huius oppositum inuenitur in. 1. de anima authoritate Platonis, asserentis primam lōgitudinem esse compositam ex prima dualitate, & latitudinem esse compositam ex prima trinitate, & profundum esse compsitum ex prima quaternitate: & quia semper est diuisibile in ea, ex quibus compositum est, sequitur lineam, cū sit composita ex duobus, in duo esse diuisibilem: & ita de plano & profundo suo modo. Nisi esset ꝙ veritas est, lineam solum scdm dimensionem vnam recipere dimēsionē, & sūpficiē scdm duas, vt corpus scdm tres, & ꝑ cōsequēs scdm oēm, quā nō datur in continua quātitate quarta dimensio. sed dictū Platonis procedebat scdm imaginationem Pythagoricorū asserentiū numerus esse principia oīum. & sic quantitas continua cum habeat reduci in numerū, linea reducebatur in binarium, tanquam in principiū, quia constat ex duobus pūctis: superficies vero in primum terminum, & corpus in primū quaternarium. & ita scdm varias imaginationes procedunt dicta ista, quę apparent longe diuersa.

Solutio.

Tertia contradi. est super cō. 2. Cōm. habet ꝙ Aristo. consueuit post rationes certas adducere famosas, Oppositū huius inuenimus, 3. meta. cō. 1. Soluitur. Primo cœli com men. 2.

Solutio. vtrunque est verum in diuersis casibus. Pro quo debes scire q sermones probabiles dupliciter possunt vsitari, vel ad exercitandũ intellectum, vel ad confirmandũ. Quando aũt vsitantur propter primã intentionẽ, debent premitti sermones dialectici demonstratiuis. Ex hoc adiuuat opinionem Ioan. grammatici, volẽtis librum topicorum via doctrinę precedere librum posteriorum analyticorum, sicut præexercitamentum intellectus, ad hoc q intellectus facilius assuescat demonstratiuis propositionibus, & necessarijs. Quando aũt dialectici sermones inducuntur ad confirmandum, tunc debent sequi sermones demonstrationes. Istã solõnem nos docuit Auer. primo cęli, com, 5, & tu vide ibi.

Vtrum cœlũ sit per se sensibile?

Auer. primo cęli, 5, ait, incepit loqui de suis simplicibus: & primo de mobiliori eorum: & est corpus quod mouetur circulariter: & incepit proponere ea, ex quibus apparet natura istius corporis. Esse, n, eius sensibile est per se. Ex quibus verbis patet cęlum esse per se sensibile. Oppositũ huius videtur dicere 2, cęli. 41. vbi ait, hoc enim corpus non est sensibile: sed ratione comprehenditur, ex comprehensione stellarum. Ad hoc respondetur, & dicitur, q sensibile multipliciter sumitur. Capitur, n, aliquando pro naturali, & sic sumitur ab Auer. in prologo de physico auditu, vbi ait Auer. quia subiectum istius artis non sunt, nisi res sensibiles. Et hoc modo clarum est, q cęlum, est sensibile: nam naturale est, secundum q natura dicitur de corpore cęlesti: & de alijs corporibus simplicibus. s. cili. & leuibus: & erit hoc equiuocę (vt dicit Auerro. 1. cęli. 5. & 2. phy. 3.) vbi dicit, & iam diximus, q ista diffinitio non dicitur vniuocę neque etiam equiuocę: sed secundum prius, & posterius. Aliquando sumitur sensibile, pro sensibili sensu quolibet & sic sumitur plerumque in libro de anima. Et hoc modo capiendo sensibile, dico q intentio Auerro. est q cęlum, nullo sensu sentitur, nisi sensu visus. & loquendo de cęlo, vt est sensibile per visum, proprie loquendo stellę sunt per se sensibiles sensu visus: & non esse totius cęli. Et quando Auerro. dicit in primo cęli. 5. q cęlum est per se sensibile, nõ alio modo debet intelligi, nisi q ideo est: quia suę partes quę stelle sunt, sunt per se sensibiles: & per se visus ad stellas terminatur. Et q hoc sit verum, patet per ipsum Auer. 3. phy. 48. vbi ait, corpus enim cęleste, est sensibile visu. s. partes eius luminosę: & est non tangibile omnino. Hæc ibi. Sed esse totius cęli non est sensibile sed ratione comprehenditur. Nam cum stellæ sunt partes cęli: & q mouentur motu circulari videmus: cum non possunt per se moueri secundum Aristot. eiusque commentatorẽ (vt patet. 2. cęli a tex. 41, vsque ad 52. Nã si per se mouerentur, motu recto mouerentur (vt dicit Auer. 43. de cęlo) Et sic ratio demonstrat, q sunt in corpore, quod circulariter mouetur, quod non est graue, neq; leue. Et hoc modo loquitur Auer. 2. cęli. 41. dum ait, q cęlum non est sensibile, sed ratione comprehenditur, ex stellarum comprehensione. Et ista est resoluta intentio eius. Vnde. 2. cęli, 43. super illis verbis, quoniam autem videntur, & astra transita, & totum celum. Auer. ait. & debes intelligere per hoc, videntur in stellis per sensum, & in cęlo per existimationem &c. Et sic remouetur contradictio.

Sensibile multipliciter dicitur.

Primo cœli cõmen, 5.

Quarta contradi. est in digressione ardua de naturalitate motus cęli in cõ. 5. Auer. videtur sibi contradicere, nam ibi videtur dicere in secunda solõne q motus cęli est naturalis ex parte formę, quæ est intelligentia abstracta. vnde concedit q scdm illũ modum dicendi natura dicitur eodem modo de forma corporis cęlestis, sicut dicitur de formis aliorum elementorum, igitur sequitur q eodem modo est naturalis motus cęli, sicut motus elementorum. Sed huius oppositum ipse habet expresse in com. 3. super. 2. cęli, vbi habet q motus cęli non est naturalis, sicut motus elementorum. Amplius aũt impossibile est aliquod predicatũ eodem modo competere formę corporis generabilis, & formę corporis ęterni, sicut ipse dicit in lib. de substãtia orbis, & est propositio Philosophi in. 10. met. in tex. .o. vltimi. Amplius autem contradicit sibi in alio. quia in. 8. phy 73. dicit motum cęli esse naturalem ex parte animę, & ex parte corporis, hic autem sub distinctione loquitur, Nisi esset q verum est fundamentum Peripateticorũ q corruptibili, & ęterno nihil est cõe vniuocum, & ideo in hac scda solõne, in

Solutio.

A quæ tenet cęli motum posse dici naturalem ex parte formę, ꝙ natura dicatur si de aliis formis corporum simplicium, ly sicut non dicit similitudinem vniuocam, sed proportionis tantum. nam, sicut formę aliorum corporũ simpliciũ requirunt propriam materiam, sic & intelligentia, vt mouere habet, requirit aliquod nec graue, neque leue, si enim in generabilibus materię sunt propter formas multo magis est hoc in cęlestibus, cum non fuit intellectus Auer. dicere motum cęli esse naturalem a forma, quia sit forma illa natura, imo est supra naturam, sicut est supra animam. Arist. autem dicit in. 1. de partibus animaliũ cap. 1 ꝙ non omnis anima est natura, propter intellectiuam, & ipsam intelligentiam, quæ dicitur aĩa cęli, sed assimilatur formę naturali, vt ipse declarat. 2. cę. cõ. 3. inquantum dat sibi motum, & assimilatur formę abstractę inquantum ducitur per diuisionem eius: vnde intelligentia, non in se consyderata, sed vt regit orbem, i. vt est orbi applicata, quodãmodo est a natura, quia sic aĩa cęli dici potest. cęlum enim est animatum, vt dicit Philosophus in. 2 cęli tex. cõ. 6. quia aũt respicit corpus. Vnde Arist. laudat Antiquos anima asserentes animam non esse corpus, nec sine corpore esse, vt patet in. tex. com. 26. vnde intelligentia illo modo, vt est motor, necessario requirit mobile, & sic quodammodo assimilatur formæ naturali. sicut. n. determinata forma naturalis reqrit determinatam materiã, sic intelligentia, vt motrix, requirit determinatum mobile, qđ vi B delicet est tale, ꝙ non sit graue, neque leue, sic ista naturalitas est per viã similitudinis & proportionis. inquantum vero talis forma nõ est dans esse formaliter i. ... nec cõstituta in esse per orbẽ, sic assimilat̃ formę abstractę: l3 in sua prima ratione sit vere ens abstractum, & non assimiletur enti abstracto, cũ sit vere il... & hoc non intellexerunt qui fingunt intelligentiam esse formã cęlo inhęrẽ per informationem. Dic igitur resolute cęli motum esse naturalem ex parte ...is, qui est vere natura, & est natura, quę est materia in actu. vnde natura ana... dicitur de corpore cęlesti, & de aliis, vt patet in. 2. phy. cõ. 3. & sic est na...lis, sed non sicut motus elementorum. quia elementia sunt corpora cõposita ex materia & forma secus, est de orbe. & hoc dicit Cõ. ibi in cõmẽ. 3. secũdi cę... iam non est naturalis, sicut motus elementorum. quia cęli motus naturalis, ... habet, non est alios a voluntario, sed est ens, & idem diuersimode consyde..., 2. cæli, cõ. 3. quia est motus desyderii, & cognitionis. 12. meta. 36. sed est naturalis anallogicę, non vniuocę. Etiã est naturalis ex parte formę. vt est con... sibi. vnde sic assimilatur formę naturali, inquantum dat sibi motum, vt d. Commen. & inquãtũ est in eo, quia sic est appropriata ei. quia quilibet motor ... habere: propriũ mobile, ista aũt naturalitas est per viã similitudinis, & C proportionis. Et sic saluatur dictum eius in. 8. phy. in. cõ. 27. vbi dicit motũ cęli ... naturalẽ simpliciter. i. omnibus modis, videlicet tam ex parte animę, ꝙ ex ... corporis, sed hoc debet intelligi, sicut diximus.

...nia contradi. est super tex. 14 Nam Arist. ibi videtur concedere ꝙ possi... ... ꝙ, si motus circularis alicui elementorum, vel corporum simpliciũ inest praeter naturam, oportet ꝙ alteri insit scđm naturã. Hoc aũt repugnat dictis eius ...us in te. cõ. 10. vbi Cõmen. in solutione dubitationis expresse reserauit ꝙ ... sermone Aristo. ibi apparet ꝙ iste motus corporibus motis motu recto non ...uralis, neq; extra naturã. nã, si fuerit extra naturã, vni duo erãt cõtraria, ... scđm naturã, tunc vni simplici inerunt duo motus scđm naturã, quod est impossibile. Nisi esset ꝙ, vt habet Cõmẽ. in cõ. forte ista demõstratio facta in. 14. ... ad hominem, vt dixit Aui. Aut aliter scđm mentẽ Auer. ꝙ accidentale, vt ... Arabica, loco eius quod litera nostra habet pręter naturã, duobus modis ...; vno modo, vt est oppositũ naturali, & sic motus circularis nulli corpori ... naturam, vel accidẽtaliter inest, quia tũc duo motus essent cõtrarij vni ... naturali: quod est absurdum, ꝙ duo eodẽ modo opposita opponantur vni ... modo eodem, vt declarat Cõmẽ. in. 8. phy. cõ. 62. maxime quia motus ..., de quo est sermo, est motus simplex, vt assumit ibi Aristo. ibi in tex. ... necesse. n. quia qui circulo est simplex, &c. Sed in. 14. sumũt pter na..., vel accidentale, prout est oppositum essentiali; vt idem sit alicui pręter

Primo cęli tex. 14.

Solutio.

naturam inesse, quod est non secundum naturā inesse. Et sic non incōuenit quod motus circularis simplex, licet preter naturam positiue non insit, præter naturam, idest non secundū naturam alicui elemento cōpetat, quia elemēto, in quantum corpus, nō repugnat sibi moueri circulariter, & tunc secundū naturā speciale inhęreret, nō secundū naturā. Et hoc videtur dicere Cōme. si bene aduertis in cō. 14. & in paraphrasi in sūma. 4. super primo cœli idem aperte dicit, motus n. circularis iuxta naturę ordinē nō nisi sphęrico corpori inesse potuit, accidētaliter tamen secūdū rerū euentū nil prohibet hūc corpori nō sphęrico, vt igni, aut aeri cōpetere. & primo cœli cō. 14. dicit scdm propriam sententiā, ꝙ Arist. ibi per accidētale intellexit vniuersalius prędicto, videlicet oppositū essentiali nō naturali. vnde in calce cōmen. inquit, quapropter nō est vniuersaliter verū, ꝙ oīs motus naturalis sit accidētalis alteri corpori, & cōuersum est verū, nisi intelligāt ex accidētale oppositū essentiali Vbi animaduertat diligēs doctor ꝙ littera trāslationis Arabicę habet cōuersam ꝓpositionis, quę est in vero tex. & fuit in causa vt Auer. & Arabes dubitarent.

Primo cœli tex. 17. Sexta contradi. est in tex. 17. Arist. n. dicit ꝙ cœlū non est graue, neq; leue. Sed opponebam per tex. cō. 55. tertij de cœlo, vbi Arist. scribit ꝙ nullā inclinationē habens corpus immobile & mathematicū erit: sit igitur cœlum nullā habet inclinationē, quia neq; grauitatem, quę inclinat deorsum, neq; leuitatē quæ inclinat sursum: sequitur ꝙ si immobile, & mathematicū. **Solutio.** Soluitur, ꝙ est differentia. qnia ly nō graue & leue in corpore mathematico simplicē & purā negationē significat, sed in cœlo dicit affirmationem. circūloquitur enim naturā positiuam, quę mouetur motu circulari. Sic limitat Cōme. 3. cœli cō. 55. Vide pro hoc de cœlo primo cœli cōmen. 17. & in paraphrasi primi de cœlo in summa. 5.

Primo cœli tex. 21. Septima contradi. est in tex. 21. Scribitur ꝙ omnis augmentatio fit mediante alteratione. Sed huius oppositū scribitur ab Arist. in prędicamentis, vbi habetur ꝙ quadratū circūposito gnomone creuit, nihil tamē alteratum est. **Solutio.** Soluitur. Arist. dictū intelligitur de augmentatione naturali, quę fit in naturalibus corporibus. vnde tex. dicit. scdm passionē autē quęcūq; transmutantur naturalium corporū habentia videmus omnia & augmentationem, & diminutionem, vt & animalium corpora, & partes ipsorum, & planetarum, similiter autem & elementorum. sed in prædicamentis loquitur de augmento, quod fit in corporibus mathematicis secundū imaginationē. Non autē in omni loco consyderatio naturalis & mathematica ducunt ad idem, immo ducunt ad diuersa plerumq;, vt bene scribit Cōmen. in. 2. phy. cōme. 18. licet vterq; verū dicat. Animaduertat autem diligens lector in hoc loco Aristo. largius fuisse locutum de motu augmenti, quam fecerit in primo de generatione & corrup. & in. 2. de anima, sicut bene notauit Alexan. & Simplicius in pręsenti tex.

Vtrū in materia sit aliqua actio. Auer. 1. cœli. 20. ait, & si non esset generatio, & corruptio, non staret operatio istius virtutis. s. potentiæ. Operatio. n. istius potentiæ quę est ex ea, similis ei quę est abscisio ex acumine gladij: est generatio, & corruptio. Si ergo ista potentia, esset sine generatione, & corruptione: contingeret, vt aliquod ens esset sine actione, per quam fuit ens, quod est impossibile. Ex quibus clare habetur, in materia actionem reperiri. Huius oppositum ab ipso Auer. habetur, in libro destructionum disp. 6. fol. 6. dubij, vbi ait. Vnde patet, ꝙ philosophi sumpserunt signum subiecti ex passionibus: sicut signum formæ reperierunt ex actionibus. Impossibile. n. est ꝙ actio, & passio ab vna, & eadem natura procedant. Quare diffinitiue posuerunt, ꝙ omnia corpora ex duabus naturis. ex agente, & patiente. s. ex materia, & forma, cōponuntur. Natura pater. n. agens, forma. & quiditas, & substantia: & patiens subiectum, elementum, & materia. Ex his patet, ꝙ in prima materia, nulla prorsus est actio. Adhoc

Actio in aliquo dupliciter. respondetur, ꝙ in aliquo actionem reperiri contingit: vno modo. vt subiecti, alio modo, vt agentis, & operantis. Hac posita distinctione, dico, ꝙ in materia bene est actio vt subiecti: non autem, vt agentis, & operantis. Generatio enim & corruptio sunt operationes agentis generantis, & corrumpentis. Materiæ autem non est verum, nisi vt subiecti; quemadmodum dicimus, ꝙ motus est

actus mobilis vt subiecti: tamen dicitur ꝙ est actio, & operatio, motoris. Et transmutatio substantialis est actus subiecti transmutabilis: tamen est actio, seu operatio ipsius transmutantis, vt diffuse in 3. de physico auditu habetur. Et sic mouetur dubium.

Transmutati substantialis.

Octaua contradi. est in cō. 47. Videtur. n. concedere corpus infinitū ex vna parte tantū. Sed oppositum habet. 3. phy. cō. 43. Respondetur, ꝙ nō potest imaginari corpus infinitū scdm vnam dimensionē tantum, & non scdm aliam sine implicatione contradictionis. quia, vt dicit Philosophus, & Cōmen. 3. phy, tex. cō. 4?. corpus est illud, quod habet dimensionē in omnibus partibus: infinitum autē est illud, quod habet dimensiones infinitas: ideo sequitur vt corpus infinitum sit infinitura in omnibus partibus. Et hoc est rationabile, vt dicit ibi Cōm. quando aliquid fuerit cōpositum ex duobus, necesse est vt definitio illius cōpositi composita sit ex definitionibus illorū duorum. Et ideo multi casus calculatorū, immo intricatorū implicant contradictionē, imaginādo corpus infinitum ex vna parte tantū & non ex alia. patet enim ꝙ non esset corpus infinitum, vt deduximus. & ista etiā est ratio Philosophi, ibi in litera. Quod autē adducit in oppositum dictū eius primo cœli cōmē. 47. dicitur ꝙ ipse nō expressit dari corpus infinitū ex vna parte tantū, & nō ex alia, sed ibi imaginātur ꝙ a corpore infinito extrahatur aliqua grauitas finita. & Cōm. dicit ꝙ illud est possibile in quolibet infinito, videlicet ꝙ ex eo possit extrahi aliqua pars infinita, siue illud sit infinitum in vna parte, siue in omnibus ecce quod nō loquitur de corpore infinito, sed de infinito absolute. Si etiam de corpore loqueretur, patet ꝙ sub conditione loquitur, & non asseuerat dari corpus infinitum in vna parte tantum, sicut sibi contradicens opponebat.

Primo cœli cōmen. 47. Solutio.

Nona contradi. est in cō. 54. Corpora simplicia sunt tantū tria. Oppositū dixit primo cœli cō. 20. Vbi habet ꝙ sunt quatuor. Soluitur. sunt tria sic sumēdo, leue & graue, & neutrū, videlicet ꝙ nō est graue neq; leue, sicut est cœlū: sūt autē quatuor, diuidēdo graue in graue simpliciter, & illud est terra: & in graue in respectu, & illud est aqua. similiter leue diuiditur in leue simpliciter, & illud est ignis: & in leue in respectu, & illud est aer. Et sic secluso neutro corpore, subdiuisis illis duobus primis mēbris prioris diuisionis, eo modo, quo diximus corpora simplicia quatuor sunt. si vero istis diuisionibus superaddatur corpus neutrū, tunc corpora simplicia sunt quinq;. Et ideo non inconuenit secundū diuersas considerationes simplicia corpora, & tria esse, & quatuor, & etiam quinq;. vnde & cœlum quintum corpus plerunq; dici consueuit.

Primo cœli cōmen. 54. Solutio.

Decima contradi. est in tex: 62. Volens Arist. ꝓbare ꝙ nō datur corpus simplex rectū infinitū pręsupponit ꝙ omnis motus est aut scdm naturā, aut violentus: & infra cō. 76. volens probare nō esse plures motus, inter alias suppositiones, quas assumit, ista est vna, ꝙ oīa corpora manent, & mouentur scdm naturā, aut violentia. modo dicā vtrasq; dem̄rationes esse ab insufficienti partiū numeratione, pręter motū neutrū, quē ponit Cōm. in igne in sua ꝓpria sphęra. Soluūt aliqui ꝙ est ad hominē illa suppositio. Sed nisi aliud dicatur, hoc nō soluit cōtradictionem, quia vbiq; locorū Philosophus vtitur tali diuisione etiā ex propria intentione. Ideo aliter soluitur ꝙ Arist. nominās extrema dedit intelligere mediū. Vnde animaduertendū est ꝙ motus neuter quodāmodo est violentus, & quodāmodo est naturalis, vt est motus circularis ignis in sua sphęra. nam pro quāto nō est a principio intrinseco, assimilatur violento: pro quāto vero ęterno tēpore durat, sic recedit a violento: quia nullū violentum perpetuū esse ꝓ ꝯ est. 2 cœli tex. cō. 18. & sic assimilatur naturali. Et etiā si bene animaduertis, suppositiones ille sunt in motibus simplicibus, qui competunt corporibus simplicibus, q[ue] mouentur motu recto, vt dicit Alexāder, Simplicius, & Cōmen. in illis locis primi de cœlo. motus autem circularis ignis in sphęra sua neq; est vere circularis, neque est vere simplex, immo est compositus ex recto & circulari, vt dicit Commentator primo de cœlo cōmen. 10. & 14.

Primo cœli tex. 62. Solutio.

Aristo. 1. cœli. 86. ait. Oportet igitur spem differre ex quo & in quod. Ex quibus patet, ꝙ termini motus spe differre debent. Oppositum huius videtur

Vtrũ termini motus sẽper speciẽ differre habent.

tur, in.5.de phy.auditu.19. vbi hẽtur. Quę autẽ in eadẽ ſpẽ mutatio in magis & minus alteratio eſt. Ex qbus apparet: ꝙ aliqñ termini motus ſpẽ nõ differũt. Nã ſi in eadẽ ſpẽ motus fit, termini motus eiuſdẽ ſpẽi ſunt. Vt qñ fit mutatio ab albo in minus albũ. Ad hoc rñdetur, & pro rñſione aſſumo verba Auer.5.phy.c. vbi ait. Quod in trãſmutatione quę fit de viridi in albũ viride eſt q̃ſi nigrũ. Viride.n.nõ trãſmutatẽ in albũ.niſi ſcdm ꝙ eſt in eo de nigro: nõ ſcdm ꝙ eſt in eo de albo. Et ẽt qñ tranſmutatẽ viride in nigrũ, trãſmutatur ſcdm ꝙ eſt in eo de albo. Et ſimiliter qñ albũ tranſmutatẽ in viride, trãſmutatur in nigrũ, qd eſt in viridi. Et qñ nigrũ trãſmutatur in viride, trãſmutatur in albũ qđ eſt in eo. Et hoc eſt cõformiter dictũ Ariſto. ſententię in pluribus locis. Quod motus fit de cõtrario in contrariũ; & termini motus ſemp ſpẽ differũt.1.cœli.86. Nã ſi fit motus ex vno extremo ad aliud ſimpliciter, vt ab albedine ĩ nigredinẽ ſimpliciter, clarũ eſt ꝙ fit iſte motus inter terminos ſpẽ differẽtes. Si fit ẽt motus ab albo in viride quod mediũ, fit ẽt iſte motus inter cõtraria ſpẽ differẽtia: quia vt patet per Auer. fit ab albo in nigrũ quod in viridi cõtinetur. Eadẽ rõ eſt, ſi motus ẽt fiat, ab albo in minus albũ, fit.n.ex cõtrario in cõtrariũ: quia minus nõ fit, niſi ex mixtiõe cõtrarij, in habẽtibus cõtraria. vt dicit Auer.5.phy.19, & 43. Fit ẽt ex albo in aliquod nigrũ. Verba ſunt ipſius Auer, 19. eiuſdẽ.5. vbi ait, Cũ igitur trãſmutatio fuerit de magis in maius, dicetur trãſmutari ad contrariũ, qñ vẽ in minus, niſi ex mixtione cõtrarij. Verbi gratia, qñ id quod eſt magis albũ, quod trãſmutatur ad minus albũ dicitur trãmutari ad aliquod nigrũ, & qñ ecõuerſo, dicitur trãſmutari ad aliquod albũ. Et hinc patet. quã grauiter errent dicentes, ꝙ trãſmutatio quę eſt in eadẽ ſpẽ eſt de cõtrario in cõtrariũ aliquo modo. Quia trãſmutatio quę eſt in eadẽ ſpecie eſt de magis ad minus uel ecõuerſo, ꝓpter cõtrarietatẽ quę eſt inter magis & minus. Et ideo quũ in eadẽ ſpecie fit trãſmutatio de magis ad minus dicetur trãſmutatio ad contrariũ aliquo modo. Nõ ꝙ in eadẽ ſpẽ illud quod fit minus, fiat minus ex amixtiõe cõtrarij. Vt verbi gratia, illud quod eſt magis albũ, quũ trãſmutatur: diciẽ trãſmutari ad aliquod albũ & nõ ad nigrũ. Similiter ſi trãſmutatur de minus albo ad magis albũ, dicitur trãſmutari de aliquo albo, & nõ de aliquo nigro, in aliquod albũ. Et magis & minus in eadẽ ſpẽ non contrariãtur, quia habẽt admixtionẽ alterius cõtrarij, ſicut in ſpetie albi, ꝙ dicitur aliquod magis vel minus albũ ꝓpter maiorẽ vel minorẽ admixtionẽ nigredinis; ſed ſolũ, quia talis forma hẽt latitudinẽ, quantũ ad eſſe magis, & minus perfectũ, quę faciũt diuerſos gradus in eadẽ forma. Iſta poſitio erronea. expreſſe.n. eſt cõtra Ariſto. & Auer. doctrinã.5.phy.19.43.&.3. cœli.37. vbi habetur. Quod minus fit ex mixtione contrarij: In cõtraria habẽtibus. & ſi in cõtraria habentibus dubiũ ſit an ſit vniuerſaliter verũ. Cuius tñ cõſideratio nõ eſt prę ſentis ſpeculationis. Contra iſtã poſitionẽ dubiũ non eſt quia loquimur in qualitatibus ſecundis. Et quod peius eſt, ꝙ forſan ipſi crediderũt ſe de intentione Auer. loquutos. Sed ſi hoc credũt, puto alterũ duorum dicendũ, vel ꝙ ipſi habuerũt literã Auer, penitus deprauatam. & inepti ad correptionẽ fuerint, vel ꝙ ſenſu viſus caruerint. Tñ de iſtis cura nõ ſit, in pluribus.n. Auer. mentẽ ſe nõ habuiſſe oſtendũt. Relinquitur ergo, ꝙ per Auer. hẽmus, ꝙ ſi mutatio fiat, ab albo ad viride, ſiue ad minus albũ. ſemp fit mutatio ad aliquod nigrũ modo nunc declarãdo. Et per conſequens ad diſtinctũ ſpẽ. a termino a quo. Et termini motus ſpẽ diſtincti erunt. Vnde inter quęcunq; iſtorũ trãſmutatio fiat, nõ eſt differẽtia in hoc: ꝙ ſemp de cõtrario in cõtrariũ fiat & ſpẽ differãt, ſpatebit. Vñ notandũ eſt ꝙ vt dicit Auer.5.phy.19. Mutatio ſemp eſt inter cõtraria, ſed diuerſimode. Quia in trãſmutatiõe ſimpliciter, cõtraria ſunt ſimpliciter. Et in trãſmutatione quodãmodo, cõtraria ſunt quodãmodo. Et pro declaratione, ſumo, ꝙ cõtraria ſunt realiter in medio in eſſe refracto. vt eſt ſententia Auer.5.phy.52.1.phy.56.& alibi. Hoc ſtãte dico, ꝙ contrarietas, eſt, duplex ſcdm ꝙ ipſa extrema cõtraria dupliciter inueniunẽ. ſ. in ſua ꝑfectione, & in eſſe refracto. Cõtrarietas ſimpliciter inuenitur. inter extrema exiſtẽtia in ſua vltima ꝑfectione. Cõtrarietas quodãmodo inuenitur, inter ipſa quũ nõ exiſtunt in ſua vltima perfectione, ſed in eſſe refracto, Et iſta cõtrarietas inuenitur, inter extremũ et me

Minus fit ex commixtione contrarij in habẽtibus cõtraria.

Tranſmutatio ſimpliciẽ trãſmutatio quodãmodo Cõtrarietas eſt duplex.

dum. Vt inter albũ & viride, quia in viridi est, albũ remissũ ꝓpter albedinis commixtionẽ, Et certũ est, ꝙ inter album extremũ, & albũ in viridi, nõ est cõtrarietas, Et ꝙ sit verũ Auer. dicit. 5. phy. 52. ꝙ ab albo ad viride fit motus, ꝓpter nigrũ, & nõ ꝓpter albũ. Relinquit ergo ꝙ sit cõtrarietas, inter albũ, & illud nigrũ in viridi existens, & illud est remissũ, & nõ in sua vltima perfectione, sicut albũ extremũ. Sequitur igitur, ꝙ cõtrarietas nõ sit simpliciter, cũ illud nigrum sit, al quo modo reductũ ad cõpossibilitatẽ cũ albo. Restat ergo ꝙ inter contraria simpliciter trãsmutatio sit simpliciter, Quia in tali mutatione extremũ in sua vltima perfectione acquiritur. vt quũ motus fit ab albedine in nigredinẽ. Inter extremũ & mediũ quę sunt cõtraria quoquomodo, vt dictũ est fit mutatio quoquomodo. Quia in tali mutatione extremũ in sua vltima perfectione nõ acquiritur, sed quodãmodo. vt quũ fit motus ab albedine in viredinẽ, acquiritur nigredo sub esse tali refacto, & nõ simpliciter. Quia in tali motu ab albo in nigrũ tale in viridi existens, fit motus. vt dicebat Auer. Et totum hoc habetur ex verbis Auer. 52. 5. phy. dum ait. Et dixit tanꝗ̃ ad cõtraria quodãmodo, quia mediũ est contrariũ vtriq; extremorũ, nõ simpliciter sicut alterũ extremũ est contrariũ reliquo. Sed mediũ est contrariũ vtriq; per illud quod est in eo de reliquo extremo & cõtrarietas eius differt a cõtrarietate extremi in hoc, q̃m contrariũ eo. s. vnũ extremũ nõ est in sua vltima pfectione sicut est in ipso extremo. hęc. Cõtrarietas etiam quodãmodo inuenitur, inter albũ & minus albũ, quod ab Auer. nõ vocatur mediũ secundũ formã, q̃m & si minus albũ, nigrũ in tãta quantitate & proportione in se nõ habeat, ꝙ possit cõstituere mediũ colorẽ determinatũ, vt viride &c. tñ nigrũ in se hẽt, quod respectu albi in sua vltima perfectione existentis, minus tale ipsũ facit. Et inter albũ extremũ, & tale nigrũ cõtrarietas est, licet nõ tãta sicut est inter albũ & illud nigrũ quod in viridi cõtinetur, quia istud nõ est tã refractũ sicut illud. Et ꝙ totũ hoc sit verũ patet per Auer. 5. phy. 19. vbi ait. Quod minus fit ex mixtione cõtrarij, Et quũ trãsmutatur magis albũ, ad minus, trãsmutatio fit ad aliquod nigrũ. Relinquitur ergo ꝙ motus fiat ab albedine in nigredinẽ, vel in viridinẽ, vel in minus albũ semper motus de cõtrario in contrariũ, quia ad nigrum, verũ nõ ad contrariũ semper vniformiter, sed diuersimode, secundũ ꝙ ipsum diuersatur, respectu suę vltimę perfectionis. Et etiã semper motus fit ad terminum ad quem specie distinctum: quia ad nigredinẽ modo dicto, quę spẽ differt ab albedine. Tamen est dubium. Si vtrũq; medium in se hẽt nigredinem, respectu extremi albi, ad quam semper est motus, & sic termini motus differũt spetie. & hęc est de mẽte Auer. quomodo dictũ fuit in precedenti cõcordantia, ꝙ talia media de mente Auer. specie ab extremis nõ differunt? Ad hoc faciliter rñdetur. Et dico ꝙ dictũ est, ꝙ mediũ absolute loquendo, nõ differt spetie quia non dicit speciem simpliciter distinctã. Sed bene fuit concessum, ꝙ merito contrarii realiter contenti in eo refracto, differt spẽ ab extremis. Vnde diximus, ꝙ quoquomodo spẽ differt, & quoquo modo non. Etiã dubitatur si tam minus album, quod non est medium secundum formam quam viride quod est medium secundum formam, nigrum continet, licet diuersimode, per quod ab albo spẽ differt. Cur ab Auer. viride vocatur, medium secundum formã, & dicit, ꝙ spẽ differt ab extremis. 6. phy. 52. & aliud nõ sic vocatur? Ad hoc dico. ꝙ palidum vocatur medium secundum formã, & dicit ꝙ spẽ ab extremis differt nõ quia minus album, etiã in se nigri inclusi, licet diuersimode, ab albo spẽ nõ differat. Sed quia nõ continet nigredinem in tanta quantitate & proportione, ꝙ possit cõstituere medium colorem terminatum vt est palidum, viride &c. Quia nõ quęlibet proportio, vt dicitur in lib. de coloribus, facit medium colorem. Et iõ duo media hñt, diuersa nomina, propter diuersam niggredinis participationẽ. Restat nunc solucione. Si mutatio ab albo ad minus album, est mutatio ab albo ad aliquod nigrum, vnde est ꝙ Aristo. vocat eam, in eadem. spẽ? Cum album & nigrum illa in eadem spẽ minime sint? Et hoc multos ex modernis vexauit, intantum quia nõ apprehendunt expresse Auer. in hoc. Ad hoc dico, prehabitis bene intellectis, Quod Arist. dixit hanc mutationẽ esse in eadem spẽ, non, ꝙ talis mutatio

mutatio simpliciter quando fit.

mutatio quoquomõ quando fit.

mediũ quo pacto est cõtrariũ vtriq; extremorũ.

Non quę libet ꝓportio facit colorẽ medium,

ab albo, ad aliquod nigrum modo declarato (vt isti credunt) contra Auer. non sit, & ꝙ tale nigrum non sit alterius specie, & ꝙ tale nigrum, minus album nō contineat, respectus cuius cõtrarium sit. Sed dixit ꝙ minus album est in eadē specie cum albo, quia ex mixtione illius nigri cum albo realiter existentis in minus albo, non resultat vna simplex species ab extremis distincta. Sed nihil aliud dicit minus album, nisi albedinem & nigredinem illo modo remissam. Et verba Arist. valent contradicentes ꝙ quilibet gradus albedinis ad quem motus terminari pōt, causet alium & aliū colorem specie distinctum. Si hoc esset verum, philosophus non dixisset, ꝙ talis mutatio fit in eadem spetie. Ecce quo modo verum consonat ex omni parte. Et si bene omnia hęc ponderentur, facile patebit, omnia argumēta Burlei. 5. phy. 52. contra Auer. adducta, nulla esse. Et hęc sufficiant pro pręsenti concordantia.

Primo cęli tex. 91.

Vndecima cõtrad. est super tex. 91. Arist. & Commenta, volunt ꝙ locus naturalis aquę & terrę sit vltimū aeris, & locus naturalis ignis & aeris sit vltimum lunę. Sed ex eodem cōm. patet oppositum. quia ibi dicitur ꝙ locus naturalis non habet nisi vnū corpus naturale. Soluitur. Ari. & Cōm. ibi volunt ꝙ

Solutio.

corpora simplicia, quæ sunt prima elementa totius mundi sunt tria, s. corpus graue, & corpus leue & corpus neutrum, quod est cœlū, Et ibi Ari. non diuisit graue & leue in sua membra, sed promisit se inferius declaraturum. Vnde inquit, huius aūt ipsius quę sunt differentię, posterius dicemus, i. in. 4. cęli. ibi enim diuiditur graue in duo, s. in graue simpliciter, & in graue in respectu: & leue eodē mō. licet ista sit differentia, quia diuisio grauis in duo est manifesta p se, & diuisio leuis est cognita p rōnem, vt asserit Co. hic in cō. 91. & huius rō est, quia esse corporis leuis simpliciter, qđ est ignis demōstratur in. 4. cęli cō. ... ideo talis diuisio spectat ad librum de graui & leui, i. ad quartum de cœlo. Ari. igitur hic assignat loca corporū simpliciū scđm genus, sed loca scđm speciē patebunt ex quarto cœli. Et hoc latuit Ioannē grāmaticū. vidēs .n. Ari. corpus simplex diuidere p tria mēbra graue, leue, & neutrum, et ꝙ assignauit corpori graui locum, qui est deorsum, & sic definiuit, & leui locū sursum: nā graue de... tur per moueri ad medium, & leue per moueri a medio: & quia sub graui & leui continentur extrema, & media, opinatus fuit motum xtremorū, & mediorum esse eiusdem specierū, & sic asseruit ꝙ motus terræ & aquę sunt eiusdem speciei, & sic de assensu ignis, & aeris dixit cōsequentur: sed nō vidit ꝙ Ari. remittit se ad sequētia, & sic ēt determināt Com. in 1. cœ. cō... sicut poteris videre. Corporis igitur naturalis scđm genus est locus vnus scđm genus, & corporis naturalis secundum speciem est vnus locus secundum speciem. cum vnitate autem generica stat multitudo specifica.

Primo cęli comm. 92.

Solutio.

Duodecima contradictio est in com. 91. Commentator sibi ipsi videtur esse contrarius. nam in vna parte dicit inductionem sumere oīa singularia, in alia parte negat illud. Soluitur per Auerro. in. 2. priorum cō. 26. vbi habetur distinctio de multiplici inductione: inductio enim demonstratiua, quia fit in materia necessaria, in qua tantum valet particularis, quantum vniuersalis, sumit omnia particularia scđm rem virtute alicuius medii de foris appositi, qđ est notius... tius quā conclusio verbi gratia ꝙ in his, quę sunt per se, & vnius specie, quidquid competit vni per se, competit illud & omnibus. 2. cœli cōmen. 59. Sed in materia probabili, in qua fit inductio dialectica, istud nō fit. vnde illa sumit oīa in opinione. Sophistica aūt inductio sumit oīa in apparentia. Solū igitur demonstratiua inductio sumit omnia secundum rem. nec est petitio principii in ea ... ne medii extrinsecus cōcurrentis. sic igitur distinguēdo cōciliabis. Au. sibi ipsi.

Primo cęli tex. 98.

Decimatertia contradictio est in tex. 98. Philosophus. & Cōmmentator di... ꝙ materia totius mundi sunt tria corpora, siue plura, videlicet corpus graue corpus leue, & corpus neutrum, videlicet cœlum. Sed huius oppositum dixit in com. 95 vbi voluit ꝙ cœlum sit forma, & alia corpora simplicia sunt materia.

Solutio.

Nisi esset ꝙ sermo philosophi in hoc loco absolute verus est, ꝙ ista tria sunt elementa & materia totius mundi: sermo autem Auer. superius est comparatiuus, quia cœlū comparat aliis corporibus simplicibus est sicut forma, & illa

sunt sicut materia, nam cœlum continet, & conseruat, & est perfectius elemen tis, respectus autem continentis ad contentum, vt patet ex. 4. physico, tex. cō. 24. & vniuersaliter respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formę ad materiam. 3. de anima, commen. 36.

Decimaquarta contradictio est de opinione Anaxa. de generatione mundi in co. 102. ex vna parte, & in co. 32. primi physi. ex alia parte. De hac primo phy. 32. diximus, & tu illud properabis. Primo cęli cō. 102.

Decimaquinta cōtradictio est in comen. 107. Dicit Empedocles dixisse amicitiam esse cām generationis mundi, & litem esse causam corruptionis. Huius oppositum dicit Com. 8. physic. cō. 2. Nisi esset ꝙ vt dicit. Cōme. 8. phy. cō. allegato, Empedo. in paruo mundo aliter sensit, & in magno mundo. quia voluit parui mundi generationem. sicut est homo, vel aliquod tale, generationem fieri per amicitiam concilìantem elementa ad mixtionem: eorum autem segregatio per litem facta erat cā corruptionis mixti, & parui mundi. Sed mūdus magnus opposito modo secūdum ipsum se habet. quia generatio eius erat per litē. nam prouidentia mundi huius in ordine & distinctione consistit. vnde, si elementa sic essent confusa essent, vtiq; mundus iste corrumperetur. generatio igitur eius fit secundum litem, & eius corruptio secundum amicitiam. & istud videtur rationabile secundum illam viam. Et ideo mirum est quomodo. Comm. hic oppositum dicat quia hic loquitur de generatione mūdi vniuersalis & corruptione. forte commentū est corruptum, aut quia peccauit per inaduertentiā, aut forte vtrunq; est probabile Empedo. dixisse scdm. diuersos modos declarandi. elementa enim aliquam amicitiam habent, vt sunt partes vniuersi. vnde & Plato ea numeris ligata esse. Et ideo consydera, quia, vt dicit Cōmen. 1. de anima cōmen. 26. hodie vniuersaliter opiniones Antiquorum non sunt notę nobis, quia non sunt famosæ. Primo cęli cōm. 107. Solutio.

Decima sexta contradictio est in cō. 119. Habet cō. ꝙ potentię opposite non sunt in eodem. Vide oppositum. 4. meta. tex. cō. 20 & 9. meta. 10. 19. 17 Solutio, potentia ad contraria recipienda duplex. vna est potentia simultatis, alia simultas potentię. primum respicit formam, secundum respicit subiectū. Tunc dico ꝙ in eodem non sunt potentiæ ad contraria simul. quia tunc contraria, si possent esse in eodē: quod falsum est, & non intelligibile, quia tunc contraria essent simul in eodem, & sic loquitur Cōmen. hic. Sed simultas potentię ad opposita bene stat in eodem, quia eadem est potentia contrariorum. Primo cęli comm. 119 Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Secundo de Cœlo.

ARisto. 2 cęli. 3. ait, corpus cęleste ingenerabile, & incorruptibile, esse, & hoc pluries habetur ab ipso Aristo. Oppositum huius videtur innuere. 2. cęli, 51. vbi reddens rationem, quare orbes planetarum habent vnam stellam tantū assignabat hanc causā quia mouentur ab octaua sphera motu diuerso a motu planetarū proprio. Dicit Ari. ꝙ ex quo illa suprema sphera est corpus & sphęrę planetarum corpora sunt. Cū ergo proportio corporis ad corpus si Vtrum cęlū sit incorruptibile.

finita, ideo si essent multæ stellę in planetarum spheris, tunc variaretur proportio illa. Si ergo virtus cęli est finita, ergo cęlũ aliquando finietur. & tũc sequeretur, ꝙ cęlũ esset corruptibile. Ad hoc respondet Auer. 2. cęli. 7. vbi ipse mouet hãc quęstionẽ. Et ista quęstio est difficilis. & signum est, ꝙ in multis locis tangitur ab Auer. Ita ꝙ Ioannes grãma. credebat, hoc esse Achillẽ cõtra peripatheticos, ad probandum cęlũ esse coruptibile. tamẽ (quicquid alij dicant) Auer. soluit hanc difficultatem: & distinguit de finitate. quia ad quęstionẽ multiplicem, non est respondendum, nisi per distinctionẽ. Quia (vt inquit Boetius) ꝙ qui multiplicẽ quęstionẽ vt vnam interrogat, aut male, aut captiose interrogat. Ideo Auer. distingit ꝙ quędam est potentia finita in qualitate: & quędam est potentia finita in tẽpore. Per potentiã finitam in qualitate, potentiã finitam in vigore, seu in virtute intelligit. Infinitum vero in tempore est, quod per infinitum tempus durat. Tunc ponit istas conclusiones. prima est, ꝙ omnia corpora cęlestia conueniunt in hoc, ꝙ habent potentiam finitam in qualitates. i. in vigorentia ꝙ non possint mouere nec in maiori tẽpore, nec in minori suum motum. Et hoc tam loquendo de primo motore. quã etiam de alijs intelligentijs. quia quędam proportio inter potentiam motiuam, & potentiam mobilis, quę in indiuisibili consistit. Tunc ponit secũdam conclusionẽ, ꝙ ista corpora cęlestia diuersantur in suis motibus secundum diuersitatem naturarum mouentium, & motarum. Quia in minori tempore luna peragit motũ suum, quã saturnus, aut sol. non. n. omnes intelligentię habent vigorem ęqualem, quia non sunt ęque perfectę. Eodem modo de corporibus cęlestibus, vnum perfectius reliquo. Ponit deinde tertiam conclusionem, quod corpora cælestia habent potentiam infinitam in tempore. i. in duratione. quia demonstratum est ꝙ motus cęli ęternus est: & ꝙ corpora cęlestia ęterna sunt. Quod autem omnia corpora cęlestia habeant potentiam finitam in vigore, probatur ab Auer. Et ratio est, quia omne mobile velocitatem terminatam habet. & hoc tam de mobilibus corruptibilibus, quam ęternis verificatur. Et ratio est, quia omne mobile, siue formam materialem habuerit, siue non, habet magnitudinem finitam. Hoc demonstratũ est, 3. phy. & 1. cęli tracta. de infinito, ꝙ omne corpus siue circulare, siue rectũ: aut mixtum, aut simplex, est finitũ in magnitudine. Et ratio est, quia omne corpus aut est actiuum, aut passiuum: actio autem & passio sunt terminatę. ideoque quodlibet corpus finitum est. vnde in maiori quãto est maiori virtus. Et quia posset quęri ab Auer: quia dictum est, quodlibet corpus habere finitatem vigoris, quę ergo erit differentia inter corpora cęlestia, & corruptibile. Dicit Co. ꝙ in corporibus cõpositis ex materia & forma, proprium est vt actio, & passio sint ibi fessę. i. finitę in tempore. Ita ꝙ nullum corpus materiale potest esse infinitũ in tempore. Ratio est ex cõ. 39. 2. de cęlo. quia cã abscissionis, esse, & permanentię est materia, Vnde vbicũq; ea materia, nõ potest esse nec actio, nec passio ieterno. motus autem & accidentia cęlestis corporis eterna sunt: cum careant materia. Vnde actio virtutis materialis non potest esse continua toto tempore. quia corpus cęleste est motum, ergo habet virtutem terminatam, & habet virtutem terminatam. & habet virtutem mouentem eterno tempore, quia non mouetur a forma materiali. Ex his patet. in celo nõ esse potentiam finitam in duratione. Ex quo soluitur dubium, in quo dicebatur. Nulla virtus finita durat per tempus infinitam. cęleste corpus est tale ergo. &c. Dicit Auer. ꝙ maior est falsa de virtute finita in vigore. quia multę sunt virtutes finitæ in vigore, quę durant ęterno tempore. quia. 2. cęli. 39. finitas vigoris conuenit formę, in... forma. Si vero intelligatur de virtute finita in duratione, falsa est minor. Quia cœlum habet virtutem infinitum in duratione. Et subdit Auer. ꝙ quando Ari. probauit, ꝙ quodlibet corpus finitum debet habere virtutem finitam, intellexit de finitate vigoris, non durationis. quia falsum esset de corpore cęlesti, cum ipsum sit incorruptibile. Et cã est, qd quælibet virtus sit finita in vigore, quia quodlibet corpus habet finitatem in magnitudine. Et in primo cap. de sub. orbis... est hanc consequentiam. Si daretur aliquod infinitum in vigore, esset etiam infinitũ in magnitudine, & propter hoc actio corporis cęlestis est finita in vigore. Et

Ad questionem multiplicẽ nõ est respondendõ nisi p distinctionẽ.

Ioannes gramma. errauit, quia ista quęstio est multiplex quia aliud est finitum in qualitate, & aliud in quantitate, & ipse non distinguens, in errorem incidit. Et sic patet ꝙ contradictio cessat.

Prima contradictio est in cō. 3. Inquit Comm. ꝙ motus cęli non est a natura. Oppositum .1. cęli com. 5. & .2. phy. 1. & .3. Soluitur. non est a natura, sicut motus elementorum: est tamen bene a natura, analogicę dicta de superioribus & inferioribus. 1. modo intellexit hic, vt ipse dicit in litera. secundo autem modo in alijs locis. Vide quę scripsi super com. 1. secundi phy. superius, vbi consimile solutum fuit. non enim inconuenit eadem repetere, vt talia melius memoriter: sicut plerumque Philosophus facit in problematibus, & in alijs locis. Secũdo cœli cõmen. 3. Solutio.

Aristo. 2. cęli. 6. exclusit Platonis opinionem, ponentis cęli motum esse ab anima, quę est causa eius permanentię. Ex quibus videtur Aristo. velle cęlum animatum non esse: quia vt. 2. de anima. 24. scribitur, omne quod est animatum operationem habet ab anima. Huius oppositum dicit Arist. 2. cęli. 13. vbi ait, cęlum autem cęlum animatum, & habet motus principium. E..61. Eiusdem libri ait expresse cęlestia corpora animata esse. Ad hoc respõdetur, & ante oportet terminos dubitationis distinguere, & enucleare. Sciendum est ꝙ vt habetur: 1. cęli. 96. tribus modis cęlum capi potest. Vno modo pro primo mobili. alio modo pro omnibus corporibus superioribus. Tertio modo pro toto mundo. Nõ est dubium quęrit de mũdo: sed de cęlo primo, & secundo modo. Sed cęlum. 1. & 2. modo captum dupliciter considerari potest. Vno modo pro cęli substantia remota intelligentia. Et dubium non de cęlo hoc modo capto intelligitur. Ita certum est, ꝙ amatum nõ est. Alio modo capi potest cęlum pro agregato ex orbe, & intelligentia: & de cęlo hoc pacto sumpto dubium quęrit. Aliud videndum est, ꝙ iste terminus animatum, aut vnum est multiplex. quia a philosophis quatuor gradus viuentium distinguntur. 2. de anima. 18. ait, ꝙ anima est determinata vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & motiuo secundum locum. Videndum est ergo an vegetatiuo gradu, cęlum animatum sit: secundo an sensitiuo: Tertio an intellectiuo? Quarto aũt gradu motiuo? Ad quęsitum nunquid sit vegetatiua anima animatum? dico, ꝙ circa hoc antiqua fuit opinio. 3. meta. 15. Hesiodi, & aliquorum dicentium oĩa ex dijs constare, omniumque eadem esse principia. Diuersitas autem secundum eos in rebus est quoniã ex entibus istis, quędam fuere quę nectar gustauerunt: & hęc incorruptibilia fuerunt. Quę autem nectar non gustauerunt, corruptibilia fuerunt. Sed ab Aristo. hęc opinio improbatur. Si propter delectationem fuit istud nectar, ergo permanentiæ causa nunc esse potuit: quia ad bene necessitate vitę sunt sapor, & odor. Si vero propter causam essendi nectar erat, dici philosophus quomodo est possibile intelligentia nutrimento, perpetuari possint? Vnde ista opinio fabulosa dicenda, & dicatur, ꝙ cęlum esse inaugmentabile, & indiminuibile in primo cęli demonstratum est. Videndum est aũt anima sensitiua cęlestia corpora viuaut [illegible] gradum sensitiuum, in cęlesti corpore ponebat: & ponebat ꝙ motus est motus cognoscentis. 12. methaphy. 36. cęlum mouetur motu desiderij: non [illegible] autem esse desiderium non potest autem esse desiderium nisi cum cognitione. [illegible] Ar. 12. metaphy. 39. & beatus Augustinus inuisa diligere possumus [illegible] incognita. Et motiuum Auicenne tale erat, Intelligentia non potest cognoscere singularia, hoc est etiam Aristo. 12. diuinę philosophiæ. 51. & 3. de anima. 47. circulatio autem hodierna est res singularis. Talis autem circulatio ab intelligentia cognosci non potest. ergo ab imaginatiua cog[illegible] forma substantialis est orbem perficiens: & principium est propter quod [illegible] operatur. Intelligentia vero effectiue non mouet sed in ratione finis [illegible] Ita ꝙ sua opinio erat, ꝙ sensitiua virtus ex amore vt intelligentię complaceret, istum motum causare. Intelligentia autem immobilis remanebat effectiue. Ista positio. 1. impugnabitur. 2. suo motiuo respondebitur. [illegible] quod dicitur ab Auc. impugnatur in libello de substãtia orbis [illegible] 12. metaphy. 36. & in de[illegible]ctionibus. Dicit Auerro. ꝙ apud ipse [illegible] idem est efficiẽs & finis. expresse. n. dicit ipse in multis locis ꝙ in ab [illegible] materia, idem est mouens in ratione finis & efficientis. ergo illa anima

Vtrũ cęlum sit animatũ & viuum?

Cœlum tribus modis capi potest.

Motiuum Auicennæ.

imaginatiua minime ponenda est. Preterea dicit Auerro. si imaginatiua esset in D
celo extensa per totum erit, cum sit materialis virtus sed omnis forma partem
& totum habens, fatigabilis est ergo mouere æterno tempore non posset. Am-
plius de numero sensitiuarum virtutum est ista imaginatiua anima. quam greci
appellant phantasiam, arabes imaginatiuam appellant: sed vt ex. 2. de anima

Sensus ad salutem dati sunt.

clarum est, sensus ad salutem dati sunt, vt proficua sequantur, & impedimenta
fugiant. Sed corpora cælestia nullum habent impedimentum, ergo natura ad
dandum eis virtutem imaginatiuam obligata non fuit. Restat soluere rationem
Auicene ad quam, breuitatis gratia non nullis dimissis responsionibus, dico, quod

Ad ratoinē Auicene.

respondet Albertus magnus. 11, metaphysicorum tracta. 2. capitulo, 10. licet ob-
scure, & dicit, quod imaginationem in celo ponere non oportet, quia ista forma
non est de formis extractis a rebus: sed est de formis circa fienda &c, sunt ver-
ba obscura. Intendit dicere quod virtus que mouet celum non est imaginatiua:
quia non est de formis extractis a rebus. i. non est phantasia. Phantasia autem,
vt ex. 2. de anima habetur, est motus factus a sensibus in actu. Non est ergo in
celo aliquis actus factus a sensibus: quia celi nullos habent sensus. Illa autem
forma est de numero earum que sunt circa fienda, & facienda. i. est virtus acti-
ua. que per suam essentiam agit que sunt producenda. Et ideo illud quod ista
intelligentia aprehendit immaterialiter, causatur per suam essentiam immateria-
liter: sed quia actus ille recipitur in re materiali. i. in orbe ideo singularizatur,
Intelligentia ergo aprehendit motum immaterialiter, & vniuersaliter sed iste
motus, quia recipitur in hoc celo ideo dicitur, & signatus, & singularis. Et ita
vt motum singulariter intelligentia aprehendat, non est necesse. Videas Auer.
super libro de diuinatione per somnia, vbi digressionem facit, quo pacto pos-
sibile est, vt ab intelligentia veniat diuinatio ista, cum vniuersaliter intelli-

alia solutio.

gentia aprehendat. Ibi ait, quod iste forme que exeunt ab intelligentia, licet
sint vniuersaliter, tamen recipiunt singulariter ab isto somniante. Alia solu-
tio reperitur in paraphrasi super metaphysico. tractatu. 4. vbi habetur, quod intelli-
gentia in mouendo celum, non mouet propter motum. & ideo non cognoscit
primo motum, quia si primo cognosceret motum sequeretur, quod nobilius perfice-
retur ab ignobiliori, vnde. 2. celi. 17. 12. metaphysic. 36. substantie abstracte ab-
stracte primo agunt propter se, secundario propter alia. Intelligentia ergo pri-
mo intelligit obiectū beatificū, quod est deus, ad istam vero intellectionē consequi-
tur motus ad extra per viam consecutionis, & dat exemplum, nos studemus
primo propter nos vt aquiramus felicitatem possibilem haberi tamen postquam
acquisimus hanc perfectionem aliis ipsam intendimus communicare; & hoc est
per viam seque, ita de intelligentiis. Et sic soluitur argumentum Auice. quod
huiusmodi motus est intentus solum per viam concomitantie. Circa aliud quod
queritur, An celum sit animatum anima intellectiua? Dico, quod celum est anima-
tum intellectuali anima: & hoc ostenditur. Nam Aristo. 2. cœli. 13. & 61. ...
lum esse animatum: & patuit non anima vegetatiua, nec sensitiua, ergo ...
intellectiua est animatum. Et ratione probatur. Omne quod mouetur ...
rio intellectuali, est animatum anima intellectuali celum est huiusmodi ergo
&c. Maior manifesta est: quia sine causa sua formali effectus formalis esse non
potest. Minor est probata. 12. diuine philosophie. 36. vbi ostēdit quomodo deus
mouet celum in ratione amati, vbi elicitur ab Auer, quod ex hoc apparet, quod ...
corpora non habent nisi intellectum, & appetitum mouendi in loco: & ...
tio, est demonstratio dans causam & esse, (vt dicit Auer. in paraphrasi ...
cœlum esse animatum, & causam propter quam animatum sit, per hanc demon-
strationem cognoscimus. Etiam, & est ratio Aristo. 2. celi, 13. omne habens mo-
tus principium, & habens sex differentias positionis est animatum. Cœlum est
huiusmodi vt patet, ergo &c. Pretera omne quod est principium tam animato-
rum, quam inanimatorum, est animatum. Cœlum est huiusmodi, ergo &c. ma-
ior est nota, minor nota est per Aristo. primo metheoro; & primo cœli. 100. se-
cundum Alexandrum ibi. Ista ratio adducitur a philosopho. 12. metaphysi. ...
vbi inquit, deinde principia omnium sunt anima, & corpus, vel intellectus &
appetitus

appetitus. Vbi ab Auer. hęc ratio elicitur. Etiã omne motũ ex se per se est animatum. Cœlũ est huiusmodi ergo &c. maior nota est, quia quod mouetur ab inanimato, & diuiditur in duo in actu est motum ex se, per se, sicut est motus animalium. Corpora cœlestia sunt mota ex se. per se, vt demonstratum est. 8. phy. supra, & infra. dico autem ex se, per se: quia elementa non sunt mota ex se, per se: sed ex se per accidens: ideo non sunt animata & de hoc videas Zimaram in. q. de grauibus & leuibus. & infra. vbi de hoc agetur. concluditur ergo corpora cœlestia esse animata anima intellectiua. plures etiam rationes adduci possent, quę breuitatis studio omittuntur. Etiam patet per ea quę dicta sunt, quid dicendum sit, ad id quod vltimo querebatur, an cœlum esset animatum gradu localiter motiuo? Restat soluere illud quod in principio adducebatur. Ad quod dico q̃ Aristo. in. 6. 2. de cœlo non negat cœlum esse animatum simpliciter (sicut [illegible] Ioannes grammaticus Aristo. tenuisse cœlum non esse animatũ pro per hanc auctoritatem. Sed negat ipsum, esse animatum anima continente ipsum violenter, eo modo, quo est in compositis corruptibilibus, & hæc sufficiant pro hac concordantia.

Omne motũ ex se per se est animatum.

Secunda contradi. est in cõ. 6. scribit Cõmen. ꝙ Arist. contradicit illis, qui te[illegible] ꝙ anima cœli est causa permanentię. ergo contradicit etiã sibi, quia ipse. n. [in lib.] de substantia orbis tenet ꝙ intelligentia, quę est anima cœli, dat sibi permanentiã ęternã, & motum ęternum. Soluitur. contradicit Philosophus Antiquis [di]centibus motum corporis cœlestis contrariari motui animę: & anima erat causa permanentię, sicut dicit Cõmenta. Sed non sic posuit Auer, quia ipse non tenet cœlũ contrariari intelligentię. immo est tanta connexio inter orbẽ & intelligentiã ꝙ ad simplicem apprehẽsionem, & desyderium mouenti principii orbis ille mouetur, sicut enim videmus in rebus istis materialibus, in quibus forma dominat materię, materia obedit formę, multo magis hoc deberemus imaginari de puro intellectu intelligẽtię respectu orbis eius. Et ideo nulla est ibi concatenatio, nullus est ibi clauus, nulla ligatura, vel instrumentũ, quo mediãte intelligentia moueat orbem: sed per intelligere & velle tantum mouet. Sed Moderni, quorũ imaginatio non transcendit sensum, non pertingunt ad ista. & ideo [di]xerunt eam vniri orbi formaliter, sicut forma vnitur materię et totum hoc est absurdum, & manifesti erroris, sicut probatum est alibi a nobis.

Secundo cœli cõmen.5,

Solutio.

Tertia cõtradi. est in tex. 13. Dicit Philosophus in tex. ꝙ licet cœlũ sit sphęricum, & nunquã incepit moueri, si tamen incepisset, haberet principiũ necessario, vnde incepisset. Sed huius oppositũ scribitur in. 8. phy. ꝙ in motu cœli, cũ [sit] circularis, nõ est maior ratio, vnde debeat incipere motus, potius q̃ ex alia. [vt] patet in cõ. 76. & primo cœli cõ. 100. dicit ꝙ idem est locus cœli, vnde inci[piat] & in quẽ cõsumat, & Cõm. ibi in cõ. dicit ꝙ cœli loca sunt infinita, et nõ est maior ratio ꝙ qescat in vno situ potius q̃ in alio, aut in vno loco potius q̃ in [alio], si illi situs loca dicãtur. Soluitur, ꝙ motus in 8. phy. est vniuersalior & abstractior isto, quia ibi consyderatur motus circularis cęli habita consyderatione [re]spectu ad figurã circularẽ, in qua idẽ est principiũ, & finis in quolibet puncto. [Sed] hic agitur vt concernit potentiã & virtutẽ, a qua est sumẽda differentia po[sitionum], secundum quod est animatũ. Vnde Cõme. ibi dicit ꝙ illę rationes quodãmodo sunt mathematicę, & quodãmodo sunt naturales. Et pro cõfirmanda hac solutione, vide calcẽ cõ. 100. in primo cœli, vbi Cõm. ponit documentũ admonẽs [nos] dicens Et debes scire ꝙ hoc, quod dixit de causa ęternitatis motus, non est [causa] completa, qm̃, si ita esset, in corpore finito inueniretur potentia infinita, [s]ed est causa secundum necessitatẽ materię huius corporis, s. quia necessarium est, vt hoc corpus moueat semper. vt locus eius sit vnitus, &c. Vnde refert consyderare corpus cœleste absolutę, vt circulare est: & refert consyderare illud inquantum est animatum. Demonstratio igitur. 8. phy. & primi de cœlo sunt incõpletæ, [vt] dicit Cõm, quia procedunt solum ex parte materię, quia cõsyderatur cœlũ, [vt] sphęricũ est. sed hic consyderatur vt animatũ, & ita habet differentias corporis animati, ratione qua animatũ, & sic nulla est contradictio. Vnde Cõme. in paraphrasi super. 2. cœli sũma secunda quęst. primi inquit, sic igit' ex parte

Secundo cœli tex.13.

Solutio.

motoris motui cœli excogitari potest principium, & finis, licet circularis sit, & idem habetur in. 2. cœli commen. 15.

Secundo cœli tex, 16,

Solutio,

Quarta contradi. est in te. cõme. 16. & in tex. cõ. 11. Nam ibi dixerat Pythagoricos solũ de dextro cœli, & sinistro fuisse locutos, hic vero apparet ꝙ etiã ipsi meminerunt de alijs differentiis, quia inquit, illi. n. nos & sursũ faciũt, & in dextra parte, illos vero qui illic sunt, deorsum, & in sinistra. Nisi esset ꝙ Pythagorici ex istis sex differẽtiis in coelemẽtatione boni posuerũt dextrũ solummodo, et in coelementatione mali posuerunt solũ sinistrũ. reducebant autẽ ad dextrum sursum & anterius, ad sinistrum vero reducebant deorsum & posterius. Arist. aũt supra accusabat eos, quia potius differentias, quę erãt natura priores, debuerunt posuisse. s. sursum, & deorsũ, quę sunt principia lõgitudinis, & lõgitudo est natura prius latitudine, & principium prioris est natura prius. Amplius sursum, & deorsum sunt in vegetabilibus, vt patet ex 2. de anima, dextrũ vero & sinistrũ solum sunt in animalibus. vegetabile vero est natura prius animali. Sursum insuper est principiũ motus nutritionis, & augmẽti quem motũ in corruptibilibus pręsupponũt, alij motus causati ab alijs differentijs. cũ igitur priora scd̃m naturã sunt, quęcũq; possunt esse sine alijs, & alia nõ sine ipsis, potius debuerunt in coelementationibus ponere illas, quę sunt natura priores, ipsi autem fecerunt oppositũ. Aut dic ꝙ consuetudo Pythagoricorũ, vt dicit Themistius, fuit, ꝙ vocant superius partem dextram, & inferius vocant partem sinistram, vt dicit Cõmen. in cõmen. 16, & ita Aristo. loquitur hic ex consueto modo loquendi eorum.

Secundo cœli cõme. 16.

Solutio,

Quinta contradi. est in cõ. 16. vbi quęrens an cœlũ nobilius esse habet in polo artico q̃ antarctico, dicit ꝙ intellectus humanus nõ potest cõprehẽdere verificationẽ istius operationis. Huius tñ oppositũ tenet. 3 de anima 36. vbi ponit intellectũ adeptum non acquiri homini, nisi post cognitionem omnium rerum. Soluitur. ly non potest, non arguit scd̃m ipsum inpossibilitatẽ, sed arguit difficultatẽ: sicut in simili ipse glosat exemplum Philosophi de oculo nyctecoracis respectu lucis diei. 2. meta. cõ. primo. vnde ipse tenuit nihil esse naturaliter ignotum, 2. phy. 47. Vtrum autẽ idem homo omnia possit cognoscere, pulchrum esset videre in via eius, & Arist. sed hoc ad alium locum differatur.

Vtrũ si vnũ contrariorũ fuerit ĩ rerũ natura: necesse sit reliquum esse.

Necessitas duplex.

Aristo. 2. cœli. 18. ait. contrariorum enim si alterum natura: necesse est, & alterum esse natura. Ex quibus: & ex conclusione intenta ibi ab Aristo. s. ignem esse ex eo ꝙ terra est, patet, ꝙ si vnum contrariorum est, reliquum quoq; necesse est esse. Oppositum huius habetur ab ipso Aristo. in libro prędicamentorum, in sermone de oppositis. Vbi habetur, amplius contrariorum non necessarium est, si alterum sit, & reliquum esse. Ad hoc dico, ꝙ necessitas est duplex: quędam est necessitas physica, & quædam est necessitas logica Hac posita distinctione, dico ꝙ Aristo. in. 2. cœli quum dicit, ꝙ si vnum contrariorum est necesse, & reliquum esse: loquitur de necessitate physica. Naturalis enim sequitur naturas rerum, & perfectionem vniuersi considerat. Et sic verum dicit: quia quęlibet forma cõtraria positiua, est de perfectione vniuersi. Et ideo vna existente: altera esse debet. In prædicamentis autem loquitur philosophus de necessitate logica. Propter quod in illo textu. non firmatur, nisi ex casibus imaginariis: ex quibus non concluditur oppositum physicæ necessitatis inesse contrariorum: sed sufficienter concluditur, oppositum logicę necessitatis: quia logicus sequitur imaginationem rationis secundum possibilitatem logicã: quę est res habens latitudinem satis amplam: & sic dicit non implicare contradictionem, vno existente, aliud non existere. Vnde sensus illius textus prædicamentorum est, ꝙ si vnum contrariorum est: non est necessarium alterum esse. i. non implicat contradictionem, alterum non esse. vt patet in casibus &c. Cum hoc tamen stat, ꝙ si vnum contrariorum est in rerum natura, ꝙ alterum etiam sit, necessario necessitate naturalis cursus. vt patet igitur quomodo peripatheticorum princeps non est sibi contrarius,

Secundo cœli tex. 18.

Sexta cõtradi. est super tex. 18. Dicit Arist. ꝙ, si vnum contrariorum fuerit in natura, & reliquũ erit in natura. hic enim probat ignẽ esse, ex hoc ꝙ terra est.

A Sed opponebam ex libro prædicamentorum in sermone de oppositis, vbi dicitur ꝙ non est necesse, si vnum contrariorum fuerit in rerum natura, vt sit reliquum. Soluitur. multa veritatem habent secundum logicam consyderationem quę est secundum rationem, & quæ est simplex, & abstracta, quę tamen non verificantur secundum consyderationem naturalem. Naturalis enim est artifex realis, & consyderat res secundum esse reale, & vt sunt ad perfectionem vniuersi, nam vniuersum omnibus modis perfectum est, & ideo in contrarijs proprie dictis, sicut sunt formę positiuę contrariæ, quia tales sunt ad perfectionem vniuersi, si vnum fuerit, oportet ꝙ sit reliquum. sed secundum logicam cōtemplationem, quę est secundum rationem tantum, hoc non est necessarium. Inquit enim in simili Philosophus in prædicamentis ꝙ quantitati nihil est contrarium, quia concipit Logicus quantitatem secundum simplicem consyderationem, Naturalis vero dicit oppositum, vt patet in. 5. physi. tex. cōmen. 18. quia Naturalis concipit quantitatem, vt est terminus motus, & sic habet rationem contrarietatis. Nec tibi mirū hoc appareat. nam teste Philosopho in primo de cælo in tex. cōmen. 92. & 93. in omnibus natura, & arte constantibus aliud est ipsa secundum seipsam concepta forma, aliud vero, vt est concepta cum materia. & vt refert Boetius in sua musica, authoritate Pythagorę. Philosophia est circa ea, quæ vere esse dicuntur. esse autem illa putabat, quę nec intentione crescerent, nec diminutione decrescerent, nec vllis accidentibus mutarentur. talia B autem sunt formę, magnitudines, qualitates habitudinesq;, cęteraq; quę per se speculata immutabilia sunt, iuncta vero corporibus permutantur, & multimodis variationibus mutabilis rei cognatione vertuntur. **Solutio.**

Auerro. 2. cœli. 18. ait. si alterum fuerit, naturale subiecto & reliquum. Oppositum huius habetur ab ipso Auerro. 3. cœli. 24. de sanitate, & egritudine, ꝙ non sunt naturaliter in corpore: sed solum sanitas. Et auctoritate medicorum confirmatur, qui ægritudinem præter naturam appellant. Ad hoc respondetur, ꝙ Auerro. non sibiipsi oppugnat: quia dictum Auerro. 2. cœli veritatem habet de prima materia. Sed bene in compositis potest non esse verum, & sic dubium cessat. **Vtrū si vnū cōtrariorū ē nal'e vni subiecto: et alterū est ēt eī naturale. Limitatio ꝑpositionis.**

Auerro. 2. cæli. 21. per multa verba videtur innuere talem demonstrationem esse per causam finalem. Oppositum huius videtur innuere in paraphrasi. 2. de cælo summa. 2. quæsito. 2. in fine vbi ait. hoc itaq; sermone apparuit, quę nam fuit necessitas, qua cęlestes motus plures existerent. & hoc quidem merito necessitatis materię, non causę finalis. Ad hoc dicitur, ꝙ Auerro. ibi per causam materialem intelligit causam naturalem: ita ꝙ illa demonstratio non est facta per primam causam finalem veram: quia causa finalis primaria huius non est asignata in philosophia naturali: sed in metaphysica. Et C ideo Auerro. intelligit, ꝙ est data per causam materialem. i. per causam finalem quę non est prima: quia superiora secundario agunt per ea quę sunt hic: & primario propter se. Ita ꝙ primus finis est propter se. Et sic non sibi ipsi opponitur, Et ꝙ hęc responsio sit ex ipso Auerro. patet, in paraphrasi eodem loco immediate sequendo dicit, ideo excusari voluit, ꝙ hanc hic causam tradiderit: quia alia nunc causa videri non potuit. **Vtrū demōstratio Ari. 2. de cœlo de pluralitate motuū cœlestiū sit per cām finalē? Superiora agūt primario ꝑp se. secūdario ꝑp ea quę sunt hic.**

Aristo. 2. cæli. 32. dixit, & Auerro. ꝙ terra est quia maxime remota a cœlo, est magis longa a sphericitate. Deinde sicut aqua magis est rotunda quam terra, ita aer magis quam aqua. & ignis magis quam aer. Ex quibus sequitur, ꝙ in figura erit magis & minus. Oppositum huius habetur ab Aristo. & Auer. in prędicamentis cap. de qualitate. Ad hoc respondeo (dicant alij quicquid velint), ꝙ figura non recipit nec magis, nec minus. Tamen sicut forma substantialis perfecta, & si in sua essentia non recipiat magis, aut minus, tamen vt est forma in materia, vt sic recipere potest magis, aut minus, sicut ait Auer. 5. meta. 10. inquit enim, Vnus homo non est maioris humanitatis quam alter secundū formam; sed si fuerit, erit secundū ꝙ est forma in materia. Nam humana forma secundū materiales dispositiones, in quibus existit, sic potest & magis & minus recipere, In tātum ꝙ a philosopho in ethicis, aliqui hominis arborei, **Vtrū ī figura sit magis & minus? Humana forma qūo pōt magis & minus recipe?**

aliqui brutales, aliqui intellectuales, & quasi dii terrestres nuncupantur. Aliq enim (vt ait Hesiodus) ad scientias capescendas per solam naturam sunt apti, & perfecti ex bonitate complexionis sicut fuerunt Hippocrates & Arist. Alio qui vero non per naturam, sed per doctores eorum mentes excitantes. Quidā vero neutro modo sunt apti. & isti ad discernendum verum a falso, omnino sunt inutiles. Patet autem ꝙ totalis ista diuersitas non prouenit nisi ex diuersitate complexionis & dispositionum, in quibus forma existit. Sic dico de figura. ꝙ in se non suscipit magis, nec minus, sed secundum ꝙ est in corpore cęlesti nobiliori, dicitur nobilior. & sic de aliis. & omne dubium cessat.

Secūdo cęl. cō.33.&.34. Septima contradi. est in cō.33.&.34. Tenet nullam esse omnino possibilitatem in ente ęterno. Huius tamen oppositū inuenimus in dictis suis.3. de aīa, cō.

Solutio. 5. in solutione tertiæ quęst. vbi habet ꝙ sola prima intelligentia liberata est a potētialitate. Soluitur. possibilitas duplex, scd̄m rē, & scd̄m rōnē. Prima importat positiuum aliquid, quod capax sit formę, & perfectionis. Secunda nihil positiuum dicit, sed solū dicit nō repugnantiā ad vlteriorē perfectionem, quę non repugnantia est eius rōnis. De prima loquitur hic. nā Philosophi non posuerunt in ęternis posse ab esse differre.3. phy. tex. cō.32. Secundam aūt possibilitatem concesserunt in omnibus intelligentijs, & vniuersaliter in omnibus entibus citra primum. Vnde.5. metaphy. com.15. dicit solus Deus est ens simpliciter perfectus, alia āt entia sunt deriuatę similitudines ipsius, deficiētes a perfectione illa simpliciter, scd̄m ordinē tñ. vnde in aliquibus perfectio illa participatur vt forma, in aliquibus vt imago, in aliquibus ut obscura quędā resonantia, sicut dicit Plato. Et ideo secunda intelligenia est aliquanta perfectio, quę eminēter continetur in Deo, qui est ens per essentiā. &, quia ipsa deficit a plenitudine perfectionis, quę sibi non repugnat in ratione entis, sicut talpę non repugnat visio in quantum animal, sic & ipsa secunda intelligentia, quę est aliquod ens, non repugnat sibi ꝙ sit essentia sub ratione, qua ens. & ideo priuata est sub ratione generis, non tamen sub ratione speciei: sed vt sic quidquid potest habere, ab ęterno habet secundum viam Philosophorum. Et ideo opinio. Subtilis doctoris in.8. distinctione primi, quęst.2. tenentis quodlibet ens citra Deum compositū esse ex actu & potentia, sicut positiuo & priuatiuo, est magis consona Auer. ꝙ via Sancti doctoris, tenentis quodlibet citra Deum compositum, esse ex actu & potentia, tanqnam ex positiuo & positiuo.

Secūdo cęli tex.35. Octaua cōtradictio est super tex.35. Philosophus, & Cōmen. volunt ostendere motum cœli esse regularē, quia ęqualiler est, & non est velocior in vno loco ꝙ̄ in alio. Huius tamen oppositum Arist. videtur determinasse in.8. phy. auscultatio. in tex. cō.84. vbi conclusit primum motorē esse in maximo circulo, quia

Solutio. ibi maxime apparet velocitas motus, qui est effectus eius. Nisi esset ꝙ Arist. dictum ibi intelligitur quantum ad subiectum, hic vero considerat motum ipsum in se, vt est a virtute vniformiter operante, quæ nec intensionem nec remissionē potest suscipere, cum sit immaterialis. & vt talis motus est in æquali tempore.

Vtrū inter totū elementum, & partem ipsius elementi sit contrarietas aliqua. Auer.2. cęli.35. in digressione qua ostendit, non dari eccentricos, neq; epicyclos ait, quoniam sicut locus totius, & partis est idem in corporibus grauibus, & leuibus: ita debet esse in corporibus cęlestibus. s. ꝙ locus eorum, qui est medius sit idem, Immo magis debet esse hoc in corporibus cęlestibus, quā in elementis. Et ideo perfectius innenitur hoc in corporibus cęlestibus quia sunt ex eadem natura, & non habent contrarietatem: elementa autem habent contrarietatem, quapropter non habent eundem locum, Ex quibus verbis patet, ꝙ tota ratio Auer. consistit in hoc, ꝙ si in elementis in quibus est contrarietas: idem est locus totius, & partis, quanto magis, idem debet esse locus totius, & partis, in corporibus cœlestibus, in quibus non est contrarietas. Non possumus dicere ꝙ quando Auer. dicit ꝙ in elementis est contrarietas loquatur de omnibus elementis simul sumptis, in quibus est claro modo contrarietas: quia tunc non esset verum, ꝙ idem esset locus totius & partis. Relinquitur vt dictum suum veritatem habeat, ꝙ accipiat vnumquodq; elemētum per se. vt puta terram, & reliqua, Et tunc vt ratio valeat, oportet ut secundū ipsum inter to-

tam terram, & partes sit aliqua contrarietas. Oppositum huius dicit ipse Auer. 1. cęli. 19. vbi ait. Natura autem partis corporum similium, eadem est cum natura totius diffinitione: & cum sit eadem diffinitione, eadem est forma: & cũ eadem forma, eadem actione proueniente ab illa forma &c. Ex quibus patet, ꝙ inter terram & partem terrę, nulla est contrarietas. Ad hoc dupliciter respondetur, Et primo ꝙ via rationis Auer. consistit in hoc, ꝙ ipse in istis verbis velit ꝙ inter elementum, & partes, sit contrarietas pro tanto, & ꝙ contrarietas pro tanto inuenitur inter totum, elementum, & partes. vt puta inter terram, & eius partes, pro quanto ipsę partes terrę, habent aptitudinem, vt transmutetur in elementum ipsi terrę contrarium. Et si dato, ꝙ non in actu in potentia tamen contrarietatem habent cum ipsa terra. Et hoc sensu possummus dicere, quod inter totum elementum, & partes, est contrarietas quę nullo pacto potest reperiri in corporibus cęlestibus. Cum partes corporis cęlestis non possunt transmutari in aliquod ipsi cęlo contrarium sit. Et hoc modo loquitur Auerro. 2. cęli. 35. Nam sic intendit argumentari, quod si ingrauibus, & leuibus, in quibus & si in actu, non sit contraria: in potentia tamen contrarietas reperitur modo declarato inuenitur hoc quod in illis idem sit locus totius, & partis, quanto magis hoc habet reperiri in corporibus cęlestibus contrariete carentibus tam in actu quã in potentia. Quasi dicat hoc perfectiori modo debet in illis reperiri. Et nõ cũ hoc remouet, quin elemẽtũ eiusq; ptes, eiusdẽ naturę sint & ĩ actu nulla ĩ ipsis sit cõtrarietas. Et hoc modo loquit᷑ Auer. 1. cęli. 19. Et sic scdm istũ modũ cõtradictio cessat. Alio modo respõdet᷑, & dicitur ꝙ si recte Auer. verba põderentur 2. cęli. 35. nõ inueniet᷑, ꝙ ipse velit inter totũ elemẽtũ, eisq; ptes cõtrarietatẽ esse. Sed argumẽtat᷑ hoc modo, si in grauibus, & leuibus, quę sũt corpora simplicia, habẽtia cõtraria inuenitur hoc ꝙ in illis idẽ sit locus totius, & partis: quãto magis hoc habet reperiri in cęlestibus corporibus, a cõtrarietate alienis. Quasi dicat, pfectiori modo: & multo magis, hoc debet in illis repiri. Et nõ, ꝙ velit ipse Auer. dicere, per illa verba ꝙ inter totum elementũ, eiusque partes cõtrarietas aliqua reperiat᷑. Et sic bene verba ipsius intuẽdo nulla apparet cõtradictio. **Prima responsio.**

Nona contra. est super eodẽ tex. Aris. vult ꝙ motum proiectorũ intendatur in medio, sed motus violẽtus, vt asserit, maximus est ĩ principio. Sed ista repugnãt quia motus proiectorũ est violentus. si igitur motus violẽtus est maximus in principio, cũ maximo nõ detur maius, sequitur ꝙ motus proiectorũ non erit maximus in medio: proiecta. n. aut mouẽtur impulsione aut expulsione, & patet ꝙ sit motus violentus ex. 7. phy. te cõ. 10. Nisi esset ꝙ p proiecta Philosopus intellexit hic aĩalia, quę mouẽtur motu progressiuo, vt interpretauit. Cõ. in paraphrasi summa secunda, quaesito quinto, &. 2. cęli commento. 35, quare autem motum animalium appelletur proiectorum motus, require a Simplicio ibidem, **Secundo cęli tex. 35.** **Solutio.**

Decima cõtra. est in cõ. 37. Dicit Cõ. ꝙ. intelligentię habẽt solicitudinẽ erga nos. Huius oppositum habet. 12. metaph. 51. Soluitur, secundum ipsum. 12. meta. com. 37. Sermo dicens Deum solicitari de istis, quę sunt hic, quoquo modo verus est, & quoquo modo falsus. nam secundum speciem solicitus est, non autem secundum indiuiduum. Hoc idem videtur sentire ibidem in com. 52. & 2. de anima com. 24. & videtur colligi posse etiam de intentione Philosophi in proęmio meta. tenentis Sapientis esse omnia cognoscere vt contingit. Secundum autem indiuiduum ista non cognoscit. vnde Commen. super com. libri de diuinatione dicit ꝙ in prima Philosophia est declaratum ꝙ intelligentię abstractę intelligunt naturas vniuersales, & non habent virtutem comprehendentem intentionem particularem. & subdit ꝙ, si intelligerent indiuiduum, tunc necessario essent materiales. Pro quo debes scire ꝙ cognitio singularis materialis secundum Peripateticos repugnat intellectui. vnde intellectus est, non ex parte qua singulare est, sed ex parte qua materiale. Nam, cum essentia diuina sit singularissima, & actualissima, non posset intelligi ab intellectu diuino, si singularitas obiecti absolute repugnaret intellectioni. Dixerunt ergo istam repugnantiam esse ex parte materię, quę habet oppositum, & diuersum modum receptionis ab eo, quod habet intellectus, & ideo posuerunt nullum intellectum omnino a materia **Secundo cęli com. 37.** **Solutio.**

ſeparatum aliquod iſtorum, quę ſunt hic, intelligere, vnde nec intellectus agẽs teſte Auerro. 3. de anima, commento. 19. & Themiſtius idem ſentit in. 3. de aĩa ſuper expoſitione tex. 35. Solũ autẽ illũ intelľm materialia iſta cognoſcere poſſe dixerunt, qui aliquam cum materialibus habet ligaturam, ſicut eſt intellectus poteſtatis in nobis. ille enim diminutus eſt ſatis, & infimus in genere abſtractorum, & illi competit intellectio ſingularis, non vnde intellectus, ſed vnde a phantaſmatibus in intelligendo dependet. Et fuit propter hoc controuerſia inter Peripateticos antiquiores, an intellectus noſter poſſit ſingulare cognoſcere & quis ſit modus, quo cognoſcitur: ſicut recitat Commentator, 3. de anima commento. 36. & ideo caueant Burleiſtę, & Nominales tenentes primum cognitum apud ĩtellectum eſſe ſingulare de intentione Philoſophi, & Commentator. immo iſta via eſt magis remota ab intentione iſtorum, quam ſit cœlum a terra, & ſi dixiſſent ꝙ ſit primum cognitum a ſenſu, rectius vtique dixiſſent. Et ſic vt redeamus ad propoſitum noſtrum ſequitur ꝙ, ſi intelligentiæ intelligerent indiuiduum materiale, materiales eſſent. quia oporteret ꝙ ſe haberent, ſicut homo in intellectione ſingularis. & ſic patet quomodo omnia ſunt ſub ſollicitudine & cognitione intelligentiarum ſub ratione ſpeciei, & non ſub ratione indiuidui.

Digreſſio de cauſalitate intelligentię & eius intellectione

Sed contra iſtam determinationem inſtatur. Quia pręſupono primo ꝙ intelligentia agat per cognitionem: Secundo ſuppono ꝙ concurrat ad cauſationẽ iſtorum, quæ ſunt hic per propoſitionem famoſam cauſa vniuerſalis plus influit in effectum quam particularis, vt habet Author de cauſis, & etiam Philoſophus, 8. phy. tex, cõ. 38. tunc ſic, cauſalitas intelligentię terminatur ad ſingulare, ſed nõ terminat̃ ad ſingulare, niſi mediãte cognitione, qa cognitiõe cãt ergo ſua cognitio etiam ad ſingulare materiale terminatur. Dixerunt quidam ad hoc argumentum qui ſunt magnę authoritatis viri, ꝙ in plus ſe extendit cauſalitas quã cognitio: quia alio modo cauſat, & alio modo cognoſcit. Sed iſtam ſolutionem non potuit vnquam intelligere: quia aut volunt abſolute cauſalitatem intelligẽtię eſſe maioris ambitus quam cognitionem, aut in comparatione, & primum quidem eſt falſum: quia intelligentia omnia cognoſcit ſaltem ſub rationibus ſpecificis, non tamen omnia cauſat, quia ſeipſam cognoſcit, & tamen non ſeipſam cauſat. Si vero dicunt ꝙ iſtud habet locum in comparatione ad ea, quę ſunt hic, quę materialia ſunt & cauſabilia. Contra hoc arguo ſic. effectus non poteſt excedere ſuam cauſam: quia tunc ſecundum aliquid ſui eſſet ſine cauſa oportet igitur ꝙ adæquet ſuam cauſam, aut ſaltem ꝙ eam non excedat tunc ſic cognitio intelligentię & velle eius ſunt adæquata cauſa actionis proprię intelligentię erga inferiora. nam. 12. metaphyſi. commento. 36. non agunt niſi mediante velle, & intelligere: ergo in tantum actio propria intelligentię ſe extendet, inquantum ſed extẽdit ſua cognitio, quia aliter effectus vel quaſi effectus ſuam cauſam vel quaſi cauſam excederet: quod eſt impoſſibile, & pręcipue in cauſis adæquatis. Forte dices ꝙ ideo intelligẽtia aliter cauſat & aliter cognoſcit q̃a cognoſcit ſeipſa, ſed cauſat cũ alio quia Sol & homo generãt hoiem. Sed iſta eſt fuga, licet ſic, ſit tñ propter hoc nõ euadis argumentũ quia ſumo cauſalitatẽ ꝓpriã intelligẽtię in illo priori, in quo pręcedit cauſalitatẽ materialis agẽtis nã licet in eodem inſtanti tẽporis moueat primus motor, & ſecundus motor in eſſentialiter ordinatis, tñ motio primi motoris ꝑcedit natura motionẽ: ſcđi motoris: ſicut patet. 8. phy. te. cõ. 35. Et rõ eſt in prõptu ibi. quia motor ſecũdus nõ mouet, niſi motus a. 1. & non econtra: igitur motio illa primi motoris eſt natura, prior quia iſta eſt diſpoſitio prioris naturaliter vt dicit ibi Commenta. in commento. cum aliud fuerit ipſum eſſe, & non econtra. & hoc etiam patet. 5. metaphy. capitulo de priori tunc ſic. in iſto priori intelligentia cauſat, & nõ niſi cognitione & deſyderio ſed iſta non ſe extendant vſque ad ſingularia: ego nec ſua cauſalitas. & ideo argumentum iudicio meo concludit contra reſponſionem. Niſi forte vellent iſti ponere aliquã aliam potentiã executiuã in intelligentiis aliam ab intellectu & voluntate & merito illius dicant cauſalitatem ſe extendere in plus quã ſe extẽdat cognitio. quod eſt multiplicare entia ſine neceſſitate, nec hoc vnquam inuentum eſt in Ariſto nec in Auerro, vel aliquo Peripatetico antiquo, Et ideo dico

quod causalitas intelligentię per se adęquatur suę cognitioni : sed per accidens causalitas excedit cognitionem . Pro quo debes scire ꝙ intelligentia & agens materiale faciunt vnam causalitatem totalem respectu singularis effectus , qui producitur, quia singularium sunt generationes, tamē effectus singularitatem habet a materiali agente naturā vero habet ab intelligentia vnde ab intelligentia effectus iste non causatur, nisi vt vniuersalis: quia effectum vniuersalium causę sunt vniuersales.2.phy.38, ab agēte autem materiali causatur, vt singularis. intelligentia igitur causat effectū per se, primo modo vniuersali: sed per accidēs sua causalitas ad singularitatem terminatur, pro quarto simul cōcurrit cum signato agente ad productionem tertii. Et ista est mens syncera Auer. super commento. li. de diuinatione, vbi facit digressionē de causis veri somii. & in hoc gauisus est multum animus meus. Esset tamen adhuc speculationis locus quomodo intelligantur dicta Auer. volentis intētionis vniuersales esse intellectas ab intelligentia, sed istud declarabimus. 12. metaphysi. Domino concedente.

Aue. i destructionibus, dispu. 1. in solu. 5. dubii ait ꝙ magis & minus & ęquales st ꝓprietates ī magnitudine finita. Et in solu. 6. dubii ait ꝙ nume. infinitus nō est par, nec ipar. Oppositū hui' videt' velle. 2. cęli. 38. vbi ait. Et itelligit p tē pꝰ ęquale. tēpus infinitū. Tēpus. n. infinitū dicit' alio modo esse ęquale infinito, cum infinitum non sit maius infinito , Ad hoc dicitur quod proprie loquendo maius & minus, & ęquale sunt proprietates quantitatis finitę. Sed alio modo vnū infinitū potest dici ęquale alteri priuatiue idest quia non excedit. Vnde hoc intendo Auerro. dixit tempus infinitum esse alio modo ęquale tempori infinito. & hoc quia non est proprie ęquale. Et sic tollitur dubium.

Vndecima contradictio, est in commen. 41. Dicit Commen. ꝙ esse huius corporis non est sensibile sed ratione comprehenditur, Oppositum dixit primo cę. cō. 5. Solutio sensibile apud Auerro. est nomen multiplex. Quandoque sumitur pro tangibili. & isto modo sumitur. 3. phy, commento, 48. vbi exponit sensibile pro tāgibili, quando Phylosophus dixit omne corpus sensibile habet vbi & cuā hoc modo sumpsit primo cęli, cō. 68. & sic ēt sumitur. 2. de generatione &c., commento. 7. Quādoque autem sumitur sensibile pro naturali. & sic sumitur primo. Auer, super primo physi. dum dicit , Res sensibiles sunt substantia huius artis. Quandoque sumitur pro mobili. Et quandoque pro sensibili sensu quolibet, & sic sumitur. 2. de anima plerunque. Quādoque vero pro sensibili sensu visus tantum. & sic dicit Commen, 3, phy. 48, corpus cęleste esse sensibile sensu visus. Dicamus ergo ꝙ, si quęratur absolute an cęlum sit sensibile, dicendum ꝙ est bene sensibile, si pro naturali supponat : similiter si pro sensibili sensu visus, nō autem est sensibile si pro tangibili, vel alio sensu perceptibili supponat. Quantum ad intentionem Auer. hic sensibile capitur pro eo, quod distinguitur contra illud, quod est per rationem inuestigabile discursiue. vnde pro tāto dicit Commen. hic quod esse istius corporis, s. cœlestis non est sensibile sed per rōnē cōprehenditur : quia esse eius est esse neutrū, quia videlicet neq; graue, neq; leue. Et ꝙ cęlum sit istius naturę, arguitiue hoc fuit cognitū, a posterioribus ꝓcedendo, non antē simplici cognitione sensitiua hoc cognosci pōt : licet illa ad hoc sit occasio, & origo. sic mō applica, & dic cōsequenter ad cōtradictionis formā.

Duodecima contradi, est in cō. 42. Dicit Cōm, ꝙ. in substantiis quidquid generatur, generatur ab vniuoco. Oppositū patet ibidē de igne, qui ex motu generatur et de genitis per putredinem. 7. me. 28. &. 31. Nisi esset ꝙ illud habet locū in substantiis perfectis, cuiusmodi non est ignis, nā secundū ipsum. 3. cęli. cō, 67. elementa sunt media inter substantiam & accidens: Similiter, habet locū in generabilibus generatione nō cessabili cuiusmodi nō sunt aīalia generata ex putredine, quia mus genitus ꝑ putredinē , aut nō generat, aut aliud generat ꝙ nō est mus, neque; semina, primo, de generatione animalium. capitulis. 1. &. 16. Et sic exponit Com, istam propositionem, 7. meta. 29. Habet etiam alias glosas, de quibus vide. 12. meta. commento. 24. & in limitationibus nostris satis diximus.

Decima tertia contradi. est in eodem cō. 42 . Dicit ꝙ corpora cęlestia non sequunt fugiditatē, Huius tamen oppsitū ipse sentit, 2, ca, de substātia orbis. Solui,

Vtrum vnū tempus infinitum, alteri infinito ęquale dici possit

Maius , & minus, & ęquale sunt proprietates quantitatis finite.

Secundo celi com. 41. Solutio.

Secundo celi com . 42. Solutio.

Secundo celi •

tur.hic loquitur ex ſententia propria. Nam ſcd̃m ipſum corpora cęleſtia non cō
currunt ad frigiditatem niſi priuatiue & comparatiue: quia vt ipſe habet.2.cœli
com.94.remotio a motu cœli dat grauitatem & quietem & frigiditatem, ſicut
vicinitas dat leuitatem caliditatem & motum. Thomas autē niti ur improbare
illam opinionem rationibus ſatis apparentibus, de quibus diligens Auerro.con
ſyderet. in.2.cap. de ſubſtantia orbis loquitur ſecundum Aſtrologos. vnde ibi
dicit, conſyderantes autem in ſcientia aſtrorum longo tempore, vere dicunt,

Secundo cœli.cō.51. Solutio.

Decima quarta contradi.eſt in cō. 51. Dicit quod ſphęra habet naturam vt
moueatur ſcd̃m partes, & nō ſcd̃m totum. Huius oppoſitum dixit.4.phy.43.cō
tra Themiſtiū. Soluitur. ſphęra mouetur ſcd̃m partes quantū ad formā & ſubie
ctum ſed ſcd̃m totū non mutat locū ſcd̃m ſubiectū. ſed ſolū ſcd̃m formam: cor
pora aūt recta ſcd̃m totū mutare locum poſſunt, & ſcd̃m formā, & ſcd̃m ſubie
ctū, & ideo hoc proprium eſt ſoli ſphærico corpori taliter moueri. Aut dicas ꝙ
inquit ſecundum Themiſtium. ſed prima ſolutio magis placet.

Secundo cœli com.59. Solutio.

Decima quinta cōtra.eſt in cō.59. Dicit Cō. ꝙ demonſtrationes mathemati
cę non ſunt miſcendæ naturalibus. Huius oppoſitum dicit.meteor.cō.primo vbi
dicit quod cauſæ iridis poſſunt ex vtraq; ſcientia aſſignari. Reſpondetur ꝙ di
ctum ſuū eſt verum hic, ꝙ nō ſunt inuicem miſcendę rationes naturales cū ma
thematicis niſi forte in caſu, quo cauſis mathematicis accidit ꝙ ſint propriæ
cauſæ rerū naturalium, ſicut dicit Cō.8.phy.cō.76. Ratio autē eſt quia vnaqu
que ſcientia ex propriis medijs demonſtrat. 1.poſterio vnde Philoſophus, lo
cunq; damnat Pythagorā, & platonē, & ſequaces, qui voluerūt aſſignare cau
ſas mathematicis loco cauſarū naturalium reſpectu ſenſibilium effectuū. Vnde
3.cęli.cō.61. Amor magiſtri, & Geometriæ fecerunt Platonem errare: quia cre
debat res Geometrię eſſe principia ſenſibilium. &.1.meta.cō.21.contingit Arit
quis ꝙ non dicunt ſermones conuenientes, & cauſas conuenientes, quia intro
miſſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex non mobilibus. Idē.1.meta.tex.cō
men.19.&.3:meta. cōmen:2. Quod aūt allegatur in oppoſitū authoritas eius in
3.meteo dicendū ꝙ illud nō mouet: quia ipſemet Auer in illa materia ſe retracta
uit, in cō. vltimo illius tertii contra Auenetan. licet illa retractatio videatur con
tra ariſ.1.poſte.te.cō.30. Et quidquid ſit de hoc. poteris tute dicere ꝙ in cō.1.quā
do dixit cauſas iridis poſſe ex ſcia mathematica aſſignari, hoc dixit ex opinio
ne Auenetan, aliter enim non ſeipſum retractaſſet in fine illius tertii. & quo
modocunque ſit, poſterioribus dictis magis debemus credere. Ex quo patet ꝙ
omnes rationes Calculatorum in naturalibus applicatę nullius ſunt roboris, cū
tranſcendant cauſas naturales.

Secundo cœli.com.59. Solutio

Decima ſexta contradi.eſt in eodem cō. Dicit Cō. corpora cęleſtia eſſe eiuſ
dem ſpeciei, Oppoſitum huius habet in cap de ſubſtantia orbis. Soluitur ſpe
cies duplex, analogice dicta, & vniuoce corpora cœleſtia ſunt eiuſdem ſpeciei
analogicę non autem vniuocę, ſed vt ſic ſunt diuerſarum ſpecierum. Colligitur
diſtinctio iſta ex Auer.in.2.cęli, cōmen.49.& etiam ſolutio ibi patet. Vnde et
conſueui dicere duplex eſſe genus, vniuocum, & analogum. patet per Auer.in.de
anima cōmen.30, &, 3.de anima.cō. 4.&.4.meta.cō.2. &.5. meta.cō.4 Et ita
conſueui dicere ſecundum Auer. ens eſſe genus analogum, & habere analogas
differentias. vnde primo de anima cō.6. dixit actus & potentia ſunt differentiæ
valde oppoſitæ entis & circuunt omne genus.

Decima ſeptima cōtra.eſt ſuper tex.63. Scribit Philoſophus ꝙ illud, quod op
time ſe habet, non indiget actione. & ita videtur quod Deus glorioſus efficie
non mouet aliquē orbem: cuius oppoſitum eſt demonſtratum in.8 phyſi.tex.cō.
79.& in.84. vbi oſtenditur ipſum eſſe in maximo circulo, quia ibi maxime appa
ret motus velocitas. qui eſt effectus eius. Ioānes de Iāduno, & multi ex no
co eliciunt Deū non mouere effectiue ſcd̃m Ariſ.& ita dicūt. et Cō. tenet
2.cęli.cō.62. dicit ꝙ illud quod acquirit perfectā nobilitatem ſine actione, et
intellectus abſtractus. Sed iſta poſitio ſtare nō pōt, quia hoc eſt cōmune D. &
aliis abſtractis ſubſtantiis, quę ſuā nobilitatem habēt ſine actione.
Cōmē, talia ſunt, quęcūq; ita ſe habēt, ꝙ actio eorū, eſt ſubſtantia eorū, & ...

& etiam confirmat in com. 165. vbi ponit ꝙ sūnt tres fines, quorum vnus est nobilitas simplex, quę non acquiritur per oppositionem. & ista est in substantiis abstractis: & secundus est nobilitas propinqua simplici, & ista acquiritur diuersis actionibus & sunt ordines, & ista est in orbibus, & nobilitas diminuta. quę acquiritur paruis actionibus, & est in rebus istis, quę sunt apud nos. Comen. 66. vbi ponit quatuor ordines entiū, dicit primū ordinē esse eorū, qui cōprehēdunt nobilitatē pfectā sine operatione, & ista sunt entia abstracta. Et ita, si opinio istorū vera esset, sequeretur ꝙ nullus orbis moueretur effectiue ab intelligentia, sed oporteret ponere aīam imaginatiuā, vt Au. posuit. Dic igitur sniam Philosophi fuisse, id, qđ optime se habet, non indigere actione distincta a suimet substātia, per quā suam nobilitatē sortiatur. actio. n. in talibus est pp suam substantiam, & non econtra. 2. phy. 88, & nobilitas istorū bene cōsistit in actione optima, quę est idem cū suimet substantia, Deus. n. est vita intellectualis, & semper actu intelligit, & intellectio eius est substātia eius, & ita nobilitas eorum est in seipsis. sed motus, qui est actio distincta ab essentia, non est qua intelligentia & Deus pficiantur, immo sequitur ex sua perfectione, & bonitate, & talis prima intellectio est pp ipsas, & secūdaria intellectio pp ista, quę sunt hic vt patet. 2. cęli. 17. & 21. cō. & 12. met. cō. 36. inferiorum vero nobilitas consistit in eorū actione, quę est distincta a suimet substantia, quia talia per motū generationē participant immortale, & diuinū esse, scdm qđ possunt, vt diximus. Solutio.

Arist. 2. cęli. 71. & habetur in translatione arabica, dixit, ꝙ si sphęrę planetarum haberent plures stellas, primus motor esset in labore. Ex quibus habetur ꝙ fatigabilis est. Oppositum huius habetur. 8. physi. auscultationis, 78. & 79. vbi fuit declaratum virtutes cœlestes nō esse materiales, nec fatigabiles. vnde ab omnibus concessum est ꝙ quælibet virtus materialis est fatigabilis. Ad hoc respondet Auer. 2. cęli 71. vbi mouet hanc questionem. & fundatur super duas rationes, & dicit, ꝙ verum est, ꝙ in cœlo non est labor: quia quodlibet impedimentum non est in rebus nisi propter materiam, hoc autem non est in cęlo. Tamen cū intelligentiæ sint formę, & quęlibet forma, siue sit in materia, siue non, est finita in vigore. Quia ergo inter intelligentiam, & orbē est quędā contrarietas, quę est inter actum, & potentiam: & est quędam proportio finita, ideo quāta velocitate appetit intelligentia mouere, tanta appetit orbis moueri. Ideo si alia stella adderetur in orbe planetę, tūc illa proportio cessaret. quia illa proportio consistit in indiuisibili. Sicut est in numeris. si ternario adderetur vnitas, nō esset ternarius, sed quadernarius, ita est inter intelligentiam, & orbē, quęda proportio in indiuisibili consistēs: & tūc si variatur, tunc motū adderet super potētiā motoris; & tunc fieret ibi labor, & fatigatio, quia motū adderet super potentiam motoris, & tunc motor aut nō moueret, aut tanta velocitate non moueret, quia declaratum est, 7. phy. ꝙ oportet vt potentia motoris superet potentiā moti si debet fieri motus. Et etiam si cęlo posset fieri additio, tunc sequeretur, ꝙ corpus cœleste esset corruptibile. quia hoc proprium est corpori corruptibili. Et tunc sequeretur, ꝙ ibi esset pena. Secunda ratio est, si cęlo posset fieri additio, tunc motus ille esset violentus. quia est tanta dependentia inter intelligentiam & suum orbem, ꝙ ad simplicem intellectionem intelligentiæ consequitur naturali desiderio suus orbis in motu. Si ergo orbi posset fieri additio, tunc non obediret orbis intelligentię; sed esset ibi penitentia, & tunc non esset ille motus eternus. Et sic patet qualiter Arist. non sibi ipsi contradicit. Videas tamen aliā concordantiam superius positam: vbi multa circa hanc materiam sunt posita, quę quia ibi posuit ideo hic omitto.

Vtrum motor cęlestis sit fatigabilis?

Secunda rō.

Auer. 2. cęli. 63. tenet, ꝙ non datur infinitum in vigore. Et etiam hoc alibi ex sua doctrina habetur. Oppositum huius uidetur haberi ex Arist. 2. cęli dum dicit, ꝙ si vnum contrariorum sit in rerum natura, ꝙ detur & reliquum. Et ꝙ ex veritate istius sententię, sequatur: probatur, quia datur potentia finita in magnitudine vt patet: ergo datur potentia infinita quæ non potest esse nisi in vigore. Ad hoc respondeo, & dico, ꝙ si bene intelligatur propositio Arist. 2. de cęlo 18. non sequetur ꝙ detur in vigore. Nam illa propositio tenet de contrariis positiuis solum: quia contraria priuatiua non sunt de perfectione vniuersi, Vnde

Vtrū detur infinitum in vigore.

ōes spē, quę sunt de pfectione vniuersi, semper sunt in aliquo loco vniuersi D
Sed cum contraria positiua importent formam quę dicit perfectionem in vniuerso:ideo vera est propositio de cōtrariis positiuis. Et sic non restat dubium. Multa essent dicenda circa hoc vtrum detur infinitum in vigore. Sed quia prolixe de hoc habetur sermo in alia concordantia:ideo ibi videas. Nō.n.oportet pluries eadē dicere. Afflictio.n.animi est, semper vti eisdem inuentis (vt B. Augustinus ait). Et Galenus.8.methodi.cap.3.dicit. Vnde nec immorandum mihi hic multis est eos imitanti scriptores, qui cum pauca prorsus sciant, ipsa in omnibus libris inculcant. Id enim non multa est docere, sed multa scribere, & multas chartas consumere, cum liceat paucas: ac multum temporis nulla necessitate conterere. Ideo bona fronte illa ommittamus.

Gale. dictū.

Secundo cęli. com.83. Solutio.

Decimaoctaua contradi. est in cō.83.D.Co. ꝙ corpora naturalia habent motū propriū eodē mō. Sed huius oppositū inuenimus in ipso.2.phy. c.3. vbi vult definitionē naturę non vniuoce dici de oībus, & 1.cęli.cō 5.&.2. cęli.3. & 71 Cō.idē d. Soluitur. hic loquitur ad hoiem: quia arguit cont. Antiquos, et loquitur de elementis. nam ibi loquitur de quiete terrę. simpliciter igitur sumendo corpora, non sunt naturalia eodem modo vniuoce dicto; tamen sumendo corpora elementaria tantum, sic talia sunt naturalia eodem modo. Et ideo d. Cō. in.2. cęli.cō.3. ꝙ motus cęli non est naturalis, sicut motus elementorū: quia nō dicitur definitio naturę vniuoce, sed scdm prius & posterius.2.phy.c.3. E

Secundo cęli, com.95.

Decimanona cōtra. est in cō.95. Inquit Com. elementa non habent quātitatē terminatā. Huius tñ oppositū d. in.2.de aīa.te.cō.21. oīum natura cōstātiū, etc. Si teneremus opinionē Egidii Romani ponentis nō dari minima ex parte formę in simplicibus, sicut quidā tenēt ēt in via Aue. facile esset tollere istā cōtradictionē. tñ Cō.6.phy.cō.49. videtur ponere minimū, tā in formis simplicibus quā in formis cōpositorū. Nisi glosaretur quantū ad subiectū ipsum. Sed quicquid sit de hoc, dico ꝙ præsens authoritas nō est contra ponentes minima. quia Cō. noluit dicere ibi ꝙ elementa non habent quantitatē determinatā quia videlicet non datur minimū vel maximum in eis: sed illud dixit ꝙ talia non consistunt in pūcto, et ī indiuisibili. et istud fuit de intētione eius ibi, sicut patet cōsyderanti.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Tertio de Cœlo.

Tertio cęli com.6.

Prima contradi. est in cō.6. Scribit Cō. ꝙ Naturalis dicit ꝙ magnitudo est diuisibilis in semp diuisibilia. Huius tñ oppositū.d.4 ph. 72. vbi d. ꝙ lineā mathematice est diuisibilis in infinitū, nō aūt linea terrestris. Soluitur, magnitudo naturalis dupľr pōt cōsiderari. Vno mō, vt est ī materia prima absolute: & vt sic Naturalis.d. ipsam in infinitū esse diuisibilē. qa diuisio in infinitū in cōtinuo insequitur materiā, & ex pte materię est infinitudo, ex pte formę finis & complementū. & ista fuit rō, quare magnitudo diuisibilis ē ī īfinitū, nō aūt augmētabilis, qa diminutio insequitur materiā, & augmētū insequitur formā, & actū, & perfectionē.

Alia solutio

Alio mō pōt magnitudo naturalis cōsyderari, vt est in aliqua materia sensibili, existēte sub aliqua forma determinata: & sic terminata est apud Naturalē. & patet cōcordia. Pōt ēt solui ꝙ Naturalis d. ꝙ magnitudo est diuisibilis in semp diuisibilia, non quia pbet continuū esse diuisibile in infinitū, sicut aliqui tenēt, sed quia probat ꝙ magnitudo non est composita ex indiuisibilibus, sicut in.6. phy. diximus diffuse ex intentione Com. super. cō.31.

Tertio cęli tex.13. Solutio.

Scda contra. est in.te 13.D. Philosophus, & Com. ꝙ impoſē est inueniri corpus. qđ non sit elemētū, neq; ex elementis cōpositū. Sed opponebā de orbe cęlesti, q neq; elementū est alicui, neq; ex elementis constitutū. Soluitur Aristo. cōtra Platonē, q ponebat corpa cōponi ex superficiebus, vñ ad hoiem loquitur, q

illa opinione data sequitur aliquod corpus ex superficiebus tantum componi, quod neque elementum est, neque ex elementis componitur ut patet ibi ex deductione. Cælum autem respectu universi bene est elementum componens tamen, imo vocatur primum elementum. 3. cæ. ad principium t.i.cæ.1.c.91. tribus .n. entibus corporalibus elementis, nulli tamen cælum est elementum per alterationem. — Tertio cæli

Tertia contra. est. in co. 17. D. quod Plato nihil sciuit de materia. Huius oppositum dixit ipse 1. phy. c. 81. Soluitur, quod nihil sciuit de 1. materia, ita quod quiditatem eius seu naturam cognouerit, nam solus Ar. cognouit naturam eius, sed ante ipsum nullus magis appropinquauit ad veritatem, quam ipse Pl. et sic in comparatione sciuit, et tamen simpliciter ignorauit. — com. 17. Solutio.

Quarta contra. est in co. 51. D. Co. compositum non differre ab elementis, nisi quantitate. Huius tamen oppositum expresse habet ipse in co. 60. 7. me. vbi d. quod caro non terra, & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquid additum. Soluitur, quod dictum suum in hoc loco non est ex intentione Philosophi, nec de intentione sua, sed illud sequitur ad hominem, contra quem arguit. — Tertio cæli comen. 51. Solutio.

Quinta con. est in co. 55. D. corpus mathematicum non esse in loco. Huius oppositum patet. 4. phy. 76. & 47. & 1. de generatione. co. 44. Soluitur corpus mathematicum est in loco secundum imaginationem, non est in loco secundum rem. Solutio est Auer. 4 phy. co. 47. in fine comenti. — Tertio cæli com. 55. Solutio.

Auer 3. cæli. 67. ait, dicemus quod formæ istorum elementorum substantiales sunt diminutæ a formis substantialibus perfectis. & quod suum esse est medium inter formas & accidentia. Ex quibus clare habetur, quod istæ formæ mediæ sunt inter substantiam & accidens. Oppositum huius habetur a philosopho. 10. metha. 22. vbi habetur, omnia nanque media in eodem sunt genere, & quorum sunt media. Hoc etiam ibi Auer. vbi ait, quoniam media, & illa inter quæ sunt media, sunt in eodem genere & manifestum est, quod substantia, & accidens eiusdem generis esse non possunt, & per consequens medium inter ipsa esse non potest. Ad hoc respondetur, secundum doctrinam Aue. 4. cæli. 26. quod medium est duplex, aliquod .n. est medium secundum comparationem, & aliquod secundum compositionem ex extremis, sic .n. primo modo, dicimus aerem & aquam esse media inter graue simpliciter, & leue simpliciter, non secundum compositionem, sicut rubeum est medium inter album, & nigrum. Accideret enim vt aer, & aqua, componerentur ex igne & terra. Sed est intelligendum, quod duæ potentiæ existunt in eis secundum comparationem, ex quo non sequitur, vt sint composita. Aqua enim non dicitur leuis, nisi in comparatione ad locum terræ, & grauis secundum comparationem ad aerem. Vnde ipsa in se habet vnam naturam simplicem, quemadmodum de aliqua re dicitur, ipsam esse dextram & sinistram in respectu diuersorum, & ipsa in se habet vnam naturam simplicem non compositam. Media vero quæ non dicuntur secundum comparationem, sunt composita ex extremis contrarijs. hac posita distinctione dico, quod propositio, quæ dicit, quod media sunt eiusdem generis cum extremis, intelligitur de medijs secundum compositionem ex extremis, & non de medijs secundum comparationem Formæ vero elementales secundum comparationem & non secundum compositionem inter substantiam & accidens, dicuntur esse mediæ, quoniam in aliquo, substantiis assimilantur, & in aliquo accidentibus, non quia elementalis forma, ex natura substantiæ, & accidentis natura composita sit, sicut plusquam Commentator in. 1. microthegni conatur dicere Com. 15. contra Auer. nam inquit, cum media sint eiusdem generis cum extremis. Si elementa inter substantiam & accidens sunt media; tunc eiusdem generis substantia & accidens essent. Et non aiaduertit hanc æquiuocationem, quia in mediis in sola comparatione dictis, aut consistentibus, non oportet, quod media & extrema eiusdem generis sint, sicut elementi forma est medium solum secundum comparationem, nam inquantum hoc aliquid facit est substantia, & naturam & conditionem substantiæ participat, sed inquantum intenditur & remittitur, sic assimilatur accidentibus, & sic cessat dubium æquiuocatio .n. multos decepit, & in magnos errores induceit. — Vtrum formæ substantiales Elementorum sint Mediæ inter substantiam perfectam & accidens. Medium est duplex. Contra plusquam Commentator.

Sexta contra. est in. co 67. Dicit quod ignis habet ambas qualitates in fine. Huius oppositum tenet. 4. meteo. c. 10. Soluitur. veritas est ista in elemento simplici ambæ sunt in fine: alias non esset simplex, præcipue secundum ipsum, qui tenet tanta esse conexionem inter qualitates elementorum, & suas formas, quod d. eas intendi, & remitti ad intensionem & remissionem suarum formarum qualitatiuarum. Quomodo autem intelligatur dictum eius. 4. met. c. 10. diximus sup. c. 54. primi ph. diffuse, & ibi videbis, quare nunc ad alia properamus. — Tertio cæli comm. 55. Solutio.

Auer. 3. cęli. 67. ad longum ait, ꝙ in mixto sunt elementa formaliter tamē D secūm esse refractū: & hoc non solum quantū ad qualitates ipsas verūetiā quo ad suas formas contra Aui. Vnde in mixtio sunt forma elementorum in esse refracto. & forma mixti, sequitur ergo ꝙ forma mixti quādo educitur de potentia materię habet pro subiecto in actu. Quia materia prima est sub formis elementorum: & consequenter est in actu, Et sic generatio substantialis, habet pro subiecto ens in actu. Oppositum huius habetur ab ipso Auer. 5. phy. 8. vbi ait, si igitur subiectum fuerit ens in actu, tunc generatio erit motus & ista est dispositio transmutationis in alteratione & argumento. & translatione. Et si subiectum fuerit in potentia, non erit illic motus, cum nō sit illic motus in actu sicut est dispositio in substantia & dicitur generatio, & corruptio simpliciter. Et alię transmutationes dicuntur generatio & corruptio tamen non simpliciter sed cum determinatione. & pluries habetur ex illo commento, Et hoc etiam habetur ex Aristot. in tex. Ad hoc dupliciter respondetur, scio, n, magnam difficultatem fecisse, in hoc almo Gymnasio Patauino, quodam anno, dum publice quintus phy. exponeretur: dū ego, & condiscipulus meus Franciscus Cagnus, vir acutissimi ingenij, sustentaremus quasdam conclusiones in circuiis Patauinis, & vna ex meis conclusionibus fuit ista propositio, 5. physi. circa quam fuerunt mihi adducte multę instantię, & dicta contradictio. quibus tamen pro viribus satisfeci & satisfacere conabor. vnde predictę contradictioni dupliciter respondetur, Et primo ex intentione Zimare. Quod Aristo. & Auer. quam dicunt ꝙ generatio forme substantialis habet subiectum quod sit ens in potentia: loquuntur de generatione, quę est vnius ex vno, & non de generatione, vt se extendit ad generationem formę ipsius mixti. De ista enim generatione etiā sermo est, quam in. 4. de generatione 24. dicitur, ꝙ generatio, est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanēte. Nam alia est generatio ibi diffinita ab illa, quę 4. Metheoro. diffinitur. Vbi habetur, est autem simplex, & naturalis generatio, permutatio ab his virtutibus cū habitant rationem ex subiecta materia vnicuiq; natura. Et alia est deffinitio generationis, quę in libro de morte, & vita habetur. Vbi dicit, ꝙ generatio est, prima participatio animę in calido naturali: & vita est eius permansio. Manifestum est enim ꝙ diffinitio data in libro de generatione: competit generationi in qua vnum fit ex vno. quia de generatione. & modo generationis elementorum ibi principaliter: agitur. (sicut Ioannes Gramaticus dicit) Vnde Aristo. 2. de anima. 117. appellat illum librum, librum de elementis vt exponit the. & Auer, Et in tali generatione vnius ex vno, fit transmutatio, totius in totum nullo sensibili remanente, vt subiecto. Quia elementa vt ait Auer. non. diuiduntur nisi in materiam primā & formam generatio autem diffinita in. 4. metheoro est illā in qua vnum generatur ex pluribus: & illa est idem subiecto cum mixtione: & in tali est necessarium ꝙ aliquid sit sensibile quod concurrebat in ratione subiecti. Vnde ait, E ꝙ subiectum forme elementi est materia prima, & subiectum formę mixti est totum resultans ex materia prima, & quatuor formis elementorum, ibi reiectis. Et sic secundum ipsum soluitur contradictio. Ista responsio in se est quodmodo dubia, & etiam propter aliqua dicta ipsius Zimarę in alijs locis redditur suspecta, quod pro nunc breuitatis gratia silentio pertransilo. Alia est responsio, & fuit præceptoris mei Hieronymi Stephanelli Patauini doctoris celeberrimi qui fuit discipulus ipsius Zimarę. Quę responsio iudicio meo est verior. Et est, ꝙ quando philosophus & Auer. dicunt, ꝙ subiectum generationis substantialis est ens in potentia illud habet intelligi hoc modo, s. ꝙ non sit ens in actu secundum gradum determinatū, & prefinitę spetiei. Et non ꝙ semper in generatione substantiali: subiectum sit absolute ens in potentia. sed sufficit, ꝙ aliquando sit in potentia modo: & quando veniunt operationes illius spetiei, tunc subiectum est in actu secundum gradum determinare spe. ie, Et sic non potest esse subiectum generationis substantialis, & secundum hanc responsionem, sermo Arist. & Auerro. in. 5. phy. erit vniuersalior. Prima enim responsio coarctat ipsum. alię etiam adducantur ad hanc oppositionem responsiones quę mihi non satisfaciunt istę, ideo illas omitto; quas apud doctores poteris videre.

Duplex generatio.

Subiectū formę elementi subiectū formę mixti.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS.

Super Quarto de Cœlo.

AVer.4.cęli.1.ait.Res.n.ęternæ non habent agens, nisi secundũ similitudinem,neque habent ex quatuor causis,nisi formalem, & finalem.& si habuerint aliquid quasi agens,non erit nisi inquantum est forma illi,& conseruans ipsum. Et non solum ex hoc loco,sed ex multis aliis habetur ab Auer.ꝙ res ęternę nõ habent efficientem. Oppositum huius habetur ab Auer.in ...ro destructionum disp.3.sol.18.dubij vbi ait. Amplius declaratum est a phi...osophis,ꝙ illud quod dat entibus separatis a materia finem, est illud quod dat ...s esse forma enim,& finis sunt vnum & idem in hac spetie.entium. ergo illud ...d dat finem entibusillud met dat formam .& illud qđ dat formam est agẽs ...go quod dat finem huic,etiam est agens.Hoc etiam in multis alijs locis ha...betur ab Auer.Ad hoc respondetur. & sciendum est ꝙ ista per ordinem se ha...bent, natura,anima,intellectus,Deus.Res ęternę causam efficientem naturalẽ ...non habenti.quę efficit per modum naturę proprietas aũt efficientis naturę est, ...12.meta.44.&.18.12. ꝙ agẽs naturale extrahit rem de potentia, ad actum ...per transmutationẽ,& motũ.Agẽs quoque naturale tempore precedit actum,et ...proprie dicitur principium,Ista distinctio est Auer.2.cap.de sub.or. Agens est ...dupliciter.Vnum quod tempore pręcedit actum. Aliud est quod natura pręce...dit actum. Hac posita distinctione, ponuntur duę conclusiones, ex quibus oẽs ...hę auctoritates, quę videntur diuersę circa hoc, conciliantur,Prima,est. res ...ęternę non habent agens naturale isto modo,ꝙ tempore pręcedat actum. secũ...da est.Res ęternæ habent cãm agentem,quę natura pręcedit actum. Auer. in ...cap.de sub.orb.dicit,ꝙ si intelligentia non esset, esset de orbe,sicut de motu ...Ergo sicut motus dependet ab intelligentia,ita etiam substantia eius, Con...tra orbis nõ est compositus ex materia, & forma:ergo nõ habet principium in...trinsecum,quo potest deficere,quia sunt formaliter necessaria de se secundo ce...lo.dicit ꝙ propositiones,quæ dicuntur de corporibus cęlestibus, equiuocę ...dicuntur cum generabilibus. credimus ꝙ sicut est in creaturis ita sit in ideo,et ...decipit nos.Dico igitur ꝙ licet ab intrinseco orbis sit necessarius, & nõ pos...sit desinere esse,tamen posset desinere esse ab alia causa: quia dependet a prima ...intelligentia in genere causę formalis,& finalis, aqua dependet in esse essentia ...& in genere causę efficientis motus naturali : quia non producuntur per ...transmutationem. Et ita bene Auer. dicit, ꝙ si secludatur intelligentia ad or...bem ...esset de orbe, sicut de motu. Et Ioannes Gramma. primo de genera...tione ...19.ex intentione Alexand.dicit, ꝙ efficiens est duplex. nam est natura...le ...autem est supra naturale.Ecce ergo æterne nam habent causam agen...tem ...tempore pręcedit actum,ideo dicitur esse agens secũdum similitudinẽ ...& conferunt ipsum:& genus causæ conseruãtis reducitur ad causam agẽ... ...Dico igitur ꝙ auctoritas.4.de cęlo, & omne illud,ex quibus habetur, ꝙ ...ęternę non habent efficientem,loquuntur de agente,quod præcedit tempo...re ...causatum,& quod vere efficit:& tale agens non est in abstractis. Alię ...oppositum,intelliguntur de causa efficiente,quę efficit: & inef...ficiendo non pręcedit tempore,sed natura.Et sic cessat oppositio, quicquid aliĩ ...ad hoc.mens enim Auer.est, ꝙ res ęternę habent causam modo declara...to ...bed arguitur, si cęlum dependeres ab intelligentia effectiue, sequeretur

Vtrum ęterne habeant efficientes Natura,anima intellectus, deus p ordinem se habent.

ꝙ ex se possibile, ab alio esset necessarium. consequens est cõtra Auer. 8. phy. 79. Consequentia probatur. Nam Auer. 12. meta. 4. dicit, ꝙ ista distinctio s. necessarium ab alio, & possibile ex se solum reperitur in motu cœli. Et reddens causam istius inquit, quia motus est ab alio: sed substantia habet esse ex se. Patet autem, ꝙ motus habet esse ab alio effectiue. Substantia igitus cœli, si est necessaria ex se, hoc est, quia habet esse ex se, pro vt si ex se dicit priuationẽ causę efficientis. nam aliter ratio Auer. ibi non procedit. Ad hoc respondetur, & pro ampliori notitia est sciendum, ꝙ aliquod possibile ex se. nõ posse perpetuari ab alio, habet locum in substantijs: fallit autem in accidentibus, sicut est instantia de motu cœli, vt placet Auer, 12. meta. 41. Et ꝙ sit vera in substantiis, nõ autem in accidentibus, ratio diuersitatis est. quoniam si aliqua substantia ex se ens possibile esset, hoc ratione principij. passiui intrinseci, quod materia est, retinet. per ipsam enim res potest esse, & nõ esse. 7. met. 22. & 53. tali autem potentię passiuę ꝙ in natura correspondeat actiua potentia necesse est. in omni natura, in qua est dare principium, quod est omnia fieri, est dare etiam principium, quod est omnia facere. 3. de anima. 17. sic enim intelligentiam agentem necessario probat. Vnde ex hoc fundamento dixit Auer. 12. diuinę philosophiæ. 18. ꝙ omnes formę sunt in potentia passiua primæ materię, & sunt in actu in primo motore, quia in eius actiua potentia sunt. vnde per actiuam potentia passiua diffinitur. Et ideo si potentiam ad non esse aliqua substantia haberet, si ad actum illa potentia non deduceretur, tunc frustra esset illa potentia ibi, vt bene deducit Auerro. primo cœli. 20. potentia enim passiua primæ materiæ est contradictionis: quia per illam res potest esse, & non esse indifferenter, & talem confestim sequitur contrarietatis, vt ait philosophus in de longitudine & breuitate vitæ; & vt dicit Auerrois in de substantia orbis capit. primo. Declaratum est, ꝙ causa corruptionis entium, & factionis eorum, est contrarietas existens in suis formis: & commune subiectum, quod nullam habet propriam formam: sed est in potentia recipiens numerum secundum formas diuersas numero, & quæ sunt secundum magis & minus. Possibilitas ergo in substantiis compositis est ex necessitate: vt ait Auerrois in prologo physi. de morte, & corruptione, & propter causam prędictam talis haud potest impediri. Motus autem cęli, cum accidens sucessiuum sit, intrinsecum principium passiuum, per quod possit non esse, non habet. quia formæ simplices accidentia sunt: & materiam, ex qua constant nõ habent: sed solum habent materiam in qua. i. ipsum subiectum. Sed possibilitas ipsius motus est ex extrinseco: quia habent contrarium ipsam quietem: quia motui, inquantum motus, contrariatur quies. Et ideo motus, cum sit accidens successiuum, totum suum esse dependet ab ipso motore. Et quia motor est intelligẽtia, quę inuariabiliter, & sempiterno mouet, ideo motui permanentiam ipsa intelligentia largitur. His positis, diço ad argumentũ, vt dicit Zimara, ꝙ argumentum imaginatur ꝙ ratio propter quam motus sit ex se possibilis, & ab alio perpetuabilis, est, quia dependet ab alio effectiue, hoc autem falsum est, & contra Auer. ibidem. Nam motus cæli non habet possibilitatem essendi, & non essendi a motore: quia tunc ab eodem haberet esse possibile, & necessarium. quod absurdum est. Et ideo dicitur, ꝙ motus est possibilis ratione sui contrarij, quod est quies. quia motus, inquantum motus, in genere sumptus habet contrarium ipsam quietem. Ista autem contrarietas, cum sit extrinseca, per agens extrinsecum impediri potest, vel mediante [illegible] ct[illegible], in quo recipitur. multa enim contrariãtur in inferioribus, quę non contrariantur in superioribus. Et ideo motus cęli, inquantum motus est, ex se possibilis est, & vt sic non repugnat sibi nõ esse: quia vt sic non caret contrario. tamen potest ab alio perpetuari. Et causa propter quam ab alio perpetuabilis est, est quia dependet in esse ab alio., & hęc habet inquantum talis motus est: cui nihil debet contrariari; teste philosopho. 2. cęli. Et sic debet intelligi dictum Auer. dum dicit, Motus autem cęli possibile, est vt sit necessarius; ab alio, & possibilis ex se, & causa in hoc est, quia esse habet ab alio, & possibilis ex se. & causa in hoc est, quia esse habet ab alio, & possibilis ex se,

Possibile ex se nõ posse ab alio perpetuari ualet in substãtiis.

Responsio ad argumentũ secũdum zimaram.

sa in hoc est quia esse habet ab alio. Et causa in hoc debet refferri ad illud videlicet causa propter quam est perpetuabilis ab alio, est, quia dependet in esse ab alio: & nõ ad illud. videlicet. ꝙ sit possibilis ex se. Vñ motus cæli dupliciter considerari potest. Vno modo secundum genus: inquantum motus est. Et vt sic motus cæli ex se id est in ratione motus, est possibilis quia vt sic, non repugnat sibi contrarium habere: Sed ꝙ sit ab alio perpetuabilis hoc habet ꝓ quã to consideratur, inquantum talis motus. Et ꝙ motus cæli sit talis, non habet esse effectiue, nisi ab intelligentia quę semper idem facere apta est. Materiale autem dependet a cælo (vt patet.) Sed in substantiis non est sic. Non. n. est reperire substantiam possibilem ex se: & perpetuabilem ab alio: quia merito materię, est possibilitas essendi in substantiis, quæ est principium intrinsecum: & subiectum contrarietatis: & priuationis. Et talis possibilitas extrinsece impediri non põt, vt non deueniat ad actũ. formaliter igitur respondendo, dicitur, ꝙ adequata cã, propter quam cæli motus sit ex se possibilis, & necessarius ab alio non est: quia habet esse effectiue ab alio, sicut aduersarius imaginabatur; ideo argumentum non concludit. Hęc sufficiant, si plura vis videre circa hanc quæstionem vide Zimaram in quæstione de triplici causalitate.

Prima contradictio est in commen. 34. Dicit Auer. ꝙ ignem esse demonstrat. Philosophus ibi, licet sit species & pars subiectiua illius libri. Oppositum habetur in ipso. 2. de anima. commen. 27. &. 6. methaphysi. commen. primo vbi habetur ꝙ neq; subiectum, neq; partes subiectiuę subiecti possunt demonstrari in scientia. Dicunt Moderni ꝙ ideo subiectum in scientia non potest demonstrari, quia est primo notum in scientia, & est id, quo cętera certificantur. nihil enim est in scientia, quo subiectum in scientia certificari possit. species vero subiecti, quia sunt omnibus modis idem cum subiecto & subiecti existentia, est vna cum esse specierum: ideo nec ipse aliquo pacto demonstrari possunt. i ed principia subiecti habent aliquid notius, saltem quo ad nos, vt subiectum ipsum & partes eius, & alia multa virtute primi subiecti. quia igitur subiectum nõ potest notificari per aliquid prius eo in scientia, quia est primum nec per aliquid posterius, quia omne posterius certificatur per ipsum, tanquam per primo notũ in scientia: igitur est indemonstrabile. Et licet nos fecerimus prolixam satis quæstionẽ de hac materia, quantum autem spectat ad pręsens, non videtur mihi ꝙ ista opinio sit vera. quod. n. dicitur ꝙ subiectũ nõ põt notificari, nec a priori, nec a posteriori, quia nõ habet aliquid notius, dico ꝙ hoc falsum est quantũ est ex termino istius causę. Nam principia subiecti sunt priora naturæ & notiora quã ipsum subiectum, sicut causa respectu causati. passiones etiam subiecti, pręcipue in corporibus sensatis, notiores sunt quo ad nos ipso subiecto, vt in pluribus: sicut effectus vt in pluribus in talibus apud nos sunt notiores primo physi. tex. cõmẽ. 2. Ratio igitur ꝙ subiectum scientię indemonstrabile sit pręcise est ex sua ratione formali, quam est subiectum, cum de illo oportet pręsupponere quid & ꝗ. & non est aliqua ratio, quia videlicet non habeat prius nec posterius, quo sic vel sic certificari queat. vnde quęlibet scientia debet concedere suum subiectum esse, vel quia illud est notum in se, vel quia accipitur tãquam notum ab alia scientia, in qua declaratum fuit, sicut dicit pulchre Commen. in commen. vltimo. primi physi. & hoc nulla alia ratione fit, nisi ex ratione sua formali, qua subiectum est. subiici enim illud oportet in scientia tanquam basim, & fundamentum totius scientię. Illud vero, quod dicit positio de partibus subiectiuis peruersis error est. quia licet esse, & existentia subiecti, & partium subiecti earũ eadem sint, stat tamen vnum eorum notum esse, & aliud ignorari. sicut licet eadem subiecto sint primus motor. & prima forma, tamen rationibus distinguuntur: & stat vnum sub vna ratione cognosci, & ignorari secundum aliam. Et hoc verificatur in plerisque exemplis. vnde patet ꝙ ignis est pars subiectiua in libro de cælo, cuius subiectum adæquatum est corpus simplex siue vniuersum, vt aliis placuit: & tamen demonstratur non obstante identitate eadem, & existentia cũ subiecto suo, cui subiicitur, vnde. 2. de aïa, demonstratur esse sensus cõ

Quarto cæli cõmento. 3.
Digressio cõtra Modernos de subiecti, & partiũ subiectiuarũ, & ipsius principiis demõstratiõe.

Limitatio ꝓpoſitionis Auerroís.

munis,&.3.de anima demõſtratur eſſe intellectus poſsibilis,& eſſe intellectus agentis,licet ſint de potentiis animę.quas ſpecies & partes ſubiectiuas appellat Cõmen, Dicamus ergo quod ꝓpoſitio Auerrois nõ eſt vniuerſaliter vera,quod ſpecies ſubiecti in ſcientia non poſſunt demonſtrari,nec a priori, nec a poſteriori,ſed ſolum hoc verificatur vt in pluribus,ſed fallit quandoq;,& hoc;quãdo tales fuerint ignotę.& hoc eſt,quod ipſe dixit in.2.de anima,in principio cõmen. 29.inquit enim.Quia vult ponere hic numerũ iſtarum virtutũ,ſecundum quod artifex ponit ſubiecta ſuę artis,non vult ponere, niſi illud,quod manifeſtum eſt per ſe,& dimittit alia,quę nõ ſunt manifeſta,quouſque perſcrutetur de eis.Ecce igitur quod partes ſubiectiuę per ſe notę poni debent in ſcientia, ſicut ponitur ſubiectum artis:ſed illę.quę ſunt ignotę,poſſunt demonſtrari in illa ſcientia: pręcipue ſi ſcientia illa habuerit aliquod medium notius,per quod illas poſsit illa ſcientia demonſtrare.quod addo propter ſubſtantias ſeparatas, quę ſunt partes ſubiectiuę principales in Metaphyſica,quę non demonſtrantur ibi non quia ſint partes, ſed quia nullũ aliud eſt mediũ efficax demonſtratiuũ eſſe ipſarum, niſi motus; ſicut ſcribit Commentator in commento vltimo. primi phyſico. & in commento.5.12.metaphyſi. Et quia ita eſt,ideo dixit Commentator ignem eſſe demonſtratur hic,& eſt demonſtratio ſigni ad ſpẽs ſubiecti:quod raro contingit in ſcientia. dixit notanter raro;quia vt in pluribus partes ſubiectiuę in ſcientia ſunt per ſe notę,aut ſumuntur tanquã notę ex alia ſcientia,quę ſola poteſt illas demonſtrare. ſicut Metaphyſica ſumit eſſe ſubſtantiarũ ſeparatarũ, quę ſunt principaliſsimę partes ſubiectiuę ſubiecti illius ſcientię ſine demõſtratione:quia concedit eas eſſe,ſubijciens ſe in hoc artifici Naturali, qui eas demõſtrat.Sic etiã dicimus de principijs ſubiecti, Principia ſubiecti non demonſtrãtur in ſcientia,quia habent ſubiectũ,& aliquid prius notũ, per quod demonſtrari queant.Nã,ſi principia ſubiecti in ſcientia eſſent per ſe nota in eſſe,reſpectu prioritas ſubiecti,nec poſterioritas paſsionũ ſubiecti ſufficeret ea demonſtrare eſſe, & ratio eſt,quia demonſtratio non fertur ſuper re nota Et ideo principia ſubiecti in ſcientia poſſunt demõſtrari a poſteriori in ſciẽtia illa,quãdo fuerint ignota,& poſſunt illa principia a priori demõſtrari in ſciẽtia ſuperiori, ſi habuerit alia principia priora in illa ſcientia.quę notiora fuerint,& hec totũ verum habet,quãdo talia principia fuerint ignota.Et iſta eſt ſententia lucidiſsima Auer. ſecundo phyſico,cõm.22.vbi,poſtquam dixit principia ſubiecti poſſe demõſtrari a poſteriori in ſcientia,cuius ſunt principia, vel a priori in alia ſcientia ſuperiori,modo habeant cauſas priores in illa ſcientia,addit vnã limitationem neceſſariam ſuper qua nõ conſyderauerunt Moderni,dicens,& hoc totũ erit.quando cauſę ſubiecti latuerint. Subiectũ igitur (vt colligamus fragmenta ne pereant) F in ſcientia,in qua eſt ſubiectum,ſiue illa ſcientia vniuerſalis fuerit,ſiue particularis,non poteſt aliquo genere demonſtrationis demonſtrari in tali ſcientia.Ratio,quia ſubiectum debet concedi in ſcientia,vel quia eſt per ſe notũ, vel quia ſumitur tanquã notum ab alia ſcientia demonſtrãte ipſum, & hoc competit ſubiecto ex ſua ratione formali.quia igitur ſcientia ſemper ſumit ſubiectũ tanquam notum,illud nullo pacto poteſt demonſtrare:quia ad nota per ſe,vel ad ea,quę ſupponuntur tanquã nota, non eſt demõſtratio in ſcientia illa habente illa pro notis.Partes autẽ ſubiectiuę in ſcientia,ſi fuerint ignotę.& illa ſcientia habuerit mediũ notius,per quod poſsit illas demonſtrare,dico quod demonſtrãtur in ſcientia illa demõſtratione ſigni.Principia vero ſubiecti,ſi ignota fuerint in ſcientia aliqua, & illa ſcientia habuerit medium, per quod poſsit illa demonſtrare, quod ſit notius (quod dico etiã propter ſubſtantias ſeparatas,quę ſunt principia ſubiecti Metaphyſicę,& ſunt ignota,tamen non demonſtrantur ibi ex defectu medij,& nõ ex eo, quia cũ hoc ꝙ ſunt principia ſunt etiam partes ſubiectiuę, ſicut dixerunt cõmuniter omnes Moderni,quaſi aliquid eſſe partem ſubiecti tollat ab aliquo demonſtrabilitatẽ de eo,quod tñ falſum eſt:ſed ideo non demõſtrantur ibi,quia non habetur mediũ,per quod poſsit eas demonſtrare:quia nulla alia eſt via ad illud,niſi via motus;cũ hoc etiam concurrit ꝙ ſunt principaliſſimum ſubiectum,tamen hoc non eſt adęquata cauſa, quia,ſi medium eſſet ibi,

adhuc

adhuc demonstrarentur) talia inquam principia subiecti, si ignota fuerint, siue sint principia tantũ, siue principia, & partes subiectiuę simul possunt demõstratione signi demõstrari in scientia, in qua sunt principia, dũmodo sciã illa habuerit medium ad illa demonstratio. n. est, quorũ est altera causa, vel in essendo, vel in inferendo. Si vero principia illa habuerint principia priora & notiora, & talia de se fuerint ignota, dico quod poterunt demonstrari in scientia superiori consyderante de principiis illorum principiorum. Et ista omnia, si bene aduertis, sunt de intentione Auerro, in locis allegatis: licet Moderni confidentes in proprio ingenio non aduertant ad ista.

Secunda contradictio est in cõ. 40. Dicit Commenta. ꝙ non est impossibile, vt causę substantiarum sint accidentia. Oppositum patet. 5. phy. 10. vbi dicitur quod illud, quod vni est substantia, non est alteri accidens. partes insuper substantię debent esse substantię: sicut patet. 2. de anima cõ. 2. Ad hoc dicendum puto, ꝙ, si ... per Auer. ibi, quanto aliqua forma fuerit esse magis diminuti, tanto magis forma debet per accidentia definiri. & quanto forma fuerit esse perfectio ... anto est opposito modo, ꝙ accidentia debent definiri per formam, & non contra. & quia formę elementorũ sunt imperfectissimę ideo sunt causatę respe ... accidentiũ, & ideo per illa definiuntur. Per oppositũ autem in corporibus ... alium habentium formas perfectas dicimus ꝙ istę qualitates sunt causatę. Et aduerte bene hic, ꝙ naturaliter loquendo potest ista via satis bene persuadere Philosophus. n. in. 2. de generatione in tex. cõmen. 6. dicit primã materiã, quę ... in potentia corpus sensibile, esse primũ principium materialium. Secundum ... sunt primę contrarietates, a quibus nõ separatur prima materia, cũ semper ... cum contrarietate. Tertium autem principium sunt quatuor elementa, quę ... autem transmutantur. vnde, nisi aliquo modo elemẽta causata essent ex qua ... ribus contrariis, non bene numerũ quaternarium elementorum probasset ex combinationibus talium qualitatum. Amplius autem ex fundamento Auerro. ... idem potest confirmari. ipse tenet formas elementorum intẽdi, & remitti ad intensionem, & remissionem suarum qualitatum. modo, si formę elementorum non depẽderent a suis qualitatibus tanquam a causa, nullo modo sequeretur hoc ... variatio in effectu nõ est causa variationis in causa, sed est signũ tantũ: variatio autem causę bene est causa variationis effectus, sic igitur formę elementorum & ipsa elementa possunt dici causata a suis qualitatibus, prout ista causalitas reducitur ad genus causæ materialis. dispositiones. n. materiales habent reduci ad genus causæ materialis. Si vero elementa consyderentur adinuicẽ, vt sunt actiua & passiua adinuicem, sic iterum possunt dici qualitates elementorũ esse causę elementorum. Nã cum actio sit merito contrarietatis. elementa autem non habent contrarietatem ratione suę formæ substantialis, cum substantię nihil sit contrarium: sed solum ratione suarũ qualitatum, iuxta illd Philosophi in de sensu & sensibus, ignis non agit inquantũ ignis sed inquantum calidus. & hoc nõ alia ratione dixit, nisi quia actio non est nisi ratione contrarietatis primo de generatione tex. cnmmento. 51. & quia ignis nulli contariatur, ratione qua ignis, sed ratione qua calidus, ideo vt calidus agit, non vt ignis. Et ideo sic consyderata elementa sunt causata a qualitatibus suis in genere causę fosmalis & qualitates ... sunt formę ipsorum, pro quanto a forma prouenit actio, & motus. 3. phy. 17. Et hoc etiam est de intentione Commen. 4. meteo. cõ. 1. vbi habet ꝙ caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sunt virtutes elementorum, per quas elementa sunt elementa. Et hoc voluit Philosophus. in. 2. de generatione tex. cõ. 7. & 8. sine dubio, si bene consyderentur verba eius. Et forte hoc voluit Alex. quando dixit ꝙ qualitates elementorum sunt suę formę quẽ Auer. forte nõ dãnat nisi in verbis, mente tñ forte concordes sunt. Si autem elementa consyderata fuerĩt vt substantię sunt, quę consyderatio Diuini est, & non Naturalis, sic minime potest dici qualitates elementorũ causas esse in aliquo genere respectu elementorum: non quidem materialis nec formalis quia partes substantię debent esse substãtię non efficientis, neque finalis. quia elementa vt substantię habent alia principia priora istis qualitatibus sensibilibus, quę a Diuino consyderari habent. Et sic

Quarto cęli comen. 40. Solutio.

Cōmen.arguit cōtra Alex.5.phy.10.&.8.meta.cō.5.ꝙ qualitates elementorum non sunt verę formę substantiales elementorum.quia quod vni est accidens,alteri nō est substantia,in his quę vniuoce dicūtur. sed cōsyderatio Naturalis,quę est infra istam consyderationem coarctata ad sensibilia principia,cōsyderat elemēta vel vt sunt substantię naturales composite ex materia & forma:& sic ex substantijs componuntur:& ista cosyderatio pertinet ad librum Physicorum,sicut colligi potest ex mente Cō.3.cęli cō.31.vel vt sunt partes mundi vt sunt in libro cęli consyderata vel vt sunt causę compositorum,sicut in libro de generatione consyderantur teste Auer.3.cęl.cō.1.& vltimo. Et secundo quidem modo Naturalis ignorans vltimas eorum differentias circūloquitur eas per qualitates motiuas eorum quę sunt grauitas & leuitas simpliciter,& grauitas & leuitas in respectu quia elementa.vt sunt partes mundi,concernunt determinatum locum,& situm in vniuerso.& qa leui simpliciter debetur sūmus locus,& graui simpliciter debetur infimus locus inde est ꝙ Naturalis ea taliter consyderans,dicit ꝙ grauitas est forma terrę substantialis,ꝙ leuitas est forma ignis.Et ideo Aristo. in.4.cęli,quia ibi consyderat elementa,vt sunt partes mūdi,deffinit ea per qualitates localiter motiuas,tanquā per differentias non vere substātiales.sed circa locatiuas:sicut testatur Cōmen.cōm.26.4.de cęlo:quidquid dicant Moderni,qui tenent ꝙ sint veræ substantię.In lib.autē de generatione Phylosophus consyderat elementa,vt sunt mixtorū causę.nō sunt autem mixtorum causę nisi vt transmutabilia.non sunt autē transmutabilia,nisi vt sunt actiua & passiua,nō sunt autem actiua & passiua nisi merito quatuor qualitatum primarum,ideo ibi circumloquitur veras differentias eorum per qualitates primas, quę sunt caliditas,frigiditas,humiditas,& sicitas.& sic ēt lib.meteororū considerantur,licet sub ratione magis speciali quam,in libro de generatione. & ideo etiam ibi definiuntur. Sic igitur patet quomodo qualitates sunt causæ elementorum,& quomodo non, & quę,& qualiter, & sic solutio contradictionis liquet de se.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Primo de Generatio. & Corruptio.

Vtrum subiectum omnium transmutationum sit idem,58.

AVer.2.de aīa .4. &.8.metha.4.&.1.phy.63.5.phy.8.&.1.cæli de substantia orbis ait.ꝙ subiectum,quod est in transmutatione substantiali,est ens in potentia,in aliis autem transmutationibus est ens in actu.Ex quibus clare habetur,ꝙ omnium transmutationum,non est idem subiectum. Oppositum huius videtur dicere ipse Auer.1.de generatione,& corruptione primo,vbi ait,& non debet aliquis dicere,ꝙ subiectum in alteratione,aliud est a subiecto in substantia,quoniam quomodo contingeret.vt subiecto in substantia ablato,vt subiectum in alteretione auferatur. subiectum enim alterationis non est ei subiectum,nisi etiam in quantum est subiectum in substantia,& ideo istud quod Aristotelis dedit in alteratione, dedit etiam in substantia. Vnde apparet, quod idem sit subiectum omnium transmutationum. Ad hoc breuiter respondeo,qđ de subiecto trāsmutationis dupliciter sermo fieri potest,& (vt vtar verbis Auerro.)dico,ꝙ vno modo potest fieri de eo sermo, vt subiectum est transmutationis principaliter,& sic dico quod non est idem,quia aliud est subiectum

De subiecto trāsmutationis duplici.

principaliter transmutationis substantialis, & aliud aliarum mutationum. Materia enim, est subiectum principaliter illius, aliarum vero mutationum non. Alio modo potest fieri sermo de subiecto non coartando se ad illud, vt principaliter, sed indifferenter, siue principaliter, siue secundum posterius, & sic verū est, quod omnium mutationum idem est subiectum, quia materia, quę principaliter est subiectum mutationis substātialis, secundum posterius, est subiectū aliarum mutationum. Et hęc responsio habetur ex Auer. 1, de generatione. 24. Sed circa hoc quod dicitur, ꝙ accidentia habent pro subiecto ens in actu, Dubium occurrit de dimensionibus interminatis, quę accidentia sunt, & tamen in materia prima fundatur, quę est ens in potentia (vt ait Auer. in cap. 1, de substātia orbis.) Ad hoc dicitur (quicquid dicant alij) ꝙ quando dicitur, ꝙ subiectum accidentis est ens in actu, intelligitur de accidentibus terminatis, & non de interminatis, nec inconuenit, vt accidentia terminata, & interminata, dissimile habeant subiectum. Et si dicitur, ꝙ stante hoc, forma substantialis, & accidentia interminata non differunt: quia tam forma substantialis, quam accidentia interminata, habent ens in potentia. Respondetur ꝙ hoc stante, adhuc differunt, quia Auer, ponit duas differētias. vna est, ꝙ subiectū formę substantialis sit ens in potentia, & accidenti, ens in actu, & per hanc, forma substantialis, differt ab accidentibus terminatis. Alia est ꝙ forma substantialis, est pars substantialis substantię compositę, non autem accidens. Et per hoc forma substantialis differt a quocunque accidente, siue terminato, siue interminato, quoniam nullum tale est pars substantię. Et sic cessat dubium. Sed quia sępe fit mentio de dimensionibus interminatis. Pro ampliori noticia videndum est. Vtrum trina dimensio, quę dicitur quantitas interminata, sit forma accidentalis, in materia, ita ab ea non possit separari? Et arguitur ꝙ non, & primo sic. Si daretur, precipue hoc esset propter rationes Auer. in primo cap. de substantia orbis. & in. 1. primi phy. probantes affirmatiuam partem, sed ille rationes non concludūt ergo &c. Quod non concludant ostenditur. Tres enim sunt potissimę, & principalis est. Si materię non essent coeternæ trinę dimensiones, tunc corpus fieret ex nō corpore. Ista ratio sophistica uidetur, quoniā dupliciter est, ex aliquo fieri. Aut tanquam et subiecto, aut termino. Queritur, quid ly ex significet? aut subiectum, aut terminum. Si dicatur, ꝙ subiecti circunstantiam dicit, tunc contra, Corpora de predicamento substantię nonne fiunt ex nō corpore. s. ex materia quę non est corpus? Similiter istud corpus de predicamento quantitatis, est corpus nouum, quod fit ex nō copore, tanquam ex subiecto, quod nō corpus in actu, est corpus in potentia. Si vero termini circunstantiam ly ex dicat, Contra, priuatio, & habitus, sunt termini generationis, vt album ex non albo tanquā ex termino fit, quod est priuatio ergo &c. Secunda Auer. ratio est, si dimensiones interminatas materia prima non haberet, nō posset simul in actu plures formas habere, quod falsum est. Dico, ꝙ ista ratio non procedit, quia secūdum ipsum Auer. materia per posse substantiatur, ita ꝙ potentia est sicut proprietas ab ea inseparabilis. Dico ergo, ꝙ licet materia dimensa nō sit, ad plures formas adhuc impotentia est. Et tunc ab agente transmutante materiā ad actū, ita potentia reduci potest. Et ita ab agente forma producitur, & postea quantitates illam formam sequentes producuntur, quare &c. Tertia ratio Auer. est ista. si trinam dimensionem materia non haberet, haberet vnam formam substantialem sibi dantem nomen, & diffinitionem. Dicam, ꝙ materia de se non habet existentiam. Vnde materia prima, quę est sub me, dependet in esse ab hac forma, sed non inquantum hęc. sed inquantum forma. Hoc declarauit Albertus. s. 5. metha. tracta. 2. cap. 4. materia habet esse a forma, vt forma, vnde si vniretur forma materię sine dimensionibus interminatis, adhuc illa corruptibilis esset, quia causa corruptionis est cōmune subiectum. s. materia prima & contrarietas (vt habetur. 2. cap. de substantia) ista forma vnita materię sine dimensionibus interminatis est in materia, quę est causa corruptionis primo coeli, 20, & habet contrarium, 4. physicorum. 27. quod est causa corruptionis quare &c. Secundo arguitur, dato ꝙ talis dimensio daretur, esset

Alter sermo fieri potest.

Questio de trina dimensione quę dicitur quantitas interminata. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio

mathematica & non naturalis. videas Auerro.4.cęli.20.vbi dicit ꝙ si vacuum D esset, a causa naturali non esset, quia extensio quędam est ergo ista trina dimensio esset mathematica. Ostenditur quia determinata quęlibet dimensio, & natura est, secundo de anima .42. ergo non datur aliqua dimensio interminata sicut ipse de vacuo dicit, ꝙ nō esset dispositio naturalis cum sit interminata, & extensio quędam neque est aliqua ex causis naturalibus. Confirmatur, non est maioris ratitudinis essendi accidens, quam substantia, materia prima non est maioris ratitudinis essendi, quam trina dimensio. sed materia informis non est res naturalis, quia non cognoscitur nisi per priuationem formarum, & vt sic, cognoscitur a Diuino ergo similiter quantitas interminata. cum sit per priuationem terminorum, non consideratur, nisi per animam ergo si a naturali interminata dimēsio consideratur, maioris ratitudinis esset quam materia prima, cum materia prima, per priuationem cognoscatur a mathematico. 10. metha. 14. &. 12. metha. 14. Confirmatur. 4. physico. 65. dimensio abstracta a materia, non habet potentiam, nedum potentiam consimilem. idest si daretur dimensio separata a materia (vt ponebant antiqui de vacuo) tunc illa dimensio non haberet actionem. 4. cœli. 24. 4. physico. 5. locus est qualitas conseruatiua locati, dimensio abstracta a materia nullam habet potentiam con similem idest conuenientem, & virtutem, E ergo dimensio in terminata, cum a forma abstrahat, aliquam virtutem non haberet, neque ad effectum naturalem coageret. Tertio arguitur, sequeretur, ꝙ esset corruptibilis, probatur Aristote. 2. cęli. 37. volens probare, ꝙ motus cœli non sit irregularis. inquit, quia reciperet additionem & diminutionem. istam autem corruptionem arguunt quia arguunt perfectum & imperfectum, dimensio ergo interminata in quibus augetur accipit intensionem inquibus diminuitur, diminutionem, ergo &c. Quarto arguitur, aut iste dimensiones sunt per transmutationem eductę, aut non, si sic ergo corruptibiles si vero non eductę de potentia materiæ, tunc omne quod semper manet, est principium. 1. physico. 52. ergo dabitur quartum principium. Quinto arguitur, omne per accidens est posterius eo quod est per se. 1. cęli. 14. 2. de anima. 133. 4. physico. 43. ex materia prima & forma substantiali fit vnum per se. ex materia prima. & trina dimensione, fit vnū per accidens, ergo compositio per accidens, est prior compositione per se. Et plures rationes possent adduci, sed quia hęc adductę sunt pręcipue. ideo aliæ breuitatis gratia omittuntur. Quum istę solutę erunt, facile apparebit cæterarum responsio. Dico ad propositum. quod Aristote. in primo de generatione. 32. aliter ostendit veritatem se habere, quam predictę rationes probant, vbi ait, ꝙ impossibile est materiam a magnitudine separari. Vbi intelligas, ꝙ quantitas a materia separari non potest, non ꝙ de ratione materiæ ipsa quantitas, sit sed a quantitate separari inesse non potest. Est etiam animaduertendum, ꝙ per dimensiones interminata, nō debemus intelligere dimensionē, quę in materia in actu detur sine termino, quia hoc falsum est, vt patet. 2. de anima. 34. Sed ista dimensio secundum sui naturam sibi terminum proprium non determinat, sicut materia informis dicitur, non quia sine forma existat, quia. 2. physico. 12. materia non existit sine forma, sed dicitur informis, quia est vna materia, quę est indeterminata ad formam suscipiendam. Est quoque aliud notandum quod & a naturali, & a mathematico dimensio interminata considerari potest. Aristote. 2. physicorum. 18. de eisdem lineis considerat naturalis, & mathematicus, sed sub diuersa ratione. Nec hoc inconuenit (vt ait Aristote. 2. physico. 71.) Corpus enim linea &c. Considerantur a naturali, vt sunt in materia sensibili, mathematicus autem ea considerat absolute primo cæli. 6. & 7. Si ergo trina dimensio consideretur absolute, pertinet ad mathematicum, si vero consideretur, vt est in materia, ad naturalem pertinet. Tunc dicitur, ꝙ si trina dimensio consideretur, ut est quędam quantitas habens longitudinem &c. ad mathematica pertinet, si vero consideretur secundum quod materia per eam diuiditur in suas partes, vt sic consideratur a naturali, nec aliquis debet dicere, ꝙ trina dimensio debet a diuino considerari, quia insequitur naturam materiæ, vt est substantia cognita per priuationem, & materia absolute, & vt abstracta

Dimensio interminata a quibus considerari potest.

a forma, pertinet at Diuinum. 12. metha. 14. materia considerata per priuatio rem formarum, pertinet ad diuinum, quia. 10. metha. 24. materia negatione co gnoscitur, & ad eandem scientiam pertinet considerare subiectum & accidẽtia ergo &c. quia falsum est, ꝙ dimensio interminata insequatur naturam materię vt est substantia cognita per priuationem. Quod autem non sequatur naturam materię in prima notione, probatur, quia potentia est magis intima materię, vt patet primo cap. substantiæ orbis, vbi habetur, ꝙ est differentia substantialis materię, & tamen Themistius vult, ꝙ materia in prima notione non compre hendat priuationem, & ideo cum trina dimensio sit distincta realiter a materia, quia est accidens, potentia autem est idem cum materia, & tamen materia eam non comprehendit in prima notione, ideo dicitur, ꝙ consideratio de trina di mensione in se pertinet ad geometram, quia vt sic, habet esse imaginarium. 3. physic. 60. propositiones geometrię sunt imaginationis fundamenta. & 4. phy si. 76. vbi casus ponitur, de corpore cubo posito in aqua a qualitatibus sensi bilibus separato, & dicit, ꝙ tantum distaret ab aqua, quantum est corpus, & di cit Auerro. ꝙ Aristo. dixit hoc, quia ratione terminorum quantitatis, ratio loci conuenit corpori, & non qualitatis ratione, & 3. cęli. 7. extensio est per dimen sionem. & tunc quęrit Aristo. quę sit differentia de hoc corpore cubo a vacuo? & dicit, ꝙ non differt corpus cubum a vacuo, & nullam habet differentiam a corpore mathematico, & Auerr. 4. phy. 51. vbi dicit, ꝙ vacuum, & corpus ma thematicum, non distinguntur, quia vacum est illa trina dimensio abstra hens ab omni qualitate sensibili, quia ergo mathematicus per se considerat istã quantitatem abstractam, ideo dicitur, ꝙ mathematicus eam considerat, & non diuinus. 4. methaphysi. in principio. Et quando naturalis deuenit ad istam considerationem huius trinæ dimensionis abstractę in se, est consideratio ma thematica, quia (vt ait Alexander primo priorum) multotiẽs naturalis mutua tur considerationem mathematici. Consideratio autem naturalis ex. 6. me taphysi. 2. est secundum ꝙ considerat, vt trina dimensio est in subiecto trans mutationis, & motus, & secundum ꝙ habet facere diuisionem in forma. Hęc omnia doctissimus Zimara in. q. de trina dimensione. Ad rationes vero respõ deatur, & primo ad primam. Et quia ratio prima dicebat, rationes Auer. non cõ cludere, ideo dico ꝙ ratio. Auer. non est sophistica, immo est necessaria. Et dico quod ly ex dicit habitudinem termini. quia in rebus habentibus oppositum, omne quod fit, ex suo opposito fit. 1. physic. 50. Sed si fuerit aliqua natura, quę non habet oppositum, si ponas aliquod, ex quo sequitur oppositũ, sequitur impossibile, vt dimensio interminata est ens in potentia, enti in potentia nihil contrariatur vt materiæ primę nihil contrariatur quatenus in potentia est, nec ipsum alicui opponitur. Ista dimensio interminata, est quoddam accidens in po tentia, ideo nihil ei contrariatur. & ideo si ponas eam fieri de nouo, opor teret fiat ex suo opposito, sed tunc illud, quod non habet oppositum, habe ret oppositum, ideo dicit Auer. post consequentiam, ꝙ si corporeitas fieret de nouo sequeretur ꝙ haberet contrarium, & ita esset de ea, sicut de formis substã tialibus, & ideo ista sua ratio est necessaria. Ad illud quod etiam dicebatur, pro tando secundam rationem Auerr. non valere, respondetur, ex Aristo. mente. 5. methaphysi. cap. de quanto, ꝙ per quantitatem extensio est. Similiter in prędi camentis, quanta est superficies, tanta est albedo. Eodem modo est de substan tialibus formis, quia sunt qualitates substantiales. 5. metha. cap. de quali, quia er go quantitatem, qualitas supponit, ideo omnes formę materiales, cum sint extẽ sę, requiritur ꝙ materia sit quanta. Et ideo cum sint diuersę formę in actu, sunt etiam quantitates precedentes formas, quia de se materia indiuisibilis est. Prę terea nulla esset differentia inter vnionem intelligentiarum, cum orbibus, & formarum materialium materiæ, quod est contra Auer. 2. cap. de substantia or bis. & 2. cœli 3. intelligentia vnitur orbi sine dimensione, forma autem ma terialis cum dimensione. Et ideo si ista sunt Aristo. 1. de generatione. 32. ꝙ im possibile est materiam, a magnitudine separari, ergo necesse, est, vt dimensio nes, precedant formam, & licet materia in priori naturę per quod precedit di- **Solutio ad rationes.**

Intelligẽtia vnitur orbi sine dimensione.

mensiones interminatas sit in potentia ad formas, talis potentia est remota in materia. Sed potentia proxima in materia ad formas est, quando sub dimensione interminata fuerit. Ad illud vero quod dicebatur contra tertiam rationẽ Auer. respondetur, ꝙ Auer. non dicit, ꝙ si reciperet formam substantialem sine dimensione, ꝙ non reciperet aliam formam, quia concedit Commentator ꝙ si non esset dimensio interminata in materia, tunc materia haberet vnam formá, quę cum successione corrumperetur, & generaretur, alia forma in ea, & ideo in materia in eodem tempore non essent plures formę, sed successiue, vna post aliam. Et ideo Auer. suam rationem fundat super sensu, quia videmus materiá habere plures formas actu in eodem tempore, ideo oportet, vt dimensio pręcedat. Videas primum cap. 2. de substantia orbis. Ad secundam rationem principalem, & ad illas confirmationes, patet solutio, ꝙ ista dimensio est consideratio-

Quo pacto eadem cõsiderat naturalis & mathematicus.

nis mathema. & naturalis, quia. 2. physic. 28. eadem considerat naturalis, et mathematicus, sed diuersimode, mathematicus considerat ea, vt abstrahuntur a motu & magnitudine, & quando naturalis vtitur hac consideratione, vtitur vt geometer. Si autem trina dimensione consideretur, vt est natura, quę non habet terminum, sed est in potentia ad recipiendum terminum, est consideratio naturalis, quia consideratur, vt est dispositio materię, quę ordinatur ad recipiendas formas. Consideratio enim naturalis se habet per additionem ad mathematici considerationem. 6. methaphysi. 20. Ad tertiam respondetur, ꝙ motus est de accidentibus terminatis, quia est in ente in actu. 5. phy. 8. dimensio interminata est in ente in potentia, & ipsa est ens in potentia. 4. phy. 15. vbi dicit, quando a materia abstrahimus superficiem, & vltima, non est nisi quantitas in potentia, & ideo ratio Aristo. est de motu, qui est accidens terminatum, & remittitur semper per contrarium. 5. phy. 47. Ad quartum dicitur, ꝙ cũ quęrebatur. Vtrum sint eductę de potentia materię? dicitur, ꝙ non, ergo sunt quatuor principia, negatur, quia, principij naturalis dispositiones sunt. Vnde si ista trina dimensio remanet, remanet vt dispositio subiecti. Ad quintum dicitur, ꝙ illud non est imposibile quia primo de generatione a principio si alteratio est imposibilis, ego & generatio. Et tamen illa est accidentalis, & 9. methaphysi. 15. & 2. de partibus cap. primo posteriora generatione sunt perfectiora, & priora perfectione. Et ideo non inconuenit, vt ista compositio (licet sit per accidens) præcedat compositionem per se via generationis, illud autem quod est per se pręcedit per accidens via perfectionis. Et hęc omnia secundum mentem Zimare, & hęc sufficiant.

Prio de genera. cõ. 14.

Contradictio est primo de generatione & corruptione. cõ. 14. Ait Auerro. causę generationis sunt duæ, materia, & mouens. Huius tamen oppositũ innuitur. 2. phy. 27. & 28. vbi ponuntur quatuor causæ. similiter. 2. phy. com. dicit ꝙ vbi est materia, ibi sunt omnes causæ. si igitur materia est causa generationis, omnes igitur causę concurrent, non duę tantum. Soluitur. generatio,

Solutio.

vt est motus quidam, est de numero accidentium successiuorum. accidentia autem, quatenus accidentia sunt, necessario dependent a substantia tanquam a subiecto, sicut scribit Commen. 4. methaphysi. commen. 2. hoc enim commune omnibus est, quia igitur generatio motus quidam est, oportet ꝙ sit actus mobilis inquantum mobile. tale aũt sibi proprium est generabile inquantum generabile: & hoc est materia. Et ideo generatio, ex parte qua accidens est, & ex parte, qua tale accidens, requirit subiectum, quod materia est. nã secundum Philosophum primo phy. 34. & 11. metha. cap. 5. oẽs, qui de natura locuti sunt, in hoc conuenerunt ꝙ ex nihilo nihil fit. Ex parte autem, qua generatio est de numero accidentium successiuorum: sumo enim hic generationem pro aggregato ex alteratione præuia, & subito prouentu formę. 6. physi. 59. patet enim ꝙ sic potest quandoque capi: dico ꝙ sub hac ratione maxime dependet a motore. nam totum esse talium accidentium, & totum fieri dependet a causa extrinseca, quę est motor, sicut declarat Commen. 12. metaphysi. com. 41. Causæ igitur maxime necessarię ad generationẽ, vt generatio est motus quidam, sunt suum subiectũ, quod est necessarium & intimum sibi, & ratione generis & ra-

tione spei,& motor, qui sibi intimus est ratione speciei. Accidentia enim permanentia non dependent in esse, & in conseruari a causis extrinsecis, sed sufficit existentia sui subiecti ad hoc, ꝙ talia sint: iuxta illud, corruptis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum permanere. Forma aũt non est intrinseca generationi, vt generatio est motus, quia in aduentu eius generatio, vt est motus, corrumpitur iuxta illud Philosophi primo de generatione tex. cõ. 55. habitibus presentibus in materia cessat motus. & Commen. 2. de generatione com. 13. forma cum inuenitur, quiescit transmutatio, quomodo ergo potest esse causa transmutationis? Et ideo licet forma sit intrinseca generato, non tamen generationis est causa aut principium. & quia forma & finis generationis idem sunt. 2. phylic. commen. 70. ideo dicimus ꝙ finis etiam non est principium ipsius generationis. Sic igitur ex intrinsecis causis materia, ex extrinsecis aũt motor generationis causę sunt necessariæ & principia. generati autem ex intrinsecis magis finis. generatum enim completum a sua forma est id quod est, quidquid dicant alij. motore aũt, cũ sit extrinsecus, nihil eo indiget amplius: maxime loquendo de propinquo motore. ad finem aut generatę rei proprie attributionem necessariam habet, quia frustra esset res generata, si omni actione careret. Et ideo, licet quatuor sint causę, duę illarum magis appropriantur generationi, & duę generato magis. Et ideo bene dixit Commen. hic, ꝙ materia & motor causę sunt generationis. Et istud, sicut mihi videtur, occulte sensit Philosophus. Comm. 2. phy. te, cõ. 72. vbi probant Naturalem debere consyderare de materia & motore: quia cognitio generationis non potest perfici, nisi dã do has duas causas. Sed contra solutionem istã subtiliter arguit quidam ex precipuis scholaribus meis Petrus Fides de Maiorica, probando ꝙ forma est magis intima generationi quã subiectum, aut motor, quia terminus ad quem est de quiditate motus, sicut dicit Commentator. 5. physico. commento. 3. & 48. et 3. physico, commento. 4. & 5. physico. commento. 9. subiectum autem non videtur esse de quiditate accidentis. 7. metaphysi. sed ponitur tanquam additum. Cum igitur forma sit terminus generationis, erit igitur magis causa generationis quam materia: cuius oppositum tu dixisti. Similiter, cum motor non sit de quiditate motus, sicut efficiens non est de quiditate sui effectus, multo minus igitur motor non erit sic intimus generationi, sicut est finis generationis: qui idem est cum forma sola ratione distincta. Soluitur terminus, ad quẽ ipsius motus ad duo potest comparari, vel ad terminum a quo, vel ad subiectũ. Et primo modo consyderauit terminum ad quem Commen. 5. physi. cõ. 48. vbi dixit ꝙ motus non constituitur in substantia sua ex termino a quo, quia ille amittitur: sed ex termino ad quem, quia ille acquiritur, & est pars suę substantię. Alio modo potest consyderari terminus ad quem, vt comparatur ad ipsum subiectum motus. & sic pari ratione potest dici ꝙ respectiue loquendo terminus ad quem non est sic de substantia motus sicut subiectũ. Ratio est, quia sicut terminus, ad quem acquiritur, sic deperditur & entitas motus. & quando terminus ad quem fuit in acquisitio esse, tunc est totaliter deperditum esse motus. si igitur terminus a quo non dicebatur de substantia motus, quia ille deperdebatur, multo magis terminus ad quẽ nõ erit de substãtia motus, cũ ꝑ talẽ deperdatur entitas motus in se ipso. & hoc comparando terminum ad quem ad subiectum motus, sicut dixi. Loquor aũt semꝑ hic de motu ꝓ fluxu, & non ꝓ forma fluente. qa motus ꝓ fluente forma non destruitur per terminum ad quem, sed perficitur: quia taliter semper motus nõ distinguitur a termino ad quẽ, nisi sicut pater a viro. & vniuersaliter sicut diminutum a perfecto. motor ẽt, vt dixi, est totalis causa, a qua dependet in esse & fieri motus ipse, quia suum fieri est suum esse. & ideo ẽt magis intimatur motui ꝙ̃ forma. motus. n. est actio motoris in re mota, vt dicitur. 3. phy. 20. & 21. vñ motor cadit in prima definitiõe motus latẽter: sed eius cõpleta definitio nõ solũ mobile, sed motorẽ capit: vt dicat motus est actus motoris in mobili inquãtũ potentia motũ. nam perfectę definitiones debẽt dari ꝑ oẽs cãs vt patet. 1. physi. ad principiũ, & 8. meta. tex. cõ. 12. & 13. quidquid dicat Burleus in hoc, & sequaces. Ad formã igitur argumenti, qñ dicebatur ꝙ terminus

Instantia.

Solutio.

ad quem est de substantia motus per Auerro.3.cō.5. phy.dico ꝙ illa tria dici D tur esse de substantia motus ibi, pro quanto ponuntur in definitione motus.s. terminus a quo, terminus ad quem, & subiectum. & licet motor poni debeat in definitione completa motus, quia tamen in.5.phy.nō declaratur an omne, quod mouetur ab alio mouetur, sed hoc declaratur in.7.&.8.phys. ideo, sicut mihi videtur, ibi non meminit nisi de istis tribus. Si igitur esse de quiditate motus intelligatur id, quod in definitione eius ponitur, sic omnia prędicta sunt de quiditate eius. si vero tu intelligas esse de quiditate pro illo, quod quiditatem constituit in esse quiditatiuo, & est de intrinseca ratione eius, sicut animal & rationale sunt de quiditate hominis, sic dico ꝙ nec subiectū motus, nec terminus ad quem, nec motor sunt de motus quiditate: quia omnia ista sunt extrinseca ab ipsa quiditate motus, siue quiditas motus sit entitas absoluta, siue entitas respectiua. licet enim habitudo ad terminum sit de quiditate respectus, non tamen terminus. patet igitur quomodo, & qualiter dicta nostra sunt rationi cōsona, sicut vides. & nos 2. huius super.52.cō. confirmabimus ista magis.

Primo de genera.cō.14. Solutio. Secunda contradictio est in cō.eodem. Dicit Auer. ꝙ substantia vtriusque mouentis a 1. Philosopho consyderatur. Et ibi fuit oppositum de secundo mouente, quod est mouens motum, & per consequens a Naturali, non a Diuino debet consyderari. Soluitur. ꝙ principia substantię sensibilis tam generabilis quã ęterne a Naturali Philosopho, & a Diuino habent consyderari. sed differen B ter, quia principia, quę inuestigantur a Naturali, inuestigantur vt sunt principia substantiæ sensibilis; principia autē a Diuino inuestigata, sunt vt sunt principia substantiæ vel entis. entis enim inquantum ens, & substantię inquantum substantię inuestigantur principia, & causę.4. &.6.meta. vtrobiq; tex. cō. primi. Et ideo, dicit Com. hic, ꝙ duo sunt modi mouentium, quorum Vnum est quod mouet & non mouetur: & talis motor vt scribit ipse in 1.phy. cō. vltimo. &.2. physic.26. & tex.cō.73. non consyderatur, nisi quantū ad si est, non autem quantum ad quid est, quia in eo nō est principium motus, vt dicitur ibidem. & ideo substantia, & quiditas istius primi mouentis a Diuino consyderatur. Sed est aliud primum mouens motū, & est corpus cęleste, quod mouet ista inferiora, & mouetur ab intelligentia. & tale consyderatur a Naturali & a Diuino. a Naturali, inquantum est sensibile & mobile: a Diuino autem, vt est causatum a principiis substantię, inquantū substantia, & entis inquantum ens. Solutio est Aue. 12.me.1.5.&.6.&.29.commen.

Prīo de gene.tex.22. Solutio. Tertia contr. est super.tex.22. Dicit Philosophus ꝙ igni contrariatur aqua. Sed opponebam per authoritatem Philosophi.2. cęli tex.com.13. vbi habet ꝙ igni cōtrariatur terra. Sic, enim ibi arguit ignem esse ex hoc, ꝙ terra est, quia, si vnum contrariorum reperitur in rerum natura, sequitur ꝙ reperiatur & alterum. Sed vni vnum dicitur esse contrarium. 10. meta.tex.cō.14.& 1.cęli,tex.cō.10. Nisi esset ꝙ non inconuenit diuersis modis vnum contrariari pluribus, aut plura vni, vt dicit Commen.in.8.phy.cō.62. sic in proposito terra, & ignis dupliciter concipi possunt. Vno modo inquantum comparantur in qualitatibus localiter motiuis, vt sunt grauitas, & leuitas. & quia terra est graue simpliciter & ignis est leuis simpliciter, sic maxime contrariantur ista duo extrema. omnia enim alia elementa habent grauitatem preter ignem & omnia habent leuitatem preter terram, vt dicitur. in 4. celi.tex.cō.39. Alio modo cōsyderantur vt sunt actiua, & passiua. & quia hoc habēt per qualitates alteratiuas. & quia ignis est calidus, & siccus, & aqua est frigida & humida, sic igni maxime dicitur aqua contrariari, quia contrariatur sibi in ambabus qualitatibus. In libro igitur de cęlo, & mundo, in quo agitur de elementis, vt sunt partes mundi, quia consistentia mundi consistit in distinctione suarum purarum partiū, cui sunt corpora simplicia, & quia istis debetur locus merito suarum formarum, propter hoc ibi dictum est igni contrariari terram. Sed in libro de generatione & corruptione agitur de elementis inquantum elementa sunt, & inquantum sunt causę compositorū. & quia elementa non sunt elementa, nisi per qualitates actiuas & passiuas, vt dicit Philosophus in, 2, de generatione & corruptio, tex, cō, 7, & 9, nec etiam

A sunt causę mixtorum, nisi inquantum alterantur: mixtio enim est mixtibiliũ alteratorum vnio: ideo in hoc loco melius dicitur igni contrariari aquam quam terrã, licet etiam sibi hoc modo contrarietur, sed non maxima contrarietate.

Quarta contradi. est in cõ. 25. Dicit Com. ꝙ partes moti circulariter semper mouentur in eodem loco: ex quo patet ꝙ non mouentur secundũ subiectũ. Sed huius oppositum dicit Com. 4. phy. cõ. 43. contra Themistium, vbi vult ꝙ partes corporis circulariter moti mutant locũ & scdm subiectum, & scdm formã: tũ autẽ solum secundum formam, non secundum subiectum. Solutitur. hic intelligit tales partes nõ mutare locũ, ita ꝙ sint in maiori, aut in minori loco, sicut est in augmento, & diminutione. sed. 4. phy. loquitur de loco absolute. Primo de genera. co. 25. Solutio.

Quinta contra. est in cõ. 27. Dicit Com. ꝙ subiectum generationis est in loco. Huius oppositum habet. 5. phy. cõ. 8. Soluitur. subiectum generationis duplex, primum & secundum. primũ est materia prima: & de illa loquitur Com. 5 phy. cõ. 5. subiectum generationis secundum est materia transiens, & est materia habens formam: & illa per se est in loco. prima autem materia est in loco per accidens, quia ratione alterius. Vide diffusius pro hoc super prima contradictione. 5. phy si. Prĩo de genera. co. 27. Solutio.

Sexta contradi. est in cõ. 29. Vltima non sunt in loco, neq; per se, neq; per accidens Sed oppositum habetur. 5. phy. cõ. 22. Soluitur ibidem: & tu vide. Prĩo de genera. cõ. 29. Solutio.

B Septima contra. est in cõ. 30. Dicit ꝙ faciens partes magnitudinis est magnitudo. Oppositũ habetur. 4. phy. cõ. 84. vbi dicitur ꝙ magnitudo non est de principiis actiuis. Soluitur. intelligitur ꝙ ipsum agens est quantũ, quia actio fit per contactum: non tamen vult ꝙ sit quantitas de principijs actiuis: nisi forte terminatiue, non formaliter. nam illud, in quo terminatur actio, quantum est. formaliter autem non est de principiis actiuis actione reali, sed consequitur potentias actiuas, & actiones earum. sicut dicit ibi Com. ibi. De hoc tamen etiam loco prȩalleg. memini me dixisse. Prĩo de genera. cõ. 30. Solutio.

Octaua contrad. est in cõ. 44. Dicitur locũ inseparabilem esse a mathematicis corporibus. Oppositũ 1. cęli te. 69. vbi Philosophus dicit ꝙ omne. qd est in loco, est corpus sensibile. Soluitur per Auer. ibidem dicentem ꝙ Philosophus ibi intellexit conuersam, & est ista, ꝙ omne sensibile corpus est in loco. & sic Philosophus ibi non contradicit huic dicto Com. hic. Nota tamen locũ inseparabilem esse a mathematicis corporibus scdm imaginationẽ, scdm rẽ vero locus sensibilibus corporibus ascribitur: sicut patet. 4. phy. co. 47. Prĩo de gener. co. 44. Solutio.

Nona contra. est in tex. 55. Ari. contra Antiquos attribuentes generationem igni tanquam causę principali, habet ꝙ motio eius est deterior ꝙ̃ motio instrumenti, quod declarans Comme. in cõ. 55. inquit ꝙ motio ignis est vilior motione instrumenti, quia instrumentum non mouet nisi cum artifice, & cum mouerit mouet ad generationem, sed ignis, cum fuerit motus per primum mouens mouetur ad corruptionem. Sed opponebam contra ipsum per verba com. 54. immediate prȩcedentis, vbi habet ꝙ elementa si generant res, opus est vt habeant agens, quod facit ea apta per temperantiam, & alteratione. & ex consequenti non est deterius motio ignis quam motio instrumenti. Soluitur. instrumentum non habet aliquam dispositionem remitentem artifici generanti, sed ignis habet, quia sua qualitas est ex sua intensione repugnans formis per generationẽ introducendis. & ideo opus est, vt temperetur, & ad ęqualitatem reducatur. & ideo indiget agente alterante, & tẽperante ipsum. vnde nisi hoc sibi contingat, est cã corruptionis. Non inconuenit igitur generationem, & corruptionem prouenire ab igne diuersis modis, vt comparatur ad primum mouens. quia, si absolute consyderetur primũ mouens, per ignem non contemperatũ mouet ad corruptionem, sed, si fuerit contemparatus per suum contrarium, sic mouet ad generationem. sic. n. scdm dispõnes contrarias idem poterit esse causa contrariorum. tex. 2. phy. te. cõ. 30. Prĩo de genera. tex. 55. Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Secundo de Generatione, & Corruptione.

Secundo de gener. cõ.3.

Solutio.

IN ſecundo de generatione cõ. 3. dicitur ꝙ omne corpus in actu non abſoluitur a contrarietate. Oppoſitum habetur. 1. de cœlo, com. 20. de cœlo, & alibi infinities. Soluitur, hic loquitur ad hominem, arguit enim contra ponentes principiũ materiale omnium eſſe corpus infinitum. & ex datis ab eis improbat Philoſophus ibi ſuam poſitionem. Aut aliter, omne corpus in actu, quod eſt tangibile, habet contrarietatem. nam, ſicut dicit Philoſophus ibidẽ. tex. cõ. 7. Quoniam igitur quęrimus corporis ſenſibilis princia, hoc autem eſt tangibilis: cœlum autem non eſt ſenſibile ſenſu tactus, ſicut ſupra dictũ fuit.

Secundo de gñatio. cõ. 4

Solutio.

Secunda contrad. eſt in cõ. 4. Dicit Cõmen. ꝙ materia non prędicatur de materiato in rebus generatis, ſed in rebus alteratis. Oppoſitũ. 7. meta. cõ. 24. Soluitur. materia in rebus generatis non prędicatur de materiato. & ſic intelligitur dictum Philoſophi, Commen. contra Platonem: quia Plato videbatur hoc velle, ſed in rebus alteratis non negat hoc Philoſophus. & ſic intelligitur dictum ſuum in. 7. meta. loco alleg. nam iſto modo gloſat illam propoſitionem Philoſophus hic. & poſſet dici etiam ꝙ materia non prędicatur in abſtracto de materiato, quia pars per modum partis nõ prędicatur de toto. ſed pars per modũ totius concretiue ſumpta prędicatur de toto. & iſta eſt gloſa cõ. 7. meta. cõ. 14. &. 34. &. 7. phy. cõ. 15. Et primo quidem modo loquitur hic: quia forte Plato volebat materiam prędicari in abſtracto, & per modum partis de materiato, nã, vt apparet ex dictis Philoſophi & Cõmen. Plato dicebat ꝙ armilla eſt aurum: ſed ſecundum Philoſophum debet dici ꝙ armilla eſt aurea. vnde Cõmenta. 7. meta. commen. 24. dicit, & etiam Philoſophus in tex. idolum, quod fit ex lapide, non dicitur lapis, ſed lapideum. & hoc manifeſtius apparet in rebus naturalibus, quoniam homo non dicitur caro aut ſanguis, ſed ſanguineus aut carneus.

Secundo de gñatio. cõ. 8.

Solutio.

Tertia contradi. eſt in cõ. 8. Dicitur ꝙ grauitas & leuitas non ſunt actiuæ qualitates, neque paſsiuę. Oppoſitum patet. 4. phy. 85. &. 86. &. 8. phy. 32. nam motus ſurſum eſt a leuitate, & motus deorſum a grauitate. Soluitur. non ſunt actiuæ quantum ad formam, ſunt actiuæ quantum ad motum localem.

Secundo de gñati. cõ. 14

Solutio.

Quarta contrad. eſt in cõ. 14. Dicit ꝙ vnum opponitur pluſquam vni. Huius tamen oppoſitum dicitur. 10. meta. tex. cõ. 17. Soluitur. vni vnum opponitur eodem modo, & maxima oppoſitione: ſed diuerſis modis, & non maxima diſtantia aliquid pluribus poteſt etiam eſſe contrariũ. gloſa eſt Auer. 8. phy. cõ. 61. Similiter in multipliciter dictis vni plura opponuntur, vt graui opponitur leue & acutum, graue enim reperitur in ſonis, & ſic acutum ſibi contrariatur. & graue etiam reperitur in rebus mobilibus, & ſic leue dicitur opponi ſibi. patet autem ꝙ non vniuoce, ſed multipliciter & dicitur graue ex hoc, ꝙ ſibi plura contrariantur. Et hoc innuit Philoſophus hic etiam in tex. dicit enim. Dicitur autem ſiccum & humidum multifarie, & reddens cauſam dicit. opponitur enim ſicco & humidum, & vdum. Et vide in limitationibus noſtris diffuſe de hoc.

A Quinta contra.est in.cō. 21. Dicit Cō. ꝙ ignis superior non est in fine caloris, Huius tamen oppositū habet ipse.3.cæli.cō.67.&.8.meta.c.5. Calor maximus & motus ad superius est actio ignis. idem.2.meta. co.4.&.12. meta.cō.51.vbi habetur ꝙ alia sunt calida participatione ignis Hoc etiam est contra rationē quia summus calor non debetur, nisi elemento simplici.3.cæli.67. Soluitur.intelligitur quantum ad actum.dicit enim ꝙ ignis,qui est superius, non est in fine caliditatis & ebullitionis.nam nō calefacit aliquid ibi,& præcipue a parte conuexa,in qua contāgit orbem Lunæ. in seipsum autē minime agere potest, quia forma existens in subiecto non alterat subiectum, sed in isto igne inferiori, qui est in aliena materia, reperitur ebullitio, & caliditas quantum ad agere. Et sic enim glosatur dictum Auer.super.1.canticorum,cō.15.&.4.cæli cō.32. & 1.cæli cō.91.in quibus locis habet consimilem sententiam. — Secundo de gñati. cō.21 — Solutio.

Sexta contra.est in cō.35. Dicitur ꝙ contraria adinuicē transmutātur.Sed oppositū dixit supra in cō.6.Huius scdi.Soluitur.trāsmutant terminatiue, quia oīs motus est de contrario in contrariū: nō subiectiue,quia vnū non recipit aliud. — Secundo de gene. cō.5 — Solutio.

Aristo.primo de generatione& corrup.44.ait, locus,& tactus,sunt inseparabiles a corporibus mathematicis. Ex quibus habemus, corpora mathematica, quæ abstrahunt qualitatibus sensibilibus esse in loco. Huius oppositum, habetur ab ipso Aristo.1.cæli.69.vbi habet, ꝙ omnia corpora quæ sunt in loco,sunt sensibilia. Ad remouendam istam apparentem contradictionem, sunt duæ solutiones. Prima est Auer. ibi soluentis hoc modo: ꝙ Aristo. quando dixit, ꝙ omnia corpora quæ sunt in loco sunt sensibilia intellexit conuersam, videlicet ꝙ omnia corpora sensibilia sunt in loco. Et quia hæc solutio non concederetur ab illo qui sequeretur Alexandrū, tenentem, non esse impossibile, corpus aliquod non esse in loco (vt refert Auer.4. physic. 43. (quia locus non est corporis essentialiter: quoniam non accipitur in deffinitione corporis: neq; corpus in deffinitione loci. Ideo ponitur altera solutio quæ ex verbis. Auer: habetur.4.physic.47.&.3.physic.60.& talis est: ꝙ omnia corpora quæ realiter sunt in loco sunt corpora sensibilia. Nam corpora mathematica sunt in loco secundum imaginationem. Nam propositiones geometriæ sunt fundamenta imaginationis. Et sic dubitatio remouetur. — Vtrum corpora Mathematica sint in loco. — Prima solutio. — Altera solutio.

Septima contra.est in cō:52. Forma cū inuenitur, quiescit motus. Huius oppositum videtur 1.phy.62.&.64. Non cessant partes spermatis fieri partes hominis. Et soluitur. quiescit transitio semper ad inuentionem formæ. siue complete inueniatur in materia siue in complete. vnde, quando vnum minimum formæ mixti inuenitur, tunc est aliqua quies, antequam aliud minimum inducatur. Nec voluit dicere Auer.1.phy. cō. adductis ꝙ generatio hoīs sit motus continuus: sed solum voluit dicere generationem illam fieri per minima, quorum C vnum inducitur post aliud in materia modo exposito. & hoc intellexit per partes. Et in hoc cō. manifeste apparet veritas, quam nos enuncupauimus supra in com 14. primi de generatione. Nam Aristot. arguit hic contra Platonē, ponentē ideas esse adæquatum principium productiuum formarum existentium in materia. Arguit.n.sic. Si cā sufficiēs effectiua generationis semper est, & subiectū recipiens semper est: quare ergo non generant continue, sed quandoq; generāt, & quandoq; non? Ecce igitur ꝙ reales causæ generationis, & principia sunt solum materia & motor, sicut diximus. aliter aegumentum Philosophi nullum esset. Ita arguit et Com.8.physicorū, come.15. Si mobile semper fuit, & motor semper fuit: quare ergo motus non fuit semper? & est etiam argumenti Philosophi ibidem. Et ideo videmus Philosophum recitare in hoc te.52. duas opiniones de causis generationis. vna fuit eorum, qui locuti sunt de cā mouente. alia aūt de cā materiali tantū. & vtraque est insufficiens. sed via Arist. est via media, quæ ex extremis dicitur esse composita. Quidquid igitur sit de causis generationis in esse rōnis, tū in ēe reali solū istæ duæ sufficiūt, materia, & motor. — Secundo de gene.cō.52. — Solutio.

Octaua contrad.est in cō.& te.57. Habet ꝙ tempus iuuentutis est æquale tēpori senectutis, ex quo videtur non dari statum & ætatē cōsistentiæ. Sed oppositum,3.de aīa,cō, & tex,59, Soluitur, hic tempus iuuentutis sumitur pro toto — Secundo de gene.tex.& com.57. — Solutio.

tempore, in quo res est in pfici vel in perfecto esse. & sic comprehẽdit nõ solũ D
tempus augumenti rei, verum & status. & sic inter iuuentutem & senectutẽ nõ
apparet mediũ. Tertio autem de anima tempus augmenti contra distinguitur
tempori status, & tempori decrementi, & sic inter iuuentutem & senectutẽ me
diat ętas consistenti, licet Egidius argumento sophistico oppositum ibi teneat.

Secundo de gener. te. 62.

Nona contra. est super tex. 62. Quęrit Ari. vtrũ continuatio in motu sit ex
mobili, an ex illo, in quo est motus, puta ex termino seu spatio. & soluendo te
net ꝙ sit ex mobili. Huius tamen oppositum in propria forma habet Philoso
phus in. 5. primæ philosophię in tex. cõ. 18. vbi enumerat motũ inter quãta per
accidens. asserit enimꝙ motus est quantus. & continuus per accidens, quia ratio
ne alterius, & declarãdo intentionẽ suam subdit, dico aũt non qđ mouet, sed
scđm qđ motum est, nã per esse quantũ illud, & motus quantus est. vbi expresse
dicit motũ habere principaliter continuitatem a spatio, & non a mobili. & est
contradictio aperta, sicut vides.

Solutio,

Soluitur. quicquid alias dixerim in hoc, nunc di
co ꝙ non negaret Philosophus motum continuitatem suam principaliter sorti
ri a mobili: quia ista est determinatio eius hic in propria forma: & ita etiam te
net in. 4. phy. in tractatu de tpe, vbi ostendit qũo sit idẽ nũc scđm substam in to
to tempore. Sed quid causę fuit, ꝙ in. 5. meta. dicit motum habere continuitatẽ
non a mobili, sed a spatio, fuit, vt inquit Alexander, quia cũ Ari. ibi ponat duos E
modos eorum, quę sunt quanta per accidens: vnus est ex subiecto pręcise. vt al
bedo, & musica dicuntur quanta. quia hõ est quãtus. cui accidit albũ, & mu
sicum. & ideo. si dixisset motum esse quantum per accidens ratione subiecti, nul
la esset differentia inter primũ modum, & secundum eorum, quę sunt quãta per
accidens. & propter hoc consyderauit specialem quandã differentiam, quã ha
bet ratione spatii, neglecta illa quã habet a subiecto, licet sit principalior. nam
nulli dubium est motum diuidi ad diuisionẽ mobilis, vt patet. 6. phy li. 33. & te.
cõ. 49. secutum est oĩa diuidi ab ipso mutante, i. a subiecto motus.

Instantia,

Sed tunc insur
git maior contradictio. propter quid Arist. tempus, & motum enunciat inter
quanta per accidens, cũ in prędicamentis enumerauerit inter species quãtitatis
p se, saltem ipsum tempus.

Solutio.

Dicit autem Alexander in. 5. meta. ꝙ tempus & mo
tus enumerantur inter quanta per accidens non simpliciter, sicut alia, quę dicũ
tur quanta per accidens, vt album & musicum: nam talia habent etiam relatio
nem ad quanta per se, vnde in prędicamentis tempus fuit locatum spẽm quãtita
tis per se: sed oportet nos existimationẽ habere de motu omnino a magnitudi
nibus seu spaciis, & hæc diuisibilia & cõtinua dici scđm accidens. Vnde ad cõ
firmandũ sententiam Alexandri, Arist. in. 4. phy, in tractatu de tempore volẽs
nos manuducere ad temporis essentiam agnoscendã, ex spacio exortus est, super F
quo fit motus. nã in tex. cõ. 99. inquit. Quoniam aũt qđ mouetur, ex quodã
in quoddã, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinẽ motus, pp
id enim, ꝙ magnitudo continua est, & motus erit continuus, per motũ aũt & tẽ
pus, &c. quia igitur nostra cognitio de diuisione motus & continuatione a spa
cio maxime orta est, ideo Philosophus dicit motũ esse quantum, & continuũ
per accidens, & eadem rõne tempus. ratione motus tamẽ talia etiam habẽt rela
tionem ad quanta scđm se ita, ꝙ scđm Alex. tempus, & motus sunt quanta per
se. & sic in prędicamẽtis fuit tempus locatum.

Dubiũ Alexandri.

Sed est dubitatio Alexãdri ibidẽ
propter quid in. 5. meta. non reduxit motũ & tẽpus ad ea quæ sunt passiones
eorũ, quę sunt scđm se quanta, sicut sunt habitus & passiones, vt longũ breue,
magnum & paruum. Nam, si motus fuerit alicuius continui, passio in nullo alio
esse põt q̃ in illis, in quibus sunt cęterę passiones.

Solutio Alexandri.

Soluit aũt Alexãder ꝙ hoc
fuit in causa, quia passio quãti scđm se dicitur esse illa proprie, quæ perma
net, sicut & subiectum cuius dicitur esse passio. istorum autem nihil permanet,
neq; motus, neque tempus. Amplius aũt passiones eorũ, quę sunt quanta scđm
se, sunt aliquid eius, & sunt in natura eius: sed motus non est aliquid spatii, li
cet super spacio: fiat; & ideo motus nõ dicitur passio magnitudinis, sicut passio
nes dicuntur illę, quę competunt magnitudini tanquam magnitudo. ista est Ale
xandri sententia. Nobis aũt aliter occurrit dicere, ꝙ motus est actus imperfe

ctus formaliter loquendo, & non est quantitas per se: & tempus, quo ad id quod est secundum naturas rerũ, licet secundum modum, vt differt ratione formali a motu, induat rationẽ quanti. & de hoc latius dixit alibi in quęstione speciali de tempore. Recte igitur in scientia Diuina, vbi secundum naturas rerum disseruit posuit ista inter quanta per accidens: in prędicamentis aũt posuit tempus quantitatem per se, vt est famosum. quia vt dicit Commentator quinto metaphysicę, com. 18. Aristo. in prędicamentis enumerat species quantitatis famosas.

Aliam solutionẽ vide, & meliorem in contradictione super cõ. 18. quinti metaphy.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Primo de Anima.

Primo de anima. te. 1. Solutio.

Contradictio est super tex. 1. Aristo. n. & Comen. asserunt sciẽtiã alteram altera pręstantiorem & nobiliorem esse ex subiecti nobilitate. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in. 1. de partibus animalium iuxta finem, vbi habet ꝙ sciẽtia Naturalis plus apparet in materia viliori, quã in alia nobiliori. Et confirmat hoc ex arte, vbi ingenium artificis, & ars magis ostenditur in materia vili, quã in materia nobili, vt testatur etiam Comen. 12. meta. cõ. 18. auctoritate Themistij. Dixerunt nonnulli, ad pauca respicientes, non fuisse ex intentione Philosophi vnquam scientiam sumere nobilitatem a subiecti differẽtia. Sed mirum est de istorum audacia, ne dicam temeritate, qui vt aliquid inanis nominis sibi vendicarent, conati sunt cõtradicere patribus Antiquis, & veritati. Nam etiam Themistius hoc idem asserit, quod Cõmen. & excẽpla Cõmẽt. sunt exempla Themis. vt patet. Nam Aris. 9. meta. tex. cõ. 22. ostendit ꝙ actus pręcedit potentiam nobilitate, & ꝙ scientia in actu est nobilior scientia in potentia, & . 6. meta. tex. cõ. 2. ostendit scientiam honorabiliorem esse honorabilioris generis. & quõ imaginari potest ꝙ altera alteram excellat in nobilitate, et non differat ab eadem. omne enim ens omni enti cõparatum, aut est idem, aut diuersum, vt patet. Dicamus igitur ꝙ secus est de natura & arte, & secus est de scientijs speculatiuis, quas nos habemus de rebus. Natura enim facit naturalia, & ars artificilia, & ita etiã ars magis fulget in materia vili, quã in materia nobili pp duas causas, quia, vt dicit Themistius, vt recitat Cõm. 12. meta. cõ. 18. Magis debemus mirari de ingenio artificis facientis aliquid ex luto, quã ex auro: quia nobilitas materię obumbrat vigorem artis, præsertim apud cõmunẽ hominum cognitionẽ, qui ab extrinsecis iudicant, vt dicebat Anaxag. referẽte Arist. in. 10. ethi. cap. 10. qui dicere consueuit nequaquã mirari si absurdus multitudini videretur. nam multitudo solum iudicat a rebus externis. sapientes aũt magis admirantur artem, quã materiam arti subiectam. & sic intelligitur dictũ Themist. & hęc est prima causa. Secunda causa est ex impossibilitate materię, quia materia vilis ex sui impossibilitate cum maiori difficultate recipit impressionem artis, aut naturę, & difficilior redditur generatio. & hanc causam tetigit Cõmen. in allegato loco. Sed habet dubium contra se, quia tunc generatio animalium ex materia putri esset difficilior quã animalium ex semine genitorũ. quod non conceditur, quia citius & facilius generarentur, vt dictat experientia,

sed prima causa Themistius magis placet. Et ideo in talibus, vt est natura & D ars, quia sunt causę rerum, secus se habet. quia in operationibus naturę, & artis sapientes magis exercitantur in contemplando scientiam Naturalem, id est a qua natura dirigitur, quã ex rebus nobilioribus, vbi in eorũ generationibus patent res particulares. Sicut philosophi plus admirãtur de generatione aĩalũ ex putri materia generatorũ, quõ talia generentur, & qualis sit eorũ generatio a sibi simili vel conueniẽti, quam in generatione animalium, quę ab vniuoco generantur, vbi causa proxima est nota ad sensum: licet animal tale plus ex se perfectionem diuinam representet, & participet, quam animal vile. quia distantię entium sunt diuersę valde, sed in scientia nostra secus est quia est causata a sensibilibus rebus, & intelligere nostrum sequitur naturam, & nobilitatem rei intellectę, & ordinem rerum, vt dicit Commentator in libro destruc. in disput. 6. & 12. in plerisque locis, & 12. metaphysicorum. comment. 51.

Prīo de anima, tex. 8. — Secunda contradi. est in tex. 8. Aris. dicit in hoc tex. ꝙ animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Sed huius oppositũ. habetur. 12. met. cõ. 27. authoritate Alex. vbi dicitur, ꝙ vl'ia sunt priora in intellectu particularibus, quę cũ auferũtur, auferunt particularia. & ideo extimãtur esse substãtię. Soluit. Auer. locũ illum interpretatur de illo vniuersali Platonico separato secũdum esse a singularibus, dicens, illud aut nihil esse, aut si sit, nihil ꝓficere ad definitiones rerũ; qa res possunt sciri per definitionẽ, nõ cogitando aliqd de tali vniuersali separato. Pro illa expositione Auer. adducas scripta Philosophi in. 1. ethi. ca. 7. in fine capituli, satis ad propositnm. Alex. autem satis subtiliter interpretatus est locũ illum in. 1. lib. naturalium qõnum, quęst. 11. & breuiter sua interpretatio in hoc consistit, ꝙ animal vt vniuersale cõceptũ siue vt genus posterius est ista, enim sunt de secundo intellectis, & talia non significant aliquam veram naturã aut substantiam, sicut animal bene est significatiuum substantię cuiusdam, quia significat substantiam animatam sensitiuam, & est res aliqua, & aliqua natura, cui accidit vniuersalitas & generalitas. sunt enim ista accidentia, semper autem accidens est posterius natura, cui accidit. Et ideo Aristote. animaduertẽs ad hoc, ꝙ animal vniuersale, i. sub intentione vniuersalitatis, vel sub intentione generalitatis, vt sic aut nihil est, qa non significat vt sic naturam aliquam subsistentem extra animã, quia talis intentio est ens in anima tantũ, & diminutum, aut posterius est, quia vt sic significat intentionem accidentem rei & naturę, cui accidit vniuersalitas & generalitas, nam si vnũ solũ animal in natura subsisteret, adhuc natura illa, quæ est substãtia animata sensitiua remaneret tamen nõ esset illud vniuersale prędicabile de pluribus. & ideo vt sic est aliquid posterius, Dicit. Cõ. in. 7. primę philosophiæ. cõ. 46. definitiones vniuersaliũ habẽt aliquã dispositionem dispositionum substantialiũ existentem extra animam, & qualitatem accidentẽ eis: significans nobis per hoc quod vniuersale potest sumi dupliciter, videlicet pro natura & re, quę est funadmentum & pro qualitate, quę est intentio & accidens, fundatum in illa re. & sic quod ad qualitatem vel animal sub illa qualitate conceptum, quatenus sic concipitur, aut nihil est, aut posterius est. Et ita locus ille potest legi secundum mentem Arist. Sed qualitercunq; sit, quã tum ad propositam contradictionem, isto modo respondetur, ꝙ vniuersalia possunt dupliciter cõparari ad particularia, vno modo quo ad esse, alio modo. ꝙ ad intellectum. ista est distinctio Auer. authoritate Alexan. in. 12. meta. commento. 27. ꝙ si comparentur quo ad esse, sic sunt posteriora. vnde Aristote. dixit in prędicamentis, ꝙ ablatis primis substantiis, impossibile est aliquid aliorum remanere. sed quo ad intellectum secus est. Hoc Dicit Commentator expresse ex intentione Alexan. in commento. 27. 12. primę philosophię. ita etiam dicit dominus Albertus. 11 primæ philosophię, tractatu primo. capitulo. 2.

* Vtrum Definitiones datę per formam sint logicę concordationis an ... [illegible] — Aristo. 1. de anima, 16. ait. ꝙ dialecticus difĩnit per formam. & physicus per materiam, & Auer. in co, ait. disputatores enim dant definitiones secundum formam tantum, dicendo. ꝙ ita est appetitus in vindictam. naturales vero secundum materiam dicendo, quod est ebulitio caloris, & sanguinis, in corde. Ex quibus apparet, quod diffinitiones quę per formam datę sunt, dialecticus ha-

beat considerare. Oppositũ huius videtur ex Auer. 1. phy. 1. vbi ait, ꝙ non oẽs artes considerant de oĩbus causis, sed quędã considerant de causa formali tantum, s. mathematice. &c. si hoc est verũ, sequitur, ꝙ has deffinitiones mathematicus consideret. Ad hoc dimissis aliquorũ multis verbis. Respondetur, ꝙ in istis rebus in materia formã habentibus tria sunt materia forma in materia, & causa formę in materia, ita est in artibus, est materia, forma, & causa formę in materia Vnde Plato dixit; Artẽ appello non sine recta ratione negotiũ. &. 6. ethi. Ars est habitus recta rõne factiuus, ita est de formis naturalibus. habent. n. quatuor causas, Vnde naturalis considerat formam, & materiã ei subiectã, & causam formę in materia. 2. phy. 26. vbi demonstrat, ꝙ philosophus naturalis debet cõsiderare de materia, quia considerat de forma, quę sunt relatiua & debet considerare causam mouentẽ formam in materia, cũ materia nõ agat. 12. metha 30. & 1. de generatione. 53. materia est principiũ passiuũ. & 9. metha. materia est principium transmutandi ab alio inquantum aliud, & quia agens agit propter finem ideo naturalis omnes causas considerat, mathematicus vero considerat formas quę sunt secundum esse in materia, 2. phy. 18. sed istę formę licet sint in materia reali, & habeant causam tamen mathematicus non considerat causas, vt sunt in materia, sed abstrahit, & hoc, quia de natura sua abstrahibiles sunt, quia non sunt fundatę in materia taliter, vt secundum diffinitionem, non possint absque materia diffiniri, 6. metha. 2. formę naturales sunt sicut simum istę, autẽ formę mathematicę extra intellectum habent causam, per quam sunt in materia sensibili, tamen abstrahuntur ab intellectu a materia. Mathematicus ergo considerat solam formam quia considerat formam naturalẽ, nõ vt habet causam propter quã est in corpore transmutabili, & isto modo mathematicus cõsiderat solam formam mathematicus tamen cõsiderat formã illã, vt habet causam, quę est causa passionũ, ei conuenientiũ vt est abstracta. v. g. geometra cõsiderat triãgulũ, non vt habet causam per ꝗ sit in materia sensibili, bene in hac deffinitione apparet causa passionum conuenientiũ in esse abstracto, vt. 31. propositione Euclidis demonstratur; ꝙ habet tres angulos ęquales duobus rectis. Dialecticus vero deffinit per rem quę est forma, & nõ considerat eam, vt est in materia nec considerat eam, vt est causa alicuius effectus demonstrabilis de ea, sed vt est vna res, ideo dixit Auer. ꝙ disputatores sunt artifices absolute considerantes. 1. de. anima. 16. Et ex hoc loco elicitur expositio deffinitionis de scire, in qua dicitur, & quoniam illius est causa, & hoc ponitur ad excludendum scire dialecticum. Licet enim deffiniat per rem quę est causa, tamen non cognoscit eam, vt est causa illius effectus. verbi gratia, appetitus vindictæ, est forma, & finis, quia obiectum contristans. mouens illum. qui est affectus iniuria, appetitus vindictæ est causa accensionis sanguinis Dialecticus ergo cum deffiniat iram, quod est appetitus vindictę, non considerat appetitum vindictę sub ratione qua est causa accensionis sanguinis circa cor. quia tunc non differret a naturali. dialecticus ergo per causam absolute deffiniri, sed non vt est causa in ordine ad effectum. Ideo oportet, vt qui sciat, sciat causam, & ꝙ causa est causa in ordine ad illum effectum, naturales ergo considerat formam. vt est in materia. & vt habet causam essendi in materia. mathematicus solam formam abstrahit a materia cum sit in materia, considerat tamen eam, vt est causa, vel habens causam passionum demonstrabiliũ de ea, vt est abstracta. Ideo dixit in textu. 17. 1. de anima, ꝙ formæ quę sunt separatę, pertinent ad mathematicum. Dialecticus vero considerat formam, vt est abstracta a materia, & nõ considerat, vt talis forma habens causam passionũ demonstrabiliũ de ea, vt ipsa forma est. Et sic cessat dubium. Sed est pulchra dubitatio; Quare deffinitiones dialecticę dicãtur per formã. Ad hoc dimissis multorũ verbis circa hanc materiã, vt Alberti. ioã. andega. & Caietani, & aliorũ, Dico (vt bene respondet Zimara super. 16. primi de aĩa) quod dialecticus est artifex communis. 4. metha. 5. tres sunt artifices, qui de omnibus considerant, dialecticus, sophista & methaphysicus, & quia primo. cœli. 92. & in disputatione prima in solutione. 7. dubii ait Auerro. ꝙ forma est causa cõuenientię, & vniuersalis, ideo dicimus ꝙ tales deffinitiones per communia datæ,

Materia est principium transmutandi.

Dialecticus deffinit per rem quę est forma.

Quare diffinitiones dialecticę dicãtur per formam.

dicuntur datæ per formam, quia a forma, est causa canuenicatię, & communita D tis, & propter hoc omnes rationes ex cõmunibus procedentes dicuntur dialecticę, quia dialecticus procedit ex cõmunibus, viã enim habet intromittendi se in omni materia, vt dicit Alexander in. 1. topi. Vnde a philosophis omnes diffinitiones quę dantur per causas remotas, & communes, dicuntur dialecticæ, & omnes rationes in philosophia naturali, vel in sciẽtia diuinę, seu alijs factę per principia remota, & vniuersalia non appropriata ei, quod demonstratur esse, dicuntur logicę rãtiones. In. 2. vero de generatione animalium cap. vlt. appellat rationem logicam, quia est de communibus, & Auer. 8. phy. 70. & 12. metha. 4. & 1. cœli. 70. & alibi. & hęc sufficiant, quicquid alij dicant. Scio enim confuse circa hoc loquutos fuisse multos.

Prio de anima, tex. 16.

Tertia contradi. est in tex. 16. Arist. & Cõme. ponunt differentiam inter Physicum & Dialecticum, quia Dialecticus definit per formam, & Naturalis per materiam. Sed oppositum habetur ex. 1. phy. cõ. 1. vbi dicitur ꝙ Mathematicus solum genus causę formalis consyderat, & ita omnes definitiones mathematicę erunt dialecticę & vanę. aut assignetur causa diuersitatis inter Dialecticum & Mathematicum.

Solutio.

Soluitur, ideo definitiones dialecticę sunt per formã, quia forma est subiectum vniuersalitatis, & cõmunitatis, vt dicit Cõmẽ. 1. cœli cõ. 92. & ideo non faciunt scire. Amplius aũt, licet forma sit causa alicuius effectus, nõ tamen ab ipso Dialectico consyderatur, vt est causa talis effectus. alioquin non solũ per formã, verum etiam & per materiam definiret, vt appetitus vindictę, licet sit causa accensionis sanguinis circa cor, non tamen Dialecticus in definiendo iram per appetitum vindictæ, definit, vt per causam accensionis: quia talis definitio esset relatiua, & non absoluta, sicut sunt definitiones naturales. vnde Cõmen. dicit disputatores absolute consyderare. quod propterea dicit ad differentiã Naturalis, qui definit per formã, vt est causa materiæ. 2. physi. 26. & 92. sed Dialecticus definit per formam absolute consyderatam, non consyderando vt est causa materię, nec alicuius materialis proprietatis, vnde cum in rebus plurimis hęc tria sunt, materia, & forma, & causa, per quam forma est in materia, omnia ista ponuntur in definitionibus naturalibus. & hoc est, quod dixit Arist. 15. tex. ꝙ ira & quælibet passio animę concupiscibilis definiatur, vt est in materia ab hoc, & huius gratia. sed Dialecticus per solam formã debet definire. Mathematicus aũt licet consyderet formã, quę scdm esse est in materia, non tamen consyderat causam, propter quam forma est in tali materia transmutabili. quia hoc cõsyderat naturalis. & isto modo dicitur solum genus causę formalis Mathematicus consyderare. tamen bene Mathematicus istã formam consyderat, vt est causa proprietatum fluentium a tali forma, vt in tali esse abstractionis consyderatę sunt. Geometer, licet non consyderet figuram triangularem vt habet causam, quia est in materia sensibili, puta vel in ęre aut ligno, consyderat tñ causam proprietatum suarum, & vt habet talem causam, videlicet quia habet tres, & per illã demõstrat. Secus autem est de Dialectico, quia Dialecticus non solum non consyderat formam abstrahendo ab hoc, quod est habere causam sui esse in materia sensibili: immo ẽt neq; consyderat ipsam vt est causa, vel habens causam alicuius effectus, vel alicuius proprietatis, & ideo consyderatio est absoluta cõis, & vana per consequens, pro quanto nõ põt esse medium in demonstratione, quę est causam, propter quam res est, & quoniam illius est causa. quia, licet Dialecticus definiat per illud, qđ est causa, non tamen sub illa rõne, qu a causa, sed vt est vnum entium absolute. Et nota bene hoc, quia pauci admodum ante nostra tempora intellexerunt istud. Et adde ꝙ vltra prædictã cãm ideo Dialecticus dicitur artifex absolute consyderãs, quia circa ens simpliciter tres artifices versantur. 4. primę philosophię te. com. 5. primus Philosophus, Dialecticus, & Sophista. de omnibus enim Dialecticus disserit ex communibus, & probabililer.

Mathematicus ẽt a ratione formã consyderat eã vt est finis vi. Themist. 2. phy. super. 74. et Auer. ibidẽ.

Quarta contrad. est in eod. tex. Quia Philosophus ponens differentiã inter Physicũ & Dialecticũ, dicit ꝙ Physicus definit per materiã, & Dialecticus per formam, Sed huius oppositũ habetur in tex. immediate sequẽti, videlicet in. 17. vbi

vbi inquit ꝙ nõ est aliquis artifex, qui per solã materiã definiat. Soluitur. Illa differentia est intelligenda cũ præcisione. nã Dialecticus definit per solã formã sine materia, sed Physicus per materiã & formã: & qui per materiã & formã definit, dicitur per materiam definire. quia igitur illud, quod discernit Physicũ a Dialectico, materia est & nõ forma, ideo in tali discrimine materia exprimit. Nã expressa sñia Ari. ibi est ꝙ nullus artifex per solã materiã definire põt. Vnde hoc ẽt elicitur ex intentione Philosophi ibidem. nã, cũ triplex possit definitio assignari, per materiã solum, per solã formã, & per materiã & formã: q̃ istarũ inquit Philosophus definitio Naturalis erit? Et solutio est, ꝙ illa, quæ est ex vtrisq;. & ista est melior solutio, q̃ dari põt in illo loco, qa materia in Naturali Philosophia relatiue cognoscitur, vt est ad formã, & vt est materia formę. 2. phy. 26. & per consequens Physicus, vt Physicus per solã materiã definire nõ põt. Differẽtia illa est cũ pręcisione intelligẽda, qa Dialecticus p formã tñ, sed Physicus p materiã & formã simul. &, quia in materia est ratio, in qua Dialecticus distat a Physico, illud fuit expressum, sicut est in simili inter artes & sciam Naturalem. Nã Medicina, quę est ars mechanica, vt dicit Com. est. n. de artibus operatiuis, circa quędã est, qa est circa quędã corpora. i. humana. Naturalis vero est de oĩbus corporibus, tam simplicibus q̃ mixtis, tã aĩatis q̃ inanimatis. Similiter Medicina sanitatis & ęgritudinis quasdã cãs consyderat, particulares seu propinquas: sed Naturalis oẽs cãs & propinquas & remotas. & quia remotę à Medico non consyderantur, sed a Physico, ideo Ari. in principio libri de sensu & sensilibus istas expręssit, dum dicit ꝙ Physici est sanitatis prima & ęgritudinis inuestigare principia. Et si dicatur ꝙ exemplum Arist. est in oppositum de ira: quia dicit ꝙ Physicus dicit, ꝙ est accensio sanguinis circa cor. Dialecticus vero, ꝙ est appetitus vindictę, Soluitur eodẽ mõ, quia Arist. expressit illud, in quo est differentia inter Physicum & Dialecticũ. nam, cũ Physicus definit iram, dicit illam esse accensionem sanguinis circa cor pp appetitum vindictę, & iã dixerat hoc supra ꝙ passiones animę sunt cões animę & corpori, & per consequens sunt coniuncti, tex. cõ. 15. & ꝙ est motus talis corporis ab hoc gratia huius. & ideo Physicus de omni tali aĩa, & passionibus quę sine materia non sunt, definit, & dat exemplum de ira, ꝙ est accensio sanguinis in tali corpore ab hoc huius gratia, vbi expresse dicit omnes causas in re ponit, & qui dicit totũ, dicit & partes. vnde non dicit tex. ꝙ Physicus per solam materiam definiat, sed per materiam. & hoc est multum differens. Alii dicũt ꝙ definitiões p solã materiã datę sunt naturales, sed impfectę. et est solutio Themistij & aliorũ. Sed hoc nõ ꝓbaret, qa Ari. dicit nullũ artificẽ p solã materiã definire, & pręterea definitiones naturales sunt media in demonstrationibus, sed materia, circũscripta forma, nõ est cã alicuius naturalis ꝓprietatis, sed vt est coniuncta formę. vnde materia abstracta a forma non est naturalis consyderationis, vt alias declaraui, quia oĩs conceptus habitus de materia a naturali, est relatiuus. & ideo nullo pacto Naturalis definit per solã materiã. esset. n. vana tãta definitio, cũ ex ea nõ posset concludi aliquod accidens proprium. Et cõsydera subtiliter hic, & hic siste gradum, quia, si quęratur quid ꝓhibet, vt quẽadmodũ Dialecticus definiens p formã, non definit p eã, vt est cã alicuius, nec vt habet cãm sui esse in materia, sed solũ vt est res quędam, eodem mõ ẽt non definire queat per solã materiã, non vt est cã, nec cãm habens, pp quã sit sub tali forma, sed potius vt est res quędam, non. n. per vitã meã videtur esse rõ diuersitatis in hoc inter materiam & formã. quia Dialecticus circa totũ ens simpliciter versari potest ex. 4. primæ philosophię. & est dubium satis arduum, sicut vides. Nisi esset ꝙ ideo Philosophi genus definiendi per formam appropriauerunt Dialectico, quia cã cõmunitatis est forma, & Dialecticus ex cõibus disserit. Et ideo animaduerte ꝙ definitio p solam materiam nullius artificis est scientifice definientis, neq; esse poterit artificis cõis per cõia differentis. quia cõmunitas non est a materia, vt materia distinguitur contra formam sua proprietate, nisi subiret modũ formę, & sub rõne cõmunitatis, sed hoc non erit rõne, qua materia, et ideo videtur mihi sine pręiudicio melioris sñię, ꝙ Dialecti-

Solutio aliorum.

Impugnatio

Solutio.

cus vtrunq; poteſt efficere, & vt definiat per ſolam formam, & per ſolam mate- D riam, vt vtrunq; conſyderatur, vt eſt res quędam, quia non video, quare hoc nõ poſsit efficere. tamen ſemper iſta conſyderatio erit per cõmunia. & quia commu nitas eſt a forma, ideo materia illo modo poſita in dialectica definitione habe- bit modum formę, quia non conſyderatur ſub ratione propria, ſed ſub ratione cõ muni. Tamen animaduerte ꝙ, vt dicit Ariſt. in.2.phy. in fine, definitiones oẽs naturales dantur per materiam vel apparenter vel cõſecutiue, ita etiam oẽs de finitiones naturales habent formam, vel apparenter, vel cõſecutiue. Vnde ira irę definitio naturalis eſt, quę dicit iram eſſe accenſionem ſanguinis circa cor, ſed non eſt data per ſolam materiam, vt tu fingebas in argumento, quia, vt dicit in textu & vniuerſaliter opera, & paſsiones animæ ſunt talis corporis, & ta- lis animæ. non.n. ſunt cuiuslibet corporis, ſed corporis phyſici potentia vitã habentis, & hoc eſt animatum corpus. vnde ſanguis eſt pars ſimilaris corporis animati, vt dicitur in.2.de partibus aĩalium. cap.2. cor eſt pars diſsimilaris. nõ enim ſanguis extractus a vena dicitur ſanguis, nec cor in cadauer exiſtens dici tur cor. ecce igitur ꝙ apparet conſecutiue forma in illa definitione. Sed, ſi quis interrogetur vtrum imaginando iſtam definitionẽ irę per ſanguinẽ, & cor dũ, non vt ſanguis eſt vere ſanguis, & cor verũ cor, ſed vt ſunt ſubſtantiæ quędã corporeę abſolute, non in ordine ad corpus animatum, cuius ſunt partes non eſt dubium ꝙ illa definitio taliter conſyderata eſſet per communia, & dialectica B & vana ex conſequẽti. O quantum placet mihi per vitam meam. Deo laus illu ſtranti intellectum. dicitur etiam Phyſicus materiam conſyderare, quia omnem cauſam cõſyderat ſcdm eſſe, quod habet in materia. Vnde cauſam mouentem conſyderat, vt mouet materiam ad formam ſcdm eſſe, quod habet in materia & fine, ſcdm ꝙ eſt terminus motus, per quem mouetur materia, & materiam ſcdm quod eſt ſubiectum formę ſcdm eſſe, quod habet forma in materia, vt dicit Al bertus in digreſsione. vnde Cõmen.2.phy. in quo eſt materia, ſunt oẽs na.le.

Prĩo de anima tex. 16.

Quinta contradi. eſt ſuper eod. tex. Ariſt. & Auer. dicunt Phyſicum defini- re per materiam. Sed huius oppoſitum ſcribit Themiſt. in.2.phy tex.com. vbi dicit ꝙ definiturus rem naturalem in definitionibus vtuntur materia, ſed de finiet per formam. Soluitur. ſine dubio ſcientię ſpeculatiuę diſtinguuntur ex diuerſis modis definiendi, vt patet.6. primę philoſophię in tex. cõ.2. & ideo in definitionibus rerum naturalium dicitur apparere natura: quia res naturales cõ ſtituuntur per naturam, ſicut artificiales per artem: ſic definitiones naturales dantur per materiam ſenſibilem, quia in eis apparet natura, quæ eſt principium motus, & omnium qualitatum ſed cum duplex ſit natura, videlicet materia, & forma: ſcdm Peripateticos autem forma eſt tota quiditas, materia autem eſt veluti vehiculum & fundamentum deferens quiditatẽ; ideo in definitionibus rerum naturalium apparere dicitur materia, non quia ad quiditatem pertinet, ſed pro quanto forma definiti dicitur huiuſmodi ſcdm diſpoſitiones, in quibus exiſtit, vt dicit Cõm.1.de anima.cõ. 16. Sic igitur Themiſtius dixit definitio nes naturales dari per formam, quia definitio exprimit quiditatem, & forma eſt quiditas. materia autem neq; quiditas eſt, neq; habens quiditatem, quia non eſt neque forma, neq; formatũ. ſed quia eſt neceſſaria in definitionibus propter cauſam prędictam, ideo Themiſtius illo modo dixit. vnde ęquiuocatio eſt ſine dubio. quia Phyſicus definit per materiam ſenſibilem modo prędicto ſed ſermo Themiſtij eſt in comparando materiam, quę eſt natura, ad formam, quę eſt no bilior natura, propter quam materia eſt in effectu.

Prĩo de anima, co. 24.

Sexta contradi. eſt in cõ. 24. Habet Auer. ꝙ intellectus non eodem modo exiſtit in omnibus hominibus. iſtud aũt videtur repugnare vnitati intellectus, quam ponit cõ.5. tertij huius. Soluitur ſcdm ipſum. Nam hic loquitur de intelle

Solutio.

ctu particulari, qui eſt virtus cogitatiua: iſta enim non eodem modo reperitur inuenitur in omnibus hominibus, ſed intellectus, de quo loquitur cõ.5. tertij, inuenitur in omnibus hominibus, ſed intellectus, de quo loquitur cõ.5. ſum vnum eſſe, eſt intellectus abſtractus a materia vniuerſaliter comprehenſi uus. & in illo non eſt varietas. ſed, ſi quãq; apparet varietas, hoc eſt in ratione cogitatiuę ſibi deſeruientis ad intelligere noſtrum.

Prĩo de anima.cõ.30.

Septima contra.est in cõ.30. Dicit Auer.ignẽ esse manifestum est. Sed oppositum n.4.cœli cõ.32. quia esse eius ibi demonstratur. Soluunt aliqui, esse ignis manifestũ est, & non demonstratur; sed esse ignis in loco suo proprio hoc latet, & hoc est, quod demonstratur. Solutio non sapit viam Auer. quia Cõm.in cõ. lib.3. dicit illã esse demonstrationem ad demonstrandũ esse ignis qui est spẽs, & pars subiecti a subiecti illius libri, qđ raro contingit. Ideo aliter soluo. ignis duplex, teste Auer.& Alex.2.de gñatione cõ.21 &.4.cœli.32.s.inferior, & superior, ut dicit in vltimo cõmentis Et primus quidẽ ignis.manifestus est ad sensum, secundus nullo sensu cõprehenditur, sed ratione, & discursu demonstratur.

Solutio.

Alia solutio

Prĩo de anima cõ.32.

Octaua contrad.est in cõ.32. Nullus, inquit Commen.& Philosophus, posuit terram esse principiũ. Oppositũ habetur de Hesiodo.1.meta tex.cõ.14. Soluitur. intelligitur de naturaliter loquentibus, quorum nullus posuit solam terram esse principium, instantia de Hesiodo cessat, quia ipse fuit leges imitatus, & Theologiam metrice composuit, vt est famosum.

Solutio.

Prĩo de anima cõ.37.

Nona contrad. est in,37. cõ, Quia dicit ꝙ motus essentialiter attribuitur homini per pedes. Oppositum.6.phy,59.&.7.phy.cõ.4 de corde. Solutum fuit. 7.phy.cõ.4.sed illi solutioni addo, ꝙ licet motus progressiuus attribuatur homini essentialiter per pedes, quia motus progressiuus habet per pedes fieri, tamen radix istius motus est a corde.

Solutio.

Prĩo de anima.cõ.43.

Decima contradi.est in cõ.43. Motus est transmutatio rei in sua substantia. Oppositum.1.phy 53.&.5.phy.tex.cõ.7. Soluitur. argumentum est ad hominẽ. nam Antiqui posuerunt animam esse motum: ergo non nisi substantialem, quia anima est substantia. & ideo contra illos ibi arguitur, & dictum Auer.ex ipsorum ore sequi, & prodire videtur.

Solutio.

Prĩo de anima.tex.48.

Vndecima contradi.est in tex.48. Aristo.& Commen.videntur dicere quietem esse magis propriã animę, q̃ motum.& Alex. in paraphrasi cap 6.vbi probat animam sedm se mobilem esse, expresse dicit ꝙ magis proprium magisque sdm animę naturã esse videtur frui potius quiete, quã motu. Sed huius oppositum habetur a Themistio in principio libri de anima cap.1.inquit animam esse fontem & initium omnium motuũ. Item oppositum huius inuenimus ab Auer. in lib. destructio destructionũ, disp.15. in solutione primi dubij. vbi inquit ꝙ intentio cœli apud homines est ipsemet motus, in eo ꝙ est motus, nam perfectio animati in eo ꝙ est animatum, est motus. quod non esset verum, si anima, per quã vnum viuit, esset magis causa quietis, quã motus. Amplius motus est tãquã vita omnibus natura constantibus. & ipse Cõmen. exponit hoc de motu cœli. sed ille, cum sit circularis, est animę. Nisi esset, ꝙ motus animę alij sunt veri, alij existimati, vt dicit Cõmen.1.de anima cõ 37. motus veri sunt localis, alterationis & augmẽti: motus existimati sunt sensatio, et intellectio, & isti dicuntur.8.phy. motus ęquiuoce. Arist. igitur & Alex. authoritates habent sic intelligi, ꝙ animę motus existimati magis perfecte fiunt nobis quiescẽtibus, q̃ motis, vnde dicũ sensus & intellectus impediũtur ex reali motu & alteratione corporis, vt patet in ebrijs, infirmis, & id genus. Non igitur est sensus ꝙ natura animæ potius est initium quietis & motus priuatio in corporibus animatis, q̃ motus sed eo modo, quo diximus, Arguitur enim contra Antiquos hic, qui animę essentiã definiebat per motum, ita ꝙ sit eius quiditas in motu constituta.

Solutio.

Prĩo de anima.tex.48.

Duodecima contrad.est super eodem tex. Arist. scribit ꝙ intelligentia assimilatur potius statui, quã motui: vbi Themist. & alij expositores colligunt motũ esse magis alienum a natura animę q̃ statum. Sed huius oppositum habetur a Themist.1.de anima, vbi dicit animã esse originem & fontem oĩum motuum. Soluitur. Arist. arguit contra Antiquos, qui ponebant motum esse de essentia animę, ita ꝙ constituitur per motũ, sicut venti & fluuij, quorũ essentia cõsistit in motu & Arist. improbat, quia motus impedit propriam animę actionẽ, & quies magis perficit. vnde intellectio, quæ est pręcipua aię operatio, magis perficitur in quiete, q̃ in motu. vnde sobrij, & senes, & corpore quieto, & in silentio, magis intelligimus, quã ebrij, iuuenes, & qui lacessito sunt corpore, & qui vnde intelligunt. cum hoc tñ stat, vt anima sit fons omnis motus, pręsertim

Solutio.

quia motus animę est circularis, qui est fons & origo omnium aliorum motuũ, D vt patet ex.8.phy. Vnde anima vt inquit Cõmen. est principium omniũ motuum, tam verorum, quam existimatorum, tamen animę actiones, presertim intellectus magis impediuntur a motu corporeo, quã a quiete, vnde confectum est vt sedentes iudicent.

Prio de ani ma.cõ.51.

Decimatertia contradi. est in cõ. 51. dicit Cõmen. quod causa, propter quam cœlum moueri melius sit quã vt quiescat, & quod circulo moueatur melius sit quã motu recto, primę philosophię est. Sed oppositũ secũ patet, 1. cœli tex. cõ. 12. Solutio. quid inconueniẽ idẽ ingredi diuersas scientias speculatiuas secũdm diuersas consyderationes? certe nihil. patet. 2. phy. cõ. 71. Dico quod principia sensibilium a Diuino consyderantur, & causę, sed altiori modo quã sit modus naturalis. vnde quare aliquid melioris rationem habeat, hoc põt consyderari ab artifice consyderante finem, & pręcipue primum finem, qui est ratio bonitatis in oibus: talis aũt a Diuino cõsyderatur. Naturalis aũt assignat istorũ rationes sensibiles, & existentes in motu. Vide ergo bene & consydera dicta Commen. 12. metaph. com. 1. 5. 6. & . 29. vide commento. 5. &. 9. septimi meta. & commen. 3. tertij metaphy. & sic intelliges quod diximus tibi. sufficit nobis loca tibi ostendere, non oportet omnia scribere. breuitati indulgere volumus.

Prio de ani ma.cõ.64. Solutio.

Decimaquarta cõtradictio est in com. 64. Motus sensationis finis eius est in aĩa, & principium eius est ab extra. Oppositum patet cõmen. 3. huius primi de anima. Soluitur. hic comparat sensationes aĩ ̨ę eiusdem rationis. nam sensationes interiores quędã rectę fiũt, & quędam reflexę. vnde prima incipit ab obiecto, & terminatur vltimitate in vltima virtute sensitiua, quę est memoria, deueniendo per sensus extrinsecos & intrinsecos, tanquam per media. sed sunt quędam, quæ reflexo gradu ac retrogradu procedũt. & istę incipiunt ab anima, & terminantur ad extra, in tantũ quod, vt dicit Cõmentator in 3. colliget. cap. 48. ex hoc potest reddi ratio visionũ, quę contingunt melancholicis, & mulieribus dicẽtibus se videre mortuos, aut demones, aut aliquid huiusmodi. Sed hoc dixit ipse, quia non credidit Deo, nec veritati. sit maledictus. quia etiã veræ visiones angelorũ fuerunt non tantum imaginarię. licet hoc quandoq; possit esse ex sola imaginatione & defluxu idoli formati vsq; ad exteriorem sensum. hic igitur intelligitur dictũ mi eius hic. Sed in cõmẽ. 3. primi huius comparauit sensationes diuersarum rationum, quarum quędam magis tenent se ex parte corporis, sicut somnus & sensatio, quæ in somno fit. ista enim accidentia ligant animã, & ideo terminãtur ad ipsam: quia a re corporea effumante causatur somnus, & ligamẽtum fit in sensu cõmuni. similiter motus ille est a circũferentia ad centrũ. Vigilia aũt est accidẽs formalius. & ideo tenet se magis ex parte aię: quia est solutio ligamentorum, & est ratio, propter quã anima operatur, & in ea fit motus de centro ad circũferentiam. Et ideo dicit Cõmen. quod sensus, & imaginatio, quę in vigilia fiunt, incipit ab anima, & redundat in corpus.

Prio de ani ma.cõ.69.

Solutio.

Decimaquinta contradi. est in cõmẽ. 69. Scribit ibi Cõmẽ. quod si in aliquo corpore sola quantitas remaneat, possibile est ibi imaginari mouens & motũ. Huius oppositum sequitur ex dictis suis. 4. physi. cõ. 71. ibi enim dicit quod elementa posita in vacuo non possent moueri: & tamen in casu ibi esset quantitas. Soluitur. dico quod dictum suum hic sequitur ad hominem. nam illi, contra quos arguit, dicebant quod puncta illa erant corpora; & cum non sint elementa, sequitur quod essent ex elementis causata. talia autẽ bene possunt imaginari posse moueri, sola quantitate remanente, cum habeant intrinsecam resistentiam. Motus enim imaginarius est res ampla satis, dicunt enim Mathematici punctum ex suo fluxu causat lineam: & fluxus lineę causat superficiẽ: et superficies fluens causat corpus. omnia aũt ista ad imaginationẽ vera sunt, non autem secũdm rem ipsam.

Prio de ani ma. tex.78.

Solutio.

Decimasexta contradictio est in cõ. 78. Dicitur quod impossibile est vt substantia sit elementum aliorum. Oppositum. 12. metã. 22. Fulcitur etiam hoc idem. 4. metaph. cõ. 2. vbi dicitur substantiã esse elem omniũ non secũdm agens & finem, sed secũdm subiectũ. Soluitur, principia duplicia, propinqua, & remota. principia remota possunt esse eadẽ respectu oium pdicamentorũ. sed principia propinqua

minime, glosa est Auer.cõ.21.iam allegato in.12.meta. hic aũt loquit̃ Cõme. de principijs propinquis, quãdo dixit ꝙ substantia non est elementũ aliorum, & reddẽs causam subdit, dicens, principia.n.non substantiæ sunt nõ substãtię.

Decimaseptima contradictio est super tex.79. Dicit Aristot.hic, ꝙ ossa non sentiunt. Sed huic aduersatur Gale. in secundo de crisi, vbi ponit differentiã inter rigorem tertianæ & quartanæ, vbi dicit ꝙ in rigore quartanę fit læsio vsq; ad ossa, ita ꝙ quidam conquęsti sunt se dolere in ossibus. Hoc etiam contradicit sensui in laborãtibus morbo gallico, qui plurimum conquerunt̃ se dolere in ossibus. Nisi esset ꝙ sensus cõicatur ossibus mediante panniculo inuoluente illa, sed scd̃m sui substantiam sensu carent. sicut est de substãtia cerebri, pulmonis, & hepatis, quibus sensus illo modo communicauit scd̃m peritos Medicos. Prĩo de anima, tex.79. Solutio.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Secundo de Anima.

PRima contrad.est super tex.2. Arist. diuidit substantia trimẽbri diuisione, videlicet in materiam, formam, & in substantiam cõpositam ex materia & forma. Sed oppositum habetur.7.meta. tex.cõ.44.vbi dicit ꝙ dicitur quatuor modis. et ita etiam asserit Cõmen. in.8.metaphy. com.2. Soluitur. diuisio substantię, alia est scd̃m famam, alia scd̃m rei veritatem. diuisio scd̃m famam est quatrimembris, quia vltra tria membra, quę sunt materia, forma, & compositum ex materia & forma, est quartum, & est vniuersale, quod scd̃m Antiquos erat substantia, quia autem Aris. in.7. vult inquirere de hac opinione, vt dicit Commen.in com.44. vtrum vniuersalia sint substantię rerum particularium, induxit ibi istam diuisionęm, quę famose dicitur de quatuor: non quia ista sit opinio eius, nam ibi late probat nullum vniuersaliter dictorum substantia esse, quando igitur loquitur ex mente propria diuidit substantiam in materiam, formam, & congregatum: sed quando loquitur secundum famam, diuidit substantiam in materiam, formam, & congregatum, & vniuersale. Secundo de anima te.2. Solutio.

Aristo.2.describens formam dicit, ꝙ per eam indiuiduum est hoc aliquid, et Auer.in Co.dicit, per quam indiuiduum fit hoc. ergo de intentione Aristo. & Auer.est, ꝙ forma indiuiduationis principium sit. Oppositum huius videtur ex Aristote.1.cœli.92. vbi dicit, qui dicit cœlum, dicit formam, qui dicit hoc cœlũ, dicit materiam, & Auer. dicit ꝙ vniuersalitas est à forma, ergo indiuidualitas est a materia. Et in disputatione.1.in solu.7.dubij, causa conuenientiæ est a forma, causa pluralitatis est materia, & indiuidua differunt in specie propter materiam. Ad hoc sunt plures respondendi modi. Et ista quęstio est valde difficilis, tamen (quicquid alii dicant) non sit curæ pro nunc, illud referre: non recedendo ab Auer.doctrina, sic videtur resolute huic dubio satisfaciendũ, ꝙ ista quõ est multiplex, ideo distingui debet.1.cœli.110.refert dicere, qđ est illud quod indiuiduũ a quiditate differre facit, & tũc tale est materia, & differt dicere, quod est illud, quod in esse indiuisibili, & entitatiuo indiuiduum ponit, & tunc tale, est forma. Videas 3.de anima.9.in quibusdam, aliud est caro, & carnis esse, & magnitudo, & magnitudinis esse, in quibusdam autem differunt.i. in quibusdã indiuiduum distinguitur a quiditate, in quibusdam aũt non, in corpo- Vtrum forma sit indiuiduatiõis principium, uel materia?

tis materialibus, aliud est indiuiduum, & aliud est quiditas carnis. 7. metha. 41. D in. conceptis cũ materia, aliud est, quod quid est, ab eo cuius est, quid est. i. aliud est indiuidum a quiditate. entia separata non habent differentiam inter quiditatem & indiuiduum. 12. metha. 39. Sed dices; Quę est causa, q̃ diuersa est quiditas, ab essentia in his indiuiduis materialibus? dico, q̃ est materia, & ideo dictum est, q̃ differentia est inter essentiam & quiditatem, quia materia est pars essentię, non tamen est pars quiditatis, quia quiditas est vniuersale, materia aũt non habet intentionem intellectam ab ea. 12. metha 14. sola ergo quiditas est forma & ideo causa diuersificationis essentię, a quiditate, est materia. In rebus autem abstractis non est hoc. Dico ergo, q̃ materia est, quę diuersificat indiuiduum a quiditate, & hoc intendunt auctoritates sonantes materiã esse principium indiuiduationis. Si vero vellimus loqui de indiuiduo in se, vt a quo habeat hoc indiuiduum, q̃ sit, ens & in actu? Dico, q̃ est a forma. & hoc volunt auctoritates dicentes, formam esse, qua indiuiduum fit hoc, probatur, quia forma posita, ponitur esse indiuidui, & ea remota remouetur, ergo &c. probatur, quia Aristo 2. de anima. 2. dicit, formam esse substantiam per quam indiuiduũ est hoc aliquid. Et per rationem probatur, quia hoc esse est effectus formę (vt dicit Boetius in de vnitate & vno) & addit, q̃ peripatetici describentes esse, dicunt, q̃ est esse formæ in materia, & probatur per Themistium dicentem, q̃ res a materia habuerunt vt fierent, & a forma vt essent, 7. methaph. 35. forma est res, quę quum fuerit, erit res, materia autem, quum fuerit, non erit res. Vnde in artificialibus, semper est verum, & in naturalibus, q̃ posita forma, ponitur materia, & non econtra, & ideo materia per sui positionem non ponit formam sed bene econtra; Ergo. &c. Et, 1. de anima. 90. omne quod est vnum [illegible] & continuum est a forma; ergo &c. Et hęc pauca sufficiant, dicant alii quid quid velint.

Secundo de anima. cõ. 2. Secunda contra. est in cõ. 2. Dicitur q̃ per formam indiuiduum fit hoc. Oppositum apparet, 12. met. 14. & 1. cęli. 92. & 1. meta. cõ. 40. vbi patet q̃ per materiam.

Solutio. Soluitur, a forma indiuiduali habetur principaliter indiuiduum hoc, quod est. Et est ista sententia eius manifeste. 7. met. cõ. 5. vbi dicit q̃ Philosophus loquitur de principio indiuidui, & dicit q̃ talis est substantia, quę est forma; & per illam substantię demonstratæ sunt substantię, & vnum. Materia etiam concurrit, tamen minus principaliter q̃ forma. Accedit ad hoc q̃, vt declaraui prolixe in quęstione mea de principio indiuiduationis, alia est indiuisio entitatiua, & alia quantitatiua. vnde entitatiuam indiuisionem principaliter habet a forma, quantitatiuam aũt appropriate videtur habere a materia: cum quantitas videatur materiã cõsequi. Sed his latius dictũ est a nobis in qõne illa: & illic videas. F

Secundo de anima te. 3. Tertia contra. est in tex. 3. Aris. dicit q̃ corpora maxime videntur esse substantię, & horũ naturalia. quã Cõ. in. cõ. & Ammonius, referente Philopono ibidem dicunt habere veritatẽ, scdm q̃ est famosum magis, & vt apud multorum hoium cognitionem, vt dicit Philoponus. Sed huius oppositũ inuenimus apud Auer. in epitoma, seu paraphrasi meta. trac. 1. cap. de substantia, vbi dicit q̃ magis famosa ex significationibus substantię est illa, quę dicitur de indiuiduo substãtię. & reddit cãm, quia oẽs Philosophi iudicant illud esse substantiam. igitur videtur q̃ nõ scdm vulgus, immo ẽt scdm Philosophos indiuidua, & corpora naturalia composita dicuntur substãtię.

Solutio. Soluitur. Auer. comparat ibi ad significationes substantię alias positas ab eo ibi, videlicet ad prædicata, quę sunt genera, & species, vel differentia, quæ notificant quiditatem indiuidui prędicamenti substantię: & ad aliam significationem, vbi substantia capitur pro omni, cuiu dicat quęlibet definitio, siue sit definitio substantię, siue accidentiũ. & illa tñ Philosophi iudicant solũ iudiciũ prędicamenti substantiæ ex rebus ad prędicamentũ substantię, & aliorũ prędicamentorũ esse substantiam in relatione ad prędicata vniuersalia, quę sunt in prędicamentis quibuslibet. quia voluerãt ex mente Arist. 7. met. te. cõ. 44. & infra numerũ vniuersalẽ substantiam esse. Vnde Com. 1. met. cõ. 45. dicit Aris. opinabatur q̃ intellecta rerum notificantia non sicant substantias rerum, sed nõ sunt substantia earum, Et ista consyderatione

substantia etiã apud Philosophos vere non dicitur de aliquo vniuersali, sed de particularibus, quia verus respectus est particularis, & nõ vniuersalis. 12. me. te. cõ. 27. authoritate Ale. & 1, de gene. & corru. te. cõ. 59. melius est esse scdm indiuiduum, q̃ scdm spẽm. Sed, si comparatio Philosophorum fiat ad partes cõponentes istud indiuiduum compositum ex materia & forma, in hoc est discordia apud vulgũ & sapientes, quia vulgus ignorat materiam & formam. Vnde Com. authoritate Ale. dicit in. 2. phy. cõ. 9. & habetur in 1. met. genus causę formalis latuit vsq; ad tempora Socratis. nam Antiqui credebant omnes formas esse accidentia. Similiter natura primę materię latuit vere omnes vsq; ad tempora Platonis & Arist. præsertim, Plato enim, vt inquit Commen. 3. cęli nihil sciuit de prima materia. sic igitur apud vulgũ maxime famosum est substantiã dici de corporibus compositis naturalibus quę sunt indiuidua prædicamenti substantię, sed Philosophi dicunt ꝙ etiam causę istorum sunt substantię, vt materia, & forma. sed an magis forma, in hoc est quęstio etiã apud sapientes. quia Cõ. & sequaces tenent formã, & Albertus et hic: sed Ale, & Simplicius 1. phy. tenent compositum sed de hoc alibi dixi.

Quarta contra, est super eodem tex. Ari. & Com. dicunt ꝙ illud dicitur habere vitam, quod habet per se, seu essentialiter alimentum & augmentum. Sed huius oppositum habetur 1. de anima, tex. cõ, 39. vbi dicitur nihil esse essentialiter motum ex se in motu augmenti & alterationis: quia motum ex se non est nisi in loco, vt habetur etiam. 8. phy. cõ. 60. & in. 2. de anima cõ. 50. Itẽ scdm hoc sequitur vt embryo non sit viuus, quia non nutriuntur per seipsum. i. per sua organa sed per venam vmbilicalem. Nisi esset ꝙ primo de aĩa ostenditur animam non mouere seipsam essentialiter, neque motu alterationis, neq; motu augmenti. quia motus alterationis attribuitur corpori per se, & formæ non nisi p accidens: & similiter augmẽtatio attribuitur toti, rõne partium. & hoc sufficit Aris. contra Antiquos ibi ad probandũ aĩam non posse mouere se essentialiter, neq; motu alterationis, neq; augmenti, hic vero illud dicit viuum per se, qđ habet per se nutrimentũ & augmentũ, i. quod habet intrinsecũ principiũ istorũ motuũ in se tamen tale. Quomodo autem in motu locali sit motum ex se vere, & quõ in aliis motibus aliquo modo, & potest esse motum ex se, dicemus infra in. 2. de anima cõ. 50. Ad id autem, quod de embryone dicebatur, respõdetur ꝙ viuit, quia non põt esse augmentũ sine vita & nutritione. cum igitur augeatur, nutritur necessario. Tamen dicamus ꝙ, cũ sit alligatus matrici, nutritur mediante vena vmbilicali, quæ attrahit sanguinẽ a matrice, & defertur ad membra eius, in quibus digeritur & demandatur ad reliqua membra. vnde membra matricis p̃parant hoc nutrimentũ, sicut ẽt matres infantibus masticant cibum, tamen nutritur per se in membris, pprijs infantibus, & a proprijs virtutibus. & hoc sufficit. Vtrum autem embryo in illo casu sit animal, dubium est. quia quę habẽt solum sensum tactus, prius dicũtur zoophyta, quã animalia. Amplius animal est substantia animata sensitiua: sed fętus non est in vtero aptus exire in vsum omnium sensuum, vt clarũ est; igitur non videtur proprie animal esse. Et confirmatur, quia animalium proprium videtur posse mouere seipsum in loco scdm totũ & quiescere se, vt dicitur. 8. phy. tex. cõ. 29. sed fętus alligati in matrice, si mouentur, non mouẽtur ex se, quia sunt coniuncti cũ matrice, sicut fructus cũ arbore. & pede, sicut aĩalia ostreacei generis affixa petris, licet dũ pugnãtur, moueãtur, nõ tamen, pprie aĩalia sunt, sed zoophita. i. ancipitis naturę inter plantas et animalia. Respõdetur, vt habetur ab Arist. in. 2. de generatione aĩalium. cap. 3. Anima vegetatiua prius tẽpore pręcedit sensitiuam, & sensitiua rationalem, non. n. simul animal est & homo, aut equus. vnde natura gradatim procedit ab inanimatis ad animata. vnde iacto semine in matrice, quando fit cõceptus, et aggregatur menstruũ & semen maris, & coagulãtur ante aĩationẽ, tũc illud est in genere inanimatorũ. sed adueniente anima est in genere plantarũ, i. viuit vita, quę inuenitur in plantis. postea, quia vltra ꝙ nutritur, augetur, mouetur, [illegible], quia est colligatus fętus mediantibus cotyledonibus, seu acetabulis, dicitur esse zoophitum, quando vero est extra, & põt se mouere, est

Secundo de aĩa tex. 3.

Solutio.

animal perfectum. vnde dato ꝙ non possit generare, dummodo possit se de loco ad locum mouere, hoc sufficit vt sit animal perfectum. Nã multa ẽt animalia perfecta sunt, quę generare non possunt, vt muli, & id genus: licet omne, qd generatur, sit animal perfectum, sed non conuertitur. Et ita proprie loquẽdo fętus animatus in vtero potius dicitur esse in genere illorum, quę a gręcis zoophyta dicuntur, quã in genere animalium simpliciter & absoluta dictorum.

Secundo de aia tex. 3.

Quinta contrad. est super eodem tex. Quia Arist. hic vitam appellat, & describit sic, quę p ipsum fit nutritio & augmentatio. Sed huius oppositũ habetur infra in tex. cõ. 13. vbi dicit viuere aũt multipliciter dicto. Amplius corpora cęlestia sunt viuentia. 2. cęli. textu. cõ. 60. & debet dicere vita intellectualis 12. me. te. cõ. 39.

Solutio.

Nisi esset, ꝙ non ideo Ari. vitam illo mõ describit, quia opinatur non aliam esse vitã: immo vita sensitiua, & appetitiua, & intellectiua vitę sunt, & in altiori gradu quã nutritiua. nec ideo illo modo describit vitã, quia sola illa viuere dicuntur, quę augentur & nutriuntur. nam cęlestia, vt arguebatur, viuunt, & non augentur, nec nutriuntur, nec aliqua alteratione passiua transmutantur. 1. cęli. 20. & infra. Sed vel hoc ideo fecit, quia in mortalibus, de quibus est sermo eius in lingua Gręca, hoc est famosum, vt dicit Comme. vel quia conuenit cum Platone, ꝙ proprium animatorũ est ex intrinseco moueri, vt patet. 8. phy. te. cõ. 29. & habetur 1. de aĩa. te. cõ. 19. ideo vltimã in talibus ſumpsit vitã, ostendens ẽt talẽ participare motũ quendã. nã ẽst mutatio quędã ſcdm 3 qualitatẽ & quantitatem nutritio & augmentatio, vt dicit Simplicius.

Secundo de anima. cõ. 3.

Sexta contra. est in cõ. 3. Non dicitur mortuum, nisi animal, qd caret principio nutrimenti & sensus insimul, non principio sensus & motus tantum. Sed oppositum videtur 1. de aĩa cõ. vltimo. vbi dicit ꝙ non dicitur mortuũ, nisi aĩal, quod caret principio, i. vita, non principio sensus & motus insimul. In vno. n. loco vult ex sola carentia vitę, s. vegetabilis, aĩal mortuum dici: in alio vero ex carentia vitę & sensus insimul.

Solutio.

Soluitur, ꝙ hic loquitur ſcdm suum idioma: quia dicit in Arabico, & c. sed 1. de anima ſcdm idioma Gręcorum, qui volunt mortem esse carentiam nutritiuę animę. vnde & in plantis mors reperitur.

Secundo de anima, cõ, 3.

Septima contradi. est in eodem cõ. Ponderat Commen. quare Philosophus dixit ꝙ corpora viua habent principium essentialiter se augendi. dicit ꝙ illud dixit, propter aliqua, quę non sunt viua: & in talibus videtur esse aliquid simile augmento, sicut est lapis, de quo etiam patet. 1. cœli. cõ. 22. & 1. de generatione, 38. videtur igitur Commen. velle aliquid esse, quod habeat principium essentialiter se augendi. Sed huius oppositum patet infra in tex. cõ. 39. primi huius, vbi habetur ꝙ nihil augetur essentialiter ex se.

Solutio.

Soluitur, ꝙ ibi intelligitur ꝙ nihil augetur essentialiter, i. sine alio motu præcedente: quia augmentatio debetur partibus per alterationem & motum pręcedentem, toti vero attribuitur ſõne partium. & hoc fuit satis Aristo. cõtra Platonem ibi, ꝙ anima non est primo mota in augmento a seipsa. in hoc vero loco intendit ꝙ corpora viuentia habent principiũ essentiale. i. intrinsecũ, p qd augẽtur. & sic sedat discordia hic, et ibi.

* Vtrũ sit p se manifestũ, ꝙ Anima non sit Materia.

Propositiones habent latitudinem

Auer. 2. de anima. 4. ait, dicere enim animam esse materiam, impossibile est, & hoc manifestum est per se. Oppositum huius habetur ex ipso infra in eodẽ commento quum ponat rationem, per quam anima non est materia. Si enim per se manifestum esset, non poneret rõnem. Ad hoc breuiter dico, ꝙ propositiones latitudinem habent, quia aliquæ sunt penitus notę, aliquę penitus ignotæ, aliquę medię, quæ indigent aliqua fide. 2. physi, 3. &. 1. priorum, dico igitur, ꝙ dũ dicimus animam non esse materiam, est propositio per se nota, quia nõ indiget demonstratione, tamen indiget persuasione aliqua, & ideo cessat dubium.

Secundo de anima. cõ, 4

Solutio.

Octaua contradi, est in cõ, 4. Dicit Commen. subiectum accidentis esse ens in actu. Huius tamen oppositum sentit ipse post cap. dę substantia orbis, vbi ponit dimẽsiones interminatas fundari in materia prima, quę est ens in pura potentia. Dicẽdũ, ꝙ aliqui ex ista authoritate moti ponere conati sunt de intentione Aui. formam corporeitatis substantialẽ materię primę coęternam, quia volunt subiectũ cuiuslibet accidẽtis esse ens in actu, Et ista positio bene fuit Aui, vnde cõ

men.4.cœli.40.expresse habet ista uerba. & similiter est de tribus dimensionibus cum prima materia, s. ꝙ sunt primę formarum existentium in ea in actu. & ideo putauerunt quidam ꝙ corporeitas est substantia. Ecce ꝙ ex intentione aliorum. Cõme. dicit primam formam materię esse corporeitatem substantialẽ sed sedm ipsum prima forma est corporeitas. quę est trina dimensio. Dicamus igitur ꝙ accidentia duplicia sunt, terminata & interminata. tunc dico ꝙ dictũ Auerro. hic habet locum de terminatis: dictũ vero suum in.1. cap. de substantia orbis est de interminatis. conueniẽs. n. est, ꝙ terminata non haberent consimile subiectũ, quale habent interminata, nisi actus fieret potẽtia, & forma esset materia. qđ impossibile est. nã terminatio insequitur formã & actum.7.meta. 49. sed interminatio potentiã & materiã. Sed magnificentia tua fecit replicam

Instantia.

facilem meo iudicio hic, quia tunc saltem forma substantialis non differet ab accidentibus interminatis: quia, sicut subiectum formę substantialis est ens in potentia, ita per te accidentium interminatorum est ens in potentia. Et sic differentia, quam ponit Commenta. inter formam substantialẽ & accidentalem, est uniuersaliter uera tam de accidentibus terminatis, q̃ de accidentibus potentialibus, & interminatis. Soluitur. nam Auer. non solũ ponit differentiam inter formã substantialem & accidentalem penes hoc, verum etiã penes aliud, quod est ꝙ forma substantialis est pars substantię, non autem forma accidentalis. per fundari igitur in subiecto, quod est pura potentia, distinguitur ab accidentibus terminatis forma substantialis; & per esse partem substantię, vniuersaliter ab omnibus distinguitur: siue terminata, siue interminata fuerint.

Solutio.

Nona contradi. est in tex.6. Arist. declarans quomodo plantę habent instrumẽta, dicit ꝙ folia sunt cooperimentũ eius, quod est circa fructũ. Sed in.2.Phy. tex. cõ.80. expresse dicit folia esse tegmen fructus. Facilis est solutio. nam Ari. hic loquitur de illo, cui immediate deseruit folium. & est id, quod est circa fructũ. sed in.2. de anima de illo, ad quod principaliter & mediate; & est fructus ipse. quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis est. Vnde volui notare tibi hoc pp duo; Primum, vt scias intentionẽ naturę in generatione plantarum & animaliũ maxime solicitam esse de seminibus, in quibus consistunt virtutes infinitę diuinę, ex quibus fit perpetuatio in spetie sedm successionem, & omnia ad illa videtur natura dirigere. nam & herba, & stipula, et gluma, vt inquit Themi. in.2. Phy. cętera q; id genus multiiuges formę, quę antequam maturesceret triticũ, subinde alterę post alteras creabantur, videntur adeo omnes ad triticum proculdubio intendisse, id simul atq; consecutę sunt, quies quędam, et ueluti status innascitur, vt manifestum sit ea omnia tritici gratia pręcessisse. Et idẽ contingit in multis animalibus insectis, vbi est uaria formarũ successio, tendens ad vnũ finẽ, vt videre potes in.5. de natura animaliũ, cap.18. vbi etiam vide exemplũ de bombyce, ex quo fit sericum. Secundũ est, vt scias apud Ari. & Gręcos differentiã esse inter carpon & pericarpiõ. quia carpos est semen ipsum, sed pericarpion est id, quod est immediate circunfusum & complectens ipsum semen. v. g. in ficu parua illa semina, quę sunt instar grani milij, sunt fructus sedm Ari, qui carpos græce dicitur. sed totum illud humidum, circunstans illa semina vna cum pelle illa extrinseca appellatur pericarpion quod Latini pã appellant, et Plin. plerunq; dicit carnẽ, vt caro mali coronei, et id genus.

Secundo de aia. tex.6.

Solutio.

Decima contradi. est in cõ.7. Scribitur ꝙ non est dubium, quõ ex anima & corpore fiat vnũ. Sed oppositum fuit per tex. cõ.92. vbi contra Platonem fuit dubitatum, quomodo ex anima & corpore vnum fiat. Soluitur dubium esset quomodo ex anima & corpore vnum fiat, si animę plures essent in eodem distincte loco & subiecto, sicut imponitur Platoni. dubium iterum esset, si anima ipsa esset corpus. sed apud tenentem animam esse formam non compositam ex materia & forma. & per consequens actum, & tenendo corpus esse potentiam nullum est dubium, quomodo ex materia & forma vnum fiat. quia hoc est, quia hoc actus illud vero potentia.8.metaphy. tex. commen.15.

Secundo de aia. cõ.7.

Solutio.

Vndecima contradi. est in eodem cõ. Dicit Cõ. ꝙ ens & vnum per prius de forma dicitur, q̃ de cõgregato. Huius oppositũ dixit supra cõ.3. Soluitur. cum

Secundo de anima, cõ.8.

posita sunt magis etiam secundum famositatem, quia omnibus nota sunt: sed secundum veritatem forma est per prius ens & vnum, quam compositum. 7. meta. tex. cō. 7. Nec videatur tibi hoc mirabile, quia in simili Commenta. 2. meta. commento. 16. dicit ꝙ ista inferiora sunt magis naturalia secundum famositatem, cum tamē clarum sit quod secundū naturam superiora sint naturalia magis. D

Secundo de anima. cō. 8. Duodecima contradi. est in cō. 8. Sribit Commenta ꝙ cum auferantur formę naturales, auferuntur materię, oppositum primo physicorū. 82. vbi dicitur ꝙ est ęterna, & non destruitur destructis formis, quarum nulla est ibi perpetua, de substantialibus loquendo. **Solutio.** Soluitur, intelligitur de materia secunda, quę rectius subiectum quam materia dicitur. talis enim est habens formam: & ideo talis non est natura, sed habens naturam. 2. physi. cōmen. 10. materia autem prima, quę vere materia dicitur, non corrumpitur corruptis formis particularibus, quia non dependet in esse ab hac forma vel illa, sed a forma secundum speciem successiue in ea succedente. semper enim stat cum aliqua. & si esset sine omni forma, tunc non ens actu esset ens actu secūdum viā eius. 2. phy. cō. 12. Vnde. 12. meta. cō. 14. materia ab omni forma separata nō est ens extra aiam, sed est ens rationis.

Secundo de anima. cō. 8. Decima tertia contra. est ibidem. Dicit Cōmen. ꝙ nomen in rebus artificialibus primo dicitur de materia, secūdo de congregato ex materia & forma. Oppositū huius habet. 5. meta. cō. 14. contra Auic. vbi vult ꝙ denominatiua per prius significant formas, & secundario subiectum cuius oppositū Auic. dicebat. Aliqui dixerant super hoc, ꝙ ibi loquitur de prima significatione ex primo modo significādi. vnde concretum accidentale ex primo modo significandi importat formā, ex secundo modo significandi importat subiectum. & hic loquitur de primo significato quia primū significatum est congregatū, vel ipsum subiectum. istā solutionem nō intelligo: quia nō est modus significādi, nisi respectu rei significatę & ideo responsio ista seipsam interimit, sicut vides. quia nihil diuersum dicitur nisi quantum ad verba. Ioānes autem de Ianduno multa etiam dicit in. 5. me. quę quia confusa, & sine fundamēto ex maiori sui parte dicuntur, ommitto. Dico autē ego ꝙ, si volumus videre quid nomē significet, oportet nos cognoscere rationē & distinctionē actus. Nam vt scribitur. 9. meta. tex. cō. 7. Nomē vero actus quod ad pfectionē annectitur aduenit ēt in aliis, maxime ex motibus. & . 8. met. cō. 7. nomen imponitur rei secūdum ꝙ est in actu. Actus autem duplex est, & accidentalis, & substantialis, primus dat esse simpliciter, secundus dat esse secūdum quid, accidentalis iterum duplex, quidam a natura inductus. & quidā ab arte. Nā secūdum Auer. 2. phy. 13. omnes formę artificiales sunt accidentia. in rebus igitur compositis ex materia & forma substantiali nomen primo significat formā substantialē per quā compositū est in actu simpliciter, secundario autem significat compositum. Nomina autem compositorū ex materia & forma accidentali a natura producta videntur primo significare formam, secundario materiā: quia talia composita vt sic non habent esse, nisi per formam accidentalē. nā licet Socrates simpliciter habeat esse per formam substantialem, tamen esse albū habetur ab albedine, quę est actus secūdum quid perficiens. Et ideo nomina denominatiua talium accidentiū, cum importent talē compositionē ex subiecto & accidente, sicut patet. 1. phy. cō. 25. album significat albedinem & recipiens albedinē, ideo primo significat albedinem, secundario subiectū: sicut patet contra Auic. 5. meta. in cō. 15. Sed in nominibus rerū artificialiū dubium est quid primo significēt talia nomina. Nam, si hoc fundamentum imitari voluerimus, ꝙ nomen imponitur rei secundū ꝙ est in actu, videtur ꝙ nomina artificialiū. 1. importent formā, & secundario materiā, Nam sicut scribit Cō. in. 2. phy. super tex. cō. 13. formę artificiales, licet sint accidentia in corporibus naturalibus, tamen constituunt res artificiales, secūdum ꝙ sunt artificiales: quemadmodum formę naturales constituunt res naturales. & subdit. Si igitur naturalia sunt substantię necesse est vt formę naturales sint substantię quemadmodum artificialia secūdum ꝙ artificialia sunt accidentia ideo formę artificiales sunt accidētia. & hoc apud me concludit. Quicquid dicit alij, dico de intentione Auer. artificiale duobus modis concipi posse. vno modo, vt est indiuiduū substātię, & vt habet esse in actu simpliciter & absolute. nā hoc

D nomen sc̄anum videtur importare ex cōmuni hoīum acceptione aliquid in actu sicut hec nomen lignum & lapis, alio modo potest sumi sc̄anum, vt est res artis. & primo quidem modo loquitur Cōment. 2. de anima. cō. 8 qñ dicit ꝙ nomina rerum artificialium primo significant materiam, & secundario formā artificialē ni talia actualitatem habēt de se vt quod licet vt quo, ratione formę substātialis & quia tale indiuiduum substantiæ cōparatur ad formā artificialem, vt materia ad actum, quia formę artis fundētur in composito ex materia & forma a natura producto, ideo natura taliū artificialium, vt sunt nomina indiuiduorum substantię primo significāt substātiā quā accipēt: quia per substantiā talia sunt in actu simpliciter, non per accidens. sed si talia nomina sumantur vt sunt nomina rerū artis quia vt sic quiditatiue sunt accidentia, sic talia primo significant formam, & quã habent tale esse scd̄m quid, quā substantiā. non. n. video quomodo formę artificiales, cum sint de quiditate rerum artificialiū quare non importabunt primo eas. Et dictum Auerro. non contradicit huic sententię, si bene aduertis. Nam hic dicit in rebus igitur artificialibus significat nomen indiuiduum substantię secundū suam primā significationē quia significat materiā, & in rebus naturalibus demōstrat ipsum scd̄m suā primā significationem, qñ significat formam: ecce ꝙ considerat nomen rei artificialis, vt est indiuiduum substantiæ, cui forma artis inhæret. & ista est syncera veritas, nec aliter dicere posset ipse Auerro. si vult
B a contradictione remoueri, etiam si ab inferis reuiuisceret. Dicta autem Modernorum hic nullum prorsus vim habent. sicut tu poteris ex dictis nostris iudicare. Recto enim & ipsum, & obliquum cognoscimus, sicut dicit Philosophus.

Decima quarta contradi. est in tex. 10. Aristo. dicit ꝙ anima est corpus & animaliceat oculus pupila & visus. Sed huius oppositum habetur in. 7. primę philosophię in tex. cō. 60. vbi dicitur ꝙ syllaba a non est B & A, nec caro ignis & terra. Et confirmatur per rationem, quia ratio vniuscuiusque & substātia est id quod semel, quia omne per se vnum est vnum per vnam formam. 5. meta. tex. cō. 16. vbi dicitur ꝙ sex non est bis tria neque ter duo. Nisi esset ꝙ totum dicitur esse suę partes simul iunctę integratiue. Vnde per comparatiōem ad causas propinquas, animal non est nisi corpus & anima, quia istę sunt duę causę propinquę adequatę, ex quibus componitur, tamen ratio animalis formaliter est distincta a ratione corporis & animę, etiam simul iunctarum: quia animal formaliter non est corpus & anima propter iam assignatam rationem. Si enim totum quantitatiuum dicit rationem formalem distinctam a partibus etiam simul iunctis, multo fortius est de toto essentiali. Secundo de anim. te. 105 Solutio

Decima quinta contradi. est super tex. 13. Aristo. ibi enumerans virtutes seu potestates animę non enumerauit appetitum: & tamen. 3. de anima. te. cō. 52. Appetitus est potentia animę, & concurrit vt efficiens in animalibus vna cū imaginatione ad causandum motum progressiuum, vt ibi dicitur. & similiter in. 2. de anima. tex. cō. 27. enumeratur. Nisi esset ꝙ ad intellectum debet reduci appetitus intellectiuus, qui est voluntas, & ad sensum debet reduci appetitus sensitiuus. nam vbi est sensus, ibi etiam est dolor, & voluptas, vbi autem hęc sunt, necessario est desyderium, 2. de anima. tex. c. 20. Etiam Peripateticorum snīa est, ꝙ virtus cognoscēs & appetitus est vna scd̄m rē, & differunt scd̄m quod quid erat esse, scd̄m rationes formales. Vnde lucidissimus Them. in. 3. de anima. ca. 48. super te. cō. 29. expresse dicit ꝙ appetitio, sensus cōcupiscentia, & desyderium dicuntur: appetitio intellectus voluntas. ac subiecto quid eidem est sensus & appetitio eius, sed ratione cogitatione q; discrepant. Eodemmodo intellectus & voluntates idē sunt, sed diuersitatē essentię & diffinitiones enarraut. Idem tenet Cōmen. in. 3. de anima, in cō 49. Et aduerte hic, vt notat Animo. ꝙ in isto tex. 13. Aristo. diuidit animam in suas potestates, cuius argumento, est quia dicit vt intellectus & sensus. & licet dicat de motu scd̄m locū, & statu, & motu alimētis per hoc debet exponi, i. principia istorum motuū. & licet Cō. in cō. videatur dicere ꝙ ista diuisio est de operōnibus virtutū aīę, ab ipsa tandē veritate coactus in principio commento. 15. vbi ponit continuationem, expresse testatur diuisionem istam esse de virtutibus animę quod notas. Secundo de anima. te. 138 Solutio

Secundo de aīa.cō.16. Solutio.

Decima sexta contradictio est in commento.16. Viuere dicitur de nutrimento & augmento solum. Sed oppositum dixit supra texto.commento.13. Soluitur hic sumitur nomen vitę pressius, vbi vero latius. D

Secundo de aīa.tex. 20.

Decima septima contradi. est super tex.20. Aristot. & Cō. asserunt ꝙ vbi est sensus, ibi est imaginatio, & appetitus quod probant. quia vbi sensus, ibi dolor, & voluptas consequitur, vbi autem hęc sunt, necessario & desyderium est. & ita videtur ꝙ nō possit esse sensus sine appetitu. Huius tn̄ oppositū memini me legisse apud Alexan. in paraphrasi de anima, in cap. de impulsu & vi impulsoria, vbi inter alias differentias, quas ponit inter appetitum & vim sensualem, hæc est vna, ꝙ omnino ante appetitum sensus semper est, non semper autē post sensum est appetitus, quod si ita se habet non vbicunq; altera harum potestatū est, ibidem semper alteram esse cōtingit, & est expressa contrad, sicut vides.

Solutio.

Ni si esset ꝙ Alex. loquitur de appetitu, qui est principiū motus localis determinati in animalibus perfectis inuenti. Vnde ista se habent per ordinem, imaginatio, assensus, impulsio, actio. stat enim esse imaginationē sine assensu, vt imaginemur Solem esse pedalem, & tamen non assentimus, similiter non oēm assensum sequitur impulsio. nā, qui cupiā, quod album sit, assentit, nō continuo in id impulsu trahitur. &, si Socratem esse eū, qui obiter progreditur, assentimus, nō proinde ad rem quāpiā appetitione & impulsu trahimur. accidit etiam vt plerunq; sine impulsione atque appetitu parati nihil agamus, quoties appetitui neque consilium, neque deliberatio suffragauit, vt asserit idem Alexā. in cap. de phantasia, in para. de anima. & ita patet ꝙ loquitur de appetitu determinato & perfecto, Aristote. autem loquitur de appetitu imperfecto, & imaginatione imperfecta, quę est respectu obiecti pręsentis, vt notat Cōm. ibi in cō. & omnes expositores.

Secundo de aīa.cō.20. Solutio.

Decima octaua contradictio est in commento.20. Dicit ꝙ omne animal habet imaginatiuam. Oppositum infra, 156. Soluitur. loquitur hic de imaginatiua absolute, siue perfecta. siue imperfecta. ibi vero de imaginatiua perfecta tantum.

*

Vtrum phātasia in omnibus animalibus reperiatur. 16.

Aristo 2. de anima. 20. ait, si aūt sensum, & phantasiam, & appetitum, Vbi quidem enim sensus est, & tristitia, & lætitia est, vbi autem hęc sunt, ex necessitate desiderium est. Ex quibus clare patet, in omnibus animalibus phantasiam esse. Nam omnia animalia sensum habent saltem sensum tactus (quod tamen quomodo hoc sit verum pro nunc omittatur.) vt dicit Aristotelis. 2. de anima. 17. & 3. de anima, 67. & 68. Oppositum huius aperte dicit in. 2. de anima. 156. vbi ait, phantasiatur autem aliquid; & nullo horum existente, vt qui in somnis postea secundum potentiam, sensus quidem semper adest viuentibus, & non orbatis, phantasia autem non, si vero ei, ꝙ actu idem omnibus vtique contingeret bestiis phantasiam in esse; videtur autem non, vt formicę, & apes aut vermi.

Solutio secundum Auerro.

Ad hoc dupliciter responderi potest, & primo & est responsio secundum mentem Auerro, quę etiam tangitur á Doctissimo Zimara in solutionibus contradictionum. 2. de anima, ꝙ phantasia est duplex, perfecta scilicet & imperfecta, quę distinctio ponitur ab Auerro. 2. de anima. 20. vbi ait, Sed tamen debes scire ꝙ inquibusdam animalibus virtus imaginatiua, semper est coniuncta cum sensu, non quando sensatum est absens, & animal est diminutum. In eis autem quę sunt perfecta inuenitur absentia sensatorum. Ex quibus verbis habetur, ꝙ phantasia perfecta, reperitur in animali perfecto, & hęc cognoscit in absentia sensibilium. Imperfecta autem inuenitur etiam in animalibus imperfectis, & hęc non comprehendit nisi in presentia sensibilium, & apud immutationem sensus exterioris secundum conuenientiam, aut disconuenientiam, cum delectatione, aut tristitia. Et hac distinctione posita respondetur ꝙ Aristo. in. 2. de anima. 156. loquitur de phantasia perfecta in texto. autem. 20. loquitur de phantasia absolute, hanc etiam distinctionem ponit Themistius. 3. de anima cap. 68. Sed videtur, ꝙ ista responsio minime ad propositum sit, nam Aristo. in. 2. de anima. 156. dicit expresse, ꝙ apes, & formicę, non habent phantasiam. Et non potest dici, ꝙ Aristo. ibi loquatur de phantasia perfecta, quę cognoscit in absentia sensibilium. Nam ad sensum videmus, ꝙ apes mouentur, ab obiecto, puta ad flores capiendas, per plura miliaria, et hoc patet de formicis, ꝙ mi

A geantur ad obiectum in absentia ipsius. Ad hoc respondet Auer. super tex. 156. 2. de anima ꝙ Aristo. in tex. posuit apes, & formicas gratia exempli, & de exẽplo non curatur. Et verba ipsius sunt hęc. Existimatur enim, ꝙ non omne animal, imaginatur, & est animal, quod non mouetur ad sensibilia, nisi apud presentiam eorum in actu, vt vermes, & muscę. Apes autem & formicæ necessario imaginantur, apes vero propter artifitium, formicæ autem propter depositionem, sed non curatur de exemplo, etiam dicit cõmento. 67. 2. de anima circa finẽ de exemplo autem non intenditur nisi manifestatio, non verificatio. Et hic cessat dubium. Albertus magnus aliter respondit quo ad dubium. s. ꝙ in tex. ponitur, ꝙ apes, & formicę, non habent phantasiam, & dicit ꝙ lombrici terrestres, & muscę, & talia valde imperfecta animalia non habent phantasiam scilicet perfectã apes autem, & formicę bene habent huiusmodi phantasiam, cum talia animalia artificiose operentur casas, & sibi prouideant in futurum, & in cõmune operentur, & textum Aristo. ex vitio translatoris corruptum fuisse, qui non intellexit nomina aialium, quę Ari. dixit, nõ habere phantasiã, & loco illorum posuit apes, & formicas Et quo patet, Albertũ sequutum fuisse Auerroẽ nisi in hoc, quia vbi Auer. dixit, Aristo. non curasse de exemplo, dum voluit exemplificare de animalibus non habentibus phantasiam, enumerando apes, & formicas, quæ habent phantasiam. Albertus hoc imponit vitio translatoris, sanctus Thomas ad hoc dubium, dicit, apes. & formicas, non habere phantasiam determinatam. & dicit super texto. 156. 2. de anima. Sed sciendum est quod opera prudentię formica, & apis, operantur naturali inclinatione, non ex hoc quod habeant phantasiam determinatam, & distinctam a sensu, non enim phantasiantur aliquid nisi dum mouentur a sensibili, quod autem operantur propter finem quasi prouidentes in futurum, non contingit ex hoc quod habeant aliquam imaginationem ipsius futuri, sed imaginantur actus pręsentes, qui ordinantur ad finem ex naturali inclinatiõe, magis quam ex apprehẽsione, illa autem animalia dicit philosophus phantasiam habere quibus aliquid secundum phantasiam apparet, etiam dum non actu sentitur, hęc illę. Et quibus quę magis lectori placet eligatur, vnaquęque magni viri est. Alio modo poteit responderi ad contradictionem, & est responsio Simplicii, quam sequitur Egidius Romanus super tex. 150. 2. de anima. Quę responsio ponit triplicem phantasiam inueniri. s. perfecta simpliciter, imperfecta simpliciter, & media, quemadmodum dicit, quod animalia in triplici differentia reperiuntur. quędam enim sunt quę non comprehendunt sensibilia nisi in eorum presentia. sicut animalia valde imperfecta. & hęc habent phantasiam simpliciter imperfectam quę reperitur vbicunque est sensus tactus, & secundum hanc comprehenditur conueniens, & disconueniens. Alia sunt animalia valde perfecta, quę comprehendunt sensibilia in eorum absentia, dato C quod non sint in actuali exercitio, nec sint presentia alia sensibilia, ad illa ordinata, & ista habent phantasiam perfectam simpliciter. Alia vero sunt animalia media inter ista, in perfectione quę licet comprehendant sensibilia in eorum absentia, non tamen de eis memorantur, nisi dum sunt in actuali exercitio, & presentibus aliis sensibilibus ordinatis ad illa. & ista habent phantasiam imperfectam, non simpliciter, sed mediam. In primo ordine sunt lumbricę, & muscę, in secundo sunt homines, & aliqua alia animalia, in tertio sunt formicę, & apes. Nam apes sciunt reuerti ad locum, in quo inceperant fabricare, & formicæ ad locum in quo in ceperant grana recondere. sed tamen horum non memorantur, nisi dum sunt in actuali exercitio faciendi casas, vel recondendi grana, & presentibus aliis sensibilibus quæ ad illa ordinantur. Aristoteles ergo quum dixit, omnia animalia habere phantasiam, intellexit de imperfecta simpliciter, quum autem dicit, quod non omnia animalia habent phantasiam, & excludit apes, & formicas, loquitur de phantasia perfecta simpliciter. Et hoc modo secundum istos tollitur aparens, contradictio.

De exẽplo non intendítur nisi manifestatio. Albertus magnus.

Sãctus Thomas.

Alia solutio ad contradictionem secundum simplicium.

Decima nona contradi. est in cõ. 22. Dicit ꝙ sentire est actio. Oppositum in. 2. de aia cõ. 22. vbi dicitur ꝙ ait pati. Nisi esset ꝙ sumplit actionẽ pro passione. aut si verius, dicamus, nõ est formaliter actio, neq; formaliter passio sed assimilatur

Secundo de aia cõ. 22. Solutio.

illis : & hoc Deo duce in . 3 . de anima declarabimus, vbi videbimus in simili D quomodo intelligere sit pati , sed pro nunc recurrere ad. 13 . quæstionem quolibetorum Scot. artic.3. & ibi videbis veritatem .

Secundo de aïa.tex.24.

Vigesima contradi. est in tex.24. Arist. & Cōmen. videntur dicere formam esse actū agentis in patiēte& disposito. Sed huius oppositum habetur in.7.met. tex.cō.26. vbi dicitur ꝙ agens non facit in alio aliud, sed ex alio aliud, non.n. facit in materia formam, sed ex materia formatū . Solutio. generatio, & omnis motus dupliciter potest cōsyderari. Vno modo, vt est extra animā in effectu,& sic qd per se gñatur, est compositum ex materia & forma, illud enim terminat & esse reali actionē agentis. & isto modo Arist. loquitur in.7.primæ philosophiæ. Alio modo cōsyderatur vt est in abstractione aīę, vt refertur ad sua principia, ex quibus constat,& sic sunt materia, forma, & priuatio, quorū duo sunt p se, & vnum p accidens. vnde sic in ratione generationis ista tria apparent, scilicet forma,& subiectū. nam gñatio est transmutatio ex non esse ad esse . nam ex hoc ꝙ est transmutatio, apparet subiectum,& eius transmutatio est actus transmutabilis,& non esse est priuatio,& esse est ipsa forma . & sic intelligitur dictum Philosophorum, dum dicunt formam esse actum agentis, sc̄dm rationem consyderata generatione, Aut dic ꝙ compositum est terminus totalis, sed forma partialis.

Secūdo de aīa.cō.24.

Solutio.

Vigesimaprima contradi. est in cō.24. Habetur ꝙ actio attribuitur primitus formæ . Oppositum est.1.de anima. cō.3 vbi dicit aliqua accidentia primitus B attribui corpori q̄ animę. Soluitur, ꝙ illa accidentia, quę dixit Cōmen. primitus attribui corpori quā animę, non intellexit de corpore in quo est anima, sicut forma in materia, sed de corpore extrinseco, sicut est vapor respectu somni, aut aliquid huiusmodi . & sic non est ad propositum . Sed adhuc dubitatur, quia actio videtur primo composito attribui in proœmio meta.1.de anima.64. Soluitur. cōposito vt quod, formę vt quo. et hoc non negat hic Commentator, quia dicit ꝙ actio attribuitur primitus enti propter formam .

Secundo de aīa.tex,26.

Solutio.

Vigesima secunda contra, est in tex,26. Aristo. in pręsenti loco laudat illos, qui opinati sunt animā sine corpore non esse . Sed hoc videtur inferre animam intellectiuam sine corpore non esse. Sed huius oppositum videtur ex.2.de aīa, vbi dicitur, ꝙ separatur, sicut perpetuum a corruptibili . & est contra id, quod demonstratur in,3.de anima, ꝙ nullius corporis est actus . Nisi esset ꝙ hoc dictum locum habet de anima vegetatiua & sensitiua , quę sunt formæ organicę constitutę, sicut formę, quę cōstituuntur per subiecta. tales enim sunt inseparabiles,& separatio earum a materia est corruptio earum, vt dicit Cōmen.4 phy. cō.18. Fallit autem de intellectiua quia Aristo. de illa superius dixit ꝙ est aliud genus animę, & ꝙ separatio eius nō est per corruptionem, sed sicut perpetuum a corruptibili, quia est separatio sc̄dm maximam distantiam in essentia & natura. Sed contra istam solutionē, quæ licet sit Ammo. in pręsenti loco, est replica quia Arist. hoc infert ex his , quę in tex,24.&.25. demonstrata sunt, videlicet ꝙ aīa est actus corporis . sed hoc est commune omni animæ, vt patet p Ari. supra te.cō.5, vbi dicit ꝙ, si quid igitur cōe est omni aīę , anima vtiq; erit actus corporis instrumentalis potentiā vitā habentis. Et confirmatur, quia actus, & perfectio dicitur in relatione ad id cuius est,& relatiua non possunt absolute concipi, esse nec intellectu. Ideo aliter soluo ꝙ anima rationalis dupliciter concipitur, vt aīa,& vt intellectus Magna,n. differentia est inter aīam & intellectū, vt patet per Arist. in 1.de aīa.te.cō.23. vbi impugnat Democritū non distinguentem inter aīam & intellectū vnde aīa cū definiatur per corpus, nulla aīa, quatenus aīa, pōt esse sine corpore, q̄a est actus corporis . Sed in hoc est differentia inter aīam intellectiuā, & aīam plātę, & sensitiuā. q̄a istę sunt actus corporis quo ad esse p corpus,& dependere a corpe,& quo ad essentiā, & quo ad operationē, sed aīa intellectiua solū est actus dūs operari, et vt sic nō est separabilis a corpore. vnde Cō. dicit expresse 1.de aīa.co.12. ꝙ ista est sñia Ari. de intellectu materiali ꝙ est abstractus sc̄dm essentiā, q̄a nō est virtus organica, & ꝙ nihil intelligit sine imaginatione, & p consequēs quo ad operationem est coniunctus . Et hoc intellige vt intellectus consyderatur vt est pars aīæ, si vero consyderetur vt in

A tellectus sic non dependet a phantasia, nec concernit corpus: immo sic est intellecta, quę intelligit abstracta, sicut alię intelligentię. vnde sicut nauta dupliciter consyderari pōt, vt nauta videlicet, & sic dicit respectū ad nauim, & non pōt sub illa ratione sine naui esse: & vt homo, & sic separatur a naui, ita intellectiua anima, vt anima est, important respectum ad corpus, sed vt est intellectiua est separabilis. Et ex ista solutione patet solutio ad Achillem illorum, qui credūt demōstrare scd̄m Ari. aīam intellectiuam esse inseparabilē a corpore, quia, si esset separabilis, haberet aliquā operationem sibi propriam, sed propria operatio, si qua est, quę attribui potest animæ intellectiuę, maxime videtur intelligere, si autē intelligere est imaginari, aut non est sine imaginatione, nec ipsum sine corpore esse potest. frustra autem est essentia, quę non habet operationem sibi propriam. Et istud est argumentum, in quo isti Alexandrei sonant campanas, & dicunt scd̄m Arist. animæ intellectiuę essentiā esse mortalem scd̄m Ari. & inseparabilem. Dicimus nos ꝙ ęquiuocatio decepit eos, & locus cōis, quia non distinxerunt inter aīam intellectiuam in rōne animę & in ratione intellectus. Vnde licet argumentum eorū concludat animam intellectiuam, inquantum anima est, non esse sine corpore, non sequitur aūt simpliciter, igitur essentia animę est inseparabilis simpliciter. nam, vt inquit Auic. in. 6. naturalium. cap. 1. nomen animæ non est nomen essentiæ. Et licet Aristo. in. 3. de anima locu-

Contra ponentes mortalitatē aīę.

B tus sit de intellectu, vt est pars animę, & sic dicit nihil ipsum intelligere sine imaginatione, innuit tū Ari. intellectū ēt habere aliā consyderationē, vt intellectus in se consyderatur, vt patet in 3. de aīa, vbi mouet qōnem, & licet nō absoluerit eā, tū Peripatetici, & sequaces eius dicunt illud esse de intentione eius.

Vigesimatertia contrad. est in com. 27. Artifex non potest probare subiectū esse, neq; species subiecti. Oppositum primi patet 1. elenchorū, vbi probatur syllogismum elenchum esse. Oppositum scd̄i patet. 4. cęli. cō. 32. Soluitur. diffuse pertractaui ista in speciali quęstione, quam feci de hac materia. pro nunc dico breuiter ꝙ aliqua subiecta adeo nota sunt, ꝙ scientię despiciunt ea, nullam prorsus mentionem facientē de ipsis. aliqua vero subiecta non sunt adeo ignota, ꝙ demonstrari queant. quia, sicut diximus superius in. 4. cęli, super. 32. co. implicat ꝙ aliqđ subiectū demonstretur in scīa, in qua est subiectū. tū si fuerit aliqđ subiectū, quod indigeat aliqua modicula declaratione, tale bene superficietenus a scientia illa, in qua est subiectum, potest notificari & persuaderi: sicut est syllogismus hypotheticus per naturam, & sicut est via inductionis vel exēpli vnde Aue. 1. priorū. cap. de syllogismo hypothetico inquit ꝙ per syllogismos hypotheticos per naturā ostenduntur ea, quę sunt minus occulta, quā sint occulta per naturam, sicut esse animę per suas operationes: sicut fecit Auice. in. 6. naturalium, qui ex operationibus anime notificauit esse aīę: non ꝙ illa sit ra-

Secundo de aīa. cō. 27.

Solutio.

C tio demonstratiua, sed est syllogismus hypotheticus per naturam, in quo antecedens est notum per se, & consequēs ēt est per se notum, & sequela est per se nota. & talis syllogismus nihil simpliciter probat, sed est sola persuasio quędā, & superficiali notificatio. Et ideo dixit bene Com. in. 4. cęli in com. 22. vbi dixit, ꝙ alia est latentia, quę indiget syllogismo, videlicet categorico: & alia est latentia, quæ indiget inductione, vnde hoc idem sensit Themi. super. 2. post. ca. 11. in sua paraphrasi. Et sic dico, ꝙ rō illa Philosophi in libro elenchorū nō est rō demonstratiua ad probandū esse subiecti illius libri, sed est quędam persuasio exemplaris & similitudinaria. De partibus vero subiectiuis, an in scīa possint demōstrari, nec ne, iā diximus co. 32. 4. de cęlo diffuse: & tu illuc recurras.

Vigesimaquarta contradictio est in tex. 29. Aristo. dicit ꝙ in animalibus habentibus tactum, manifestū est ꝙ in his ēt appetitus. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem consyderandum. Sed huius oppositum dixit supra in te. com. 20. vbi inquit ꝙ vbi sensus, ibi est imaginatio & appetitus. Solutio est. vt inquit Simplicius, non est immanifestum si per imaginationem intelligamus indeterminatā, & quę est respectu tangibiliū presentiū, quia hoc est clarum. sed per imaginationē hic intelligitur determinata, quę est respectu absentium, & cū memoria est coniuncta. vnde aīalia impfecta bene sentiūt iucundū &

Secundo de aīa. tex. 29.

Solutio.

triste, sed non per imaginationem. siquidem imaginatio est nobilior & altior sensibus, vt notat Ammo. in pręsenti loco. Pro quo nota ꝙ secundum Arist. 2. de anima in tex. cõmento. 156. Sensus ab imaginatione distinguitur, quia sensus inest omnibus animalibus, non aut imaginatio. Et ex hoc scire potes ꝙ animalia imperfecta si sentiunt & appetunt, hoc non est per virtutem altiorẽ quã sit sensus, sicut est in perfectis habentibus imaginationem distinctam a sensu, & nobiliorem & determinatam. & ideo spongia marina, & id genus appetunt, & delectantur & contristantur circa iucundum, & triste, per sensum, & non per imaginationem, quę sit virtus superior quam sit sensus, & hoc teneas.

Secundo de aia. cõ. 32.

Solutio.

Vigesima quinta contradictio est in commento. 32. Dicit Commentator. ꝙ intellectus speculatiuus non est anima, nec pars animę. sed commento primo. tertii de anima dicit oppositum. Soluitur, intellectus speculatiuus secundũ ipsum quandoque supponit pro operatione animę, quæ est intellectio: & talis nec anima est nec pars animę, sed est accidens maxime de noua intellectione. quandoque sumitur pro intellectu potentię, qui est pars animę nostræ. quo mediante intelligimus & sapimus primo modo hic. secundo modo sumitur ibi.

Secundo de aia. tex. 37.

Solutio.

Vigesima sexta contradi. est in te. 37. Arist. 3. Cõ. in cõ. dicunt ꝙ aĩa est causa efficiẽs corporis. vbi Cõ. inquit ꝙ est causa oĩum motuũ, tam verorũ q̃ existimatorũ. Sed huius oppositũ inuenimus apud Alex. in paraphrasi de aĩa in cap. de impulsu & vt impulsoria, vbi dicit ꝙ non proprie moueri corpus ab aĩa dixeris. Soluitur. formę sunt in duplici differentia. quędam sunt formę abstractę a corpore, & per se subsistẽtes, sicut sunt inteligẽtię separatę & tales per se mouere dicuntur, quia in mouendo nõ mouentur, neq; per se, neq; per accidens, tales. n. habent esse perfectũ in se & cõpletũ in specie, quę tota saluatur in vno supposito secundum Peripateticos & habent vnitatem numeralem perfectam, & natura priorem in corpore. Et ideo Cõm. in. 1. cęli in cõm. 22. dicit ꝙ cęlum est semper mobile per principium extrinsecum, quod non est corpus, neque virtus in corpore. Secundę rum alię formę, quę sunt actus corporis, sicut anima, quę est corporis actus, quę in mouendo mouẽtur per accidẽs. & tales formę nõ proprie dicuntur mouere corpus, quia non habent subsistentiam separatam extra corpus. vnde, si anima dicitur mouere corpus, est propterea, quia anima intercedente mouetur corpus, est enim ratio, qua corpus mouetur. sed nõ est id, quod proprie per se mouet. motus enim & generationes sunt suppositorũ. anima autẽ, quę est forma dans esse corpori, non est suppositum, sed est ratio, propter quam suppositum est in actu. vnde forma est actus sed suppositum est in actu propter formam. & ista est mens Alexandri ibi. inquit enim omnis entelechia & actus per se immobilis. est aĩam autem entelechiam siue actum monstratum est quapropter neq; corpus ab anima proprie moueri proprie dixeris, id enim proprium est in his dũtaxat rebus, in quibus id quod mouetur, ab eo quod mouetur, abiunctum est, velut a bobus moueri plaustra dicuntur. sed quia cõmunius dicitur ab aliquo moueri id, quod intercedente aliquo mouetur: sic. n. artifex ab arte mouetur, quia per artẽ, sic ignis a leuitate, sic ipsum animal ab anima moueri dicitur, quia per animam, siue intercedente anima mouetur. motio enim eiusmodi animali ea parte competit, qua animatum est, non autẽ qua graue, aut leue, aut calidum, aut frigidum, albũ aut nigrum. [illegible] igitur intellexisti ꝙ supposita sunt quę verę mouentur, & quę proprię mouent, sed formę suppositorum sunt ratio, per quam fit motus, sicut artifex est, qui proprie mouet materiam artis, sed ars est ratio mouendi.

Secundo de aia. cõ, 38.

Vigesima septima contradi. est in cõ. 38. Dicit Cõ. ꝙ caput est principium sensationis. Huius oppositũ habetur in libro de sensu & sensi. vbi dicitur ꝙ cor [illegible] sationis. [illegible] uitur quicquid dicant alii, veritas est ista. cor. est principiũ omnis sensationis, cerebrũ nullius sensationis principiũ est sed natura produxit ipsum ad contemperandum cordi per sui frigiditatem in contemperando cordis calorem. ista est [illegible] via, istud sentit Cõmen. in cõ. suo super libro de somno & vigilia in secũda [illegible] na, vbi declarat ꝙ sensus cõmunis organice est in corde, & ꝙ cerebrum non concurrit, nisi tanquam instrumentum ad contemperãdum calorẽ cordis, vt sit proportionatus pro operationibus sensitiuis. Sed Medici instant ratione sensata

Instãtia Medicorum.

quod

ꝙ sensus sint organice in cerebro. quia stante nocumento in prima parte cere-
bri, fit nocumentum in virtute imaginatiua, & in sensu communi: sicut illo, qui
precipiebat ꝙ tibicines deberent excludi a domo propter impedimentum, qđ
sibi inferebant, stante nocumento in medio fit nocumentum in virtute cogitati-
ua, sicut fuit ille, qui proiiciebat vasa argentea per fenestram. quidã autem ha-
bent nocumentum in parte posteriori cerebri: & illi non possunt memorari ali-
cuius rei preterite. ergo videtur ꝙ ista instrumenta talium sensationum sunt in
cerebro, & non in corde. hoc est argumentũ contra Philosophos. Nos dicimus Solutio.
pro Philosophis ꝙ hoc nihil mouet. Nam ista contingunt propter impedimen-
ti, qđ est in corde. nã facta lesione in cerebro in aliqua sui parte, impeditur mẽ-
sura illi caloris deseruientis tali virtuti in corde organice existentis. vnde cere
brum sẽdm diuersas sui partes contemperat calorem cordis tali vel tali virtuti
deseruientem. & inde est ꝙ facto nocumento in parte media cerebri impeditur
temperamentum, & mensura caloris naturalis existentis in corde: quod tempe
ramentum, & quę mensura est instrum entum virtutis cogitatiuę in corde orga
nice existentis. & ista est sententia Philosophi in. 2. de partibus aĩalium. cap.
7. & sic de alijs consequenter. ista sunt ex precordiis Antiquorum Peripatetico
rum, & a truffatoribus minime intellecta, quorum doctrina non consistit, nisi in
multitudine verborum. volunt enim facere nouas sectas, & miscere Greca La
tinis, & medicinalia, & Platonica cum Arist. et neutrum attingunt: sicut cuili
bet parum exercitato in Philosophia Arist. patere potest.

Vigesimaoctaua contra. est in tex. 40. Aristot. & Cõmen. volunt solum ignẽ Secundo de
videri ex elementis nutriti & augeri. Sed huius oppositum habetur in. 1. cęli. te. aĩa. tex. 40.
cõ. 21. vbi dicitur ꝙ omnia corpora physica, quæ alterantur sẽdm passiones, vi
dentur habere augmentum & decrementũ, puta animalium corpora, & partes
eorum, & plantarum, & similiter elementorum. Et confirmatur. quia certum
est ꝙ augmentum ignis est improprie dictum, cum augmentum verum sit anima
torum, vt patet 1. de genera. & corrup. tex. cõ. 33. & . 2. de anima: & per conse-
quens augmentum improprie dictum ita competit terrę: & aquę, sicut igni. non Solu tio
igitur solus ignis maxime videtur augeri & nutriti. Nisi esset ꝙ tametsi augmẽ
tum in rebus simplicibus sicut sunt elementa, sit improprie dictũ, in hoc tamen
est differentia inter ignem & alia elementa. quia ignis, aut est alterans alia,
aut in eo magis dominatur alterare, q̃ in ceteris, est enim formalissimum inter
omnia elementa, vt dicitur in. 2. de genera. & corrup. tex. cõ. 50. solus enim &
maxime speciei est ignis, & . 4. meteo. tex. cõ. 5. omnia putrescunt elementa, ex
cepto igne. ex sua autem acuitate contingit ꝙ ea, quę non sunt eiusdem speciei,
transmutat in sui naturam, vt ligna. & in hoc augmentum eius videtur magis
assimilari vero augmento, quod fit in viuentibus vbi etiam nutrimentum
mutatur in substantiam aliti. & istud est motiuum istorum in pręsenti tex.
in secunda figura ex duabus affirmatiuis, vt dicit Comment. Sed augmen-
tum aquę, & terræ manifeste fit per iuxta positionem consimilis in specie: quia
aqua addita aquę, & terra terrę reddunt aliquid maius. Licet igitur ignis non
habeat verum augmentum, vt dicitur in 1. de genera. & corrupti. propter defectũ
alicuius trium conditionum positarum in 1. de genera. & corru. tex. cõ 33. tamen
magis assimilatur maioratio eius augmento viuentium, q̃ maioratio aliorum
elementorum propter cãm prędictam. Vnde licet ignis ẽt augeri põt per iux-
ta positionem alterius ignis vt dicitur in. 2. de generatio. & corrup. tex. cõ. 38.
Ignis enim augetur igne, & ęther ęthere, & in hoc conuenit cum augmento per
iuxtapositionem facto cum alijs elementis, tamen ẽt habet alium modũ, vbi p
appositionem plurium lignorum videtur resultare maior ignis, qđ non habẽt
cetera elementa, quę non sunt ita alteratiua & actiua. & hac ratione solum
ignis videtur inter alia elementa nutriri & augeri, cum tamen vere neq; nutri
tur, neq; augmentum, quia non permanet, vt dicitur in. 2. de gene. & cor.

Arist. 2. de aĩa, 41. ait, ignis enim augmentum in infinitum est, quousq; fue-
rit combustibile. Ex quibus videtur, ꝙ non omnium natura constantium sit ter Vtrum om-
minus, & ratio magnitudinis, & augmenti. ignis enim (vt. 2. phy. in principio ha nium natura

cōstantium terminus sit & ratio magnitudinis et Augmenti.

Responsio secūdū Egidium.

betur) ens naturale est . Oppositum huius habetur ab ipso Aristo. 2. de anima D eodem tex. vbi ait, natura aūt constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti . Huic dubio satisfacit Egidius dicens, ꝙ si Aristo. mens inspiciatur in ea propositione. in augmento naturalter facto in corporibus animatis sermonē habet isto modo, augmētum animatorum est finitum, augmentū ab igne non est finitum. ergo augmentū aīalium non est ab igne. ideo licet proferre vniuersaliter hanc propositionem sit mos. Extra tamen Art. sniam est, quia rō philosophi fuit contra antiquos ꝙ in aīalibus, & plantis, augmentū ab igne nō fiat sed quę augmentatio ab igne fit, non est proprie dicta , quia veras augmenti cōdictiones non habet, s. vt sit idem a principio vsq; ad finem, & ꝙ quęlibet pars aucti augeatur, & ꝙ per intus susceptionē fiat . Prima cā , ꝙ ingenerabilibus sit terminus in magnitudine, & augmento, est forma, deinde materia. 3. est ordo vniuersi . Vnde Egidius circa hoc, ꝙ res naturales quātitatis determinatę sint, has ponit conclusiones . prima est, ꝙ a forma terminationem habent, vt etiam in. 1. cap. de sub. orb. Aue. notat, quantitas insequitur materiā, sed determinatio insequitur formam. & . 1. cęli. 72. ait Aue. formę diuersarum naturarum requirūt materias diuersarum quantitatū, & . 2. de anima. 97. maxima dimensio materię est sub forma ignis , & minima est sub forma terrę . Secunda Egidij conclusio est, ꝙ ēt a materia terminatio esse potest, quia corruptibilium materia finita est, ideo terminatum est ignis augmentum, pp suam materiā, quia cōbustibilia in 3 finita non dantur. & hoc ostendit, quia in rebus constātibus ex tota sua materia non pōt augmentū fieri. quia in eis est vnum indiuiduum in vna spetie. vt. 1. cęli manifestatur, ideo terminationis rō a materia esse pōt. & ideo aliquādo corruptibilia a forma terminationē habent. interdū vero a materia. Sed (vt notat Zimara in. 2. de anima. 41.) Egidius est in errore, si sic absolute sermo eius intelligatur, quia forma & materia sunt diuersę naturę, & aliquas proprietates perfectioni attestantes habent, & aliquas imperfectioni, terminatio & interminatio sunt opposita, si terminationis principium forma est, qđ attestatur perfectioni, oportet vt interminatio materiam insequatur, quę imperfectioni attestatur. Et hęc est mens Aue. in cap. 1. de sub. or. ꝙ quātitates, & qualitates interminatę materiam insequatur, & ideo licet prima Egidij conclusio vera sit secunda tamen vera non est. videas. 3. phy. 60. vbi Aue. ait, ꝙ in hac propositione, continuum est diuisibile in infinitum, conuenit naturalis cum geometra, sed in hac conclusione, continuum est augmentabile in infinitum , non concordant, ratio est, (inquit,) quia ire ad augmentū, est ire ad esse, & formam. diminui aūt, est ire ad nō esse. ideo oīa naturalia corpora resistunt diuisibilitati, quia ad corruptionē via diuisio illa est, finitas ergo est a forma , & infinitas a materia , & ideo terminatio in rebus est a forma , & interminatio est a materia . Ad id autem quod dicit , ꝙ rebus ex tota sua materia constantibus non est nisi vnum indiuiduum in spetie ergo terminatio est a materia , respondetur, ꝙ est in ęquiuocatione, hic. n. sermo est de augmento, qđ est in quantitate continua, & nō de quantitate discreta, ideo dato ꝙ esset verū, ꝙ in constantibus ex tota materia, non pōt fieri nisi vnū in vna spetie. hoc de quantitate discreta verū est. non tamen de quantitate discreta sermo est, sed cōtinua. sed dato, ꝙ de discreta quantitate sermo esset, tūc huius terminationis in numero cā nō est a materia, sed a forma. Vnde si in plura supposita forma mundi multiplicabilis esset, natura ei materiā dedisset, scđm quā multiplicari posset. Vnde quādo. 1. cęli dicitur, ꝙ forma quęlibet est multiplicabilis, id scđm logicā potētiā veritatē habet, quę dicitur nō repugnantia. Vnde. 2. cęli. 54. distātię entiū sunt terminatę. & ideo a forma est, ꝙ cęlū nō sit multiplicabile , materia aūt est cōicabilis rō est ex. 2. phy. 72. & 87. forma nō est propter materiā, sed materia est propter formā, & cā multiplicationis materię est a forma, & non econtra, (vt antiqui voluerunt) sed (vt dicit preclarus doctor) forsan Egidius habuit bonum intellectū, licet eius verba non ostendant, quia formę naturales magnam latitudinem habent. Sunt duo extrema. s. prima materia, & actus primus. 12. metha. t. 18. & formę recedentes a materia, accedunt in perfectione ad primum motorem, Et ista est forma illa, quam cum natura pro

Egidius qualiter errauit.

Distantię entiū sunt terminatę.

fuit pertingere, stetit, & est forma hominis, quę dicitur esse ꝓpinquissima deo, formę vero ꝓpinquissimę primę materię, sunt elementorũ formę vt dicit Auer. 3.cęli.63.&.2.cęli.32. esse formarũ elementalium, est propinquum primę materię, si ergo istę formę elementales, si considerentur absolute, vt habent affice re primam materiam sunt interminatę. sed dices. 6. phy. 32. Aue. dicit oppositũ. Respondetur, ꝙ elementales formę dupliciter considerantur vno mõ absolute, & vt sic, nullam habent terminationem, & sunt interminatę, quia sunt propinquę primę materię. Ari. 67. demonstrat, ꝙ elementa nullam habent figuram, ergo nullam habent formam, quia omnem figuram recipiunt. Recipiens autem debet esse denudatum a natura recepti. Vnde cuiuslibet vasis aqua figuram recipit, ideo formę elemẽtales in quolibet puncto & minimo materię esse possunt, qui sunt interminatæ. Aliæ autem formæ simul esse non possunt, quia sunt terminatę. Vnde cã quare corpora non se penetrent. est quantitas terminata, quãtitas autem interminata, non est impediens ne corpora se penetrent. Et ideo formę elementorũ quia primę materię proxime sunt, possunt se penetrare, sicut accidentia, quia sunt medię. videas. 8. phy. 82. elementa (inquit recipiunt penetrationem secundum partes, & tamen mixta hoc minime possunt facere, quoniam sunt formę pefectę, ideo elemẽta absolute nullam habent terminationem ad maximum, nec minimum, sed quia Auer. dicit oppositum, hoc intelligitur scdm aliam considerationẽ, vt scdm ꝙ sunt partes mundi, & quia vt sic, habent figurationem a corpore extrinseco. vt ab orbe, ideo est terminatum. Et ideo omnia corpora habent extrema, sed non eodem modo, quia simplicia corpora, si habent extrema, est ab extrinseco, & ab agente naturali, quia omne agens naturale est terminatum, ideo terminatio est a forma, vt a causa finali, & ab agẽte, vt a causa efficiẽte, Forma aũt mixti, quia est res perfecta sibi requirit terminationem. Et ideo, si Egidius voluit dicere, ꝙ forma elementi ex sui imperfectione non habet terminationem, vt alię formę, recte dixit, sed habet id a materia ob sui imperfectionem. Est tamen aduertendum, ꝙ propositio qua dicitur, corpora ad maximum, & minimũ esse terminata, non debet intelligi de maximo, & minimo in indiuisibili. Et ex hoc multa argumenta sophistica remouentur. Et sic patet, qualiter dubium tollitur. Restat solum pro maiori notitia declarare vias, quibus philosophi res naturales corruptibiles per maximum & minimum, cognouerunt determinari. Et sciendum est, ꝙ sicut in reliquis ex notioribus ad ignotiora deuenerunt, sic in hoc fuit. Prima via fuit ex operationibus. Secũda ex similitudine rerum artificialium. Prima via ex operationibus fuit, quia videntes res corruptibiles, determinatas dispositiones quantitatiuas, & qualitatiuas requirere. Et per hanc viam processit Auer. in. 1. cap. de subst. orb. nos videmus, ꝙ aqua feruens in tantum crescit feruendo, ꝙ expoliatur a forma aquę, & conuertitur in aerem, eodem modo viderunt, ꝙ forma eris intantum condensari potest, vt sub ea parua quantitate, non posset forma aeris conseruari. Ista ergo experimenta dictant, ꝙ est certa quantitas, sub qua minori non põt forma conseruari. Similiter est de aqua, ꝙ quando deuentum est ad vltimum terminũ non seruatur forma aquę. Eodem modo perceperunt. experimentis, ꝙ requirũt certas qualitatiuas dispositiones, quia videmus, ꝙ humanus corpus, potest deuenire ad tantum caloris, vt sequatur mors. Et Arist. 2. de gene. dicit, ꝙ omnia huius mundi sunt certi periodi. Et Auer. in lib. de morte & vita ex Aristo. intentione in. 2. genera. vita hominis est vsque ad. 70. annos. & .2. de gene. 39. datur minimum tempus, in quo vita hominis nascitur, vt infra. 7. mensem, & supra. 11. homo qui nascitur non viuit. & Auer. expresse. 6. physi. 91. dat exemplum de embrionibus, ꝙ magnitudinem terminatam ad maximum & minimum habẽt. Et vniuersaliter hoc concludit in omnibus & , 8. physico. 62. 1. cœli. 72. Secunda fuit via similitudo cognita ex arte, quia. 2. physic. 14. ars imitatur naturam, vnde forma artis, est quæ ponit terminum, in rebus artificiatis, vt malleus habet talem formam & quantitatem non ab instrumento quod efficit, sed talem figuram habet ab artis forma. Ita ars est imatrix naturę, & forma naturalis est quę imponit terminum rebus naturalibus, neq; ars vtitur infinitis

Formę elementales absolute consideratę non habent terminationẽ.

Quomodo itelligitur ꝓpõ qua dicitur corpora &c.

Vita hoĩs ẽ vsq; ad. 70. annos.

Ars nõ vtitur infinitis instrumẽtis.

instrumentis,&.1.phy.50.ars euitat superflua, sicut etiam natura,malleus enim D artis non potest sub quacunque quantitate conseruari. Si enim esset adeo magnus,inutilis esset,similiter si paruus esset, vt granum milij,esset inutilis.Et his vijs processerunt, Et hoc quo ad quia est quantum vero ad propter quid dictum est supra. Et hęc sufficiant.

Secundo de aia.tex. 41.

Vigesimanona contradi. est in tex.41.Arist. in paruo spatio sibi contradicit hic. Nam vult omnium natura constantiũ terminum esse magnitudinis et augmenti. & postea immediate subdit, ignis augmentum in infinitum protendi, quousq; combustibile fuerit.& cum ignis sit vnum eorum, quæ natura constat, & animalia,& partes ipsorum, vt dicitur in principio.2.phy. eius debet esse terminus magnitudinis,& augmenti. & sic vniuersalis interimitur per instantiam particularis aperte, vt dicitur in libro priorum. Hanc autem contradictionem

Soĺo Egidij

Egidius Roma,conatur sedare,dicens sermonem Philosophi esse de natura augmentabilibus, sicut sunt ea,quę propriæ augentur, sicut sunt animata. Vnde talis motus est finitus & terminatus,qui est in corporibus animatis, quę vere augentur:sed augmentum ignis non est terminatum: igitur in figura secunda sequitur ꝙ motus augmenti veri non est ab igne. Vnde Cõm.per terminos exponit vltima naturalia, quę inueniuntur in corporibus augmentabilibus,i.animatis. Et postea pręfatus doctor inquirens resoluere causam augmenti in rebus naturalibus, d. ꝙ potest esse triplex, forma, materia,& ordo vniuersi. De forma patet, E & est concessum ab omnibus Peripateticis. sed de materia,inquit,ꝙ, cum aliquid constat ex tota sua materia, tale non potest esse nisi vnum in vna specie, vt colligitur.1.cœli.tex.comme.93.vbi dicitur ꝙ mundus, quia constat ex tota sua materia, vnus est numero: quia autem materia passiuorum & actiuorum terminata est, ideo etiam non crescit de facto ignis in infinitum. vnde Aristot. vult magis terminationem ignis esse a materia quã a forma. in animatis autẽ est e contra, quia est propter animam magis quã propter materiam. Tertio dicit terminatum imponi ex ordine vniuersi. nam, quia elementa continentur a cœlo, inde est ꝙ sibi imponitur terminus, quia quibusdam temporibus dominantur sydera calida, quandoque frigida: motus enim Solis in obliquo circulo est causa istius vicissitudinis, vt dicitur in. 2. de genera. & corrup. ista

Impugnatio

sunt dicta eius. Videtur in.2. dicto esse contradictio. quia Comment.in.4.phy. in commen.60.dicit expresse ꝙ infinitas est a materia, & finitas est a forma. et per consequens non videtur ꝙ naturaliter terminatio sit a materia.Et q̃d dicit,ꝙ in rebus constantibus ex tota sua materia vnũ indiuiduũ est in vna specie, & in illo non potest esse augmentum, patet ꝙ ęquiuocatio est in sermone. quia per te sermo est de augmento,quod est in quantitate continua. sic & augmentum animatorum est ad terminatum,& augmentum ignis non est ad terminatum.sed modo loqueris de augmento in quantitate discreta. Amplius licet F res constantes ex sua materia sint terminatæ in numero, tamen non est illud principaliter, sed per viam signi & causæ secundario, vt alias declaraui,quia potius forma limitat materiam, quã materia formam, vt alibi demonstraui.

Soĺo ꝓpria.

Dico cum distinctione in hoc quęsito, pręsupponendo primo ꝙ Philosophi deuenerunt ad hoc, vt asserant in rebus generabilibus & corruptibilibus dari ex-

De maximo & minimo.

trema & media, s. maximũ & minimũ ex duobus: Primo ex operationibus formarum, quia inuenerunt eas esse terminatas,& requirere dispositiones terminatas quãtitatiue & qualitatiue,& sc̃dm terminatum tempus,& hoc experientia docuit. Vnde Medici de causis sterilitatis loquentes, dicunt quandoq; prouenire propter magnitudinẽ virgæ. & Arist. dicit hoc in libris de gñatione aialiũ, & ꝙ habentes penẽ immoderatũ sunt infœcundi: & etiã propter prauitatem. Et ideo datur maximum & minimum, cum latitudine tamen quadam in istis. Et similiter deuenerunt ad hoc ex cognitione gñationum, quæ fiunt in determinatis temporibus. vnde.2.cœli.tex.cõ.38.datur tẽpus minimum in non excedẽte, in de qualitatiuis dispositionibus, vt pulchre dicit Cõme. in.6.phy. cõ.91.de embryonibus habentibus quantitatem maximam & minimam, & de quantitatibus hominum,& vniuersaliter dicit ꝙ actio cuiuslibet entis perficitur per quan-

tatem & qualitatem terminatã. vnde.1.cap. de substantia orbis datur exemplũ de aqua, dum cõuertitur in aerem, & econtra. Secundo deuenerũt ad istud ex rebus artis, ars.n. est ęmula naturę, & naturam imitatur, & viderunt in arte, ꝙ ipsa est, quę imponit terminum rebus in mensura & figura, non instrumenta, vt patet inductiue in omnibus. Et ita etiam dixerunt ꝙ sit in natura, ꝙ forma naturalis est, quę imponit terminum & figuram rebus non instrumenta. Nota tamen ꝙ est distinctio in istis formis, quia quędam sunt propinquę primę materię, sicut sunt formę elementarię, quę scđm viam Auer. ex hoc habent vt sint quodãmodo media inter substantiam & accidentia. Et ex hac rõne concluditur ꝙ istę multũ participãt de proprietate materię, vnde nullam sibi requirũt terminationem & figuram, vt est demonstratum in.3.cœli.te.cõm.67. Figura enim, vt scribit Cõme. in cõ.67. associatur in hoc formis substantialibus perfectis in hoc, ꝙ non recipit diuisionem, & ideo caret motu alterationis, vt dictũ est in.7 phy. & ideo elemẽta in sua natura consyderata infigurata sunt, & interminata per cõsequens. & ideo, quia sunt primę materię formę eorũ propinquissimę, & ideo sic habẽt proprietatem materię, quę est radix interminationis & infinitudinis, vnde etiam propter sui imperfectionẽ recipiũt quãdam penetrationẽ in suis partibus, vt notat Cõme. in.8. physi. cõ.82. Et propterea concluditur ꝙ possunt esse simul in eodem pũcto, vel parte materię in mixto, quod non possunt facere formę mixtorum perfectæ, quę appropriant sibi certam quantitatẽ terminatam, & figuram: sed bene tales formę recipiunt terminationem insequentem formã mixti, & per illam terminantur, & non per proprios terminos, quibus carẽt ex se, & qui corrũpuntur in mixtione, si quos habuerunt, dum existebãt separata. Et ideo animaduerte, frater mi ꝙ elementa aliter se habent, vt in sua natura cõsyderantur, aliter, vt iam existunt & sunt partes mundi. primo modo termino carent & figura, sed secundo modo habent terminum, quia vniuersum terminatũ est & non infinitum, vt est demonstratũ in.3.phy. & magis in speciali adhuc in.1. de cœlo. vnde sic figurantur a continente. Ista igitur ratione ignis augmentũ in natura sua cõsyderatũ simpliciter vt est agẽs principale, & non instrumentum animę infinitũ est, apposito combustibili. quia vt sic, vbi desinat, nõ habet. Si autem consyderatur vt est pars mundi, vt sic terminum habet. maxima.n. dimensio, quam recipit materia, est illa, quam habet sub forma ignis, & minima illa, cum qua stat forma terrę, vt dicit Cõm. in.2. de anima. cõ.97. & sic ignis in existentia naturę est determinatus per maximũ & minimum. Sed in hoc est differentia inter ignem & alia simplicia ex vna parte, & reliqua mixta perfecta. quia illa habent terminationem extrinsecus deriuatam propter continens, & ratione qua sunt partes. sed mixta vltra rationem generalem habent intrinsecã cãm suę terminationis, & est sua forma, quę ex sui pfectione, cum sit eleuata magis a materia, & accedat magis ad actũ & formam, est terminata, & imponẽs causam terminationis in entibus. vnde scđm ꝙ magis & magis eleuãtur, sic sũt perfectiores & magis ad vnitatẽ accedentes. Vnde quidam viri magni tenuere animas perfectorum aĩalium esse indiuisibiles, tamen in via Auer. licet diuisibiles sint oẽs formę eductæ de potentia materię, sunt tamẽ magis vnitę perfectiorum animę. vnde in animalibus perfectionibus propter istam causam partes diuisę non mouentur neq; viuunt. & ideo licet detur ignis maximus & minimus, & aqua, hoc est scđm ꝙ existit ĩ natura, sed in se nõ habet terminũ. Et ideo in hoc bene dicit Egidius. Roma. ꝙ terminatio in igne non est a forma sua, sicut est in animatis, si ipse respexit ad istam differentiam originatam ex propinquitate materię & distantia.2. cœli. cõ.32. esse elemẽtorum propinquum materię: sed non est absolute concedendũ terminationẽ esse a materia, sed a forma principaliter. vnde magis est rationis & formę, quam materię, quia, si materia est terminationis cã, nõ est rõne suę essentię, sed quatenus est formata, & actuata p formã. Et ideo nota bene differentiã inter generabilia simplicia & maxima pfectã: qa licet de facto oĩa terminata sint maximo & minimo, tñ secus est in simplicibus & secus in mixtis, qa in simplicibus est aĩa extrinseca, in mixtis vltra extrinsecã est causa intrinseca, & est rõ formę suę, quę pfecta est, & regis

figuram & terminationem terminatam, cuiusmodi non sunt formę simplices. Et D ex hac ratione scire potes quare formę elementarię in mixto possunt se penetrare & simul esse in eadem parte materię, quod non possunt formę mixtorum perfectorum, assimilantur enim accidētibus & qualitatibus in hoc sicut sapor, odor, & color, qui sunt in eodem subiecto, quia non habent diuersos terminos, sed vna quantitate terminata subiectum insequente terminantur: iuxta, illud, tanta est albedo quanta est superficies, ex prędicamentis. ita formę elementarię in mixtis habentes esse ligatum, habent extendi & terminari per quietem terminationem insequentem mixtum & formam eius, & non habent diuersas terminationes, sicut sunt formę mixtorum. Ideo Commentator, 8. physi, commento 82, expresse dicit ꝙ elementa recipiunt quandam penetrationem in suis partibus.

Secundo de aia. cō. 41. Solutio.

Trigesima contra. est in cō. 41. Dicit Cō. ꝙ ignis dn̄atur in corporibus nutribilibus. Sed oppositū patet. 2. de generatione in te. cō. 49. & .l. 4. meteo. vbi habetur ꝙ oīa residētia circa mediū a prędominio sunt terrea. Soluit. scdm molem terra dn̄atur: ignis aūt scdm virtutē, & pręcipue in nutribilibus: nā gn̄atio est prima participatio aīę in calido naturali, & vita est eius permāsio. Et ideo dixerunt sapiētes ꝙ frigiditas nō ingredit̄ opus naturę igneæ. nāque aīa oīa operatur. 2. de anima. tex. cō. 41. & .130. Replicari potest. in maiori quanto est maior virtus si igitur terra dominatur quantum ad molem: igitur quantum ad virtutem. Soluitur, intelligitur propositio in his quę sunt eiusdem speciei: sicut plus ponderat gleba terræ, & velocius descendit quam medietas glebę. fallit in his, quę sunt diuersarum rationum, similiter intelligitur propositio illa, quo ad virtutem insequentem talem molem, non autem quo ad alias virtutes, quę illam molem non insequuntur, sic dico ꝙ, cum terra quo ad molem dominetur in mixtis, talia mouentur ad motū eius. Et ideo canis proiectus de turri descendit virtute elementi dominantis in eo sed quo ad suum motum qui est ab anima, & quo ad alias operationes virtutis nutritiuę & sensitiuę ignis dominatur, sicut communiter concessum est ab omnibus sani capitis.

Secundo de aia. cō. 48. Solutio.

Trigesima prima contradictio est in cōmen. 48. Dicit Commen. virtutes corporum cęlestium conseruant esse secundū omnem dispositionem, & secundū omnes partes. Oppositum videtur in vltimo cap. de substantia orbis, vbi dicit ꝙ cęli permanētia non est a virtute. Soluitur. negat ibi virtutem extensam ad extensionem subiecti, concedit hic virtutem abstractam. a tali enim est permanentia cęli & motus æternitas, 2. cap. de substant. orbis. & .8. physi. commento. 15. cęlestia enim habent causam necessariam conseruantem, & dantem esse.

Secundo de aia. cō. 51.

Trigesima secunda contradi. est super tex. 51. Ar. st. in. 2. de aīa tex. cō. 51. dicit ꝙ sensus ipso moueri & pati aliquid accidit, sicut dictum est videtur enim quędam alteratio esse. Et Cō. in cō. dicit ꝙ hoc est primum consyderandum de sensu, vtrum sit de virtutibus actiuis vel passiuis: & ꝙ Aristo. posuit sensum in genere virtutum passiuarum. Sed huius oppositum habetur per Alexan. in sua paraphrasi de aīa, in ca. de intellectu practico & speculatiuo, vbi dicit ꝙ sentire non est pati sed iudicare atq; discernere. Nisi esset ꝙ, vt scribit Arist. in. 7. physicę auscul. tex. cō. 12. Sensus ipsi alterantur. patiuntur, n. actus enim ipsorum motus est per corpus, patiente aliquid sensu. pro quanto igitur sensatio non fit nisi per impressionē specierū sine materia in sensorio resultantē, sic sentire consistit in quodam motu, & quadā passione. sed illa receptio & passio non est sensatio formaliter, sed iudiciū & cōprehensio sensilis in specie relucētis. Et ideo bene loquitur Alex. ꝙ sentire non est pati, sed iudicare atq; discernere. Quod etiam ratione fulcitur, quia potest esse pati & receptio speciei in sensorio, & tñ non contingit sentire. dicit, n. Philosophus ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus. Amplius sequeretur virtutes sensitiuas i genere potentiæ esse viliores simpliciter virtutibus vegetatiuę, vt est nutritiua actiua, & generatiua, quę ille sunt actiuę & illę passiuę, & agēs est nobilius passo. Et ideo nō est credendū opinionem sensus esse passionē formaliter loquendo, licet sine passione quadā fieri nō possit. Nec est credendum sensum formaliter esse de virtutibus passiuis ... tum sensus, sed vt est operatiuus per organū, sic enim Aristo. dicit in. 7. patiente

Solutio.

aliquid sensu per corpus, & isto modo sunt glosanda dicta Auer. & reducenda in bonum intellectum. Et qui non vult illo modo intelligere vadat via sua arbitrii enim nostri non est, ꝙ quisque loquatur. Subtilis doctor in quolibetis quęstione.13. in arti.3. in responsione ad secundum, dicit ꝙ sicut esse album est habere formaliter albedinem sic sentire est habere formaliter sensationem, sed hoc non est vniuersaliter verum quia stat aliquid formaliter denominari ab aliqua . forma licet illa formaliter non inhęreat, vt communiter dicitur de his principiis ab extrinseco denominantibus.

Trigesima tertia contra. est in cõ.51. dicitur sensum esse de virtutibus passiuis. Videtur autẽ oppositũ probasse Philosophus supius in tex.cõ.37. vbi declarat aiam effectiuę concurrere ad oẽs motus tã veros ꝙ̃ existimatos, vt dicit ibi Cõ.in cõ. Soluit. Dico ꝙ opinio illa Alberti magni in.2. de anima iudicio meo est multum rationi consona, ꝙ sensus, licet vt est in potentia ad recipiendum speciem sit passiuus, fit autem actiuus postea ꝙ̃ specie illa informatus fuit respectu sensationis. illi aũt, qui posuerunt motorẽ separatum concurrere imediate ad sensationem causandam aliqua speciali influẽtia, multum vt mihi viedtur, excedũt limites istius Artis. Et licet Cõmen.2. de anima: cõ.60, moueat istã quęstionem quę omnino dubia est, & ab eo cum difficultate apperet solutio, tamen talem motorem separatum nõ ponit, sicut expositores eius dicunt, impossibile enim est ꝙ sensatio effectiue sit ab intelligentia, tanquã a causa efficiente, propinqua aliqua speciali influentia concurrente, Nã scdm Auer,7, met.cõ.31, ad finem, quod mouit Aris. ad ponendũ mouens separatum a materia fuit factio virtutũ intelligentium: quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtę cũ materia, omne enim nõ mixtum cũ materia fit a non mixto cũ materia simpliciter; quemadmodum omne mixtum cũ materia generatur a mixto cũ materia. &.1. meta. cõ. ... materiale nõ transmutatur nisi a materiali. Et confirmatur. Aris. in plerisque locis dãnat Antiquos, quia effectuũ sensibiliũ ponebãt causas insensibiles, sicut patet.1. meta.19.21.23.25. &.26. modo, si Commẽ. ponat intelligentiam esse immediatam causam sensationis, tũc ipse incidit in foueã quam fecit: quia effectus sensibilis erit imediate ab insensibili & abstracta causa. Amplius, qũo euadet ꝙ in aliquid nouũ imediate ꝓueniat ab antiquo, Forte dices ꝙ hoc facit mediãte obiecto ꝙ cõcurrit dispositiue & nõ effectiue. Contra, quia tunc soluuntur argumenta Arist contra Platonem de ideis, & Auer. contra Auic. qui ponebat datorẽ formarũ, quia tales etiam ponebant ista agentia inferiora concurrere dispositiue; Amplius quomodo causa vniuersalis erit effectus particularis causa imediata non video. hoc autem sequitur euidenter, si intelligentia cõcurrat solum vt efficiens, & obiectum vt disponens. Amplius. Aristote. in.2. de anima.52.59. & 60. reddit causam, quare non sentiunt sensus se, & quare nõ sentimus dum voluerimus, reducit hoc ad istam causam, quia sensus non possunt sentire sine motore extrinseco: tale autem est obiectum, vt omnes dicunt. Amplius.59. & super cõ. libri de somno & vigilia habetur ꝙ prima perfectio sensuum fit ab intelligentia agẽte, quę declaratur in libro de animalibus sed ista postrema perfectio fit a sensibilibus hęc & alia adduci possunt, quę gratia breuitatis omitto. Dico igitur siue actiones sensibilis idem sit cũ sensatione, siue non idẽ, quęstione istã ab Auer.... motam esse propter speciem, non propter sensationem. quia miratur ipse, vnde habet obiectum producere spiritualius esse quã sit suũ esse nõ a medio vel ab organo potest esse ista maior spiritualitas in specie quam in obiecto: quia medium concurrit vt materia tantum in receptione speciei, effectus autem potius insequitur agens, quam materiam. Et ideo videtur esse ponendus extrinsecus motor. & hoc non potest negari. sed non modo, quo Moderni ponunt Nã intelligentia ipsa secundum Arist. concurrit ad omne opus mundi huius: ideo enim mundum hũc oportet superioribus lationibus cõtinuũ esse vt omnis virtus eius gubernetur inde, meteoro. primo vnde, sicut in generatione animalis virtus informatiua existens in semine in virtute animati, scilicet cęlestis corporis & intelligentię non errantis, a qua gubernatur, producit animal, sic obiectũ sensibile exequatumq; materiale esse habeat in virtute intelligẽtię, cuius ipsum est quasi

Secundó de aĩa, cõ.51.
Solutio.

instrum, producit spēm sensibilē habētē spūalius esse quā habeat ipsa. sensus aūt D specie informatus virtute obiecti primi fit actiuus ad sensationis, pductionē, iam bile. n. sensum agere facit ex mente Philosophi in lib. de sensu. ex obiecto. n. & potentia patitur notitia. Et hoc videtur velle. Cō. 2. de aīa, cō. 37. vbi dicit animam esse causam effectiuam omnium motū tam verorum quā existimatorum existentium in animato. Et ista etiā sententia est eiusdem. 2. de anima. cō. 149. & non habeo pro inconuenienti hoc, quod idē sit actiuum ratione alterius, & sit passiuū ratione propria. vnde sicut intellectus possibilis est actiuus & passiuus teste Auer. 3. de anima cō. 19. sic imaginor de ipso sensu. Et in hoc iudicio mo recte dixit Albertus, nec rectius dici potuit. Et hoc fuit in causa sicut mihi videtur, quare Aristot. non posuit expresse motorem istum extrinsecum in sensu sed bene in intellectu. quia motor iste concurrit vniuersali influētia vna cū obiecto, quod est causa proxima non dispositiua, sed effectiua particularis. est speciei sensibilis. in intellectione autem, in qua fit transitus de ordine in ordinem & fiunt potentia intellecta actu intellecta, fuit necessarium ponere istum intellectum agentem: quia ibi manifestum erat ꝙ productio speciei intelligibilis non poterat reduci ad phantasma, cum exeat. ordinem & latitudinem sensibilium, sed in sensu vbi manet consimilis ordo, non videtur aliquem motorem separatum appropriatum ponere: sed vniuersalis eius influxus sufficit, sicut etiam in aliis est. Et hoc voluit dicere Commenta. vt mihi videtur, dum dixit, sed Arist. B tacuit motorem istum extrinsecum in sensu, & propalauit in intellectu quasi: sensu latet, & in intellectu manifestū est. Sic cognouisti iam quomodo sensus est de virtutibus passiuis, & quomodo de actiuis, & respectu cuius, & qualiter.

Secundo de aīa, tex. 52.

Trigesima quarta contra. est super tex. 52. Aristo. & Commen. videntur tenere in hoc loco ꝙ sensus non sentiunt se. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexan. in suo tracta. de intellectu. cap. 4. vbi agit de intellectu in actu, vbi inquit ꝙ eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hęc sensus, & sensile actu sibi eadem fiunt, nam, vt diximus. sensus in actu est ipsum sensile, & sensus & intellectus formatū receptione absq; materia, quę sibi propria sunt, percipiant.

Solutio.

Dicimus nos ꝙ intellectus & sensus in aliquibus conueniunt, & in aliquibus differunt. Conueniunt quidem, quia vterque percipit per speciē. 3. de anima tex. cōmen. 2. intelligere est sicut sentire conueniunt etiam, quia sicut sensus & sensilis est vnus & idē actus secundo de anima. tex. cōme. 141. sic intellectus & intelligibilis scdm actū est vnus & idem actus. & quo ad istam similitudinem sensus potest dici ꝙ sentiat se, sicut intellectus, pro quanto est vnus actus vtriusque scilicet obiecti & potentiæ actu operantis. Differunt autem quia licet sensus percipiat recipiendo species sine materia, non tamen sicut intellectus. quia intellectus recipit species sine materia. & sine conditionibus materię, quia obiectum F lucens in specie intelligibili est abstractum a materia & a pręsentia materię & ab omnibus circunstantiis & appenditiis materię. secus autem est de sensu, quia sentit cum his & nunc. & ideo intellectus est communiter vnus supra suam essentiam per verum circulum, vt dicitur in primo de anima, quod non potest facere sensus, cum virtus organica sit, & illo modo sensus non potest sentire seipsum. Et istud est ex mente Alexand. in paraphrasi de anima, in capitulo de intellectu secundum actum, ubi formaliter isto modo dicit. Intellectus in actu, qui idem fit cum intellectu specie non immerito sese intelligere dicitur ergo sese intelligit, quia hoc idem, quod intelligitur, fit species enim abiunctas a materia intelligit: non enim singulariter apprhendit hoc in singulari id quod est, esse intelligit, sicut retro dictum est. Neque tamen ex pari ratione sensum seipsum sentire dixeris, licet ipsæ quoque species sensibilium excipiat, ea de causa, quia sentit quęcunque sentit, velut adita materia, rum excipiat, ea de causa, quia sentit quęcunque sentit, velut adita materia, ius enim & singularis functio sensus est non fit autē idem sensus cum re sensibilis specie quāuis non more materię species excipiat: materiales enim formę, & lesq; secus a sensu, secus ab intellectu pensitātur, & vide cętera, quę sequuntur.

Secundo de aīa, tex. 52.

Trigesima quinta contradi. est super eodem tex. Aristoteles quęrit quare sensus non sentiunt se; & soluit, quia sensitiuum est in potentia & non actu ipsum

sensibile, & nihil mouetur de potentia ad actum. nisi a motore extrinseco. & est locus allegatus, ꝙ sensus seipsos non sentiunt. Sed huius oppositũ memini me legisse apud Alexandrum in tracta. de intellectu. ca. 4. vbi agit quomodo intellectus in habitu seipsum intelligit, vbi expresse dicit, ꝙ eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hęc sentit, quę actu eadẽ sibi fiunt. Dico quod in pręsenti textu Cõmen. aliter legit textũ, quam Gręci expositores. Vult. n. Aristo. adducere rationem, per quam probat sensum esse de virtutibus passiuis & non actiuis. Nam, si sensus esset de virtutibus actiuis, cũ virtutes actiuę ex se absque extrinseco motore possint operari sequeretur ꝙ sensus siue sensibilibus possent sentire se, & sua organa, & elementa ipsa sensoria cõponẽtia. Sed scd'm Gręcos, dubitatio Aristo. est, quia, si sensus est de virtutibus passiuis: nã sentire in quodã pati & moueri consistit scd'm oẽs, vt dicitur in. 1. de anima tex. cõme. 79. vbi dicit, sentire autem & moueri & pati aliquid ponunt: tunc contra hoc suppositum ab omnibus concessum insurgit ista dubitatio. cũ sensus sint passiui, & habent sensibilia secum iuncta: nam organa constant ex elementis, quę scd'm seipsa sensibilia sunt, aut secundũ accidentia ipsis quare igitur, sicut sensus patiũtur a sensibilibus remotis, a coniunctis nõ patiũtur? cur oculos ipsos nõ cernimus & oculũ colores, sicut per oculos cętera cernimus. Et solutio Aristote. consistit in hoc, ꝙ sensorium est in potentia ad sensibile, & non in actu, sicut cremabile est in potentia cõbustibile, & non actu, quia si actu esset nõ indigeret eo, qui est extra, ignẽ in actu, vt dicit, ad hoc vt comburatur. Et est locus satis arduus & difficilis sicut vides, intantum ꝙ Plutarchus, vt refert Simplicius, voluit hanc dubitationem protendere contra Empedoclem, & non contra sententiã Aristote. & in hanc sententiam est diuus Tho. in pręsenti loco. Et in veritate qui tenẽt in via Aristo. elementa formaliter non remanere in mixto, isto modo habent necessario exponere locum istum. Sed istis aduersatur Simpli. & Themistius, & Alex. & Ammonius, & Cõmen. vnde volunt ista intelligi scd'm viam Arist. Sed quõ ex hac solutione patet responsio clare ad obiectionem, difficile est videre. Dicit Ammonius in hoc loco tres causas. Prima est ꝙ sensus secus se habet circa sensibile, & secus circa intelligibile se habet intellectus, qa intellectus in intelligẽdo intelligibile nõ indiget organo, & seipso sufficit, nec aliquid ad hoc habet impedimentũ, sed sensus indiget organo, & ideo non potest conuerti supra suum organũ, nec supra se. Secunda causa, quia sensus cognoscit spiritualiter & indiget medio, puta aere vel aqua, vt patet in tribus sensibus, & etiam medio debite disposito: & ideo est ratio quare visus non potest videre colorem sui organi, & tamen colorem extrinsecum põt. Tertia causa, quę est verior inter omnes, quia id quod sentit, est totum compositum ex virtute & organo, & totũ hoc cõcurrit vt patiẽs, & quia nihil a seipso pati põt, ideo indiget sensibili extrinseco. Vnde dato ꝙ elamẽta sint in organo, quia tñ cõponũtur ex elementis, sicut ex materiali causa, & totum organum vna cum sentiente virtute sit passum, omnia, quę in organo sunt, cõcurrunt etiam vt materia, non vt agens. & ideo necesse est ꝙ deducatur ad actum ab extrinseco motore. Accedit, vt dicit Themistius in hoc loco, ꝙ a iunctis innexisq; nulli ictus eueniunt. vnde forma existẽs in subiecto non alterat subiectũ, quia alteratio fit per contactum, & ideo oportet ꝙ alterans sit distinctũ loco, & subiecto ab ipso alterato. Vnde Arist. in. 1. de generatione & cor. in tex. cõ. 78. continuũ quidem igitur vnum quodq;, & vnũ ens impassibile. similiter autẽ & non appropinquantia. Et ista est ratio, quare ethica febre laborantes non sentiunt febrem suam, licet calor ille extraneus sit intensior ꝙ sit calor in alijs febribus dependentibus ab humoribus, vt sunt putridę, vel a spiritibus, vt sunt ephemeræ, quia humor & spiritus sunt corpora distincta a mẽbris sentientibus: sed caliditas febris ethicę est formaliter & subiectiue in ipsis mẽbris. Sed quo ad authoritatẽ Alex. qui videt' contradicere huic sentẽtię, respondetur ꝙ non est intentio Alex. dicere ꝙ sensus sentiant se, aut organa sua: quia alibi ipse oppositũ tenet, sicut est rei veritas. sed dicit similitudinẽ inter intellectũ in actu & sensum in actu, penes hoc. quia, sicut intellectus in actu & intelligibile in actu vnũ sunt, quia vnus & idẽ est actus vtriusq; : sicut in simili

Solutio.

Quare ethica febre laborantes nõ sentiãt se febrire.

dicit in.3. phy. ꝙ vnus & idē est actus motoris actu mouētis, & mobilis actu moti: sic ēt est de sensu in actu & sensibili in actu. & sic dicūt verba eius, q dicit. Similiter aūt sensus seipsum sentire dicitur. qñ hęc sentit, quę actu sibi eadē fiunt: & nō dicit ꝙ sensus sit cōuersiuus supra suam essentiā, aut supra organū suū. Vnde Auic. dicit in. 6. naturaliū ꝙ virtus imaginatiua, q̄ est spiritualior, q̄ sensus extrinseci, & q̄ꝫ sensus cōmunis, non potest imaginari organum suum.

Secundo de aīa, cōm. 52.

Trigesimasexta contra. est in cō. 52. Scribitur sensationem exterioris sensus non posse fieri sine præsentia obiecti. Huius tñ oppositū meminimus nos inuenisse in dictis eius super cō. libri de somno & vigilia, vbi dicit in somno visionē, & gustus sensationē, vel aliquid huiusmodi posse fieri, Soluitur, ꝙ talis sensatio nō est sensus exterioris, sed est sensus cōis, qui vtitur intentionibus pro rebus, vnde illa sensatio non est sine pręsentia obiecti; obiectum enim pręsens est spēs organo sensus exterioris, quā apprehēdit sensus cōmunis, & nō sensus exterior: quia sensus exteriores in somno sunt ligati. nam scdm Auer. in prædicto tractatu somnus est ligamentū suum exteriorū. Et ista est solutio Gregorij Ariminensis in. 1. sententiarum. 3. dist. pri. quęst. 1. art. 2. in solutione secundę experientię Aureoli. et dicit istā solutionē esse de mente Cōme. in prædicto loco. Miror maxime de tanto doctore qūo plerunq; allegat tot & tantas Cōme. authoritates, quas aut non intelligit, aut fingit se nō intelligere. ipse dicit in primis sensationes istas non posse fieri a sensibus exterioribus, quia sensus exteriores sunt ligati: & allegat Cōmen. ibi, sed cōtra sensus cōmunis ēt in somno ligatus est: & ligamentū non attribuitur sensibus exterioribus, nisi propter ligamentū prius existere in sensu cōi. nā, vt dicit Philosophus, somnus est passio primi sensitiui: primum aūt sensitiuū appellat sensum cōmunem. Dicamus igitur pro nobis & pro ipso ꝙ sensationes dupliciter fiunt. quandoque per lineam rectam & ista incipit a sensibilibus extrinsecis, & terminatur ad virtutē rememoratiuā, alia est ꝑ lineā reflexam & retrogradā. & ista incipit a virtute rememoratiua, & terminatur ad sensus exteriores. In somno autem pōt fieri retrograda sensatio. nā virtus imaginatiua per intentionē, quā recepit ab obiecto extrinseco, vel a virtute rememoratiua, mouebit sensum cōmunem, & sensus cōis mouebit sensum particularē, & sic fit talis sensatio. vnde ista sensatio est sensus particularis tāquā subiecti, & non est sensus cōis, nisi tanquā agētis. Sed illud, quod decepit Gregorium, fuit, quia nō potuit imaginari quomodo sensatio ista possit esse sensus exterioris, cum ipsi sint ligati: sed, vt dixi, ipse incidit in Scyllam cupiēs vitare Charybdim. nam qūo potest esse sensus cōmunis, cū ipse sit primo ligatus? Soluimus igitur ꝙ in somno perfecto ligati sunt sensus isti, & sensus cōmunis, & pręcipue a sensibilibus cōmuniter occurrentibus: & in tali somno non fiūt istę sensationes. est & aliter somnus imperfectus, & in tali fiūt istę sensationes, & licet sensus exteriores in tali somno ligati sunt respectu sensibilium exteriorum cōiter occurrentium ab extrinseco, tamen respectu alterius sensationis, vt ita dicam, per quam itur ad sensum cōmunem, non sunt ligati, & respectu illius immutari possunt. istud sentit Auer. ibi in litera. Et ne videar ista studio cōtradicendi dixisse, adduco verba eius formaliter. inquit. quomodo autē accidit ꝙ homo in somno videt ꝙ sentiat per quinq; sensus absq; eo, ꝙ ibi sit aliquod sensibile extrinsecum, & soluit dicens. Hoc accidit per cōtrarium motum ei, qui fit in vigilia. in vigilia. n. sensibilia ex trinseca mouent sensus, & sensus cōmunis mouet virtutem imaginatiuam: in somno aūt quando virtus imaginatiua imaginata fuerit intentionē, quā accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememoratiua, reuertetur & mouebit sensum cōmunem, et sensus cōmunis mouebit virtutem particularē: & sic accidit ꝙ homo comprehendit sensibilia, licet nō sint extrinsecus, quia intentiones eorum sunt in instrumentis sensuum, hæc illę formaliter. Vide etiam pro hoc ipsum tertio colliget cap. 38.

Solutio.

Auer. 2. de anima. 54. ponens secundam differentiam ait, quoniam omne numeratum in genere passionis, non habet esse nisi ab aliquo. s. agente, & ideo. si agens non erit. Omne enim numeratum in genere actionis habet esse ex se, non ab alio, Ex quibus videtur, ꝙ agens a se habeat esse, Oppositum huius ha

A betur ab Aristot. in.3. physic. in tractatu de motu, vbi quęrit. Vtrum motus sit in motore? Item.9. methaphysi.2. diffinit potentiam actiuam per passiuam & econtra. Et ipse Auerro. in commento dicit ibi, ꝙ est manifestum per se, ꝙ nihil agit in se nec patitur a seipso, confirmatur. quia in disputatione prima. in solutione primi dubij, principium est per se notum, ꝙ nihil agit in seipsum. ergo principium actiuum non habet esse a se. &.12. methaphysi.18. dicit, ꝙ nisi sit potentia passiua, non erit agens, quia actio agentis est extrahere rem de potentia passiua ad actum Suessanus in.2. de anima forte videns hoc, exponit verba Auerro. secundum sensum, quem Auerro. nunquam somniauit, si verba ipsius volumus cernere, vt facile videri potest. Tamen hoc mirum non est. Dicamus ergo ad contradictionem, vt placet Zimare in.2. de anima, vbi dicit, ꝙ mirabilis contradictio videtur, & responsio talis est, ꝙ Auer. non vult dicere, ꝙ virtutes actiuę sint ex se; ita vt non requirant passiuas, quia hoc est falsum, vt.12. metha.41.8. phy.99.2. cœli.71.&.3. cap. de sub. orb. contra Alexandrũ & Auic. qui ponebant corruptibile per potentiam passiuam, ꝙ non est corruptibile, per potentiam actiuam. Et ipse innititur, ꝙ omne corruptibile per potentiam passiuam, est corruptibile per potentiam actiuam, quoniam ista referũtur, & ideo vult dicere, ꝙ non est vniformis dependentia virtutis passiuę, ab actiua, & econtra. Quia.2. physi.26. materia refertur ad formam, non tamen forma est propter materiam, vt.2. physi.92.&.96.&.2. de anima.60.12. metaph.13. actus essentialiter non refertur ad potentiam, sicut potentia refertur ad actum. Virtutes ergo passiuę, quia sunt materiales, referuntur ad actiuas, & diffinitione potentię passiuę sumitur diffinitio potentię actiuę quę est prima forma. Virtutes ergo actiuę sunt ex se, idest habent respectum absolutum, non dependentem ab alio, & illa relatio non est essentialis. Et hoc modo tollitur dubium. **Materia refertur ad formam.**

Trigesimaseptima contradictio est in cõ.60. Dicit Cõme. ꝙ melius est ꝙ diuersitas formę sit causa diuersitatis materiæ, quam econtra. Sed huius oppositum habetur ab ipso octauo physi. com.46. vbi ex diuersitate materię probat diuersitatem formarum. Soluitur. diuersitas materiæ est causa diuersitatis formę; sed diuersitas materię est signum diuersitatis formę, non causa. Ratio igitur quam facit.8. phyli.46. est a signo, non a causa. **Secundo de aĩa. cõ.60.** **Solutio.**

Trigesimaoctaua contradictio est super tex.62. Arist. definiẽs sensitiuum dicit, esse tale potestate, quale sensibile est iam actu. & subdit ꝙ patitur non simile ens, passum autem assimilatum est, videtur igitur sensibile in principio esse contrariũ sensitiuo, & in fine simile. Ex hoc igitur sequitur sensationem esse alterationem in contrarietate fundatam. Huius tamen oppositum Aristo. supra iam dixerat in tex. cõ.57. vbi distinxit ipsum pati & alterari, asserẽs aliud esse corruptionem quandã, aliud aũt salutem potius. et ita finaliter concludebat, ꝙ alteratio, qua secunda potentia deducitur ad actum, est ex secundo genere alterationis. sic quando sciens in habitu exit ad actum consyderandi: & similiter quando sensus exit in actum sentiendi. Soluitur. vt dicit Arist. quia non habemus propria nomina, quibus nominare possumus huiusmodi intẽtiones factas a sensibilibus in sensu, oportuit vti nominibus istis tãquam proprijs, s. ipso pati & alterari. Sed aduerte ꝙ in alteratione proprie sumpta, quę est corruptio quędam, talis est inter terminos contrarios: sicut est in vero motu, qui est de cõtrario in cõtrarium. Sed huiusmodi cõtrarietas non inuenitur in sensitiuo, quia nõ mutat de forma cõtraria in formam cõtrariã: nec sic assimilatur sensibili vt fiat eius materia, ex hoc. n. ꝙ sensitiuum visus mouetur a colore, non albescit, neq; nigrescit, sicut iam fit in alteratione vera, vbi passum est materia agentis, sed solum formam eius recipit: ho. n. est vniuscuiusq; sensus proprium, susceptiuum esse specierũ sine materia. & propterea neq; pati nec alterari proprię dici tur. Sed illud est aliud alterationis genus, quod in perfectionẽ desinit, pro quãto ista receptio est solius formę, quę tandem terminatur in iudicium & cognitionem. quemadmodũ enim dicimus cerã excipere sigillum, & imaginem auream, non tamen quatenus aurea est, cera enim sine auro, aut ęre symbolum excipit, **Secundo de aĩa. tex.62.** **Solutio.**

vt dicit lucidissimus Them. Et subdit ꝙ nulla materia de forma sibi accidente, herenteq; iudicium ferre pōt, quoniam materia suapte ingenio īcipiēs bruta irrationabilisq; est: ratio vero tum de alijs iudicat, tum ratione & forma rōnem & formã apprehendit: sensus vero species, & ratio ea est, quę sedē in primo instrumento sentiendi habet. Et hinc scire poteris pp quam cām ethicus nō sentiat febrẽ suã, quia febrilis ille calor realiter est, & materialiter in mēbris, & ideo membra, cum sint caloris illius materia, non possunt de illo afferre iudiciũ, sed bene de calore, qđ est in humoribus, aut spiritibus iudicare poterunt, quia ab illis possunt decidi spēs sine materia in organo tactus, sed a proprio calore nihil patitur, sicut combustabile a seipso non comburitur, vt dicit Ar. in 2. de anima. in tex. cō. 52. Et hoc pulchre notauit Them. in. 2. de aīa. in tex. 61. vbi inquit ꝙ sensum proprie pati & alterari a sensilibus, cum patet ꝙ, si visus exalbuit, alba non percipit, si manus recaluit, calida non sentit: si palatū indulcuit, dulcia non dignoscit, aures strepitum familiarem obaudiunt. Ad formã igitur contradictionis dic ꝙ in alteratione & passione vera passum mutatur de habitu contrario in habitũ contrariũ, & passum fit materia agentis, sed in alteratione pfectiua, qualis est sensitiui, nō est de contrario habitu in contrariũ, nec id, quod patitur fit materia formę agentis, sed solũ desinit in iudiciũ & cognitionem mediante receptione solius formę circumscripta materia. forma. n. sola sensibilis est, quę sensorium percutit. Solũ igitur hic est salus, quia sensitiuum, antequã priuatur a sensibili, non habet formam scdm quã fit assimilatio, sed facta passione habet. vnde ex non formato fit formatum, & ex non cognoscente in actu fit cognoscens. sensibilia. n. extra actiua sunt huius operationis, vt dicit Ari. in. 2. de anima. in te. cō. 59. quod qualiter sit intelligendū superius declarauimus, non valet aūt ꝙ, si sensitiuū ante pati non est simile, igitur est contrariũ, quia negatio affirmationem non infert. Vel dic ꝙ est priuatiua cōtrarietas, ex quo existens simili fit similis, sed non positiua, sicut est in vera. D E

Quare ethicus febrem suam nō sē tiat.

Secundo de aia. tex. 62.

Trigesimanona contrad. est super eodem te. Aristoteles inquit ꝙ sensitiuum est tale in potētia, quale est sensibile actu, & passum est tale, quale est illud. Sed huius oppositum sequitur ex his, quę scribuntur infra ab eodem in te. cō. 121. vbi dicitur ꝙ propriū est vniuscuiusq; sensus susceptiuū esse specierū sine materia. Manifestum est autem ꝙ sensibile actu, quod mouet sensum, est forma in materia, sed sensus seu sensitiuum nunquam actu, vbi passum fuerit, habebit formam sensibilis in materiali, & naturali esse. Et tunc iterum concesso ꝙ ista receptio sit scdm speciem, restat quō sit facta assimilatio inter sensibile habens esse materiale, & ipsum sensum. Soluitur, vt tradit Ari. in te. cō. 57. extractio potentię scdæ ad actum scdm fit ab eo quod est actu, et simili sic, sicut potentia ad actum. nō est enim necesse vt passum assimiletur agenti in natura, aut in forma, aut in modo essendi simpliciter. non in natura, alioquin cęlum non posset agere in ista inferiora, quę sunt distantis naturę: nec in forma, alioquin Sol non posset generare hominem: nec in modo essendi, sicut est in casu nostro. sed vt scribit etiam Com. 12. meta. c. 18. ista similitudo debet esse talis, qualis est inter potentiam & actum. potentia enim est ordo & habitudo ad actū, quotiens igitur fuerit inter agens & passum talis proportio, vt tale sit passum in potentia, qua pati possit ab agente, qualis est in actu agens, vt possit agere, tunc semper prouenire potest actio, nisi aliquid impediat Et hoc pręcipue etiam verificatur in casu nostro, vt allegatum est ex mente Philosophi. licet igitur sensibile extra habeat esse materiale, & sensus recipiat secundum esse spirituale, est tamen talis proportio, vt sensus a sensibili sic pati possit, sicut sensibile pōt agere. Vtrum autem sensibile virtute propria adęquate, an etiam concurrente extrinseco motore causet istud esse spirituale, dubitatio ardua est, & mota per Aue. in cō. 60. quę indiget perscrutatione separata, de qua infra dicam. Sic igitur intelligere potuisti, qualis similitudo currit inter sensibile & sensitiuum, quia est talis, qualis est inter potentiam & actum. Sed, quia intellectus adhuc non quiescit, dicamus, altius quędā repetens, ꝙ forma rerum sensibilium habet duplex esse, naturale, & extraneum, naturale in materia, extraneum vero in medio, F

Solutio.

vel in anima, sicut scribit Commen. 2. de anima in cõ.97. Et, quia aĩa est primo diuersa a materia, est alter modus receptionis aię, & alter materię, vt scribit Cõ.3.de aĩa.cõ.5. in principio. Sic enim anima quodãmodo dicitur esse omnia, quia per sensum est omnia sensibilia, & per intellectum est oĩa intelligibilia,3.de anima,te.cõ.37. vnde Com. in lib. destructio destruct. disputa.3. in solu. 28 dubii, dicit ꝙ quęlibet forma habet esse duobus modis, videlicet esse intelligibile, quando comprehendit separatum a materia ab intellectu: & esse sensibile, videlicet id, qđ habet actualiter in materia. verbi gratia lapis formã habet materialem extra actum, & aliam formam, quæ est intellectio, et cõprehensio factã in anima, prout anima rationalis capit eã separatam. quia igitur forma qlibet, dicit, habet duplex esse in anima, & extra animam ex formis sensibilibus istis, sicut materia est in potentia ad talem formam in esse naturali, sic aĩa est in potentia ad eandẽ formã in esse spirituali, quia lapis non est in anima, sed forma lapidis, vt dicit in.3.de aĩa. &, sicut agẽs transmutans materiã in esse naturali, assimilat sibi passum in tali esse, sic sensibile mouens sensum in esse spirituali assimilat sibi ipsum in tali esse, vel per se, vel concurrente extrinseco motore. Et ad hoc aĩaduertens Philosophus in.2.de aĩa.in te.cõ.138. dicit ꝙ vidẽs quodãmodo coloratum est: sensoriũ.n. vnumquodq; susceptiuũ est specierũ sine materia. Vides igitur clare quõo sensitiuũ sit simile, vbi passum est a sensibili. Et hoc est, qđ Com. notat in cõ.62. vbi inquit ꝙ sentiens innatũ est perfici p intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibiles. Et, si non, tunc esse eius in visu non esset comprehensio. vbi patet hãc esse differentiã inter esse coloris in visu, & esse eiusdem in corpore colorato. quia in visu est comprehẽsio, sed i corpore colorato nõ est cõprehensio. Et ppꝑea inquit Cõ. ꝙ Ari. aĩaduertens ad hanc differentiam dixit ꝙ sentiens est illud, qđ est in potentia, sicut sensatum est in perfectione, & non dixit ꝙ est in potentia sensatũ: quoniam, si ita esset, idem esset esse coloris in visu & in sua materia. ex qno patet colorem in visu non esse, sicut forma in materia, sed sicut cognitum in cognoscente.

Secundo de aĩa.tex.62.

Quadragesima contradi. est super eodem te. Arist. dicit ꝙ sensitiuum patitur non simile existens, passum autem assimilatum est. Sed ex hoc sequitur, vt sensatio fiat in tempore: quod tamen est falsum. est enim subita mutatio, & in talibus non differt fieri a facto esse, nec pati a passo esse, vt demonstratur in. 6. phy. auscultationis.

Solutio.

Soluitur. intelligitur isto modo ꝙ sensitiuum ante receptionem speciei a sensibili non est assimilatum illi, sed post receptionem. sic enim anima est omnia secundum receptionem, & similitudinẽ, vt dicit Com. in.3. de anima, idest per receptionem similitudinum.

Secundo de aĩa.cõ.62.

Quadragesima prima contra. est in co.62. Sensibile non agit in sensum, nisi quando est contrarium. Oppositum.2.de anima.57.

Solutio.

Soluitur.2.de anima.57.te. distinguitur de duplici alteratione, perfectiua, & corruptiua. licet igitur in sensatione non sit vera contrarietas ad agendum actione corruptiua, est tamen aliqualis, talis qualis requiritur inter mouens & motum, & alterans & alteratum alteratione perfectiua. Vide ibi, & intelliges.

Secundo de aĩa.tex.63.

Quadragesimasecunda contrad. est in tex.63. Aris. describens sensibile proprium inquit. Dico aũt sensibile proprium, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Circa autem hanc secundam conditionem est contradictio. quia Co. dicit hoc esse verum in maiori parte, sed non expressit in quibus casibus est verus, & in quibus non. Themistius autem volens hoc specificare in .2. de anima. ca.21. super expositione presentis loci assignat tres conditiones, videlicet ꝙ organum sit incolumen, quod non sit perturbatum medium, & qđ sit debita distantia. & cũ hac glosa omnes fere Latini interpretãtur locũ istũ. Nos aũt inuenimus Ale. in paraphrasi de anima in cap.12. vbi declarat quę sunt sensibilia per se, & quę per accidens, qđ assignat quandoq; . inquit.n. In proprijs aũt sensibilibus sensus potissime veri sunt, vbi sensibus ea seruantur illæsa, quibus cum sensilia suscipi nata sunt. Quorum primum, atq; p̃cipuũ est, vti scdm nãm valentia & sana sensoria sint. Deinceps vero rei sensibilis situs, neq; enim res retro positas visus cernere potest, Tertio loco ęquabi-

lis interualli mensura necessaria est. non enim ex omni spatio sensoria res sensibiles excipere possunt. Præter hæc autem opus est medio, quo intercedente ad sensoriorũ ministeria, commoda, & apta sensibilium susceptio præbeatur, neque enim visio fieri potest, nisi colluminato perspicuo. Postremo nihil oportet, quod sensum interpellat & turbet. neq; enim audire possumus, cum soni vehementiores obstrepunt, & sensum inturbant. Aut igitur Themistius est diminutus, aut Alexan. superfluit. Dicimus ꝙ Alexandri Themistius dicitur abbreuiator, vt notat Commen. 12. meta. com. 2. & ideo duę illæ conditiones expresse per Alexa. reducuntur & virtualiter continẽtur in illis tribus expressis per Themist. nam debita distantia sensilis ad sensum pręsupponit etiam debitum situm, & includit illum, quia non dicitur sensibile esse in debita distantia, quando non est in situ conuenienti ad hoc vt sentiatur, sensile etiam dicitur in respectu ad sensum, cuius est inuitatiuum. Similiter vltima conditio, vt nõ sit aliquis motus fortior, qui impediat, reducitur ad illam, videlicet ꝙ medium non sit perturbatum. & ideo quod Alexa. pluribus expressit, Themistius paucis perstrinxit. Quod si dicatur vltra istas conditiones requiri aliã, videlicet ꝙ visus non sit distracta, quia ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus, vt dicit Philosophus in libro de memo. & remini. Dic ꝙ continetur prima illa conditione Themistij, quia in distractione mentis ad altiora reuocatur sensus communis, & spiritus ad interiora, vt notat Commen. in comẽ. super lib. de somno & vigil. & scdm Alexan. reducitur ad postremam conditionem adducitur per ipsum, quia motus maiores impediunt minores. & ideo, quando virtutes interiores vigorantur in suis actibus, exteriores debilitantur, & econtra.

*

Vtrũ Accidẽtia q̃ sunt sensibilia ꝑpria, habeãt maiorem cõicationem cũ sensibilibus cõibus: quã cũ substãtia?

Auer. 2. de anima. 65. in digressione quam facit de sensibilibus ait: & possumus dicere in hoc duos sermones, quorum vnus est, ꝙ ista cõmunicatio magis videtur necessaria in esse propriorum sensibilium. v.g. quantitas. Color. n. non denudatur ab ea: & similiter calor & frigus quæ appropriantur tactui. Color enim non est necesse vt sit in So. aut Platone, neque necessitate propinqua, neq; remota. Ex quibus clare patet, ꝙ sensibilia propria quę sunt accidentia maiorem cõmunicationem habent cum sensibilibus cõmunibus quæ & ipsa accidentia sunt quam cum substantia. Oppositum habetur ab Auerr. 12. metha. & 7. metha. 4. & 1. phy. 14. vbi ait, accidens nullum separabile esse a substantia. Vnde si accidentia nullo pacto absque substantia esse possunt non videtur ꝙ maiorem cõmunicationem habeant sensibilia propria, quę sunt accidentia, cum sensibilibus communibus, quę accidentia sunt: quã cum ipsa substantia, sine qua esse non possunt. Ad hoc breuiter dico, ꝙ Auer. 2. de anima loco allegato loquitur de accidentibus vt sunt sensibilia. Et loquendo de accidentibus vt sensibilia sunt, ipsa dupliciter possunt considerari. Vno modo quo ad esse subsistentiæ pro vt sunt in rerum natura: alio modo quo ad immutationem sensus. Hac posita distinctione, dico, ꝙ quando Auer. dicit ꝙ maiorem cõmunicationem habent sensibilia propria cum sensibilibus cõmunibus quã cum substantia: loquitur, de accidentibus, vt sunt obiecta sensus: & habent immutare ipsos. & non de accidentibus vt sunt in rerum natura: vt eius verba ostendunt. Et sic sibi contrarius non est, per hanc solutionem patet solutio ad oppositum sancti Thomæ quam facit contra Auerroem. 2. de anima lectione. 13. & hæc sufficiant.

Accidentia dupliciter possunt considerari.

*

Vtrum oĩa sensibilia cõmunia sint ꝑceptibilia ab oĩbus sẽsibus: vel solum tria?

Auer. 2. de anima. 64. ait & hoc quod dixit: ista. n. non sunt propria &c. non intendit ꝙ vnumquodq; istorum quinq; est commune vnicuiq; sensuum vt intellexit Themistius & secundum ꝙ apparet sed tria eorum, scilicet motus, & quies, & numerus, sunt communia omnibus. figura autem, & quantitas, sunt communia tactui, & visui tantum. Et hic intendit per hoc quod dixit se communia eis omnia idest sed omnia sunt communia sensibus: non omnia omnibus sensibus. Ex quibus patet non omnia ab omnibus sensibus perceptibilia esse: sed solum tria. Oppositum huius videtur velle. 2. de anima. [illegible] vbi mentionem faciens de istis sensibilibus cõmunibus, ait, omnia. n. ista sentiuntur a quinque sensibus. Ad hoc respondeo (quid quid ab alijs dicatur) [illegible] ista sensibilia (pro vt simplicio in. 2. de aĩa habetur.) percipi ab omnibus sensibus

Sensibilia cõia percipi ab omnibus

contingit duobus modis. vno modo, exquisite, & distincte, & determinate: & sic ita ad omnibus, & duo. s. figura, & magnitudo, a tactu, & visu. Et sic loquitur & intelligi debet Auer. in. 2. de anima. 64. Alio modo confuse, & non ita determinate. Et sic omnia ab omnibus. Magnitudo autem, & figura, percipiuntur quoq; ab omnibus sensibus: sed non ita determinate, vt percipiuntur a visu, & tactus, & hoc voluit Auer. in. 2. de anima. 133. & sic intelligi debet Auer. non. n. erat adeo Inscius, ꝙ si aliquod sonet, vt puta campana: ꝙ auditu non percipiatur campanæ magnitudo. Et si non distincte secundum tripedalem quantitatem, aut secundum quadrupedalem: tamē eam esse magnam percipitur: immo vnam esse altera maiorem. Similiter si cadat moneta, auditus magnitudinem percipit. & sic de figura. & sic remouetur contradictio.

sensibus dupliciter contingit.

Quadragesimatertia cōtradictio est in cō. 65. Dicit Cōmen. ꝙ sensibilia communia sunt propria sensui communi. Huius oppositum patet infra com. 133. vbi dicitur ꝙ non sunt propria alicui sensui. Soluitur. per sensum communem non intellexit hic virtutem aliquam distinctā ad alijs sensibus, sicut imponit sibi Sanctus doctor hic: sed intellexit cōitatem sensuum, quia sensibilia cōmunia po sunt sentiri a pluribus ꝙ̄ ab vno sensu. & ideo dixit ꝙ sunt propria sensui cōmuni. Et tu vide Themistium in. 2. de anima, super. 133. Et sic argumēta Sancti doctoris nulla. & sic etiam patet ꝙ nulla sit contradictio.

Secundo de aĩa. cō. 65. Solutio.

*

Arist. 2. de anima. 71. volens assignare causam in hoc, cur diaphanum in actu potest recipere colorem, arguit hoc modo. Carens colore, susceptiuum est coloris, Diaphanū de se est carens colore. ergo diaphanum susceptiuum est coloris. Vbi patet, ꝙ arguit ex duabus indefinitis in prima figura. Oppositum huius docet per multa dicta in prioribus analecticis, vbi patet, ꝙ in nullo modo illius figurę possumus sic arguere. Ad hoc aliquis dicere posset, ꝙ hoc non inconuenit, quia in prędicto silogismo maior vniuersalis fieri potest. Nam vbi dicitur carens colore, susceptiuum est coloris, potest addi signum vniuersalitatis, & dicitur, Ome carens colore &c. Et sic non est inconueniens, ꝙ in prima figura arguatur ex duabus indeffinitis, vbi altera pręmissarum vniuersalis effici potest. Contra. Hoc potest fieri, quādo illa indeffinita vniuersalis efficiatur, & non sequitur falsitas illius: sed remanet vera, vt prius erat. Sed in proposito oppositum habetur. Nam si illa propositio Arist. efficiatur vniuersalis, erit falsa. nam fallum est hoc. s. omne carens colore, susceptiuum est coloris. multa enim sunt colore vacantia, quæ susceptiua coloris non sunt, vt in multis clarum est. Ergo non hoc pacto Aristo. saluare possumus. Ad quod breuiter dicitur, ꝙ illa propositio habet fieri vniuersalis. verum est, ꝙ non debet sic simpliciter fieri, vt in responsione efficiebatur. sed hoc modo fieri debet. s. Omne carens colore, quod est aptum ad colorem, susceptiuum est coloris. quia ibi Aristo. loquitur secundum materiam subiectam, puta de diaphano: quod diaphanum aptum est ad colorem suscipiendum. Et ideo maior debet intelligi contractione facta. Et sic omnis instantia remouetur.

Vtrū liceat arguere in prima figura ex duabus in definitis?

Ex duabus indefinitis I prīa figura.

Quadragesimaquarta contra. est in. cō. 72. Dicit ꝙ color vniuscuiusq; visibilis videtur in luce: siue illud visibile videatur in obscuro, siue videatur in luce. Sed ex verbis infra in eodē cō. videtur oppositū istius sequitur. qa ibi habet ꝙ color nō est visibilis, nisi mediante luce. Soluitur. dictū eius verificatur de visibilibus, quæ videntur in obscuro, & in medio illuminato: sicut sunt noctilucę, et quercus putrefacta, & quæ & die & nocte videri possunt. tamen rōne alterius videntur in die, & rōne alterius vidētur in nocte. nā in nocte vdentur merito lucis, in die merito coloris, & nō merito lucis subiectiue existentis in visibili, qa lumē maius obfuscat minus. cū hoc tñ stat ꝙ talia videantur, vt colorata in medio actu lucido, & mediante luce continentis. Et sic ,ppositio est vr̃iter vera, ꝙ omnis color in quolibet visibili existens non videtur, nisi mediante luce.

Secundo de aĩa. cō. 72.

Solutio.

Aristo. 2. de anima. 76. ait, medium autem sono quidem aer est. Ex quibus habetur, ꝙ aer est mediū soni, & non aqua, Hoc etiam dicit Auerro. super hoc. tex. dum dicit, ꝙ medium in voce est aer non aqua &c. Hoc etiam videtur dicere Auerro, commē, 81, eiusdem, 2, dum ait, Quum declaratum est ex hoc,

Vtrū Aqua sit medium soni?

ꝙ aer est materia soni, qui impossibile est fieri nisi per illum. Oppositum D huius habet Aristote.79. eiusdem.2. vbi dicit. Amplius auditur in aere, & in aqua, sed minus. Et ibi Auerro. Ad hoc dicitur duobus modis, primo dicitur, ꝙ medium quoddam est delatiuum soni, & simul causans, agẽsque illius, & hoc solum est aer, aer enim medium est soni, defert enim ipsum, & cum hoc causat eum per fractionem eius, quodam est medium. delatiuum intentionum sonorum, vt aqua, aqua enim non recipit sonum realem, sed tantum sonum intentionalem, & ideo pisces non sentiunt nisi per voces cadentes in aere, quæ causant intentionem in aqua, Tunc potest dici, ꝙ Aristotel. in tex.76.& Auerro. ibi, & commento.81. loquuntur de medio, quod simul defert, & causat, & sic est aer tantum. In tex. ver.79. & ibi Auerro. loquuntur de medio delatiuo tantum. Alio modo respondetur, secundum Simplicium, quod medium soni est aer, vt euidentius habet resonantiam, aqua vero minus delatiua soni. Vnde secunda responsio est ex his, ꝙ aer tantum medium est soni notabilis. Et sic loquitur primo loco Aristote. in secondo autem loco loquitur de medio cuiuslibet soni. Sed contra primam responsionem potest argui, ꝙ in aqua potest causari sonus, ex percussione duorum corporum in illa, sicut percutiendo eum remo lapidem existentem in fundo aquę, aut alio tali modo. Ad quod potest dici, ꝙ in aqua potest causari sonus ex percussione duorum corporum, vt percutiendo cum remo lapidem existentem in fundo aquę aut alio tali modo, tanquam, in continente, sed non tanquam in subiecto, immo semper erit ibi aer. in quo sonus fundabitur, tanquam in subiecto, & non in aqua, nisi tanquam in continente. Et hoc modo prima solutio remanet in suo robore.

Medium duplex.

Alia solutio secundum simplicium.

Secundo de aĩa. cõm.72. Solutio.

Quadragesima quinta contradictio est in eodem commento. Commen. habet ꝙ color non est visibile nisi mediante luce. Oppositum.2. de anima. cõmen.67. vbi habetur ꝙ color non est visibilis per aliquam formam sibi contingentẽ sed est visibilis per se. Soluitur. visibilis est color mediante luce, quantum ad actum immutandi diaphanum, & organum sensus mediante luce. lux igitur est diaphani dispositio pro formis colorum recipiendis, & pro visu. non enim colores in obscuro videri possunt, licet sint actu colores etiam in obscuro existentes. visibilitas igitur competit colori per se in secundo modo: quia forma coloris est causa visibilitatis eius. Sic igitur patet contradictionis sedatio, si recte vides.

Secundo de anima, com. 76.&.79. Solutio.

Quadragesima sexta contradictio est in commen.69.&.79. Quia in.76. dicit ꝙ medium in sono est aer, non aqua: sed in.79. dicit oppositum. Soluitur, in aqua non fit sonus realiter, sicut fit in aere. sed solum spiritualiter. & sic etiam intelligitur dictum eius in commento.81. infra. in prin. commento.

Secundo de aĩa. cõ.84. Solutio.

Quadragesima septima contradictio est in cõmen.84. Dicit Cõmen. aerem in aure semper moueri, & tamen in.83. dixit ipsum quiescere. Soluitur in eod. quia motus aeris existentis in aure est motus proprius, sed motus in aere existente organico, & nõ organico est motus extraneus. cum hoc igitur ꝙ talis aer organicus mouetur motu proprio, stat ipsum quiescere quiete opposita motui extraneo, sic soluitur, vt vides, instãtia. sicut etiã ignis in sphæra propria potest dici motus & quiescens diuersimode.

Secundo de aĩa. cõm.91. Solutio.

Quadragesima octaua contradictio est in commento.91. Diciturq; non habere pulmonem sit causa remota non respirandi, Et tamen primo poster. dicitur ꝙ est causa propinqua. Soluitur. dictum eius in pesterioribus habet veritatem respectiue, non absolute: quia non habere pulmonem est causa propinqua respectu non animalis, tamen simpliciter propinqua non est.

* Vtrũ homo meliori modo comprehendat differentias odorum quam cętera aĩalia

Aristo.2. de anima.92. ait de odore autem, & olfacibili, minus bene determinabile est dictis. non enim manifestum, quale quid sit odor, sic vt sonus, vel lumen aut color, causa autem est quia sensum hunc non hẽmus certum: sed peiorẽ multis animalibus. Parue enim odorat homo: & nihil odorabiliũ sine lętitia, aut tristitia, sicut non existente certo sensitiuo. Auerro. autem in Commento huius tex. ait, & cum declarauit, ꝙ causa difficultatis in sciendo odorem quid sit, quia differentię specifice non bene comprehenduntur a nobis dedit causam in hoc, & dixit & cã in hoc est, quia iste sensus non est verus in nobis & c. & ... propter

propter quam imperfecte intelligimus differentias odoris est, quia iste sensus debilior est in nobis quam in multis animalibus. Etiam in fine Cō. ait, sed est debilius in nobis quā in multis animalibus. i. in comprehendēdo differentias odorū. Et post subdit, & non tantum excedunt nos animalia aliqua, s. cōprehendēdo differētias odorū, sed in cōprehendēdo eas a remoto spatio. Ex quibus clare patet aliqua aīalia prestantiori mō differētias odorū sentire, q̄ ipse hō. Oppositū tamen huius expresse habetur, ab ipso Ari. in. 5. de ge. aīa. ca. 2. dū ait, hō pro magnitudine minime fere olem aīalium procul sentire pōt cū tñ differentiarū sensu maxime omnium valeat. Cuius rei cā est, q sensorium sincerū minimeq; terrenū corpulentūue obtinet. Cutē ēt tenuissimā pre ceteris aīalibus hō suapte natura pro magnitudine hēt. Hoc ēt dicit ipse Auc. in sua paraphrasi sup. 5. de gene. cap. de varietate coloris oculorū dum ait, loquendo de sensu auditus & olfatus, sed differentias sensationum horum duorum sensuum percipiunt habentes hoc organum sincerum, maxime autem homo valet his duobus sensibus quo ad pactum qua differentias sensibilium cognoscit. Ex quibus clare habemus hominem meliori modo odorum differentias percipere quam alia animalia. Antequā ad istā oppositionem formaliter respondeatur, pro maiori notitia est notandum, q Ioānes andegauensis in questionibus super de sensu, & sensili. q. 2. mouet hanc questionem: vtrū hō habeat peiorem odoratum ceteris animalibus? Et nonnullis impugnatis responsionibus, ponit suam solutionem: quam Alexandri moti cōformem putat. Et duo dicit; q simpliciter homo non habent deteriorem vel minus bonum odoratum ceteris animalibus. Immo simpliciter meliorem & perfectiorem. Et q habent odoratum minus bonum quo ad comprehensionē odorū aliquorum, s. cōium hominum & ceteris aīalibus ī quibus est delectabile & tristabile scdm conuenientiā ad nutrimentum. Primū probat ratione. Quia illa virtus nō est simpliciter minus bona, immo simpliciter melior, & pfectior quę cognoscit plura cognoscibilia sui generis, & ad plura se extendit, quam illa, quę est limitata, ad aliquid genus determinatum. Et hoc dicit, q videtur esse rationabile quod propter breuitatem supponit. Sed dicit, q constant, q odoratus hominis plura odorabilia comprehendit, quare &c. Deinde ostendit, q illud animal hēt minus bonum odoratū, quantum ad comprehensionē taliū odorum, quod minus acute, & minus a longe, sentit illos odores. Excellentia respectu vnius obiecti debet capi secundum modum & qualitatem cognoscendi illud obiectum. Ita q illa iudicetur melior: quę perfectius cognoscit. Sed cōstat q homo non ab ęquali distātia, neq; eque fortiter cognoscit istos odores: quos & alia animalia odorant, scilicet, quę ha bent delectabile secundum accidens: [illegible] enim a longiori distantia comprehendit, odorem sui nutrimenti quam homo, & vultures, & [illegible]grides, & cętera multa animalia, quare &c. Et multa alia dicit, reddendo causam in hoc: quę breuitatis gratia omittuntur. ibi videas. Sed contra istam solutionem sic absolute dictam, videtur de directo procedere Aristo. auctoritas in 5. de generatione animalium cap. 2. Nam ibi non habetur, q homo praestat cęteris animantibus in sensu olfactus: quia plura odorabilia sentit. Sed habetur, q homo pręstat, quia meliori modo differentias odorum sentit: & hoc, quia habet organum sincerū. Et clarum est q Arist. & Auer. ibi non loquuntur de illis differentijs odorum, quę non sunt communes hominibus, & alijs animalibus: in quibus est delectabile, & tristabile secundum conuenientiam ad nutrimentum. Quia dicit, q homo valet, in tali sensu, quo ad differentias sensibilium absolute. Et redditur causa. Et si non, cā reddita vniuersalis non esset; sed quo ad aliqua odorabilia, quod est absurdum dicere. Preterea Arist. ibi comparat hominem ad cętera animalia, quo ad perceptionem differentiarum. Clarum est enim q facit comparationem, quo ad illas differentias, quę communes sunt (quomodocunq; sunt) ipsis hominibus & animalibus. Tamen credo, q si omnia dicta Ioannis, & etiam suę solutiones ad obiecta ponderentur, dato q non faciat mentionē de auctoritate. 5. de generatione animaliū, q sua solutio possit stare cum doctrina Arist. ibi. Verum q ponderatione indiget, & hoc patebit inferius, quum solutio oppositionis ponetur. Tamen quidqd

Positio Ioānis.

Ratio Ioannis.

Impugnatio

sit de hoc, pro nūc hō sit nobis curę. Vñ est ꝙ nihil dicit de Aristo. verbis in .5. de gñatione vbi supra quę secd’ ı nostrā intentionē totā dificultatē in hac re faciunt, Zimara vero videns solutionē Ioānis in suis annotationibus super prędicta, q. reprehendit Ioannē. Et dicit ꝙ si Ioannes vidisset Arist. in .5. de gñatione

Solutio Zimarę.

aīalium cap. ij. non sic istā quęstionē determinasset. Vnde ipse hoc pacto solu quū igitur quęritur, vtrū homo acutius odorat cęteris animantibus? distinguendū est: vt philosophus distinguit. Quia vel loquitur de clara & distincta cognitione differentiarum odorū, vel loquitur quoad maiorē distantiam percipiendi res. Primo modo, homo cęteris animantibus acutius odorat: quia soli homo [illegible] re, & distincte, omnes differentias odorū cognoscit. Et hoc arguit temperamentum suum in organo (vt inquit physiosophus). Si vero loquamur secdo modo, licet multa animalia acutius odorant quā homo: vt aīalia habentia nares porrectas [illegible] nes ad longiorem distantiā percipiunt odores quā homo percipiat. hoc. n. ap. bonā dispositionem in situ organi propter quam contingit species sensibilis magis vniri, & hinc est, ꝙ admota manu supra oculos longius cernimus, [illegible] scribit ibidem philosophus). Sed non video (nisi aliquod huic solutioni adda.) quo pacto possit stare. nihil. n. tā cauendum censemus quā nequid ponatur, quod perspicuis, & euidentibus rebus aduersetur vt admonet Gal. in principio secun-

Impugnatio

di lib. decretis hyppo. & Platonis non solum vero aliqua animalia, in odorando a remotis superant homines verum etiam in perceptione differentiarum odorum. Hoc etiam scripsit Auerro. 2. de anima. 97. vbi ait, & non tantum excedunt nos animalia aliqua. scilicet comprehendendo differentias odorum: sed in comprehendendo a remoto spatio. Vbi patet ꝙ Auerro. dicit, ꝙ aliqua animalia circa sensum olfactus, superant nos in duobus: & in differentijs percipiendis: & in percipere a remoto spatio. Quomodo ergo illa solutio sic simpliciter prolata potest stare? quod quo ad perceptionem a remotis solum, homo superetur. . Sententia. n. Auer non esset vera. Pręterea Arist. in. 2. de anima. [illegible] quod de odore, & olfatibili, minus bene est determinabile dictis. Et causam reddit, quia sensum hunc peiorem habemus multis animalibus. Vbi Auer. [illegible] tet inspicienti eius verba) causam ab Arist. assignatam, refert ad differentiarum odorum perceptinem: at non ad perceptionem a remotis: licet illud etiam [illegible] quod in hac etiam homo supperetur. Ideo ad oppositionem respondeo. Et [illegible]

Responsio.

difficultas in hac oppositione stat solum, quo ad differentiarum odorum perceptionem: quę sunt cōes homini & alijs animalibus: ideo pro nunc [illegible] stio: nunquid homo plura odorabilia sentiat quam cętera animalia. ideo ad oppositionem est dicendum quod quum quęritur vtrum homo acutius odoret [illegible] meliori modo quam cętera animalia, dico quod si nos loquimur de comprehensione odorum per maiorem distantiam, certum est, quod homo in hoc superatur: quia multa animalia (vt clarum est) percipiunt odores per distantiam longiorem, quā percipiat ipse homo. Et hoc ex Arist. & Auer. habetur. Si vero loquamur non de comprehensione per maiorem distantiam. Sed vtrum homo [illegible] tiori modo differentias odorum percipiat. Respondeo sumendo propositionem Auer. 6. de physico auditu. 15. quod aliqua propositio est vera per se, quę [illegible] est falsa per accidens. Vt de motu qui inquantum motus, est velocitatis in-

Multa sunt vera per se quę sunt falsa per accidens.

nitū: sed pro quanto accidit motui, quod fuit in motis naturalibus: [illegible] per accidens talis propositio. Consimile dicitur de diuisione lineę ab Auer. [illegible] phy. 72. & .3. phy. 60. Sic dico in proposito. s. quod homo sentiat differentias odorum, meliori modo, quā cętera animalia: est verum per se. Cuius causa [illegible] ab Arist. in .5. de generatione animalium cap. 2. dum dicit. cuius rei causa [illegible] sensorium sincerum &c. hoc modo loquitur Aristotel. ibi. & Auer. [illegible] quia ipsi respiciunt rem secundum se scilicet secundum quod bonitas organi sius hominis exigit. Tamen quod homo percipiat ipsas differentias [illegible] do quam cętera animalia: est falsum per accidens scilicet propter [illegible] cum: & hoc est propter humiditatem & frigiditatem ipsius cerebri. Et [illegible] accidens propter dictum impedimentum hoc est falsum ideo Arist. [illegible] in. 2. de anima. modo superius dicto de hoc loquitur. & si diffusius [illegible]

A accidens vis videre videas ibi Ioannem, quia propter breuitatem omittimus, & ut isto modo impresentiarũ dicta oppositio remoueretur, multas possem adducere solutiones, sed quia non mihi satisfaciunt ideo pretermisi.

Quadragesimanona contradi. est in tex. 92. Aristo. & Cõmen. videntur dicere ꝙ differentiæ odorum male, & cũ difficultate apprehẽduntur ab homine, praue enim odorat homo. Ex aduerso autem scribit Auer. in cõ. libri de Sẽsu & sensi. in ca. 5. quod homo apparet ꝙ melius distinguit differentias sensibiliũ olfactus, ꝙ cętera animalia, Soluitur per doctrinam Aristo. in. 5. de genera. anima. cap. 2. Nam acute videre, audire, & olfacere bifariam dicitur, aut quia distincte percipiendo differentias istorum sensibilium, aut procul, & a remotis attingendo ipsa primum prouenit ex synceritate & temperamento organi, & quia cõplexio humana est magis temperata alijs complexionibus brutorũ, sic omnes sensus hominis sunt pfectiores alijs vnde distinctius percipit omnes differẽtias sensibiliũ, ꝙ faciant cętere. sed percipere a remotis obiectũ prouenit ex situ organi, vnde qui habent oculos profundos, & palpebras grossas a remotis inspiciũt, illa autẽ qui habent oculos eminentes, non possunt ad longam distantiã. sic animalia multa procul olfaciũt ex situ organi, vnde catelli Laconici, qui habẽt porrectas nares, eminus olfaciunt. homo igitur in hoc a quam pluribus animalibus vincitur, sed non vincitur indistincte indicando differentias sensibilium. Et hoc etiam fatetur Comment. in lib. de sensu & sensi, dicit enim ꝙ apparet ꝙ homo melius distinguitur differentias sensibilium olfactus, quam cætera animalia, & tamen multa animalia comprehendunt fortius odores a remotis. Hoc etiam innuit in presenti commento. 92. prope finem. Secundo de aĩa. tex. 92. Solutio.

Quinquagesima contradi. est in cõ. & in proemio metaphy. Nam hic videtur sensus tactus precedere alios sensus, & per consequens visus: ibi vero visus alijs preferẽ sensibus. Soluitur, priora generatione via perfectionis posteriora sunt, sic dicimus prioritatem tactus ad alios sensus esse prioritatem scd̃m subiectũ & materiam: sed prioritas visus ad tactũ est prioritas formę & finis. Et hoc etiam confirmat Commen, in. 2. de anima, cõ. 77. vbi dicit ꝙ Aristo. videtur ordinare consyderationem de virtutibus sensus secundum nobilitatem, non autem secundum naturam. primus enim egit de visu quam de aliis. sed Auic. 6. naturaliũ ordinauit talem consyderationem secundum naturam: quia prius egit de tactu ꝙ de aliis. Pro hoc vide. 2. de generatione & corrup, tex. commento. 7. Secundo de aĩa cõ. 94. Solutio.

Quinquagesimaprima contradi. est in cõ. 97. Dicitur ꝙ raritas ignis est maxima. Oppositum. 4. physi. 72. vbi dicit ꝙ crescit in infinitum. Soluitur. est maxima secundum naturam prout consequitur formam existentem in materia, terminatio enim est a forma: sed prout in materia absolute est in infinitum tendit, cum infinitudo sit a materia. 3. physico. 60. Secundo de aĩa. cõ. 97. Solutio.

Quinquagesimasecunda contradictio est in cõ. 98. & 101. Quia hic dicit ꝙ omnes sensus indigent medio, etiam gustus, & tactus, tamen de gustu & tactu oppositum apparet in commen. 101. Soluitur, ibi negat requiri medium extrinsecum, & hoc per se: nam in sensu tactus, ꝙ gustus non concurrit medium extrinsecũ per se, sed per accidens. vide pro hoc cõmen. 115. secundi de anima. Et ideo Cõmẽ in prin. cõ. 116. secundi de anima dicit ꝙ aer & aqua in talibus sensibus sunt media, si debent dici media, ex hoc enim apparet ꝙ illa nõ sunt vere media, sed sunt media per accidens, vt ipse declarauit in cõ. 115. Et eodẽ modo soluitur contradictio iudicis eius super cõ. lib. de sensu & sensi. vbi dicit ꝙ sensus tactus & gustus non indigent medio, & tamen in hoc. 98. dicit ꝙ indigent medio. Soluitur ibi negat tales sensus indigere medio extrinseco in ratione per se, & veri medii: hic concedit eos indigere vero & per se medio intrinseco. sensibile enim positum supra sensum non causat sensationem, secundum Aristote. quicquid dicat Auicen, in hoc. Secundo de aĩa, cõ. 98. Solutio.

Quinquagesimatertia contradictio est in commento. 100. Dicit ꝙ amplitudo venarum & viarum anhelitus est propter necessitatem, & non propter melius. Oppositum in simili scribitur in. 2. physi. 81, & 85. contra Antiquos. Pondera, quia non assertiue, sed dubitatiue loquitur, & cogita. Secundo de aĩa. cõ. 100. Solutio.

Secundo de aïa.cõ. 108.

Quinquagesima quarta contradi.est in commento.108. Dicit graue & leue esse substantias, & .5.meta.18.dicit ꝙ sunt quantitates, & primo cæli.17.dicit ꝙ sunt substantię.etiam in.2.de generatione & corruptione, & .7.physi.11.&.2.de partibus animalium.capitulo primo.habetur ꝙ sunt qualitates. Vide quę scripsi super.7.physi.in commento.11. Et si vis curiosius videre, vide Conciliatorē in differentia.42.in tertio dicendorum.

Solutio.

*

Vtrum graue, & leue, sint substantię an qualitates.

Auerro.2.de anima.108.in digressione ait,ꝙ graue, & leue, sunt in predicamento substantię. Etiam hoc videtur affirmare.1.cęli.17.vbi,ait, & si hoc nomen grauitas, & leuitas, non dicantur vulgariter nisi de accidente. In.2. de generatione, & corrup.8. dicit esse qualitates. Hoc etiam dicit, 7. de physico auditu.11.dum dicit. Et grauitas, & leuitas, sunt numeratę in tactu. Et sic ponit esse qualitates tangibiles. Et 2.de partibus animalium capitulo.1. habetur,ꝙ sunt qualitates. In.5.meta.18.ait Auerro. Leue, autem & graue.numerantur in accidentibus quantitatis. Ad hoc respondetur, & antequam solutio ponatur dicitur,ꝙ impossibile est,ꝙ graue & leue sint substātię. Et prima est ratio facta ab Auerro.contra Alexan.8.metaphy.5.&5.phy.10.Quod vni est accidens impossibile est vt alteri sit substantia in his quę vniuoce dicuntur. Altera.n.natura,in alteram mutari non potest. Sed grauitas, & leuitas elementi.est eiusdem rationis cum grauitate, & leuitate mixti:quod patet,ex operationibus essentialibus ipsorum. Cum autem grauitas in mixtis sit accidentalis non erit in simplicibus substantia. Quod autē dicitur a quibusdam,ꝙ ratione Auer. ibi procedunt de alijs qualitatibus,non autem de graui, & leui, nihil est. Nam Arist.2.de generatione.8.enumerat qualitates elementorũ. Et similiter.2.de partibus animaliũ,cap.1.& ibi ponitur grauitas, & leuitas. Amplius quomodo soluetur ratio facta. Eque enim ratio procedit de grauitate, & leuitate, sicut de alijs qualitatibus. Et quomodo soluetur,ita ratio Auerro.pro Alexan. soluitur. Et & alia ratio:quia grauia, & leuia percipiuntur a sensu exteriori sicut patet.2. de anima.108,non sic autem substantia nisi per accidēs. Percipiunt enim sensus exteriores primo, & per se obiecta propria:per se etiam, sed non primo, communia: per accidens autem substantiam. Et si dicatur, ꝙ ratio hominis penetrat in substantiam grauis, & leuis. Dico ꝙ immo cū sensus tactus exterior. sit & bruta percipiunt grauitatem: & proijciunt illam. Igitur grauitas est simpliciter accidens. Hoc stante, ad contradictiones duæ inueniuntur solutiones. Vna quę ponitur a Zimara in solutione illius contradictionis super.7.physi. quę etiam habetur a conciliatore differentia. 42. in.3. dicendorum, quę talis est,quod grauitas, & leuitas,qualitates sunt. vt habetur a philosopho.2.de generatione, &.2.de partibus animalium. Sunt substantię in mutatione, & similitudine, quo ad modum immutandi sensum. Nam sicut substantia non immutat sensum,nisi mediantibus accidentibus:sic grauitas, & leuitas, non immutant sensum tactus.nisi mediante motu & sic assimilantur substantię, & non sunt illę:sed sicut illę. Et sic loquitur Auer.quando dicit esse substantias. Ista solutio videtur tuta. Nam ab excellentissimo præceptore meo Marco Antonio [illegible] contra ipsum talis affertur instantia super.2.de anima.108.Per te graue, & [illegible] percipiuntur mediante motu ergo sensibile proprium,sentitur mediante sensibili communi. Cuius oppositum fieri determinant Aristo.2.de anima.62. Altera solutio est, quę tangitur a Suessano 2:de anima.108. & etiam haberi potest ab ipso Zimara in loco allegato in solutione præcedentis contradictionis: & cui ipsi nunc placet,quæ talis est. Quod ea ratione Auer. vocat graue, & leue, substantias,non,ꝙ velit substantias esse:sed quia sępe desunt nobis nomina, quibus res appellamus: & quando latent essentiales differentię. vtimur nominibus accidentium ipsorum.vt.8.physi.32. & .4.cęli.26. Cum igitur formę elementorum non pateant, singulum elementorum, propria eorum qualitate nominamus. Quare ratam ergo non ad esse, sed ad significationem graue, & leue, dicuntur substantię. Et ideo Auerro. dicit, ꝙ quale dicitur de calido, & frigido, proprie & de graui, & leui, vt de quali essentiali. Et sic soluitur contradictio. Quantum ad illud quod dicit in.5.metaphysic.18.quod sunt quantitates: Auerro. [illegible]

Altera natura in alteram mutari non potest.

Prima solutio.

Secunda solutio.

fat seipsum, Nam dicis, quod sunt quantitates secunda intentione. Nam diuiduntur eadem diuisione, qua magnitudo diuiditur. Iuxta illud philosophi primo cæli in maiori quanto, est maior virtus. Tamen ipse in se sunt qualitates naturales Auerroem ibi videas. Et sic cessat dubium.

Quinquagesima quinta cõtradi. est in cõ. 116. Dicit carnem esse medium, & non instrumentũ tactus. Sed in cõ. super libro de sensu & sensa & in. 2. colliget. cap. de de iuuamentis carnis, & in. cap. de iuuamẽto tactus, dicit oppositũ. Vide Conciliatorẽ differentia 42. in. 3. dicendorũ de hac materia, quia qñ dicit Cõ. quod caro est organũ tactus, intelligitur de carne cordis, quia in corde scdm Philosophum est radix istius sensus & organũ quando dicit quod est mediũ, loquitur de alia carne. Alij per carnẽ intelligunt carnem neruosam esse tactus instrumentũ & ponunt neruos esse partiale instrumentum tactus, sicut ipsemet Cõciliator tenet. Et huic opinioni fauere videtur Cõ. 2. de anima. cõ. 108. vbi dicit quod tempore Aristo quo scripsit librum de animalibus, non erant noti nerui. sed potest per anatomiam apparuit. illud enim quod sciuit Aristo. ratione sciuit post per sensum. nam vult quod philosophus per illud quod est intus carnẽ, intelligat neruũ & tale est organum tactus partiale, & ista est via Auer. sine dubio. Sed salua reuerentia Auer. eius positio nõ videtur esse de intẽtione Arist. Nã dicere, quando Arist. composuit librum de partibus animalium in quo expresse ponit organũ tactus in corde esse sicut est videre in. 2. lib. cap. 10. & in lib. de sensu & sensibus quod tunc nõ fuerunt cogniti sibi nerui, quia scientia sectionis erat tunc ignota, illud in veritate esse videt vnum magnũ mendacium. Nã philosophus plerunque de neruis loqui videtur in lib. illo, sicut in ca. 8. vbi agit de carne, & de his quę vice carnis habent, &c. in libro de historijs animaliũ plerunq; de neruosa carne meminit vt in. 3. cap. 5. Nec est verisimile quod tantus Philosophus, qui fuit solertissimus naturæ imitator, librũ illũ sine anatomia conscriberet. quomodo. n. de cordis ventriculis, deq; alijs minutissimis membris conscripsisset ita solerter. nisi proprijs oculis vidisset singula? Nerui autẽ non sunt adeo minutissima corpora, quod propter sui paruitatem non possint videri Pręterea sentẽtia Philosophi fuit sensum tactus medietatem contrarietatum obtinere, Et ideo dicit in. 2. de anima in tex. cõ. 124 plantę non sentiunt, quia non habent medietatem: sunt. n. complexionis multũ terrestris. & 3. de anima. tex. cõ. 66. ait Philosophus. oium enim tangibilium tactus est sicut medietas & susceptiuus sensus, non solum quęcunque differentię terrę sunt sed calidi & frigidi, & aliorum omnium tangi possibilium. & propter hoc ossibus & capillis, & huiusmodi partibus nõ sentimus quia terrę sunt. & plantę etiam ob hoc neque sensum vnum habent, quia terræ sunt. Arguitur ergo sic, nerui sunt terrestris cõplexionis, sicut oẽs, Medici. & Philosophi testantur. ergo talibus non sentimus. patet consequentia, quia manẽte causa, manent effectus, quo ergo. Auer. exponit quod illud, quod est organum tactus est illud, quod est intus: & per illud quod est intus exponit neruum: cũ nullo modo neruo sentiamus. Cõfirmatur authoritate Philosphi, quę nõ recipit glosam primo de aiã. 79. te. scribit. n. ibi Philosophus, quęcunque. n. insunt in animaliũ corporibus simpliciter terrę, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur, quare dicendũ est illud, quod intus est, esse organum sensationis: & tale est ipsum cor. Ista est veritas. & ita Simplicius, & Antiqui exposuerunt locum illum. Et in hoc nolo cũ Auer. esse quia vt mihi videtur, in hoc quęsito dimisit pręceptorem suũ, & imitatus est potius Medicos. Nam, sicut scribit Philosophus. 1. ethico. cap. 7. pro defensione veritatis ẽt propria impugnare oportere pręsertim Philosophos, magis existimandum est nam cum ambo amici sint pium est ueritatem in honore preferre, Excusare ipsum possum de errore defendere non possum. nam litera sua in. 1. de anima non loquitur de neruis, sed de ossibus solum. Similiter sermo Medicorum, in quibus ẽt versabatur, fecerunt ipsum a veritate deuiare. Hęc notauimus hic propter errorem cõmunem imponentium Aristo. illud, quod negat expresse. & illud non prouenit, nisi quia vidẽt expositores, & de tex. nihil.

Secundo de aia cõ. 116.

Digressio contra Auero. de instrumento sensus tactus.

Quinquagesima sexta contra. est in cõ. 129. dicit quod demonstratio illa Philosophi fundatur super propositiones, quarum vna est, quod omne, quod sentit animal,

Secundo de aia. cõ. 129.

ant sentit ipsum per contactum, aut medianre corpore extraneo, si ista disiunctiua datur per opposita, sequitur aliquam sensationem sine cõtactu fieri: cuius oppositum patet.7.phy.tex. cõmen.12. vbi habetur ꝙ omnis alteratio perfectiua fit per contactum. si non datur per opposita. non est disiunctiua, per Boetium in libro diuisionum. Soluitur per contractum intellexit medium intraneum. & sic sensus est ꝙ omnis sensatio, aut fit per medium extrinsecum. Et ista bene opposita, sicut vides.

Solutio.

Secundo de aïa tex.130.

Quinquagesimaseptima contradi.est in tex.130. Dicit Arist. aerẽ esse auditus aquam vero visus. ignem autem aut nullius, aut omnibus cõ. quia nihil sine calore sensitiuus est. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in.3. colliget cap.36. vbi dicit ꝙ auditus est aeris, aqua visus, olfactus attribuitur igni. Amplius videtur ꝙ organum olfactus, cum sit in anteriori parte cerebri, ꝙ sit frigidum & humidum, & ita erit aquę tantum, & non aeris. aut aquę. vt Arist, dicit hoc. Solutio est, quod non est intentio Arist. dicere ibi esse organum alicuius sensus ex vno tantum simplici constans elemento, quia animal & membra eius ex quatuor constant elementis sed sua intentio est aliqua sensoria elementis simplicibus attribui in quibus ipsa mixtio non est manifesta, & sic pupilla attribuitur aquę, auditus, aeri, vnde si pungatur oculus, non exit nisi aqua, & in auribus, apposito cornu, sentitur aer complantatus, vt dicitur in.2.de anima. Olfactus autẽ propterea dicitur esse alterius istorum, vt notant Cõmen. & Gręci expositores. non ratione organi, sed ratione animalium, quorum quædam olfaciunt per aquam, vt pisces, & quędam per aerem, vt animalia degentia in aere. Ignis autem propterea dicitur, aut nullius esse, aut omnibus cõmunis. quia ignis, qui est feruor, & exustio, corrũpit organa sensitiua & animalia: alter est elementalis, qui regulatur ab anima. & sic calor ille est naturalis, vt ab aïa regulatur, & sic est omnibus cõmunis vnde proportio cuiuslibet sensus & organi ad ignẽ sub ratione, quia sunt in actu secundo est proportio tanquam ad formam. & proportio ad alia elementa prę ter ignem, vt sic est sicut ad materiam quia semper respectus imperfectionis ad perfectius est respectus materię ad formam, aut instrumẽti ad agens.3.de aïa cõmen.36. sed quãdo Auer. dicit organum olfactus esse ignis, hoc intelligitur ex parte modi, quo multiplicatur intensio odoris, qui aut est fumalis eu aporatio, ad non fit sine ea: & non intelligitur quantum ad organum.

Secundo de aïa, tex.133.

Quinquagesimaoctaua contradi.est super tex.133. Aristo. & Cõmẽ. dicitur ꝙ numerus cognoscitur negatione continui. Sed hoc videtur esse contra id, ꝙ habetur. in.10. meta. tex. cõ.2. vbi dicitur ꝙ omnis numerus vno cognoscitur, & ibidem tex. cõ.4. numerus scd̃m quod est cõpositus ex vnitatibus, mensuratur per vnitates. Amplius est dubium, quomodo numerus est priuatio continui, vt dicit Commenta. in commento. Paulus Venetus dicit ꝙ sumitur priuatio pro contrario minus perfecto vt nigredo dicitur priuatio albedinis. & quia immutando sensum, vnum euidentius sentitur, & certius quam multitudo, ideo dicitur quod numerus est priuatio continui. Sed hoc non potest stare, quia litera dicit ꝙ numerus cognoscitur negatione continui, & Commentator etiam in com. videtur ꝙ talia se habent vt priuatio & habitus, quia loquit᷑ vniformiter hic, sicut de quiete respectu motus. Et ideo dicimus nos scd̃m Cõmẽn. ꝙ sicut de quiete dicebatur ꝙ sensus non comprehendit quietem, nisi post comprehensiorẽ motus, ita etiam sensus nõ cognosceret numerum, quia causatur ex diuisione continui, nisi prius cognouisset ipsum continuum, quod est vnum. Et hoc est, quod dicit Cõ. ꝙ comprehensio multitudinis, & numeri est per comprehensionem priuationis continui, quod est multitudo. Vbi aduerte, vt habetur in.4.phy. numerus diuiditur per vnitates, sed non cõtinuatur per vnitates. & ideo in numero est priuatio continuationis. & isto modo sensus cognoscit naturam negatione continui, pro quãto cognoscit multa, quę nõ sunt vnita in vno cõtinuo, &, si sensus nõ pręcognouisset vnum continuum, non posset illud iudicare in ratione numeri, & sic numerus cognoscitur negatione cõtinui. vnde, dicit dñs Albertus hic, sensus oppositorum est idem essentialiter, vbi vt dixi, essentialitas se tenet ex parte potentię cognoscentis, Simplicius autem dicit in pręsenti loco ꝙ non est intelligen

Solutio.

dum numerum cognosci negatione continui, sicut tenebra a visu per priuationē. Visus ex hoc ꝙ non mouet visum, quando quidem numerus est per se sensibilis sicut vnum, sed quoniam opponitur vnum multitudini, & quia multitudo congregat naturaliter vnū continuum secūdm vnumquodq; eorum, ex quibus multitudo componitur, quoniam in sensibilibus vnū, vt cōtinuum, est vnum, non autem in multitudine manifestatur, & in congregatione ipsum commune, quamuis & vnus sit numerus secundū diuisam collectionem & vnus est. & cognoscitur sed non vt continuus, & hoc manifestat continua negatio; videlicet ꝙ numerus non cognoscitur solum vt vnum hoc enim in sensibilibus solum continuum est, sed in collectione istorum talium, collectione recusante continuationē. & est expositio satis subtilis in veritate. & in hoc credo verum esse ꝙ dicit, quia numerus dicit formam positiuam, & non est pura priuatio, sicut quies. Vbi animaduerte ꝙ numerus mathematicus, qui ex vnitatibus īdiuisibilibus resultat, vt sic, non cadit sub sensu, sed sub imaginatione. & vt sic, ptinet ad Mathematicū. sed numerus qui est cōe, resultat ex vnitatibus corporalibus sensibilibus. idem enim est dicere res sensibiles & corporales, vt dicit Simplicius in prologo. phy. Et illa ratione vnitas sensibilis est vnum, quod est continuum, non illud, ꝙ pręcise est indiuisibile, & est principium numeri mathematici, quia illud pertinet ad imaginationē. Ita mihi videtur pro nunc dicere. quare licet in istis sensibilibus cōibus conueniat Naturalis & Mathematicus, tamen alio & alio modo. qa Naturalis cōsyderat de istis vt sunt coniūcta sensibilibus propriis, & vt mouent sensus alio motu, & ipsis propriis sed Mathematicus abstrahit ab isto motu istorū, vt coniunctis est propriis, & sic nō pertinet sua cōsyderatio ad sensus istos, nec est sensibilis sed imaginabilis tantum. Et per hoc patet solutio ad ea, quę in oppositum adducebantur, quia Aristo in. 10. meta. tractat de numero, vt est quantitas discreta ex vnitatibus indiuisibilibus pręcise resultans & de hoc est verum ꝙ numeratur per vnitates vt componitur ex eis, & cognoscitur per vnitatis reiterationē. sed iste est numerus formalis. sed numerus sensibilis constat ex vnitatibus sensibilibus. & per illarum iterationē cognoscitur, vt dicit Aris. in. 4. phy. tex. cō. 134. & cognoscitur etiam negatione continui secūdm alterū dictorū modorum, vel secūdm Auer. vnde numerus sensibilis & naturalis est ille, qui causatur ex diuisione cōtinui, & qa continuū non componitur ex īdiuisibilibus, vnitates illę sunt res cōtinuę, sed mathematicus numerus causatur ex vnitatibus indiuisibilibus. Ex hoc patet solutio ad obiectiones, quę possunt fieri, quō numerus dicit priuationem vnitatis & continuationis, & tamen oppositum habetur. 10. metha. vbi tex. cō. 8. dicitur ꝙ vnū opponitur priuatiue multitudini. & cōfirmatur quia vnum dicit indiuisionē secūdm Auer. quę priuatio quædam est, & per consequens numerus nō est priuatio vnitatis, sed cōtra. Solutio. est ęquiuocatio ī sermone quia in. 10. me. igitur de vero transcendenter sumpto: & tale opponit priuatione multitudini. & ēt loquendo de vno, quod est principiū numeri dicit indiuisionē, quæ est priuatio multitudinis, tamen hic est sermo de numero sensibili qui importat negationē cōtinui, ex cuius diuisione resultat, & nō sumitur pro numero mathematico, qui est quantitas discreta ex vnitatibus īdiuisibilibus cū in quia talia vt sic sunt separata a sensibus. Vnde pōt dari alius intellectus substantius illius authoritatis in tex. cō. 133. omnia ista motu sentimus, i. motus contrahit & specificat ista entia ad esse sensibile, & cōiungitur ipsi materię sensibili vt dicit dn̄. Alber. in quęstione de homine. Sed licet hoc sit verū in se nō tamen est ad propositum, quia tūc esset æquiuocatio in paruo spacio de motu, quia Philosophus in tex. habet actum, quiescens aūt eo ꝙ non mouetur. & tunc non esset verum omnia sensibilia cōmunia contrahi ad esse sensibile per motum, quia fallit hoc in quiete. Nisi esset ꝙ Albertus dici quietem etiam cōtrahere ad esse sensibile ista quia natura est principium motus & quietis. Sed magis placet alter illorum sensum, videlicet Themistii, & Auer. per motum, intelligendo motum specialem, vel sicut exposuit, Simplic. Et aduerte ꝙ discretio numeri, vt nunc est sensatum cōmune, cōmunis est ad eandem diuisionem partiū continui, secundūquā diuisionē diuersa cognoscuntur sensa, qua sunt in ipsis, & sic nume-

rus cognoscitur negatione continui ratione istius diuisionis, seu discretionis partium coniunctarum in separatione consistentium, & includentium negationem vnitas continui.

Secundo de aïa. cõ. 133.
Solutio.

Quinquagesimanona contradi. est in cõm. 133. Dicit Commen. ꝙ id, quod inuenitur vni accidentaliter, inuenitur alii essentialiter. Vide oppositum. 2. ph. cõ. 48. Soluitur, ꝙ id quod est accidentaliter vni naturę, est essentiale alteri naturę, sed id, quod est accidentale vni naturæ non potest esse essentiale alicui eiusdem rationis cum illa natura. primo modo intelligitur authoritas cõmen. hic: secundo modo intelligitur authoritas eiusdem in. 2. phy. in commen. allegato.

Secundo de aïa. cõ. 133.
Solutio.

Sexagesima contradi. est in eodem cõ. Dicit priuationem essentialiter cognosci. sed supra cõ. 120. dixit ꝙ accidentaliter cognoscitur. Soluitur supra dixit hoc comparando ad habitum, hic vero dixit oppositum comparando ad potentiam, eadem enim est potentia respectu priuationis & habitus essentialiter, licet habitus per se cognoscatur. & priuatio illius habitus per accidens.

Secundo de aïa. cõ. 134.
Solutio.

Sexagesimaprima cotra. est in cõ. 134. Dicit Cõ. ꝙ virtus comprehẽdens illũ esse Socratem, aut filium hominis est supior virtute sensus. Huius oppositum scribit ipse in. 2. de anima in cõmen. 63. vbi dicit ꝙ cogitatiua hominis comprehendit intentiones indiuiduales decem prædicamentorum. Nisi esset ꝙ dictum eius hic intelligitur completiue: sed dictum eius supra in. 63. intelligitur inchoatiue. Aut hic loquitur respectu sensus exterioris. virtus ista est superior qua comprehẽdimus substantiam aut relationem: & ista virtus est cogitatiua. & hoc non contradicit Auer. in illo loco.

Secundo de aïa. cõ. 134.
Solutio.

Sexagesimasecunda contradi. est ibidem. Auer. habet ꝙ quando coniunguntur duo sensus ad iudicandum super eandem rem ipsam esse eandem, iudicium est vtriusque sensus, & non alterius tantum. Sed vide oppositum infra. cõm. & tex. 146. Soluitur. dictum eius hic procedit de initio, & occasione iudicij. sed dictum eius infra procedit de complemento iudicij. vnde sensus exteriores respectu sensus communis sunt sicut testes, qui examinantur a iudice, qui dicitur audire iudicium vtriusque partis, & postea proferre sententiam.

*
Vtrũ sensus cognoscat suum actum?

Arist. 2. de anima a tex. 130. vsq; ad tex. 145. dicit, ꝙ per eandem virtutem puta visiuam comprehendimus colorem, & cõprehendimus nos cõprehendere colorẽ. Et ꝙ hęc sit mens Aristo. Arist. n. mouit quęstionẽ hanc, & ꝙ non alio sensu sentiat suum actum, ostendit, & rationes hoc probantes non persoluit, soluit autem rationem qua oppositum probatur, igitur eius intentio est pars affirmatiua. s. ꝙ sensus exterior suam cognoscat operationẽ. Hoc etiam habetur ab ipso Auer. per plura dicta in expositione textuum. 138. & 139. & aliis quę breuitatis studio omittuntur. Oppositum huius dicit Arist. 4. meta. 26. contra antiquos dum ait. Non enim sensus sui met est, sed est aliquid alterum preter sensum, igitur non sensum, quod prius esse sensu necesse est. Hoc etiam expresse dicit in. 1. de anima in thimeum arguens tex. 46. vbi ait. Primum quidem non bene dicitur animam magnitudinem esse eam enim quę vniuersi manifeste talem esse vult, qualis est aliquando vocatus intellectus, non enim velut sensitiua est, neq; vt desideratiua, harũ enim motus non circulatio est. Amplius dicit in libro de somno & vigilia expresse dicit, quoniã autem existit secundum vnumquemq; sensum hoc quidẽ aliquid propriũ, illud vero aliquid cõmune, proprium quidẽ velut visui videre, auditui aũt audire & alijs secundã eundẽ modum. Est aũt quædã & cõmunis potentia quę sequitur omnes, quia & quod videt sentit, & sentit, non. n. visu quidẽ videt, quoniã videt & iudicat. Et expresse habetur ex libro de continuatione intellectus abstracti cũ homine, vbi dicit, virtutes aprehendentes materiales. s. sensitiuę nõ aprehendunt se ipsas, neque actionem suę dispositionis. Etiã Auer. 1. de aïa. 46. ait motus e[illegible] earum, non assimilatur circulationi, sicut actio intellectu apud eos assimilatur circulo, quia reuertitur supra se, & intelligit se, & ideo assimilatur ipsã A[illegible] rę. Quod ipse Auer. sit huiusmodi sententię patet per eius verba, si bene [illegible] rentur. 3. de anima. 3. vbi ex eius verbis dum dicit, ꝙ intellectus intelligit se [illegible] sum per accidens, talis ratio colligitur ad hoc propositũ. Si sensus intelligit [illegible]

A actum, & supra se reuertitur, hoc est vel p se, vel per accidens, cū inter ista nō detur medium. non per se, quia si sic, virtus sensitiua esset ipsa potentia intellectiua nobilior, atq; prestantior, quod absurdum est, & a ratione remotū. Si aūt dicatur, q̄ hoc est per accidens, sequitur aliud inconueniens, q̄ virtus sensitiua coincidit cum intellectu materiali, quod absonum est. Relinquitur ergo de mēte Auer. q̄ sensus exterior nullo modo suum actum sentiat. Hęc est etiam intentio Auer. in. cap. 1. de sub. orb, vbi reprehendit Auic. ponentem formas materiales mouentes corpora cęlestia. Nam ibi ponitur ab Auic. q̄ formę quibus mouētur corpora cœlestia, sunt alię ab eis, ad quas mouentur, & q̄ illę, quę debent esse non in materia omnino, & q̄ quę carent situ, sunt formę, ad quas mouentur, cū tamen illę, in quibus mouentur, sint formæ in materijs. Ex quo habetur, si bene verba Auer. ibi intelligantur, q̄ formę materiales non mouentur ad se ipsas, & in eis nō est circulatio, & consequenter nō cognoscunt suos auctus, et Auic. (vt patet recte inspicienti) non reprehenditur ab Auer. in hac re, nisi quia in eo ponebat formas mouentes materiales ipsā corpora cœlestia, & non in alijs. Ex quibus omnis propositę partem negatiuam esse veram. Adhoc respondeo, & dico, q̄ ista questio est satis difficilis in via Arist. & sui Cōmen. quod diuersas opiniōnum ostendit, tamē (quicquid dicat Petrus Ponponātius in sua apologia, & Suessanus, & Thomas de garbo, & S. Thomas in questionibus de veritate quęstio. 9. 1. q. & q. 10. Licet. S. Thomas per alia dicta in alijs locis vt est super. 3. de anima tex. 8. & super. 2. de anima lec. 13. in expositione tex. 65. videatur satis ambiguus in hac re quod mirum est de tanto Doctore) dico, q̄ pars negatiua est vera. s. q̄ sensus exterior non cognoscat suum actū, (vt bene probāt auctoritates, & rationes adductę) & ad auctoritatem Ari. 2. de anima, vbi videtur tenere, q̄ nos eadem virtute videmus, & cōprehendimus nos videre. Dico q̄ Ari. in textibus illis allegatis nō ad plenum determinat illam questionē, sed in sequentibus, vt patet per Auer. 144. dicti. 2. de anima, vbi continuando intentionem Ari. dicit. cū incepit perscrutari de virtute, quia sentimus nos sentire, vtrum sit eadem cum virtute propria vnicuiq; sensui? an alia? dedit in 1. sermone, ex quo sequitur eam esse vnam, & post alium ex quo sequitur eam esse plures, deinde sermonem concludentem eam esse vnam, & dissolutionem ex qua extuit ad declarandum, q̄ sensus, & sensibile sunt vnum in actu non diuersa, propter qđ contigeret, vt illud quod iudicaret super ipsum sensum esset aliud ab eo, quod iudicaret super ipsum sensibile, & cum hoc fecit, reuersus est ad illam eandem perscrutationem, quid clarius? Et sic patet non ad plenum ibi tale dubium Ari. determinasse. In sequentibus aūt non habetur pars affirmatiua dictę questionis, vt patet inspicienti verba Ari. Pręterea, dato q̄ Arist. secundum vltimum suę intentionis diceret, q̄ eadem virtute videmus, & comprehen

C dimus, nos videre, non propter hoc debet intelligi, q̄ dicat eadem virtute simpliciter, sed eadem hoc sensu videlicet, q̄ sensus communis se habeat, sicut centrum respectu sensuum particularium. Sensus autem particulares se habent sicut circumferentia. Vnde sicut omnes lineę protractę a circunferentia circuli ad centrum terminantur ad ipsum cētrum, et in eo vniuntur, sic omnes immutationes, quæ fiunt in sensibus particularibus, terminantur in sensum cōem, & in eo vniuntur. Vnde sensibilia exteriora immutant particulares sensus, vt color visum, sonus auditum, & ita de alijs. Sensus autē exteriores immutati, immutant ipsum sensum cōem, & sensus cōis immutatus a visu, ei vnitur & dicitur quodammodo visus differri secundum hoc ab auditu, & immutatus ab auditu, ei vnitur, & dicitur quodāmodo auditus, & secūdum hoc differt a uisu, & sic de alijs suo modo. Et sic remouetur contradictio, quę apparebat. Hoc modo etiam respondetur ad contradictionem, quę apparet in dictis Auer. nam Auer. in cōmentis allegatis innuit illud, quod Arist. in illis textibus dicebat tollitur. Quod autem hęc quam affirmamus, sit philosophi mens, patet per Themistium in. 2. de anima super tex. 149. vbi ait, quemadmodum enim quāuis multi magistratibus, libellioaes, pragmatici, exceptores, assideant, vnus tamen est qui ius habeat sententię proferendæ, ita & hic, tam & si multa instrumenta, machinamentaque,

Respōsio ad difficultatē.

Dictū notabile Themistij.

sint in quę rerum simulachra receptentur. Vna tamen vis arbitraest, quę de omnibus sciscat pronuntiet, iudicet hæc illa vis est, qua nos visu videre, & auditu audire, sentimus, eadem enim potentia percipi actiones sensuum necesse est, quia differētias actionū percipimus, non ergo verum est, quod Paulo ante volsumus probare, quū diximus visu nos sentire, hoc ꝙ cernamus, & auditu, ꝙ audiamus, hoc suum est sensus cōmunis ingenium, munusque cui noticiam omnium sensilium natura mandauit. Hęc ibi. Nescio quo clariori modo potest dici: hoc etiam dicit Ale. in paraphrasi de anima cap. de sensu cōi, vbi ait, hoc autem cōmuni sensu, & videntes nos, & audientes, & singulis sensibus sentientes, sentimus. Qui enim videt, audit ue, audire se se, & videre iam sentit. Namq; nō vlla potestate, quam sensu, nos sentire percipimus, neque tamen nos audire videmus, neque nos audire audimus, quum nec videre ipsum, aut visio visibilis sit, neq; audire, aut auditio, audibilis sit. Sed hoc primi & proprij sensus, qui cōis dicitur opus, & functio est. Simile dicit in paraphrasi de anima cap. de impulsu, et vi impulsoria. Item cap. intellectu in actu. Idē in tractatu de intellectu cap. 1. hoc et videtur dicere Simplicius in. 2 de anima in expositione. tex. 136. auctoritate Iāblici sic etiam tenet Albertus magnus in. 2. de anima tractatu. 3. cap. 7. in digressione de virtutibus interioribus. Dicit enim, ꝙ sensus communis vtiq; proprium est aprehendere operationes sensibiles. Nec ista positio voluntaria alicui videatur, si tam magni viri eam aplectuntur, est enim doctrina ipsius Zimarę in tabulis, et precipue super. 2. de anima locis allegatis. Et mirum est Petro Pomponatio, quomodo illud Aristot. imponat. Et hęc dicta sufficiant pro presenti concordantia.

Simplicius auctoritate Iamblici.

Secundo de aia. te. 141.

Solutio.

Sexagesimatertia contrad. est in tex. 141. Dicit Aristo. ꝙ vnus est actus sensibilis & sensitiui. Sed huius oppositū inuenimus apud Ale. in paraphrasi de anima. in cap. de intellectu in actu, vbi dicit ꝙ sensus non fit idem cum rei sensibilis specie. Soluitur. intentio Philosophi est ꝙ, cū sensibile concurrat sicut motor, & sensorium sicut motum, & quia idem est actus motiui & mobilis & motus est in mobili nō in motore, sic actus sensibilis et sensorij idē est, et est in sensorio nō in sensibili. Intentio autem Alex. est ꝙ sensus non sentit se, sicut intellectus ipsum intelligit post aliorū intellectionem. & illa rōne Ale. dicit ꝙ sensus nō sit idem cū rei sensibilis specie, quia post speciem rei sensibilis non est cōuersiuus supra seipsum, vt seipsum sentiat, sicut est de intellectu.

Secundo de aia. te. 146.

Sexagesimaquarta contrad. est in tex. 146. Arist. dicit sensum cōmunem cognoscere alteratim inter sensibilia diuersorū sensuū, & in eodē instāti. vbi Cōmen. dicit in com. ꝙ alietas est quędam relatio, & relatiua insimul existunt in actu. Sed ex hoc sequitur sensum cōem apprehendere relationem. Sed huius oppositum colligitur ex sniā Com. in. 2. de aīa. cōme. 134. vbi dicit ꝙ virtus, quę comprehendit istum esse Socratem aut filium Socratis, est superior ad virtutem sensuum. & ita videtur ꝙ relatio non cognoscitur a sensu communi. Soluitur. dictum Com. intelligitur de sensu exteriori, quia ille nō cognoscit substātiam, neq; relationem, sed sensus hominis interiores possunt hęc cognoscere, vnde intentio Cōmen. est ibi ponere differentiam inter illos modos duos, secūdum quos aliquid dicitur sensibile per accidens. vnus est non simpliciter, & est quando sensibile vnius sensus comparatur ad alium sensum, ex quo accidit vt sit coniunctū cū sensibili proprio illius sensus, vt si pomum fuerit coloratum & dulce dicitur sensibile per accidens respectu visus. nam hic est accidentalitas duorū sensuum exteriorū, qui sunt in eadem latitudine, quia ambo sunt exteriores, & vnus non est superrior altero. Sed scđs modus p accidens sensibilis est, qñ aliquod obiectum p accidens est coniunctum sensibili per se alicuius sensus, qđ tamen nō est obiectū alicuius sensus eiusdē ordinis, sed superioris, sicut si album accidat vt sit filius Socratis. vnde ista relatio accidit albo, & non pertinet nec ad visum, nec ad aliū sensum exteriorem, sed bene potest pertinere ad sensum cōmunem, qui est virtus superior ad visum, et ad reliquos sensus exteriores imo vt dicit Them. est princeps aliorum, & alij sunt sicut famuli & ministri eius. Et ne videatur tibi mirū, vt relatio sensibiliū rerū sensu percipiatur, vt est

sensibilis. nam Aristo. hoc expresse dicit in. 2. de anima. in text. cõ. 145. ꝙ quia nos vnumquodq; sensibiliũ ad vnũ quodque comparãdo discernimus & sentimus, & sentimus ꝙ differunt, necesse est vtique sensu. sensibilia. n. sunt, vbi Cõ. dicit ꝙ differentia est sensibilis, quę est inter sensibilia. licet. enim intellectus & differentiam inter sensibilia agnoscit, tamẽ in vniuersali & non signate, & sensibiliter. vnde videtur mihi relationem istam posse agnosci a sensu cõi, & nõ sola cogitatiua, vt aliqui voluerunt: aliter rõ Ari. in te. 146. non procederet, in qua demonstrat virtutem sensus cõis in eodem tempore indiuisibili apprehendere, & proferre iudicium de diuersis, vel contrarijs sensibilibus.

Vtrum Anima per maius tempus versetur in deceptione & ignorantia, quam in scientia.

Aristo. 2. de anima. 151. contra antiquos dicit. Et tamen oportuit simul ipsos de deceptione dicere, magis proprium enim est animalibus, et plurimum tẽpus in hoc perficit anima. Et Auer. in co. dicit. Error enim magis inuenitur in animalibus, & anima in maiori tempore inuenitur ignorans, & errans, quam sciens. Ex quibus clare patet, animam versari per maius tempus in deceptione, & ignorantia, quam in scientia. Oppositũ huius habetur ab Aristo. 2. cęli 35 vbi ait, neq; ęquali tempore pręter naturã, & secundum naturã. Hęc dicit Auer. in co. vbi ait, sed vniuersaliter huic sermoni contingunt impossibilia, quorũ vnũ est, vt tẽpus dispositionis, quod est extra naturam, sit æquale tempori dispositionis naturalis, quod est contrarium sensui. Idem. 3. cęli. 24. vbi ait, & contingit ex hoc, vt res sensibilis sit non naturalis, quia nihil videmus, cuius duratio secundum suam dispositionem naturalem, sit minor, quã secundum non naturalem, verbi gratia, quia sanitas est naturalis, & infirmitas non naturalis necesse est, vt tẽpus sanitatis, sit eius tempore infirmitatis. Et post subdit, quasi igitur dicat, nihil videmus in dispositione naturali, cuius tempus sit breuius, cum in dispositione non naturali, ita ꝙ impossibile est credere, ꝙ ita est in aliquo ente. s. ꝙ tempus sui esse in dispositione non naturali, est longius, ꝙ autem scientia sit dispositio naturalis, patet per philosophum. 1. metha. in principio.

Dispositiones naturales sunt lõgioris tẽporis quam innaturales.

Ad hoc breuiter respondeo, & dico, ꝙ dispositiones naturalis sint longioris tẽporis, quam in naturale, hoc verum est(vt dictę auctoritates dicunt(tamen propter aliqd impedimentum. & per accidens aliqua dispositio naturalis est minoris temporis, quã in naturalis, vt est de scientia. & hoc modo habet veritatem, & intelligitur dictum philosophi, & Auer. 2. de anima. 151. Nam homo per plurimum tempus propter accidentia ipsi perturbationem prebentia in ignorantia existit. Hęc autem responsio est Simplicij in hoc loco, quę consona est Aristo. in 10. ethi. ca. 10. plura impedimenta narranti. Et si dicatur, ergo in scientia ab Ari. ponitur id quod est per accidens, cuius oppositum dicit in. 1. poste. dum ait, demonstrationes non sunt de his quæ sunt per accidens. Ad quod respondetur, ꝙ propositio Ari. posita in. 1. posteriorum glosatur ab Auer. 4. phy. 20. hoc modo. s. ꝙ intelligitur de his, quę sunt per accidens raro, fallit aũt de his, quę sunt per accidens semper, nam de his quę sunt per accidens semper, possunt fieri demonstrationes verę non essentiales, quæ dicuntur demonstrationes dialecticę. Tamen notandum est (vt ait Zimara theo. 42.) ꝙ per demonstrationes veras, & non essentiales, non debemus intelligere demonstrationẽ, quę fuit definita in 1. 1ro poste. quia ibi ostensum fuit, ꝙ demõstratio procedit ex his, quæ sunt ꝑ se & necessaria. & ꝙ oẽ necessariũ ex quo fit demonstratio est per se. Sed per demonstrationes veras, non essentiales, quę dicuntur dialecticæ, intelligat rõnes, q̃ procedunt ex veris, & necessarijs, non tamen ex his quę sunt per se, et iste appellantur rõnes logicę, & non dicuntur proprie demonstrationes. Vnde Themi. 2. post. ca. 40. dicit ꝙ põt fieri reciprocatio in rõnibus a cã ad euentum, & ab euentu ad cãm. sed processus ab euentis ad cãs est logicus syllogismus, processus vero a causa supra euentum, est absoluta demonstratio. Et sic dubium cessat.

Secundo de aia ex. 151.

Sexagesimaquinta contrad. est super tex. 151. Ari. in hoc textu dicit ꝙ deceptio est magis propria animalibus. & in hoc plurimũ tẽpus perficit aĩa. Sed vtrumque videtur falsum esse. qa cognitio veritatis, cum sit animę perfectio, videtur esse magis ꝓpria aĩę. Secundum ẽt falsum esse videtur, quia tempus dispositionis naturalis, & pręter naturã ęquale esse nõ potest, vt patet in. 2. cœli tex. cõ. 35. vbi Com. dicit in paraphasi ꝙ tempus sanitatis est prolixius tempo-

Solutio. re egritudinis. & .1. celi te.cõ.15. que preter naturam sunt, citissime corrumpũtur. Nisi esset ꝙ istud Arist. declarauit quõ sit magis proprium, videlicet ex parte temporis, non quia sit magis naturale. Et quando arguitur ꝙ tempus non potest esse æquale dispositionis naturalis, & preter natu. ani. Respondetur, ꝙ hoc locum habet in dispositionibus, que immediate insequuntur formam ab agente mediante forma: iuxta illud, agens quantum dat de forma tantum dat de accidentibus consequentibus formam, mediante tamen forma, sed cognitio nõ datur ab agente dãte aĩam, sed causatur ab obiecto & potentia cognoscente. & licet aĩa plari tempore versetur in ignorantia, q̃ in scientia, tempus tamen illud breue eligibilius est. quo versatur in sciã, q̃ tempus prolixum, in quo versatur in ignorantia, sicut preponendum est tempus breue in felicitate, quã prolixũ in miseria: & ita ad huc non est æqualitas si bene consyderas. propriũ igitur [illegible] mitur, quo ad cñ, & non aliter. nã multis modis ꝓpriũ dicitur, vt patet [illegible]

Secundo de aia.cõ. 153. Solutio. Sexagesimatexta contrad. est in cõ.153. Dicit virtutem imaginatiuam [illegible] gui ab alijs virtutibus. In cõ.20. huius secundi dicit oppositum. Soluitur, hic loquitur de perfecta imaginatiua, que est in determinata parte corporis, & que est non solũ respectu presentis obiecti, verũ ẽt respectu absentis. sed ibi loquitur de imaginatiua imperfecta, que solum in imperfectis animalibus, & solum circa presentia obiecta actum habet, que disseminata est per totũ animalis corpus.

Secundo de aĩa.cõ. 153. Solutio. Sexagesimaseptima contrad. est ibidem. Dicit imaginatiuam differre ab intellectu & consilio, quia imaginamur dũ volumus. Sed fuit oppositũ, ꝙ [illegible] nihil, quia a pari intelligimus cũ volumus. Soluitur. bene intelligimus dum volumus, sed non intelligimus verũ cũ volumus, sicut est de sensu et imaginatiua.

Secundo de aĩa.tex. cõmen.155. Solutio. Sexagesimaoctaua contradictio est in tex.co.155. Ponuntur ibi quatuor habitus. Sed oppositũ habetur.6.ethic.ca.4. vbi sex ponuntur habitus. Soluitur. Philosophus hic distinxit solum habitus, qui noti erãt ab Antiquis vsq; ad sua tẽpora: sed in.6.eth. enumerat oẽs habitus, quos ipse ex puris naturalib. [illegible]

Secundo de aĩa.tex.156 Solutio. Sexagesima nona contradi. est in te.156. In eodẽ cõ. dicitur sensus esse verus in maiori parte. Et tamẽ oppositũ dixit supra in, 152. vbi habetur ꝙ [illegible] per veri. Soluitur. supra loquebatur de sensu, vt mouetur a sensibili [illegible] quitur, vt ex se componit. Sed cont. nãm ẽt sensus, vt mouetur a sensibili, nõ est semper verus, sed frequenter, sicut patet.2.de aĩa.comm.63. & ideo [illegible] psit semper supra idest in maiori parte. Vel si vis ꝙ ly semper sumatur, [illegible] gulter contra frequenter, dicas ꝙ illud est verum, seruatis illis tribus con[illegible] nibus positis a Themistio in.2.de anima, super te.63. Et auer. seipsum [illegible] similiter.4.metaphy.cõ.26. vbi habet hec verba. Comprehensio autem, [illegible] vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione est vera semper. Ex[illegible] **de secundo dicta sufficiant.**

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROÏS.

Super Tertio de Anima.

Tertio de anima, te. 1.

Contradictio est in tex. 1. Aristote. in hoc tex. videtur dicere ꝙ per intellectum materialem, qui possibilis est vocatus, homo intelligat. sic enim exponit Themi. & Commen. illud, quod dicitur hic. De parte autem animę, qua anima intelligit & sapit, i. per quem homo intelligit & sapit. Sed huius oppositũ scribit Ale. in tracta. de intellectu cap. 3 vbi habet ꝙ intellectus agẽs est effectiuus intellectionis. & videtur esse ẽt de sententia Commen. 3. de anima. cõ. 19 vbi dicit ꝙ comparatio intellectus agentis ad materialem est comparatio quę est principij mouentis ad materiã motam. Soluitur intellectus agens, siue Deus sit, vt posuit Ale. siue sit pars animæ nostrę, vt voluit Them. & Cõmenta. pro tanto dicitur esse effectiuus intellectionis, quia comparatio eius ad intellectum materialem est sicut comparatio lucis ad diaphanum. comparatio aũt intentionum imaginatarum ad ipsum est sicut cõparatio coloris ad visum. & sicut lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellectus materialis. & sicut diaphanum non mouetur a colore neq; recipit ipsum, nisi quando lucet, ita intellectus materialis non recipit intellecta, quę sunt hic, nisi secundum ꝙ perficitur per istũ intellectum & illuminatur per ipsum. & sicut lux facit colorem in potentia esse in actu, ita ꝙ possit mouere diaphanũ, ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potẽtia esse actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierũ intellectarũ intellectus agẽs dicitur esse effectiuus intellectionis: aũ iudicium ipsum & discrimen, quo obiecto intellecto iudicamus sit p intellectũ possibilẽ. nã, si sensus habet virtutẽ, p quã discernit sensibile, multo magis intellectus materialis. Vnde teneo intellectionem formaliter, qua intelligimus & iudicamus, immediate produci ab intellectu materiali illuminato p intellectũ agentẽ, & informato speciei intelligibili, sed dicitur ab intellectu agente causari rõne speciei, quia illa est ab intellectu agente effectiue. Et ita videtur esse sñia Aue. in. 3. de aĩa. in. cõ. 19. vbi dicit ponendo differentiam inter intellectũ agentem & passibilem ꝙ differunt in hoc, ꝙ iudiciũ est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem non est secundum illum modum in capitulo pfectionis agentis. Et ẽt, si opinio opposita vera esset ꝙ intellectio immediate produceretur ab intellectu agente in nobis, non propterea sequeretur hominẽ formaliter intelligere per intellectum agentem, sed per intellectum materialem, quia eo formaliter anima intelligit & sapit. nam oẽs expositores sunt concordes in hoc, ꝙ intellectus, de quo Ari. loquitur in hoc principio. 3. de aĩa est intellectus materialis. vnde, licet motus effectiue sit a motore, nõ tamen formaliter est in motore, nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. ita est ẽt de intellectione, quę est quidã motus, licet ęquiuoce dictus. & hoc tangit Com. in pręadducta differentia. Et, si replicetur in oppositum per authoritatem Themi. in. 3. de aĩa. ca. 27. vbi dicit hoĩs essentiã esse intellectum agentem & ꝙ oĩs actio inde deriuatur et dicatur. Sol. Them. vt tradit Com. 3. de aĩa. cõmen. 20. opinatus est intellectũ materialẽ & agentem, & speculatiuum esse vnũ subiecto, & differret secundum modũ. Et licet hoc teneat The. aduerte tamen ꝙ in via eius iudicium formaliter attribuitur nobis per intellectum materialem, non

Solutio.

quatenus ex potestate cõstat, sed quatenus agens est intellectus, quia illinc eis A actio dicitur atq; deriuatur. Quod si intellectus materialis non accipit indiuisibiliter ea, quæ intellectus agẽs tradit indiuisibiliter nihil est ꝙ miremur, cũ huius rei illud exploratum habemus, ꝙ affectiones corporum, candor, nigror, & eius generis cęterę, quæ quãuis propria ratione & suapte natura indiuisibiles atque insecabiles sint in materiam, tamen diuisibiliter & secabiliter recipiuntur. Et ex isto capite recte perpenditur sc̃dm Themistiũ intellectũ agentẽ & materialem esse vnum subiecto: quod bene Cõme. videtur intellexisse. Et sic habes quid in via Ale. Co. & The. sit dicendum in hoc quęsito arduo, sicut vides.

Tertio de anima tex. 2.

Difficultas quo pacto intellectus intelligat.

Solu Scoti.

Secunda contrad. est super tex. 2. Arist. & Commen. videntur dicere intelligere esse sicut sentire, & ꝙ sit pati. Sed huius oppositũ memini me legisse apud Alexandrum in tractatu de intellectu, vbi capit. 5. dicit. Intellectum peculiare esse, actiuum esse. & intellectio, vt inquit, est ei actio, et nõ passio. Subtilis doctor perscrutans circa hoc in quæstione. 13. quolibetorum in artic. 3. dicit non esse sensus, ꝙ intelligere sit pati formaliter, ita ꝙ sit de genere passionis, sed ꝙ formaliter denominat per hoc, ꝙ recipitur in aliquo subiecto: vt sit sensus. intelligere est recipere intellectionem, & sic ẽt sentire est recipere sensationem. Vnde, si obiectum vel Deus causaret sensationẽ, non diceretur sentire. similiter, si intellectus causaret effectiue in se intellectionem, non propterea diceretur ex hoc intelligere, sed potius ex hoc ꝙ recipit intellectionem. Sed ista declaratio non bene B exprimit sensum Ari. nec aperit aliquid proprium sensationi & intellectioni, in quo distinguuntur ab aliis formis denominationibus, nã hoc est cõmune omnibus formis denominantibus ab intrinseco, ꝙ sunt per informationem in re denominata, immo & motus ipse denominat mobile, in quo est formaliter, & non denominat motorẽ. Pręterea stat aliqd denominare aliquid, in quo tñ nõ est de inhęrentia; sicut communiter dicitur de sex principiis. Dicamus igitur, vt alias diximus, ꝙ sensus et intellectus materialis sunt de virtutibus aię passiuis secundum sniam Cõmen. in. 2. de anima. cõ. 51. & 3. de anima. cõ. 4. potentiarum aĩę passiuarum proprium est moueri ab obiecto, cui attribuũtur. &, quia sensus mouetur a sensibili, & intellectus ab intelligibili, ideo intelligere est sicut sentire. Non tamen ꝙ in passione vera sunt duo. vnum est contrarietas, merito cuius est aliqua corruptio; secundo est receptio formę. sentire & intelligere de passione nõ habent nisi receptionẽ tantũ, qa in eis non est vera cõtrarietas, merito cuius cõmitetur aliqua corruptio, & ideo est alterũ genus alterationis, & passionis ipsa sensatio, ꝗꝙ sint veræ alterationes, quę fiũt veras passiones & passibiles qualitates, vt dicitur, 2. de anima. text. cõ. 57. & 58. in. 3. de anima text. cõ. 28. In talibus enim est euasio & perfectio, vt dicit Commen. etiam in cõ. & The. in eo C dem loco super. 2. de anima dicit idem. Vnde, quia sensatio præsupponit receptionem specierũ, & intellectio receptionem specierum intellgibilium, sic sentire & intelligere consistunt in quodam pati, tanquam in necessario pręsupposito [illegible] hoc, ꝙ sit sentire & intelligere. Sed intelligere & sentire formaliter non sunt receptio specierum, quia, vt scribit Commen. in. 2. de anima. cõ. 149. recipere [illegible] quid est aliud a iudicare illud. Et Ale. dixit paraphrasi de anima, in illo cap. vbi agit de intellectu practico & specu. ꝗꝙ per corporeas affectiones sensuum [illegible] ctio fiat, sentire tñ non est pati, sed iudicare atq; discernere. Et ideo Ale. [illegible] loquens in via Peripateticorum voluit potentias animæ distingui in actiuas & iudicatiuas, appellans actiuas potentias animæ vegetatiuæ: reliquas vero [illegible] sus & intellectus in numero potentiarum iudicatiuarum, quia istę sunt virtutes discernentes & iudicãtes. vnde. 2. de aĩa te. cõ. 150. videtur aũt intelligere & [illegible] pere tanquam quoddam sentire esse, in vtrisque. n. aĩa iudicat aliquid & [illegible] scit. Aduerte tñ licet sc̃dm Auer. & Ale. tam intellectione, quam in sensatione concurrat specierum receptio, quę est passio quędam, differenter tamen est [illegible] passio in sensu & in intellectu, quia sensus patitur, patiẽte aliquo organo, vt dicitur. 7. phy. t c. 12. sed intellectus nõ patitur, patiẽte organo, quia nullius organi est actus 3. de aĩa. tex. cõm. 5. Sed tunc est difficultas apud viam Themi. negantium specierum receptionem in intellectu materiali vere, [illegible]

Confutatio.

Propria solutio.

A similitudo ista intelligendo, in hoc, quod Ari. dicit intelligere esse sicut sentire, & quo sit quoddã pati. Dicamus nos q̃ in via istorum ista sunt in intellectu in telligenda scdm similitudinẽ & nõ vere, vnde in substantia intellectus materialis vere non recipitur aliqua species, sicut in sensorio recipitur species: sed qa accidit substantię intellectus materialis pp mixtionem, inquantum videlicet tãgit magnitudinem vt intelligat ea, quę sunt hic, sicut sensus in sentiendo per speciem dependet ab obiecto sensibili sic intellectus a phãtasmate. 3. de aĩa. t. c. 30. intellectiuę animę phantasmata vt sensibilia sunt. sicut igitur sensus, ad hoc q̃ sentiat, mouetur a sensibili, sic intellectus materialis ad hoc, vt intelligat, oportet vt quidditatem in phantasmatibus speculetur. 3. de anima tex. cõ. 32. species intellectiuas in phantasmatibus speculatur. Sed tunc est difficultas, si intellectus nõ intelligit per receptionẽ speciei sicut sensus, quõ igitur intelligere est pati scdm istã viã; & quõ Ari. dixit intellectũ locũ esse specierũ. 3. de aĩa. cõ. 6. vbi laudat Antiquos? & 3. de aĩa. te. cõ. 38. lapis non est in anima, sed species? Soluitur scdm viã similitudinis. Nã intellectus, vt intelligit, sic discernit iudicat, & intelligere formaliter non est pati, sed iudicare & discernere obiectum intellectum, s. d. quia hoc iudiciũ quod affert de istis, non competit sibi inquantũ intellectus est, sed inquantum est tangens magnitudinem; nullus enim intellectus abstractus vere a magnitudine intelligit aliquid eorũ, q̃ sunt hic, vt dicit

B The. 3. de anima. ca. 45. & est ẽt sñia Com. 3. de anima. cõ. 19. sic igitur intelligere intellectus materialis fit de rebus sensibilibus, quæ sunt potẽtia intellecta ꝓ quanto fit in phantasmatibus, sicut sentire fit respectu sensibilis. &, quia hoc sibi ex passione cõtingit, vt magnitudini est cõnexus & iunctus, sic intelligere est quoddam pati, quia huic intellectui vt moueatur ab obiecto, quod est hic in phantasmate relucente hoc sibi accidit, & sic est passiuus nõ vere, non solũ qa non per aliquid verum ẽt quia neq; vere in sua substantia aliquid percipit per informationem, sed solum mõ prædicto per viam similitudinis. Sed tunc est in hoc difficultas, quia intelligere videtur esse actio trãsiens, et non immanens. Dic q̃ iudicium est in iudice. Co. 3. de anima. cõ. 19. iudiciũ est in capitulo pfectionis licet igitur actus intelligendi intelligatur quodammodo transire in obiectum, hoc est, ꝓ quãto terminatur ad ipsum: tñ iudiciũ est actus iudicis, & virtutis discernentis. Et hoc voluit Alexan. in prędicta authoritate, quę in principio cõtradictionis adducebatur, q̃ intellectus actiuus est, & intellectio est ei actio & nõ passio. Scis igitur ex sententia Peripateticorũ, quõ intellectio nõ est passio formaliter, sed iudiciũ. & quia iudicium attribuitur formę & agenti, potius est ãtio quã passio. verissime tñ est qualitas, q̃ est in ipsa virtute iudicante. Et, qa nõ incõuenit vnã & eandẽ formam posse spectare ad diuersa p̃dicata scdm di-

C uersas habitudines, qualitas. n. est scdm quam quales esse dicuntur: &, qa ab intellectione dicitur intellectus intelligẽs, & sensus a sensatione dicitur sentiens sic sentire: & intelligere sunt qualitates. Si hoc intellexerit Scotus ille subtilis bene dixit. Si vero cõsyderẽtur, vt p̃supponũt receptionem specierũ, q̃ receptio est passio quædam, sic sunt in capitulo passionis. Si cõsyderentũ in ordine ad potentiam elicientẽ istos actus, sic sunt actiones. Sic concorda dicta sapientũ. Si q̃ratur in via Theophrasti & Themi. cur sensus non põt sentire sine receptione speciei, & intellectus materialis potest: Dic, quia intellectus est substãtia immaterialis, cui competit receptio vera, sensus vero est materialis & virtus organica, & licet recipiat sine materia, alteratũ tñ quodã modo, & patitur patiẽte organo. vnde sensibilia excellentia corrumpũt sensum 3. de anima. tex. cõ. 7. sensus enim consistit in quadã consonantia & ratione. 2. de anima. te cõ. 143. Sed intellectus, cum nullius organi sit actus, non opus est vt intellectio fiat per contactum, sicut sensatio. Hac. n. rõne ostendit Ari. in. 7. phy. q̃ in sensatione alterãs & alteratum sunt simul, quia alteratio quędam sensus esse videtur, te. cõ. 12. Sed intellectus, cũ nõ sit corpus neq; virtus in corpore, potest iudicare de obiecto sine receptione vera speciei in sua substantia facta. Vnde, vt dicebatur ex sententia Philosophi. 2. de anima, te. cõ. 150. intelligere & sapere videtur tãquã qddã sentire esse: ꝓpterea quia in vtraq; aĩa iudicat aliquid, & cognoscit aliqd corũ

quę sunt. Hoc.n. argumento decepti sunt Antiqui, arguentes in secũda figura ex duabus affirmatiuis. Non est igitur similitudo penes formalem receptionẽ specierum vtrobiq;, sed penes iudiciũ, sicut vides. Sed differt iudiciũ intellectus a iudicio sensus. quia sensus ad hoc vt iudicet, pręsupponit in sensorio passionem a sensibili respectu speciei sine materia. sed intellectus hoc non requirit: ideo põt diudicare sine receptione spẽi in sua substantia, sed in parte sensitiua, in qua recipiuntur phantasmata. & sic alteratio est in parte intellectiua, nõ ratione subiecti, sed ratione virtutis sensitiuę, quę est coniũcta ei, cui accidit vt [illegible] tangat eam, ex parte.s. qua intellectus est. Et hoc fuit in causa ꝙ Aristo. [illegible] aīa locuturus de virtute sensitiua in genere, premisit sentire in quodam [illegible] moueri consistere, in tex.cõ.51. sicut tũ cõcessum erat ab Antiquis, vt patet [illegible] anima. tex.cõm.79. Et ideo, quia mens eius non erat hoc sane dictũ simpliciter sensum pati & moueri, & ab alio agere, seu in actu esse, ideo ibi in tex.cõ. apponit corrigendo hoc dictũ. primũ quidem tãquam idem sit moueri, et [illegible] & agere dicimus. & motus est actus quidam, imperfectus tñ. Vbi, vt notat [illegible] dissimus Themist. innuit differentiã inter moueri & agere, & inter pati & [illegible] re. licet enim sensus patiatur & moueatur a sensibili, vt dictũ fuit, non [illegible] ratione sensibilis in hoc, ꝙ iudicium sumit de sensibili, sed hoc habet ex [illegible] sua ratione formali. in plus enim est agere, vel in actu esse, quã sit motus [illegible] sio, nam vt d. Themist. ibi, ita actus excedit motũ, sicut genus [illegible] nam motus est actus quidam.s. imperfectus: ratio autem actus generalior [illegible] si instetur contra hoc authoritate Philosophi in lib. de sensu & sensi. vbi [illegible] ꝙ sensibile sensum agere facit: & in.2. de anima. te.cõ.59. vbi dicit, [illegible] operationis sensibilis sunt extra: Dic ꝙ facit ipsum esse in actu, ꝙ ad [illegible] ceptionem, pro quanto sensus patitur aliquid patiente organo, vt dictum [illegible] non facit ipsum agere in hoc, ꝙ discernit & iudicat, quia hoc habet ex [illegible] trinseca ratione. sensus enim intellectus sunt ex virtutibus animę, quę [illegible] discernere & iudicare, sed sensibile solum quo ad hoc habet virtutem [illegible] excitare, & est sibi occasio non causa principalis ferendi iudicij. organum [illegible] non patitur a sensibili sc̃dm passionem corruptiuam: neq; passiue: non enim albescit, nec nigrescit, vt patiuntur corpora: immo talis alteratio in perfectionẽ terminatur, quia est receptio specierum sine materia, & sensitiuum etiam opera tur non vt potentię factiuę, sed secundum iudicium & cognitionem.

Vtrum intellectus omnia possit cõprehendere?

Aristo.3. de anima.4. vbi secundum Auer. intendit demonstrare intellectum possibilem non esse corpus, neq; virtutem in corpore, ait, Necesse est [illegible] quia omnia intelligit, immixtum esse. & ꝙ intellectus omnia intelligit, [illegible] de propositionibus, in quibus Arist. demonstratio fundatur. Etiam Auer.2. [illegible] 47. innuit, nihil naturaliter esse ignotũ. Hoc etiam velle videtur.1. de gña. [illegible] 19. Oppositum huius videtur velle Auer.2.cęli.34. vbi ponens modos [illegible] di quęstiones, dicit. Aut facit hoc propter errorem accidentem ei, putãdo ꝙ [illegible] nia comprehensibilia sunt, & nota certe. Ad hoc respondeo, ꝙ (vt ex [illegible] bis patet) ista verba non repugnant locis superius allegatis. quia addit [illegible] certe. Vnde aliud est, ꝙ omnia possint cognosci. Et aliud est ꝙ omnia [illegible] cognosci certitudinaliter. Videas Auer.2.cęli.60. dicentẽ, ꝙ homo non [illegible] enuntiare in qualibet re, secundum eius naturam: ideo enuntiat secundum [illegible] posse. Vnde de aliquibus intellectus habet cognitionẽ per demonstrationẽ [illegible] aliquibus per signa, & coniecturas. Et propter hoc credentes ꝙ quamlibet [illegible] stionẽ possimus per certã causam exquirere, errant, quia non quęlibet [illegible] scitur per causam, & verã certitudinẽ, scitur. quia hoc impugnauit Aristo. [illegible] Sed facit maiorem difficultatẽ quod Auer. ait.2. cœli.16. vbi de illa [illegible] quę sit nobilior pars cęli, an illa quę est sub polo artico, an illa, q̃ est sub polo antartico? ait, ꝙ intellectus humanus non potest comprehendere veritatem huius comparationis. Nam hic absolute dicit intellectum non posse cõprehendere. Ad hoc dupliciter, ꝙ Auer. ibi per illa verba arguit difficultatẽ non impossibilitatẽ. Sicut ipse in simili dicit de exemplo Aristo.2. meta. [illegible] aliter dicendum est, ꝙ in tali quęstione intellectus humanus non potest [illegible]

secundum

A secundum naturam rei sed solum secundum suam capacitatem iuxta eiusdem sententiam.2.cęli.60. Et tollitur dubium.

Tertia contrad. est super cō.4.&.5.Com. tenet intellectum materialem esse abstractum, & immortalem. Sed huius oppositum habetur in.3 de anima.tex. cō.20. vbi loquens de intellectu agente dicit ꝙ ipse solus est immortalis. & patet ꝙ hoc nō potest absolute intelligi. quia vltra intellectum agentem ēt intelligentię mouentes orbes sunt abractę & immortales. igitur hoc intelligitur comparatiue, in ordine videlicet ad cęteras animę virtutes & potestates. & ita intellectus possibilis non est immortalis. Soluitur. inter virtutes animę sunt duę, quarum vna est omnia fieri, alia est omnia facere: sed illa, quę est omnia facere, ē pstantior ea, quę est omnia fieri, & sic in supremo gradu abstractionis sola essentia intellectus agentis peruenit: sicut si quis dicat Solem esse magis abstractum, ꝙ̄ lucem. Ex hoc tamen non sequitur quin intellectus potestatis ēt abstractus sit, quia abstractio & immortalitas non consistit in puncto, sed habet latitudinē magnam. quia distantię entium sunt valde diuersę.2.cęli.cō.64. vnde intellectus materialis est in infimo gradu abstractorū.3.de anima cō.16. concordat Them.3.de anima.cap.36.& sic elicio solutionem istam. aliter etiam dici potest, vt notaui in tabulis.

Tertio de anima.com. 4. &.5.

Solutio.

Auer.3.de anima.4.ait circa finem Contraria enim alia sunt in specie a me-
B diis. Et.6.phy.32. post dimidium dicit Et intelligo hic per medium non illud, quod diuersatur secundum magis & minus, Sed illud, quod diuersatur secundū formam, & qualitatem: Quoniam pallidum non differt ab albo secundum magis & minus, sed secundum qualitatem. Et si non, esset eiusdem speciei. Et.3.methcororum.cap.de Yride dicit Medium autem dicitur, secundum duas species, Vnum eorum secundum veritatem, & prius. & est medium inter duo contraria, Cuius esse consistit in complexione duarum extremitatum, & ipsum, secundum quiditatem, est diuersum a duabus extremitatibus. Secundum autem dicitur similitudinarie, & secundum posterius, & est medium inter duo contraria secundum quantitatem tantum. Sed diuersificatur secundum magis & minus a duobus extremis. Hę auctoritates adeo efficaces videntur, ꝙ multi tenuere, (vt Paulus venetus.1.phy.46.& alij) ꝙ specie differant talia media ab extremis, Et sunt composita fundamentaliter ex ipsis, sicut forma mixti: Quia forma mixti, si esset composita ex elementis, esset corpus: quia esset composita ex quattuor elementorum corporibus, Et ideo in materia recipi non posset. Quia in materia corpus non recipitur. Eodem modo isti colores medij, sunt compositi ex extremis, tanquam ex fundamento, quia necesse est ꝙ vt sint in subiecto. Et ꝙ materia fuerit pręposita formis extremis. Et ista
C positio, ꝙ media ista ab extremis specie differant, est quasi via communis: vt dicit Burleus.6.physi.32. Oppositum tamen dicit Auer.10.meth.23. vbi ait. Et ideo si media differunt specie ab extremis non esset illic inter, quod est necessarium in motu, vt declaratum est in naturalibus, Nec esset illic transmutatio omnino. Ad hoc respondetur. Et pro ipsius dubitationis tituli declaratione, est notandum. Quod medium (vt ait simplicius in expositione.43.1.de physico auditu) est triplex. Quoddam dicitur mediū, per abnegationem extremorū vt lapis neq; cęcus, neq; videns. Alio modo dicitur medium, per participationem extremorum, vt temperatum & pallidum.5.phy.32. Tertio modo dicitur medium, quod continet virtutem, & actus extremorum, vt.4.cęli.22. vt aer, & aqua, sunt media inter ignem, & terram, Et hoc, quia continēt virtutes extremorum, Quia descendunt, & ascendunt, secundum ꝙ locantur: dubium nostrum est, de medio secundum compositionem. Sed antequam dicta oppositio soluatur. Pro maiori notitia videndū est breuiter, quia ad longum de hoc tractare non intendo, Vtrum talia media secundum compositionem contineant extrema realiter, vel secundum virtutem tantum? Vna est via, quam sequitur sanctus Thomas, Scotus, Burleus, Pomponatius, & magna latinorum pars scilicet ꝙ media contineant virtualiter extrema. Et contra aliam viam, arguunt. Data veritate istius positionis, sequeretur ꝙ contraria essent simul in eo

** Vtrum medium ex extremis compositum specie ab eis differat.*

Mediū triplex.

An media realiter contineant extrema.

Quod colores non medij componuntur ex duobus. s. albo, & nigro Aue. 4. me. 27.

Opinio ale. Io. gramma. sim. et Aue.

dem, contra Aristo. 10. metha. & alibi. Secundo sequeretur, ꝙ forma illa media essent composita, contra Gilbertum porretanum in libro sex principiorum. Tertio sequeretur, ꝙ ex duabus speciebus fieret tertia species contra porphy. cap. de differentia. Quarto, ꝙ magis vrget. Auerro. 10. metha. 7. att. Contraria vero habentia medium: possunt esse in medio potentia, non actu, nec perfecte. Et sic ista via tenet ꝙ media sunt simplices formę inter extrema, & non sunt compositę ex extremis tanquam ex partibus. Et omnes auctoritates in contrarium soluunt, Dicendo ꝙ ista compositio intelligitur secudum virtutem, Et ꝙ media, licet in se sint formę simplices non habentes compositionem realem, tamen in ipsis medijs continentur extrema, vt tepiditas est forma simplex, non composita ex calido & frigido realiter, sed secundum virtutem, quia habet virtutem infrigidandi calidum, & calefaciēdi frigidum. Et ideo medium habet virtutes extremorum. Eodem modo pallidum est medium inter album & nigrum, Et secundum virtutem dicitur compositū. Et hoc modo glosant auctoritatem Auer. 56. 1. physi. & omnes alias. Alia est via, quę videtur via Ari. vt patet. 1. phy. 46. o. methaphysi. 17. & Alexandri, Ioannis grammatici, simplicij, Auerrois, & multorum ex modernis. Vt Ioannis hyspali, Zimarę, & aliorum clarissimorum virorum, Et ista via est, ꝙ media ex extremis componuntur. Et ista extrema, quando refranguntur per alterationem, & actionem, possunt se compati. Et nisi hoc esset, tolleretur mixtio & complexio, & sic tota medicina rueret. Videas. 2. de generatione. 43. vbi habetur ꝙ quando elementa veniunt ad mixtionem, necesse est intensiones elementorum remitti. Et cum hoc fundamento. 3. cęli. 67. Auer. mirabili artificio processit. Quod quando elementa veniunt ad mixtionem, corrumpuntur secundum qualitates extremas, & reducuntur ad medium, & fit forma mixti, quę est superaddita elementorum formis, & non est composita ex eis. Ita dicit Aristo. 2. de generatione contra Empedoclem. Et Auerro. 7. methaphy. vltimo. Forma carnis non est terra. nec ignis. Et hęc via est mens Auer. 1. phy. 56. 5. physi. 61. 19. & 10. methaphy. 23. 4. cęli. 26. 2. de anima. 95. Et ista fuit indubitata mens Auerr. Et aliter intelligere, auctoritates commentatoris: est glosare violenter, & pręter eius intentionem. vt patet. Vnde Burleus, & si ex opposita parte fuerit: ab ipsa tamen veritate coactus. 5. phy. 52. ait ꝙ mens Auer. est ꝙ contraria manent actualiter & realiter in medio. Et ꝙ dicta Commentatoris ibi non possunt nisi violenter glosari. Ad argumenta vero, respondetur. Et ad primum, dicitur. Quod non est inconueniens ꝙ sub esse refracto, duo contraria sint in eodem. Ad secundum dicitur. Quod secundum hanc viam non dicitur, ꝙ media dicant formam realiter distinctam ab extremis. Ad tertium dicitur, Quod argumentū non concludit, contra viam Auer. Quia media inter contraria non sunt specie distincta ab extremis. Et si dicitur, ꝙ in libro de sensu & sensibili ponuntur septem colorum species. Respondetur, ꝙ duæ sunt simplices species: alię sunt compositę. Ad quartum ad auctoritatem Auerro. & etiam Aristo. dicitur, ꝙ Arist. & Commentator voluntde monstrare, ꝙ in omni genere est vnum primum quod est mensura omnium. Et ponitur exemplum in coloribus. Et isto modo dicit Auerro. ꝙ colores medij non sunt compositi ex extremis, in ratione mensurę. Immo in ratione mensurę componuntur ex albo. Quia est mensura eorum. Ad quintum dicitur, Quod Auer. in. 4. metha. 27. per potentiam non intellexit: puram potentiam: Sed intellexit potentiam, actui admistam. Sicut in simili ipse dixit, in fine primi de gene. vbi exponit quomodo elementa sunt potentia in mixto. Per potentiam exponit. pro quanto non sunt in mixto: in suo esse perfecto: sed refracto.

Enucleatio dicti Aue. 4 meth, 27.

Hęc pro questione ista: Plura alia dubia adduci possent: quę si bene ista positio consideretur: nihil concludunt aduersus eā, Et ideo breuitatis gratia omittuntur. Vnum tamen circa dicta animaduersione dignum est. Quod licet dictum sit ꝙ extremi colores, sint realiter in medio: quemadmodum elementa secundum Auer. sunt in mixto. Non tamen intelligas, sic etiam esse, de forma ipsius mixti; ꝙ sit realiter composita ex ipsis elementis, Quod & si etiam Auer. 3. cęli

A 67. dicit, ꝙ elementa sunt in mixto refracta: sicut colores medij ex extremis, et forma coloris medij est composita ex extremis. 5. physi. 52. igitur eodem modo est forma mixti. Hoc non sequitur. Quia dictum illud debet intelligi sano modo. Quia exemplorum manifestatio, & non verificatio requiritur. 2. de anima. 67. Et ista similitudo debet intelligi quantum ad hoc: quia sicut manent extremi colores in medio: sic elementa in mixto. Sed aliud est mixtum. Et aliud forma mixti. Et ꝙ non possit esse eadem, ratio est. Quia elementum est materia formę mixti. Et materia non potest esse pars essentialis suę formę. Insuper si forma mixti essentialiter est composita ex formis elementorum: cũ formę illę non sunt separabiles: tunc igitur erit etiam forma illa composita ex materia elementorum, Et ista forma mixti esset essentialiter composita ex corporibus. Sed omne compositum ex corporibus est corpus. Igitur forma ipsius mixti esset corpus. Sed nullum corpus est perfectio, neque forma corporis, vt probatur. 2. de anima. 26. Quia corpus in subiecto, sicut forma, esse non potest. Etiam sequeretur: ꝙ forma mixti possit intendi, & remitti. Quia sicut colores medij intendantur, & remittuntur: eodem modo, cum elementa secundum Auer. Intendantur, & remittantur: ita esset de forma mixti. Relinquitur ergo, ꝙ non sit eadem ratio. Et ratio diuersitatis est; quia forma coloris non habet materiam: sicut forma elementi. vt ait Aristo. 8. metaphy. 12. de quo solet fieri questio sed pro nunc supponatur. Et ideo formę colorum possunt refrangi: vt resultet tertia forma. Nec tamen sic est de elementis. Et hæc est mens Auer. 7. me. 60. ꝙ caro non est terra, neque ignis. Sed aliquid additum. Et. 1. de anima. 77. primo de gene. 84. &. 5. meth. 6. & alibi. vult ꝙ in compositis est natura superaddita naturis componentibus. De his satis. Redeundo ad principale intentum, dico. Quod Medium secundum compositionem (vt ait Auer. 6. phy. 32. &. 3. metheororum) est duplex. s. Medium secundum magis & minus. Et quodam est medium, secundum formam seu qualitatem. Medium secundum magis & minus, est, ad quod non terminatur motus, Et fit tale necessarium ex commixtione contrariorum, in subiecto qd transmutatur, de vno extremo ad aliud; & tale est in potentia & sunt variabilia in infinitum. Vt in transmutatione nigri in album: magis album & minus album sunt media secundum magis & minus. Et ista media non est dubium (quidquid alij dicant) non differre specie ab extremis. Sed solum differunt secundum magis & minus. Hæc enim est expressa sententia Auer. in duobus locis citatis. Dubium autem remanet solũ de medio secundum formam seu qualitatem. Quod medium est illud quod vere quum acquiritur, terminat motum. Et tale est terminatum (vt dicit Aue.) Tamen quidquid dicatur ab alijs in hoc dubio: dico ꝙ Auer. vult, ꝙ non differat C specie ab extremis tale medium. 10. methaphy. 23. Vbi facit hanc consequentiam. Si essent media specie distincta ab extremis: non posset fieri motus de extremo ad extremum. Quam consequentiam non deducit. Tamen per ea quę scribit philosophus. 5. phy. hoc modo deducitur. Quia forma quæ fluit, In motu vero, oportet, vt suscipiat magis & minus. 3. phy. 4. &. 5. phy. 9. motus pro forma fluente non differt specie a termino motus: sed secundum magis & minus accidentaliter; ita etiam quęlibet forma quę fluit in motu vno & continuo, debet esse vna secundum essentiam. Hoc stante deducitur consequentia. Si media inter contraria essent specie distincta: non posset aliquid transire de albedine in nigredinem: quia oportet ꝙ transeat per medium. 5. phy. 22. Tunc queritur vtrum ista palledo, quę mediat inter nigredinem & albedinem: sit specie distincta ab extremis aut non? si sic. ergo iste motus non esset vnus secundum speciem: quia mobile non esset vnum secundum speciem in toto motu. Et ideo ista palledo non est specie distincta ab extremis. Immo nihil aliud dicit, nisi tantũ nigredinem & albedinem. Et si diceretur ꝙ non est verum hoc sequeretur contra Aristo, 5. physi. 31. vbi habet, ꝙ dealbatio cuilibet dealbationi est eadem. Aristot, 3. physic. 33. dicit ꝙ ad vnitatem specificam motus, requiritur vnitas medij Si esset graue quod descenderet ad centrum per cordam: & aliud per arcum; isti sunt motus specie distincti. Pono quod vna dealbatio fiat; a

In quo consistat similitudo Aue. 3. cęli, 67.

In compositis a natura sup addita a naturis cõponẽtibus Medium secundũ magis & minus.

Mediũ scd̃m formam seu qualitatem: Deductio cõsequentiæ Aue. 10. meth, 23.

nigredine in albedinem per medium palledinis: & alia per medium viredinis. D Ergo si media differant spetie ab extremis: dealbatio cuilibet de albationi non esset eadem contra Aristo. Et ideo media non sunt spetie distincta ab extremis. Et licet Auer. videatur dicere, quod contraria sint alia in specie a medijs. Hoc debet intelligi, non quia medium specie ab extremo merito sui differat: sed merito alterius extremi formaliter existentis in medio subesse refracto. Et hęc est sententia ipsius Auerro. Non est relinquendum tamen. Quod mirum est de Ioãne andegauense in paruis naturalibus. q. 19. de sensu & sensibili, vbi dixit: quod quilibet gradus albedinis ad quem terminatur motus causet, alium & alium colorem secundum speciem. Falsum enim est, & sibi ipsi videtur repugnare. in. 5. de physico auditu. q. 8. Vbi in corpore questionis videtur oppositum istius positionis tenere. Et sic solutiones ad obiectum contra se nihil valent: si funditus penetrentur. Immo ipsemet in. 5. physic. illud argumẽtum quod soluere conatur in paruis naturalibus, assumit ad probandum suum intentum. vt patet recte intuenti. Accideret enim infinitos esse colores medios. Vnde Auerro. huic opinioni aduersatur. 6. physic. 32. Et per sua verba patet, quod non quilibet gradus albedinis cum nigredine, causat alium at alium colorem mediũ, spẽ distinctũ ab extremis modo declarato: sed determinatũ. Nã vt dicitur in lib. de coloribus nõ quilibet gradus albedinis cũ nigredine, causat aliũ colorẽ. Sed requiritur et debita proportio & mixtio lucidi cum opaco. Vnde Auer. dicit loco alleg. Manifestum est in coloribus cum bene apparet ꝙ inter colores sunt media finita in numero naturaliter. Et intelligo hic per medium, non illud quod diuersatur secundum magis & minus: sed illud quod diuersatur secundum formã & qualitatem. Nescio quo pacto, iste magnus vir ab errore sit immunis sic absolute talia proferendo vt ipse protulit. Et hęc pro pręsenti concordantia dicta sufficiunt. E

Contra Ioãnem andagauensem.

Quid requiratur vt causatur medius color.

*

Vtrum omne compositum sit nouũ

Auer. 12 methaphysic. 39. ait, & omne compositum est nouum, nisi dicant aliqua componi per se, & si aliquo essent, quę componerentur per se, tunc exirent de potentia in actum per se, & moueret sine motore per se. Hoc etiam affirmat in libro destructionum dispu. 3. fol. 19. dubij. Oppositum huius habetur ex doctrina Auerro. 3. de anima, 5. & in pluribus alijs locis, quod in omnibus intelligentijs citra primam est, aliqua compositio, & in anima intellectiua, & in corporibus cęlestibus. Et tamen nouitas non est. Ad hanc contradictionem apparentem plures inueniuntur responsiones, quarum vna est Ioannis andegauensis glosantis prędictam propositionem hoc modo scilicet omne compositum est nouum idest dependens. Et hoc modo glosata hac propositione omnis ambiguitas, & contradictio remouetur, quia clarum est. quod omne compositum dependet a suis principijs componentibus. Sed ista responsio est pura faga. & contra Auerr. vt clarum est recte eius verba considerante. Nam Auerro. quasi declarat seipsum, quid intelligat per ly nouum variando vocabula. Nam aliquando dicit nouũ, aliquãdo possibile, vt patet in libro destru. dispu. 3. fol. 19. dubij. vbi dicit, sed id quod posuit scilicet quod omne causatum est possibile esse, nõ verificatur nisi in causato composito, sed impossibile est inuenire, quid compositum ęternale, ergo quodlibet possibile esse, est nouum. Et sic patet, quoniam sua glosa voluntaria est. Nec etiam possumus dicere, quod vbi est dependentia, ibi nouitas. Nã potest dependentia, esse absq; nouitate, vt patet ex. 2. ca. de sub stia orbis, & 1. metheoro. ad principium, vbi philosophus ait, est autem ex necessitate, continuus iste superioribus lationibus vt omnis ipsius virtus gubernetur inde, & 12. metha. 38. loquens de Deo ait, ex tali igitur principio dependet cælum & natura. Vnde ista responsio nulla est. Sunt & alię responsiones, quarum vna ponitur a Suessano super libro destructionum dispu. 3. fol. dubii. 19. sed quia omnes istę responsiones satis diffuse recitantur & impugnantur a Zimara ideo breuitatis gratia ommitto, Vnde omnes responsiones, quas in hac materia vidi, nulla meliorem inspexi respõsione a Doctissimo Zimara posita Theo. 41 (quidquid plurimi moderni ad hoc dicant) motus ab ipsa veritate loquor. Intentio enim mea est ipsam veritatem (vt mihi est possibile) ante ponere, a quocumque dicatur. Nam sicut scribit philosophus primo ethico. capitulo. 7. pro F

Responsio Ioannis andegauensis.

Improbatio

defensione veritatis etiam proopria impugnare oportere, presertim philosophos magis forsan existimandum est, nam cum ambo sint amici piũ est veritatem in honore preferre. Nec aliquis admirationem sumat, si me aliquando inspexerit in hoc libello referre alicuius doctoris responsionem, aut sententiam, proprio verborum contextu, ab illo doctore posito. Nam veritatis gratia, & lectoris vtilitatis, & non inanis gloriæ auiditate, hunc sumpsi laborem, & non vt ab alijs veritatem positam mecrum verborum ornatu pate facerem. Vt his temporibus plurimum euenit. Videmus enim pluries aliquod a modernis dictum tantum in elegantia ac synonymis methaphorisque consistere. Quod in vtile & a doctrina demonstratiua alienum reputo si Auerroi credimus, potius.n. colligere aliorum bene dicta, vbi alicuius determinationem inueni fuit intentio, quam aliud agere nisi vbi aliorum determinatio mihi non placuerit. ideo ne mireris preuisum.n. fuit a me hoc, Ad propositum igitur dico ꝙ, responsio talis est, ꝙ animaduertendum, est ꝙ in quolibet composito necesse est, ꝙ vnum concurrat vt actus, & reliquum vt potentia. vt patet ex.8.met.15. Vnde.2.de anima.7.non oportet quærere si vnum est anima, & corpus, sicut neque cera & figura, neque omnino vniuscuiusque materia & id cuius est materia. Vnum enim, & esse, cum multipliciter dicantur, quod vere est actus est. Potentia autem pro nunc est in duplici differentia, quędam est potentia simplex, quę videlicet est ad vnum, quædam vero ad potentia multiplex. Appello autem multiplicem potentiam, quę est ad opposita, sicut est potentia contradictionis, sicut est potentia quę est in prima materia. Nam per talem potentiam res potest esse, & non esse, vt patet.7.metha.22. &.13.& talis dicitur potentia in substantia vel ad esse secundum Auer. in libello de substantia orbis, dicit enim iuxta principium.2.capi. ꝙ omne in quo non est potentia nisi ad duo contradictoria, est potentia, quę est in substantia. Et dictum philosophi, 9.metha.17.de ista veritatem habet videlicet, quod omnis potentia passiua, est potentia contradictionis. Et ideo dum queritur, Vtrum omne compositum sit nouum? intelligendo per nouum possibile, & non dependẽs, (vt Ioannes dicebat) quod videlicet potest esse, & non esse, De composito distinguendum est quia, si ex passiua potentia quæ est contradictionis potentia compositum fuerit, sicut ista generabilia, & corruptibilia, sunt in quibus suę possibilitatis & generabilitatis talis potentia est causa vt in primo capitulo de substantia orbis Auerro. dicit, & in secundo declaratum est, ꝙ corruptionis entium & eorum factionis causa est contrarietas in suis formis existens, & commune subiectum quod formam propriam nullam habet, sed ad omnem formam in potentia est. Et in.2.capitulo inter corpora cœlestia, & generabilia differentiam ponens dicit, quod generabilia corpora & substantia in potentia, componuntur & ex dimensionibus in potẽtia. Sic igitur omne tale compositum isto modo est nouum & possibile. Si autem sermo erit de composito ex substantia in actu, & ex dimensionibus in actu, sicut sunt corpora cęlestia, quę ex orbe qui est materia in actu componuntur, & rectius dicitur subiectum, quam materia (vt ait Auerro. .metha.12.& in.2.capite de substantia orbis) nam non est in tali orbe potentia nisi ad vbi tantum, non est potentia ad esse, & non esse, sicut in prima materia est. Sic tale compositum nouum non est, sed antiquum, seu ęternum secundum philosophos. Et eodem modo anima intellectiua quę ex intellectu possibili & ex intellectu agente, composita est, quia ibi non est potentia ad substantiam Nã intellectus, possibilis est materia intelligibilium, & recipit alio modo quam recipit materia, ibi talis compositio stat cum ęternitate in substantia, & similiter compositio ex actu, & potentia, in reliquis intelligentiis, citra primam, stat cum æternitate, & cum necessitate essendi. Et hoc modo intellecta Auerro. propositione omnem dubitationem fugat. Si difusius ista vis videre & responsiones ad alia dubia circa hoc emergentia vide Zimaram in loco prędicto.

Potentia duplex.

In orbe non est potentia nisi ad vbi.

Quarta contradi. est in cõ.5. Auer. vbi reprehendit Alex. qui, sicut sibi imposuit intellectum materialem causatum ex mixtione elementorum, & vniuersaliter omnes alias virtutes animę, dicit ꝙ hoc est contra Arist. quia sententia Arist. fuit primas perfectiones aĩę esse a motore extrinseco. Sed ipse nõ re-

Tertio de anima commẽ.5.

cordatur suimet super.7.meta.cõ.31, vbi reprehendit Auic.ponentẽ datorẽ formarũ, & Themistium ponẽtem motorem extrinsecum respectu animalium ex putrefactione generatorum. Soluitur. memini me diffuse dixisse de hac materia sup quæstione nostra de speciebus intelligibilibus, sed pro nũc dico ꝙ via Aui. & via Alexãdri sunt duę vię extremę, sed via Auer. est media, & partim discrepat ab vtroq;, & ptim cum vtroq; conuenit, Auic. ponebat, sicut Plato in simili dicebat, ꝙ motor separatus erat causa adęquata productionis formarum. vnde Cõmen. ibi contra eos dicit ꝙ, si ita esset, non opus esset materia in generatione, nam materia est, ex qua fit aliquid inexistente. si autẽ tales formę non educũtur de potẽtia materię, sed totaliter sunt ab extrinseco videt̃ scd̃m ipsum ꝙ materia superfluat: quia sequitur ex positione tales formas esse per se subsistentes. Alexan. vero videt̃ esse in alio extremo, vt sibi imponit Cõ. quia ipse voluit aiam intellectiuam hominis, & animam brutorum, & vniuersaliter omnes materiales formas esse causatas ex diuersa mixtione elemẽtorũ tanquã ex causa adęquata sicut est de qualitatibus secũdis, vt est color, & sapor, qui cãtur ex primis qualitatibus elementorũ. vnde dicit Cõmen. ꝙ ista positio est quasi positio negantiũ agens, & concedentium materiã tantũ: & sunt illi, qui ponũt casum: sicut patet 2. physi. Sed via Auer. est in medio. qa ipse tenet ꝙ formę istæ animatorum, sicut est anima cogitatiua hominis, & oẽs inferiores animę sunt eductę de potentia materię, non tñ insequuntur mixtionem elementorum tanquam causam effectiuam adęquatam, imo elementorum mixtio concurrit in genere causę materialis, sed illud, quod concurrit effectiue, est virtus informatiua existens in semine, & est motor extrinsecus, qui est intelligentia separata, a qua rememoratur talis virtus. & ita Cõmenta. medium tenens extrema dimisit, sibiipsi non obuiando.

Solutio.

Tertio de aĩa. cõmẽ. 5. Quinta contradi. est in eodem cõ.5. Dicit̃ ꝙ in corporibus cęlestibus nõ sunt plura indiuidua in eadem specie. Oppositũ videtur. 2. cęli. cõ.59. vbi ponit omnia corpora cęlestia esse eiusdem speciei. Soluitur. multotiens dixi tibi speciem aliam vniuocam, aliam analogam esse, sicut est de genere & differentiis sic in proposito negat hic in corporibus cęlestibus esse plura indiuidua in vna specie vniuoce dicta, concedit tamen in talibus esse plura indiuidua in specie analogice dicta, quę est secundum prius & posterius.

Solutio.

Tertio de aĩa. cõmẽ. 51 Sexta contradi. est in eodem cõ.5. Superius vbi iam diximus in solutione secundæ qõnis, ipse declarans qũo ex intellectu & intelligibili fiat maxime vnũ dicit, quia non fit aliud ab eis, sicut est in compositis ex materia & forma. Sed huius oppositũ sentire videtur. 12. me. c.51. vbi habet ꝙ in solo intellectu diuino intelligibile & intellectũ vnũ sunt. Dico quicqd dicant Moderni, ꝙ intellectus Auer. iste est, ꝙ ex intelligibili & intellectu fit maxime vnum, quia esse intelligibilis & esse intellectus sunt vnũ & fiunt vnum. Nã quid melius quã Auer. per Auerroem interpretari. Dicit seipsum declarando. 12. meta. cõ.39. intellectum, cum intelligitur, fit idẽ cum eo, s. cũ intellectu. Et subdit. & intellectus est illud ꝙ intelligitur, & propter hoc dicitur ꝙ intellectus fit res intellecta. Et hoc est consonũ vię Aristotelicę, nam ipse. 3. de aĩa habet ꝙ aĩa est quodammodo omnia. 37. cognitum enim fit vnum cum potentia cognoscente, & esse rei cognitę, vt sic est esse rei cognoscentis. Ista igitur identitas vniuersaliter reperitur in omni potentia cognoscente. & quanto potentia cognoscens abstractior fuerit, tanto maior est identitas cogniti cum natura, quę cognoscit. Et suprema virtus abstracta a materia. & a qualibet ĩperfectiõe est intellectus primi entis. hinc est ꝙ ibi intellectus & res intellecta sunt idẽ omnibus modis scd̃m viã Auer. Vnde, cum res intellecta ibi sit diuina essentia, in qua est omnis perfectio. oĩbus bonitas sine aliqua dependẽtia vel potentia. vel quasi potentia. illic est mare indeficiens bonitatum. & perfectionũ inde spargunt̃ flumina & riuuli entibus. scd̃m ꝙ vniuscuiusq; dispositio requirit. Et hoc est quod dixit Arist. in. 1. cęli. in tex. cõ.100. Ideo intellectus diuinus essentiã diuinã aspiciens omnia videt, quia videt illud, quod est omnia eminenter, nã videt illud, quod est ens per essentiã. nil aliud videt scd̃m Auer. perfidũ, nisi suam essentiã: sicut inquit ipse. 12. me. cõ.51. si eius cognosceret naturã caliditatis existentis in igne, non diceretur ignorare naturã

calidítatis in alijs rebus calidis. vnde.4.phy.cō.102.dicit,Si illud,quod est calidū simpliciter,est ignis simpliciter,illud,quod est aliquod calidum , est aliquis ignis.sic,cū Deus sit ens per essentiam,alia entia sunt entia per participationē, alia entia aliquid diuinitatis participāt, sicut patet ī t.2.de aīa.te.cō.34.&.2.celi ex.cō.64.&.1.phy.81. Solum igitur in intellectu primi intellectus intelligibile est idem simpliciter & omnibus modis,quia ibi est entitas per essentiā solū, & in nullo alio intellectu:quia in aliis est participatio entitatis,& non est fontalis plenitudo.solum enim vnum est ens simpliciter perfectum,& illud Deus est. c meta.cō.21.Noluit igitur Cō. absolute ꝙ intelligibile non fiat idem cum intellectu in alijs intelligentijs:sed voluit ꝙ omnimoda, & simplex identitas nō est nisi in solo.1.intellectu Et ideo dixit.12.meta.51. ꝙ Deus intelligit entia eo modo,quo non est fas homini:immo eo modo,quo nullus alius intellectus ea potest intelligere , disputatione.3.in solutione, 28. dubii contra Algazelē in libro destructionum.Et ideo fuit opinio eius,sicut ibi patet,ꝙ in alijs intellectibus circa primū quilibet intelligit aliquid extra se vnde intellectus secundę intelligentię intelligit primū extra se,quia ipsa prima intelligentia nō eminēter cōtinetur in essentia scdę,sed potius econtra.Et quia secunda intelligentia eminenter cōtinet posteriores, imo omnia alia,dicimus ꝙ non intelligit ea scdm ipsum extra se:q2 videndo seipsam videt illud quod est omnia infra ipsam.Et ideo voluit solum primū intellectum esse incausatū,in quo intelligibile & intellectus sunt idē per essentiam omnibus modis.sed in aliis intellectibus ex parte est identitas,& ex parte diuersitas:ex parte est actualitas,& ex parte potentialitas: sicut infra declarabimus magis.Nota ista qa multi cristato capite nō potuerūt ascēdere ad hoc,vt intelligerent quomodo ex intellectu & intelligibili nō fit aliud,sicut ex materia & forma:& quomodo solum in primo intellectu est verū omnibus modis,& in aliis scdm qd,& hoc respectu primi.Quia igitur materia nunquā fit forma,neq; forma vnquā fit materia:sed ex materia & forma fit aliud,quod nō est neq; materia,neq; forma,& istud est compositum ex materia & forma.&,q2 intelligibile fit intellectus,& intellectus fit intelligibile, ideo non fit aliud ab eis, ideo fit maxime vnū ex eis.Et licet ī omni ītellectu locū habeat simpliciter de solo intellectu verificatur oībus modis. Et hoc declarabitur statim,quando declarabimus,quomodo in omnibus intelligentiis est potentia citra primam.

Septima contradi.est in eodem cō.5.Scribit Commen reddens cām,quare ex intellectu & intelligibili fit maxime vnū,dicit quia illud,quod fit ex eis:nō est aliud ab eis,sicut est compositum ex materia & forma.videtur velle cōpositum substantiale dicere tertiā entitatem realiter distinctam a partibus.Cuius tñ oppositum videtur sentire primo phy.17 . Soluitur ibi a me & illic vide. dico enim ꝙ ibi loquitur de toto integrali, vt patet in litera.sed de composito substantiali non possunt videre quomodo non habeat aliquam vnitatem per se,& entitatem distinctam ab entitate partium Dicant alii quicquid velint,dico ꝙ mens Auerrois est ista,sicut ibi late probatum est.

Tertio de aīa,cōmē,5.

Solutio.

Octaua contradi.est in eodem cōmē.5.est cōtradi. Quia dicit intellectū agentem esse quasi formā,& intellectum passiuum esse quasi materiam.Sed oppositum scribit ipse.12.meta.cō.17.vbi dicit ꝙ intellectus possibilis respectu intellectus agentis est quasi locus eius,nō quasi materia.Soluitur.in materia duę sunt conditiones.Vna,ꝙ de potentia eius forma materialis deducatur ad actū. Et quātum ad istam conditionē respiciens,dixit Cōmen.in.12.meta.in cō.17.ꝙ est locus,non materia intellectus possibilis,respectu agentis intellectus,nā intellectus agens nō est eductus de potētia intellectus possibilis. Alia est conditio materię ꝙ ipsa sit informabilis per formam,& perfectibilis per eam. & quantū ad istā conditionem intellectus possibilis habet rationem quasi materię, non materiae, quę formam mediantibus dimensionibus & qualitatibus recipit, sed habet proportionem materię abstractæ,quę comparata ad suum actum est sicut potentia. eam via eius fuit ex intellectu potestatis, & ex intellectu agente vnam intelligentiam resultare,quæ merito intellectus possibilis passiua est,& receptiua,sed merito intellectus agentis est productiua,

Tertio de aīa.cōmē.5.

Solutio.

Tertio de aïa com. 5.

Nona contradictio est in commento. 5. in solutione tertię quæstionis. Commentator dicit ꝙ cum ens diuidatur in ens sensile & intellectile, & sensile in materiam & formam, ita ens intellectile pariformiter videtur diuidi in aliquid proportionale materię, & in aliquid proportionale formę, & intellectus materialis est in tali modo, videlicet ꝙ est ens proportionale materiæ. Huius tamen oppositum scribit Alexander in tractatu de intellectu capitulo. 1. vbi declarat quare intellectus materialis dicatur, non quia est subiectum aliquod, vt materia quę per pręsentiam formę potest hoc aliquid fieri, sed quia mataria habet essentiam suam in potentia, quia oĩa potest, ad quę habet potentiam, id enim, qd est potentia quatenus hmõi est, materiale est. Et parũ infra ponens differentiam inter sensum & intellectum materialem, inquit ꝙ sensus, cum per corpora fiant, non sunt hęc, quę percipiunt, sunt tñ actu alia quędam est. n. sensus facultas corporis cuiusdam, idcirco & corporis patientis est aliquid sensuum preceptio, et ex hac causa non omnium omnis sensus est perceptiuus, est enim & ipse iam aliquid actu, intellectus vero, cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nulllum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quędam huius perfectionis & aïæ, specierũ & nouorum susceptiua. Amplius idem Alex. in paraphrasi de aïa in cap. de intellectu practico & speculatiuo expresse dicit intellectum rectius comparari agrapho, i. inscriptionis carentię, ꝙ̃ ipsi tabellę. tabella. n. est in numero entiũ. vbi expresse vult intellectum non esse in numero entium, sed priuationem quandã.

Solutio.

Solutio. Soluitur, opinio Alexandri est multum remota in hoc ab opinione aliorum Peripateticorum. Theophrastus enim, & Themistius, & Cõmenta. volunt intellectum esse ęternum & immortalem: immo volunt predicti ꝙ non est potestas animę, in qua sunt alię potestates, sed est substantia superior anima, quam contingit separari, sicut perpetuum a corruptibili. ita notat Themistius in. 2. de anima. cõ. 31. & Commen. com. 21. & . 31. & in. 3. de anima. cõ. 5. Et tunc secundum istos viros intellectus materialis dicitur esse potentia, & nullam dicitur habere naturam, nisi quia possibilis est vocatus. 3. de anima. tex. comen. 5. ista ratione vt refert Themistius in. 3. de anima. ca. 39. authoritate Theophrasti, inquiens, cum intellectus homini extrinsecus accedat, cumque tanquã appositus intellectusque sit, quęritur quemadmodum congenitus nobis dicatur, deinum quę sit confirmatio natura vt eius sit. Certe id, quod dicitur, nihil actu esse intellectum ad potestatem, omnia recte hactenus dicitur, quatenus & in sensu, non tñ vsq; eo ad viuum resecanda res est, neque tam nihil actu probandus, vt neq; ipsemet sit. calumnia hęc esset & oratio contentioni cauilloq; proxima. Sed ita intelligendum, vt in aïo talis quędam sui generis potentia sit pro subiecto formarũ ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa est, quę constitutioni earum & concretioni substernitur. Vbi patet scdm istos viros intellectum materialem esse in numero entium, & esse subiectum omnium formarum in esse intelligibili, sicut materia est subiectum omnium formarum in esse sensibili. Et quod dicitur non esse aliquid actu, hoc referendum est ad ipsam priuationẽ, & potentiam seu carentiam formarum talium, vbi sic consideratur. Alexander autem tenuit aïam intellectiuam esse vnam formam dantem esse hoĩ formaliter & eductam de potentia materię, in qua sunt omnes uirtutes, scilicet altrix, sensibilis motiua, appetitiua, intellectus, & volũtas. verum in hoc est differentia, ꝙ omnes animę humanę potẽtię sunt organicę, excepto intellectu materiali, qui est suprema aïę humanæ potentia, scdm quã aïa transcendit corpus, ita ꝙ huiusmodi potestas non est alligata organo corporali, sicut sunt alię potestates, vnde ex alijs potestatibus animę & organo corporeo resultat aliquod in actu, & demonstratum; etenim ex oculo & visu fit aliquod actu videns, & sic de singulis, non sic est de intellectu, quia nullius partis corporis actus est, sed est potestas animę, & perfectio eius, quę est gremium formarum & notionum. Alia etiam differentia est inter sensum & intellectum materialem. quia sensus, cũ per corpora fiat, patitur patiente corpore, intellectus autem per corpus non intelligit, quia nec actus corporis est, nec patitur patiente corpore. Et ideo Alex. oẽs demonstra

tiones Aristotelis, & uerba eius interpretatur isto modo, ꝙ uidelicet intellectus non est corpus, nec uirtus in corpore, quia non est iudicium demonstratum in actu, sicut sunt corpora composita ex materia & forma. nec etiam est virtus in corpore, quia non est virtus affixa organo, sicut sensus. nec patitur patientie corpore sicut sensus, quia forma existens in subiecto patitur passione subiecti. cum autem intellectus non sit uirtus organica, ideo non est virtus corporea. Et eadē ratione dicitur simplex, & eadem rōne dicitur immortalis, quia non accidit sibi mors rōne, qua sit uirtus organica. & ideo dicit intellectum a principio rectius cōparari agrapho, idest carentię inscriptionis in tabella, quam tabellę non scriptę, quia tabella dicit aliquod ens in actu compositum ex materia & forma p se subsistens, cuiusmodi non est intellectus, vt diximus: quia non est aliqđ subiectum, ex quo & forma suscepta possit fieri aliquod per se subsistēs in actu, sicut ex prima materia & forma substantiali fit aliquod per se vnum in actu per se subsistens. vnde, si materialis dicitur, est, quia est in potentia ad omnia intelligibilia, quia oīa quę sunt, intelligi possunt, & potentia reducitur ad materiā, ut testatur & Com. 12. meta: comme. 26. Vbi animaduerte ꝙ Com. non uidetur bene habuisse mentem Alexandri, nec ex consequenti impugnatio Commentato. procedit contra mentem Alexandri. Nam non vult etiam Alexander intellectum materialem esse formaliter non ens & priuationem puram, sicut sibi imponit Commen. alioquin quomodo Alexander fatetur intellectum materialem esse susceptiuum notionum & formarum? Vnde in parahrasi de anima ita scribit in ca. de intellectu practico & speculatiuo. Nihil igitur est ex his, quę sunt actu materialis intellectus, sed omnia potestate. cū enim ante intellectionem nihil sit actu, vbi quid intelligit, id quod intelligitur fit, siquidem illi intellectio. cum ad omnia p intelligibilia rei speciem habet. Solum igitur intellectus materialis, formalis, & promptitudo quędam est ad formas excipiendas, tabellæ nondum scriptę persimilis, quinimmo ipsius tabellę agrapho, hoc est inscriptionis carentię, quam tabellę similior. tabella. n. iam entium numero est. quapropter anima ipsa, & id, quod aīa prēditum est, tabellę potius comparari potest, ipsa vero inscriptionis carentia fere intellectus materialis est promptitudo & facultas quępiā, excipiendis inscriptionibus accommodata. sicut igitur in tabella accidit. vt ipsa quidem, in qua aptitudo ipsa, & facultas est inscriptionis excipiendę. vbi qđ inscriptum est, pati aliquid videatur, cum aptitudo ipsa & facultas in actū ꝓpria nihil oīno patiatur: nec enim subiectum vllum est, eodem pacto intellectus nihil patitur, cum nihil sit eorū, quę sunt actu. In libro autem de intellectu ca. de intellectu materiali seipsum melius declarat, quomodo intellectus materialis nihil sit actu, inquit enim. Intellectus, cum non per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nullum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quędam huius perfectionis, & eius specierum, & notionū susceptiua. vbi patet intellectum materialem nō esse actu aliquod entium eorum, quę recipiuntur in intellectu, nec est aliquod potēs id est aliquod subiectum in actu, sed est potentia animę susceptiua notionū. Sententia igitur Alexandri est ꝙ intellectus materialis aliud est ex parte, qua materialis, & aliud ex parte, qua intellectu. nam materialis dicit potentiam, quæ est priuationi coniuncta, & sic est priuatio omnium intelligibilium actu, sed q̄a ista priuatio fundatur in essentia, in cuius illa essentia est aliquid ex natura rei, quę est potentia animę, quę est gremium formarum, & quia ista potentia, quę est susceptiua formarū, non est corpus, nec virtus in corpore, nec ex ipsa, & organo fit aliquid demonstratum, ideo dicitur non pati patiente corpore. Voluit igitur Ale. intellectum materialem esse simpliciter priuationem. sed quo ad formale dicit priuationem, sed connotat aliquid reale, & est potentia, quę est gremium specierum intelligibilium. nam & Alex. in paraphrasi de aīa ostendit modū, quomodo intellectus materialis potest seipsum intelligere post aliorum intellectionem: quod non fecisset, si pura priuatio est apud ipsum.

Decima contrad. est in eodem co. in solutione tertię quęstionis. Dicit nullam formam liberatam esse a potentia, nisi primā formam, & per consequēs in om Tertio đ anima, cō. 5.

nibus intelligentijs citra primam aliqua est potentia, Huius tamen oppositum D
habetur. 3. phy 32. vbi dicitur ꝙ in ęternis non differt posse ab esse, & 12. me. cō. 30. vbi dicitur ꝙ in ente eterno nulla est potentia omnino, & idem habetur ibidē. 35; 41. & 44. & 2. cę. 32. 33. 34. vbi habetur ꝙ in ente æterno possibilitas est necessitas.

Solutio. Soluitur. potentia duplex pro nunc. quędā realis & physica & ista semper cū actu habet cōpositionē facere, alia est potentia, quę nihil reale dicit; & ista communi vocabulo potentia logica nuncupatur. Dico autem potentiam logicam ens rationis per actū collatiuum intellectus, cātum ex nō repugnantia terminorum, scdm qd nō repugnant. Dico nūc quamlibet intelligentiā citra primā dupliciter consyderari posse, & sub rōne generis, & sub rōne speci. nā intelligentia Saturni pōt concipi, & inquantum ens, & inquantū tale ens. si autem consyderata fuerit inquantum ens est, non repugnat sibi ꝙ maiorē perfectionem habeat, quā sit illa, quā actu possidet: quia, si sibi latitudo maioris perfectionis repugnaret inquantū ens, ita ꝙ ratio formalis entitatis est pręcisa cā istius repugnantiæ, tunc cuilibet enti istud repugnaret, & per consequens primo enti: quod falsum est, & impossibile. & est simile, si talpę repugnaret visio, inquantum animal, tunc cuilibet animali repugnaret. & ideo sub rōne generis secunda intelligentia potentiam, & priuationem aliquam includit: quę tamē nihil reale dicit, sed solum non repugnantiam. Si aūt consyderata fuerit sub rōne spēi, inquantum scilicet est tale ens in tali gradu ētitatis ordinatū, sic scdm Philosophos oīs perfectio apta nata sibi competere sub rōne, qua talis ab ęterno sibi inest. B Et scdm hunc sensum dixerunt in æternis non differre potentiam ab actu. Et, quia sola prima intelligētia habet oēm perfectionē possibilē repertam in habitu entis, cū sit rectius entitas quā ens, vt videbimus statim, inde est ꝙ in ea nulla est potentia, nec rōne generis, nec rōne speciei. omnes aūt citra primam priuatę sunt gradu aliquo entitatis, & bonitatis sub ratione entis, nulla aūt sub ratione talis entis potentiam aliquam habet sub ratione, qua talis, sic igitur applica singula singulis, et solute et cōcorda ea, q̄ ī apparētia dissonare videntur.

Tertio de anima, cō. 5. Vndecima contradictio est ibidem. Dicit Auer. ꝙ solum in prima intelligentia quiditas & essentia idem sunt, in alijs autem differt quiditas ab essentia. Sed huius oppositum nos inuenimus in. 3. de aīa. tex. cōm. 9. vbi absolute Philosophus in abstractis videtur vniuersaliter concedere quiditatem, & essentiam idē esse, & 7. metaphy. te. cō. 41. hoc idem habetur. Debes scire pro solutione Auer. voluisse quiditatem, & essentiam nō esse nomina synonyma, quia talia scdm ipsum non vsitantur in doctrina demonstratiua, nisi forte ad exponendum: tamen in pręsenti loco distinguatur, quia sub proprijs rationibus sumūtur. Vnde scias quiditatem esse abstractius q̄ sit essentia. vnde quiditas solum actum dicit, & ab actu nomen quiditatis est deriuatum. vnde scdm ipsum. 7. met. 21. & 34. tota quiditas est a forma. essentia autem est maioris ambitus, quia competere potest & entibus in actu, & entibus in potentia. C Et ideo scdm principia ipsius habemus concedere materiam essentia esse, seu naturam, quiditatem vero minime, similiter habemus concedere materia esse de essentia compositi, non habemus autem concedere materiam esse de quiditate compositi. vnde 1. phy. cō. 5. in fine cō. dicitur ꝙ materia, & forma sunt partes qualitatiuę, idest partes essentiales compositi, non tamen tam materia q̄ farma sunt partes quiditatis compositi, sed tota cōpositi quiditas forma est. Illud igitur, qd in rebus istis ex materia & forma compositis facit quiditatem ab essentia differre, est materia, quę est radix potentialitatis. Sic pariformiter manuducam intellectū tuum a simili procedēdo, vt intelligas quomodo solum in prima intelligentia est quiditas & essentia vnum & idem omnibus modis. Reuoca in memoriā ea, quę pauloante dixi, videlicet ꝙ sola prima intelligentia & sub ratione generis, & sub ratione speciei consyderata est actus purissimus: oēs alię citra primam, aliquā potentiam habent, saltem sub ratione generis, quia igitur ratio in rebus materialibus, per quam quiditas ab essentia differebat, erat potētia annexa cū actu, si in primo sit actus sine potētia solum, sequitur ibi solum quiditatem, & essentiā idem esse, in alijs aūt, cum sit compositio ex actu & potentia, non sicut ex positiuo & positiuo,

A sed sicut ex positiuo & priuatiuo, vt supra declaratū fuit, & longe ante nos sub
tilissimus Doctor in octaua distinctione primi quęst.2. pulcherrime declarauit,
sequitur ergo ꝙ in talibus quiditas & essentia quoquo modo, vt dicit Comē.
idem non sunt. Sed intellectus subtilizans dubitare posset propter quid dixit,
quoquo modo non sunt idem. Soluitur. in rebus cōpositis ex materia & forma
simpliciter, & sine additione aliqua, concedendum est quiditatem & essentiā nō
eadem esse. sed in intelligentijs citra primam absolute illud non concedit Cō.
sed cum ly quoquo modo, quę est dictio distractiua. Et ratio est ista, quia in istis
inferioribus est vera compositio ex potentia vera reali & forma. & in talibus
sequitur ꝙ essentia & quiditas non sunt idem simpliciter. sed in abstractis, quia
ibi non est physica potentia, sed logica tantū, quę est ens rationis : pro tanto di
xit ꝙ quoquo modo in eis quiditas & essentia non sunt idem. Dixit etiam quo
quo modo, quia in talibus non est potentia, nisi sub ratione generis, non sub ra-
tione speciei. & ideo aliquo modo in eis quiditas & essentia idem sunt, & ali
quo modo non idem. sed in rebus materialibus tam sub ratione generis quam
sub ratione speciei quiditas & essentia non sunt idem. Et, quia in solo primo en
te, vt diximus, quiditas & essentia idem sunt, ideo dixit Auer. in lib. destructio
destructionum disputa. 6. in solutione. 6. dubij ꝙ prima causa est quiditas sim-
pliciter, & oīa alia entia quiditatē habent ea mediāte. Ex his applica, & solue.

B Auer. 3. de anima. 7. ait. Imaginatiua autem, & cogitatiua, & rememoratiua,
non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indiget eis, nisi in absentia
sensibilis. Ex quibus clare patet, ꝙ solum in absentia sensibilium, intellectus
illis indiget. Oppositum huius dicit Aristo. 3. de anima. 30. vbi ait, propter qđ
nequāquā sine phātasmate intelligit anima, & ibi Auer. Vnde habemus, ꝙ sem
per intellectus eget phantasia, siue in presentia, siue in absentia sensibilium, si
intelligere vult. Ad hoc dico, ꝙ (vt Aristo. dicit) necesse est, quemcunq; in
telligentem phantasma, aliquod speculari. Et ad auctoritatem Auer. dico, ꝙ si
bene intelligatur, non est opposita, nam Commentator ibi non vult, ꝙ intelle-
ctus in intelligendo nō indigeat illis virtutibus, nisi in absentia sensibilium, sed
intentio Commētatoris est, ꝙ in absentia indiget eis principaliter, & primo &
tantum in presentia autem, non tantum, sed quasi per accidens. Et sic remoue-
tur dubium.

* Vtrū intellectus indigeat imaginatiua, cogitatiua, & Memoratiua, solum in absētia sensibilium?

Duodecima contradi. est in tex. 17. Arist. in illa demonstratione aperte testa
tur animam intellectiuam esse naturā quandam, vt notat Cōm. in cō. dum dicit.
Et quia consyderatio de anima est consyderatio naturalis, quia anima est vnū
entiū naturalium. Sed huius oppositum habetur in .1. de partibus animalium,
vbi quęrit vtrum de anima omni sit consideratio naturalis, & determinat oppo
situm. Et inter alias rationes adducit istam, quia non omnis anima est natura.

Tertio d aīā tex. 17.

C Aliqui ad pauca respicientes enuntiauerunt Arist. ibi locutum fuisse superficie-
tenus, & probabiliter, & dicūt rationes eius ibi non tenere. Nam prima ratio re
ficitur, dum dicit, si Naturalis consyderat de intellectu, tunc igitur de omni in
telligibili cōsideraret, & sic sola scientia Naturalis omnia consyderaret, nam
oportet Philosophum concedere aliquam sciētiam de intellectu considerare. &
tūc idem dicam sibi, sicut ipse dicit de Naturali. Amplius, vt aiunt, ipse assumit
propositiones falsas, quia dicunt ꝙ non omnis anima est natura, quia non intel-
lectus. Sed huius oppositū scribit in pręsenti demōstratione, vbi probat ꝙ opor
tet ponere intellectum agentem, quia in omni natura est aliquid, quod est oīa fie
ri & aliquid, qđ est oīa facere, patet aūt ꝙ minor est, ꝙ aīa intellectiua est na
tura quædam. Amplius sua probatio falsa est, dum asserit non omnem animam
esse naturam, quia non omnis anima est principium motus, quia non intellectus.
Sed huius oppositū scribit Philosophus in. 3. de aīa. tex. 48. vbi dicit ꝙ ista duo
sunt principia motus intellectus & appetitus. & idē dicit in tex. sequenti. Vn-
de scdm viam istorum, non solum Arist. non fecit rationes demōstratiuas īmo
neq; probabiles, cū fundētur super ꝓpositionibus falsis. Et ita oportet scdm mi
rabilem istorum phātasiam Arist. sophisticis rationibus paralogizare, Scribit. n.
Cōmen. in. 1. phy. cō. 10. ꝙ tales sunt sermones vani, qui peccant in materia &

Solutio quarundam.

forma. Et sic accidit Philosopho, quia propositiones eius sunt falsę, & peccant
Refutatio solutionis. per ęquiuocationem, cum natura aliter sumatur, vt patebit. Dicimus nos ꝙ nõ
est credendum magistrum primum aliquid dixisse sine forti ratione, & ita est de
quolibet verbo eius, vt scribit Commẽ. in. 1. de generatione & corru. cõ. 38. Mul
tum est profecto mirum de tam crassa hominum istorum ingnorantia & teme
ritate immo materiam cõsitentia, qui inueniunt locos in Aristo. vbi ex intentio
ne examinat illam qõnem et satis diffuse, & in loco proprio. attinebat enim illa
quęstio illi libro, vt clarũ est, dicũt Aristot. non esse tenendum, immo, qd plus
est, asserunt ipsum fundari in propositionibus falsis. Sed videãt ipsum in oibus
libris eius, ꝙ doctrina est consona in dictis eius. Vnde. 6. primę philosophię,
vbi ponit distinctionem scientiarum speculatiuarũ penes quiditatiuam cõsyde
rationem, ex triplici modo definiendi & abstrahendi, dum asserunt naturalem
definire per materiam scdm esse, & definitionem, intulit in tex. 2. ibidẽ ꝙ Phy
sici est de quadam anima consyderare, & non de omni. Patet aũt ꝙ hoc dicit
propter intellectũ, de quo dixit. 2. de aĩa ꝙ videtur esse genus aliud aię, & hoc
solũ contingere separari, sicut perpetuũ a corruptibili. &. 6. primę philosophię
dicit ꝙ non oĩs forma, de qua Naturalis cõsyderat, cũ materia est. & Cõ. dicit,
ꝙ illud fuit dictum propter intellectũ. &. 7. meta. te. cõ. 35. idem habet Philoso
Solõ ppria. phus, ꝙ Physici nõ interest de omni aĩa disserere. Dicamus igitur ꝙ differen
tia est inter aĩam & intellectũ. in hoc. n. taxauit Ari. Antiquos in. 1. de aĩa. Ani
ma. n. in propria significatione dicit̃ quicunq; corporis actus seu perfectio pri
ma est, & sine corpe esse nõ potens, Vnde Ari. in. 2. de aĩa. tex. cõ. 26. laudat An
tiquos, qui dixerunt aĩam non esse corpus, nec sine corpore esse. Intellectus aũt
dicitur, qui nullius corporis actus est. vnde sine corpore esse potest, cũ sua essen
tia non dependeat a corpe. Vnde illę aĩæ proprię sunt qditatiuæ consyderatio
nis a Naturali, quæcunq; proprie sunt aię. Scribit. n. Aris. istam vlem propo
tionẽ in principio. 3. de cœlo, ꝙ oẽs naturales substantię aut corpora sunt, aut cũ
corporibus gñantur et corrumpuntur. si aũt intellectus cũ corpe non gñatur,
neq; corrũpitur: non igitur intellectus erit substantia naturalis. substantiæ na
turales intelligũtur, quęcũq; quiditatiue a Naturali consyderãtur, nõ scdm eĩ.
alioquin nec primus motor a Naturali cõsyderaretur. Dico igitur Ari. istam
fuisse indubitatam sñiam de anima intellectiua, ꝙ sit eterna & abstracta, & ꝙ
extrinsecus aduenit nobis, vt patet in. 2. de gene. aĩalium cap. 3. & tunc a Natu
rali nõ cõsyderatur, nisi inquantũ est principiũ, per qd homo intelligit & appe
tit appetitu intellectiuo. Vnde recte dicit Cõ. ꝙ illa aię definitio nõ vniuoce
cõpetit intellectiuę, & alijs. Vnde, sicut intelligentia consyderat̃ a Naturali in
quantũ est aĩa orbis, pro quãto dat sibi motũ, & sic, vt scribit Cõme. assimila
tur formę naturali. pro quãto aũt non diuiditur ad eius diuisionẽ, assimilatur ab
stractæ formę. pp hoc tñ non dicitur intelligentia quiditatiue a Naturali con
syderari. Eodẽ modo intellectus, vt est aĩa hominis, videlicet vt p ipsum homo
intelligit, quodãmodo assimilatur formę naturali, & sic intellectus natura dici
põt: pro quãto aũt non diuiditur ad diuisionẽ hõis, dicitur assimilari formis ab
stractis, pp hoc tñ nõ sequitur intellectum quiditatiue a Naturali consyderari,
sicut neq; sequebatur de intelligẽtia. Sed replicabis ꝙ est ratio diuersitatis. quia
intelligentia habet aliam operationẽ natura priorem, in qua nõ dependet a cor
pore, videlicet intelligere & velle: sed aĩa intellectiua non habet, quia Ari. dicit
in. 1. de aĩa. Intelligere, siue sit imaginari, siue non fieri possit sine imaginatione,
non contingit absq; corpore esse. & ita, cum aĩa intellectiua non habeat aliquã
operationem sibi propriã, non põt a corpore separari, & ita quiditatiue a Natu
rali consyderabitur, intelligentia vero solum quo ad quia est. Sed, si hoc argumẽ
tum demõstrat, tunc igitur non est differẽtia inter intellectũ & aĩam: & sic ma
le Ari. taxauit Antiquos in hoc, & male asserunt ipsum solum a corpore separa
ri. Dicamus igitur ꝙ tenendo, sicut tenendum est scdm Ari. ꝙ intellectus sit to
tus abstracta a materia, vt fuit opinio ẽt Theophra. qui fuit auditor Arist. & opi
nio Themi. & Cõm. ꝙ de necessitate habet intellectionẽ perpetuã, per qua in
telligit in se consyderatus substãtias sempiternas, et est semper felix in se. Vnde

A enim Cōm. ꝙ, si noster intellectus nō potest intelligere substantias abstractas, ꝙ nullus intellectus posset etiam intelligere: quia in talibus, vt dicit. 3. de aīa. cō. 16. quicquid intelligit vilius intelligit nobilius, & non econtra. Licet igitur intelligere in nobis, quod cōmuniter experimur, & de quo Arist. egit in. 3. de aīa, cum imaginatione fiat: & sic talis intellectus dicitur aīa & natura, qa assimilatur aię & formę naturali: quia vt sic est motor coniunctus tangens hōem, sicut intelligentia orbē: tamen in se cōsyderatus, cū non diuidatur ad hoīs diuisionem, se sit substantia abstracta, sic habet intelligere ęternum supra tempus, & supra omne corpus. Et de taliter consyderato intellectu & intellectione non pertinet ad Naturalem. cuius argumento est ꝙ Arist. mouens hanc quęstionem in. 3. de aīa, non soluit ibi, sed dixit ꝙ de hoc erit posterius consyderandū, quia videbat hoc spectare ad scientiā Diuinā, quę est posterior via doctrinę cæteris scientijs. Vnde &. 9. primę philosophię de tali intuitiua cognitione intellectus respectu substantiarū separatarū dicit ꝙ non est in nobis, sicut cęcitas. Et beatus Thomas ab ipsa veritate coactus concessit ibi, & notauit illud de mēte Philosophi, videlicet ꝙ intellectus hominis habet quoddam intelligere, non dependens ab imaginatione, sicut est intuitiua cognitio intelligentiarum, quod quidem intelligere homini secundum Peripateticos, licet non contingat nisi in

B postremo, in se tamen consyderatus intellectus semper habet illud. Et hoc etiam notauit Cōm. in. 1. de anima. com. 12. si bene aīaduertis. Dic igitur resolute intellectum consyderari a Naturali quo ad ꝙ est modo prędicto, quiditatiue vero a scientia Diuina. Et ita non est cōtradictio in dictis Ari. alicuius momēti. Ad rationes respondetur, ꝙ bene ratio procedit de Philosopho Naturali & nō de Diuino. quia sciētia Naturalis est scientia specialis, ad quā spectat consyderare quiditates rerum sensibilium in particulari & sub particulari ratione formali, quia inquantū sensibiles sunt; sed scientia Diuina est scientia cōmunis, ad quā spectat oīa consyderare in ratione cōi & trascendenti, vt dicit Philosophus in proœmio Meta. & clarissime in. 11. meta. cap. 2. vel. 3. ad finem. Si igitur Naturalis quiditatiue consyderaret intellectū, igitur oēm intellctum abstractū cōsyderaret quiditatiue, quia non est maior ratio de vno quā de alio, in eo ꝙ est intellectum & abstractū, & ex alia parte consyderaret quiditatiue oē sensibile; ista aūt sunt extrema, quia vnum est scd̄m esse & rationē in materia, aliud vtroq; modo abstrahit. sed qui cōsyderat quiditatiue extrema, debet ēt & media cōsyderare. & ita etiā Naturalis quiditatiue cōsyderaret entia imaginabilia: quia si de quo minus, ergo & de quo magis. Si. n. Naturalis per te abstracta vtroq; modo quiditatiue consyderat, multo magis minus abstracta consyderabit. Sed non valet de Diuino. quia licet Diuinus oē abstractum & intellectū quiditatiue

C consyderat, non tamen omne intelligibile consyderat quiditatiue, nisi sub ratione transcēdenti. sed vltra illam rationē remanet speciali, quæ est scientijs specialibus propria. Dices, scientia Naturalis & Diuina consyderant de omni aīa: igitur nulla alia remanebit scientia. quia Naturalis per te consyderat vegetatiuā & sensitiuā, & Diuinus intellectiuā: & qui cōsyderat de omni tali, cōsyderat de omni sensibili & de oī intelligibili; igitur scientia Mathematica nō erit. Respondetur, negando consequentiam. quia licet scientia Naturalis quiditatiue consyderet omne sensibile, & Diuina oē intelligibile quiditatiue, hoc tamē est sub ratione cōi, & ideo restat spēalis consyderatio entis imaginabilis ipsi Mathematico. hoc aūt isti videre non potuerūt. Si replices, dicam pariformiter de Naturali, quia ponam ꝙ consyderat quiditatiue omne sensibile, cum cōsyderet de sensu, & dico etiam ꝙ quiditatiue consyderat de intellectu. sed dicam ꝙ cōsyderat de omni intelligibili, inquantum intelligibile est, & sic non superfluūt aliæ scientię. Respondetur, ꝙ hoc nō pōt dici, quia Naturalis est artifex specialis, & ratio sua formalis est consyderare res, vt concernūt materiā sensibilē, & motū. quia non abstrahit a materia sua consyderatio, q̄ est principiū sensus & motus. Vnde Cōm. 7. meta. & Arist. dicit ꝙ homo non pōt intelligi sine carnibus & ossibus. vbi Cōm. in cō. dicit ꝙ impossibile est intelligere quiditates naturales sine sensu & motu: sed ratio intelligibilis, inquantum intelligibile est, et

ratio intellectus inquantum intellectus est, abstrahunt a sensu & motu: & ideo A
ista ratio formalis consyderãdi non põt esse Naturalis, sed est sciẽtię Diuinę ap
propriata. Vnde ratio entis inquantum ens non est magis abstracta, quã ratio in
tellectus inquantũ intellectus, aut ratio intelligibilis inquantum intelligibile,
sunt.n.rationes transcendentes. res enim sicut se habent ad entitatẽ, ita & ad ve
ritatem, ex.2.primæ philosophiæ, tex.cõ.4. Et confirmatur per Boetiũ in pri
mo de Trinitate, vbi ponẽs differentiã inter istas tres scientias speculatiuas pe
nes modos formales consyderandi, inquit ꝙ in Naturalibus proceditur rationa
biliter, quia est de rebus sensibilibus cõtingentię et variationi subiectis, in qui
bus rara est certitudo: in Mathematicis disciplinabiliter, quia procedimus per
imaginationẽ: in Diuinis autem intellectualiter. Idem etiã confirmat dominus
Albertus in principio suę meta. & est sententia Aristote. expresse in.6.primę
philosophiæ, in tex.cõ.2. nam, cum scientia Diuina illa dicatur, si alicubi autẽ,
vt asserit, diuinũ aut honorabile existit, in tali natura existit, videlicet quæ est
abstracta vtroq; modo. modo omne tale est intellectus & intelligibile. & ista ra
tio est Diuini, non naturalis, licet etiam sit de abstractis scd̃m indefferentiã. Sic
igitur patet ꝙ intellectus inquantum intellectus, pertinet ad Diuinum, & omne
intelligibile inquantũ intelligibile, sicut omnę ens inquantũ ens. & ita hoc non
est Naturalis. Ad aliud respondetur ꝙ isti ęquiuocant. nam natura quandoq; su
mitur pro omni essentia & substãtia, & quandoq; sumitur proprie, vt de ea cõ B
syderat Naturalis, vt est principium motus. Aliter enim consideratur natura in
scientia Diuina, & aliter in scientia Naturali, vt scribit Cõmẽ.in.5. meta.cõ.5.
Dico igitur ꝙ in.3.de aĩa.cõ.17. dum Arist. dicit in omni natura dari vnũ, quod
est omnia facere, sumitur pro omni substantia seu essentia. Vnde sic in natura
entium est vnũ, quod est omnia fieri vt materia, & vnum, qđ est omnia facere.
& illo modo primus motor natura dicitur: quia vt scribit Cõm.12. meta.cõ.17.
oẽs formę sunt in potentia in prima materia, & sunt in primo motore: tamẽ pri
mus motor non est natura, vt definitur in Physicis, immo ex hoc excluditur a
consideratione Naturali quidditatiua, quia non habet in se principium motus, vt
patet.2.physi.cõ.73. illo modo etiam intelligentia dicitur natura. Vnde Cõm.
in principio libri de substantia orbis inquit. Declaratum est corpora cœlestia
esse composita ex duabus naturis, sicut corpora generabilia & corruptibilia cõ
ponuntur. Sed in lib. de partibus animalium, quando Philosophus dicit ꝙ non
omnis aĩa est natura, sumit naturam proprie, vt est definita in physicis, quia in
tellectus nedũ illo modo natura non est, ĩmo proprie loquendo etiam nõ est aĩ
ma. quia, vt diximus, differentia est inter aĩam & intellectum. Ad illud autẽ, in
quo dicebatur probationes Aristot. non valere, quia probat per hoc non omnẽ
animã esse naturã, quia non oĩs anima est principium motus, cuius oppositum C
ipse dixit de intellectu.3. de anima, cõme.48.&.49. pariformiter dicitur ꝙ ne
gauit intellectum esse principiũ motus, sicut natura definitur, quę est principiũ
intrinsecum ipsi naturato, in quo est per se: sed intellectus et q̃libet intelligentia
non est principiũ intrinsecum, cum principia de/ ẽt de animalibus Naturalis in
uestigare, quia ista est intentio Philosophi ibi, sed extrinsecũ. Vnde Comme.
2.cœli cõ.22. inquit, cũ cœlum sit semper motum, necęsse est vt moueatur per
principiũ extrinsecum non corporeum, neq; vt sit virtus in corpore. Virtutes
igitur naturales, definitę in libro physicorũ, sunt corpora, aut virtutes in corpore,
huiusmodi nõ est intellectus. Vnde Cõ.in.12.disp. contra Algazelem inquit in
solutiõe dubij primi, ꝙ emanatio Dei benedicti scd̃m Philosophos recte loquẽ
tes non est scd̃m naturã, neq; scd̃m voluntatẽ, quę est in nobis. Et ita isti hal
lucinati sunt non intelligentes veritatẽ, neq; mentẽ Arist. Albertus autẽ cogno
mento Magnus in lib.11.trac.1.cap.de aĩalibus, dicit rationes Ari. procedere de
intelligentijs cõmuniter, & non de intellectu hominis. Sed cũ reuerentia non
bene dicit. quia Arist. ibi loquitur de intellectu, qui refertur ad intelligibile, si
cut sensus ad sensibile, patet autẽ ꝙ iste est intellectus passibilis.3. de aĩa.cõ.5.
Si igitur est intelligere sicut sentire. Amplius Arist. ibi adducit tertiam rationẽ
ad eandem conclusionem, vbi probat scientiam Naturalem quidditatiue non con

A siderare de intellectu. Et videtur mihi ꝙ sit per locum a maiori negatiue, & est confirmatio nostrorum dictorũ, nam scientia Naturalis nullam rem abstractã a materia scdm definitionem consyderat, sicut sunt entia mathematica. Et hanc probat, quia Naturalis consyderat ea, quæ a natura fiunt: in talibus autem est ratio boni & finis, demonstratũ est aũt in.2.phy. ꝙ natura agit pp finem: sed in talibus entibus in abstractione consistentibus non est ratio boni neque finis, vt asserit, & habetur etiam in.3. meta. sequitur igitur ꝙ multo minus poterit considerare intellectum, qui est omnino abstractus. Vnde ex modo loquendi illa est tertia ratio: aliter sermo eius non esset continuus. Et ista est cõfirmatio omniũ dictorũ nostrorum superius, quia verũ vero consonat ex omni parte. Si dicatur ꝙ Cõ.2.phy.cõ.26. dicit ꝙ quiditatiua consideratio se extendebat vsq; ad vltimã formarum materialiũ, & primam abstractarũ, Dic ꝙ per vltimã intellexit cogitatiuã, & hoc inclusiue vsq; ad materiã abstractarũ exclusiue, quia illã quiditatiue non cõsyderat, quia intellectiua est primus terminus, in quem desinit exclusiue, & ipsa cogitatiua inclusiue. Vnde in sua media dicit ꝙ de aĩa intellectiua consyderat scientia Naturalis, vt est proportionata materię, non igitur absolute & in se, Sic glosat dictum eius.3.de aĩa.cõ.17.& 1.de anima.com.12.

Decimatertia contra.est in cõ.20. Dicit Aue.ꝙ intellectus in potentia prius applicatur nobis, ꝙ̃ agens. Huius oppositũ patuit cõ.18.&.36. Nisi esset ꝙ in B tellectus possibilis est prior origine: sed intellectus agẽs est prior prioritate perfectionis. Aut aliter. cũ intellectio, quę fit in nobis, duplex sit, & per intellectũ speculatiuum, & per intellectum adeptũ, intellectus possibilis quo ad primã intellectionẽ, pręcedit intellectũ agentẽ quo ad secundã. quia secunda primã supponit, 3.de anima, 36. licet, vt dictum est, secũda longe perfectior est prima secũdum ipsum. Tertio de aĩa.cõ. 20. Solutio.

Auer.3.de anima.20.ait. Et nos conuenimus cũ Alexandro, in modo ponendi intellectum agentem, & differimus ab eo, in natura intellectus materialis. Ex quibus habetur, ꝙ de mente ipsius Auerro. intellectus agens Deus est. Hęc enim est Alexandri mẽs. Huius oppositũ habetur ab ipso Auer.3.de anima.5. vbi de virtute intellectiua loquens, dicit, Secundũ igitur ꝙ intellecta mouent eam, & scdm ꝙ mouentur ab ea est actiua. Et ideo dicit Arist. post, ꝙ necesse est, ponere in anima rationali has duas differentias. s. virtutem actionis et virtutẽ passionis. Et dicit aperte, ꝙ vtraq; pars eius est neq; generabilis, neq; corruptibilis, vt post apparebit. Ex quibus habetur, ꝙ Deus intellectus agens non est. Cum intellectus agens per Auer. animę pars & differentia sit. Ad hoc respõdetur. Quod & si multi magni viri tenuere intellectũ agentẽ, in via Auer. Deum esse, Tamen in multis locis Auer. ostendit, de eius intentione oppositũ esse. Quia si intellectus agens, pars aĩę, & differentia est Deus esse non potest. Nullibi enim habetur ab Aristo. eiusq; Commen. deum animę nostrę partem et differentiam esse. Hoc enim valde remotum est, ab excellentia & simplicitate Dei. Et ad auctoritatẽ, 20. tertij de anima dico ꝙ aliud est cõuenire cum aliquo in re posita, & aliud est conuenire in modo ponendi. Ad propositum dico, ꝙ Auer. dicit se conuenire cum Alex. in modo ponendi. & non dicit, in re posita. Nam conuenit cum Alexandro in hoc, ꝙ Alexander ponit intellectũ agentẽ, non ratione tantum, verum etiam re ipsa, distinctum esse a possibili, & vere producere species, & intellectum materialem recipere. Et in hoc modo ponendi, Auer. cum Alex. concordat, & in tali modo Themist. discrepat. Themi. enim ponit ꝙ est distinctio secundum rationem tantum, & ꝙ ista ibi actiua sunt secundum similitudinem. non enim posuit intellectum agentem, nisi secundum similitudinis modum. sicut ibi Auer. sibi imponit. & in.3.de anima.5. in solu. primę quęst. Voluit enim Themi. & Theophra. ꝙ intellctus materialis, & intellectus agens, & intellectus speculatiuus sunt vnus intellectus secundum subiectum. & non differunt, nisi per tres dispositiones quę accidunt sibi. Vnde secundum Themi. intellectus agens, non agit vere producendo species & intentiones in intellectu materili. Nec intellectus materialis vere recipit. Sed ista intelliguntur secundum similitudinẽ, & secundum modum intelligendi nostrũ.

* Vtrũ intellectus, Agẽs đ mẽte Auero. sit Deus vt posuit Alex.

Ratio pbãs intellectum agentẽ Deũ non esse.

Differentia inter Alexã. & Aue.

& ideo opinati sunt intellectum speculatiuum simpliciter esse æternum, & in
hoc modo Auer. differt a Themi. & conuenit cum Ale. & non intellexit se cõ
uenire in intellectu agente, pro quanto Alex. posuit intellectum agentem esse
Deum. Quia de hoc nulla fuit facta mentio ab Aue. in illo loco de hoc, & sic
nulla est controuersia, vt ista res meliori modo percipiatur succincte aliqua po
nentur quę ad cognitionem huius rei faciunt. Vnde sciendum est intellectus

Intellectus multis modis capitur.

nomen quadrupliciter sumi, vt ab Auer. notatur. 3. de anima. 20. Vno modo ca
pitur pro intellectu agente. 3. de anima. 17. Et quemadmodum intellectus possi
bilis est omnia fieri, & est omnia modo similitudinis & receptionis, i. fit omnia
recipiendo similitudines omnium, ita oportuit intellectum agentem, esse om
nia facere, & transferre res de ordine in ordinem est eius officiũ, & facere actu
intellecta de potentia intellectis. Nam cum intentiones imaginatę sint potentia
intellectæ, quia intellectus possibilis qui in materialis est, ab ipsis moueri ne
quit, nisi actu intellectę fiant, vt agens intellectus poneretur fuit necessarium.
Hoc nobis ostendit Auer. 3. de anima 18. quum dicit, & omnia dicta ab Aristo.
in hoc. sunt ita vniuersalia nullum habent esse extra animam quod intendit
Plato, quia si ita esset non indigeret ponere intellectum agentem. Quia essent
actu intellecta, & abstracta materia, & materię conditionibus. Et sic intellectũ
possibilem de se absque aliquo motore extrinseco mouere possent. Et abstrahe

Quomodo abstrahere dicatur operatio intellectus agẽtis

re vt idem est ꝙ transferre res de ordine in ordinem, & facere de potentia in
tellectis actu intellecta est ipsius operatio. Et hoc fit absque apprehensione vir
tutis abstrahentis. Et sic abstrahere est operatio intellectus agentis, cuius virtu
te obiectum relucens in fantasmate causatur in esse obiectiuo in specie intelligi
bili, quę intellectus agentis & phantasmatis est effectus. Quod aũt species illa
vniuersaliter representet. ab intellectu habent agente. Sed ꝙ hominis naturã re
presentet & non alterius, hoc est pro quanto species illa intelligibilius a phan
tasmate hominis, & non alterius in virtute cogitatiua dependet. vnde Auer.
3. de anima, 30. vult propter illud quod in tex. habetur. vbi dicitur ꝙ nequaquã
sine phantasmate anima intelligit. ꝙ intellecta vniuersalia sunt colligata cum
intentionibus imaginatis & corrupta pp eorum corruptionẽ. Et isto mõ agens

Secunda intellectus acceptio.

intellectus abstrahendo a phantasmatibus non cognoscit. Sed ab eo naturaliter
prouenit ista actio, quia vult Aue. 3. de aĩa, 19. ꝙ intellectus agens non cogno
scit aliquid eorũ quę sunt hic. Scdo mõ capitur intellectus materialis, i. pro in
tellectu possibili. de quo Ari. pronuntiauit ꝙ est oĩa fieri, & ꝙ nullã hẽt natu
rã, nisi ꝙ possibilis est vocatus animæ intellectus, & non est forma materialis
nec ens ex materia & forma compositum, nec est materia prima: differt. n. rece
ptio intellectus possibilis a receptione materię primę Nã vt habẽtur ab Aue.
3. de anima. 5. diffinitio ipsius est, illud quod est in potentia oẽs intentiones for
marum materialiũ, vniuersaliũ, & non est in actu aliquod entium, antequam il

Intellectus possibilis a materia prima differt.

lud intelligat. Et cũ ista sit intellectus materialis diffinitio, patet ꝙ apud ipsum
differt a materia prima in hoc, ꝙ iste est in potentia omnes intentiones forma
rũ vniuersaliũ materialiũ. Prima aũt materia est in potẽtia oẽs istę formę sen
sibiles, non cognoscens, neq; comprehendens. Et si quęratur vnde est ꝙ ista na
tura est distinguens, & materia prima non distinguit, neq; cognoscit? Dicitur, ꝙ
cã est, quia intellectus recipit formas vniuersales; materia aũt prima recipit for
mas diuersas, s. indiuiduales, & istas. i. materialiter signatas propter instantiã de
sensibus. Vnde credendum non est, materiam receptionis simpliciter cãm esse:
sed receptionis transmutabilis. s. receptionis huius transmutabilis est cã. vt ha
bentur ex Aue. 3. de aĩa, 18. Vnde oportet vllo mõ esse materiale: quod non re
cipit indiuiduali receptione. Et hęc est causa ꝙ intellectus possibilis sit quar
tum genus entium. vt ait Aue. 3. de anima. 5, Nam sicut esse sensibile in ma
& formam diuiditur; sic esse intelligibile in duo secatur. s. in aliquod simile for
mæ, & in aliquid simile materię. Et iõ intellectus possibilis materialis appella
tur, quia est materia intelligibilium vniuersaliter & abstracte recipiens. Et ab

Altera ipsius abstrahe

strahere, vt est apprehendere ex his quę sunt coniuncta inesse aliquid, non ap
prehenso, reliquo (de quo verificatur dictum Ari. 2. phy. 18. abstrahentium no
est

(est mendacij) est operatio intellectus possibilis qui adunata inesse, aptus est di re acceptio.
uidere. vt ait Auer. 12. metha. 39. Iuditium. n. & apprehensio formaliter attribuuntur nobis per intellectum possibilẽ. Ille. n. est pars per quã anima intelligit idest non habentes animã illo intelligimus. Glosa est Themistij & Auer. 3. de anima. Insurgit dubitatio pp dictum Auer. 3. de anima. 19. vbi habetur ꝙ cõparatio intellectus agentis ad materialem, est comparatio quodãmodo principij motiui ad materiã motam ẽt hẽtur ab Alex. tract. de intellectu. cap. 3. ꝙ intellectus agens est effectiuus intellectionis. Huic dubio satis facit Zimara ꝙ intellectus agens siue sit Deus, vt voluit Alex. et nõ nulli ex recentioribus: siue animę nostrę sit pars, vt fuit mens Themi. & Auer. Protanto dicitur esse intellectionis effectiuus quia cõparatio eius ad intellectum materialem, est sicut cõparatio lucis ad diaphanũ. Intentionũ vero imaginatarũ ad ipsum cõparatio est, sicut cõparatio coloris ad visum. Et sicut lux est perfectio diaphani: sic agẽs intellectus, est perfectio intellectus materialis. Et queãdmodũ a colore diaphanũ non mouetur, neque ipsum recipit: nisi quando lucet: ita materialis intellectus, intellecta quę sunt hic non recipit: nisi scdm ꝙ per istum intellectum perficitur, & per ipsum illuminatur. Et sicut lux facit colorẽ in potentia esse in actu, ita ꝙ possit mouere diaphanum: ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potentia esse in actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierum intellectarum intellectus agens dicitur esse intellectionis effectiuus. Tamẽ de obiecto intellecto iudicium ipsum & discrimẽ quo iudicamus fit per intellectum possibilem. Nam si sensus virtutem habet per quã sensibile discernit, multo magis materialis intellectus. Vnde tenendum est intellectionem formaliter qua intelligimus & iudicamus immediate produci ab intellectu materiali per intellectum agentẽ illuminato, & informato spẽ intelligibili. Sed dicitur ab intellectu agente causari rõne spẽi: quia illa est ab intellectu agente effectiue. & ista videtur esse mens Auer. 3. de aĩa, 19. Etiã & si poneretur ꝙ verũ esset. s. ꝙ in nobis intellectio immediate ab intellectu agẽte produceretur: nõ tñ sequeretur hoĩem formaliter intelligere per intellectũ agentẽ. Sed p intellectũ materialẽ quia eo formaliter aĩa intelligit & sapit. Oẽs. n. expositores in hoc cõcordant ꝙ intellectus de quo Arist. loquitur in prĩcipio. 3. de aĩa est intellectus materialis. Vnde licet motus effectiue sit a motore: non tñ formaliter est in motore: nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. Ita ẽt est de intellectione, quę est quidã motus licet ęquiuoce dictus & hoc tactũ fuit ab Auer. loco alleg. hęc Zimara. plura adduci possent notatu digna de agente intellectu & possibili quę breuitatis gratia omittunť quæ si vis videre recurras ad ipsum in tabulis & theo. & in concordãtijs. Alio mõ sumitur intellectus aliqñ, pro virtute imaginatiua siue cogitatiua de quo intellectu Arist. loquutus fuit. 3. de aĩa. c. 20. dum ait, intellectũ passiuũ corrũpi. & animã sine hoc nihil intelligere. Quarto non capitur intellectus pro intellectu in habitu. i. pro speculatiuo intellectu, qui quidẽ intellectus (vt placet Them. & Theophrasto) cõstat ex ĩtellectu possibili & agente, vt refert Auer. 3. de aĩa. 5. sed ipsum Com. intentiones imaginatiue vltra intellectum agentẽ, & possibilem, concurrunt. Et ideo scdm Auer. talis intellectus ex parte qua a phantasmatibus dependet, quo quo modo est generabilis & corruptibilis: & quoquo modo est ęternus. Nam scdm indiuiduum est generabilis & corruptibilis: sed scdm spẽm est ęternus. Et sic patet quot modis apud peripateticos intellectus capitur. Sed si instetur auctoritate Alex. in tractatu de intellectu. vbi inquit in principio ꝙ intellectus apud Arist. est triplex. Respondetur, ꝙ intellectus proprie qui est vniuersalium est triplex. Et hoc modo loquutus fuit Alexander. Extensiue vero ẽt imaginatiua dicitur intellectus, respectu particularium. Vnde etiam passiuus dicitur. 3. de anima. 20. Et sic accipitur etiam intellectus. 3. de anima. 48. vbi ait. videntur autem duo hęc mouentia &c. & hæc sufficiant.

Alia intellectus acceptio.

Alia intellectus acceptio.

Intellectus speculatiuus ex quibus constat.

Decimaquarta contradi. est in cõ. 20. Intellectus scdm Auer. in lib. de anima dicitur quatuor modis videlicet, de intellectu materiali, & de intellectu in habitu, & de intellectu agente, & de virtute imaginatiua. Huius tñ oppositũ scribit

Tertio de aĩa, cõ, 20.

Alex.in tracta. de intellectu, qui in principio inquit ꝙ intellectus apud Arist. est trinus, primus enim est intellectus materialis, secūdus in habitu, & tertius est intellectus agens. Solutur intellectus proprie, qui est vniuersalium, triplex est, & sic loquitur Alex. extensiue aūt imaginatiua ēt dicitur intellectus respectu particulariū. vnde etiā intellectus passiuus dicitur. 3. de anim. tex.cō n.20. & sic accipit intellectum etiam Arist. ibidem in tex.cōm 48. vbi dicit. Videtur autem duo hęc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, si quis imaginatio... posuerit, sicut intelligentiam quandam.

Tertio de aīa.cō.26. Decimaquinta contra di.est in cō.26. Dicitur ꝙ formatio intellectus est semper vera. Sed oppositum habetur in cō. 21. vbi dicitur ꝙ formatio intellectus non est vera neq; falsa. Debes scire ꝙ Cōm. per formationē hic intellexit primā operationē intellectus, qua quiditas ipsa simplex in se apprehenditur per intellectum. & quia quiditas ipsa forma est, ideo ab ipsa formatio dicitur: aut quia intellectio talis mediante specie fit, quę apud Arabē ēt forma nuncupatur, sicut alias declaraui. Circa aūt talem intellectionē distinctū est. nam aut illud, quod apprehenditur, est conceptus simpliciter simplex: & talis in se consyderatus non habet aliqd, per quod possit sciri, & aliquid per qđ possit ignorari: & circa talē nulla pōt esse deceptio in intellectu, imo ibi veritas est. talis aūt veritas in prima operatione intellectus consistens non est formalis veritas, quę in compositione, vel in diuisione consistat, sed solum consistit in hoc, ꝙ obiectum se offerat potentię cognoscenti, sicuti ipsum est in se. si autem conceptus fuerit simplex, qui simplici actu intelligentię concipi possit, sit tamen conceptus ille resolubilis in quid, et in quale, in talibus pōt contingere falsitas virtualis, puta si intelligeretur hō irrationalis, & de hoc loquebatur Philosophus. 5. meta. tex. cō. 34. qñ dicebat ꝙ falsa in se ratio nullius est simpliciter ratio. ibi.n. est falsitas virtualis. virtualem autem falsitatem appello, qñ obiectum concipitur in actu simplicis intelligentię, sub aliqua ratione sibi repugnante. sed qñ esset copula formalis, tunc etiam esset falsitas formalis. Ad propositū ergo prima operatio intellectus est semper vera, seruatis illis conditionibus, & veritas illa consistit in hoc, ꝙ obiectum ita pręsentet se intellectui sicuti est: veritas enim est adequatio rei ad intellectum. quando autem dixit Cōmen. ꝙ nō est vera neq; falsa, intellexit de veritate & falsitate, quę in compositione & diuisione consistit, quia talia solum in secunda intellectus operatione habent fieri.

Tertio de aīa.cō.27. Decima sexta contradi.est in cō.27. Habet Auer. ꝙ scientia in potentia generatur a scientia in actu. Sed huius oppositū habet. 3. de aīa. cō. 5. in solutione tertię qōnis, vbi habet hoc pro inconuenienti, quia tunc scientia, quę est in magistro, esset generans scientiā, quę est in discipulo, sicut ignis generat aliū ignē sibi similē. Debes scire ꝙ Auer. hanc consequentiā, et rationē accepit a Themistio super. 3. de aīa. cap. 32. & 33. Themist. aūt videtur deduxisse illud ex sententia Platonis. inquit enim cap. 32. Quod si cui extrema opinio incredenda videtur, omnes homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad vnicum intellectum agētem referri, vnde consistimus sumusq; homines, nihil est, quamobrē auersari absterrerive debeat. vnde enim communes illę animi conceptiones, prænotionesq; cōmunes oībus haberentur? vnde indigentia illa impressaque omnium mentibus primorum noticia constituisset natura duce, nulla ratione, nulla doctrina? vnde postremo intelligere mutuo & intelligi vicissim possemus? nisi vnus singularisq; ītellectus fuisset, quē cōmunem oēs homines habere... Quocirca verissime illud apud Platonem legitur. Nisi inquit hominibus communia essent multa, sed propriū quid aut impromiscuū contineretur in singulis, non esset admodum facile ostendere, & significare alteri voluntatē suam. hæc ille. Nos aūt alias declarauimus Platonis authoritate non procedere de intellectu vnitate cū totum studium Academicorum sit in purificatione & immortalitate aīarum humanarum. sed illud dictum Platonis erat propter ideas ponendas. nā nisi esse vna cōis idea, in qua hoies conuenirent, nō facile alter alteri suos conceptus posset exprimere. Ista autem ratio Them. et Auer. vt alias declaraui, multas habet instantias, quas afferre possem, sed quidquid sit pro nūc, dico sed ...

sum, scia non posse gñari a scia, sicut ignis generatur ab igne. hoc aūt sequitur secdm ponentes pluralitatē intellectus, vt ipse opinatur. quod qño declaratur, nō est presentis negocij. si qua tñ est declaratio, vide quę dicit Them. & isto modo negauit ipse gñari scientiam a scia, tñ ꝙ scientia absolute alia via nō possit generari quantū ad indiuiduū, nullibi ipse dixit hoc: immo presens cōmentū est contra illos, qui tenēt nostrū scire esse reminisci secdm Auer. sed videāt quę in cō.2. primi poster. & cō.48. & 49 primi meta. & 7. meta. cō.58. & in fine. 2. posterio. & in cō. super lib. de sensu & sensi. in colūna tertia. & 3. de aīa. c.5. & 20. et. 6. ethic. cap. 4. & tunc videbūt vtrum ista fuerit opinio Auerrois nec ne. Ista volumus notare, ne verbositas aliquorum mentem Auerr. peruerteret.

Decimaseptima contradi. est in cō. 29, Habetur ꝙ delectatio nō est in intellectu. Sed huius oppositū habetur. 12. met. te. cō. 39. Soluitur. in intellectu non est delectatio eiusdem rōnis cum illa, quæ est in sensu, sed bene alterius rationis pōt delectatio esse. Vide Temisti. in. 3. de anima. cap. 47. & intelliges hoc. Tertio de aīa. cō. 29. Solutio.

Decimaoctaua cōtradi. est in eodem cō. Fuit oppositum nobis, nam ibi dicit Cōme. ꝙ proprium appetitus sensitiui & desyderij sensibilis est cum presentia obiecti sensati: econtra autem est de appetitu intellectuali. Sed huius oppositum inducebatur de aīalibus perfectis, quia talia habent imaginationem & desyderium respectu absentium sensatorum, sicut patet. 2. de aīa. t. 56. & 20. Nec valet si dicatur ꝙ ibi loquitur de imaginatione, non autem de desyderio, nam desyderium consequitur imaginationem, sicut vmbra consequitur corpus. Soluitur, ista differentia intelligitur precisione: sicut dicitur in simili de vniuersali & singulari, vt sunt obiecta sensus & intellectus. Tertio de aīa, cō. 29. Solutio.

Decimanona contrad. est in cō. 33. dicit Cōm. ꝙ cogitatiua non cōponit intelligibilia singularia. Huius oppositum patet in hoc. 3. cōm. 20. & 22. Confirmatur, quia cogitatiua apparet intellectus particularis, eo quia homo ꝑ ipsam particulariter discurrit. Soluitur. dictum Cōm. hic intelligitur sano modo, & sensus est iste, cogitatiua non cōponit singularia, i. terminos simplices: qui tamē vniuersales sunt, quia hoc pertinet ad intellectum, qui est superior cogitatiua. singulare hic non sumitur, vt distinguitur contra vniuersale, vt intelligit contradicens, sed vt distinguitur contra compositum. Tertio de aīa, cō. 33. Solutio.

Vigesima contrad. est in cō. 34. Dicit ꝙ bonum & malum, verum & falsum sunt in eodem genere. Sed oppositū huius patet. 6. meta. te. cō. vltimi. vbi habet ꝙ bonū & malum sunt in rebus, sed verū & falsum sunt in intellectu. Soluitur, ꝙ bonū & malū dupliciter possunt sumi. vno modo vt mouent in genere causę efficiētis: alio modo vt mouent in genere causę finalis. si primo modo, sic bonum & malū sunt in aīa sicut verū & falsum; & sic sunt in eodē genere, qa vtrūq; est cognitio, nam. 12. meta. cō. 36. balneum in aīa mouet vt efficiēs, & balneum extra aīam mouet vt finis. & ideo, si considerentur vt mouent in rōne finis, sic habent esse in rebus. de hoc tñ latius dicemus in cō. vltimo. 6. meta. Tertio de aīa cō. 34. Solutio.

Vigesimaprima contra. est in cō. 36. Auer. in recitādo opinionē Them. dicit ꝙ ponendo intellectū abstractū, tunc hoc verū est ꝙ id, qđ est magis visibile, magis cōprehenditur. Sed oppositum huius patet. 2. meta. cō. 1. Soluitur. dictum eius hic intelligitur sic, ꝙ, si intellectus abstractus intelligit res materiales imperfectas, multo magis aptus est intelligere res abstractas perfectas. hoc tamen non est sibi facile, sed difficile. & ita dixit 2. meta. cō. 1. ꝙ exemplum illud Philosophi de visu noctuæ respectu luminis diei non ostendit impossibilitatem, sed difficultatem. dico per locum a minori ꝙ, si intellectus ista imperfectiora intelligit, multo magis aptus est intelligere res ipso perfectiores, sicut Deus est & abstractæ substantiæ. hoc tamen non est sibi facile, sed laboriosum propter ipsum in cognitione nostra naturali dependere a sensatis. Tertio de aīa. cō. 36. Solutio.

Vigesimasecunda contradi. est in eodem cō. 36. In illa parte, in qua reprehendit Alex. videtur habere pro incōueniēti ꝙ ęternū in sua actione idigeat aliquo corruptibili, ita ꝙ ex eis fiat vna actio. Sed huius oppositū patet. 3. de aīa. cō. 18 de intellectu agente & phātasmate. similiter. 7. meta. c. 31. & 2. phy. te. cō. 26. vbi dicitur ꝙ Sol & hō generant hoiem, Soluitur, Cō. negat ęternum non posse cō Tertio de aīa. cō. 36. Solutio.

iungi corruptibili, eo modo, quo Alexan. ponebat. quia sicut sibi imponit D. Auer. ipse Alexan. tenuit intelectum possibilem esse generabilem & corruptibilem, & posuit intellectum agentem abstractum esse, qui apud Alexan. Deus est: & dixit ꝙ in copulatione intellectus adepti Deus vniebatur formaliter intellectui possibili. hoc autem non potest intelligere Commen. nam, si aliquod abstractum informaret corruptibile, aliquo modo a corruptibili dependeret. & ideo caueant qui ad intentionem eius tenent animam intellectiuam dare esse formaliter homini. Illud autem, quod de phantasmate & homine allegabatur, nihil mouet: tum quia phantasma non est materia intellectus agentis, nec virtus informatiua hominis est materia respectu Solis in hominis productione, sicut intellectus possibilis erat materia secundum Alexan. respectu intellectus agentis in copulatione; tum etiam, quia phantasma Socratis & Platonis non est primum instrumentum intellectus agentis, sed secundarium & extraneũ quoquo modo, sicut patet. 3. de anima. 5. 19. & 20. cõ. Nam sicut dicit Auice. species est in prima intentione naturę, non indiuiduum, nisi per accidens. & ita dicendum puto de Sole & homine. sed de hoc latius vide. 8. physi. cõ. 15. vbi declaratur quomodo nouitas sit in effectu deriuata a voluntate antiqua, & quomodo non.

Tertio de aĩa. cõ. 36.

Vigesimatertia contradi. est in eodem cõ. 36. In illa parte, in qua ponit opinionem suam, dicit ꝙ intellectus in habitu est, per quem extrahimus intellecta. Huius tamen oppositum supra dixerat contra Alexan. hoc idem opinantem. Soluitur ibidem, vbi contra Alexan. arguit, & contra Auempace. ibidem dicit, & etiam quomodo attribuitur actio propira intellectui, quę est facere intellecta intellectui generabili & corruptibili, s. qui est in habitu. Nisi quis ponat ꝙ intellectus, qui est in habitu, sit intellectus agens compositus cum intellectu materiali, vt dicit Themi. aut ponat ꝙ forma postrema nobis, qua abstrahimus intellecta, & intelligimus ea, est composita ex intellectu in habitu, & intellectu agente, vt Alexan. & Auenpace ponunt; sicut nos etiã reputamus esse apparens ex sermone Arsti. in intellectu in habitu. ergo non discordat ab Alex. nisi pro quãto ponebat intellectum materialem, qui est pars ipsius, esse corruptibilem; non autem in modo ponendi.

Solutio.

Tertio de aĩa. cõ. 51.

Vigesimaquarta contradi. est in cõm. 51. Dicit Auer. ꝙ bonum actuale commune omnibus est laudabile. Oppositum prim. ethi. cap. 16. Soluitur. sumitur laudabile ethicorum. 1. strictius quam hic; quia ibi sumitur vt distinguitur contra honorabile, hic autem lato vocabulo sumptum est.

Solutio.

Tertio de aĩa. cõ. 66.

Vigesimaquinta contradi. est in cõm. 66. Dicit Comment. ꝙ tactus comprehendit sensibile suum sine medio. Huius tamen oppositum patet. 2. de anima commen. 107. 108. 115. Soluitur. tactus quantum est merito receptionis non indiget medio, sed per accidens & merito contactus nihil prohibet ipsum medio indiget.

Solutio.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Libris de Sensu & Sensili, & de Somno & Vigilia.

Vtrū solus tactus sit necessarius oībus animalibus, vel etiā gustus?

ARisto. in libro de sensu, & sensili a principio ait, proprie autem secundum vnum quodq; tactus, & gustus, insequitur omnia necessario. Hoc etiam innuere videtur.3.de anima.64.Hoc etiam videtur velle.2.de partibus animaliū cap. 17. &.4.de hystoria animalium cap.8. Oppositum huius videtur velle.2. de anima. 17.&.28.&.31. &.3.de anima.68. 67. Ad hoc respondetur, & ante responsionem est aduertendum, ꝙ multi in materia de sensuum participatione talem ponunt differentiam in animalibus, moti auctoritate commen.2.de anima,31.ꝙ animalium quędam tactum tantum habent, vt spongia marina, & vrtica marina: sed gustum non habent: quia ex rebus sapore carentibus, per radices (sicut plantę) spongia marina nutritur. Quędam autem habent vltra tactum, gustum, (vt aiunt) vt ostrea, & cocleę, nam sapidis rebus talia pasci videmus: & in istis membrum orisimile, & ventri proportionale membrum inspicitur. In quibus autem os, aut ori proportionale est in animalibus: necesse est gustum in esse. Talia autem olfactu carent. Non enim talia esca venantur. Purpure vero, & murices vltra gustum, habent olfactus sensum: nam videmus talia sequi escam, & venantur talia piscatores per escā. Non autem habent auditum: quia nihil a sonis patiuntur huiusmodi. Non nulla vero animalia, vltra hos tres sensus, habent auditus sensum, vt talpa quę caret visu (licet de hac materia questio solet fieri) temen non sit nobis curę pro nunc. Animalia vero perfecta habent vltra istos visum. Vbi cum in potentijs animę semper perfectior, & posterior inferat priorem, & non econtra, sic omne habens visum, habet auditum: & omne habens auditum, habet olfactum: & omne habens olfactum habet gustum: & omne habens gustum, habet tactum; sed non econtra. Hec est positio istorum, cui nisi aliquid aliud addatur, multę Arist. auctoritates aduersantur vt supra ostensum est. Et etiam sic absolute prolata Auerroi contra dicit vnde dimittenda est. Ad cōtradictionem dicamus (vt magnus Auer. dicit) qui videns hanc contradictionem.2.de anima.31.dixit, ꝙ duplex est gustus. Vnus est perceptiuus saporum, & hic appellatur gustus perfectus. Alius vero est perceptiuus qualitatum primarū existentium in saporibus: & hic appellatur gustus imperfectus. Hoc stante ponuntur secundum Auerr. duę cōclusiones. Prima conclusio est, ꝙ gustus imperfectus simul cum tactu est necessarius omnibus animalibus. Secunda cōclusio est, ꝙ gustus perfectus nō est necessarius omnibus animalibus. Et isto modo auctoritates pugnantes conciliantur secundum Auer. Tamen videtur ꝙ hæc responsio Auer. nulla sit: quoniam est fundata super textu falso. Nam in textu.31.2.de anima dicebat Aris. ꝙ tactus pōt esse sine visu, sine auditu, & olfactu textus Auer. habebat & alio sensu quę particula non est in textu nostro: ideo nō videtur, ꝙ ista distinctio sit ad mentē Aristo. Secunda difficultas est. quęro aut iste tactus imperfectus est potentia animę sensitiuę, aut non? non est dicendum ꝙ non, ergo cū sit potētia

Positio multorū.

Responsio secundum Auer.

animæ sensitiuę erit distinctus a tactu, 3. potētię distinguūtur per operationes, operationes per obiecta ex. 2. de anima. 51. sed iste gustus imperfectus [illegible] primas qualitates sicut tactus, igitur non est distinctus a tactu, ergo dicere animalibus esse gustum imperfectum est dicere in animalibus esse solum [illegible] Ad hoc dici potest (quidquid non nulli dicant) ꝙ licet iste gustus imperfectus non recipiat differentias saporum; sed primas qualitates in saporibus existentes: atamen distinguitur a tactu ratione organi; quoniam in quadam determinata parte corporis qualitates nutrimenti recipit sicuti dicimus ꝙ idem est [illegible] in ore ventriculi, & in extremitate virgę qui etiam est in vniuerso corpore sed diuersus rōne temperaturę ipsius organi: sic etiā tactus secundum quē [illegible] ore animalis aut in proportionato ori distinguens primas qualitates [illegible] ti dicendus est gustus imperfectus. Quo stante ad difficultates contra Auer. dicendum est, ꝙ licet textus Aue. 31. 2. de aīa sit falsus, tamen, quia alia sunt [illegible] perius citata, quibus hęc conclusio elicitur propter hoc Aue. distinctio non [illegible] dicenda falsa. Ad alia dico, ꝙ iste tactus qui gustus imperfectus dicitur, [illegible] tentia animæ sensitiuę distinctus specie a tactu, quę distinctio prouenit rōne determinatę partis corporis animati, per quā percipimus qualitates primas existentes in nutrimento, sic ꝙ per aliam partem hoc fieri non posset. Et [illegible] do huius operatio est, obiectum distinctum formaliter ab obiecto, & operatione ipsius tactus, vt tactus est, & tali gustu sunt munita animalia imperfecta [illegible] fixa viuunt: quoniam ex nutrimento simpliciori nutriuntur: qualia sunt [illegible] lia, spongia maris, purpura, & huiusmodi in aquis degentia. Animalia vero perfectiora preter tactū requirunt gustum perceptiuum saporum, quoniam ex [illegible] bus compositoribus nutriuntur. Et sic pro nunc cessat dubium [illegible] enim A[illegible] solutionem apud multos esse satis dubiam propter supradictas instantias.

Super libro de sensu & sensi. Scribit Commen. super cōm. libri de sensu & sensi. ꝙ virtutes diuersificantur adinuicem secundum fortitudinem & remissionem. Vide oppositum [illegible] physi cōm. 20 ad finem cō.

Solutio. Soluitur. non ratione sui (quia in indiuisibili [illegible] stunt) diuersitas virtutum est, sed est merito dispositionum & merito [illegible] menti, sicut patet primo de anima, te. com. 65, vbi dicitur, si senex acciperet [illegible] lum iuuenis, videbit vtique vt iuuenis.

In libro de som. & vig. Contradictio est in lib. de somno & vig. Ari. cap. 3. in fine ibi, Mouentur [illegible] tem quidam dum dormiunt, & faciunt multa, quę vigilantium sunt, dicit q [illegible] qui exercent opera vigilantium, faciunt hęc non absque phantasmate & sensu aliquo. somnium enim est quodammodo sensamentum. Dicendum est aūt [illegible] de ipsis. somnia enim meminerunt expergefacti, actus vero vigilię non meminerunt. vbi videtur Arist. dicere istos somniare, dum exercent opera vigilantium, & quando expergiscuntur, bene memorantur somnij, sed non act[illegible] exercuerunt.

Solutio. Sed huius oppositum expresse de istis legimus in. 5. de generatione animalium cap. 1. vbi reddit causam, quare infantes rideant in somno. In[illegible] accidit dormientibus animalibus in somno sensus, non modo eo, quo [illegible] vocantur, sed etiā preter somnia: vt ijs, qui dormientes resurgunt, [illegible] dem pleraq; agunt sine insomnio. sunt enim, qui dormientes resurgant & ambulent, videntes eo modo, quo qui vigilant, ijs enim, qui sensus accide[illegible] contingit, quanquam non vigilantibus, tamen non vt somnium. vbi ex[illegible] colligitur, istos, qui dum dormiūt, exercent opera vigilium, non somniare, [illegible] sensu aliquo agitari.

Solutio. Nisi esset ꝙ duplex est somnium: quoddam, quod fit [illegible] ginatione & memoria, & illi qui huiusmodi somnium patiuntur, memorantur expergefacti: quoddam vero fit cum imaginatione sed non memoria. & [illegible] les expergefacti non memorantur actuum, quos in somno exercuerunt. & [illegible] li loquitur Philosophus in lib. de somno & vigilia. Sed ista solutio non [illegible] cit. quia Ari. dicit istos bene recordari somni, sed non actus: quod non [illegible] illud somnium sine memoria fieret.

Alia solutio. Ideo aliter dicendum est, triplicem esse sensum, videlicet in actu, & iste est in vigilantibus. est ēt sensus secūdus, qui [illegible] bis somniantibus contigit, imaginatio enim eorum, quę in somnia [illegible] sus quidā est, tertius vero est medius inter illos, & est ille, qui cōtingit dormientibus

tibus exercentibus opera vigilantium, qui apertis oculis faciunt multa opera vigilantium, & tamen dormiunt. quod illo experimento comprobatur, quia cū expergiscuntur, interrogati, de talibus non recordantur. Amplius aūt, quia tales exponunt se plerumque maximis periculis, quod non facerent si vigilarēt. accedunt enim plerunque ad loca inimicorum & verberant illos: & plerumq; verberant columnas, imaginantes se verberare inimicos. & ideo isti operantur a phantasmate, sed non est verum somnium. Causa aūt, propter quam isti non recordantur actus, sed bene recordantur somnij, i. phantasiæ dicta est ab Aristo. in problematibus. Et ideo non oportet dicere talem imaginationē fieri, nulla concurrente actione memorię, vt dicit Ioan. gramma. ibi, sed melius est distinguere aliter de somnio vero, videlicet quod non contingit vere dormiēti, in quo sensus exteriores sunt ligati. et hoc potest cōtingere ex imaginatione coniuncta memorię & scientię, quando coniungitur primo modo isti expergefacti recordantur somnij: si vero non, non. Aliud vero est somnium improprie, quod contingit homini, in quo sensus exteriores quodammodo sunt ligati, & quodammodo soluti. Nam illi, inquantum oculis patentibus exercent opera vigilantium, & spiritus, & nerui deseruientes virtuti motiuę sunt soluti sic. inquantum vero isti non percipiunt se videre nec audire, sic sunt ligati. & istud rectius dicitur imaginari quam somniare. & de isto Aristo. dicit, ꝙ est quodammodo somnium ipsum phantasma. vtuntur enim isti quodammodo phantasmatibus pro rebus, sicut verberantes columnas existimant se verberare inimicos: licet per accidens contingere possit, vt etiam inimicos verberent, sicut imaginantur, sed hoc accidit.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Primo me. in proœm.

Super Primo Metaphysicorum.

Solutio.

AGrediamur nunc obsecro dicta Art. & Auer. in Metaphysicis. Ari. dicit animalia habentia memoriam esse prudentia. sed cū ex libro de memoria illa animalia habēt memoriam, quę tempus percipiūt, quia est respectu preteriti, sequitur ꝙ alia ab homine sentiunt tempus. Sed huius oppositum habetur ex. 4. physi. text, commen. 131. quia tempus cum sit numerus motus, nullum animal percipit tempus, sed nullum animal nouit numerare, nisi homo qui habet intellectum, quia numerare solius intellectus est, vt ibi dicitur. Nisi dicere ꝙ differentia est inter hominem & bruta, nam homo solus per se sensum temporis habet propter prædictam causam; alia vero aīalia ex accidēti, ꝓ quā

to agnoscunt motionem & passionem, quam aliquo tempore acceperunt & ista est snia Them. in.3.de anima in cap.64. Forma igitur temporis a solo homine, nedum materia cognoscitur, sed habentia memoriam præter hoiem agnoscūt materiam tantū amplius, vt d. Them. in cō. super lib. de memoria & reminiscentia lib.1.cap.5. Bruta hoc solum cognoscunt se modo corruere, aut olim corruisse, sed tamen preteritum tempus a futuro non discernunt, item homo recordatur & percipit: sed hoc brutis est negatum.

Primo met. in proœmi. Secunda contra. est ēt in proœ. primi met. Aris. in proœ. pri. philosophię dicit ꝙ vniuersalia hominibus sunt difficillima ad cognoscendū. Sed huius oppositū legimus in.1. physicę auscultationis in te. cōmen. 4. vbi ostendens ordinem doctrinę, inquit ab vniuersalibus ad particularia esse procedendum, quia vniuersalia sunt magis nota nobis. Alexander autem in pręsenti loco volens istam solue re contradictionem asserit ꝙ non est idem primum quod vniuersale. Prima Philosophia, cum sit scientiarum certissima, scientiarū autē certissimę maxime priorum sunt. Methaphysica est de prioribus, quę quidē hominibus sunt difficillima vl'ia autem, quæ in physicis asseruit esse nobis notiora, nō sunt eadem cū prima sed sunt cōmunia, vt genera. quę quidem solutio nisi recte intelligatur obscura est, & non videtur satisfacere, quia Arist. in proœ. enumerās conditiones sapientis inter alias condictiones asseruit istam, videlicet ꝙ sapientis est omnia cognoscere, vt possibile est, i. in vniuersali. vnde scribit. Horum autem hoc quidē omnia scire vniuersalem scientiam maxime habenti inesse necesse est: hic. n. nouit omnia aliqualiter subiecta. & postea sequitur. Fere autē & difficillima sunt hominibus ad cognoscendum quę maxime vniuersalia sunt. nam a sensibus sunt remotissima. Amplius prima philosophia est de cōmunibus & generibus saltem analogice dictis, quia ens & vnū sunt cōmunissima omnibus per analogiam. & sic contradictio adhuc perseuerat in suo robore. Nisi esset ꝙ duplex est vniuersale, vt innuit etiam Auero. in cō. magno. 1. posterio. cō. 12. quodam. n. est vnum numero scđm essentiā, sed est vniuersale causalitate, sicut est primū efficiens & prima materia quodā vero est cōmune pluribus per prędicationem vt sunt genera & species. Tunc igitur dictum Arist. asserentis vniuersalia esse hominibus difficillima ad cognoscendū, quia a sensili sunt remotissima, habet locū de vniuersalibus scđm causalitatē, & talia sunt prima seu princip a omniū. idem enim dicitur primum, quod principium ex.5. primę philosophię. & hoc voluit dicere Alex. ꝙ refert dicere aliquid esse primū & vniuersale, s. vniuersale per prædicationem, de quo loquębatur in Physicis. sed primū & vniuersale causalitate nō distinguuntur. & sic intelligitur solutio Alexan. Quod autem asserebatur etiā primam philosophiam consyderare de communissimis per prędicationem, sicut est ens & vnum: Respondetur ꝙ hoc verissimum est. tamen talia licet in prima cognitione in complexa sint notissima; nam secundum Auice. ens & res prima impressione imprimuntur in anima quantum ad scientificam cognitionē naturalium proprietatum, quę per demonstrationem acquiritur, cognitio eorum est difficillima. & sic patet solutio.

Alex. solo.

Solutio propria, & Alexand. verborum interpretatio.

Prīo meta. cōm. primo. Solutio. Tertia contradi. est in cō. 1. Inquit Auer. ꝙ. materia non vere generatur. neq; corrumpitur. Huius autem oppositū meminimus nos legisse sup. 1. phy. cō. 60. Soluit, materia vere gñatur & vere corrumpitur subiectiue: motus enim est in moto & non in motore. & qa subiectū generationis & corruptionis est materia propterea dicimus nos ipsam vere gñari & vere corrūpi: qa. s. subiectū est. Materia non vere generatur, neq; vere corrumpitur, tāquam generationis, aut corruptionis terminus. Primo modo loquitur. 1. physic. commento. 60. sicut ipsemet ipsum ibi declarat. Secundo modo loquitur hic: & etiam loquutus est Philosophus primo physi. tex. commento. 82. Dicant alij quidquid uelint distinctio vera est in se: nec aliter dicta Auerro. adinuicem conciliari possunt.

Pimo meta. commen. 9. Solutio. Quarta contra. est, in cō. 9. primi huius. Dicit Auer ꝙ forma hominis non est homo. Huius oppositum patet per ipsum. 7. meta. 34. & 21. Dico quod solutio patet ex cōmen. 21. septimi meta. quia ibi dicitur ꝙ homo potest dupliciter sumi, vno modo pro sui qditate, & cū sua qditas sit sua forma: nā materia nec est pro

A prie quiditas, nec qditatis est pars: sic forma hominis homo dici potest. Si autem homo sumatur pro essentia hominis, quę quia composita est ex materia & forma, sic hominis forma non est homo quia forma est altera ps essentię, hominis, & altera est materia. etenim materia & forma sunt partes essentiales compositi, si cut patet. 1. phy. cō. 5. &. 7. met. 37. & ideo refert dicere in via Auer. aliquid esse de essentia alicuius, & aliqd esse de quiditate illius. sicut supra declaraui in. 3. de aia, super cō. 1. quiditas est quid magis abstractum ꝙ essentia. Consimiliter materia bene dicitur essentia quędam aut natura: quiditas tamen proprie loquendo dici non debet, sed si quādoq; dicitur, sumitur pro essentia. & ideo aliquid potest esse de essentia, ꝙ tamen non erit de quiditate illius: sed solum vehiculū quiditatis. & tale est materia scđm ipsum. Et per istam distinctionem soluuntur omnia argumenta Subtilis doctoris in. 7. meta. & in. 3. senten. distinctione. 22. quęstione vnica, si bene aduertis. Et etiam per istam distinctionem soluitur contradictio quia forma hominis est homo vno modo, & forma hominis non est homo alio modo. Vide commento. 21. septimi metaphysi. & intelliges totum, quod diximus esse de intentione Auerrois.

Differt aliquid esse de eētia, & de quiditate alicuius.

Quinta contradi. est in cō. 12. Videtur ponere formas mixtorum distinctas es sea formis elementorum, & per consequens ponit pluralitatem formarum. Huius tamen oppositum patet primo cap. de substantia orbis. Solutionem quęre ibi B demum super illo loco diffuse dixi.

Primo meta phy. cō. 12. Solutio.

Sexta contradi. est in cō. 15. Raritas & densitas secundum Auer. sunt de predicamento situs. Huius tamen oppositum dicitur. 7. physi cōm. 15. vbi dicitur ꝙ sunt qualitates. & 4. phys. cōmento. 84. vbi dicitur ꝙ sunt quantitates. Soluitur supra, 4. phy. 84. dixi de hoc. & etiam. 7. physic. 15. non oportet igitur tertio repetere. non te pigeat reuoluere chartas.

Primo meta physi. cō. 15. Solutio.

Septima contrad. est in eodē cō. 15. Dicitur ꝙ impossibile est vt idem recipiat passionem & transmutetur de contrario in contrarium. Huius tamen instantia patet primo phy. 63. de materia prima, &. 1. de subst. orbis, & in quāpluribus aliis locis. Soluitur. Intelligitur dictum eius de ente in actu, non de ente in pura potentia: sicut est prima materia. Nam, si ens in actu, inquantum in actu, idem manens mutaretur de contrario in contrarium, tunc simul & semel esset in actu, & in potentia respectu eiusdem: quod non capit intellectus Philosophorum.

Primo meta physi. cō. 15. Solutio.

Octaua contra. est in cō. 17. Dicit Auer. ex sententia Alexandri genus a materia differe. Huius tū oppositum videtur. 10. meta. tex. cō. 24. Soluit. Genus nō est vera materia, vt dicit Cōm. hic. quia materia talis non est actus aliquis, nec actum habens, neque vniuersalem, neque particularē, sed est pura potentia. Et ideo caueant ponentes formā corporis substātię materię primę coęternam esse. C tunc enim materia, esset corpus aliquam formam vniuersalem habēs, & ita nulla esset differentia, quam ponit Auer. hic, inter genus & materiam. Genus enim non dicit puram potentiam, sicut prima materia: & per hoc a materia differt. nec dicit vltimum actum non contrahibilē per alium actum quiditatiuum, sicut differentia specifica dicit: sed dicit quādam formam generalē quę mediat inter purā potentiā & actum completum. qualis est vltima differentia: & ideo genus potest prędicari non autem materia. quia prędicatū, vt dicūnt Logici, habet modū formę. & quia genus aliquam formā, dicit, non autem materia, inde est ꝙ illud prędicatum esse potest, illa vero minime. Tamen licet genus vera materia non sit, tamen est materię proportionale, sicut dicit Porphyrius cap. de Differentia nam quemadmodum ex materia & forma fit vnum per se compositum, sic ex genere & differentia fit per se vna species, & quia sicut materia in physica cōpositione cōtrahitur. qualificatur, & perficitur per formas, & substernitur formę tāquam subiectum, sic genus perficitur, contrahitur, & actuatur per differentias & substernitur eis, sicut perfectibile ad perficiens, & sicut subiectum ad formā, & inde, fuit quod modus prędicandi generis fuit in quid: & modus prędicandi differentię fuit in quale, quia genus prędicatur per modum per se stantis: differentia autem per modum informātis, & alteri adiacentis & per modum qualificantis prędicatur, & ideo genus in quid, & differētia prędicatur in quale, Se-

Primo meta phy. cō. 17. Solutio.

lutio ergo contradictionis stat in hoc puncto,genus non est vera materia,genus tamen est materię simile.

Primo meta phy. cō. 28. Solutio.

Nona contradi.est in cō.28. Vniuersale intellectum,inquit Cō.est prius secundum causam eo quod est sub eo.Huius tn̄ oppositum patet.1.de anima.cō.8.Solutio: istud dictum procedit de vniuersali Platonico , quod erat per se existens separatum a singularibus:sed dictum primi de anima,cōmen.8.locum habet de vniuersali Aristotelico, sicut patet etiam,12,metaphysi. cōmen.4. vbi dicitur ꝙ vniuersalia apud Aristo. sunt collecta ex singularibus ab intellectu quia accipit inter ea similitudinem , & facit, ea intentionem vnam.

Primo meta phy. cū. 39. Solutin.

Decima contradi.est in cō.39. Dicitur ꝙ nihil mediat inter materiale & abstractum.Opppsitū patet.2.phy.tex.cō.26. de forma hominis vltima.Solutio: authoritas eius sic intelligitur.nulla natura est in re extra,quæ non sit aut a materia separata,aut in materia immersa. De forma autem hominis vltima non dicimus ipsam mediam esse perabnegationem vtriusque extremi, sed dicitur media scd̄m similitudinem,& scd̄m comparationē,nam pro quanto in aliquo conuenit cū formis materialibus materialis esse videtur: pro quanto ratio cōuenit cū abstractis,aliquo modo abstracta est , & ideo forte dixit Themistius scientiam de anima Mathematicam esse, scientiam & mediam : sicut etiam nos superiori anno.1506,declarauimus pulcre.dum librum de Anima interpretaremur.

Prima meta phy. cō. 50. Solutio.

Decima contradictio est in cōmento. 50. Scribitur antiquos quatuor causas cognouisse.Huius oppositum patet.2.physi.cōmento.9. vbi dicitur eos ignorasse formam.Soluitur hoc habet locum de Antiquis,qui fuerunt Aristo.tempore & ita glosat Cōmentator.hic propositionem istam.Sed.2.physi.cōmen.9. loquitur de aliis Antiquis,qui longe ante tēpora Aristo.de causis rerum disputabant: illi enim solum materiam cognouerunt. Philosophia enim balbutiendo incepit, sicut dicitur in hoc primo, Et ideo distingue tempora , & concordabis scripturas:sicut inquit diuus Hieronymus.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM
IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Secundo Metaphysicorum.

* Vtrū humanus intellectus pertingere posſit ad intelligēdum subſtātias simplices.

Aristo.1.metha.1.ait, sicut enim nocticorarum oculi ad lucem diei se habet sic & animę nostrę intellectus ad ea, quæ sunt oium naturę manifestissima. Oppositum huius habetur ab ipso Arist. 6.meth.22.vbi loquens de intellectione rerum simplicium et abstractarum , dicit . Ignorantia talium non est , sicut cæcitas, cœcitas,n.est,vt vtique si intellectiuum non habeat aliquis. Ad hoc respondetur,& licet de hac re maxime sit quęstio.s. Vtrum intellectus humanus posſit pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices . Et licet Sanctus Thom. & Scotus cum suis sequacibus impugnent in hoc Auerr. tamen non intendo,ad longum istam quæstionem pertractare, sed solum modo soluere apparentem contradictionem in dictis Aristote. secundum mentem eius simul Commentatoris. Dico igitur ꝙ secundum sententiam Aristo. (quicquid alii dicant) intellectus humanus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices,vt dicit ipse philosophus in auctoritate adducta . 9. metha. vbi sanctus Thom. (quicquid alibi in hoc contra Auer. dixerit) ab ipsa veritate coactus

Intellectus humanus potest intelli-

A dicit expresse, ex quo secundum sententiam Aristo. patet, ꝙ humanus intelle-ctus pertingere potest ad intelligendum simplices substantias, quod videtur sub dubio reliquisse in .3. de anima, hæc ille, ad auctoritatem .2. metha. respondetur, ꝙ illud exemplum non positum est ab Aristo. vt dicat impossibilitatem, sed vt dicat difficultatem, & hęc responsio est Auerr. in illo com. in fine vbi ait, & quia dispositio intellectus de intelligibili est sicut dispositio sensus de re sensibili, assimilauit virtutem intellectus in comprehendendo intellecta abstracta a materia modo debilissimo visui in sentiendo. s. vespertilionis, non comprehendendo maximum sensibilium. s. Solem. Sed hoc non demonstrat, res abstractas intelligere, esse impossibile nobis, sicut inspicere solem est impossibile vespertilioni, quoniam si ita esset, tunc otiose egisset, quia fecit illud, quod est in se naturaliter intellectum, non intellectum ab alio, sic si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. Vbi notandum est ꝙ ista consequentia Auer. non est deridenda, vt multi posteriores faciunt. Non enim vis istius rationis consistit in hoc. videlicet, ꝙ essentię intelligentiarum sint existentes, quia ab intellectu nostro intelligantur, quia bene videbat Auerr. ꝙ essentię rerum sunt existentes, licet non intelligantur, sicut est sententia eius in .7. methaph. 58. vbi dicit & necesse est, vt essentię rerum intelligibilium sint existentes, licet non intelligantur, & auctoritate eiusdem confirmatur .7. metha. 46. quoniam substan-

B tię sensibiles non diuersantur in suis substantijs, quando diffiniuntur, & quando non diffiniuntur, scilicet quoniam sunt substantię, licet non diffiniantur &c. Sed ideo dixit, ꝙ intelligentię non essent intellectæ ab intellectu nostro, tunc essent otiosæ in natura, quoniam si cognitio substantiarum abstractarum intellectui nostro repugnaret, hoc esset in quantum abstractus, & inquantum intellectus, non autem in quantum humanus, quia vt humanus, posset intelligere res materiales, quę sunt potẽtia intellectę ergo multo magis poterit intelligere abstracta, quæ sunt actu intellecta, licet non ita faciliter. Vnde relinquitur, ꝙ hoc esset in quantum intellectus, & in quantum abstractus, sed quod intellectui repugnat, in quantum intellectus est, illud cuilibet intellectui repugnat. sequitur ergo, ꝙ simplices substantię a nullo intellectu intelliguntur, si non sunt intelligibiles ab intellectu nostro, nam in his, quę sunt eiusdem naturę, aut vniuoce, aut analogice, quidquid per se repugnat alicui ratione naturę, repugnat omnibus existentibus sub illa natura. Et ratio Auer. est a signo, & non causa. Et ex hoc etiam sequitur per locum a signo, ꝙ natura tunc aliquid ociosum fecisset, nam cum esse substantiarum separatarum sit vita intellectualis, 12. met. 39. si a se non intelligerentur, frustra essent, quia frustra est essentia, quę propria operatione caret. Nec adhuc haberent operationem, quę est secundum locum

C mouere, quia in intelligentijs .12. metha. co. 36. motio, præsupponit ipsum intelligere & velle, si igitur intelligere carerent, carerent & mouere ipso, & ita essent frustra, & omnia ista sequuntur a signo, & non a causa, & sic consequentia non peccat, & omnia argumenta tolluntur. Et sic minime deridenda est consequentia Auer. Restat igitur dicere, ꝙ intellectui humanus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices, & ꝙ Aristo. non sibi ipsi contradicit, quia difficultatem exemplum illud dicit, & non impossibilitatem. Tamen est aduertendum, ꝙ (vt habetur ex Aristo. & Auer. 2. metha. 1.) talis difficultas non ex obiecti cogniti natura causatur, quia a materia, & materię conditionibus talia obiecta sunt actu abstracta. Vnde intellectu agente talia ad hoc, ꝙ intelligantur, non indigent, quantum ad hoc, ꝙ extrahat, & de ordine in ordinem illa transferat, & de potentia intellectus, actu intellecta faciat, quia talia de se actu intellecta sunt. Vnde Auerr. 3. de anima. 18. ait, ꝙ si essent vniuersalia Platonica extra animam, non opus esset ponere intellectum agentem. Sed difficultas in substantiarum separatarum cognitione ex natura nostri intellectus pendet quia in genere intellectualium substantiarum infimus est, & vt continuatur nobiscum in intelligendo, a sensu & a phãtasia dependet sed in cognitione materialium entium, ex natura rei intellectę magis quam ab intellectu difficultas pendet, quia possibilis intellectus est in potentia ad omnia in-

Intellectus humanus potest pertingere ad intelligere substãtias simplices.

Declaratio cõsequentię Auer.

Difficultas in substãtiarum separatarum cognitione.

telligibilia,& ab aliquo obiecto,quo actu sit intellectum,oportet, ꝙ ad intelligere moueatur. Sed quia materialia entia de se sunt potentia intellecta, de se ad intellectionem intellectum minime possunt mouere,& ideo indigent motore extrinseco qui de ordine in ordinem illa extrahat idest ordine sensibilium ad intelligibilium ordinem , & de potentia intellectus actu intellecta ipsa faciat. Et hic est intellectus agens vt patet.5. de anima. 18. non tamen omnia materialia ęque difficulter intelliguntur,quędam enim similitudine.& comparatione ad alterum inteliguntur,& tandem negatione sicut est notio primę materię, quę in prima cognitione naturali ex analogia , & comparatione nobis innotuit, & sic naturalis cognoscit eam,vt patet.1.physi.69.vide Aristo.7.methaphysi.7. cognoscitur etiam vltimate materia negatione, vt patet.10.methaphy.24. quę cognitio ad diuinum pertinet. Aliqua per effectus,& alijs modis cognoscuntur, pro quibus Scotum videas primo,suę metha.q.quā quęrit an ars ex experimẽto generetur . Vnde quanto aliqua fuerint magis,aut minus sensata, tanto faciliora,aut difficilora cognita sunt. Videas Auer.2.de anima.92.& Ari.1.post.te.

Si aliqis sẽsus defecerit — 33.vbi ait,manifestum autem est,& si aliquis sensus defecerit,necesse est, & sciẽtiam aliquam deficere qua impossibile est accipere, si quidem addiscimus, aut per inductionem,aut per demonstrationẽ &c.& in prohemio metha. scribit, ꝙ vniuersalissima sunt difficilia ad cognoscendum,quia sunt a sensibus remotissima.Et hęc sufficiant. E

Secũdo metaph.com.1. — Prima contradi.est in commen,primo . Auero.facit istam consequentiam,ꝙ si intellectus noster non intelligeret abstractas substantias, tunc aliquid natura fecisset frustra . quia fecisset illud,quod est in se naturaliter intellectum , nõ intellectum ab alio , Sed oppositum huius sequitur ex dictis eius.7. meta.cõ.58. vbi dicit hęc verba, essentię rerum intelligibilium sunt existentes,licet non intelligantur . Confirmatur authoritate eiusdem ibidem cõmen.46.substãtię sensibiles sunt substantię,licet non definiantur. non enim diuersantur in suis substantijs , quando definiuntur , & quando non definiuntur . sicut est dispositio in visibilibus:quoniam ipsa non sunt minus visibilia quando videntur,ꝗ quando non videntur.Et confirmatur.nam Philosophus.2.de anima.tex.com. 141. reprehẽdit Antiquos opinantes sensibile & sensum esse relatiua simpliciter : quia tunc nullus esset actu color sine visu.sed idem est iudicium de sensibili respectu sensus,& de intelligibili respectu intellectus.3. de anima,tex.cõ.3. sicut ergo sensibile non habet esse per sensum,sic nec intelligibile per intellectum . Et confirmatur . quia intelligibile intellectum natura pręcedit:prius autem in quantum prius non dependet in esse a posteriori . Præterea, ratio Auerro. vt dicit Sanctus doctor hic,& doctor Subtilis in.2.meta.questione.3, videtur peccare per fallaciam consequentis.quia arguit sic.si substantię abstractę non sunt intelligibiles ab intellectu nostro,ergo a nullo:ac si sic argueretur , nullus homo currit,ergo nullum animal currit.Pręterea peccat secundo in hoc. quod ipse dicit , ꝙ essent frustra.Sed hoc non procedit. quia frustra,vt dicitur.2.ph.est quãdo aliquid est respectu alicuius finis,quem non includit.manifestum est autem ꝙ finis intelligentiarum non est vt a nostro intellectu intelligantur. quare F

Solutio. — multipliciter peccat ratio Auer.sicut vides. Soluitur. Multi modernorũ labo-

Digressio ꝓ defensione Auerro. scdm sua fũdamenta. — rauerunt in deducendo consequentiam istam Aue. vt talia inconuenientia euitarẽt.&,quia dicta eorum vana sunt,idem pono modum, scdm quem Commen. in via sua habet defendi , Dico secundum ipsum in.3.de anima in infinitis locis ꝙ intellectus noster,cum sit virtus separata a materia,est totius entis.& ista fuit prima rõ Philosophi ad probandum immaterialitatem eius.nã materia est sicut opacitas quędam obtenebrans lucẽ , & ideo quanto virtus aliqua fuerit magis imersa materię,tanto magis est a cognitione deficiens:& per consequens quanto magis ad immaterialitatẽ accedit,tanto magis ad cognitionem tendit. & ideo non inconuenienter dictum est quamlibet intelligentiam esse plenam formis, ꝓ quanto quęlibet intelligentia, cũ sit a materia separata, est omniũ cogitatiua. quod quomodo contingat non est pręsentis negocij Auer.igitur sermo, sicut mihi videtur, innititur huic fundamento,Nam si substantiarum abstractarũ cogni

A tio nostro intellectui repugnaret, aut hoc esset inquantum materialis, aut inquãtum humanus, aut inquantum abstractus & inquantum intellectus est. Non inquantum materialis est, quia demonstratum est in. 3. de anima scd̃m ipsum, ꝙ intellectus est virtus abstracta a materia. Nec inquantum humanus, quia vt humanus potest intelligere res materiales, quę sunt potẽtia intellectę: ergo multo magis poterit intelligere abstracta, quę sunt actu intellecta. licet non ita faciliter. nam sicut dicit Com. com. 36. super. 3. de anima, vbi examinat dictum Themistij, si posuerimus ꝙ intellectus materialis non est admixtus materię, tunc ille sermo erit verus, s. ꝙ illuud, qd̃ est magis visibile, magis cõprehenditur, quoniã quod comprehendit minus perfectum ex eis comprehenditur, quæ non sunt admixta materię, necesse est vt comprehendat perfectius, & non econtra. Et cõfirmatur, quia aliter desyderium naturale esset ad impossibile. nam, si intellectui humano, inquantum humanus est, repugnet abstractorum cognitio, cum homo naturaliter ad talem cognitionem incõtinetur, teste Philosopho in proę. met. sequitur ergo tale desyderium ad impossibile ferri. Nec valet, si dicatur talem cognitionem esse possibilem pro alio statu, quia licet ita sit ex parte rei, tamen apud Ari. non inuenitur aliquis locus, in quo ponat alium statum. immo oppositũ potest colligi ex dictis eius in primo. &. 10. ethic. vbi ponit ꝙ felicitas mortuis cõtingere non potest. Relinquitur igitur, si intellectui nostro talis intellectio re-
B pugnaret, ꝙ hoc esset inquantum abstractus, & inquantum intellectus est. sed quod repugnat intellectui inquantum intellectus est, illud repugnat cuilibet intellectui: sequitur ergo ꝙ, si substãtiæ abstractæ a nostro intellectu non essent intelligibiles, ꝙ a nullo intellectu essent intelligibiles. nam in his, quę sunt eiusdem naturę, aut vniuocę, aut analogicę, quidquid per se repugnat alicui ratione naturę, repugnat omnibus existentibus sub illa natura; sicut per oppositum si quid per se competit alicui ratione naturę per se, competit omnibus illius naturę. 2. cęli. 59. & ista ratio Com. est a signo, non a causa, si bene aduertis. Et ex hoc etiam sequitur per locũ a signo, ꝙ tunc natura fecisset aliquid ociosum. nam cũ esse substantiarum separatarũ, sit vita intellectualis. 12. me. 39. si a se nõ intelligerẽtur, frustra essent. quia frustra est essentia, quæ caret propria operatione. modo substantia intellectualis non habet aliquam operationem insequentẽ formam materialem inquantum materialis est, vt calefacere insequitur calorẽ: nec operationes animę vegetatiuę, aut sensitiuę, nec etiam intellectiuę, vt diximus in deducendo. Forte dices ꝙ adhuc haberent operationem, quę est secundum locum mouere. Sed contra. motio pręsupponit in intelligentijs ipsum intelligere, & velle. 12. meta. cõ. 36. si igitur ipso intelligere carerent, carerent & mouere ipso, et ita essent frustra. quia cũ sint naturaliter intelligibiles, et a nullo
C sint intellectę, carerent ergo sua naturali operatione: ergo ociosę essent in natura, sicut diximus. & omnia ista sequũtur a signo, non a causa. & sicut vides, tolluntur omnia argumenta Latinorũ contra Auer. Ad contradictionis autem formam soluentes dicimus rerum essentias posse existere, esto ꝙ non intelligãtur, loquendo de essentijs rerum, in quibus suum esse non est suum intelligere, sed tale intelligere est sibi aduentitium & extraneum: sicut accidit lapidi ꝙ sit intellectus, & habeat esse cognitum. sed in essentijs rerum, quarum esse est suum intelligere, in talibus fallit propositio Auer. sicut est in proposito de abstractis substantijs, si enim tales non essent actu intelligentes, & intellectę tales nõ essent. quia suum esse est suum intelligere, & econtra scd̃m Philosophos, modo autẽ illud sequitur ex hypotesi data, vt deduximus per locũ a signo, non aũt a cã.

Secunda contra. est in cõ. 11. Auer. videtur ponere dissolutionem fieri a priori ad posterius, Oppositũ aũt videtur dicere ipsemet in. cõ. 23. septimi met. Magna fuit quęstio de hac materia apud Plusquam commen. super 1. Technis, & Conciliatorem in differentia. 8. & omnes sequaces, an resolutiua via fieret ab effectu ad causam, an econtra, & Plusquam com. voluit ꝙ fieret a causa super effectum: Conciliator aũt voluit, & oẽs Moderni ꝙ fieret opposito mõ. Nos autem in hac materia mediando dicimus compositionem, & resolutionem dupliciter fieri posse, vno modo scd̃m rõnem, & alio modo scd̃m naturam, ꝙ tunc dici-

Secũdo meta. com. 11.

Solutio.

mus ꝙ resolutio, quæ fit secundum rationem, procedit a causa super effectum, D Vnde Themisti. primo posterio. analyticorum capitulo. 26. inquit resoluere appello, vera conclusione posita, causas, ex quibus confecta est conclusio, ex quibus re. Et illud maximo argumento est nam liber posteriorum, resolutorius apparet eo quia de posteriori resolutione agitur in eo, quę est penes materiam: necessariam: talis autem resolutio est circa demonstrationem, quę est ibi subiectum, demonstratio autem, de qua agitur ibi principaliter, est demonstratio simpliciter, quę a causa super effectum procedit, quia per illam acquiritur scire simpliciter definitum in illo libro non autem per demonstrationem quia, quia illa non facit scire simpliciter, sed secundum quid. nam scire simpliciter est rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa, & ꝙ impossibile est aliter se habere. Quia igitur resolutio illa, quę secundum rationis discursum, penes causas attenditur supra effectus, sequitur ergo Plusquam commento rectius sentire in hoc quam Moderni. Scire enim resolutorie aliquem effectum, & intelligere est cum cognouerimus causas eius simplices, & principia prima vsque ad elemẽta, vt dicitur primo physic. text. commento primi. Et hoc etiam Auerro. confirmat in pręsenti loco, quando dixit ꝙ, si postremum non fuerit, & prius sit, non potest fieri sua definitio, quæ per dissolutionem habetur. Et confirmatur nam clarum est ꝙ in Mathematicis scientiis est maxima certitudo per resolutionem, E patet autem ꝙ ibi non fit demonstratio quia, & per consequens resolutio secundum rationem non fit ab effectu ad causam, sed potius econtra. & istud apud me non est dubium, dicant alii quidquid velint. Alia est resolutio, quę fit secundũ naturã: & talis fit ab effectu ad causam. natura enim resoluit mixta in quatuor elementa, & elementa in materiam & formam. de ista resolutione loquitur Commentator. 7. metaphysi. commento. 23. quia ibi loquitur de dissolutione, quę fit attendendo penes illud, quod est a natura, non autem a ratione. Et istius etiã sententię est beatus Doctor in. 3. metaphysi. in expositione secundi textus, sicut videre potes ibi euidenter.

Secundo meta. cõmẽ. 26. Tertia contradictio est in commento. 16. Dicitur ꝙ Mathematicę demonstrationes sunt in primo ordine certitudinis, & Naturales sequuntur eas in hoc. Huius oppositum dicitur primo de anima. tex. commento primi, vbi dicitur ꝙ scientia de anima excedit omnes alias scientias nobilitate subiecti, & certitudine demonstrationis pręter Diuinam. Soluitur. multæ sunt & variæ expositiones illius loci, sicut nosti. sed illud, quod nobis videtur esse dicendum pro nunc. est istud, quod notat hic Commentator in commento isto Dicit enim ꝙ in eadem scientia, si diuersatur certitudo secundum magis & minus, multo magis diuersatur in diuersis scientiis secundum genus. Pro quo debes scire, vt scribit Commentator primo celi commento. 22. Quoniam autem quando differentes sunt demõstrationes, quarum alteri attestatur sensus, & alteri non, aut quia non est innata sentiri, aut quia non est possibilis vt sentiatur, fides primę demonstrationis erit magis perfecta. Vnde ex hoc colligo ꝙ demonstrationes Naturales, quibus plures sensus attestantur, sunt maioris certitudinis quam demonstrationes, quibus pauciores sensus attestantur. Et, si certitudo Mathematicarum scientiarum comparaetur certitudini demonstrationum Naturalium penes hoc, dico ꝙ cęteris partibus semper demonstrationes Naturales essent certiores demonstrationibus Mathematicis. quia naturales causę sunt magis sensatę quam causę mathematicę: Naturalis enim versatur circa sensibilia propria, & Mathematicus circa sensibilia communia. Si vero certitudo demonstrationis attendatur penes abstractionem & simplicitatem subiecti, sic Mathematicę excedunt Naturales scientias, quia vt dicitur. 3. de anima. & 3. cęli. & 2. physic. naturalia se habent per additionem ad Mathematica. vnde sic Arithmetica certior est Geometria, quia est de paucioribus, vt dicitur primo posterio. capitulo illo. Certior autem est scientia altera. Ista autem propositio sic intellecta habet veritatem vt in pluribus: fallit autem quantum ad librum de anima, pręcipue quo ad tertium librũ, in quo agitur de intellectu, qui est ens magis abstractum quam quodlibet mathematicum, Quandoque autem certitudo attenditur penes iudicium potentię ap

Solutio.

prehendentis talem certitudinem, & penes hoc, ꝙ scientia ostendit illud, a quo est fons, & orrigo cogitationis omnis, & principiorum omnium in aliis scientiis, & in qualibet scientia. Et sic scientia de anima cũ tractet de intellectu agente, & possibili, qui distinguit, & iudicat quamlibet veritatem in qualibet scientia certissima est omnium scientiarum preter Diuinã. & ista fuit mens Themistii ibi, & Auerro. in commento. 2. primi de anima ad calcem commenti si bene aduertis. Sed dices replicando ꝙ si isto modo scientia de Anima esset certior aliis scientiis nobilitate subiecti, & certitudine demonstrationis, a pari & Diuina scientia saltem quantum ad secundum esset certior. Soluo. scientia de Anima non est nobilior, neque certior Diuina quantum est merito subiecti. Nam illa Diuina dicitur, eo quia circa Deum versatur, & abstractas substantias quę nobiliores sunt anima intellectiua, teste Auerroi in. 3. de anima commento. 19. Neque etiam ratione certitudinis ostensę potest esse certior scientia de Anima quia licet scientia de Anima ostendat esse intellectus agẽtis, a quo est certitudo principiorum scientiarum omnium, tamen Diuina etiam consyderat de Deo, qui est altior causa veritatis, & certitudinis quam sit intellectus agens. nam, vt dicit Commentator. in. 2. meta. commento. 4. omnia entia acquirunt esse & veritatẽ a prima causa. & ideo bene dixit Commentat. commento primo ꝙ scientia de Anima in nobilitate subiecti excedit omnes alias scientias, & etiam in certitudine demonstrationis preter Diuinam. Attenditur etiam certitudo demonstrationis ex eo, quia pauciores dubitationis contingunt in eis, & minor est difficultas resoluendi quã in aliis. Et penes maiorem euidentiam illuminationis esse super effectum. & sic loquitur Commẽtator hic, dum dicit quod demonstrationes Mathematicę sunt in primo ordine certitudinis, & Naturales sequuntur eas in hoc, & post Naturales sunt Diuinę. & hoc quo ad certitudinem demõstrationis quo ad nos, quę attenditur penes maiorem euidentiam causę super effectum: licet, si loquamur de certitudine quo ad nos, quę est penes obiectum magis nobis notũ, vt sic Naturales sunt in primo ordine & Mathematicę in secundo. cum illę sint de sensibili proprio, hę autem de sensibili communi. Diuinę autem etiam vt sic sunt in tertio ordine sed de ordine naturę Diuinæ demonstrationes sunt in primo ordine. Naturales in secundo, cum sint de substantia. Mathematicę in. 3. cum sint de accidentibus. substantia autem natura prior est accidente. 7. metaph. tex. commento. 4. Nollo tamen absolute concedere quodlibet cõsyderatum in Naturali philosophia esse prius natura quodlibet consyderato in Mathematica. quia hoc falsum est, sed quo ad hoc ꝙ demonstrationes Mathematicæ sunt de accidentibus preter Astrologiam, sicut patet in. 12. meta. 44. &, quia accidens posterius natura est substantia, sic quo ad hoc sunt in tertio ordine, quo ad naturam, sed sunt in primo ordine, quo ad nos, penes euidentiam illuminationis esse super effectum. Et ad hunc sensum primo poster. multum Philosophus laudauit Mathematicas demonstrationes, & etiam in presenti tex. quando dicit ꝙ certitudo sermonis mathematica non est expetenda in omni re, nam sermones fiunt secundum exigentiam materię subiectę. cogita bene, & pondera, quia pauci uel nulli potuerunt hoc intelligere, sicut passim videre poteris.

Instantia.

SOLVTIONES D

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Tertio Metaphysicorum.

Tertio metaphysi, cõ, primo. Solutio.

COntradictio est in co.1. Inquit Auer. ꝙ consuetudo Arist. fuit inducere sermones disputatiuos in quęstionibus difficilibus. Huius tamen oppositum videtur dicere.1 cœli cõm.2. &.1. de aia, com.65. Solutio huius patet ex cõme.85. primi de cœlo, vide ibi, & consydera.

Tertio metaph, cõ, 10,

Secunda contradi. est in co.16. Dicit Commen. ꝙ nomina denominatiua significant vnum compositũ. Huius tamen oppositum patet.5. metaphy. cõm, 14. vbi vult ꝙ nomina denominatiua significãt primo formam, &.7. metaphy. com.18. & in prędicamentis cap. de substantia, vbi dicitur ꝙ album non est in genere propter suum duplex significare. &.7. meta. cõ. allegato dicit ꝙ, quando accidentia per accidẽs sumpta fuerint in suis subiectis essentialibus, tunc habebunt nomina significantia vtrunq;. De hoc vide, quę scripsi super commen. 8. secundi de anima. tamen diffusius dicam infra. 5. metaphy. super cõmen. 14. quia ibi est locus proprius. E

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

F

Super Quarto Metaphysicorum.

Quarto metaphy. cõ. 1, Solutio,

PRima contradictio est in cõ.1. Dicit Com. ꝙ scientia de natura est de ente mobili. Huius tamen oppositũ videtur dicere.11. meta. cõ.5. vbi dicit ꝙ est de corpore mobili. & in proę. suo super 1. phy. dicit res sensibiles esse subiecta scientiæ Naturalis. Soluitur non est cura Philosophi de nominibus, vt ipsemet dicit super cõ.1. primi phy. idem intelligit apud me Com. per corpus mobile, & per substantiã mobilem. nec inuenio aliquam discordiam inter Antiquos de subiecto philosophię: sed Latini fuerunt authores illius difficultatis. Illud igitur, quod ego dico in hac materia, est istud, quod Comen. idem intellexit per ista nomina, & ideo in hoc non est insistendum. De ratione autem formali subiecti Naturalis Philosophię, licet Come. dicat quandoq; mobilitatem esse, quandoq; sensibilitatem esse, quandoq; naturalitatem, tamen ista, si adinuicem comparentur, indubitanter credo naturalitatem esse rationem formalem subiectiuam, & quiditatiuam totius naturalis habitus. Ratio, quæ me mouet, est ista, quia mobilitas & sensibilitas habent reduci ad illam, natura enim est principium

Digressio ꝙ rõne formali subiecti adęquati Naturalis philosophiæ.

cipium

cipium motus. Amplius, mobilitas eſt propria paſsio. & nulla talis poteſt eſſe prima ratio ſubiecti ſcientię: quia quęlibet talis eſt demonſtrabilis aut demõſtratione ſimpliciter, aut ſaltem demonſtratione cauſę tantum. ſtat enim aliquam paſsionem eſſe per ſe notam, quo ad ſimplicem inhęrentiam ad ſubiectum, quæ tamen non ſit euidens euidentia cauſę. & ſic eſt in propoſito. quia licet motum eſſe ſit de principijs cognitionis ſcientiæ Naturalis, & non poſsit demonſtrari demonſtratione quia, aut demonſtratione dante cauſam & eſſe, nihil tamẽ prohibet poſſe demonſtrari demonſtratione cauſæ tantum. Amplius, illa eſt prima ratio formalis ſubiecti adæquati naturalis habitus, qua primo poſita aliquid reponitur ſub tali habitu, & qua primo remota aliquid remouetur a tali habitu. huiuſmodi eſt naturalitas: nam omnia habentia principiũ motus & quietis ſunt phyſicę conſyderationis, & omnia carentia huiuſmodi principio non ſunt amplius phyſicę conſyderationis, ſicut patet. 2. phyſi. tex. cõ. 17. Et confirmatur per Philoſophum & Cõme. ibidem. tex. cõ. 73. vbi probant primum motorem non eſſe naturalis conſyderationis: quia in eo non eſt principiũ motus: tale autẽ natura eſt. Confirmatur per Auer. in. 2. primę philoſophię, tex. cõ. 16. vbi Philoſophus dicit Quamobrem primo perſcrutandũ nobis eſt de natura quid ſit. Sic enim & de quo eſt Naturalis ſcientia, manifeſtum erit. & Cõm. in cõm. ſuper iſtis verbis inquit, qñ homo ſciuerit naturam quid ſit, declarabuntur ei naturalia a non naturalibus. quid clarius dici potuit? Sed fuit dubitatum ſimiliter per magnificentiam tuam propter quid eſt ꝙ, cum Ariſt. dicat. 1. poſterio. ꝙ ſubiectum in ſcientia ſit per ſe notum in tantum ꝙ Auer. 1. phy. cõ. vltimo. & 2. phyſico. 22. & 26. & 2. de anima. 27. & in pleriſq; locis alijs tenet ſubiectum non poſſe in ſcientia demonſtrari, nec a priori, nec a poſteriori: & tamen nos videmus temporibus noſtris ſemper in principijs librorium primam quæſtionẽ fieri de ipſo ſubiecto. **Dubitatio.** Nec valet, ſi dicas ꝙ illud intelligitur quo ad naturam, nõ quo ad nos, nã, ſi ſubiectum non deberet eſſe notum quo ad nos, ſaltem demõſtrabile eſſet demonſtratione quia. & tunc licet a Latinis teneatur, apud Auer. tamen vbique hoc negatum eſt. **Solutio.** Dico ꝙ dubitatio pulchra eſt, & ſubtilis. ſed illud, quod pro nunc occurit mihi, eſt hoc, ꝙ refert aliquid eſſe notum in ſe, & refert illud notum eſſe in ordine ad aliquid prędicatum attributum ſibi ab intellectu. vnde dico ꝙ aliquid primo modo poteſt eſſe per ſe notum, & tamen ſecundo modo ſtat iſtud dubium eſſe & ſatis ignotum. ens eſſe notum eſt: nec intellectus circa conceptum entis in ſe errare poteſt, cum non habeat aliquid, per quod ignorari queat: quia conceptus eius eſt ſimpliciter ſimplex, & talis aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, vt dicitur. 9. meta. tex. cõ. 22. tamen vtrum ens ſit vniuocum Deo & creaturę, ſimiliter vtrum ens dicat conceptum per ſe tertium a ſuis inferioribus, dubium eſt ſatis & ignotum. & ideo licet Diuina ſcientia ſit de traſcendentibus, & communiſsimis, quę valde notiſsima ſunt in ſe, poſſunt tamen de iſtis formari propoſitiones difficillimę, propter quas ſcientia illa erit ignota ſatis, & ſatis difficilis. facilitas enim propoſitionis nõ oritur ex noticia ſobiecti tãtum, ſed ex inhęrentia prędicati ad ſubiectum. vnde, quando talis inhęrentia nota eſt, tũc tota propoſitio nota eſt. vnde Philoſophus quærit in. 12. & 7. meta, vtrum ens & vnum habeãt aliquam intentionem vniuerſalem actu extra decem prędicamenta. & iſta queſtio patet ꝙ difficillima eſt. Ita in propoſito dicimus nos, quantuncunq; ponatur ſubiectum primæ philoſophię Naturalis ſiue ens mobile, ſiue corpus mobile, ſiue ſubſtantia ſenſibilis, vel aliquod huiuſmodi, dico quodlibet iſtorum notum eſſe in ſe, & nullam vt ſic demonſtrari poteſt aliquo genere demonſtrationis in ſcientia Naturali: ſed quæreret poſtea vtrum corpus mobile ſit ſubiectum in ſcientia Naturali, iſtud nõ eſt conſyderare corpus in ſe, ſed eſt conſyderare ipſum in ordine ad aliquod prędicatum attributum ſibi a ratione, ſicut eſt iſta tatenus ſubiectum. & ſic ſtat illud ignotum eſſe. vnde iſta non implicant, mihi notum eſſe corpus mobile eſſe, & tamen ꝙ me lateat vtrum conditiones ſubiecti ſcientię competant corpori mobili, vt ad totum Phyſicum negotium pertinet. Iſta eſt ex temporanea ſolutio, tamen magnificentia veſtra ſuper hoc cogitabit.

Quarto me, cō. 2.

Secunda contra. est in cō. 2. Dicit Com. ꝙ substantia est causa accidentium, non sc̄dm finem & agens, sed sc̄dm subiectum & materiam tantum. Huius tamē oppositum scribit Philosophus in. 2. de anima. te. com. 36. vbi dicit aīam esse causam corporis animati in triplici genere causę, formalis, finalis, & efficientis Et ad hoc mihi videtur dicendum esse, ꝙ substantia composita respectu accidētium existentia in ipsa concurrit tanquam materia & subiectū. talia enim sunt terminata, & non habent materiam, in qua subiectentur primo, nisi compositum talia aūt non sunt ab ipso composito tanquam ab agēte, quia, cum materia & efficiens non conincidant in idem, dicimus ꝙ ab ipso, vt ab agente, impossibile ē talia accidentia dependere: & ideo talia dependere ab extrinseco motore in genere causę efficientis. nam agens, quantū dat de forma, tantū dat de consequentibus ad formā mediante forma: sicut colligitur ex. 8. physi. 32. &, 3. cœli. c. 28. D

Solutio.

Instantia.

Sed dices, quō compositum est causa entium accidentium, cum Philosophus. 1. phy. 82. dicat materia cum forma causam esse omnium eorum, quę sunt sicut mater? Soluitur. licet composita sint materia, in qua accidentia ista subiectantur, tamen in rei veritate, ratio, propter quam recipiantur in genere causæ materialis est materia & ratio, propter quā recipiantur in composito in genere causę finalis, est ipsa forma, sicut patet. 2. cap. de substantia orbis. substantia igitur composita quomodocunq; distinguatur a materia, & forma, ratione, qua cōposita est respectu talium accidentium subiectiue in ea existentiū, non concurrit vt agens, non vt forma, neque finis, sed solum vt materia. Illud aūt, quod adducit de. 2. de aīa, patet ꝙ non est ad propositum. quia non negamus substantiam, quę est forma, posse esse cām finalem, & agentem respectu accidentium. & isto mō patet mens Aue. in hoc loco. Quod aūt quidam dicere voluerunt hic substantiam esse veram cām materialem accidentium, non autem causam agentem veram, sed pullulatiuam, & similiter linariā, sic etiam finalem, ista non sunt Auerroistica sicut diximus alias, sed veritas in via eius est ista. E

Solutio.

Quarto meta. cō. 3.

Tertia contradit. est in cō. . Dicit Cōme. ꝙ ens & vnum vnam naturam significāt subiecto, sed diuersis modis. Huius tamen oppositum habet in. 12. meta. 21, & 22. cō. vbi habet ꝙ ens non significat aliquam naturā. Solutio. qui ponunt vniuocationem entis & vnitatem conceptus entis per indifferentiā, dicūt conceptum entis non dicere rem aliquam, neque realitatem aliquam, sed dicunt ꝙ dicit quandam formalitatem, quæ habet modum intentionis primę. & ita glosat Com. 12. me. cō. 21. & 22. quia ibi Co. non negat absolute ens non importare aliquem conceptum, sed solum negat ꝙ non dicit aliquam naturam. i. aliquam rem vel realitatem distinctam a substantia & ab accidente, a Deo & a creatura. sed ꝙ ens non dicat aliquem conceptum realem obiectiuum, hoc nunquam Cōmenta. vt aiunt, negauit. Nobis autem cum supportatione istorum videtur oppositum de intentione eius. nam ego teneo conceptum entis sc̄dm ipsum non esse aliquid tertium vniuocum distinctum a suis partibus subiectiuis, neque naturam, neque formalitatem imponens. Vnde ipse dicit in. 10. meta. cō. 8. ens significat decem prędicamenta prima significatione & sine medio: non quia ens sit cōmune cōmunitate nominis, & immediate significet sua significata, sicut dixerūt vulgares: sed significat decem predicamenta sine medio, pro quanto descendit non per differentias vniuocas, sicut genus in species: quia tunc ens esset sicut canis, & per consequens non posset subiectum esse in aliqua scientia. Et ꝙ non dicat aliquam naturam distinctam a decem prędicamentis patuit etiam in cō. allegatis. 21, & . 22. 12. met. Sed illud, quod intendimus probare, est videre vtrum dicat aliquem conceptum tertium distinctum a decem prędicamentis. Et ad hoc dicimus ꝙ bene importat vnū conceptū communem communitate analogię respectu decē prędicamentorum, qui dicitur sc̄dm prius & posterius. si. n. nullam vnitatem haberet, non esset de eo scientia, & ista est sententia eius expresse in. 4. meta. cōm. 2. Iste aūt conceptus secundum ipsum non est distinctus a suis inferioribus, vt dixerunt subtiles. vnde. 4. metaphy. com. 6. dicit Cōmen. ꝙ ens & vnum non significant vnam intentionem in oībus rebus, neq; intentionē diuersam ab oībus rebus, Et sic patet qualiter sc̄dm Aue. ens nō dicit ali- F

quā rē nec realitatem, nec formalitatem tertiam vniuocam distinctā a Deo & a creatura, & a substantia & ab accidente. Sed dices, quō ad cōtradictionis formam dicetur? Dico ꝙ Com. contra Aui. tenet in.3.cō. quarti meta. & ēt in.10 met.cō.8. ꝙ ens & vnum significant vnā naturā.i. vnū conceptū, non tñ distinctum realiter vel ex natura rei, sed sola rōne a conceptibus suorum inferiorum: sed diuersis modis. vnitas enim non importat aliquē conceptum vel formalitatem positiuam, vt dixerunt posteriores distinctam a conceptu entis, sed solam indiuisionem superaddit vnum ex modo significandi ad seipsum ens, sed in re significata conueniunt, et ideo dicit ꝙ ens & vnum significāt vnam naturam in subiecto, sed differunt scdm modū significandi. Aui. aūt voluit conuersum, videlicet ꝙ tam ens quā vnum importarent de per se vnumquodq; aliquem conceptum positiuū: quorū vnus erat ab altero distinctus. sic igitur Aue. pōnit ens & vnum idē significare. sed qñ dixit ꝙ ens & vnum non significat aliquam naturam, intellexit ad modū Platonicorū, ꝙ videlicet illa natura sit natura tertia a suis inferioribus separata & distincta, vnde ipse dicit.12.me.cō.21. ens & vnū sunt ex rebus vniuersalibus, quę non habent esse extra animam. Et idē habet 10.me.cō.6. similiter ens & vnum non dicunt vnam intentionem vniuocam tertiam ab intentionibus decē prædicamentorum, sed solum est indifferens per analogiam, vt diximus ex intentione eius.4.me.cō.6.& cō.2. Vnde ēt.10.me. com.6. dicit, impossibile est vt aliquid cōe pluribus sit substantia, nisi scdm ꝙ ē in aīa tantum. & subdit parū infra, ꝙ ens & vnum sunt de intētionibus vniuersalibus, quę non habent esse nisi in aīa. vnitas igitur conceptus entis & communitas eius est cōmunitas & vnitas analogicę, non vniuocationis, non distincta scdm esse. vel ex natura rei a suis inferioribus sed solum in anima & in conceptu. Et nota bene ista, quia multi laborauerunt in videndo veritatem in via Aue. & non potuerunt. Et ꝙ hoc non sit verū, ꝑbatur rōne duplici. Si ens inquantum ens non diceret vnum conceptum analogum distinctum ratione a conceptibus suorum inferiorum, sequeretur ꝙ non posset de eo aliqua demonstratio fieri. cōsequens est falsum, quia bonitas demōstrari pōt de ente mediāte veritate non rōne alicuius inferioris ad ens, sed rōne sui: ergo ens inquātū ens dicit aliquem vnū conceptum. Confirmatur: quia si ens, inquantū ens, non diceret aliquem conceptum proprium ratione distinctum a suis inferioribus, sed solam cōitatem nominis importaret, sequeretur ꝙ nullum prædicatum essentiale & p se de eo diceretur. consequēs est falsum: nam dicimus ꝙ ista est per se, ens est vnum. probatur consequentia. quia scdm Aue.4.me.com.2. de termino æquiuoco bene aliquod prędicatum accidentale potest verificari vniuersaliter, sicut ista propositio est vniuersaliter vera, omnis canis est pulcher: nullū tamen prędicatum per se de tali potest verificari. cum igitur vnitas & bonitas primo verificetur de ente ratione sui, & non ratione alterius, demonstratiue sequi videtur, ꝙ ens inquantum ens est commune Deo & creaturæ, substantię & accidēti, non sola cōitate vocis, sed conceptus distincti ratione a conceptibus inferioribus, & hęc non possunt negari ab homine habēte intellectum habilitatū ad bonum.

Quarta contradi. est in cō.4. Enumerat scientias medias Commē. in numero scientiarum Mathematicalium, sicut est Perspectiua & Musica, Huius tñ oppositum videtur sentire Philosophus.2.phy.te.cō.20, vbi habet. Demonstrat autem & quę ex Mathematicis magis Physicæ. vbi loquitur, vt dicit Com. & vniuersaliter omnes expositores de scientiis mediis. Soluitur. quidquid dicant alii, scientiæ medię vt est Musica, Astrologia, & Perspectiua, & quę assimilantur his, sunt potius inter Mathematicas scientias enumerandę quam inter Physicas. Et ratio est ista, nam habitus scientificus specificatur a medio: ita enim Philosophus posuit distinctionem inter speculatiuas scientias in.6. me.t. co.2. quia autem media talium scientiarum subalternatarum mathematica sunt licet applicata sint materię sensibili, dicimus ꝙ, cū denominatio insequatur formam & non materiā, actum & non potentiā: sicut est de intentione Philosophi. 2. phy. t. c. 11. & 9. me. t. c. 7. propter hoc & si materiale in talibus naturale sit,

Quarto me; cō.4.

Solutio,

cum formale sit mathe.naticum,potius ergo Mahematicę quam Naturales de bent nuncupari. Et istius ēt opinionis est beatus Doctor, qui etsi in.2.phy.sup allegato te.oppositum dicit,tamen seipsum retractauit in questionibus sup Boetio de trinitate. Ad authoritatē aūt Philosophi dico ꝙ illa est multiplex sc̄dm amphibologiā.quia vnus sensus esse potest,ꝙ duo sint comparata, & vnū illud,ad quod fit cōparatio. vt sit sensus ꝙ Mathematicę purę & sciē medię cōparentur ad Physicas tantum.Et tunc sensus esset iste ꝙ sciē medię sunt magis Physicę quā Mathematicę purę sint Physicę. & iste sensus verus est, & sic intellexit Philosophus. vnde translatio Arabica ibi clarior est nostra. & sonat hoc,quod diximus.& hoc est rationi consonum.medium. n. magis conuenit cū extremo quam vnum extremum cum alio extremo,cum maior sit distinctio extremi ab extremo,quam extremi a medio, seu medij ab extremo. Aliter sensus pōt esse, vt vnum sit comparatum,& duo sint,ad quę fiat comparatio. & tunc sensus esset iste,vt scientię medię comparatę ad Mathematicas, & ad Physicas sint magis Physicę quam Mathematicę. & isto modo intellecta propositio Philosophi falsa est propter rationem, quam adduximus.

Quarto me. cō.21. Quarta contradi.est in cō.21.Dicit Com.ꝙ nullus intellectus intelligit contraria esse simul. Sed opponebatur in margine de vnitate intellectus,nam,cum opiniones de contradictorijs sint cōtrarię,teste Philosopho in.2.perihermenias B si vnus est omnium intellectus, vt ipse posuit,tunc contraria erant in eodē simul.& cum intellectus possit intelligere oīa, quę,sunt in eo: si igitur tales opiniones contrarię sunt in ipso, ipse poterit intelligere contraria simul esse. Ad

Solutio. hoc aūt videtur Auer.respondere in.6.me.cō.vltimo, vbi dicit propōnem istā non tenere in anima, sed solum in materia. nam licet materia extra animam non possit recipere duo contraria simul,tamen anima bene potest. de hoc tamen videbimus infra in illo loco,ideo pro nunc dimittatur.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM
IN DICTIS ARISTOTELIS
ET AVERROIS.
Super Quinto Metaphysicorum.

Quinto me. comm.3. Contradictio est in cō.3. Dicit Com.ꝙ principium materiale est illud,quod demonstratur cum hac prępositione ex. Huius tamen oppositum videtur sentire ipse in primo physi.com. 58. vbi dicit ꝙ in subiecto dicimus, ꝙ hoc fit hoc, in priuatione autem ꝙ ex hoc fit hoc.

Solutio. Soluitur,vt ipsemet Cō.dicit in hoc.5. me.cō. 29.famosior ex significationibus,ex,est q̄ importat genus causę materialis.et hoc ē rōnabile.materia.n.sic describitur a Philosopho in.2.phy.27.Materia est,ex quo fit aliquid cum insit. Quod aūt dicitur de primo quorū priuatio est manifesta, generatio attribuitur priuationi cū illa prępositione ex,aut ēt in recto:generatio.n. fit ex non esse,& non ex esse. & ideo magis dicimus ꝙ infirmus fit sanus,q̄ꝫ ꝙ hō sanus fiat: sed in subiectis, quorum priuatio latet,generationes subiectis attribuuntur: sicut dicimus ꝙ domus fit ex lateribus.Pro hoc vi.c.25.septimi me.et nos ibi ēt dicemus magis.

Quinto metapny.cō.5. Secunda contra.est in cō.5. Dicitur ꝙ natura prius de forma dicitur. Sed.2. phy.cō.1,dicit ꝙ prius dicitur de composito; quia inquit ꝙ illa sunt magis na-

turalia. Soluitur, nam secundum ipsum, 2. phy. cō. 3. & 4. non dicitur vniuoce, nec equiuoce de materia & forma & composito, sed analogice: licet compositū pro prie loquendo verius naturatum, vel habens naturatum dicatur quam natura, sicut patet ibidem, vnde vniuersaliter apud ipsum nil vniuoce, dicitur de cā & cāto, precipue in prędicatis, quę sunt primo intellecta, & habent modū intentionis primę. Vlterius debes scire quod analogia est duplex, quędam est secundum famositatem, & quędam secundum veritatem. vnde composita existimantur & cōtinent esse magis entia, & magis substantię quam forma, aut materia: quia talia nostrę primę cognitioni naturali sunt notiora: sicut est de intentione eius 1. phy. cō. 3. vbi per confusa magis exponit composita cāta ex elementis: sed secundum veritatem natura per prius dicitur de forma, quam de materia, aut de composito: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis. — Solutio.

Tertia contrad. est in fine cō. 6. Dicit Commenta. quod ęterna non habent esse necessarium ab alio. Huius tamen oppositum patet, 2. cap. de substantia orbis, & 12. me. cō. 4. Soluitur, aeterna citra primum non habent esse necessarium ab alio formaliter: habent tamen esse necessarium ab alio, vt a fine & ab efficiēte. Nō primi est ista, quia, si aliquid non esset formaliter ex se necessarium, sed cōtingens, tale nullo pacto posset ab alio sortiri necessitatē secundum ipsum. 2. phy. c. 45. contra Aui. nisi tu ponas naturam corruptibilem conuerti in naturam ęternam, vnde quodlibet ęternum caret materia, quę radix est contingentiae & possibilitatis. Et ideo secundum Philosophos quodlibet ęternum formaliter est necessarium est seipso effectiue vero & finaliter talia ęterna sunt a Deo & propter Deū: sicut demonstrauimus in questione nostra de triplici causalitate intelligentię. — Quinto meta. com. 6. Solutio.

Quarta contra. est in comm. 7. Habetur hic communiter quod duo accidentia numero differentia non possunt esse simul in eodem subiecto. Sed huic authori non resistunt Medici, ponentes complicationem febrium in eodem subiecto simul, quia vt patet per Ga. in 1. de differētijs febriū, hectica febris pōt eē cōiuncta cum putrida, & tunc duę caliditates numero differentes simul sunt in eodem subiecto, sicut patet. quia febris nihil aliud est, nisi calor naturalis conuersus in igneum. Nisi esset, quod in tali corpore, in quo est istarum duarum febrium complicatio, est vna met numero caliditas. genera enim febrium non distinguuntur genere vel specie penes calorem, sed penes diuersitatem materierū, in quibus est calefactū esse, & ideo non prohibet vt vna met caliditas, vt est in facto esse, remota putrida febre adhuc remaneret in membris, illa rōne dicatur esse caliditas febris hecticę: quam secundum aliā rōnē, vt est in fieri ab humore putrido cāta dicatur esse caliditas putredinalis febris. stat. n. absq; repugnantia secundum diuersos respectus. sed de hoc nō est nobis locus in pręsentia dubitādi, quia multa dici possunt hinc inde, quae transcendunt nostrum negotium. — Quinto me. com. 7. Solutio.

Quinta contra. est in cō. 14. Nomen accidentale primo significat accidens, & secundario subiectū. Huius tamē oppositū dicere videtur. 1. phy. cō. 25. vbi habet quod significat nomen concretum duo, s. subiectum & formam. quia dicit quod album significat albedinem & receptiuum albedinis, & 2. de aīa. cō. 8. dicit quod nomina rerum artificialium, quę accidentia sunt, primo significant subiectum, & secundario formam. Soluitur. nomen significat rem secundum quod est in actu. Actus aūt duplex est, substantialis, & accidentalis. substantialis dat esse simpliciter: & accidentalis dat esse secundum quid. Et ideo, cum composita substantia sit in actu simpliciter, nomen talium primo significat formam, quia forma est ratio, propter quam compositum est in actu simpliciter, secundario aūt importat compositum. In compositis vero per accidens nomina talium in concreto sumpta primo formam significant, & secundario subiectum: quia a forma fit denominatio non a materia. &, quia subiectum respectu accidentis est sicut materia. 4. me. commen. 2. ideo dicimus nos quod talia primo significant formam, per quā sunt in actu secundum quid, quam ipsum subiectum. Accedit ad hoc quod si talia prius significarent subiectum quam formam, tunc sequeretur quod esset nugatio dicendo homo albus, sicut deducit pulchra Commenta. hic contra Auice. De nominibus autem rerum artificialium quid primo significant an formam an subie- — Quinto mete. cō. 14. Solutio.

ctum dixi in cōmen. 8. secundi de anima. & ideo illuc recurre. Quantum ad propositum spectat, dico nullam esse contradictionem in Auerro. si quandoque dicit nomen concretum accidētale duo significare, s. subiectum & formam, seu cōpositum, ex forma & subiecto sicut ipse habet, 3. meta. cō. 16. vbi habet nomina de nominatiua significare vnum compositum. Quandoq; autē dicit talia significare formam primo, & secūdario subiectū. aliud. n. est significare absolute, aliud est primo significare. dicimus talia nomina concreta significare vtrunque: non tamen primo significare vtrunque dicimus, sed talia primo formam significāt, denominatio ab actu fit, non a potentia. 2. phy. 11. & 9. meta. tex. cō. 7. & 8. me. cō. 7. & 1. phy. 63. & 1. cap. de substantia orbis nam, quando amittitur forma substantialis rei, ibi materia amittit nomen & definitionem rei: cum autem destruitur forma accidentalis, ibi etiam amittitur denominatio, quo ad esse secundum quid, quod erat a tali forma: licet esse simpliciter quod est a forma substantiali non amittatur per amissionem accidentalis formæ. sic igitur solutio ad omnes authoritates patet. D

Quinto metaphysi. tex sine cōmen.

Sexta contra. est in tex. sine cō. Arist. dicit in hoc capi. 9. nō posse dici omnē Socratē musicū esse, quia Socrates non est in pluribus, sicut dicitur omnis homo musicus. Sed huius oppositū habetur in. 1. cęli & mundi, vbi dicit ꝙ omnis mūdus est ex propria materia in tex. cō. 98. vbi litera gręca habet ὁ πᾶς κόσμος, & tamen mundi non est in pluribus, vt patet ibidem. Soluitur, & est sententia Alex. ibidem referēte Simplicio, quod in indiuiduis. in quibus saluatur tota natura speciei, sicut est in sempiternis, potest poni signum vniuersaliter distribuēs sicut est de mundo & Sole, & id genus secus autem est de indiuiduis rerum generabiliū. in talibus. n. tota natura perpetuari nō potest, nisi per successionem. solicitudo enim diuina propter hoc miserta dedit talibus virtutem, vt possint perpetuari in specie, vt dicit Commentator in. 2. de anima cō. 34. Et nota bene hoc. B

Solutio.

Quinto meta. cō. 16.

Septima contra. est in cō. 16. Inquit Cōmē. ꝙ in intellectu vniuersale notius est particulari. Huius tamen oppositum sequi videtur ex dictis eius in. 12. meta. cōmen. 4. vbi habet ꝙ vniuersalia intellecta apud Ari. sunt collecta ex similitudine, ꝙ accipit intellectus ex particularibus, & facit ea intētionē vnam: & per cōsequēs singularia notiora ītellectui esse videnť. Nisi esse ꝙ authoritas ista in oppositū adducta procedit de vniuersali pro secunda intētione, non aūt pro prima. quia vniuesale vt est de primo intellectis pręcedit cognitionē singularis. Singularis enim cognitio repugnat intellectui vt intellectus est scd̄m Philosophos, non inquantum singulare, sed inquantū materiale. Et si intellectui nostro cognitio singularis attribuitur. hoc est, vt habet respectum ad materiam & ad sensum ex sui imperfectione, cū sit vltimus in genere abractorū. 3. de anima. cō. 19. & ideo Cō. super cō. libri de Diuinatione dicebat ꝙ si substantię abstractæ singulare materiale cognoscerent, contingeret illas materiales esse Et ideo itellectus noster primo aspectu vniuersale cognoscit, quia hoc competit sibi ratione, qua intellectus est, cū sit abstractus a materia, & habeat oppositum receptionis modū modo quo materia recipit. nam materia singulariter, & intellectus vniuersaliter & abstracte recipit. sic ergo directe vniuersale cognoscitur ab intellectu. singulare aūt cum nō cognoscatur ab intellectu, nisi vt ipse inclinationē, habet ad materiā sic dicimus tale cognosci ab intellectu, vt super phantsmata se conuertit. & ista cognitio reflexa est, & non competit intelectui nisi mediāte sensu: sicut patet. 3. de anima. cō. 9. Caueant ergo Nominales, & Burleistę tenentes singulare esse primo cognitum ab intellectu, Sed de hoc in quęstione nostra de primo cognito diximus satis. E

Solutio.

Quinto meta. tex. 18.

Solutio.

Octaua cōtrad. est in tex. 18. Ari. dicit in te. cō. 18. quod motus & tempus sunt quanta per accidens. Sed oppositum habetur in prædicamentis, vbi tempus posuit esse per se quantitatē continuā. Soluitur, tempus quiditatiue est numerus numeratus scd̄m prius & posterius ipsius motus, & p̄cipue primi motus. & ꝙ ad hoc est p̄ se quātitas, quia talis numerus numeratus pōt esse quātitas cōtinua, sicut tripedaneum telum, vt dicit lucidissimus Themist. & ideo quiditatiue consyderatum tempus est per se quātitas, quia nihil addit supra motum nisi nume-

D rum numeratum. Aliud autem est consyderare in tempore, & est quod habet p se mẽsurare motũ. Motus autem mensurat tẽpus per accidens, & hoc est accidens tẽporis, & non est quiditas tẽporis, vt inquit Ale. in. 4. phy. in expositione tex. cõ. 118, & quod ad hoc tempus est quantum per accidens pro quanto imaginamur ꝙ tẽpus mensurat per sui quantitatẽ quãtitatẽ motus, & adæquatur ei. & diuisio & continuatio eius adęquatur diuisioni & continuationi motus, a quo tẽpus dependet, tanquã a causa, saltẽ in genere causę materialis. & sic dicit Philosophus ꝙ tempus est diuisibile & continuũ propter motum, & motus ꝑpter magnitudinem. Non inconuenit ergo tempus, quo ad id, quod est scd̃m sui quiditatem esse quantitatem per se, & quo ad id quod accidit ei, quod sit quantum per accidens, nam vt inquit Alex. quiditas temporis est in numerato esse prioris & posterioris motus, secundũ quod illud est prius & illud posterius, sed mensurare motum accidit tempori sicut propria passio accidit subiecto. Sed nũquid motus secundum sui quiditatem sit per se quãtitas. videtur quod sic. quia Cõm. 4. phy. cõmen. 99. declarans dictum Philosophi ibi quomodo motus & prius & posterius in motu sunt eadem subiecto, sed differunt secundum esse, inquit ꝙ prius & posterius, cũ fuerunt accepta secundum ꝙ sunt in subuiecto, tunc sunt partes motus: cum autem fuerint consyderata secundum definitionem & quiditatem, tunc prius & posterius erit aliud a motu, quoniam motus est in quantitate, & prius & posterius sunt in numero, ex quo videtur motum quiditatiue esse quantitatem. & hoc Burleus, & multi alii Auerroistę tenent. Ex aduerso autem instatur ex authoritate Philosophi in. 5. meta. collocantis motum in quantis per accidens. Amplius autem. 4. physic. cõmento & tex. 118. &. 119. dicit ꝙ tempus mensurat rem motam, non simpliciter secundum quod motum est quantũ, sed scd̃m ꝙ motus ipsius quantus est. vbi Cõ. in cõ. dicit ꝙ tempus mensurat quãtitatem accidentem motui, & per consequens, si quantitas motus accidit motui, essentia & quiditas motus est aliquid, cui illa quantitas aduenit, quia nihil dicitur sibimet accidere. vbi Cõmen. elicit vnũ pulchrum documentum per locũ a maiori, quod si tempus non mensurat rem motam, scd̃m ꝙ est mota simpliciter, dignius est ipsam nõ mensurare aliquid scd̃m ꝙ est ens ex quo vdetur, ꝙ si essentia motus nõ mensuratur a tempore, sed quantitas accidens essentię motus, multo minus essentię aliarum rerum a tempore mensurabuntur, & ratio est, quia vt inquit Philosophus. 12. meta. te. cõ. 29. tempus aut motus est, aut est motus passio quędam. Et ideo magis videtur ꝙ tẽpus habeat mensurare essentiam motus ꝙ̃ essentiam aliarum rerum. & ideo, si non mensurat motus essentiam, sed quãtitatem accidentẽ motui, multo minus mensurabit essentiam aliarum rerum. & ista etiam fuit sententia Alex. vt recitat Commen. 4. physi. cõ. 101. quod tempus non est numerus motus, i. quod non est incrementum tempus numerare motum, quod ideo dicit. quia scd̃m Ale. quiditas temporis nõ consistit in numeratione actiua respectu motus, sed in numerato esse prioris & posterioris. quia illud est accidens tẽporis seu proprietas, & non est quiditas temporis. Amplius autem dicit illud. quia dato ꝙ tempus mensurat motũ, tamẽ non mẽsurat eius quiditatem & essentiam sed quantitatem accidentem ei. Et confirmatur per Commen. 4. phy. cõ 96. vbi Philosophus dicit ꝙ tempus non determinatur per tempus, neq; quo quantũ, neque quo quale dici, non dicit hoc quia tempus sit quãtum & quale. quoniam tempus est quantũ, & non quale, sed, si tẽpus haberet qualitatem, sicut motus habet quãtitatem & qualitatem, non mensurarẽ a tempore, sicut motus, qui quo ad vtrunque a tempore determinatur. nam quãtitas motus determinatur per tempus, quia dicimus motũ magnitudini esse in magno tempore, & velocitas motus quę est qualitas, motus etiam determinatur per tempus igitur quantitas est accidens motui, & non est quiditas eius. & hoc teneo, ꝙ quiditas & essentia motus est actus imperfectus in mobili, vt patet ex 3. physic. & huic accidit quantitas & qualitas & multa alia accidentia, sicut est videre de continuatione & aliis in. 4. phy. te. cõ. 99. Ad authoritatem Commen. in. 99. dico ꝙ motus est in quãtitate, vt habet mensurari per tempus, non autem quo ad sui quiditatem & essentiam pertinet ad quantitatem & aliogn idem esset mensurare motus quãtitatem, & motus essen

Vtrum motus secundũ sui quiditatẽ sit per se quantitas.

Sic dicit Ammon. in pręd. O quãtum placet mihi, quia hoc inueni, postquam scripsi istud Laus Deo.

etiam, quod est contra Philosophum & contra Cõ.4.phy.in tex.cõ.119.& tunc D sequeretur ꝙ quiditas motus tempore mensuraretur & tẽpus esset mensura motus in esse quiditatiuo & tũc sequeretur ꝙ motus non posset quiditatiue intelligi sine tempore cuius oppositũ scribit Cõ. in.4.physi.in.tex.cõ.97.vbi dicit ꝙ tempus non imaginatur sine motu, & motus potest imaginari sine tẽpore. & confirmatur, & in.3.physic. in definitione motus tempus non ponitur, vt patet intuenti. Alex.autem in.5.meta. in cap.de quanto istam contradictionẽ isto modo soluere nititur.inqt enim ꝙ tametsi in prædicamentis tẽpus fuerit dictum esse quantum per se, & motũ, quod intelligitur vt tempus est idem quod motus, tamen nunc in quinto talia dicit esse quanta per accidens, sed non sunt quanta, similiter vt quæ sunt quantorum passiones, quatenus quãta sunt, sicut est magnũ & paruum, & multum & paucum longũ & breue: talia enim sunt per se quãti passiones, in eo quod quantũ est, sed motus & tempus non sunt passiones quãti in eo, quod quantũ, & ideo dicunt quanta per accidens. Amplius autẽ vt asserit Aristo.in.5.meta. strictius videtur loqui de quanto, quam in prędicamentis, nã in quanto illud per se quantum esse dicitur ꝙ permanet, & affectiones ille per se quanti sunt, quę permanent, sicut & subiectum, motus autem & tempus non permanẽt. Vnde definitio quãti in.5.met. erat quantũ est qđ est diuisibile in ea quę insunt, quorum quodlibet & vnũquodq; vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse. Vbi alex.põderans illa verba, quorum vnumquodq;, &c. dixit addita B esse ad distinguendum a quantis ea, quę constituuntur ex partibus situ carentibus cuiusmodi est tempus & oratio: adde etiam motum, talia enim non proprie dicuntur quanta. & ideo omnes affectiones, quę insunt quantitatibus permanẽtibus, quę proprie sunt quantitates, quia tales sunt permanẽtes, sicut & subiecta illarum, sicut multum & paucũ, quę sunt numeri passiones longum & breue, quæ sunt passiones lineę: latum & angustum, quę sunt passiones superficiei: altum & humile, quę sunt passiones corporis talia sunt quanta per se, sicut affectiones eorũ quę per se quanta sunt, quia subiecta taliũ passionum sunt vere quãtitates permanẽtes. sic & istę passiones. sed motus & tẽpus non sunt passiones quãti per se, neq; sunt pmanẽtia. vnde motus nõ est passio magnitudinis permanentis, inquantũ magnitudo permanens est neq; tẽpus est passio alicuius magnitudinis permanentis. vnde vere illa sunt per se quanti affectiones, quę sunt consequentia sua subiecta necessario, motus autẽ non necessario consequitur magnitudinẽ, super qua fit motus, neq; aliqđ magnitudinis est motus. licet in magnitudine fiat: Hęc sunt dicta Ale. Et tu, frater mi, elice quicquid tibi melius apparebit. scito enim quiditatiue motum quantitatẽ non esse tẽpus vero, cum sua quiditas sit in numerato esse prioris videtur quod sit per se quãtitas quo ad hoc, sed penes mensurare motum hoc sibi accidit: & sic est quantum per accidens, quia refert dicere tempus esse numerum motus, & esse motũ mensurans prima est per se in primo modo, maxime sumẽdo numerũ pro numero numerato: secũda vero est in scđo modo. sic dicit Them.in.4.phy.in expositione tex.cõ.117.&.118.& ante ipsum fuit dictum Alex.vt recitat Simplic. vnde tempus est mensura motus, & quietis licet motus per se & quietis per accidens. sed tempus est numerus motus tantum, & non quietis. quies enim non consistit in transitu prioris ad posterius secundum se, sicut consistit motus.

Alexandri sententia.

Quinto meta.tex.18.

Nona contra. est super eo.tex. Arist. dicit motũ & tempus esse quanta per accidens. Sed huius oppositum videtur de motu Arist. dicere in.3.phy.in.tex.cõ. primi, vbi dicit, videtur autem motũ esse de genere continuorum de tempore et oppositum patet in prędicamentis, vbi enumerauit inter species quantitatis cõtinuę per se, Dico ꝙ motus quiditatiue nõ potest in alio genere, nec in alia natura collocari ꝙ̃ in genere actus permixti cum potentia. hoc enim fuit bene determinatum per Arist.in.3.phy.in tex.cõ.12. Et miratus sum per vitam meam, qũo aliqui ausi sunt dicere in via Peripateticorum motum quiditatiue esse quantitatem. nam tunc isti detrahunt Arist. qui in definitione quiditatiua eius nõ posuit quantitatem, & apte reclamat contra illos, qui per inequalitatem, quę pertinet ad quantitatẽ, aut per alteritatem, quę pertinet ad qualitatem, definiebant ip

Solutio.

sum, imo, vt ait, in nullo alio gñe quiditatiue reponi põt, nisi in genere actus medij inter actum purum & potentiam puram. Et ista fuit causa erroris Pythagoricorum definiẽtiũ ipsum per non ens, & priuationem. qa, vt dicit Aristo. & Cõ.3.phy.cõ.14.&.15. latuit eos iste actus medius. licet.n. eius potentia & actus non sint genera vniuoce dicta dicuntur tamẽ analogice sicut notat Cõmen. ibidem.cõ.4.12.& de anima cõmen.30. Vnde quantitas, & continuatio, & velocitas, & successio sunt de accidentibus motus. cuius argumento est quod Aristo. in.4. physicę auscultationis, & Cõ. in tex.cõ.119. dicit ꝙ tẽpus nõ mensurat essentiam motus, sed quantitatem accidentem motui. vbi Cõmẽtator notat vnum pulchrum documentum, ꝙ est manifestum ꝙ si tempus non mensurat rem motã sc̃dm ꝙ est mota simpliciter, dignius est ipsum non mẽsurare aliqd secundum ꝙ est ens. Arguit .n. p locum a maiori negatiue, qa tempus, aut est idem quod motus, aut est quędam passio eius.12.meta.tex.cõ.29.& ideo magis apparet tempus mẽsurare motus essentiam ꝙ̃ essentias rerum permanentium. Si igitur non mensurat motus essentiam, sed quantitatem accidentem motui, multo magis non mensurabit, essentias aliarum rerum, quę non sunt motus, & ibi manifeste apparet sine aliqua cõtrouersia ꝙ quantitas est de accidentibus motus. Et hoc ẽt expresse habet Cõ.in.4.phy.in cõ.98. vbi dicit ꝙ accidentia motus sunt multa.& in cõ.96. dicit expresse ꝙ motus est quãtus & qualis, & quod vtroq; modo motus determinatur per tempus. & ex par quantus, vt cum dicimus ꝙ motus magnus est in tempore magno, & paruus in tempore paruo, & similiter ex parte qua qualis, vt motus velox, qui fit in tempore breui, & tardus, qui fit in longo tẽpore. & in cõmen.99. expresse dicit ꝙ vnum accidetium motus est cõtinuatio. Mirum est igitur de Burleo & de multis aliis Peripateticis, qui voluerunt motum esse quiditatiue, & per se quantitatem, Nec obstat authoritas Com. in.4.phy.cõ.99. vbi declarans differentiã sc̃dm rationem inter motum, & prius & posterius, q̃ sunt in motu, q̃ sunt eadẽ subiecto, & differunt ratione, vt dicit in te. vbi dicit, ꝙ cum fuerint cõsyderata sc̃dm quiditatẽ, prius & posterius erit aliud a motu, quoniam motus est in quantitate, & prius & posterius sunt in numero, dico quod sumunt ibi quiditatem large pro descriptione, quę notificat rem per accidentia & consequentia. Et sic glosa, frater mi, dictum Arist. in.3. physi. vbi dicit ꝙ videtur motus esse de numero continuorum non quod continuũ sit de quiditate motus, sed est de consequentibus motũ. Et ideo Cõ.3. physi. animaduertens ad hoc, quod modo dixi notãs.3. physic. cõm.2. inquit quod illorum, quę sequuntur motum, quę sunt propinqua substantię eius, est contrarium, & non dixit contrariũ esse de substantia motus, sed esse de propinquis. accidentia.n. propria magnam. partẽ cõferunt ad cognitionem quod quid est primo de anima. te. cõ.11. Et sic gloso dictum Themist. & omnium expositorum iuxta sententiam Arist. asserentem contrarium accipi in ratione motus modo prædicto. De tempore autem est alia ratio. quia tẽpus formaliter supra motum non addit nisi rationẽ mensurę. & ideo inqt Cõm. in.4.phy. in cõ.113. tempori essentiale est mensurare motum, cũ essentia eius sit mensurare motum. & ideo tempus est per se quãtitas. quod autem Aristo. dicit tempus esse quãtum per accidens, hoc est pro quãto extenditur, & continuatur ad extensionem. & continuationem motus, vt ipsemet se declarat in hoc loco, & in.4..phy. in tex.cõ.99.& in tex.cõ.113. Et nota bene hoc, quia non fuit ista solutio mihi declarata nisi post longum tempus, & non sine magno labore vitæ meę.

Decima contradictio est super eo. tex. Aristote. declarando quomodo motus dicitur esse continuus, inquit dico autem non quod mouetur, sed quo motum est. vbi videtur motus continuitatem esse a spatio, & non a mobili. Huius tamen oppositum inuenitur determinatum ab Arist. in.2. de genera. & corruptio. in. te. c. 6.. & in.6. physic. tex. commento.37. vbi dicit secutum est autem oia diuisibilia esse ab ipso mutante, idest a subiecto, quod mutatur. Soluitur, vt dixi in.2. de gener. vbi solui istam contradictionem, quod sine dubio illa videtur fuisse sentẽtia Philosophi ibi, ꝙ continuitas motus principaliter est a mobili. sed in.5.me. qa posuit quãta p accidens esse duobus modis, vno rõne subiecti, vt albũ est quã Quinto meta. texto.18.

tum ratione subiecti. Aris.aūt ponit alium modum, non rōne subiecti in quo, D sed circa quod, ideo isto modo, vt dicit ibi Alex. Arist. posuit motum esse diuisibilem non a subiecto: quia tunc idem esset secundus modus, & primus eius, quod est per accidens quantū: sed posuit q̄ sit a spatio, circa qđ fit motus: pſertim qa diuisio & continuatio nobis in motu ex ista cā magis nota est. Aut aliter dicere possumus q̄ motus habet duplices partes. quędam sunt simul, & tales habet ex diuisione mobilis: & habet quasdā non simul, sed succesione, qa vna est prior, & alia est posterior. 4. phy, cō. 102. Tunc igitur, si loquamur de diuisione & cōtinuatiōe, quo ad partes motus, quas habet simul, deputatur a mobili principaliter non a spatio: sed quo ad alias videtur magis a spatio q̄ a mobili. ideo volui hic repetere cōtradictionē, vt innuerē istā distinctionē, & cogita, qa pulchra est & quietans aīam, non pōt. n. mobile & simul & semel esse in diuersis partibus spatij, et ideo ista cōtinuitas, et diuisio magis ē ex spatio, q̄ ex subiecto.

Quinto meta. cō. 18. Vndecima contra, est in cō. 18. Scribit Cō. graue & leue quantitates esse. Oppositum tamen scribit, 2. de aīa, cō. 108. & 4. cæli. commen. 2. Vide ibi, quia fuit solutum clare.

Solutio.

Quinto meta. cō. 19. Duodecima contra. est in cō. 19. Sribit Com. bonum & malum esse in animatis. Sed oppositum patet, 6. met. te. c. 8. vbi dicitur solum verum & falsum esse in anima sed malum & bonum esse in rebus. De hoc dicemus statim in c. 8. sexti me. vbi declarabimus illud dictum non habere ueritatem cum precisione, & B qualiter, & quomodo ibi dicetur.

Solutio.

Quinto meta. cō. 22. Decimatertia contra. est in cō. 22. Habet q̄ definitio est finis in cognitione. Sed huius oppositum patet. 1. de aīa, com. 11. in quo dicitur q̄ est principium. Soluitur. est principium cognitionis demonstratiuę. est finis simplicis & intuitiuæ cognitionis.

Solutio.

* Vtrū materia prima habeat intētionē alicuius Vniuersalis de pluribus predicabilis sicut Genus. Quod materia sit sicut genus hoc dupliciter potest intelligi.

Auer. 5. methaphysic. 29. ait, materia prima est tanqnam genus altissimum. Vbi per genus altissimum, genus generalissimum intelligitur. Ex quibus habetur, materiam primam intentionem vniuersalis de pluribus predicabilis habere. Nam si sicut genus generalissimum est, consequens est, q̄ intentionem vniuersalis habeat, & vrgens de pluribus predicetur. Huius oppositum habetur expresse ab ipso Auerro. primo methaphysi. 17. vbi ait, post multa, & ideo genus habet predicari de pluribus speciebus, & de indiuiduis illarum specierum. Materia autem non potest predicari de speciebus generatis ex ea. Antiqui autē, & maxime Alexander, scripserunt demonstratiue, q̄ genus est aliud a materia. Hoc etiam asserit in multis alijs locis. Ad hoc faciliter respondetur, & dico, q̄ materia sit sicut genus generalissimum. quantum ad propositum, spectat, potest dupliciter intelligi, vno modo scilicet quantum ad predicationē, & sic similitudo non intelligitur, tunc enim si sic intelligeretur, manifeste sibi F ipsi contradiceret Auer. Alio modo potest intelligi quantum ad resolutionem, & hoc modo est ista similitudo, & sic intelligitur. nam sicut genus generalissimum, non habet superueniens genus in quod possit resolui. (Sunt enim decem genera generalissima vt dicit Porphyrius tanquam, decem rerum principia, principij autem proprium est primum esse. 5. metha. 1.) sic prima materia non habet priorem, in quam resoluatur. Et sic nulla quo ad hoc ambiguitas remanet.

Quinto meta. cō. 25. Decimaquarta contradi. est in cō. 25. D. Co. in. c. 25. q̄ compositio est in positione partiū adinaicē. Huius tamen oppositum habet primo de genera. tex. co. 85. Solutio est ista, q̄ positio partium requitur in mixtione ipsa tanquam conditio necessaria, vt patet ex. 89. eiusdem primi de genera. non tamen formaliter est ipsa. & ad istum sensum negatum fuit 1. de generatio. 85. hic vero conceditur secundum primum sensum.

Solutio.

Quinto meta. tex. 33. Decimaquinta con. est. in te, 33. D. Arist. q̄ materia & forma sunt genere diuersa. Sed oppositum patet ex. 12. me. t. c. 22. vbi dicit q̄ materia & forma sūt ppria prędicati substantię, ex consequenti sunt eiusdem generis. Soluitur Aris. definit illa esse diuersa genere, quorū subiectum primum receptiuum aliorum non resoluitur in alterū, nec ambo in idem, & loquitur de subiecto receptionis

Solutio.

A &c resolutionis. & quia primę materię nihil subiicitur, ideo materia pria & forma illo mō gñe diuersa sunt. similiter quia materia prima, & forma vicissim nō alterantur, nec primę materię & formę reperitur aliqua materia subiecta, in quam vtrūq; resolui possit, sic materia & forma sunt genere diuersa. In. 12. aūt me. dicit mām & formā eē ī eodē genere pdicabili reductiue, ꝓ ut sunt ꝓpria pdicata substātię, & principia reducūtur in illo genere, in quo est principiatū.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Sexto Metaphysicorum.

B Commento primo huius sexti habetur ꝙ ens diuiditur prima sui diuisione in per se & per accidens. Sed in. 5. me. t. c. 14: ens 1. diuiditur in decem prędicamenta, primo vero phy. t. c. 6. primo diuiditur per finitum, 3. phy. te. c. 3. primo diuiditur per actum & potentiam. Soluitur plures sunt diuisiones entis primæ: tñ quęlibet est prima in suo genere, quędā est diuisio entis in partes subiectiuas, sicut est diuisio entis in decem prędicamenta: quędam est diuisio entis in passiones, sicut diuisio entis per vnum & multa, per necessarium & cōtingēs: quędā est diuisio entis per modos, seu analogas differentias modo loquēdi Aue. sicut est diuisio entis per actum & potentiā. Et istæ diuisiones sunt entis qd est subiectum in metaphysica, qd scdm Aue. habet vnitatem cpnceptus analogice dicti non vniuoce. est ēt diuisio entis in aīa & extra aīam, & ista diuisio vt peritissimis in hac arte videtur, est vocis ęquoce in suas significatiōes. Nō est igitur habendum pro inconuenienti plures diuisiones entis primas esse mō declarato. sicut non inconuenit plura esse genera prima, teste Porphyrio, capi. de specie dicente decem prædicamenta esse tanquam decem rerum principia. Sexto meta cō. primo. Solutio.

Secunda contradictio est in eodem com. Inquit Cōmentor ꝙ non est demonC stratio ad genus artis, neque ad spēs illius. hoc idem habet secūdo de anima cōmento. 27. Sed oppositum fuit adductum per nos in margine de esse ignis, quod demonstratum est quarto cœli, tex. commento. 32, cum tamen ignis sit pars subiectiua illius libri. Soluūt aliqui ꝙ ibi non demonstratur esse ignis, sed demōstratur igneiu esse in loco. Ista solutio non de intenlione Auerro. puta ipse habet ibi in com. ꝙ ibi demonstratur species subiecti artis. Ideo dicamus non inconuenire demonstrari species seu partes subiectiuas, quod idem est, in scientia, vbi illę ignotę fuerint. & nulla alia ratione mouemur ad hoc asserendum, nisi in casu, quo illę fuerint ignotę. nam quid prohibet eas in scientia demonstrari posse demonstratione signi, vbi in tali sciā fuerint ignotę? & cum hoc in tali scientia fuerit medium notius, per quod in illa scientia demonstrari queant, quod dico propter substantias separatas, quę licet sint partes subiectiuę entis, inquantum ens, quod est adęquatum subiectum Metaphysicę, non tamen possunt demōstrari ex defectu medij, quia nullum aliud est medium, vt dicit Cōmentator ad probandum substantias separatas esse, nisi motus, vt dicit. 12. metaphysi. commento [illegible] raro contingit in scientia, ꝙ tales partes subiectiuę in scientia demonstrantur: vel quia raro contingit & sint ignotę: vel quia raro contingit illā scientiam habere medium notius in illa sciā ad illas demonstrandas. Vnde Cōmentator. 4. cœl. 34. expsse dicit raro istud contingere, & vt ego puto, hoc non Sexto meta cō. primo. Solutio.

contingit, nisi propter alteram istarum duarum causarum. Propositio igitur ista Auer. non habet veritatem, nisi vt in pluribus, non semper. & ita est de multis propositionibus naturalis. quę non sunt veræ, nisi vt in pluribus, Et de hoc nō debemus admirari, nam. 2. physi. 48, ea, quę sunt a natura, aut sunt semper, aut sunt vt in pluribus. D

Sexto met, cō, primo, Tertia contradictio est in eodem. 1. commeto. Dicitur ꝙ eiusdem scientiæ est scire quia est rei, & quid sit res illa. Huius tamen oppositum sequitur ex dictis Auer. 2. phy, cō, 26 vbi habet ꝙ scientia Naturalis bene cognoscit esse abstractorum, non autem cognoscit quiditatem. **Solutio,** Soluitur. dictum Philosophi habet locum hic, quando si est inuestigatum fuerit a priori: fallit autem, quando tale si est inuestigatū fuerit a posteriori: sicut procedit instātia ex. 26. secundi phy. Et ista glosa est ipsius Arist, 2. poste, & Auer. tex. cō. 8, sicut clare videre poteris.

Sexto met, tex, 2, Quarta contradi. est in tex. 2. Arist. dicit in. 6. meta. tex. cō, 2, ꝙ. formę naturales sunt sicut simum, & formę mathematicę sunt, sicut cōcauum, vbi colligitur formas naturales non posse scd̄m rationem concipi sine materia. Sed huius oppositum expresse colligitur. 1. cœli tex. cō. 92. vbi dicitur ꝙ tam in rebus natura quā etiam arte constantibus aliud est scd̄m seipsam cōcepta forma, & aliud vt est mixta cū materia. Et confirmatur per Auer. 12. meta. cō. 39. vbi habet ꝙ intellectus natus est diuidere coniuncta in esse, sicut diuidit materiam a forma, & formam a congregato ex materia & forma. **Solutio,** Soluitur. aliud est formam naturalem ratione esse separabilem a materia, aliud est eam definiri posse sine materia, primum verum est, 2. phy, 12, forma est natura, quę non est separabilis nisi ratione, tamen definiri non potest, nam definitio est ratio cōplete significās rem suam esse. Vnde Com, 1. de anima, cō. 16. dicit ꝙ formę naturales non possunt definiri sine materia, alioquin talis intentio erit accepta alio modo quā est. Et, quia Arist, in. 6, primę philosophię sciētiarum speculatiuarum distinctionē venatur penes distinctū modū finiendi, ideo dixit ꝙ naturales formę sine materia definiri non possunt, possunt tn̄ intelligi & abstrahi a materia. Et hic nota errorem illorū, qui non distinxerunt inter modū abstrahendi, & definiendi, & est differentia magna valde, sicut vides, vtrum aūt ista abstractio sit naturalis vel mathematica, de hoc vide q̄ scripsi sup cōsimili difficultate in. 2. phy. i. te. cō. 12. B

Sexto met, tex, 2, Quinta contradi. est super eodem tex. Ari. venatur diuisionem Philosophię theoricę ex triplici modo diuerso definiendi, & ostendit ꝙ sunt tres, videlicet Naturalis, Mathematica, & Theologia. Sed huius oppositum inuenimus ab eodem in. 11. primæ philosophiæ, in cap. 3. vbi concludit Mathematicam Naturalemq; partes esse sapientię, consueuit aut Arist. Metaphysicā nuncupare plerūque primam Philophiam Sapientiā, & interdum Theologiā, sicut notat Alex. in. 4. met. impossibile est autem vt vnum & idem sit pars condiuidens genus, & sit pars postmodum speciei alterius condiuidentis, sicut si irrationale condiuidit cum rationali aīal, impossibile est irrōnale esse partem rationalis. Si igitur Sapiētia, & Naturalis, & Mathematica sunt partes Philosophię theoricę, qūo igitur Naturalis & Mathematica partes poterunt esse Sapientię, & est ardua contradictio, sicut vides. Scire igitur debes ꝙ multiplici existente diuisione, vt innuunt Boetius in lib. diuisionū, & Antiqui Peripatetici: nam aut est generis in spēs, aut speciei in indiuidua, aut totius in partes: & hoc dupliciter, vel in ptes homiomeras vel in partes anomiomeras, aut est diuisio vocis ęquiuocę in suas significationes, aut est diuisio subiecti in accidentia, aut accidēns in subiecta, aut accidentis in accidentia, aut est diuisio ab vno vel ad vnum, dubium est qualis sit ista diuisio. Non. n. pōt esse generis in spēs, tum quia in his, quę sunt spēs eiusdem gn̄is, non est hoc prius & illud posterius, sunt. n. simul natura, vt dicitur in prędicamentis cap. de simul, quę sunt idē genus cōdiuidentia: sed in talibus est prius & posterius, vt patet, natura, quia prima Philosophia ē natura prior cæteris. Amplius aūt genus ęqualiter participatur a suis speciebus; sed vna species nō est particeps alterius, mathematicum aūt genus entiū, circa quod scīa Mathematica versatur, quodāmodo est in materia: et sic particeps est entis naturalis, & quodāmodo est abstractū a materia, & sic particeps

D A est entis diuini. Nec videtur esse diuisio totius in partes homiomeras, quia tales non solum sunt eiusdem denominationis cum toto, verumetiam & inter se. sed Naturalis, Mathematica & Diuina licet participent nomen Philosophię theoricæ, non sunt tamen eiusdem denominationis inter se, sicut quęlibet pars carnis caro est. Neq; in partes heterogenas, quia tales non participant nomẽ totius, sed Philosophia Naturalis Mathematica & Diuina participãt rationem Philosophię theoricę. Naturalis.n.theorica quędam est, vt dicitur in.tex.cõ 2. in præsenti loco, & similiter Mathematica & Diuina. Nec est diuisio speciei in indiuidua, vt clarũ est, nec substantię in accidentia, aut accidentis in substãtias, quia cognitio ipsa theorica, & partes eius qualitates sunt. Nec est diuisio accidentis in accidentia, quia, vt inquit Boetius, diuisio ista enumerantur inter diuisiones, quę sunt per accidens, quę sunt tribus modis, vel subiecti in accidentia, vel econtra, vel accidentis in accidentia. vnde, si diuidatur album in dulce & in amarum, tale diuisum per accidens verificatur de condiuidentibus, quod in casu non est. nam Philosophia Naturalis per se theorica est, & nõ per accidẽs. Neq; est diuisio ęquiuoci in sua significata. quia in talibus non est hoc prius, & illud posterius. tum etiam quia in talibus non inuenitur prędicatio essentialis, & per se, vt notat Cõm.in.4.met.in cõ.2. Relinquitur igitur ꝙ ista diuisio sit tanquam diuisio eius, quod est ab vno, sicut ab vna Medicina dicitur medicinale

E B instrumentum, & medicinalis dieta, & medicinale pharmacũ, sic ab ipso theorico habitu dicitur Philosophia Naturalis, & Mathematica, & Diuina theoricę philosophię. & ista est antiqua expositio, & sententia Grecorum expositorũ. Latini autem nostri aliter sentiunt, vt poteris videre. Et scire debes, vt dicunt Antiqui Peripatetici ꝙ in nullo diuisionis modo ex illis, qui sunt octo teste Damasceno, inuenitur differentia secũdum prius & posterius natura, aut secũdum magis & minus, nisi in postremo, quando fit diuisio ab vno & ad vnum. vnde secundum talem diuisionem fit diuisio entis in substantiam & accidens. & ista est expressa sñia Philosophi in.4.primę philosophiæ in.tex.cõ.2. vbi asserit ens dici tur multis modis, sed ad vnum & ad vnam aliquã naturam, non ęquiuoce. quã diuisionem Arabes & Latini posteriores appellant diuisionem generis multipliciter, seu analogice dicti, quę sunt media, vt notat Cõ. ibidem inter equiuoca & vniuoca. Pro solutione igitur prędictę contradictionis scias ꝙ cognitio quiditatum particularium duplex est. Nam quædã est sub proprijs & specificis rõnibus, & de talibus sunt scientię particulares, vt Naturalis est de quiditatibus rerum sensibilium, vt sunt motæ, vel vt habent motus principium, & scientię Mathematicæ sunt de quanto cõtinuo & discreto, vt continuum & discretum abstrahunt motu & a materia sensibili, & scientiæ tales sunt distinctæ a scientia Diuina, quę est de ente inquantum ens, & non sunt partes eius Naturalis &

F C Mathematicã illo modo. & sic intelligitur dictum Philosophi in pręsenti loco diuidentis Philosophiam theoricam in tres partes, Naturalem, Mathematicam, & Diuinã, quarum neutra subalternatur alteri. distinguuntur.n. isti habitus ex diuersis formalibus rationibus definiendi, & abstrahendi. Alio modo cognitio quiditatum particularium consyderari potest sub rationibus generalibus & trãscendentibus. sicut quiditas rei sensibilis potest consyderari, vt est ens & vt est substantia, & quiditas entis mathematici vt est ens, & vt est accidens, vel vt sunt actus vel in potẽtia. & talis consyderatio est pars consyderationis Diuinæ, quia scientia Diuina consyderat ens inquantum ens, & quodlibet inquantum eas. Et ita, ni fallor, intelligitur dictum Philosophi in.11. meta. asserentis Mathematicam & Naturalem esse partes Sapientię pro quanto videlicet quiditates particulares, de quibus istæ consyderant, participant rationẽ entis inquantum ens, & quę enti insunt. Sic concordat mecum Philosophus in principio.4. & 6. meta. Et concordat etiam Alex.in.6.meta.cõm.5. vbi dicit. & cum inter eas prima vniuersalis sit prima Philosophia, mea quidem sententia non dicit vniuersalis, pro eo quod est alias complectens, quemadmodum exponebamus, sed vniuersalem pro potiore, & nobiliore dixit. Et scribit etiã prefatus Alex. in.4.met.in tex.c.1. ꝙ prima Philosophia nõ versatur in particularibus entibus,

Solutio. Cognitio quiditatum particulariũ duplex.

quia tunc non esset a ceteris scientijs particularibus diuersa. & sic exponit di D ctũ Philosophi ibi, qualiter scientia Diuina consyderat ens inquantum ens simpliciter: aliç aũt particulares sciç partes entis, & scdm curam illam accidentia speculantur. Vides igitur ꝙ non sub eadẽ rõne aliquid efficitur sub mẽbro contra diuidente sibi aliquod, sub qua contra distinguitur illi. Nec hoc inconuenit, vt idem, sub diuersis respectibus consyderatum, sit distinctum ab aliquo, & sit pars subiecta eidem. dicit enim Com. in. 3. cęli & mundi in cõ. 9. ens scdm ꝙ est respectiuum habet dispositiones contrarias & infinitas, & scdm ꝙ est essentia non est nisi vnum, & est quasi sua essentia. cõparatio enim est accidens separabile a re, res aũt non separatur a se. Michael autem Ephesius aliter interpretatur illum locum. 11. me. asserit. n. Naturalem philosophiam & Mathematicam esse partes Sapientię, qm̃ istę demonstrant & nõ fallunt: quod maxime Sapientiã attingit, ad differentiam Sophisticę, quę semper accipit falsa, & Dialecticæ, quę studio persuadendi interdũ accipit falsa. Sed ista expositio vera esset si textus diceret partes esse Philosophiæ, sed asserit eẽ Sapiẽtię. inquit. n. μέρη τῆς σοφίας. Sapientiã aũt Aris. primã Philosophiã appellare solet. vnde bene Ari. Philosophiam diuisit in theoricam & practicam, & theoricã in tres partes. Dialecticã aũt nõ partẽ Philosophię, sed instrumẽtũ vtriusq; opinatus ẽ eẽ, vt notat bñ Ale. in topicis, & in lib. priorum, licet Plat. aliter senserit, vt diximus alibi. E

Sexto met. cõ. vltimo. Sexta contradi. est in cõ. vltimo, quod est octauum in ordine. Dicit Cõmen. ꝙ anima potest simul opposita recipere. Huius tamen oppositum habet. 4. me. t. cõ. 9. vbi Cõment. & Philosophus probant per deductionem ad impossibile ꝙ, si primum principiũ non esset verum, tunc opiniones contrarię in eodem essent & Com. in cõ. dicit ꝙ qui dicit aliquod intelligibile ponit hoc fundamentum, ꝙ duo opposita non congregantur insimul. Memini me superius difficultatẽ istã in hoc loco discutiendã fore pollicitum esse, quia videbatur locus iste proprius esse huic materię. Dico de intentione sapientum ea, quę dispersa sunt in inferioribus vnita esse in superioribus. vnde Cõ. 12. me. cõ. 18. dicit oẽs formas in potentia esse in prima materia, actu vero esse in primo motore. & illud forte intendebat Plato in positione idearum, sicut dicit Commen. ibi. Similiter dico ꝙ ea, quę contrariantur in rebus inferioribus & materialibus, in superioribus & immaterialibus non cõtrariantur. vnde, sicut dicit Com. hic, albedo & nigredo quo ad esse, quod habent extra animam, in materia contrariantur. & ideo materia simul non potest habere ista, sed successiue, maxime quo gradus, scdm quos contrarietatem habent. qđ dico propter colorem medios, qui scdm Aue. in pluribus locis actu componuntur ex extremis. tamen species albedinis & species nigredinis nullam habent contrarietatem in visu, vel in sensu communi, vel in intellectu. De istis igitur contrarijs incomplexis iudico dictum Auerro. veritatẽ habere sine dubio: sed de contrarietate, quę est inter complexa, difficultas est, F & aliqui ad pauca respicientes voluerunt etiam prædictam Auer. sententiam se extendere ad complexa, ita ꝙ dicunt opiniones de contradictorijs non esse contrarias in intellectu. Et ista opinio falsa est, & impossibilis sine dubio, salua eorum pace: tum quia sententia philosopi expressa est in. 2. perihermenias contra hoc: tum quia opinio ista redit ad opinionem negãtium primum principium nam, si opiniones de contradictorijs non sunt contrarię, quid ergo prohibet vnũ & eundem contradictoria vere opinari. sed istud inconueniens contigit eis propter vnitatem intellectus sustinendam, quam rectius fictionem, & fatuitatem dicere fas est, sed vt dixi, ad pauca respicientes de facili enunciat. Si tñ est tibi curę ista soluere, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio prębet experimentum, dicas opiniones contradictoriorum contrarias esse. Tñ esto ꝙ sit vnitas intellectus, diceret Cõmen. propter hoc non sequi aliquod inconueniens. Nam quemadmodum eadem oratio veri & falsi susceptiua est, ad variationem factam in re, quia in ea non est nisi tanquam in signo, in re autem est tanquam in causa, sic etiam veritas & falsitas propositionum contradictoriarum existẽtium in intellectu consistit in relatione ad diuersa phantasmata, & respectu illorum non sunt contraria, sed respectu vnius & eiusdem hominis cõtraria sunt,

Solutio.

D quia in virtute eius cogitatiua non poffunt effe duę opiniones particulares contradictorię. & quia intentiones intellectæ ficut ipfe dicit .3. de aīa.com.30. funt colligatę cum intentionibus imaginatis, fic igitur refpectu vnius contraria funt non refpectu diuerforum: Sed ifta folutio, & fi de intentione Com. fit tamē multas habet inftantias, quæ ad.3. de anima dimittantur difcutiendę, vbi in quęftione de intellectus plurificatione multa dicere meminimus. Ad formam igitur cōtradictionis dicendum puto ꝙ longe aliter Aue. exponit tex. illum nouum . 4. meta. quē exponunt noftri Latini, nam fecundum Latinos Arift. ibi fcd̃m eorū̃ expofitionem prebat ꝙ duo contradictoria non poffunt fimul vera effe. quia, fi quis opinaretur oppofitum primi principij, fequeretur ꝙ, cū opinones de contradictorijs fint contrarię, tunc accideret contraria in eodem effe. fed longe aliter exponit locum illum Cōmen. & fua expofitio talis eft, ꝙ, fi dictum Heracliti effet verum, cum contingat duos diuerfos homines dicere contradictoria, & exiftimare vera effe, fequeretur ergo duo contradictoria effe vera fimul : quod non eft pofsibile. quicquid fit de hoc, iam diximus, quomodo contraria in intellectu poffunt fimul recipi, & quomodo non. de dictis autem aliorum non fit nobis cura, iuxta illud. Arbitrij noftri non eft ꝙ quifque loquatur.

Septima contradi. eft ibidem. Dicitur falfum & verum in anima effe, bonum aūt & malum effe in materia. Sed oppofitum huius apparet 3. de anima.34. &.5 met. te. c.19. vbi dicitur ꝙ maxime bonum & malum tale quale in animatis. **Sexto meta. cō. 8.**

E Dico ꝙ Cō.3. de anima. Cōm.34. dicit ꝙ ens in intellectu eft bonum fimpliciter, fed ens extra intellectum eft bonum in refpectu, intelligitur fic dictum iftud ens in intellectu eft bonum fimpliciter, i. inquantum ens abfolute, iuxta illud Philofophi, fimpliciter dico ꝙ nullo addito dico. fed ens extra intellectum eft bonum in refpectu, quia eft bonū in refpectu operantis. Et ideo dixit, fcd̃m ꝙ mihi videtur, Cō.12. me. cō.36. ꝙ balneū in anima mouet vt efficiēs, fed balneum extra aīam mouet vt finis. quia cū finis habeat rationē boni, iuxta illud Philofophi in.2. me. t. c.8. qui dicūt infinitū auferūt boni naturā &.5. me. t. c. & quia bonitas balnei in refpectu operantis nō eft fcd̃m effe qđ habet in aīa, fed fecundum effe qđ habet extra animam, propter hoc dixit ergo Commentator Balneum extra animam mouere vt finem. Quantum autem ad intentionem Philofophi hic fpectat dicendum puto cum Beato doctore in prima parte fummæ quæft. 16. artic. primo, ꝙ ficut bonum nominat id, in quod tendit appetitus ita verum nominat id in quod tendit intellectus. hoc autem diftat inter appetitum & intellectum, fiue quancunque cognitionem. nam cognitio eft fecundum quod cognitum eft in cognofcente: appetitus autem eft fecundum quod appetitus inclinatur in ipfam rem appetitam, & fic terminus appetitus, quod eft

F ipfum bonum, eft in re appetibili: fed terminus cognitionis, quid eft verum, eft in ipfo intellectu & ficut bonum eft in re inquantum habet ordinem ad appetitū propter hoc ratio bonitatis deriuatur a re appetibili in appetitum, fecundū quod appetitus dicitur bonus, pro ut eft boni, ita cum verum fit in intellectu, fecundū quod conformatur rei intellectę neceffe eft in ꝙ ratio veri deriuatur ad rē intellectam, vt res intellecta vera dicatur, fecundum quod habet ordinem ad intellectum & hoc forte voluit dicere Philofophus quod bonum & malum funt in rebus, fed verum & falfum funt in anima. Propter hoc tamen non excluditur quin in rebus animatis ratio boni fit, cum animata etiam res fint, & veriores quam inanimata, tefte Philofopho in.2. de generatione animalium, cap. primo & etiam Augufti.15. de trinitate. cap.4. viuentia non viuentibus, intelligentia non intelligentibus, iniuftis iufta, beata miferis pręferēda iudicamus. Et ideo tenendum eft maximum bonum in animatis effe, cum maxime res fint, vt dicit Philofophus.5. meta.19.

Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Septimo Metaphyſicorum.

Septimo me ta, cõ, 5.

PRima contradi. eſt in commen. 5. Auerr. habet ꝙ omnes Antiqui de quibus meminit Philoſophus ibi, non perceperunt niſi materiam ex quatuor cauſis. Sed huius oppoſitum habet ex hoc, quod dicam, nam Anaxagoras cognouit intellectum abſtra ctum primo, de anima, 80. & 1. phyſi 39. & 1. me. te. com. 2 qui ſcd̃m ipſum erat ſegregans omnia, quę in ſuo chaos com mixta erant. Similiter inſtancia eſt de Empedocle, ipſe. n. poſuit vltra quatuor elementa, quę ſcd̃m ipſum concurrebant in generę cauſę mate- E rialis, litem & amicitiam, quę concurrebant in genere cauſæ efficientis, ſicut patet 1. phy. te. cõ. 41.

Solutio.

Soluitur. propoſitio iſta habet veritatem de omnibus alijs Antiquis longante Ariſto. exiſtentibus, prçterquam de Anaxagora, & Empedocle: ſicut ſcribit Com. in. 2. phyſicæ auſcultationis cõ. 75. Dixi aũt notabiliter de Antiquis longe ante Ariſto. exiſtentibus, propter Socratem & Platonem. n. nã tempore iſtorum fuit cognita ratio finis, ſicut dicit Cõ 1. me. cõ. 50. qa iſti inſtituerunt res publicas propter bonum. ſimiliter Plato ideas poſuit, quę in genere cauſę efficientis concurrunt.

Septimo me ta, tex. 8.

Secundo contra. eſt in te. 8. Ariſt. & Com. dicunt ꝙ forma videtur eſſe magis ſeparabilis q̃ materia. Sed huius oppoſitum ſcribit Alex. in paraphraſi de anima cap. 1. vbi habetur ꝙ fieri nullo pacto poteſt vt materia per ſe ſubſiſtat. nam licet materia rõne ſeparetur. a forma, non tñ ſcd̃m eſſe: & ſubdit ꝙ Non ſolum autem eiuſmodi materia, verum ipſa quoq; materię ingenita forma nullo pacto põt per ſeipſa ſubſiſtere. Quinimo forme magis hoc pati videtur. quã ipſa materia. quanquam enim materia per ſe ſubſiſtere ſine forma non poſsit, tamen in compoſitis corporibus continenter excipitur: non ꝙ ſimpliciter materia ſit, ſed ꝙ alicuius materia, nõ ſit, per ſe ſubſiſtere videtur. Formarum autẽ quę in materia fiunt, nulla vnquam per ſe poteſt ſubſiſtere, ſiue ſimplicis cor- F poris, ſiue compoſiti corporis eſſe deprehendatur. vnde videtur eſſe aperta contradictio inter Alexandrum & rationem Alexandri, & dicta Ariſt. & Com.

Solutio.

Niſi eſſet ꝙ Co. in cõ. refert illam ſeparabilitatem, quo ad intellectum, quia intellectus formę videtur magis ſeparatus quam intellectus materię, ſicut eſt de potentia & actu, vt ſupra dictum eſt. ſed Ale. loquitur de ſeparatione quo ad ſubſiſtentiam in rerum natura. Sed tunc contra Alexan. emergit difficultas. quia materia eſt ens poteſtate, & forma, & compoſitum ſunt entia actu, & ſubſiſtentia magis tribuitur actui quam poteſtati. & hoc videtur dicere tex. Ari. Dicit enim. At impoſsibile. etenim ſeparabile, & hoc aliquid [illegible] videtur maxime ſubſtantię, propter quod forma, & quod ex ambobus [illegible] ſtantia videtur eſſe magis, quam materia, certiſsimum eſt autem ꝙ hoc aliquid apud Ariſt. dicit rem per ſe ſubſiſtentem. Dic ꝙ rei ſubſiſtantia dupliciter concipi poteſt. Vno modo, quo ad actu conſiſtere. & ſic ſubſiſtentia magis formę, & compoſito attribuitur quam materiæ. & iſto modo Ariſtot. ibi ſumpſit. Alio mõ pro permanentia rei ſine corruptione in ſua ſubſtantia. & ſic magis ſubſiſtit materia, quę eſt ingenerabilis, & incorruptibilis quam forma, aut compoſitum & ſic intellexit Alexander.

Tertia contra. eſt in cõ. 10. Habet ſingularia notiora eſſe vniuerſalibus. Hu-

ius op-

A ius oppositum habet primo phy.tex.cõ.4.& cõ.5.&.57.& alibi infinities. Solutio, singulare de quo loquitur hic, est notius vniuersali in causando, iuxta illud Philosophi in prooemio meta. vniuersalia sunt maxime difficilia ad cognoscendum. Aut loquitur hic quantum ad cognitionem complexam. singulare.n. & si de eo scientia non sit, tamen est principium scientię, pro quanto ex singularibus per inductionem sumitur vniuersale, quod est principium artis & scientię. Aut loquitur de confusa cognitione singularium, & de distincta vniuersalium. Sed illud vltimum nõ placet multum: quia tunc abusiua satis esset ista comparatio, sicut intuenti patere potest, Aut aliter, singularia sunt notiora nobis in cognitione in genere sumpta, vt est communis ad sensitiuam & intellectiuam, nam prima nostra cognitio naturalis sensitiua est. Solutio,

Quarta contradictio est in cõ.12. Scribit cõmen. ꝙ substantiæ compositę habent definitionẽ. Huius tamen oppositum expresse habet infra in cõ.57. Solutio est ista. quando infra dicit compositorum non esse definitiones, per composita intellexit singularia; & de talibus non est scientia, neq; per definitionẽ, neq; per demonstrationem.7.huius tex.cõ.35.&.53.sed solum sensus, hic vero sumit cõposita vniuersalia. & talium bene definitiones esse possunt. similiter talia subiecta demonstrationum sunt. & hoc, est quod dixit Commentator primo metaphysic, commento.27. sensibilia habent duos modos comprehensionis, vnum, qui non est scientia eorum sed imago, vt sunt singularia, & modum, qui est sciẽtia eorum, & sunt intellecta vniuersalia. Septimo meta, cõ.12. Solutio.

B

Quinta contra.est in eodẽ cõ.12. Habet Cõ.ꝙ definitum est vnũ actu, & duo potentia. Sed huius oppositum habet infra.tex.cõmento.43.vbi habet ꝙ genus est in potentia, & differentia est actus: & ita definitum non est duo in potẽtia, sed vnũ in potẽtia, & aliud in actu. Soluitur, definitum est vnũ in actu, quantũ ad cõceptum confusum. sed quantũ ad conceptũ distinctum est duo in potentia. quia potest resolui in duos conceptus: qui conceptus tamen ita se habent, ꝙ vnus est potentialis ad alterum sicut conceptus generis ad conceptum differentię & ita sedatur contradictio clarissime, sicut vides. Septimo meta, cõ.12. Solutio.

Sexta contra.est in cõ.13. Habet Cõ.ꝙ definitio non est omnis sermo significans illud, quod significat nomen. Huius tamen oppositum patet, 4. meta.text. cõ.28.vbi habetur ꝙ ratio quam significat nomen, est definitio. Soluitur, in habentibus quid rei ratio quid, rei & rõ quid nominis coincidunt, nõ tamen absolute rõ quid nominis quęlibet est definitio quid rei, multa enim habent quid nominis, quę tamen quid rei carent. Septimo meta, cõm, 13. Solutio.

Septima.cõtra.est in cõ.14. Habet Cõmen, ꝙ priuatio non est nõ ens simpliciter. Sed huius oppositum patet.1.phy.79.cõ. Respondetur, priuatio formaliter est non ens, sed connotatiue aliquid entitatis habet. sic loquitur hic ratiõe cõnotatiõis; sed in aliis locis loquitur respectu suę primæ & formalis imaginationis. vide commento. 11, duodecimi meta. & commento. 60. primi physi. Septimo meta, cõm. 14. Solutio.

C

Octaua contra.est in cõ.18. Habet Cõ. ꝙ accidentia per accidens non habẽt definitionem omnino. Huius tamen oppositum patet supra cõ. 14.& 15. Soluitur. intelligitur dictum eius hic isto modo accidentia per accidens non habent definitionẽ omnino, quę videlicet habeat habitudinem per se, & essentialẽ. & hoc manifestant verba eius sequentia. quia reddens cãm sui dicti, propter quid accidentia ista nõ habent omnino definitionem, inquid, definitio enim significat res terminatas. Aut aliter solui potest accidentia per accidens duplici subiecto comparari possunt, essentiali, ad ꝙ primo consequuntur, & accidentali cui per accidens attribuuntur, & tunc diceretur ꝙ talia accidentia in comparatione ad subiecta quibus per accidens attribuuntur non habent definitionem, sed bene in cõparatione ad prima subiecta definiri possunt. & istam solutionem etiam latenter innuit Commentator in hoc loco, sicut mihi videtur. Septimo meta, cõm. 18. Solutio.

Nona contradictio est in cõ.23. Dicit dissolutionem fieri a posteriori ad prius Huius tamen oppositum patet.2.meta.cõ.11. Vide ibi, quia soluta fuit. Septimo meta, cõm. 21. Solutio.

Dec. cõ. ibidẽ. Habet ꝙ materia de nominatiue p̄dicat̃ de eo cuius ẽ materia Oppositũ patet, 2, de gñatione.t.cõ.4.cõtra Platonẽ, Vide ibi, qa soluta fuit. Septimo meta, cõm, 23.

Septimo meta. cõm. 25. Solutio.

Vndecima contradictio est in.25.cõmen. Scribit Com. ꝙ generatio magis attribuitur priuationi, quam subiecto. Huius tamen oppositum patet primo physi, cõ.60. vbi habet ꝙ illud, quod vere generatur, subiectum est. Solu tur. subiectũ motus vere moueri dicitur, quia, motus est in moto, non in motore. & ideo subiectum generationis verissime generari dicitur, vt Cõmentator dicit primo physic. cõmento.60. sed in talibus non solemus nisi rarissime loqui, cum istis prępositionibus, ex, vel ab, in subiectis. vt dicamus ex homine fit musicus, vel ab homine fit musicus sed talibus modis loquendi vtimur in priuationibus solemus enim dicere ex immusico musicum fieri. & hoc maxime proprium est idiomati Græcorum, sicut scribit Commentator primo physi.61. cõmen. & ideo dixit hic generationem magis attribui priuationi, quam subiecto, ad modum declaratum & de hoc clare vide cõ.60. primi physico. & inuenies illud quod dicimus. D

Septimo meta. tex. 28.

Difficultas. de prĩcipio ĩdiuiduationis.

Solutio.

Duodecima contradictio. est in text.28. Scribit Philosophus ꝙ diuersa propter materiam, vt Socrates & Callias, sunt eadem in forma. & Commentator in commento scribit ꝙ multitudo indiuiduorum in eadem specie prouenientium ab vno generante est propter multitudinem materierum, in quas agit ex quo elicitur ꝙ materia est principium distinctionis indiuiduorum in eadem specie, & non forma, & per consequens indiuiduum principalius dependet in esse a materia quam a forma quia eadem sunt principia essendi & distinguendi. Sed huius oppositum habetur ab Auerro. tam quam pluribus locis, vt primo de anima cõ.90. E vbi dicit ꝙ omne continuum & vnum numero est per suam formam & non per suam materiam. & in.2. de anim.cõmento.27.&.9. expresse dicit indiuiduum, esse hoc & indiuiduum per formam quia non est indiuiduum, nisi secundum quod est in actu, & non est in actu nisi per formam. Soluitur. indiuiduum distinguitur ab alio, & a priori, & a posteriori. A priori autem aliquid dicitur distingui, quando per principia intrinseca constitutiua distinguitur. & sic indiuiduum, cum constituatur in esse ex materia & forma tanquam ex principiis intrinsecis: sic distinguitur ab alio & per suam materiam, & per suam formam, non vt scribitur 12. primæ philosophię tex. commento.27. alia est natura & mea, & forma tua & mea. Si autem ista duo adinuicem cõparentur, videlicet forma & materia, & queratur a quo intutius vnum indiuiduum indistinguitur ab alio, vtrum per suã formam, an per suam materiam. Ad hoc non est nisi distinctione respondendũ, quia questio ista est multiplex: & qui questionem multiplicem, vt simplicem interogat aut male interrogat, aut captiose interrogat. vbi enim est multiplicitas, ibi est confusio appud intellectum, & ideo opportet quæstionem multiplicẽ intercogatam distinguere, vt docuit Philoso. in.1. cęli. in te. cõ.110. & in a lecho rum. Dico igit̃ ꝙ aut hoc queritur absolute, aut prout principiũ distinguẽs distinguit̃ contra principiũ assimilãdi. si primũ sic dico ꝙ quẽadmodũ a forma in F

Quo pacto forma, & quo pacto materia sint distinctionis causę.

diuiduũ habet, esse & nõ a materia, ita et ab ea recipit distinctionẽ. quia vt dicit lucidissimus Themi. in prin.2. de aĩa, a forma res hñt vt essent, sed a materia res habuerũt vt fierẽt. materia. n. est, ex quo fit aliquid: sed forma est per quã est hoc aliquid. & hãc sniam asseruit et Cõ. in.7. meta. in cõ.37. vbi dicit forma est quę cũ fuerit, erit res sed materia cũ fuerit non erit res sic igitur a forma principaliter indiuiduũ habent esse, & p formã principaliter recipit distinctionẽ priori loquendo. a materia aũt nõ recipit distinctionẽ principaliter, sed secundario, vt cõparatur ad formã. Sed, si distinctio indiuidui per materiã compararetur ad distinctionẽ a posteriori, quã habet indiuiduũ per quantitatem, & per alia accidentia, sic dico ꝙ indiuiduũ principaliter distinguitur ab alio per materiã, & nõ per accidentia, non cõcomitanter. & hoc colligitur ex intentione Auer. in lib. destructio destructionũ in dispu.1. in folo.7. dubii vbi dicit incõuenies est indiuiduum distingui ab alio indiuiduo solum per accidentiũ, ĩmo indiuidua ab inuicẽ distinguunt materia. &.7. primę philosophię cõ.2. expresse scribit ꝙ indiuiduũ substãtię precedit indiuidua aliorũ accidentiũ, sic igitur distinctio a materia est prior distinctione per accidentia. Quod et rõne ostenditur. nã, si indiuiduũ principaliter esset hoc & distinctum ab alio eiusdẽ speciei per aliquod accidẽs, tunc aut hoc esset per accidentia terminata, aut per accidentia interminata non per accidentia

D A terminata, quia illa adueniunt composito post formam secundũ naturã, vt dicit Cõ. in primo cap. de substan. orbis, & per cõsequens in illo priori indiuiduũ est hoc, & non illud, & non per aliquod accidens terminatum. nec ẽt per accidẽtia interminata, quæ talia fundãtur in materia, & sunt differẽtia ad quãlibet formã. Et ideo caueãt qui ponũt quãtitatẽ esse principiũ indiuiduationis a priori & distinctionis, sed solũ est a posteriori, sic. n. intelligo dictũ Cõ. in. 1. phy. cõ. 6. & si cubi habet similẽ modũ, ꝙ multitudo, aut est rerũ differẽtiũ sedm formã, aut est rerũ differentiũ scdm quãtitatẽ, vbi per differentiã scdm quantitatẽ intelligit differentiam eorũ, quæ sunt vnius speciei, sed licet Philosophis inspicientibus multitudinẽ in eadem specie apparuit, ꝙ non inuenitur nisi in rebus materialibus, & quantis, quantitas tamen nõ est in principiũ intrinsecum, & principale istius multitudinis & distinctionis & per se, sed necessario requisitum, & secundariũ. dixi autem necessario requisitum, quia, si materia non esset diuisa per quantitatem in suis partibus, non posset habere in eadem hora plures formas in actu vt scribit Commentator in libro de substantia orbis. Si autem quæstio quæerat, vtrũ distinguendo principium assimilandi contra principium distinguendi, a quo indiuiduum principaliter, & appropriate recipit distinctionem, & similitudinem, vtrum a materia vel a forma, Solutio sine aliquo dubio ꝙ distinctionem appropriate recipit a materia, & assimilationem appropriate recipit a forma. Nam B impossibile est assimilationem fieri a materia, a qua est omnis infirmitas, sed hoc est a forma. & hoc est quod pulchre notauit Aristo. in præsenti text. commento. 28. quod quę sunt differentia propter materiam, vt Socrates & Callias, sunt eadem in forma ecce ꝙ identitas est a forma & diuersitas est a materia. Vnde Commentator in commento dicit ꝙ multitudo indiuiduorum prouenien s ab vno generante est propter multitudinẽ materierũ in quas agit. & est ratio, quia fundamentum proximũ identitatis est vnitas in substantia. dicitur enim in. 5. meta. tex. cõ. 20. eadem sunt, quorum substãtia est vna. sed cum vnitas sit principaliter a forma. dicitur enim in. 2. de anima. tex. cõ. 7. Ens & vnũ cũ multipliciter dicantur, ꝙ vere est, actus est. & . 3. phy. cõm, 68. inquit Cõ. causa propter quam vnum est indiuisibile est quia oĩs res est vna per suam formã. forma autẽ est indiuisibilis p se. & hoc ẽt sentit infinitis aliis locis. Materia aũt appropriate dicitur esse principiũ distinctionis illo modo: quia ex quo non potuit esse principiũ conuenientiæ & similitudinis, secutum est vt esset principiũ diuersitatis. Et hoc bene enuclauit nobilis Peripateticus Auer. in lib. destructionum disputa. prima. in solutione, 7. dubii, vbi sic scribit ad literã. Nam causa multitudinis numeralis est materia apud eos: causa vero distinctionis ĩ multitudine numerali est forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma absq; materia, est quid dubium. nã non cognoscitur, nec distinguitur indiuiduũ ab indiuiduo aliquo attributo, nisi per accidens, quoniam reperitur aliud, ꝙ cõmunicat ei in attributo illo: distinguitur tñ indiuiduum ab indiuiduo ex parte materię. Adde etiã ꝙ Philosophi & pręcipue Peripatetici, cum viderint multitudinem sine necessitate in natura non esse ponendam, dixerunt multiplicationem indiuiduorum in eadem specie ex diminutione proficisci, sicut notat Cõmẽ. in. 1. cęli in cõ. 4. & . 98. & in 2. de anima, cõmen. 34. & quia talia sunt quecunque habent formã in materia, vt generabilia & corruptibilia, ideo dixerunt causam istius multiplicationis fuisse materiam. vnde contradictiones istę arduę non nisi per distinctionem solui possunt, & ab huiusmodi difficultatibus non nisi solers ingenium euadere poterit.

Decimatertia contra. est in cõ. 29. Habet Cõ. ꝙ quemadmodum est in mobilibus localiter ꝙ quędã mouentur ex se, & quędam ex alio, ita est in generabilibus, videtur ergo ꝙ aliqua ab intrinseco alterari queãt, & generari. Cuius oppositũ patet. 2. phy. cõ. 1. Ibi soluitur quia licet in corporibus simplicibus nõ inueniatur corpus quod alteretur ex se, sicut inuenitur corpus simplex, quod mouetur in loco ex se: tamen in compositis hoc vt ipse dicit, fallit quia talia possunt habere principium intrinsecum effectiuum respectu suę alterationis, & partialis generationis; sicut est in nutritione, quæ fit in animalibus, & plantis respectu ciborum, quę adueniũt suis corporibus ab extrinseco, sicut est cibus & potus,

Quantitatẽ non esse indiuiduationis principiũ a priori.

Septimo meta. cõ. 29. Solutio.

Decimaquarta contradi. est in cõ. 32. Dicit ꝙ in generatione substantię oportet ꝙ pręexistat agens, quod sit substantia. Sed instantia est de igne, qui. 2. cœli. cõmen. 42. & 1. meteoro. generatur a motu. Soluitur in consi. illo 42, Nam substantię imperfectæ, quę quodammodo mediant inter substantiam & accidens, quales sunt substantię elementorum, indifferenter possunt & ab vniuoco, & ab ęquiuoco generari. D

Septimo meta. tex. 35.

Decimaquinta contradictio est in tex. 35. Dicit Philosophus in præsenti tex. vbi loquitur de partibus definitionis scdm materiã, & scdm formã, ꝙ aĩa & animæ esse sunt idẽ, & circulus & circulo esse sunt idẽ, vbi Cõmen. in cõ. notat, ꝙ intendit Philosophus per hoc, ꝙ definitio aĩę, quę dat eius quiditatẽ, videtur esse ipsum suum esse, & ꝙ in definitione eius non apparet materia omnino: & ista, in quorũ definitione apparet materia, sunt illa, in quorũ definitione apparet, aliud, & definitio dicitur de illis principaliter, & de istis secundario. Sed huius oppositũ adducebã ex. 2. de anima tex. cõ. 5. vbi dicitur ꝙ aĩa est actus corporis instrumentalis, potentia vitã habentis: vbi patet ꝙ in definitione animę ponitur corpus, quod est materia, vt habetur. 2. de aĩa. te. cõ. 2.

Solo prima.

Beatus Thomas in 7. primę philosophię in lectione 9. in expositione tex, 34. dicit ꝙ in definitionib. illarum formarum, quę sunt simul sumptę cum materia, ita ꝙ forma non potest distincte concipi sine tali materia, licet materia non sit pars formæ, tamen in definitione talis formæ dicitur poni materia, vt corpus instrumẽtale in definitione B animę. sicut. n. accidentia nõ habent esse perfectũ, nisi scdm ꝙ sunt in subiecto, ita nec formæ nisi scdm ꝙ sunt in propriis materiis. & pp hoc sicut accidentia definiuntur ex additione proprii subiecti, sic formę ex additione proprię materię. & hanc viã ẽt sequitur Egidius Rom. in. 2. de anima. Sed ista opinio stare non põt. quia Aris. definitionem datã per additamentũ in. 7. meta. dicit esse accidentium, & non substantiarum. cum aũt forma sit substantia, non potest dici ꝙ definitur per additamentum: nisi rediret opinio Antiquorum asserentium oẽm formam esse accidens.

Solo ꝓpria.

Et ideo dicamus nos cũ Antiquis Peripateticis ꝙ licet in definitione formarum materialium debet poni materia, vt habetur in 1. de anima tex. commen. 16. & in. 2. phy. tex. cõmen. 26. & licet materia non sit pars formæ, quia tamen est vehiculum, & subiectum formę, & in relatione quadã consistit ad ipsam formã, impossibile est formam talẽ vt sic sine materia definire, vt sentit Commen. 1. de anima cõmen. 16. & in. 4. phy. cõmen. 16. Non tamen pp hoc illa definitio erit ex additione, quia definitiones ex additione sunt de genere illarum, in quibus apparet aliud, vt dicit Cõmẽ. in pręsenti cõmento, & sunt definitiones accidentium, in quibus apparet subiectum, quod est aliud genere a forma definiti. sed materia est in eodem genere cum forma. Amplius ex materia & forma fit per se vnum: sed ex subiecto & accidente non fit per se vnũ. & ideo nullo pacto Antiqui Peripatetici concedunt definitionẽ formę substãtialis F esse ex additione. hoc. n. est accidentalis formæ propriũ. Sed quantũ spectat ad pręsentem contradictionem soluo, ꝙ Commen. intellexit in definitione, quę dat quiditatem animę, non apparet materia omnino, videlicet sicut apparet materia in definitione accidentium, ex qua & forma non fit per se vnum. nam hoc declarant verba sequentia, inquit enim ꝙ tales definitiones, in quibus apparet materia, sunt de genere illarum, in quibus apparet aliud: & definitio in illis dicitur principaliter, & in istis secundario. notum est autem ex declaratis in se primo, ꝙ subiectum cadit in definitione accidentium sicut additum, & sicut causa materialis, vt dicit Commen. expresse, 4. meta. commen. 2 & tales definitiones sunt secundario. sed definitiones, in quibus non apparet materia alterius generis, sunt substantiarum: & talium definitiones sunt principaliter. Illo modo igitur est glosanda authoritas Commen. ꝙ oĩo non apparet materia in definitione aĩę, sicut apparet materia in definitione accidentium. & est sermo consonus verbis sequentibus. Aut dic ꝙ licet in definitione dante animę quiditatem apparet materia, tamen non apparet omnino tanquam pertinens ad esse quiditatiuũ animę, quia anima & suum esse idem sunt. Dicit. n. Commen. con. 35. declarans pręsentem authoritatem quõ anima & esse animæ idem sunt, nomen formę dicitur de

D A forma vniuersali & de forma particulari, sed bene apparet in definitione eius, sicut vehiculũ deferens ipsam qui vitalem, vt glosat Cõmen.7.meta.cõ.34. Et nota vnum satis pulchrum, & est antiquũ dictum Alex. ꝙ Naturalis plerunq; in scientia Naturali in concipiendis rebus, de quibus consyderat, vtitur abstractione mathematica, vt alias notaui tibi. Forma.n. ratione separabilis est, 2.phy. cõ.& tex.12. Et Arist.in.7.met.in tex.cõ.37. expresse ẽt concedit ꝙ formę, quę cunque in vna materia solum esse possunt, similiter se habent illis, quæ in diuersis sunt materiis. Nã sicut illę, quę in diuersis sunt materiis existunt, materia nõ est pars formę, sicut quia forma circuli inest lapidi & ligno, indiscriminatim saluari põt, neutra taliũ materierũ est de quiditate circuli, neque pars suę essentię. Eadẽ rõne cõtingeret, si oẽs circuli essent ęnei, ita ꝙ forma circuli innulla alia materia saluaret, pp hoc ęs nõ esset de quiditate circuli, nec pars formalis eius. & licet forma circuli nõ posset actu separari a tali materia, posset tñ intellectu separari: licet hoc sit magis difficile, ꝗ̃ in casu, quo forma põt saluari in diuersis materiis. sed nõ est hoc impossibile. & hoc est, qđ cõfitetur ẽt Com. in cõ.37. vbi dicit omnes vero formę quę non existunt pluſquam in vna materia, a qua nunquam separantur, quoniã hoc non prohibet intellectum intelligere in eis esse aliquid simile materię, & aliquid simile formę, quemadmodum, si circulus nunꝗ̃

B B esset nisi in cupro, hoc non prohibet intelligere ꝙ cuprum non est forma circuli, nec pars formę, hoc etiam asserit Commen.in.12. met.con.39. vbi dicit ꝙ intellectus innatus est diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia & forma, & hoc est ad confirmandum secundam solutionem.

Decimasexta contradi.est in tex.37. Scribit Philosophus & Cõmẽ. ꝙ formę naturales non possunt abstrahi a materia. vnde Cõmen. dicit ꝙ impossibile est intelligere hominẽ sine carnibus & ossibus. Sed huic videtur cõtradicere Aris. in tex. vbi dicit ꝙ sicut formę, quę sunt in diuersis materiis, materia nõ est pars formę, & intellectus potest abstrahere formã a materia, ita pariformiter in illis, quę in vna solum existunt materia, a qua nunquam separantur, vt si oẽs circuli sunt ęnei, sicut sunt formę naturales, quę in propria & determinata existũt materia, vt hominis forma semper cum carnibus & ossibus spectatur. hoc aũt auferre mente non est difficile, ita ꝙ verba Cõmen. contradicunt verbis Arist. Et confirmatur. quia Ari.in.2.phy.cõ.& tex.12. describens formam, ꝗ est natura, dicit ꝙ est forma & species, non separabilis existens, nisi scđm rationẽ. & ita quęlibet forma naturalis videtur ratione separabilis. Et confirmatur authoritate Commen.12.meta.cõ.39. vbi dicit ꝙ intellectus potest diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia & forma

F C & est aperta contradictio, sicut vides. Scias igitur scđm mentem Auer.7.meta. cõ.21. ꝙ homo quandoque sumitur pro hominis quiditate, & quandoq; sumitur pro congregato ex materia & forma. Et primo modo forma hominis est homo, & secundo modo forma hominis non est homo. quia homo pro congregato constat ex materia & forma, tanꝗ̃ ex partibus substantialibus. vnde aliud est essentia hominis, aliud hominis quiditas. & ita est in omnibus generabilibus habentibus formam conceptam cũ materia. 7.meta. tex cõmen 41. Et animaduerte ꝙ si sumatur homo pro congregato, vt est essentia quędam p se existens, sic homo non potest intelligi sine forma & materia, quia sunt partes, quę sunt de eius essentia, & vna non sufficit sine alia. sed, si homo sumatur pro hominis quiditate, sic forma hominis potest intelligi p abstractionem intellectus sine materia, quia materia non est pars talis formę seu quiditatis, licet istã abstractionem difficilius operetur intellectus in formis naturalibus ꝗ̃ in mathematicis: quia tales sunt in determinata materia, a qua nũquam separari possunt, vt sin. in alia. Intellectus enim, vt scribit Commen.in.4.phy.in con.95. multotiens opinatur illud, quod sequitur rẽ, sit ipsa res. Homo igitur pro congregato impossibile est vt intelligatur sine carnibus & ossibus, quia compositum non potest intelligi, neq; constare sine partibus componentibus. sed homo pro hominis quiditate potest intellectu abstrahi a materia, licet hoc difficilius sit ꝗ̃ in formis mathematicis. Et nota,

Septimo meta, tex.37.

Solutio.

vt testatur Ale. ꝙ ista abstractio est mathematica, qua quandoq; Naturalis vti tur, vt alias notaui tibi. Et nota ꝙ refert dicere formam naturalem posse intelligi sine materia, & dicere posse eã definiri. primũ verum est mathematica abstractione, vt dixi, sed secundum est impossibile. & hoc notat bene Aristotel. 7. meta. tex. cõ. 39. contra Platonem, vbi dicit, & comparatio quidem ad animali, quam iunior Socrates dicere solebat nõ bene se habet, abducit enim a veritate, & opinari facit, quasi contingens sit hominem esse sine partibus, sicut sine ære circulum. Sed hoc non est simile sensibile nanque aliquid forsan animal est & sine motu non est definire. & quando Co. ibidem in cõ. dicit ꝙ quiditates naturales non possunt intelligi sine motu, sicut quiditates Mathematicorum, intelligendum est diffinitiue, quia alter contradiceret textui primo enim de aia. te. com. 16. Physicus definit per materiã sensibilem & .6. met. te. cõ. 2. idẽ habetur vbi venatur distinctionẽ scientiarum speculatiuarum ex diuersis modis definiẽdi. sic igitur oportet intelligere dicta sapientũ, quę non possunt intelligi in modico tempore & sine labore grandi. Deus sit dator auxilij.

Septimo meta. cõ. 37. Decimaseptima conradictio est in cõ. 37. Auer. dicit ꝙ definitio est formę vniuersalis, non compositi ex materia & forma. Huius oppositum patet cõ. vltimo octaui huius, vbi habet desinitiones esse compositorum. Solutio. Soluitur. sumpsit hic compositum ex materia & forma vt, est singulare distinctum cõtra vniuersale. & talis non est desinitio, sed sensus, sed cõ. vltimo octaui huius sumpsit compositum vniuersale. nam tale ex materia in communi, & forma in cõi componitur. & istius definitio esse potest, teste Philosopho hic. 2. me. te. com. 37.

Septimo meta. cõ. 37. Solutio. Decimaoctaua con. est ibidem. Scribitur ꝙ formę naturales ab intellectu nõ possunt separari a materia in imaginatione, Huius tamen oppositum scribitur. 4. phy. cõ. 37. & .8. meta. cõ. 8. Soluitur. omne, quod intelligitur, intelligitur secundum ꝙ est in actu: sicut patet. 9. me. te. cõ. 20. & ideo, cũ materia sit pura potentia, pro occursu ab intellectu non potest apprehendi sine forma, sed est per analogiam ad formam cognoscibilis: sicut patet 1. phy sic. te. cõ. 69. sed sic cognita materia, intellectus actu secundo põt materiã sine forma intelligere, intelligẽdo scilicet materiam non esse formam, & formam non esse materiam. Nam vt scribit Com. 12. me. cõ. 39. intellectus natus est diuidere adunata in esse in ea, ex quibus cõponũtur: quãuis non diuidantur in esse, sicut diuidit materiã a forma.

Septimo meta. cõ. 44. Solutio. Decimanona contradi. est in cõ. 44. D. Com. ꝙ in indiuiduo non est nisi forma particularis & materia, ex quibus cõponitur. Sed huius oppositum patet. 5. me. cõ. 6. vbi habet ꝙ in indiuiduo demonstratio est natura addita naturæ componentium: & est illud, quod fit ex compositione. in oĩ. n, cõpositione ad aliquã vnitatem deuenire necessarium est. Soluitur. constitutiue & integratiue nihil aliud est in indiuiduo quam materia & forma. sic intelligitur dictum eius hic. entitatiue autẽ aliquid tertium potest eẽ, quod non est nec materia, nec forma, sed est substantia composita quicquid dicant Nouelli negãtes tertiam entitatem secundum principia Auer. Aut aliter dici potest ꝙ dictum eius hic procedit cõtra Platonem, qui posuit ideam separatam necessariam ad generationem indiuidui, & ad eius compositionem. sicut potest patere tibi ex cõ. 45. huius septimi. & ita ista authoritas non est contra ipsum in pręallegata authoritate. 5. metaphy. sicut vides.

Septimo meta. co. 58. Solutio. Vigesima contra. est in cõ. 58. Auer. dicit ꝙ nullum commune est substantia & idem habet. 45. Sed huius oppositum patet hic in cõ. 46. vbi habet ꝙ definitiones vniuersalium habent aliquam dispositionem in dispositionum substantialium, & qualitatẽ accidentem eis. Soluitur. Cõmenta. in ista authoritate. 45. allegata expresse innuit duplicem vniuersalis acceptionem. s. pro intentione secũda, quę est quędam qualitas, i. quoddam accidens a ratione causatum, & attributum vniuersali pro prima intentione: quod vniuersale pro prima intẽtione appellat ipse dispositionem ex dispositionibus substantialibus. habentibus esse extra actũ animę. Quod autem dicitur ab ipso in pręsenti co. ꝙ nullum cõmune est substantia, hoc dicit ad modum, quo posuit Plato. vniuersalia enim apud Ari. non habent esse extra animam, sicut posuit Plato. 3. de anima, commen. 18. &

1.meta.cõ. 45. Arist.opinabatur ꝙ intellecta rerum notificant substantias earum,& non sunt substantiæ earum. Sic igitur vniuersale pro prima intentione non dicit aliquã formam realem distinctã a forma particulari realiter, vt quidam voluerunt sed dicit cõceptum realem,qui est notio singularium, & est forma declarans non dans esse.tenemus enim formam generis.speciei, et indiuidui vnam esse sc̃dm rem solum ratione differentem. Et sic gloso authoritatẽ eius 1, me.cõ.17.quando dicit ꝙ materia prius recipit formas vniuersales, quam minus vniuersales,& eis mediãtibus recipit indiuiduales: nõ ꝙ in materia sit multitudo formarum correspondentium multitudini prędicatorum quidditatiuorum sũptorum ab intellectu,sed vna & eadem forma sc̃dm modum intelligendi modum intelligendi nostrum, prius intelligitur informare materiam quo ad gradũ substantialitatis quam corporeitatis,& prius quo ad gradum corporis quam viuentis,& sic descẽdẽdo vsq; ad vltimum indiuidualem gradum: quicquid dicat Ioannes de Ianduno in hoc & sequaces eius.

Vigesimaprima contrad.est in co.58.Habet Commen.ꝙ essentię rerum sunt existentes,licet nõ intelligantur. Sed opponebatur per nos ibidẽ per com. primum.2.meta.vbi habet ꝙ,si substantię intellectuales a nobis non essent intellectæ,tunc essent frustra in natura, & per cõsequens non essent, cũ natura nihil agat frustra.1.cę.32.&.3.de anima.45. Vide in co.1.2 meta. quia fuit ibi soluta illa instantia diligenter. Septimo meta.co.58. Solutio.

Vigesimasecunda contradi.est in com.60.Habetur ꝙ compositum per se est aliud a componẽtibus. Huius oppositum scribit Com.in 1.phy.co.17.& supra: cõ.44.vbi dicebat ꝙ in composito non est nisi materia, & forma particularis ex quibus componitur.Soluitur.in omni per se compositione sc̃dm oẽs sapiẽtes necessarium est ad aliquam per se vnitatem deuenire,& huius oppositum nõ potest imaginari ab intellectu disposito ad bonum.cum igitur compositio ex materia & forma sit per se compositio, oportet igitur istam terminari ad aliquam per se vnitatem.istud non est nisi tertia entitas. Si enim in mixtione elementorum non dicimus mixtum esse omnia quatuor elementa simul sumpta: nam tunc mixtio esset partium iuxta positio contra Philosophũ 1.de generatione. 85.& Co.hic expresse.caro nõ est terra & ignis,ex quibus componitur,sed est aliquid additum: quare ergo et materia cum forma non sunt causantes aliquid tertium aliud ab eis non video. Authoritas autem Com.1.phy.17.procedit de toto integrali & cõtinuo.quia sic etiam loquitur ibi Philosophus.tale.n.sc̃dm rẽ nõ dicit aliquã formam tertiam distinctam ab esse partiũ simul sumptarũ : licet ego teneam tale sc̃dm rõnem dicere formã aliquam distinctam ab esse partium simul sumptarũ.nã sc̃dm Philosophum.5.me.te.com.19.senarius numerus nõ est bis.tria,sed est seme sex.Si aũt velis illam propositionem Co.17. primi phy. dilatare ad totum essentiale. dicas ꝙ totum nihil aliud est quam partes simul sumptę integratiue & constitutiue.& sic ad authoritatẽ eius supra in 44.huius dicas consequenter.& vide supra, vbi etiam diximus in illo loco. Quod autem ista sit opinio Commenta.credo me diffuse probasse super.1.phy si. commen. 17. & tu illuc recurras. Septimo meta.co. 60. Solutio.

SOLVTIONES D

CONTRADICTIONVM

IN DICTIS ARISTOTELIS

ET AVERROIS.

Super Octauo Metaphysicorum.

Octauo meta, tex, 2.

Contradictio est super textu. 2. In isto enim tex. habetur ꝙ substantia magis dicitur de genere quã de specie, & de vniuersali magis quam de particulari. Huius tamen oppositum determinatum est in. 7. me. in te. cõ. 44. vsq; ad finem. vnde ibidem te. c. 58. expresse dicitur ꝙ nullũ vniuersaliter dictorum substantia est, neq; vna ex substantijs. Amplius in præsenti te. 2, expresse B dicitur. Item c̃t nec vniuersale substantia nec genus. & ita in paruo spacio in eodem respectu Philosophus sibi ipsi contrarius esse videtur.

Solutio.

Soluitur, vt innuit Com. hic in prin. cõ. & ita etiam dicit Michael Ephesius, ꝙ primum dictum est ex sentententia Antiquorum, non ex sententia Aristo. nam Ari non vult genera & species esse substantias, sed similitudines substantiarũ particularium, ex quibus collectę sunt, vt testatur Com. 12. me. cõ. 4. vbi dicit vniuersalia apud Arist. sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea similitudinem, & facit ea intentionem vnam. & 1. meta. cõ. 45. intellecta vniuersalia apud Ari, non sunt substantię rerum. sed significant rerum substantias. per hoc patet solutio. Et si instetur ꝙ Arist. 7. meta. te. cõ. 44. dicit ꝙ substantia dicitur quatuor modis, inter quos vnus est ipsum vniuersale. & Commen. etiam hic dicit substantia dici quatuor modis. Soluitur ꝙ vt dicit Comme. ibi, & hic etiam illa diuisio est secundum famam, sed secundum rei veritatem Arist. substantiam diuidit illã trimembri diuisione, videlicet in materiã, formã & congregatum, sicut fecit. 2. de anima. te. commen. 1, & 7. metaphysi. &. 8. tex. commen. 7.

Octauo meta. cõ. 4. Solutio

Secunda contra. est in cõ. 4. Dicit Co. ꝙ oppositio est primo in loco. Huius oppositum videtur velle. 8. phy. cõ. 16. Soluitur. refert dicere oppositionem pri- F mo esse in loco, & refert illam motui locali in esse. Et ꝙ hoc sit verum, notum est ꝙ prima oppositio in loco reperitur. nam, cum de ratione oppositorũ sit distantia: maxima autem distantia reperitur in loco: ideo &c. tamen non est per se notũ ꝙ oẽ, qđ est mobile motu locali, talẽ oppositionem habeat. quare. &c.

*

Vtrum qualitates primę in elemẽtis sint substantiales formę.

Positio Alexandri.

Auer. 8. metha. 5. phy. 10. contra Alexandrũ disputat, tenet: ꝙ qualitates primę in elementis non sunt substantiales forme. Oppositum huius Auer. a. t. in libro destructionum disputatione. 6. solutione. 6. dubij: vbi ait, amplius inuenimus, ꝙ hę determinationes sunt in subiectis earum substantię. Hoc etiam videtur innuere. 3. cęli. 30. vbi ait, deinde post hęc perscrutemur de qualitatibus, & quantitatibus eorum. i. quę est substantia & si sunt corpora, & quę corpora sunt & quorum sunt elementa dicit perscrutemur de qualitatibus eorũ per quas sunt elementa. Hoc etiam videtur velle in Commen. 1. quarti. meteoro. vbi habet, ꝙ caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas, sunt virtutes elementorum per quas elementa sunt elementa. Ad hoc dico, ꝙ in hac re sunt duę positiones, vna est Alexandri dicentis, has qualitates in simplicibus esse substantiales formas. licet Ioannes andagauensis in. q. quinti phy. q. 3. dicat ꝙ Alexander nunquam dixerit hoc nisi sub conditione & leteur in sua expositione. Tamẽ cõi. ipsum est Aue. & The. q dicũt hãc fuisse opinionẽ. Ale. Et ꝙ hoc patet, p verba ipsius Ale, in libro de sensu cap. de sapore & in libro de aia.

D Et mirum est de Zimara, ꝙ audeat dicere in hoc ꝙ forte Auer. non damnat Alexandrum nisi in verbis cum Auer. non adeo pauci ingenii extiterit ꝙ mentem Alexandri non perceperit. Altera est Auer. positio. 8. meta. 5. & 5. phy. 10. tenentis oppositum. Et ad contradictionem respondet Suessanus in Commentationibus libri destructionum disputatione. 6. vbi ait, ꝙ dupliciter sumi potest elementum; vno modo in se, & quod eius esse. Alio modo quo ad nos, prout. s. a nobis cognoscitur, & intelligitur. Primo modo adhuc elementum potest accipi, vt habet esse quiditatiuum, & substãtiale. Alio modo vt habet esse naturale. Et 3. vt habet esse operatiuum. videlicet, vt agit & patitur. Si secundo modo vel actu physicali, vel actu metaphysicali, intelligitur. His habitis, dicendum ꝙ si quo ad esse quiditatiuum in se elementum consideratur: vt sic, qualitates non sunt essentia, neque pars essentię elementi. Immo tota essentia elementi, vt sic: erit forma: & deferens essentiam erit materia. Et sic verificatur dictum Auer. 5. phy. 10. vbi contra Alexãdrum dixit qualitates non esse formas elementorum, & 8. meta. 5. vbi ostendit huiusmodi qualitates non esse substantias elementorũ. Si autẽ quantum ad esse naturale elementum consideratur, vt sic, qualitates sunt substantiæ, seu essentiæ elementorum. Quoniam quantum ad esse physicum, & naturale, qualitates sunt principia essendi naturaliter eorum: eo quia ipsis ablatis, substantia eorum aufertur: & ipsis positis elementorum substantię ponuntur: immo sic, sunt propria elementorum & elementa intenduntur & remittuntur, secundum harum qualitatum intensionem, & remissionem vt. 3. cœli. 67. Auer. ait. Et sic potest verificari eius dictum in lib. destructionum. & 3. cœli. 30. Si vero considerentur elementa, quantum ad esse actiuum & passiuum, vt sic, qualitates sunt naturę, & formę naturales elemẽtorum: eo quia sine huiusmodi qualitatibus elementa non possunt operari nec actiue, neque passiue. Quoniam vt dicitur in lib. de sensu ignis non agit inquantum ignis: sed inquantum calidus. Et sic verificatur dictum Arist. 2. perigeneseos vbi ait, elementorum differẽtias esse qualitates tangibiles. Et sic verificatur dictum Auer. 4. metheororũ. Si vero consideretur quo ad nos, vt sic, dicendum ꝙ qualitates sunt, quiditas vel differẽtię elementorum: quoniam non possunt intelligi a nobis quo ad differentias proprias: ideo vtimur qualitatibus loco illarum vt Auer. dicit. Si vero considerentur consideratione metaphysica. s. inquantum substantię sunt, vt sic, sola forma, et materia, est principium essentię, & quiditatis immo forma solum. Dicendum ergo, ꝙ qualitates sunt vno modo formę seu essentię elementorum, siue substantię. Alio mõ naturę elementorum. Alio mõ quiditates, seu differentię elementorũ. Sunt quidem formę, seu substantię, seu essentiæ: prout, habent esse elementa per illas in esse naturali. Sunt quoque naturę prout, elementa habent agere vel pati

F per illas. Sunt tertio quiditates, & differentię, prout, diffiniruntur a nobis physica et naturali diffinitione, & sic dicta Auer. concordantur a Suessano quidquid ab aliis dicatur. scio. n. multos multa dicere. hęc dicta sint de mente Auer. Quid autem sit veritas in se non est pręsentis negotii: cum hic intentio mea sit, Auer. dicta quę oppugnare inter se videntur, sedare. Vnum tamen est animaduersione, dignum ꝙ opinio Alexandri non est deridenda, vt aliqui ad pauca respicientes faciunt: cum non solum Alexandri, verũetiã multorum doctorum illustriũ ex Gręcis expositoribus opinio fuerit. Immo si veritas inspiciatur, videbitur, ꝙ verba Arist. magis fauent Alexandro q̃ alii: & maxime. 2. de generatione, 6. nec multum satisfaciunt dicentes, ꝙ Arist. ibi p qualitates primas circunscribit elementorum formas cum sint ignotę. Cum mirum videtur, ꝙ fuerint adeo ignotę, ꝙ Arist. nullibi ipsis elementis alias formas posuerit pręter istas qualitates. Et si nomine carebant, potuisset tamen dicere: ꝙ pręter materiam, & formam, elementa habent istas qualitates sicut in multis aliis fecit. & sic communi sermone nos aliquo modo certos reddidisset. Nonne in hoc arduo negotio potuerat suo documento vti: quod in prędicamento relationis tradidit. ꝙ fortasse erit necessarium fingere nomen. Cum & ipse sciebat, nomina non anxie quęri, res ipsas spectari oportere exactoq; contemplari. Non ꝙ nominibus sit abolendũ, hoc dico: sed ꝙ poterat decenter (& si non simpliciter pretextu aliquo) ad rei co-

Positio Auer.

Elementum multipliciter sumi põt

Opinio Ale. nõ deridẽda Aristo. fauet Alexandro.

Nola curare oportet, vt res clarescat.

gnitionem nos aliquo nomine ducere. Nomina enim eatenus curare oportet, D vt dilucida significatę rei interpretatio sit: ipsas autem res de quibus oratio habetur, inuenire sic studendum est vt nihil ex his lateat, vt docuit Gal. in lib. de tumoribus præter naturam, potuisset enim Aristo. si tales formæ dantur preter qualitates primas nomen adaptare in hac re obscura cum ipsum (vt opinor) huius rei natura minime latebat. Materia enim prima de se ignota est, tamen Aristo. inuenit modum ꝙ non dereliquit nos circa ipsam in tanta ambiguitate, vt patet. Nec auctoritas 3. metha. vbi habetur, substantiam quę maxime signicare videntur sunt aqua, ignis, aer, & terra: ex quibus composita componuntur. horum autem calores, & frigiditates, & similes passiones non sunt substantię. Contra Alexandrum absque hæsitatione concludit: quia auctoritatibus .3 metha. non est adhibenda fides per certitudinem. Quia sicut scribit Auerr. in comm. 1. illius. 3. Arist. in illo libro per sermones disputatiuos ad vtranque partem exagitat omnes questiones scientię diuinæ. Et mirum est de Zimara qui in sua tabula ex hac auctoritate sic concludit contra Alexandrū, cum ipse met theoremate. 87. accipit pro se hanc sententiam scilicet ꝙ auctoritibu .3. metha. non est adhibenda fides per certitudinem. in alia materia. Nec auctoritas Arist. in de sensu & sensili. s. ignis, non agit in quantum ignis: sed inquantum calidus concludit. Quia pro Alexandro potest dici, ꝙ li inquantum B stat specificatiue, & ostendit principium quo: & est ipsa forma, quæ calidus est. Sicut in simili docet Arist. 1 de anima. 64. melius autem fortassis non dicere animam misereri, aut addiscere, aut intelligere: sed hominem anima. Sic etiam non dicimus ignem, vt ignis, agere: sed ignis caliditate. Nec etiam propositio quę sumitur ex Aristo. 1. phy. s. quod vere est nulli accidit, demonstrat contra Alexandrum quia Gręci expositores huius viæ dicunt: ꝙ non habet locum in substantia simplici. quemadmodum & sententia in prędicamentis posita. s. substantię nihil est contrarium. Alia etiam ad hoc assignatur. Responsio, quæ habet ꝙ auctoritas Arist. non est ad propositū: dicit. n. si quod vere est. i. si ens parmenidis accidit nulli. i. non est accidens: sed illi quid accidit &c. insuper dicunt, ꝙ cum huiusmodi formę inter substantiam & accidens sint medię, & sint imperfecte, licet elementis sint substantiales. possunt tamen esse accidentia nobis. Et hoc non inconuenit, quia in elementis dant esse eis, in nobis autem & in aliis mixtis disponunt materiam pro forma perfectiori, & sic sunt accidētia & se tenent ex parte materię. Vnde cum elementa sint materia mixtorū homogeneorū: dicitur, ꝙ formæ elementorū disponentes materiam pro illa forma mixti, sunt se tenentes ex parte accidentis; sicut etiam mixta homogenea, sunt materię etherogeneorum. Et ideo forma homogenei disponens materiam pro F forma etherogenei est sicut accidens etherogeneo. & etiam idem dicatur, de forma etherogenei respectu animę. & sic soluunt. & multę aliæ adducuntur responsiones vnde res non est sic clara, vt ipsi tenentes partem Auer. credūt. & plura adducuntur argumenta quę possunt solui pro Alexandro. Non tamen volui hæc dixisse, ꝙ intendam dicere ꝙ opinio Auer. sit erronea, & contra Arist. cum non sit pręsentis negotii hęc discutere. Sed volui ostendere ꝙ opinio Alexandri potest sustentari. nec Arist. aliquid dicit contra se, quod non possit trahi ad bonū sensum pro se. & ꝙ non est deridenda vt nonnulli faciunt. immo his temporibus multi doctores celeberrimi defendent opinionem Alexandri, quę est Galeni, vt est excellens Mattheus Curtius, & multis ex doctoribus patauinis. Nec verum est id quod aliquid solent dicere, ꝙ Galenus non fuerit opinionis Alexandri. Immo Galenus ostendit in multis locis illam fuisse suam opinionem: vt est videre in. 1. de elementis. & in Com. 2. libri de natura humana, & . 1. de vsu partium, 9. & . 3. de temperamentis. 4. & alibi. vt patet exercitatis in doctrina sua. Et licet hic de Galeno loqui non intendam: tamē quia .cio eius doctrinam versari in hoc almo gimnasio patauino & apud bonos auctores: quam altissimus generi humano succurrens e tenebris suscitauit; & multos ex doctis viris tenere Galenum non esse cum Alexandro propter aliquas auctoritates quas adducunt; spero non inutile eas breuiter soluere. Et in primis

Auctoritatibus tertii metha. non est adhibenda fides p certitudinem.

Galenus cū Alexandro sentit de qualitatibus primis.

A adducunt auctoritatem primi de tuenda sanitate circa principium. vbi loquẽs Gal. de semine, & sanguine, ex quo generatur fœtus; dicit constat horum vtrũque ex isdem genere elementis: humido, sicco, calido, & frigido; aut, si nauis ab essentia sumptis nominibus, quæ a qualitate nominasse, aqua, terra, igne, & aere &c. Respondetur, ꝙ Gal. illo loco vtitur vno vocabulo substantiam significante ουσια. quo vocabulo nominat totum compositum: & aliquando etiã materiam subiectam, vt in libro de natura humana commento. 2. quum loquitur de melisso. Et dicit, ꝙ ponebat substantiam informem: vtitur eodem vocabulo, quo nunquam vtitur, ad significandum formam. Neque ουσια idem est, ꝙ quiditas. Sed quum Greci volunt dicere quiditatem dicunt τοτινηειναι. quod latini dicunt quod quid erat esse. Et sic dicitur, ꝙ Galenus voluit dicere si vis elementa, magis nominare a substantia, i. a toto composito, quę a qualitate &c. Et illud dixit propter etheneum, qui, vt dicit in primo de elementis non audebat appellare elementa, ignem, aquam, aerem, & terram, sed dicebat, calidum, frigidum, humidum, & siccum. Adducitur etiam in contrarium auctoritas Galeni. 8. de decretis Hippocratis & Platonis, vbi Platonem cum Hippocrate de elementis sentire ostendit. Sed differre tantum, quia Plato non satis habuit considerare facultates, quę extant in elementis: sed inquisiuit etiam causam generationis eorum: sequutus speculationem inutilem medico. Scire enim cur humectat aqua,
B vrat ignis, vel cur fluat aqua, sursum feratur ignis, stabilissimaque, & grauissima elementorum, terra constiterit: ad morborum curationem nihil confert. Ad sanitatis enim conseruationem, & medelam morborum sufficit cognoscere sanitatem effici ex temperatura calidi frigidi &c. & ex horum intemperaturis morbos accidere, Et sic videtur, ꝙ voluerit Galenus dari aliam formam substantialem elementi, pręter qualitates: cuius consideratio est inutilis medico. sed debet a philosopho considerari. quam formam intelligit, quum dicit, scire cur humectat aqua, cur vrit ignis &c. Nã aqua humectat, quia hẽt talẽ formã substantialẽ: pariter ignis vrit, quia habet talem formam substantialem: quę si non daretur, habitis qualitatibus: haberemus cur aqua humectet, & ignis vrat &c. non amplius id esset quærendum. Et sic isti nolunt glosare omnia dicta Galeni, ꝙ loquutus est vt medicus, quum videtur ponere qualitates cum materia subiecta facere elementa. Respondetur, ꝙ Plato vt ibi declarat Galenus, & vt etiam inquit in. 4. cœli. Arist. tex. 8. voluit reddere rationem exempli causa, cur ignis leuis, & terra grauis: quoniam dicebat partes ignis esse pyramitas quę constat ex quatuor triangulis equilateris. sed partes terrę esse figurę, quę hexaedros: idest sex quadratis constat. partis aeris constare figura, quę octaedros ex octo triangulis equilateris. partes aquæ constare figura quę icosaedros ex viginti triangulis. Et sic volebat illud corpus esse leuius quod con-
C stabat minoribus vel paucioribus triangulis & cętera. Quam opinionem non laudat Galenus: sed dicit, qua de re recte ne an secus opinatus fuerit non est prę̃sentis negocii diffinire. quam opinionem reprobat Aristot. 4. cœli. 8. 9. 10. & 11. Et quod Galenus non laudet opinionem Platonis, videtur, eo posse declarari, quia vult Galenus Aristo. recte exposuisse quę ab Hippocr. dicta sunt. Clarum est enim Aristo. non meminisse de alia causa cur ignis vrat &c. sed reprobare Platonem. ergo & Galenus etiam voluit in hoc Platonem non recte sensisse. Quum præter ea non solum Galenus, sed etiam Aristot. dicat dicit ea quę dicit Hippocrates de elementis: sequitur quod non solum medicus, sed etiam philosophus debet fateri formas substantiales esse primas qualitates, & non dari alias formas, quia si darentur de eis meminisset Aristot. & sic patet ex his quod ex dictis auctoritatibus Galeno noluit elementa habere alias formas pręter qualitates, vt nonnulli opinantur. Dicunt etiam, quod Galenus dicit has esse qualitates quatuor corporum, & dicunt videtur quod sint corporum, quę sunt in actu: ergo datur alia forma per quam corpus est in actu: vt recipiat qualitates istas primas. Respondetur quod est in actu per has qualitates elementum & corpus. Et quum dicitur, quod sunt qualitates corporum &c. Respondeo quod similiter dict.

Rñsio quo intelligitur auctoritas Galeni.

Ratio secundum Platonẽ cur ignis leuis, & terra grauis &c.

mus ꝙ anima est actus corporis physici &c. quod tamē corpus est in actu per D animam: ita etiam iste qualitates sunt corporis quod est in actu per qualitates, & sic patet ꝙ nihil habent, isti pro se ex Galeno. Hęc satis pro nunc quo ad Galenum. Sed sciendum ꝙ illud quod inducit multos ad Alexandri opinionem sic paruifaciendam, est ꝙ illa quę valent in substantia composita, & perfecta: volunt ꝙ pari modo procedant in substantia simplici & imperfecta vt sunt elementorum formę. Quę tamen opinio non sic paruifacienda est, cum & Alexander fuerit magnus philosophus. Tamē quidquid sit, nos in hoc opusculo opinionem Auer. sequemur cum hic dicta Auer. declarare intendamus, & illud ponemus quod illi est conforme.

Octauo meta, tex. 8. Tertia contra. est in te. 8. Dicitur in isto tex. ꝙ materia neque elementū est, neque ex elemento. Huius tamen oppositum memini me legisse in. 5. primę philosophię in cō, 4. vbi Cō. in calce Co. dicit exponens verba Philosophi in fine textus, vbi inquit Oībus vero cōe est illud, cuiusque esse elementum, quod primum cuique inest. vbi Cōmenta. dicit, &, cū definitio prędicta sit illa, quam diximus, manifestum est ꝙ verum elemetum commune est omnibus compositis, quod est primum, ex quo componuntur omnia, & istud elementum dicitur esse causa aliorum elementorum, & hoc, quod dixit, est prima materia. Amplius Com. authoritate Alexan. plerunque glosat exponens elementa pro causis intrinsecis, sicut est materia & forma. vt 1. phy. co. 1. & 8. me. cō. 1. & 12. B me. com, 23.

Solutio. Soluitur. elementum vt dicit Com. in. 3. cęli com. 31. quoddā est vniuersale omnibus corporibus tam simplicibus, quā compositis: & de talibus elementis Arist. egit in 1. physicę auscultationis, & talia elementa non sunt corpora neque composita ex materia & forma, sed sunt prima materia & forma. quędam autem elementa sunt corpora, quę sunt elementa corporum compositorum & tale elementum definitur ibi in. 3. cęli tex. cō. 31. & de illis agitur in. 3. & 4. lib. & etiam in libro de ge. & cor. qui est liber de elementis, vt dicit Philosophus in: 2. de anima. in te. cōm. 117. Quando igitur dicūt Philosophus & Com. materiam non esse elementum intelligunt ꝙ non est elementum, qđ est corpus qui. n. ponit primam materiā esse corpus peccat, vt dicit Cō. 12. me. c. 14. & 1. physi. cō. 63.

Octauo meta. cō. 10. Quarta contra. est in cō. 10. Inquit formam substātialem non recipere magis nec minus. Instantia est de formis elementorum. 3. cœli. cō. 67.

Solutio. Soluitur. Habet locum in veris substātialibus: fallit in his, quę sunt medię inter substantiam & accidens. gloso Auer. vbi supra. 3. cęli: cō. allegato. Nota tamen ꝙ licet formę perfectę non recipiant magis aut minus in sua essentia, tamen vt sunt formę in materia, bene vt sic recipe possunt magis aut minus: sicut innuit Cō. hic in isto cō. inquit enim, vnus hō non est maioris humanitatis, q̄ alter scđm formā: sed si fuerit, erit scđm ꝙ est forma in materia. Nam forma humana scđm dispositiones materiales, in quibus existit, sic potest magis & minus recipere, in tantum ꝙ a Philosopho in ethicis aliqui homines arborei, aliqui brutales, aliqui intellectuales, & quasi terrestres Dij nūcupatur. Aliqui enim, vt dicit Hesiodus, ad scientias capescendas per solam naturam sunt apti & perfecti ex bonitate cōplexionis, sicut fuit Hippocrates, & Aris. Aliqui vero non per naturam, sed p doctores excitantes mentes corū. Quidam vero neutro modo apti sunt, & isti omnino ad discernendum verum a falso omnino inutiles sunt: Patet autem ꝙ totalis ista diuersitas non prouenit, nisi ex diuersitate complexionis, & dispositionū, in quibus forma existit. Theologi etiam nostri dicunt ꝙ in puris naturalibus anima Christi fuit, & est perfectior anima Iudę.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Nono Metaphysicorum.

Contradictio est in cõ.2. Auer. dicit ꝙ formę liberatę a materia sunt tantum agentes, nullo modo patientes, neque essentialiter, neque accidentaliter. Sed opponebatur ibi de anima intellectiua, quę recipit intellectionem & species intellectas. Solutio. dictum Auer. veritatem habet sc̃dm principia Philosophi. Pro quo debes scire ꝙ actus & formę est agere & mouere. 2. de generatione. tex. co. 53. & 9. meta. tex. cõ. 20. & 3. phy. 17. materię aũt est moueri & pati, vnde quelibet forma, siue materialis, siue separata fuerit, actiua est: nec aliqua sub hac ratione, qua forma est, est passiua: quia passiuum esse insequitur potentiam, quæ est primo diuersa ab actu. Si igitur aliqua forma passiua fuerit, ista passibilitas competit sibi ratione, qua potẽtia participat, passibilitas aũt ista duplex est, quędam signata & realis, & ista insequitur primo sc̃dm Philosophos materiam quantam. Vnde, si qua forma passiua fuerit passione & receptione signata, siue realis, siue spiritualis fuerit, hoc est ratione materię: sicut scribit Cõm. cõ. 5. 3. de anima ad principium com. 38. Alia est passio & receptio vniuersalis & abstracta. istius ratio est intellectus possibilis, qui nullam aliam naturam habet, nisi quia possibilis vocatus est. & iste intellectus est materia intelligibilium, & est quartum genus entium: sicut dicit Com. 3. de anima. cõ. 5. in solutione 3. q̃onis. Si formæ igitur existentes in materia reali passione patiantur, hoc est ratione materię. Vnde Commen. 4. cęli. co. 22. dicebat forma in motu elementi mouet, sed vt est forma in materia mouetur. ꝙ etiam sensitiuę virtutes signatę recipiant est, quia sunt in materia: Sequitur igitur ꝙ, cum omnes formę a materia separatę pręter animam nostram intellectiuam, quæ infima est secundum ipsum inter abstracta. 3. de anima, cõ. 19. nullo modo passiuã esse non essentialiter: quia cuilibet formę, vt forma est, repugnat essentialiter pati, etiam materialibus. Vnde Com. 5. qui dixerit formas per se moueri non est amplius loquendum cum eo in hac scientia: neq; etiã accidentaliter, quia forma accidentaliter patitur ratione potentiæ, quę vel est materia, vel est intellectus possibilis. in talibus autem non est materia: ideo non possunt pati passione reali & signata sc̃dm Philosophos: neq; ẽt passione spirituali: quia non intelligunt per receptionem: nec in eis est vere intellectus possibilis, licet Co. videatur illud dicere, sed sc̃dm rõnẽ, vt alias declarauimus. Nullo igitur modo pati possunt tales formę, neque per se, neq; per accidens, nec passione reali, nec spũali: cum intelligant per essentiã, & non per spẽs sc̃dm Philosophos. Anima autem intellectiua, cum sit infima inter abstracta, cum sit cõposita ex intellectu possibili vere, & ex intellectu agẽte, rõne possibilis passiua est, rõne vero agentis est actiua. sed passio ista est alterius rationis a passione materię, sicut scribit Co. 3. de anima. cõm. 38 vbi formaliter ponitur ista solutio [illegible] tantam motam a nobis hic, sicut tu diligenter poteris ibi videre.

Nono meta phy. com. 2.

Solutio.

Secunda contrad. est super tex. 3. Ari. & Com. ponunt differentiam hic inter potentias rationales, actiuas, & irrationales: quia rationales sunt contrariorũ, irrationales vero nequaquam, sed vnius tantum per se loquendo. Sed est instantia de [illegible] motiua a voluntate: cuius nedũ est mouere corpus de loco ad locũ, verumetiam retinere, sicut auis volans in aere, dum sistit seipsam, ille status cau

Nono meta phy. tex. 3.

ſtatur a tali virtute motiua. & ſimiliter homo, quando ſtat erectus, ille ſtatus a D
tali virtute cauſatur, alioquin homo non poteſt ſtare, ſi ille ſtatus ab illa virtute
nõ eſſet, ſed caderet, quẽadmodũ ſi homo dormiens poneretur erectus, vt dicit
Gal. in lib. de rigore & tremore. Amplius p eandẽ virtutẽ mouetur graue deor
ſum, & quieſcit deorsũ. & patet ꝙ virtutes iſtæ ſunt irrõnales, ſicut patet. Auer.
aũt videtur ſoluere primã difficultatẽ occulte in. 2. phy. cõ. 48. videtur n. velle
ꝙ virtus concupiſcibilis eſt de virtutibus paſſiuis apta nata recipe duo cõtra-
Solutio. ria ęqualiter. & quia ille motus volũtarie fit a virtute concupiſcibili, q̃ determi
natur ab obiecto, tamen ceſſat primũ. Ad ſcdm aũt diceretur ꝙ virtus grauita-
tis per ſe, & primo eſt cauſa quietis, & ſecundario eſt cauſa motus, quia elemẽ-
tum eſt in potentia accidentali ad motum deorſum, quę eſt potentia violenta,
poſtquam paſſum eſt violentiam. In hoc igitur conſiſtit differentia, quia virtu-
tes actiuę rationales per ſe & principaliter ex ſui natura ſunt indeterminatę ad
agendum duo contraria ęqualiter, ſed naturales vnum p ſe, aliud p accidẽs, aut
vnum ex principali intentione, aliud vero ſecundario ſic calidũ p ſe calefacit,
ſed p accidens infrigidat: & frigidum p ſe infrigidat, & p accidens calefacit. &
q̃nque accidit, vt effectus per accidens ſit validior effectu per ſe, vt patet exp-
tis in naturalibus. Nec videatur tibi mirũ, ſi dixerim formam grauitatis per ſe
primo eſſe cauſam quietis & non motus: nam iſta eſt etiam ſententia. Auer. 1. 4.
cœli. in cõ. 26. & hoc etiam ſupranotaui tibi. B

Nono meta phy. cõ. 19. Tertia contradi. eſt in cõ. 19. Scribit Cõmẽ. ꝙ potentia ad ſanitatẽ & ad ęgri
tudinẽ eſt eadem. Oppoſitum patet. 3. phy. tex. cõ. 10. vbi habet ꝙ, ſi potẽtia ad
ſanitatem & ęgritudinẽ eſſet vna, tunc ſanitas & ęgritudo eſſet vnũ & idẽ. Sol
uitur. loquitur hic de potentia ſubiectiua, quia eadẽ eſt materia contrariorum,
Solutio. ſed. 3. phy. loquitur de potentia obiectiua. idem autem eſt ens in potentia obie-
ctiua ad actum & ens in actu. Vnde Cõmen. dicit. 8. meta. cõ. 15. agens extrahẽs
aliquid de potentia ad actum non largitur multitudinem, ſed perfectionẽ, & 12.
meta. cõ. 18. iuxta dimidium agens naturale non congregat inter diuerſa. Nota
tamen hic ꝙ potentia iſta ſubiectiua, & obiectiua vna & eadem eſt realiter, ſi-
De potẽtia ſubiectiua, & obiectiua. cut mihi videtur pro nunc; ſed ſortiuntur tales potentię diſtinctas denominatio
nes in ordine ad diuerſa; ſicut eſt de actione & paſſione. vnde pluralitas entium
eſt euitanda inquãtum eſt poſſibile. D. Co. ꝙ vna & eadem forma, vt eſt in po
tentia materię, appellatur vt ſic eſſe in potentia ſubiectiua: ſed eadem forma vt
eſt in potentia actiua agentis, dicitur eſſe in potentia obiectiua, in ordine ſ. ad a-
ctum. vnde, cũ ſcdm Auer. 12. met. cõ. 18. oẽs formę ſint in potentia in prima ma
teria, & ſint in actũ in. 1. motore, tales ſunt in potẽtia ſubiectiua, & paſſiua ma-
terię. cũ aũt potentia paſſiua ſit principium tranſmutandi ab altero inquantum
alterũ, videtur mihi ꝙ ſit vnus reſpectus realis, q reſpicit tã ſubiectũ ꝙ formã, E
vt in ſubiecto inducitur ab agente: ſed diuerſas ſortitur denominationes, vt ad
diuerſa extrema comparatur; ſicut eadem eſt diſtantia inter ſuperius & infe-
rius, inter Thebas & Athenas, nõ tñ eſt idẽ diſtare. & ita ego caueo ponere po
tentiã obiectiuã realiter diſtingui a ſubiectiua in via Auer. & licet multi teneãt
hoc, tñ mihi videtur in uia eius, & forte ẽt in via Ari. illã nõ diſtingui re a ſub
iectiua. quia eſt principiũ p ſe notũ, & ab omnibus peripateticis conceſſum, ꝙ
quicquid eſt poſsibile reſpectu agentis, eſt poſſibile reſpectu patientis: & quic-
quid eſt poſſibile reſpectu patientis, etiã illud poſſibile eſt reſpectu agentis, &
hoc loquẽdo de vera potẽtia. nã aliter aliquid eſſet ocioſum in natura, & fruſtra
torium, contra Philoſophũ. 1. cœli. 32. Et ideo recte diximus nos euitãtes plura
litatem entiũ, iuxta conſuetudinem principis noſtrę militię Ariſt. inquantũ eſt
poſſibile, ꝙ reſpectus ille ad ſubiectum, & ad formam, vt eſt ab agente vnus &
idem eſt re, ſed ratione diſtinguitur. Sed Theologi noſtri, qui habent principia
oppoſita principiis Philoſophorum, tenent aliquid eſſe poſſibile reſpectu agen-
tis, quod non fuit poſſibile reſpectu paſſi. ideo habent de neceſſitate ponere illos
reſpectus realiter diſtingui. Vnde mundus ante ſui creationẽ erat in potẽtia acti
ua agentis, ſ. Dei, creatoris, non erat autem in potentia ſubiectiua alicuius paſſi,
cum ex nihilo creata ſit. Similiter angeli ante ſui creationẽ erãt in potentia acti

A ut Dei:non autem erant in potentia passiua alicuius, cum ex nihilo sint creati. immo materia prima fuit in potentia ante sui creationem actiua Dei: in nullius tamen potentia subiectiua fuit, quia primum potentiale in nullius est potentia subiectiua aliter esset primũ & non primum. & ideo Theologus discrepans a Philosophis in principijs habet et discordare in cõclusionibus. sed velle tenere cõclusionem physicam per principia Theologica distincta a Physicis vel econtra ridiculũ est. Et ideo subtilissimus Scotus vidẽs ista vera esse theologice, voluit ponere potentiam obiectiuã distinctam a subiectiua motus, vt mihi videtur per ista fundamenta Arist. in hoc tantũ curabat, inquãtum authoritates eius glosare posset ne veritati theologicę obuiarent. Quod autem hoc non possit ipse tenere in fundamẽtis Philosophi mihi videtur hoc posse rationibus cõuinci sic. Nam scdm te Ari. ideo ponit potentiã obiectiuam, quia diuisio bona debet euacuare totam naturam diuisi sed, si Arist. diuidens ens per potentiam & actum intellexisset potentiam sbiectiuam tantum, & non obiectiuam, tunc sub tali diuisione non comprehenderetur omne ens, sicut patet de angelis, de mundo, & materia prima ante sui creationem, quę erant res in potentia non subiectiua, nec etiã te in actu formali vel existentię: ergo oportet dicere potentiã, quę est differentia entis, esse potentiã obiectiuã. Amplius. 9. me. t. co. 13 actus et potẽtia sunt eiusdem generis: sed hoc non potest de potentia subiectiua verificari, quia substantia põt esse potentia subiectiua quantitatis: & patet ꝙ ista sunt diuersorum

B generum. Trahitur illud sic per Auer. 8. me. c. 15 agens extrahẽs aliquid de potentia ad actum non largitur multitudinem, sed perfectionem. & hoc idẽ hẽt. 12. meta. cõ. 18. vbi habet ꝙ agens apud Ari. non cõgregat inter diuersa. & hoc idẽ habet. 5. phy. c. 9. ꝙ potentia & actus sunt eiusdẽ generis. & patet istas authoritates non posse saluari de potentia subiectiua: sed de necessitate sunt verę de potẽtia obiectiua & in tantũ processerunt cũ huiusmodi authoritatibus plerique non modicę authoritatis viri. vt de intẽtione Auer. sustinere ausi sint potentiã obiectiuã distingui ab actiua & a passiua potentijs, nec non a logice potentia, quæ nil aliud est quã respectus rõnis ex non repugnantia terminorum causatus. & ista per vitam meam non possunt sustineri de mente Philosophorũ. Et vt ægritudini eorum succuramus ostendamus eis cãm erroris eorũ. & est, quia ponentes potentiam obiectiuã coacti sunt ad illud ex principio repugnãte Philosophię: & est ꝙ aliquid est in potentia respectu agentis tm̃, qd non est in potentia passi. & hoc non conceditur a Philosophis in rebus nouis, immo ipsi dicunt omnę, quod est in potentia actiua agentis, est in potentia passiua alicuius subiecti, iuxta illud Co. alegatum supra. omnes formę sunt in potentia passiua materię, & sunt in potentia actiua primi motoris. patet modo ꝙ scdm Theolo

C gos aliqua forma ante sui productionem est possibilis possibilitate, qua respicit agens tãtum. & ideo istam potentiam a qua possibilis denominatur, nuncupaue re obiectiuã, sed Philosophus dicẽs oppositũ huius, oportet negare scd'm ipsum talem potentiã distingui a potentia passiua: quia per potẽtiã passiuã forma est possibilis ex parte subiecti cũ respectu ad agẽs, quia. 9. me. te. co. 2. potẽtia passiua est principium trãsmutandi ad altero inquantum alterum potentiam. passiua denotatur per actiuã, & econtra. vnde. 2. phy. 48. & 8. phy. 79. & in plerisque locis in libro destructionum contra Algazelem, quicquid possibile per principium passiuũ intrinsecum, est possibile per principium extrinsecũ actiuũ. Et ꝙ ens non diuidatur per potentiam obiectiuam, sed per potentiã subiectiuã ostenditur sic. Philosophus. 12. meta. tex. co. 8. volens declarare ꝙ sit esse materię diuidit ens per potentiam & actum, & ibi declarat materiam contineri sub potẽtia & non sub actu, quia est illud, ex quo omnia fiunt per transmutationẽ. manifestum est autem potentiã, ex qua aliquid transmutatur, esse potentiam subiectiuã non obiectuã: quare entis diuisio per potentiam & actum non est, scdm Philosophos per potentiam obiectiuam, quia tunc argumentum Philosophi adductũ esset in quatuor terminis. Amplius Commen. in 12. meta. com. 26. declarans intentionem Philosophi, inquit ꝙ ibi intendit inducere alium modum, quo principia omnium prædicamentorũ sunt eadẽ: & est pro quanto actus & potẽtia sunt,

in omni genere, & ꝙ actus habet reduci ad formam, & potentia ad materiã, & D ꝙ potentia & actus propinqui sunt distincti in distinctis prędicamentis. vult ergo potentiã subiectiuam, & actum esse principia prędicamentorum omnium, & non obiectiuam cum dicat potentiam reduci ad materiam. & actum ad formam. Amplius ipse in.5.meta.cõ.14. vbi declarans quomodo actus, & potentia sunt in omni prędicamento, exponens exemplũ philosophi in prędicamento substantię de forma mercurii, dicit ꝙ in lapide est eadem forma mercurii, & in actu, & in potentia. & declarans quomodo sit in potentia dicit ꝙ est in potentia, quia habet naturam recipiendi eã: actu vero habet eam, quando actu recipit eam. vñ patet de intẽtione eius potentiã, in qua mercurius est, subiectiuã esse, non obiectiuã Nec valet dicere obiectiuã debere poni propter respectum ad agẽs: quia iste respectus importatur per subiectiuã cum sit principium transmutandi ab altero in quantum alterum, & ita nõ oportet entia sine necessitate multiplicare. Et ideo sicut mihi videtur, saluo semp meliori iudicio, de intentione Philosophi potentia ista obiectiua nõ est distincta re a potẽtia passiua. quia ista potẽtia obiectiua, si ponitur non est propter aliud, nisi propter respectũ, quẽ importat forma ad ipsum agens: sed, cum iste respectus sufficienter importetur per potentiam subiectiuam seu passiuam sicut clare patet ex definitione potentię passiuæ positę in. 6. meta. & in. 5. propter hoc dicimus de intentione Philosophi non dari potentiam obiectiuam, tãquam rem distinctam a subiectiua. Et dicimus ꝙ diuisio en- E tis per actum & potentiam est per potentia subiectiuã, & sic dicimus agens extrahens aliquid de potentia subiectiua ad actum non largiri multitudinem, sed perfectionẽ: quia vna & eadem est res, quę est in potentia subiectiua materiæ, & in potentia actiua agentis, cũ re, quę actu producta est. & sic agens apud Aristot. non congregat inter diuersa. Et sic dicatur consequenter ꝙ potentia subiectiua & actus sunt eiusdẽ generis loquendo de potentia subiectiua proxima. nã vt dicit Philosophus & Cõ. 12. meta. text. cõ. 22. licet principia omnium decem prędicamẽtorum remota possint esse eadẽ quia, principia prędicamenti substantię sunt principia omnium prędicamentorum, tamen principia proxima vniuscuiusq; sunt sibi propria. & sic patet quõ actus & potentia circuiunt omne genus, & quomodo sunt eiusdem generis. ista est mens Philosophi, & Auer. 12. me. 26. Quod autẽ dicitur de angelis, & de materia, & corporibus cęlestibus, quia non sunt in potentia subiectiua, sed obiectiua, patet ꝙ hoc nihil est contra Philosophũ, & Cõ. sed apud Theologum bene illud haberet vim. Cogita ergo & considera ꝙ ex diuersis principiis diuersę sequuntur cõclusiones. Et ideo Auer. plerunque dannauit Auice. in hoc, appellans ipsum medium inter Peripateticos, & Loquentes.

Nono meta phy. cõ. 19. Solutio.

Quarta contradi. est ibidem. Dicitur ꝙ in absolutis a motu reperitur melius. F Oppositum patet. 3. meta. text. commento. 3. vbi dicitur in imobilibus non est ratio finis. neque boni. Soluitur immobilia, duplicia quędã sedm esse & definitionem, sicut sunt substantię separatę: & quędam sola definitione, qualia sunt entia mathematica, non est in eis ratio boni neque finis: quia talia secundum esse separata non subsistunt. quia, si subsisterent, esse in eis bonum, scilicet ipsum esse ipsorum, sed talia sola ratione a motu separata sunt, & sic abstrahunt a ratione finis, qui habet rationem mouentis. Nec est inconueniens ꝙ in aliquo ente secundum rationem nõ sit bonum, vel ratio boni, cum ratio entis sit prior quam ratio boni loquitur igitur Commentator. hic de rebus separatis secundum esse definitionem a motu, quia in talibus bene potest esse ratio boni, imo summi boni.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS.

Super Decimo, & Vndecimo Metaphysicorum.

Decimo meta. com. 6.

Contradictio est in cõm. 6. Inuenimus contradictionem satis apparentem. Quia ibi Cõm. dicit ꝙ hoc nomen ens de pluribus dicitur quã vnum. Huius tamen oppositũ legimus in. 4. meta. tex. cõm. 3. Solui potest sic, ꝙ ens de pluribus dicitur quiditatiue quã vnum. nam ens quiditatiue dicitur de suis partibus subiectiuis, non autem vnum præcipue scdm viam cõmunẽ, quantũcunque beatus doctor super. 4. meta. hoc idem de vno tenere videatur. Et tũc B scdm istam solutionẽ authoritas Cõm. taliter habet interpretari. ens dicitur de pluribus quã vnũ, vt cum dicitur de significato rei, i. quantum ad quiditatẽ rei, seu quiditatiuã predicationẽ: sed quantũ ad prædicationẽ identicã de quot dicitur ens, de tot ẽt dicitur vnum; quia ens & vnum vnam & eandẽ naturã significant scdm Cõm. cõ. 3 quarti meta. & cõ. 8. decimi huius. Aut aliter, & subtilius meo iudicio, ens dicitur de pluribus quã vnum, quando dicitur de significato rei propter hoc: quia stat multa esse vnum subiecto, quæ tamen in significato rei sunt distantia & scdm definitionem ipsam: sicut patet expresse. 1. physi. tex. cõ. 21. vbi Philosophus reprehendit Antiquos scdm expositionem Cõm. in hoc, quia credebant ens et vnũ semper idem significare ad modũ dictũ. Et sic patet contradictionis solutio. nam ens & vnum, aut sumuntur quo ad naturã significatam, & sic idem significant, vt patuit: aut sumantur quo ad significationes & rationes rerum, & sic de pluribus dicitur ens quã vnum: quia stat aliqua vnũ esse subiecto, & talia esse plura scdm rationes et significationes. vide, vt dixi cõ. 21. primi phy. & sic Commenta. per Commentato. expone: quia nil melius quã ipsummet authorem suimet interpretem esse: quia nemo nouit melius propriam mentem, quam ipsemet author.

Solutio.

Decimo meta. cõ. 7.

Secunda contrad. est in cõ. 7. Auer. dicit non est dicendum colores componi C ex albo & nigro, tanquã ex duobus principijs. Huius tamen oppositum scribit ipse expresse. 5. physic. 6. 19. 52. & hic cõ. 23. Soluitur, forte propter istam authoritatem motus fuit Burleus, & multi Auerroistę ad tenendum de intentione Auer. duo contraria non posse esse simul in eodem subiecto. Et ꝙ magis auget difficultatẽ hanc, est etiam authoritas eiusdem in. 4 meta. in te. cõ. 26. vbi assignat causam, quare cõtraria non possunt esse in eodẽ: & est quia vnũ contrariũ est priuatio alterius. & hoc ẽt dicit ibi Philosophus in litera. & parũ infra Cõm. dicit ꝙ in cõtrarijs immediatis talia nõ possunt esse in eodem subiecto simul, sed successiue. contraria vero habentia medium possunt esse in medio potentia, non actu, nec perfecte. & hoc videtur fauere opinioni istorũ, qui dicũt talia media inter cõtraria esse composita ex extremis quantũ ad denominationẽ, nõ aũt quantum ad esse, pro quãto medium comparatum vni extremorũ sortitur nomẽ alterius, sicut pallidũ respectu nigri albũ dicitur, & respectu albi dicitur nigrũ. Sed procul dubio ista non fuit mens Auer. quia tunc periret motus inter contraria habentia medium: sicut ipse deducit. 10. huius cõm. 23. nam in omni motu vnitatis prius mutatur forma in medio quã in extremo, & ideo si in tali medio non esset formaliter scdm aliquem gradum forma, ad quam fit motus, tunc talis motus nõ posset esse successiuus, neque vnus. Dicamus igitur ad authoritates in oppositum adductas. Ad primam hic, quando dicitur colo-

Solutio aliquorum.

Solutio propria.

res non esse compositos ex extremis, verum est tanquam ex duobus principijs mensurantibus perfectionem & esse ipsorum. nam cum semper vnum contrarium sit, vt dicitur in litera, sicut priuatio alterius, ideo impossibile est ambo rationem mensuræ habere: quia ratio mensure attribuitur habitui non priuationi. vnde Philosophus in litera vult probare inductiue, qualiter in omni genere est vnum primum, quod est metrum, & mensura omnium existentiũ in illo genere, & sic in genere colorum est albedo. colores igitur medij non componuntur ex extremis, tanquam ex duabus mensuris. Ad authoritatem autem Philosophi & Commenta. 4. met. te. cõ. 26. ꝙ contraria non possunt esse simul in eodem, quia vnum est priuatio alterius: Soluitur, verũ est de contrarijs in illis gradibus consyderatis, in quibus contrarietatem habent. non enim tenemus albedinem sub quolibet gradu nigredini contrariari, nec calorem frigiditati: sed sub esse actuali, & perfecto contrariantur: & vnum, vt sic, est priuatio alterius. Ad authoritatem Aue. in eodem cõ. quando dicebat ꝙ in contrarijs mediatis talia possunt esse in eodem potentia, non actu, nec perfecte: Dico ꝙ per potentiã ibi non intellexit puram potentiam. quia tunc nulla esset differentia inter contraria mediata, & immediata penes hoc: nam etiam contraria immediata possunt esse in eodem subiecto in potentia puta. per potentiam igitur intellexit potentiã actui admixtam, sicut in simili ipse dixit in fine primi de generatione, vbi exponit quomodo elementa sunt potentia in mixto, per potentiam exponit pro quanto nõ sunt in mixto in suo esse perfecto, sed refracto. Et ideo caueant Burleus, & alij ad pauca respicientes de intentione Cõmen. negare contraria non posse simul esse in eodem sub aliquo esse refracto: quia tunc etiam oporteret dicere elementa non esse formaliter in mixto secdm ipsum Aue. Discordãt igitur in principio, & volunt concordare in conclusione, & hoc non est possibile. Sic ẽt exponit seipsum Cõmen. cõ. 6. super. 5. physico. sicut videre potes. Videas ẽt qualiter glosa Burlei non potest stare, ꝙ media inter contraria componuntur ex extremis, quantũ ad denominationẽ, non quantũ ad actualẽ cõpositionem. Nam. 4. cœ. c. 26. Aue. distinguit de duplici medio, secdm cõparationẽ, et secdm cõpositionẽ media secdm cõparationẽ cõponũtur ex extremis quãtum ad denominationẽ, sicut ipse dicit, nõ quantũ ad esse. sicut dicimus aerem esse mediũ inter ignẽ & aquã secdm cõparationẽ, quia respectu ignis est grauis, & respectu aquę est leuis: non tamen componi dicitur propter hoc ex graui & leui. sed media secdm compositionẽ sunt illa, in quibus extrema actu sunt in esse, non in cõparatione tantum. & ideo distinctio Com. nulla esset. quia membra coinciderent, si aliqua media ex extremis cõtrarijs, non actu, permixto tamen potentię essent composita ex talibus extremis. & hoc est certum, nec alicui parum exercitato in via istius hominis dubium esse potest.

Decimo me ta. cõ. 10. Tertia contrad. est in cõ. 10. Auer. Scribit ꝙ linea arcualis non potest ęquari lineæ rectę. Oppositum sequitur de quadratura circuli. sicut patet in prędicamentis. Soluitur, aliqui nõ mediocris authoritatis viri tenuerũt quadraturã circuli minime dari posse. nam. cum figura circularis & figura recta sint alterius rõnis, minime videntur comparabiles adinuicem, per regulam Philosophi postam. 7. phy. te. co. 31. Et confirmant hoc sic. ęqualia p cõem animi conceptionẽ sunt, quę adinuicem superposita non se excedũt adinuicem, nec excedantur. modo curuũ superpositum recto nunquam ęquari potest remanendo in sua curuitate, sicut patet. Et confirmatur authoritate Philosophi. 2. physi, te. cõ. 21. vbi probat motum circularẽ nõ esse comparabilem motui recto: quia tunc magnitudo recta esset comparabilis magnitudini circuli: quod falsum est, & impossibile apud Ari. propter superius adductam rõnem. Ad authoritatem aũt Philosophi in prędicamentis, dum dicit in capitulo de ad aliquid quadraturam circuli scibilẽ esse, dicũt ꝙ Ari. loquitur ibi sub cõditione & non assertiue & quãtũ ad hoc verũ dicunt, quia litera taliter iacet, scia vero si nõ sit, nihil prohibet scib le esse, vt quadratura circuli, si est scibilis, scĩa quidem eius nondum est. Boetius autem vir summæ authoritatis in omni scientia, & Latinorum gloria, asseuerat ibidem scientiam illam post Ari. tempora inuentam fuisse. sed ipse breuitati stu

A dens uoluit supersedere a tali demonstratione. Nos igitur dicamus non inconue nire aliqua conuenire magnitudinibus mathematice consyderatis, quę tamē re pugnant magnitudinibus eisdem, vt a Naturali consyderantur, sicut pulchre de clarat Commen. 1. cęli. com. 32. vbi dicit motui circulari mathematice aliquid contrariari, non naturaliter. similiter. 4. phy. 72. linea mathematica in infinitū potest diuidi, non autem vt est terrestris vel ignea. Sic etiam naturaliter cōsyde rando magnitudinē circularē & rectā, non sunt cōparabiles: quia iste consyde- rat res vt sunt in motu, & in re extra: & quia, vt dicebatur, cū ęqualia sint illa, quę inuicem superposita non se excedunt, nec exceduntur a se inuicem. & ideo scd'm rem curuum & rectum non possunt ęquari, quia tunc curuū non esset cur uum. sed Mathematicus, cuius propositiones oēs sunt verę ad imaginationem. 3. phy. 60. tenet figuram rectā comparabilem esse figuræ circulari; quia ipse ima ginatur ꝙ est possibile ꝙ linea recta incuruetur, & fiat circularis, & ideo ipse ēt dicit ꝙ linea recta est breuissima, quæ duci potest inter duo puncta. ex hoc patet ꝙ Geometra comparat lineam rectam curuę, cum tñ equalitas scd'm rem dicatur fere æquiuoce, sed illud dictum est large verum, & ad imaginationē. & ita ēt ad imaginationem dicit figuram multorum angulorum comparabilē esse figurę rectę. Et ista est solutio Auer. expresse. 7. physic. com. 29. sicut uidere po teris. Et per hoc possumus modernos cum Boetio concordare de quadratura cir B culari, ꝙ est possibilis mathematice, & sic locutus est Boetius in prędicamen- tis: naturaliter autem dictum Modernorum procedit, non autem absolute & sim pliciter. Et istud multotiens est, quod ducit doctores in graues errores, quia ne sciunt discernere consyderationem a consyderatione. & sic quę repugnant vni consyderationi credunt alij repugnare. sed non est ita, sicut vides. & hoc forte fuit in causa, ꝙ Aristote. in prædicamentis locutus est sub cōditione, dum dixit, si scibilis est, quia ipse uidebat non secundum quamlibet consyderationem sci bilem esse talem circuli quadrationem.

Quarta contradi. est in com. 13. [illegible] icit Com. ꝙ contrarietas in loco est causa contrarietatis in substantijs. Huius tamen oppositum patet. 5. physi. cō. 10. vbi habet contra Alexandrum in substantijs nullam esse contrarietatē. Soluitur. in substantijs est contrarietas quantum ad qualitates suas. ideo Philosophus in 2. de generatione & corruptione. tex. com. 49. dicit ꝙ igni contrariatur aqua, ut contingit substantiam substantiæ contrariam esse. & hoc non pp̄ aliud dixit, ni si quia uidebat formas substantiales scd'm se non habere contrariū, sed rōne sua rum qualitatū, sicut ipsemet seipsum declarando in eodē. 2. in tex. cō. 24. dicit. elementa omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentię contrariæ insunt his. Sic igitur contrarietas in loco est causa contrarietatis in substātijs, C non quantum ad esse substantiale, sed quantum ad esse qualitatiuum. — Decimo me ta. cō. 13. — Solutio.

Aristo. 10. metaphy. 14. & primo cęli. 10. uult uni unum contrarium esse. Op positum huius habetur, ab ipso Aristo. ex duobus locis. Ipse enim. 2. de genera tione. 49. ait, ꝙ igni est contraria aqua, & in 2. cęli. 18. ait, ꝙ igni est contraria terra, ergo uni plura erunt contraria. Ad hoc respondetur ex doctrina Auer. 8. physicę auscultationis. 62. ꝙ illa propositio, vni vnum contrariatur, duabus limitatur conditionibus. Vna est, ꝙ vni, vnum est contrarium se- cundum unum modum: tamen diuersis modis: vnum plura contraria habere potest. Hac stante conditione dicitur ad contradictionem, ꝙ elementa conside rantur vno modo quo ad qualitates alteratiuas idest primas: alio modo con- siderantur quo ad qualitates localiter motiuas. Tunc dico, ꝙ in. 2. cœli. 18. loquitur de elementis, quo ad qualitates localiter motiuas: & sic ignis, & terra, maxime contrariantur. In libro uero de generatione aliter loqui- tur de elementis. Pro quo videas Auer. 3. cœli. 1. & vltimo. vbi ait, ꝙ Aristot. in libro cœli tractat de elementis vt sunt partes mundi primarię: in libro vero de generatione tractat de elementis, ut sunt causę mixtorum: quę non possunt esse causæ mixtorum, nisi per qualitates alteratiuas. Ideo consi- derat ibi quo ad qualitates alteratiuas. Et quo ad qualitates alteratiuas, maxi- me cōtrariātur, ignis & aqua. Et sic si vni plura cōtrariantur, est diuersimode. — * Vtrum uni vnū tantū, sit contrariū — Limitatio propositio- nis.

Et sic remouetur dubium. Altera conditio est, ꝙ sit maxima distantia. Vnde D maxima distantia, vnum contrariatur vni tantum, vt albedo nigredini. Talis autem est extremi ad extremum. Nec tamen ob hoc, ꝙ plura vni contraria sint prohibitum est. Sed vnum erit contrarium vt extremum: & aliud vt medium. Prodigalitas autem aduersatur auaritię, & etiam liberalitas. Et istæ duę conditiones clare habentur ab Auer. ibi, dum ait, & intendebat per hoc notificare, ꝙ possibile est, idem habere plura vno contrario, aut quādo contrarietas quę est inter ea, non est maxima: sicut media quę sunt inter contraria, aut quando idem habebit plura contraria diuersis modis. Et hęc sufficiant.

Decimo meta. com. 22. Solutio.

Quinta contradi. est in cō. 22. Habet Cōme. scientiam esse in qualitate & scitū in substantia. Sed. 7. phy. 20. dicitur ꝙ scientia est in relatione. Soluitur. non inconuenit idem in diuersis predicamentis esse scdm diuersas rationes. sic scientia nostra quę causatur a rebus, qualitas est, sed est relatio scdm dici, quia ad scibile refertur: licet scibile ad scientiam aut non referatur, aut relatione rationis refertur. Assimilatur etiam scientia relationi inquantum in indiuisibili consistit, & inquantum in ea non est per se motus.

Decimo meta. co. 23. Solutio.

Sexta contradi. est in cō. 23. Ait Commen. ꝙ partes in composito sunt in potentia. Sed oppositum dixit ipse. 5. phy. 6. 19. & 59. & nos paulo ante oppositū determinauimus in cō. 7. Soluitur sic. ibi per potentiam non intellexit potentiā puram abijcientem omnem actum, sed potentiam actui permixtam. vnde partes, vt sunt in toto, non habent tantam actualitatem, quantam habent ipsę, cum sunt totum. & ideo vt in toto inexistunt, dicuntur esse in potentia, id est in quodam modo potentię: qui modus permixtus est actui. E

Decimo meta. tex. 24. Solutio.

Septima contradi. est in tex. 24. Dicit Philosophus ꝙ materia negatione ostēditur. Sed huius oppositum habetur in. 1. phy. tex. cō. 69. vbi habetur ꝙ cognoscitur per analogiam ad formā. Soluitur. duplex est materię notio. Vna est, quam dat nobis prima scientia Naturalis. & istam venamur per transmutationem, sicut processit Philosophus in. 1. phy. & illo modo materia cognoscitur per comparationem ad formam. Alia est posterior scdm ordinem doctrinę. & istam tradit nobis scientia Diuina, & in tali cōsyderatione materia abstrahitur ab omni forma, & cognoscitur per negationē omnium formarum. intellectus. n. vt scribit Commen. 12. met. cō. 39. natus est diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam a forma. & materia scdm talem consyderationem nō habet esse extra animam: quia tunc quod non est in actu, esset in actu, vt deducit Commen. 2. phy. co. 12. sed solum habet esse in anima: quia sic est rationis obiectum solum, & sic considerata materia, pertinet ad Diuinum talis cōsideratio, vt pulchre notat Commen. 12. meta. commen. 14.

Decimo meta. co. 24. Solutio.

Octaua contradi. est in com. 24. D. Com. ꝙ genus significat materiā. Huius oppositum patet. 1. met. 17. Soluitur. aliud est, genus esse materiam, aliud ipsam materiam significare, & a materia sumi. primum est falsum, vt ipse probat 2. meta. 17. & 12. met. cō. 14. secundum autem verum est. vide. 2. cœli. cō. 49. & 7. meta. 43. Et hoc est rationabile. nam, sicut dicit Comme. 1. de anima cō. 5. partes definitionis sumuntur a principijs, quę sunt in re. Et ideo a principio potētiali sumitur genus, & ab actuali differentia. Ideo dixit Porphyrius in cap. de differentia ꝙ genus est proportionale materię, & differentia formæ. F

Vndecimo meta. tex. 9

Contradi. est in. 11. meta. super tex. 9. Arist. dicit, ꝙ infinitū non eodem modo est in magnitudine, motu, & tempore, vt vna quędam natura, sed ꝙ posterius est dicitur scdm prius, vt motus propter magnitudinem in qua mouetur, & tempus propter motum. & eandem sententiam videtur asserere in. 6. phy. in tex. cō. 70. & in. 4. phy. in tex. co. 99. ex quo videtur motum esse continuum & infinitum principaliter ex parte magnitudinis, in qua fit motus, & non ex parte mobilis. quod etiam Philosophus in. 5. meta. tex. co 18. expresse testatur. Sed huius oppositum determinat Arist. in. 2. de generatione & corrup. in te. co. 61. Soluitur. motus, vt inquit Comme. habet duplices partes, quædam sunt simul: & talem partium diuisionem sortitur motus a mobili in quo est, vt in subiecto: motus enim est in mobili & nō in motore: & habet alias partes in successione exi

A sentes, scdm quas mensuratur a tẽpore, dico igitur ꝙ tales partes & diuisionẽ in infinitũ motus sortitur ex diuisione magnitudinis, sup qua mobile mouet: sed alias, quas simul habet, sortitur a mobili, sic loca pugnantia cõcordabis.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Duodecimo Metaphysicorum.

AVerroes in suo.11.super.12.meta. Aristote. co.6.inquit ꝙ Naturalis consyderat causas mouentes, & materiales ipsius sensibilis substantiæ, formales autem & finales consyderare non potest. Huius oppositum legimus.2.physĩ.70.vbi habet ꝙ Naturalis omnes causas consyderat. Soluitur. memini me dixisse in.1.phy.cõ.1.& in prologo Auer.differentiam esse dicere Naturalem omnes causas consyderare, & dicere ipsum consyderare omnes primas causas. primũ est verum: secundũ vero falsum.duas primas causas consyderat Naturalis, & duas alias primus Philosophus. primũ motorem, & primam materiam Naturalis consyderat: sed Diuinus primam formam & primum finem, vide loco allegato super.1. physic. quia late disputaui. vide com.3.tertij meta.& com.5.&.9.septimi meta. & in prologo suo super primo phy.& in.4.metaphy. commen. primo. B Duodecimo meta. co.6. Solutio.

Secunda contra.est in com.9.Dicit Comme. ꝙ Democritus fuit propinqui or in aspiciendo materiã. Sed oppositum legimus.1.physi.com.79.vbi istud Platoni attribuit, non Democrito. Soluitur. procedit dictum eius de illis quos enumerat Philosophus hic; & vniuersaliter de his, qui fuerunt ante Arist. sed Plato, qui fuit in eodem tempore cum Arist. fuit propinquissimus in inspiciẽda natura materię. & sic intelligitur dictum Auer. in primo physi. comme.79. Duodecimo meta. co.9. Solutio.

C Tertia cõtra.est in.12.com.Inquit Comme. ꝙ nec forma, nec materia generatur. Sed oppositum patet de materia.1.phy.com.60. vbi habet ꝙ materia vere generatur. Soluitur. materia & forma non generantur, vt terminus per se totalis generationis, nam ex proœmio metaphy. actus & generationes oẽs circa singularia sunt. & ideo dixit Comme. ad istum sensum hic ꝙ, si materia & forma generarentur isto modo, tunc materię esset materia, & sic in infinitũ. & ita ẽt de forma procedit ꝙ illius esset forma, & sic in infinitum. materia tamen vere generatur subiectiue, sicut ipse dicit in comme. 60. primi physicorum. Duodecimo meta.co.12. Solutio.

Quarta contra.est in com.14. Forma non comprehenditur sensu, dicit Com. Sed oppositum huius patet.2.de anima.63. vbi dicitur ꝙ cogitatiua hominis comprehendit intentiones indiuiduales decem prędicamentorum. Soluitur. forma non comprehenditur a sensu in eo ꝙ sensus. sic intelligitur dictum eius hic, tamen forma comprehendi potest a sensibus hominis in eo ꝙ sensus hominis sunt. sic intelligitur dictum eius.2.de aĩa.63. sicut ipsemet seipsum glosat ibidẽ in co.65.illius secundi. Et hoc etiam ipse asseuerat in com. suo super libro de sensu & sensi.ad finem, vbi dicit ꝙ homo comprehendit differentias rerum, & intentiones earum proprias, quę sunt in re sensata, quasi medullam de fructu: in animali autem bruto comprehendunt ea, quę sunt extra, quę sunt quasi cortices fructuum. Alia etiam solutio dari posset, quam etiam in simili tetigimus in aliis locis; sed breuitatis gratia ad pręsens dimittatur. Duodecimo meta.co.14. Solutio.

Auer. 12. metha. 15. ait ꝙ compositum est maioris nobilitatis, quã materia, & forma. Hoc etiam videtur dicere. 2. de aĩa. 3. Oppositũ hẽtur ab ipso Auer. 2. phy. 4. vbi hẽtur, & forma est dignior hẽre hoc nomẽ substãtia quã cõpositũ: quoniam per illam est compositum in actu: & cã rei est dignior cãto. Idem. 7. metha. 7. & . 8. metha. 7. & . 2. de aĩa. 7. Ex quibus patet ipsum, nos docere formam esse cõposito digniorẽ. Ad hoc rñdetur, & dico ꝙ Auer. in illo com. 4. 2. phy. circa hoc duo dicit. Primũ est ꝙ cõpositum est dignius hẽre hoc nomen substantia, quã materia. Et ratio est, quia compositum est in actu, & materia est in potentia. Sed. 9. metha. 13. actus est nobilior, substantia in potentia. ergo cõpositũ est nobilius materia. Et quantum ad hoc oẽs cum Auer. concordãt. Secũdum quod ipse Auer. ponit, est ꝙ forma est dignior habere hoc nomen substantia quã cõpositũ. Hoc etiam habet. 7. metha. 7. & 8. metha. 7. & . 2. de anima. 7. Et rõ est ista, quam adducit. Quoniam compositum est in actu pp formam, ergo forma est magis ens in actu. Quia propter quod vnum quodq; tale & illud magis, primo poste. Et subdit ẽt ꝙ causa rei est dignior causato. Et ex hoc loco patet error volentiũ illã propositionem, pp quod vnumquodq; tale & c. habere veritatẽ, in solo genere causę efficientis. Clarũ. n. est in hac rõne Auer. ꝙ ea vtitur in genere causę formalis. Manifestum est autẽ, ꝙ cõpositum non est in actu propter formã, nisi in genere causę formalis. Nam vt dicit Themi. in. 2. de anima, cap. 6. super tex. 7. nempe forma tametsi in materia producitur non tamen ipsi materiæ forma est, sed eius quod ex duabus facultatibus conditum est. Et non solum in generę causę efficiẽtis: & formalis: verumetiam in alijs generibus causarum veritatem habet si recte intelligatur. Et dicit Auerro. ꝙ hoc quod dixit fuit declaratum in prima philosophia. 8. methaphy. 7. & . 7. met. 7. vbi habetur, quapropter si species est prior materia, eadem ratione erit perfectior eo quod ex vtrisque est. Sed forma est prior materia: quia: est actus. ergo eadem rõne quę est esse in actu; forma est prior composito. Vnde eadẽ rõ & causa qua forma erat prior & magis ens quam materia, eadem est propter quã est prior cõposito & est actualitas ipsius. Nam compositũ non est in actu nisi propter formã: quemadmodũ & ipsa maria. Et ideo eadem causa & rõne forma est prior cõposito. Nã habetur ab Aue. ꝙ dispositio eadẽ inuẽta in cã et in cãto, si in cãto fuerit inuenta pp cãm: de cã dicitur simpliciter & per prius: & de causato per posterius, & scdm quid. 7. metha. 1. & . 8. metha. 7. Vnde apparet, ꝙ hoc qđ dicit Aue. s. ꝙ forma sit magis ens: & substantia quã cõpositũ, sit sñia ipsius Ari. formaliter in litera. Simplicius tñ et Argiropilus aliter legũt te. illũ. 7. me. legũt. n. hoc mõ: quare si forma prior sit & magis ens quã materies & id ꝓfecto, qđ ex vtrisq; constat prius per rõnẽ eandẽ erit. & sic legunt in recto & non in obliquo, ꝙ forma sit prior cõposito. Sed ꝙ cõpositũ eadẽ rõnẽ sit prius materia & forma. Vnde secundum istos sensus est, ꝙ pp eadẽ rõnẽ id qđ ex vtrisq; est cõpositũ est magis ens vtrisq; . s. materia & forma. Vnde tenuit simplicius substãtiã cõpositã esse magis ens & substantia quã sit materia & forma. Et ꝙ forma est magis ens quã materia. Et ista fuit ẽt opinio Ale. vt recitat Aue. 12. diuinę philosophię. 15. & hanc opi. multi magni viri ex latinis sequuntur. Sed Aue. est in contrariũ. Et litera quę cõiter his tpibus hẽtur, hẽt in obliquo. Et ẽt in aliquibus codicibus græcis in obliquo inuenitur. Et ẽt posito ꝙ litera stet in recto, adhuc simplicius & latini non habent intentũ contra Auer. quia sensus erit, ꝙ eadẽ rõne qua forma pręcedit materiã, eadẽ rõne cõpositũ pręcedit materiã solũ qa est substãtia in actu, & illa est substantia in potentia. Et non ꝙ Ari. velit dicere ꝙ si forma est prior materia, eadẽ rõne cõpositũ ex vtrisq; est prius vtrisq; . Et sensus literę erit planior quã sẽsus scdm simpliciũ. Et ad fomam contradictionis dico, ꝙ mens Auer. est ꝙ forma sit dignior cõposito. Et ad auctoritatem. 12. metha. dico ꝙ vt ibi patet loquitur scdm intentionẽ Ale. Et si qñq; inueniatur Aue. dixisse cõpositum esse magis ens, loquitur scdm famositatẽ: & non quantum ad rei veritatẽ. Et ista est glosa ipsius Auer. in. 2. de anima, vbi Ari. diuisit substantiã, in materiã, & formam, & substantiã cõpositã, Aue. in Cõ. 3. dixit, ꝙ corpora cõposita habent hoc nomẽ sub

Utrum forma sit dignior composito.

Rõ ꝙ compositum est nobilius materia.

Propositio famosa scilicet propter quod vnum quodque & c. non habet veritatẽ solum in genere causæ efficientis.

Declaratio alterius literę.

Ad formã contradictionis.

A stantia magis proprie secundum φ est magis famosum. Et 7. metha. 9. ait, φ cōpositū dicitur magis substantia secundum famositatē. & non secundum iudicium sapientū. Etiā in simili Aue. dixit. 2. met. 16. φ generabilia, & corruptibilia, sunt magis naturalia, secundum famositatem, quā corpora ęterna. Et φ viris illustribus interdum insit secundum famositatē loqui audias Galenū in principio libri de substantia virtutum naturalium loquentem tali modo, ac quisquā fortasse haud eorum leuem dissensionē putauit qui animalia calida, plantas frigidas esse affirmant, minus sane intelligens, vbi subtilius edisserat, quis, cum vniuersum quęsito consequens ad scientiam vsque extremam decernere: vbi autem in re quapiā alia de his supinius intendat, contentum esse, si quod dubio sensui percipitur, calidum, vel frigidum dicat. Plato igitur ipse animalia semper animata appellat lapides vero, & herbas, & ligna, atq; (vt in vniuersum loquar) stirpes oēs de inanimatorum coporum numero esse ait. At cum in Timęo naturalē contēplationem paucissimis aperiens auditoribus, qui scientiarios sermones percipere intellectuq; assequi valent, posthabita vulgi sententia, in mundum totum extentum ipsius asserit animam, sibiipsi virum non constare, ac pugnantia dicere nunquam putandum est. vtiq; neque Aristotelem, aut Theophrastū, qui multitudini alia familiaribus vero ac sodalibus auscultationes cōscripsere. Nā vbi quodpiā sensum oēm refugiens dogma, ac verborum copiam in demonstrationē

B exigens intempestiue recitatur, audientes offendit. Non prius igitur de eiusmodi rebus pronunciare conuenit, quā paulatim per longam demonstrationē ad totius conclusionē fuerit peruentum: neq; mundi animam per lapides, & testas, & arenam, & flagrātia, putrescentiaq; animalium permeare cadauerata. Nā si simpliciter adeo, vt vulgus pariter capit, quidquā id genus Plato dixisset, vtiq; oēs eum patrocinantes condenarent hęc ille Hæc volui adducere. nō φ sit scrutādi locus, qua de causa ex famositate Ari. & Aue. in his locis sint loquuti de hac re: sed ad insinuandum, φ loqui interdum licet, & loquūtur doctores secundum famositatē. Quod nonnulli non aduertens, multos damnāt, putantes eos sermonem fecisse in diuersis locis secundum propriam intentionem, & sic non sibiipsis constantes, cum varia dicant. quod tamen vt ex dictis patet non est cēsendum, Sed oportet scrutari, eorum mentes quantum possibile est. Sed adhuc dubitationis restat locus, quia videtur falsum quod ex Auer. habetur, s. φ composita habent hoc nomen substantia magis proprie secundū φ est magis famosum: quia est expressa auctoritas ipsius Auer. in epithomate metha. tractatu primo ca. de substantia vbi ait, φ ex significationibus substātiæ magis famosa est quę de substantię indiuiduo dicitur, & cām subdens ait, quia oēs philosophi illud esse substantiam iudicant. Videtur ergo φ non secundum vulgi opinionem,

C immo ēt secundum philosophos sit Ad hoc dicitur φ Auer. comparat ibi ad significationes substantię alias positas ab eo ibi videlicet ad prędicata quę sunt genera, & spēs, vel differentia, quę notificant quiditatē indiuidui prędicamenti substantię: & ad aliam significationem vbi substantia capitur pro omni quod iudicat quælibet diffinitio siue sit diffinitio substātię, siue accidentiū, & illo mō procedit ibi Auer. Sed si comparatio philosophorum fiat, ad partes componentes, et ad indiuiduū cōpositum ex materia, & forma in hoc est discordia apud vulgus & sapientes: & alio mō res se habet, φ faciendo comparationem ad alias supradictas substantię significationes, Et sic dubium remouetur multa pro prędicta concordātia adduci possent pro vtraq; parte, nam vbi diuersitas est inter Auer. & Gręcos expositores, difficile est videre veritatem, Et precipue vbi aliqui doctores illustres ex latinis sunt contra Aue. Et intentio mea in hoc opusculo est quantum mihi concessum est solū ostendere mentem Auer. vbi a seipso discrepans videtur. Et non ostendere veritatem rei absolute. non magis Auerroē quam alios expositores, inspiciendo. Accidit enim si aliquid prolixe aliorum positiones recensendo & non admittendo, pertractatur, Quum enim tempus (quod illustrissimus cōcederit) in quo nō āplius vexatus ero rauci thesei, co. multa examinabo d scriptis hæc sanis, p initio post torū laborū, ideo si solutionē elucidā conf. seq determinata inspicere tibi est curæ vide..s Zimarā Theo. 10.

Galeni sententia de sermone secundum famositatem

Dubitatio.

Solutio.

Duodecimo. meta,cõ.16. Quinta contradi.est in cõ.16.Cõmen.dicere videtur materiã precedere formam. Huius tamen oppositum vide.9.meta.tex.cõ.15.vbi dicitur actum praecedere potentiam. Respondetur, ꝙ materia precedit formam, que prioritas est prioritas nature, teste Auerr.cõ.7.super.2.de generatione & corruptione. Quod autem dicitur per Philosophum, actum natura precedere potentiam, soluitur. nam illud dictũ habet veritatem de actu agentis, non autem de actu compositi predicti ab agente. licet etiam, si vere loqui velimus, non sit simpliciter respondendũ ad questionẽ querentem an materia praecedat formã, sicut colligi potest ex sententia ipsius.7.met.cõ.35.vnde materia via generationis precedit formã, quia forma educitur de potentia materie; sed forma precedit materiam via perfectionis. D

Solutio

Duodecimo meta.cõ.18. Solutio. Sexta contradi.est in cõ.18.Habet Cõmen.calorẽ igneũ nihil generare. Huius oppositum memini me legisse ab ipso in cõ.15.super.1.cantice canticorũ Auic. Dixi alias in hac materia calorẽ coelestẽ, & calorem elementalẽ non differre abinuicẽ, nisi sicut calor ignis, & calor febrilis. manifestum est autem calorẽ artis & elementalẽ vnũ & eundẽ subiecto esse, sed non differunt, nisi ratione tñ nam forma caloris, vt regulatur ab arte, est res artis; sed vt est regulata a forma ignis, est res nature. sic vt mihi videtur idem subiecto est calor elementalis, ꝙ calor coelestis: quia sensus tactus rectus est iudex de qualitatibus tangibilibus ex.2.de anima. nullam autẽ differentiã percipit tactus inter vtrunque calorẽ, E sed iste calor, vt est regulatus a corporibus coelestibus & commensuratus, sic coelestis dicitur, & dicitur esse generationis instrumentũ effectiuũ. si aũt calor igneus. & quia vt sic disproportionatus est vite, & gñationi, sic non dicitur calor viuificans, sed resoluens, igneus, & elementalis. & tamen scdm rem sunt vnum & idem. Et sic etiã teneo calorẽ naturalem in animalibus & plantis eundem esse realiter cum calore igneo, & elementali; quicquid dicat Gentilis speculator in hac materia sup prima quarti ad principium: qui voluit multiplicare entia sine necessitate, imaginando calorem naturalem, & calorem preter naturã esse duos calores realiter & essentialiter distinctos. Sed nobis tutius videtur esse dictu ꝙ vnus & idem calor est naturalis, & preter naturam. nam vt regulatur ab anima, naturalis dicitur: vt vero regulatur a forma ignis, sic apparet elementalis & igneus. Et hoc voluit Gale. medicorũ princeps, dum dixit febrẽ esse calorem naturalem conuersum in igneum. & hoc, vt mihi videtur, sicut Cõmẽ. 2.de anima.cõ.41. Sic igitur sedatur contradictio in dictis eius; quia vtrunque verum est, & ꝙ calor ignis generat, & ꝙ calor ignis non generat mixta. nam est eorum generatiuus, vt regulatur a superioribus lationibus, iuxta illud Philosophi meteor.1.ad principiũ, oportet mundum istum inferiorẽ superioribus lationibus esse continuum, vt omnis eius virtute inde gubernetur. sed iste idem calor, vt regulatus a sua forma, sic mixta corrumpit. & hoc non inconuenit ꝙ F ab vna forma proueniant oppositi effectus, prout respectu vnius effectus concurrit vt agens principale, & prout respectu alterius ipsa efficitur instrumentum, sicut dixit subtilissimus Scotus meus in theorematibus actio cuiuscunq; , quã

Instantia. ipsum fit instrm, specie differt ab actione eiusdem vt principalis agentis. Sed contra istã solutionẽ similiter. Tu dixisti ꝙ calor coelestis & calor ignis sunt idẽ essentialiter. Sed huius oppositum apparet expresse in 2. cap. de substantia orbis ab ipso Auer. vbi tenet ꝙ specie distinguunt. Et confirmatur. ille forme specifice distinguuntur, q̃ habent operationes specie differentes. operatio.n. fecit cognoscere formã, & transmutatio materiam: sed operationes istorum duorum calorũ sunt specie differentes, sicut patet ex.4.meteo.&.ex.2. de gñatione animaliũ cap.3.nã calor coelestis generat, conseruat, viuificat, digerit: calor igneus

Solutio. corrũpit, mortificat, seu cõburit, putrefacit, destruit: ergo vr̃ ꝙ sint specie differentes. Ad hoc ego memini me alias dubitasse satis pp authoritatem illam Auer. & tamen sicut mihi videtur potest dici ꝙ distinctio specifica, quandoque est accidentaliter, & ab accidentali differentia, quandoque vero essentialiter. Dico ergo calorẽ coelestem ꝙ elementalem differre specie accidentali ab inuicem ratione diuersorum regulantium, tamen essentialiter sunt vnus & idem ca

A forte quia non est multiplicanda rerum entitas sine necessitate. Ad rationem autem patet solutio, ꝙ non opportet semper oppositos effectus arguere oppositas formas immo quandoque effectus oppositi proueniunt ab vna & eadem forma opposito modo se habente. Idem enim inquantum idem semper est aptum facere idem, sicut patet. 2. de generatione tex. cō. 56. sed idem inquantum diuersum potest diuersa facere: sicut ibi dicitur de Sole, qui per accessum generat, per recessum corrumpit, similiter. 2. phy. 30. nauta sui absentia est causa submersionis nauis, cuius pręsentia erat causa salutis: sic forma, cum ipsa sit instrumentū, sua actio specie diuersatur a seipsa, vt erat principale.

Septima contradictio est in cō. 23. Auerro. exponens propositionem Philosophi, quam etiam primo physi. ad principium adduxit, sibiipsi contradicit in exponēdo quid nominis causę importetur. propositio autem est ista. omnia habentia principia, aut causas aut elementa, non cognoscuntur nisi ex horum cognitione, ibi autem exposuit causas, idest finales. principia autem dixi accipi pro agēte & mouente, sed per elementa intellexit causas materiales, & finales: hic vero dicit ꝙ per causas Philosophus intendebat illud, quod est cōmune illis quatuor, per principia autem causas mouentes, per elementa autem causas, quę sunt in re. & vult ꝙ propositio ista in Physicis adducta isto modo intelligi debet. Ecce igitur manifestissimam contradictionem. Soluitur. forte litera est corrupta B aut forte peccauit per obliuionem, aut forte hic exponit illam propositionem, ex sententia propria: sed primo phy. dedit illam expositionem ex snia Alex. sicut ipsemet fatetur in illo loco. & ista solutio est verior apud me. aut forte fecit hoc, vt ostenderet illa tria, principium, causam, & elementum, synonyma non esse. non curauit autem ad hoc declarandum vt eodem modo illa verba fuerint exposita ibi & hic, iuxta illud Doctrinalis, Ad placitum poni propriorum multa notaui. Duodecimo meta. cō. 23.

Octaua contradi. est in cō. 29. Inquit Cō. substantia ęterna ꝙ sit potest declarari propositionibus cōmunibus vtrique scientię. s. Diuinę & Naturali. Sed huius oppositum dixit ipse. 1. phy. cō. vltimo, & hic cō. 5. vbi dixit solum propositionibus naturalibus istud declarari posse. Longa est discordia. varij modi dicēdi in hac materia reperiūtur an solū Naturalis substātias abstractas declaret: an cum hoc ēt Diuinus. Dic resolute in hac materia duas cōclusiones ab alijs forte nondū intellectas. Naturalis purus esse abstractorū a posteriori demōstrat via motus. ratio est quia nullum aliud est medium per quod demonstrari queant nisi motus. Istud, vt mihi videtur, est potissimū Auer. fundamentum super hoc, sicut mihi videtur primo physi. cō. vltimo. & 12. meta. cō. 5. Secunda conclusio. Metaphy. purus, habito pro constanti substantias abstractas esse a Naturali potest esse illarum nō demonstrare, sed declarare, aliqua superficiali via ꝙ sint entia C prima, & ꝙ sint forma prima & finis omniū procedēdo a substantijs, nō vt sunt substantię sensibiles, sed vt sunt substantię tantum. hoc dixit cō. 9. septimi meta. Cōmen. quando dicit ꝙ consyderatio de forma, vt est substantia, perducit ad cognitionem primę formę & primi finis. & ista secunda conclusio est de mente Commentator. 12. huius com. 5. sicut potes videre. Adde tertiam conclusionem. Metaphysicus, induens habitum Naturalis Philosophi, aliquid addens etiā de suo ad bene esse potest demonstrare substantias abstractas esse sed vis medii demonstrationis est a Naturali, non ab alio addito tali demonstrationi a seipso. Istam conclusionem probo authoritate eius. 2. meta. commento. 6. vbi Philosophus probat via motus ꝙ in causis mouentibus non est processus in infinitum, sed est deuenire ad vnum primum motorem non motum. & Commentator in fine illius commenti ponit quoddam documentum, in quo docet. quare Aristote. multa rationes quas facit in Naturali Philosophia adducat in Metaphysica, & inquit, & Aristote. quanuis vtatur hic demonstrationibus naturalibus, tamen inducit eas vniuersalius: quoniam quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto erit magis propria huic scientię. & Aristote. se obseruat in hac intentione. s. in inducendo demonstrationes vniuersales alio modo. ꝙ in sciētia Naturali. & hęc est causa in iteratione illarum demonstrationum in hac scientia, Similiter Duodecimo meta. cō. 29 Solutio.

Commen.in.2.cęli cō.61. declarat in exemplo manifesto, quomodo aliqua demonstratio pōt fundari super propositiones vtriusq; sciētię. Dixit.n.ꝙ Philosophus in illo tex.induxit demonstrationes quia, ad probandū cęlum aiatum esse sed demōstratio simpliciter in hac scientia fundata est sup propositiones Physicas, & super propositiones acceptas ex scientia Diuinali. Declaratū eīt.n.in scientia Naturali in lib.phy.ꝙ motor corporū cœlestium nō est in materia: & declaratum est in lib.de anima ꝙ illud,ꝙ est huiusmodi,est intellectus:& declaratū est in.12.met.ꝙ forma intellectualis non mouet nisi scdm desyderiū, ꝙ fit a suo intellectu:quapropter necesse est vt habeat suum imaginatū,& est corpus cęleste habens desyderiū. Ecce igit quomodo substantia ęterna corpis cęlestis declaratur esse aīata per propositiones cōmunes vtriq; scientiæ.s. Naturali & Diuinę sic intelligitur dictū Cō.hic in isto cō.29. Sed hic est locus dubitationis, nam per philosophum posteriorū.1. media & extrema oportet in eadem proximitate esse ergo videtur ꝙ non possit fieri demonstratio ex propositionibus cōmunibus scientię Naturali & Diuinę cuius oppositum Cō. dicit. Et confirmatur quia scdm ipsum.1.cęli.cō.59.demōstrationes doctrinales,i.mathemati.non

Solutio, sunt innatę poni in scientia Naturali.ergo a pari nec naturales in scientia Diuina quia non magis videtur ratio de vna quā de alia. Soluitur. vt mihi videtur, demonstrationes istę,& si Naturales sint,quia vis medii est a Naturali scientia quia omne medium efficax demonstratiuum ad esse abstractorum & ęternorū demonstrandum innititur motui,tamen tales demonstrationes, vt fiunt in Metaphysica,possunt etiam inniti veritati alicuius principii diuinalis,quod in virtute intrat tales demonstrationes & sic possunt induci cōsimiles demōstrationes in scientia Diuina & Naturali: sed in Diuina abstractiori modo ꝙ̄ in Naturali. Sicut demonstratio illa.2.meta.innititur huic propositioni diuinę, quę dicit ꝙ mediorum,extra quę est aliquid vltimum & primum, opportet esse illud quod est primum causam illorum,quę sunt post. patet autem ꝙ ista propositio diuina est quia innititur rationi primi & vltimi,& rationi causæ,& rationis. & ista non ingreditur demonstrationem illā in sua ipsa maxima cōmunitate sumpta,nisi in virtute tantū. Naturalis autē accipit mediū istud ad motū coarctatum tantū,non in sua maxima cōmunitate. sic intelligis modo illud, quod forte adhuc ab aliis nondum est intellectum quomodo Dicimus pōt aliquid adminiculari in declaratione ęternę substantię. sed hoc non tollit quin medium demōstrationis efficaciā habens sit naturale. Et iste modus est valde subtilis, sicut vides, & consonus doctrinę Auer.in locis adductis. Aliter etiam potest dici ꝙ substantia ęterna pōt declarari ꝙ sit per propositiones cōmunes vtrique scientiæ:non quia in vna & eadem demonstratione accipiantur duæ præmissę, quarum vna sic a Naturali scientia accepta,& alia a Diuina.sed postquam Diuinus accepit a Naturali pro constanti substantias abstractas esse,declarat ipse postea,qualiter prima substantia est finis,& forma omnium entium; & sic etiam substantię æterne principia declarantur a Diuino esse principia substantię ęternę inquantum substantia est in ratione finis,formę,& efficientis. & istum sensum videtur sentire Auerro.in cōmmen.5.12.meta.si recte inspicias,eligatur alter istorum modorum: quia sicut mihi videtur vterque verus est.

Duodecimo met.cō. 26. Solutio. Nona contradi.est in eodem cō.29.Scribit Cōmen. ꝙ sine tempore impossibile est imaginari motum. Huius tamē oppositum patet.4.phy.cō.97. Soluitur, dictum eius hic intelligitur de secunda operatione intellectus, quę ab Auerr.3. de anima appellatur fides, vel credulitas. Sed dictum eius.4.physi.cō.97.procedit de prima operatione intellectus. quæ ab ipso appellatur formatio. nam cum tempus non sit de quiditate motus, intellectus potest intelligere motum non intellecto tempore, licet sine tempore verus motus esse non possit.

Duodecimo met. cō. 30. Solutio. Decima contradi.est in cō.30.Cō.dicit ꝙ omne ęternū est actio pura,& omne quod est actio pura,non habet potentiā:ex hoc igitur videtur velle Cōmen. nullum ęternum habere potentiā. Huius tamen oppositum habetur ab ipso.3.de anima.cō.5.in solutione.3.qōnis,& in cō.14.vbi habet in omni intelligentia citra primam esse potentiam, Soluitur. potentia duplex, logica, & physica. Poten-

A alia phy. consequitur materiam: siue sit matera in potẽtia ad esse, siue sit materia quę sit in potẽtia ad vbi, siue sit materia, quę sit in potẽtia ad intelligibilia. de tali potẽtia in substãtiis ęternis non est potentia ad esse, siue illę sint corpora ęterna, siue sint motores æterni, vt patet. 8. phy. & in lib. de substan. orbis, & .1. cęli infinities. potentia ad vbi bene est in corporibus æternis: quia talis consequitur materiam in actu, quę est ipse orbis. Materia autem intelligibilium est itellectus possibilis, & ista materia reperitur in aĩa intellectiua vere, cũ ipsa sit scd̃m. Cõ. composita ex intellectu agente & possibili tanquã ex duabus partibus essentialibus, per quantum alterã creat intelligibilia, & per alterã recipit ea. sed in aliis intelligentiis non est intellectus possibilis vere, cũ in eis non fiat intellectio recipiẽdo, sicut fit in nobis. Vnde nulla potentia physi. in aliis intelligentiis excepta aia intellectiua, vere repitur. non potẽtia ad esse quia illa insequitur materiã primam: non potentia ad vbi, quia illa insequitur materiam in actu, quæ est corpus simplex nõ compositam ex materia & forma intelligentiæ autem oẽs, nec sunt corpus nec sunt virtutes in corporibus: non est etiã in eis potentia ad intelligibilia, qa in eis nõ differũt intelligens intellectũ & intellectio, sicut est in aĩa nostra in ordine ad nos consyderata, vt ipse tenet: nulla igit' est scd̃m Aue. vera potentia in æternis substantiis. Alia autẽ potentia logica est, quę nihil reale dicit sed dicit ens rõnis. nam potẽtia logica apud me nil aliud est q̃ ens rõnis cau-
B satũ ab intellectu ex non repugnantia terminorum, inquantum nõ repugnat. Pro quo debes scire ꝙ solum vnũ est ens simpliciter perfectum, in quo est tota perfectio possibilis reperiri in habitu entis: & istud est solus Deus, sicut scribit Cõmen. 5. meta. cõ. 21. & tale verius dicitur essentia q̃ ens, cum sit ens per essentiã. Alii vero sunt entia per participationem, sicut scribit Cõmẽ. 2. meta. cõ. 4. & 12. meta. cõ. 51. omnia autem entia citra primum deficiunt aliquo gradu pfectionis possibilis reperiri in habitu entis quia omnia emanãt a .1. eo modo, quo apta sunt emanare. nullum autem ens aptum natum est emanare a primo in ęquali gradu perfectionis primi, cum impossibile sit dari duo prima æque perfecta in genere entiũ, quorum vnũ sit ab alio, imo nullo modo. sicut ostẽdit Philosophus 12. meta. ad finem, & etiam pulchre deducit Scotus. 1. senten. distin. 2. quæstio. 3. Et ideo, quia secunda intelligẽtia emanat a prima in alietate naturæ. & cũ esset tali dependentia a prima, licet scd̃m Philoso. ista intelligentia sit ab ęterno, habens omnem perfectionem possibilem sibi, inquantũ talis intelligẽtia est in tali rerũ ordine constituta; quia ibi non differt posse ab esse sicut patet. 3. phy. te. cõ. 32. possibilitas enim in eis est necessitas. sicut patet. 2. cęli. cõ. 34. Vnde Cõmen. vbi dicit, possibile in rebus ęternis est necessarium, cũ nihil sit possibile in eis
C vere notãt et dixit vere quia nulla vera potentia in eis est, vt deduxi, tamẽ ista intelligẽtia, inquantũ, ens reperitur priuata aliqua perfectione quia sibi inquantum ens non repugnat habere maiorem perfectionem, quã sit illa, quam actu habet, q2 si sic sibi repugnaret, cuilibet enti hoc repugnaret: quod falsum est. sicut si talpę repugnaret visio inquantum animal cuilibet animali visio repugnaret. Ista autem potentia non est vera potentia, quia nihil reale dicit, sed solũ est ens rationis. fictum ab intellectu ex non repugnantia talium terminorum, sicut diximus. & de ista potentia loquebatur Cõmen. 3. de anima. cõmen. 5. in loco allegato, quando dixit in omni intelligentia citra primam reperiri potentiam. Et ego addo, ꝙ etiam in omni ente absolute citra primum est potentia. & ideo opinio illa Subtilis doctoris in. 8. distinct. primi quęst. prima, vbi tenet quamlibet creaturam compositam esse ex actu potentiam tanquã ex priuatione & positiuo est opinio verissima, & de intentione Auerro. sine dubio. sic igitur de potentia præfata distinctio controuersię nondum.

Vndecima contra. est in tex. 36. Arist. & Com. in intelligentiis ponunt intellectum, & voluntatem. vnde primo mouetur ad amatũ in ratione finis & boni, quod est obiectũ voluntatis. Sed huius oppositũ legimus in prima dispu. in lib. destructio destructionum in solu. 11. dubit. vbi dicit ꝙ Philosophi. cõcedũt hoc ꝙ si antiquum haberet voluntatem, bene nouũ ab antiquo ꝓueniret, vbi videẽ negare voluntatem in entibus antiquis & æternis, Nisi esse ꝙ voluntas dupli- **Duodecimo meta. te. 36.** **Solutio.**

6

ėliter sumitur. vno modo vt est idem quod intellectus, sola tamen ratione distin D cta. nam eadem virtus abstracta, vt cognoscens, dicitur intellectus: vt desyderās & amans, dicitur voluntas. & ista est mens Auer. & Aristo. vt ego puto in.3. de anima, vbi non fecit tractatum specialem de voluntate distinctum ab illo de intellectu. & hoc elicitur ex mente Auer.3. de anima.cō.49. Alio modo su mitur pro desyderio duorum oppositorum equaliter. vnde sic sumpsit Com. voluntatem in prima disputatione in lib. destructio destructionum in disputatione prima in solutione.2. dubij. & voluntas isto mō est passio & mutatio, vt testa tur Cō. in disputatione.3. in solutione primi dubij, vbi ꝓbat in Deo nō esse vo luntatem qualis est in nobis quia voluntas in generabilibus desyderat id, qđ vult, & Deus nō desyderat id, quod vult, & talis voluntas est passio & muta tio, Istud cōfirmat ex dispu.11. in solutione vltimi dubij, vbi dicit non est ve rum ꝙ a Deo aufertur voluntas sed noua voluntas, & isto modo voluntas nō est in intelligentijs, sed primo modo.

Duodecimo me.co.36. Solutio.

Duodecima contrad. est in cō.36. Inquit Com. ꝙ formę materiales actu sunt in materia, sed potentia sunt in primo motore. Huius tamen oppositum inuenimus in co 18, ad finem in eodem libro. Soluitur. quando forma materialis est actu in materia, talis potentia est in Deo, quia eminenter in Deo continetur, B nō actu formali. Sed quando potentia est in materia, tunc est in actu virtuali est in Deo. & ista non contradicunt, sicut vides.

Duodecimo me.cō.37. Solutio.

Decimatertia contrad. est in cō.37. Auer. inquit Deū solicitari circa indiui dua sub rōne spēi, nō sub rōne indiuidui. Huius oppositum habetur ab Ari. & ab ipso.10. ethic. ca.10. vbi dicit circa singularia, vt singularia sunt Deum soli citum esse, inquit.n. ibi ꝙ visitat Deus sapientem, sicut facit amicus amicum. Soluitur ibidē. quia dicitur in tex. nam, si Dij curam aliquam habent humana rū rerū, vt existimatur & creditur, rōnabile est eos gaudere optimo & cogna tissimo. patet ꝙ ibi loquitur probabiliter. nam sermones fiunt scdm mām sub iectā: &, qa ibi erat in moralibus, cōgruū fuit vulgo ꝑsuadere hoc. sed ī scia Di uina. te. cō.51, determinat Philosophus scdm propriā intentionē Deū circa sin gularia materialia sunt, non habere solicitudinem, sic diceret, vt mihi videtur Aue. in ista contradictione. Sed ista opinio falsa est, & hęretica, & contra fidem nostram, quę falli non pōt, cū ordine infallibi regatur. nec rōnes Philosophorū cogunt contra nos, immo ipsemet Commen. ab ipsa quasi veritate coactus dicit se quandoque a Deo illustratum fuisse in solutione alicuius difficultatis, & mul ta consimilia. Sed hic est locus dubitationis, quid est hoc dictu Deum intellige re entia secundum speciē, & solicitari de entibus secundum speciem. si .n. intel F ligatur Deum cognitionē habere de Socrate & Platone, vt conueniunt in na tura humana, multiplex videtur sequi inconueniens, tamen quia talis cognitio esset vniuersalis, quia cognoscere Socratem, vt est homo, est habere cognitionē vniuersalem, & per consequēs potentialem, cum scire in vniuersali sit scire in potentia, duodecimo metaphysicę commento decimoquarto. consequens aūt fal sum est. nam secundū ipsum duodecimo metaphysicę co. quinquagesimoprimo scientia Dei non est vniuersalis neque particularis. Amplius. accideret posi tio idearum in mente diuina, quia non est maior ratio, ꝙ species humana cogno scatur ab intellectu diuino, quā alię species, & ita rediret opinio Platonis, quę secundum excellētes Platonicos fuit ꝙ ideę essent in mente diuina. istud au tem videtur repugnare dictis Peripateticorum dicentium Deum tantum vnū intelligere. Ista sunt, quędiu agitaui in via eorum, & tandem deueni ad hoc, ꝙ secundum ipsius Auerrois sentētiam duodecimo metaphysicę commento quin quagesimoprimo, Deus sublimis tantum vnum intelligit: & illud intellectū est sua essentia, quę eminenter est omnia: cū, sicut supra dictū fuit, nulla sit ibi potentia, neq; imperfectio, aut defectus. sequitur autem ex hoc omnia alia en tia supposita esse respectu essentię diuinę per participationem dicta: sicut patet secundo metaphysicę commento quarto. Deus igitur intelligens ens per essen tiam intelligit omnia secundum speciem: quia omnia entia sunt quasi supposita per participationem dictā in ordine ad essentiam diuinam; non ꝙ diuina essen

Quomodo ī telligēdū sit Deum intel ligere entia scdm speciē

D ita formaliter ingrediatur constitutionem aliorum entium. sed ista participatio est talis, quod essentia aliorum entium est quędam participatio dependentię respectu diuini esse, pro quanto quęlibet talis fuit extranea natura a natura diuina, dependens tamen ab ipsa: & secundum quod tales creaturę magis & minus distanter dependent, secundum hoc dicuntur magis & minus perfecte. Et sic intelligitur dictum Philosophi secundo de anima trigesimoquarto, vbi habet quod omnia appetunt participare diuinum esse eo modo, quo possunt. & primo cęli texiu commenti centesimi habet. His quidem communicatum est esse, alijs quidem clarius, alijs vero obscurius. Nulla igitur secundum ipsummet Aristotelem & Auerroem est alia idea, nullũ exemplar, nulla alia forma, nisi diuina essentia quę taliter ab omnibus participatur. Et ideo dicit Com.com. quinquagesimoprimo huius, quod si quis cognoscat caliditatem ignis, talis non dicitur ignorare naturam caliditatis existentis in alijs entibus. & sic Dei intellectio est per speciem, pro quanto cognoscendo se cognoscit illud quod est omnia. quia cognoscit ens per essentiam: ens autem per essentiam species est participata ab entibus per participationem dictis. Istud autem verificari potest per dictum Auer. B quarto physicę auscultationis comm.102. vbi habet. si illud, quod est calidũ simpliciter, est ignis simpliciter, illud, quod est aliquod calidũ, est aliquis ignis. vbi patet manifeste secundum ipsum, ens, participatiue dictum, esse quasi suppositũ entis per essentiam. Et iuxta hoc consimili modo possumus arguere. si ens simpliciter perfectum est Deus simpliciter, & est essentia simpliciter: ergo ens aliqualiter perfectum est aliquis Deus vel aliquid deitatis habens, & est aliquod ens, vel aliquid entitatis habens. sic igitur Deum omnia cognoscere secundum speciem intellexit Commentator: sicque Deum solicitum esse ad extra, intelligendum pro quanto ad gradum entitatis in quolibet concurrit tanquam ad effectum primũ & vniuersalissimum: qui vniuersalissimę & primę causę attribui debet, iuxta illud Philosophi in secundo physicorum te. commenti trigesimi octaui. Effectuum vniuersalium causę sunt vniuersales. Et ideo recte dixit Author de causis propositione quarta, dum dixit primam rerum creatarum esse ipsum esse, & nihil ante ipsum cãtum esse. Sic ẽt verificantur dicta Philosophorũ dicentium res mundi huius esse in intentione naturę sub rõne speciei, non sub ratione indiuidui, nisi per accidens, pro quanto Deus & intelligentię concurrũt per se ad gradus naturę communis. Ad gradum aũt materialem concurrit agẽs materiale, & sic solicitudinem habent circa ista, quo ad ea, quę sunt naturę. sed quo ad ea, quę sunt indiuidui, materię relinquũtur. ponentibus.n. nobis duo extrema latitudinis entiũ, prima materia scilicet & primo motore duodecimo metaphysicę commento decimooctauo, congruum est materiales formas, quę sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore in aliquibus C dispositionibus talia attribui materię, & in aliquibus attribui primo motori, & alijs abstractis substantijs: quę cum primo concurrunt insimul, vt ex eis fiat vnus actus, ex secundo capitulo de substantia orbis, & duodecimo metaphysicę com. quadragesimoquarto, & scdo cęli com. quadragesimo secundo. Ex istis iã patet intellectionem Dei actualissimam esse, cum sit tantum per sui essentiam, quę est ipsa actualitas. Patet etiam qualiter non est ibi vniuersale nec particulare, nec potentia aliqua, nec multitudo idearum, secundum viam Auerrois, & Aristotelis, vt ego puto, licet nos vera hęc esse minime fateamur, quia Catholici confitemur Deum omnia intelligere, iuxta illud Hieronymi. Ne minimum quidem folium cadens in terra cadit absque nutu Dei. Nec propter hoc sequitur intellectum diuinum vilescere: quia tunc intellectus aliquis vilescit ex perceptione rei vilis, quando talis est causatus a re vili, & quando distrahitur a perceptione rei nobilis propter rei vilis consyderationem. Ista autem Deo bene dicto non attribuimus: tũ quia ipse non est causatus, sed causa: tum quia percipiendo alia a perceptione suijpsius non distrahitur, cum alia non percipiat nisi in seipso, nã sua essentia est suũ obiectũ primo motiuũ, & primo terminatiuũ respectu suę intellectionis: alia autem obiecta sunt secundaria terminantia tantum, nullo mõ mouentia Dei intellectum. Licet igitur Aristoteles ista non vi-

derit, nec Philosophi, viderũt tamen ista Prophetæ, qui in superiori gradu sunt D
constituti quam Philosophi secundum sapientes, & ideo stante discordia, in ta libus potius Prohetis credendum quam Philosophis, cum ipsi intentiores Deo sint quam fuerint Philosophi.

Duodecimo me, cõ, 38.

Decimaquarta contradi. est in. 38. com. Ait Com. ꝙ forma hominis inquantum homo, est intellectus. Sed huius oppositum patet tertio de anima commento quinto, vbi videtur velle ꝙ anima intellectiua non sit forma dans esse homini. Defensores Auerrois in quęstione de vnitate intellectus, non potentes euadere argumenta a sancto Doctore in tractatu de vnitate intellectus, & in quęstionibus disputatis de anima, & in summa contra gentiles, deuenerunt ad hoc, vt dicerent animam intellectiuam esse veram formam dantem verum esse substantiale homini ad intentionem Auerrois. & sic volunt hominem intelligere formaliter per animam intellectiuam, tanquam per principium formale coniunctum homini secundum esse. & sic vnitatem intellectus volunt sustinere de mente Aristotelis, & inconuenientia multa euadunt posito illo fundamento. Nos autem volumus, veritatis amore astricti, & Christiane religionis vinculo coacti, ostendere opinionem istam minime fuisse de intentione Auer. vt destructo fundamento, super quo isti innituntur, destruatur positio vnitatis intellectus. Licet enim veritas ista sit animam intellectiuam esse formam substantialem hominis E
dico tamen Aue. istã veritatem non vidisse. Moueor autem ad hoc rationibus & authoritatibus eius. Pręsupponat de intentione eius formam hominis, p quã homo est generabilis & corruptibilis, esse animam cogitatiuam, quę secundũ ipsum educta est de potentia materię: & est multiplicata generabilis & corruptibilis, sicut patet com. quinto, & vigesimo in tertio de anima. Pręsuppono secundo animam cogitatiuam prius natura aduenire homini quam animam intellectiuam: sicut patet secundo de generatione animalium capitulo tertio. & est etiam hoc de mente eius tertio de anima commento quinto, in solutione secundæ quęstionis. Tertio pręsuppono de mente Auerrois animam intellectiuam esse quandam intelligentiam vnam numero in omnibus hominibus, a materia in esse non dependentem, ęternam a parte ante & a parte post. His stantibus, arguo Auerro. nullo pacto posuisse animam istam intellectiuam esse formam dantem esse intrinsece & formaliter ipsi homini. quia dato hoc, sequeretur ꝙ ex duobus entibus in actu fieret per se vnum: quod est contra Philosophũ, & contra ipsum in octauo metaphysicę textu commenti decimiquinti, & septimo metaphy. com. & textu quadragesimonono, & secundo de anima textu commenti septimi. Consequentia probatur. quia, cum anima intellectiua sit quoddã ens actu per tertium suppositum: & homo constitutus ex materia & anima cogitatiua, quę est perfectissima forma inter formas ęductas de potentia materiæ, sit et F
quoddam ens actu. cum igitur anima intellectiua adueniat materię posterius aut natura, aut natura & tempore respectu, cogitatiuę formę, sequitur igitur ex duobus actu existentibus fieri vnum per se formaliter, & intrinsece quantum ad esse: quod est cõtra omnem Philosophiam. Nec potest cauillando dici ꝙ forma cogitatiua non dat esse simpliciter homini, quia, vt dictum est, ipsa est vere forma substantialis, non intensibilis nec remissibilis, vt sunt formę elementorũ secundum Auerroem, neque est forma aliqua generica qualitercunq; distincta a specifica completa, ergo dabit esse simpliciter, & anima etiam intellectiua dat esse simpliciter, ergo etiam sequitur non solum ex duobus actu entibus fieri vnum ens simpliciter, immo sequitur ꝙ vnius rei erunt duo esse simpliciter: quod non capit intellectus. Sed dicebat ꝙ anima intellectiua est forma dans esse, non educta de potentia materię: sed anima cogitatiua est forma dans esse educta de potentia materię: quę quia ordinabilis est ad animam intellectiuam, tanquam ad postremam formam, ideo vtraque poni potest materię vna immediate, & alia mediante alia, & ꝙ ex eis fiat vnũ simpliciter. sed, si istę duę formę essent eiusdẽ ordinis. bene hoc inconueniret. Contra. ens actu, inquantũ actu non est ordinabile ad aliud ens, actu, inquantum ens actu: siue ille actus sit alterius rationis siue eiusdem, ita ꝙ ex eis fiat per se vnum, quia semper oportet,

Aĩam intellectiuã non esse formam dantem verũ esse substantialę homini.

A vt inquit Philosophus, in talibus vnũ esse potentiam, aliud vero actum. sed homo constitutus, vt dixi, per animam cogitatiuam habet esse actu simpliciter p animam cogitatiuam: aliter illa non esset forma dans esse simpliciter: quod est falsum. nam si aliq formæ mixtorum inanimatorum & animatorum dant esse simpliciter, quanto magis cogitatiua hominis, quæ est suprema. ergo anima intellectiua non dat esse simpliciter secundum ipsum, aliter enim sequitur idem habere duo esse. Et confirmatur, quia aut talia esse simpliciter sunt duo, aut vnum. si duo, habeo intentum, ꝙ tunc idem esset bis hõ simpliciter: q͞d est absurdũ. si vnum, contra, quando vnũ esse simpliciter attribuitur vni supposito rõne duarum formarum, quarũ vna est ordinabilis ad aliam, illud esse principaliter attribuitur vltime formę, quę est actualissima. si ergo anima cogitatiua ordinatur ad intellectiuam tanquam ad postremam hominis formam, tunc esse simpliciter hominis inquantum homo principaliter esset ab anima intellectiua, & tũc sequeretur ꝙ homo non esset generabilis & corruptibilis inquantũ hõ, sed inquantum animal. ita arguit Com. 3. de anima commen. quinto. Probatur sequela. quia homo intrinsece & formaliter est homo per se per animam intellectiuã: sed anima intellectiua non est generabilis neque corruptibilis: ergo homo non est generabilis inquantum homo quod est absurdum. Amplius: tu esses per esse mei, & ego etiam per esse tui. nam si esse simpliciter hominis, & Platonis sit p
B animam intellectiuam, cum illa sit vna numero in vtroque; ergo idem esse simpliciter numero erit in vtroque. aut igitur oportet te concedere animam intellectiuam non dare esse simpliciter, aut oportebit te incurrere in ista inconuenientia. Et confirmatur. quia, si anima intellectiua vniretur homini per informationem, sequeretur eam esse multiplicatam & diuisam; cuius oppositum tenet Comenta. Probatur sequela. quia omnis forma dans esse materię aduenit materię mediantibus quantitatibus interminatis, primo capitulo de substantia orbis; sed oĩs talis extenditur ad extensionem materiæ: ergo anima intellectiua erit extensa. Ita arguit Co. primo capitulo de substantia orbis, si intelligentia vniretur orbi mediante dimensione interminata, esset diuisa. sed dicebat ꝙ est ratio diuersitatis: quia intelligentia aduenit orbi non pręexistente aliqua alia forma substantiali, & ideo, si mediãte dimensione vniretur per informationẽ ipsi materię, cum omne receptum recipiatur per modum recipiẽtis, sequitur intelligentiã esse extensam. sed anima intellectiua vnitur homini mediante alia forma substantiali, quia mediante anima cogitatiua, quæ sufficienter terminat quantitatũ interminatarum interminationem, ne progredi possit vsque ad animam intellectiuam. Sed contra. quandocunque est aliqua per se ratio adęquata alicuius effectus, facta quacunq; variatione in accidentalibus causis respectu illius effectus,
C ille effectus remanet, remanente sua per se & adęquata causa. patet ista ex terminis. sicut in exemplo dicimus. si rationalitas in homine est per se & adęquata causa respectu risibilitatis hominis, esto ꝙ rationalitas coniungeretur vel albedini vel nigredini, adhuc manente rationalitatę maneret risibilitas. sed tunc sic ratio per se adęquata extensionis formarum in materia inductarũ est ipsa quãtitas secundum Auerroem primo capitulo dę substantia orbis, & non est pręexistentia, vel non pręexistentia formę pręcedentis in materia. aliter enim formæ mixtorum & formę accidentium aduenientium ipsis mixtis nõ essent diuisę, cum tales aduenient materię post aduentum aliarum formarũ. Sed dicebat ꝙ hoc est verum de formis eductis de potentia materię: fallit aũt de formis dantibus esse materię, non eductis tamen de potentia materię. Sed contra. tu negas ergo Cõmen. tuum, quem defendis. quia a pari sibi dicam in sequentia, quam facit in primo capitulo de substantia orbis de intelligentia, ꝙ esto ꝙ illa vniretur orbi mediante dimensione, propter hoc non sequitur ipsam extendi. quia dicã sibi ꝙ non valet hoc in formis non eductis de potentia materię. sed dicebat ꝙ procedit de intelligentia, & non de anima intellectiua; quia vna aduenit mediãte priori forma, alia, non. Contra. consimilis responsio exigit consimilem replicam. Commentatoris ratio solum innititur rationi quantitatis præcise tanquã ratio, qua dicis si vniretur orbi mediãte dimẽsione, nullã faciens mentionẽ de

præexistenti forma substantiali. vel nõ præexistenti, quia videbat quod illud nõ D erat nisi accidentale respectu diuisibilitatis. Præterea, si tu dicis ideo animam intellectiuam non extendi, licet secundũ esse vniatur materię qa talis aduenit post formam cogitatiuã, quę sufficienter terminat materiam, & interminationẽ quãtitatum existentium in ea, vt vlterius progredi non possint ad subsequentẽ formam. Contra, ergo anima intellectiua aduenit materię sufficienter terminatę per priorem formam.ergo si vnitur materiæ informatę per cogitatiuam, tunc ipsa erit accidens, Sic arguit Commentator contra Auicẽnam primo physicorũ comen.63.qui ponebat formam corporeitatis vniri materię per informationem ante aduentum aliarum formarũ.deducit enim eum ad hoc, quod omnes subsequentes formę essent accidentia: quia aduenirent materię existenti in actu simpliciter. Et si ratio ista apud Auerroem cõcludit de forma corporeitatis, quę secundum Auicennã erat imperfectissima forma quare igitur argumentum consimile non procedet contra ipsum de anima cogitatiua, quę est formarũ perfectissima. sed dicebat quod in formis dantibus esse materię, quę sunt eductę de potentia materię, inconueniens est duas formas substantiales perfectas non intẽsibiles, neque remissibiles esse in eodem subiecto. quia sic, vt aiũt, intelligitur dictũ Auerrois primo capitulo de substantia orbis, dicentis vnum subiectum habere plusquam vnam formam imposfibile est. Dicitur, intensibilitate carentes, propter formam elementi, dicitur eductis de potentia materię quia in talibus, quę E non sunt eductę, stat vnum subiectum habere plures substantiales formas: quarum vna dat esse, & est educta de potentia materię, & alia etiã nõ educta de potentia materię dat esse etiam, sicut est de facto in homine, qui habet esse a duabus formis substantialibus scilicet a cogitatiuã & ab intellectiua, Sed contra, a pari dicam pro Auicenna, quod isto quod forma corporeitatis substantię præexistat in materia, nõ sequitur alias formas accidentia esse quia secundũ Auicennã alię formę, quę de nouo inducuntur in materia, non sunt eductę de potentia materię, sed sunt ab extrinseco motore, quẽ datorem formarum appellat seu colcodeam, sicut inquit de ipso Cõmentator septimo metaphysicę commento 31. Et confirmatur quia, dato quod istę formæ aduenietes post formam corporeitatis essent eductę de potentia materię, tũc adhuc magis videtur ꝙ ex forma corporeitatis, quę materialis, est & aliis formis materialibus, fiat vnum per se, quam ex aĩa cogitatiua & intellectiua fiat vnum ꝑ se, nã illę sunt eiusdem ordinis. istæ vero diuersorum. Amplius opinio ista incurrit oppinionem Platonis, & incõuenientia illius. Nam Aristoteles commento & textu.45. septimi metaphysicę arguit cõtra Platonem, probando ideam non esse causam formalem indiuiduorum constitutorum sub ipsa: causam inquam formalem, dãtem esse non declarantem quiditatem: vt exponit ibi Commẽtator. Et ratio sua consistit in hoc. Substãtia vniuscuiusque indiuidui est sibi propria, quodlibet vniuersale est commune pluribus: F ergo vniuersale non est substantia propria alicuius. Et inquit ibi Commentator quod cum omnia indiuidua cõueniãt in vna substantia numero, sunt vnũ numero modo a pari, si secundum ipsum omnia indiuidua speciei humanę conueniunt in vna forma numero, quę est anima intellectiua, tanquam in forma dante esse simpliciter materię, sicut isti imponunt Auerroi, demonstratiue sequitur omnia indiuidua esse vnum numero. Et ita argumentum, quod ipse facit in commento quinto, vbi difficultat secundam quęstionem de vnitate intellectus: in quo dicit quod, si vnus esset omnium intellectus, tunc tu esses per esse mei, & ego essem per esse tui: & quod homo non esset generabilis inquantum homo, sed in quantũ animal, euidenter demonstraret, si ipse tenuisset intellectiuam aĩam esse formã intrinsece constituentẽ hominẽ. Et illud maximo argumento, est quod Commen. in illo commento nõ soluit ista argumenta. quia iam solutionẽ patuisse supponit ex his, quę declarauerit in illo commento. & est quod anima intellectiua non dat esse formaliter & intrinsece homini, sed assistit solũ, sicut motor mobili, vt nos infra declarabimus de intentione eius aliter enim diminutus fuisse, si ipse tenuisse oppositum. quia argumenta ista sunt in simili casu contra Platonem. & si contra Platonem demonstrant, demonstrabunt & contra ipsum. Confirmatur, quia

A quia tertio cęli commento. 16. principia propinqua rerum corruptibilium sunt corruptibilia, si igitur anima intellectiua esset forma dans esse homini formaliter tunc ergo esset propinquum & immediatum principium, per quod homo est homo: & ita esset corruptibilis. Et ideo Commentator videns hoc dixit tertio de anima commento trigesimo tertio ꝙ homo non est generabilis & corruptibilis nisi per virtutem cogitatiuam: quia ista secundum ipsum est forma per quam homo intrinsece, & formaliter est homo. Amplius homo esset in duplici specie, si haberet duplicem formam substantialem esse perfecto. sic arguit Commentator contra Auicenam tertio cęli commento. 67. ponentem formas substantiales elementorum formaliter in mixto remanere. Nec valet, si dicatur ꝙ homo per animam cogitatiuam non est in specie sed in genere: sed per animam intellectiuam homo est in specie. Contra. quia isti quorum ista est positio, tenent, sicut tenendũ est de mente Commentatoris, esse vnam & eandẽ formã, per quam aliquid est in genere & specie: ergo, si per cogitatiuã homo est in genere, erit etiam & in specie. Amplius, si anima intellectiua esset forma dans esse formaliter homini secundum Cõmentatorem, sequeretur ꝙ non esset idem agens disponens materiam, & inducens formam, contra ipsum septimo metaphysicæ. cõ. 31. Probatur autem sequela. nam in instanti generationis, in quo homo habet principium esse hominis, oportet ibi esse animam intellectiuam. aliter enim homo esset homo sine forma sua substantiali, per quam est formaliter homo, quod implicat contradictionem, sicut implicat album esse sine albedine. quęro igitur in illo instanti, an virtus informatiua, quę est in semine, attingat animam intellectiuam, vel non. primum dari non potest. quia anima intellectiua non est in potestate agentis naturalis qa ab extrinseco aduenit teste Philosopho in secundo de generatione aïalium capitulo tertio, & .12. metaphy. tex. commen. 17. si enim cõsequeretur transmutationem, tunc esset generabilis & corruptibilis. sic arguit contra Platonem Philosophus, & Commentator septimo metaphy. 31. omne mixtum cum materia fit a mixto cum materia. ꝙ si dicas aliud esse disponens, & aliud esse inducẽs formam tunc consequentia contra Auicennam facta nulla est. Forte dices ꝙ ratio Commentatoris contra Auicennam procedit de formis eductis de potentia materię, qualis non est anima intellectiua. immo in talibus non inconuenit aliud esse disponens, & aliud inducens sicut colligitur ex intentione eius primo physicorum commento 62. vbi habet quod non cessant partes spermatis recedere, & fieri partes hominis. & hoc, si forma humana recipit partitionẽ si vero. nõ istud necessario erit in dispositionibus propriorum accidentium formę generę. Sed contra hoc non euadit, qa quantumcunq; forma non acquiratur partibiliter, sed suę dispositiones partibiliter acquirantur, propter hoc tamen non sequitur ꝙ aliud sit disponẽs materiã, & aliud sit inducens formã. Nec valet cauillatio tua

C data quia a pari Auic. diceret ad argumenta eius, ꝙ si formę, quas ipse ponebat aduenire materię ab extrinseco motore, essent aductę de potentia materię, bene inconuenirent aliud esse disponens materiam. & aliud inducens formam, modo secundum Auicennam omnes istę formę substantiales rerum materialium sunt a datore formarũ infundente eas in materia disposita per agens naturale. Pręterea inconuenientia illa, quę adducit Commentator ibi, ęque procedunt de forma educta, sicut de forma non educta, & econuerso. Amplius, accideret animam intellectiuam moueri localiter saltem per accidens: quod Commentator habet pro inconuenienti de quolibet abstracto, patet consequentia. nam motis nobis, mouentur omnia, quę sunt formaliter in nobis. si igitur anima intellectiua est forma hominis igitur. mouebitur ad motum formati: quia non põt sine implicatione contradictionis intelligi aliqua esse formam dantem esse, & quod formatum moueatur, & ꝙ sua forma non moueatur saltem per accidens. Sed dicebat, dando instantiã de polis mundi, qui sunt formaliter & actualiter in orbe, & tamen orbe moto sunt simpliciter immobiles tam per se, quam per accidens. Sed contra, quies polorum est transumptiua, & non est vera quies. sed hoc, hoc ꝙ dicũ Mathematici polos quiescere est ad imaginationem, sicut sunt propositiones Mathematicorũ, sed natura licet hoc non est verum sicut expresse dicit Cõmẽ.

tator in secundo cęli commen.16.&.4.physicorum commento.118. Quomodo D
autem implicet contradictionem, ego sic deduco.nā sumpto hoc homine, quęro an in illo loco,in quo est ipse,sit sua per quā ipse est homo vel non: si sic habeo intentum, ꝙ est in loco per accidens quia locatur ad locationem totius. si non est in illo loco, tunc igitur ibi erit homo sine sua forma substantiali, per quam homo est homo. Nec potest dici ꝙ anima intellectiua sit in loco per operationem quia operatio eius non est mouere secundum locum sed,intelligere.licet.n. intellectus practicus concurrat, vt dicitur in 3.de aīa ad motum progressiuum, tamen illud,quod exequitur motum, est a causa cogitatiua, mediante virtute motiua,quę est in membris.Et ideo posito ꝙ Plato quiescat a motu progressiuo: quęrendum est vt prius,an in illo loco, in quo est Pl·to sit anima intellectiua, aut non est deducatur,vt prius, Amplius, si aīa intellectiua est formaliter vnita corpori scdm esse,sequitur operationem eius,quę est intelligere. esse signatū & materialem patet sequela qa nō potest esse operatio propria alicuius formę magis abstracta,quā sit essentia,a qua prouenit operatio. si igitur aīa intellectiua est forma in materia secūdum esse ergo & intelligere. Confirmatur quia tertio de aīa textu commenti quarti demonstratur intellectum possibilē esse abstractum secundum esse a materia.& non esse corpus,neq; virtutem in corpore. Forte dices ꝙ Aristoteles & Commentator demonstrāt intellectum esse separatū a materia secundum esse ad hunc sensum qa videlicet non sit virtus educta de potentia materiæ non autem quia sit forma dans esse materię. Sed contra hoc non pōt stare secundum expositionem & viam Commentatoris.nam tertio de anima cōmento quinto deridet Alexandrum tenentem actum positum in definitione animę vniuoce dici. & ideo tenuit animam intellectiuam, secundum ꝙ sibi imponit Commentator esse formā eductam de potentia materię: quia actus & finis & perfectio conuertuntur.si igitur omnis anima est actus corporis: ergo nulla est a corpore separabilis. Commentator autem dicit ꝙ actus positus in definitione animę dicitur ęquiuoce,oportet autem. si ipse intendit Alexandro contradicere vt ipse sumat actum equiuoce dictū modo opposito,quo Alexāder sumebat ipsum vniuoce dici, sed Alexander omnem animam appellat actum, pro quanto quęlibet anima secundum ipsum est perfectio & finis corporis. hoc aūt non competit animę inquantū est æducta de potentia materiæ:quia vt sic considerata,forma potius est causata a materia in genere causæ materialis, quam ꝙ sit causa eius si igitur anima est actus,est pro quanto quęlibet secundum esse vnita est materię.ergo secundum Auerroem,si menti Alexā. vult obuiare, non omnis anima est actus vniuoce dictus:quia non omnis dat esse: quia anima intellectiua secundum ipsum est actus vteris corpore.non perficiens corpus,sicut etiam Simplicius dicit in secundo de anima in expositione illius definitionis. Et confirmator authoritate Commentatoris.2.de anima.commento. 22.vbi habet hęc F
verba. Ex sermonibus prędictis manifestum est ex definitione animę ꝙ alię partes animę non sunt abstractę. Et reddens causam huius dicit declaratum est enim in vnaquaq; istarum ꝙ est perfectio corporis organici. perfectio.n.est finis & complementum perfecti:finis autem nō separatur a finito:vnde necesse est vt illę,sint non abstractę,Ecce manifestum locum, in quo Commentator declarat qualiter actus positus in definitione animę sit ęquiuoce dictus.Nā vult aīam vegetatiuam & sensitiuam esse corporis organici perfectionem:& ideo non esse separabilem a corpore,quia finis & complementū non separatur ab eo cuius est si his manifestum est autem secundum ipsum Auerroem tales formas non habere rationem finis & complementi respectu corporis organici. nisi pro quanto dant esse nō quia sunt eductę de potentia materię. quia, vt sic, potius dicuntur constitutæ in esse per subiectum apud ipsum secundum istā rationem.materia.n. est causa formæ secundo physico.30.commen.pro quanto substētat eam: sed forma appellatur perfectio & finis materiæ,pro quanto ipsa est causa materię dās esse ibi, vt ibi dicitur.ergo,si anima intellectiua est separabilis a corpore, oportet ipsam non esse perfectionem & complementum organici corporis per informationem & vnionem formalē, sed dicebat ꝙ forma quęlibet dicitur ab infor-

A mando. si igitur anima intellectiua apud Auerro. dicitur forma hominis, igitur dat esse formaliter homini. Et ista ratione innixi dicunt etiam intelligẽtias dare esse formaliter orbibus. Sed nos contra hos facimus prolixam quęstionẽ de triplici causalitate intelligentię in annotationibus nostris contra Ioãnem de iandu no super sua Metaphysica. Sed pro nunc volo de intentione Auerrois luce clarius ostendere non omnem formam esse per informationem dictam. Nam Cõmentator. 12. metaphysi. cõ. 37. habet ꝙ perfectionum propter quas mouetur per fectum quędam sunt qualitates, quibus perficitur illud, quod mouetur: vt illud, quod mouetur propter sanitatem, & quędam sunt substantię extrinsece a re, quę mouetur ad eas, vt assimilatur eis vt sunt actiones omnes seruorum, quoniam sunt erga genera intentionum domini sui. Hoc Comment. Amplius, si omnis forma esset informans, frustra igitur Philosophus quęsiuisset in secundo de anima in tex. commen. 11. an anima sit actus corporis, sicut nauta nauis. Confirmatur. nam Commentator. 2. de anima super tex. cõ. 21. vbi Philosophus loquens de intellectu dicit ꝙ videtur esse alterum genus animę, habet ꝙ anima intellectiua non dicitur anima nisi ęquiuoce, & rectius dicitur de ipsa ꝙ sit non anima. Et seipsum declarando in eodem secundo de anima commen. 32. dicebat animã intellectiuam esse de natura superiori natura animę. Pro quo debes scire ꝙ ordo entium est iste, natura anima, intelligentia, & Deus Natura est inferior anima, B & anima inferior ad intelligentiam: intelligentia autem inferior Deo. vnde Commentator in libro destructio destructionum disputatione. 12, inquit. Cum autem dixit de Philosophis ꝙ ipse tenent, ꝙ id quod prouenit a Deo. glo. prouenit naturaliter, est sermo corruptus de eis: immo dicunt Peripatetici secundum veritatem loquentes ꝙ entia procedunt ab eo altiori modo quam sit natura, & q̃ sit humana voluntas. Scias etiam apud Arabes animam ab animando dictam, vnde Auicen. loquens in. 9. suę metaphysicę capitulo. 4. de anima imaginatiua orbis, quę secundum ipsum non erat educta de potentia materię, sed solum creata ab intelligentia vnita tamen formaliter secundũ esse, inquit hęc verba. Nos autem iam ostendimus quod anima vniuscuiusque cęli est eius perfectio, & eius forma nec est substantia separata, alioquin esset intelligentia, non anima. a pari dico quod, si anima intellectiua apud Auerroem dicitur melius non anima, hoc non est propter aliam causam, nisi quia non est vnica secundum esse dans perfectionem corpori formaliter, vt isti sibi imponunt. Amplius. Commentator vult. 3. de anima commen. 3. 19. & 20. animam intellectiuam primo vniri homini secundum speciem quam homini secundum indiuiduum: hoc autem non esset si anima esset forma dans esse formale homini quia actus & generationes omnes sunt singularium ex proęmio metaphysic. Amplius Commentator. 3. de anima C commento. 5. tenet animam intellectiuam non vniri homini, nisi mediantibus phantasmatibus: homo autem phantasiari incipit, quando deuenit ad discretionis annos. hoc autem nõ esse si ipse tenuisset animam intellectiuam dare esse formaliter homini. quia tunc a principio viueret, ei quia nullum formatum potest esse sine sua forma intrinseca, etiam per diuinam potentiam, vt nostri Theologi dicunt: cum non possit Deus vicem causę intrinsecę suplere. Et confirmatur nam, si teneamus animam cogitatiuam esse in homine: & teneamus animã intellectiuam esse vnam intelligentiam numero separatam & ęternam, omnia saluari possunt, quod homo non habeat animam istam intellectiuam, nisi post annos discretionis. quia homo omnes operationes vitales, & naturales, & animales habere potest sine anima intellectiua: quia anima cogitatiua secundum Auerroem omnia ista suplere potest. si igitur anima intellectiua ipsi homini vniatur, nulla alia est necessitas, nisi propter intellectionem: sed intellectio non requirit formalem vnionẽ cum corpore secundum Auer. quia potius ista vnio impedit vt diximus. intelligere enim non fit mediante organo corporeo. quare igitur coguntur ponere de intentione eius aĩam istam corporis organici actũ esse intrinsecum nõ video. Vnde isti sunt medii inter Auerroem, & Christianos. volũt enim tenere vnitatem intellectus cum Auerroe, & volunt eam defendere cum principiis Cristianorum, & ista non possunt stare: quia ex oppositis principiis,

sequūtur opposite cõclusiones. Erubescāt ergo mendacio velle tueri vnitatē intellectus, imponēdo ei illud, quod non dixit. sed potius dicant ipsum mentitum fuisse, sicut rei veritas est, ꝙ noua figmenta & monstra parere in via eius. Nam vt luce clarius patet, non minora inconuenientia sequuntur contra hoc, ꝙ dicunt quam contra vnitatem intellectus. & illud maximo argumento est, quod omnes Latini nostri, sicut Albertus cognomento magnus, qui opinionum Arabū, & precipue Auer. fuit fidelissimus interpres, & Beatus doctor, insup subtilissimus Scotus, ac Egidius Romanus, quorum isti non sunt digni soluere corrigiā calciamenti, voluerunt Auerr. sententiam fuisse animam intellectiuam non esse formam substantialem hominis. Taceo Gregoriū Ariminensem, Ioannē de gandauo, Gaetanū, & Paulum Venetū, & multos præclaros Auerroistas ex viuentibus. qui tenuerunt hanc fuisse Auerrois sententiam. Sed, vt dixi, etiam isti bene intrinsecus deueniunt ad hoc. sed volentes euitare inconuenientia contra vnitatem intellectus deueniunt ad hoc, vt dicant animam intellectiuā, & si vnica sit, ipsam tamen dare esse asseuerant. aliter enim non posset homo intelligere per aliquod principium separatum, Et ideo propositū nostrū fuit declarare oppositū de mente eius, vt ab ipsa tandē veritate coacti nullo pacto defendāt vnitatem immo potius fatuitatem intellectus. Ad formā igitur cõtradictionis dicamus, ꝙ Cõmentator seipsum declarat quomodo est anima intellectiua forma hominis in isto commento. 38. quia dicit quod est forma inquantum est agens nos. quia intelligentiæ abstracte duobus modis sunt principia eorum, quorum sunt principia: & secundum quod sunt mouentes, & secūdum quod sunt finis. est igitur forma non perficiēs intrinsece secundum ipsum, sed extrinsece tantum. & ideo appellat Commentator etiā formas abstractas postremas pfectiones, & nō primas respectu orbium. 2. metaphysicę commento vltimo. & anima intellectiua rectius apud ipsum dicitur actus secundus, quam primus, sicut potest colligi ex commento. 5. secundi de anima, & ex commento. 5. tertii eiusdem.

Solo ad cõtradictionē. — D / A — B

Duodecimo meta. cõ. 39 Solutio.

Decimaquinta contradictio est in cõmento. 39. Habet Commentator ꝙ intellectus diuidit materiam a forma. Oppositum patet primo physicorū. 69. & 4. physicorum. 16. & primo cap. de substantia orbis, vbi dicitur quod impossibile est intelligere materiam absq; forma. Soluitur. quicqd intelligitur, intelligit secundum quod est in actu: & cum materia non sit in actu, nisi propter formam, ideo materia intelligitur per formam. nam, cum materia sit purum potentiale, caret principio formali, quo aliquid cognosci potest. Et ideo dixit philosophus in septimo metaphysicę in tex. commenti. 35. quod materia secundum se ignota est. Intellecta autem sic materia, in primo intellectu occurri potest intellectus diuidere materiam a forma, & intelligere materiam non esse formam: nec aliquam habens formam. & isto modo consyderata materia non habet esse extra animam, quia non potest secundum ipsum. 2. physicorum commento. 12. existere sine forma, quia tunc, quod non est in actu esset in actu, sed solum vt sic habet esse in anima, & est ens rationis, vt dixit Commentator. 12. metaphysicæ commento. 14. pro quanto vt sic solius rationis potest esse obiectum, non autem naturæ vel agentis naturalis. quia, si materia extra animam esset sine omni forma non posset aliquam recipere in actu, vt scribit Commentator in. 8 physicorum commento. 4. sic patet qualiter intellectus materiam a forma diuidere potest, & in quo actu, & qualiter non. — C

Vtrum primus motor de mente Auer. sit Vigoris infiniti.

Auerr. 12. diuinæ philosophię. 41. ait, Motus celi componitur (vt declaratum est) ex duobus motoribus, quorum vnus est finitę motionis, & est anima existens in eo: et alter est infinitę motionis, & est potētia, quę non est in materia. Ex quibus habetur ꝙ primus motor est infiniti vigoris. Nam in dictis verbis ait, cęlum a duplici motore moueri; quorum vnus est finitę motionis, & est anima eius, & est motor coniunctus, alius autem est infinitę motionis. Manifestū est autem istos motores oppositas dispositiones penes finitum, & infinitum habere. Nec dici potest motorem coniunctum cęli esse finitæ motionis in duratione: quia nullus motor ibi est, qui per finitum tempus in duratione moueat, quia omnes cęli motores ęterno mouent tempore, Restat igitur ꝙ motor coniun-

A ctus sit finitę motionis in vigore: & separatus, infinitę motionis in vigore. Oppositum huius habetur ab ipso Auer. 2. cęli. 38. vbi ait. Et ob hoc quidem necesse est, vt omnis motus naturalis, & voluntarius habet velocitatem terminatam: quia omnis motus habet motorem terminatum. & si esset possibile inueni re velocitatem non terminatam, tunc motor non haberet potentiam terminatam, ergo nec naturam terminatam & sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti: & non intelligentur ex suo esse res proprię ei. Et hoc plura media probat. Et parum infra in eodem co. ait. Et ideo credendum est, ꝙ potentię mouentium sunt terminatę proportionis ad corpora mota: & ꝙ infinitas non inuenitur in eis, nisi propter ęternitatem. Et de toto reddit causam dicens. Causa. n. abscisionis continuitatis esse, & eius ęternitatis est materia. Cū ergo motor, & res mota ex illis abscinduntur a prima materia, nō abscindetur suum esse, neq; suum opus, quod est mouere, & moueri. Et quia causa in terminatione proportionis, quę sunt inter potentias motorum, & rerum motarum ab eis est, diuersitas formarum, continget, vt hęc finitas sit communis formis, quę sunt in materia, & formis, quæ non sunt in materia. Et in co. 39. eiusdem. 2. dicit. Quoniam nos non intendimus per infinitum, nisi infinitum motionis i. ꝙ motio eorum non cessat infinitas autem intensionis. vt illic non sit proportio inter potentiam motoris, & moti, impossibile est in formis, inquantum sunt formæ. Hoc
B etiam affirmat in cō. 63. eiusdem. 2. de cęlo dum dicit. Et hoc quod diximus in hoc est manifestum ex rebus quas scripsimus ex primo motore. Iam enim declarauimus illic, ꝙ additio potentię motoris, super potentiam moti, non est infinita nisi in tempore, & in ęternitate motionis, neq; in velocitate, neq; in multitudine motuum, neq; in magnitudine corporum & motuum multitudine, & velocitate motuum esset possibile inuenire motum non in tempore, & corpus motum in infinitum: quod est impossibile. Et quod est possibile ex istis, non est nisi motionem esse infinitam, secundum ꝙ dicitur, ꝙ potentię istorum motuū sunt infinitę. Hoc etiam dicit in 8. phy. cō. 79. dum ait. Dupliciter enim potentię motiuæ possunt dici infinitę: aut quia actio earum nunquam cessat: aut quia motio earum est tantę velocitatis, ꝙ non inuenitur magis scilicet ꝙ illud quod ab his mouetur, velocius mouetur omni mobili. Quod autem aliqua potentia sit infinitę motionis secundum hunc modū, impossibile est: nisi motus possit fieri in instanti, s. ꝙ aliqua potentia sit, quę infinitam facit velocitatem in ipsum, quod mouetur, quanto enim maior fuerit motor, tanto motio eius erit velocior. Motores igitur siue materiales fuerint, siue non materiales secundum hunc modum, conueniunt in hoc, ꝙ motio eorum sit finita. Deinde subdit ꝙ si ipsi cęlo inessent stelle plures, aut maiores: aut destrueretur motus eius, aut tardaret. Hoc
C clarissime atestatur ipse Aue. in libello de Sub. orbis cap. 3. dum dicit. Infinitū igitur in vigore, cuius causa est corpus, secundum ꝙ corpus, impossibile est in corporibus siue cęlestibus, siue alijs. Infinitum vero in tempore necesse est esse in corporibus cęlestibus, ex diuersitate motoris, & moti in eis, a corporibus generabilibus, & corruptibilibus & plura alia, quę in illo ca. dicuntur. Vnde patet clare ꝙ mens Auerro. fuerit, ꝙ primus motor in mouendo sit vigoris finiti. Ad hoc dico & ista questio est valde difficilis. & ipse met Auer. de hac re ambiguus fuit longo tempore, vt patet ex eius verbis & conatus est fugere aliquando illam difficultatem. vt patet 8. physicę auscultationis. 79 respondendo ad secundam questionem ibi positam. Nam illa responsio fuga est, & habet difficultatem clare contra solutionem primę quæstionis. Et ꝙ hoc sit verū patet. Nam in libello de substantia orbis aliam illius quęstionis solutionem posuit. Et illa auctoritas. 12. metaphysi. multos decipit. Intantum ꝙ tenuerūt de mente Auer. primum motorem esse infiniti vigoris. Et Thomas vius Cardinalis dixit in questione, quam fecit de infinitate primi motoris in fine, ꝙ oēs auctoritates Aue. in hac re, excepta illa. 8. physi. qua dicitur non esse virtutis finite, nec infinite, loquuntur de motoribus proximis, idest de animabus cęlorum. Et mirum est de isto doctore, qualiter talia dicat & se offendat sic modicum in motoribus proximis, idest de animabus cęlorum, Et mirum est de isto doctore,

Auer. ambiguus longo tempore de hac q.

Thomas vius decipitur

qualiter talia dicat,& se ostendat sic modicum in doctrina Aue. exercitatū, dicendo ꝙ omnes auctoritates Aue. preter vnam in hac re debent intelligi tali modo: cum hoc minime inueniatur, si bene Auer. verba considerentur. Vnde aut Auer. non intelligit, aut fingit per se non intelligere. Ad ꝓpositū igitur redeundo dico quęstionem hanc difficilem esse, quod diuersitas opinantium ostē dit. Tamen (quicquid alii dicant) mens Auer. est motorem primum finiti vigoris esse. Et pro solutione dico iuxta eius doctrinam. 1. cęli. 76. ꝙ cęlum tribus modis capi potest quorū vnus est, quū cęlum pro toto cœlo, quod motu diurno mouetur accipitur. & tunc est simili vni animali, vt ait Auer. in libro destructionum dispu. 3. fol. 18. dub. vbi dicit. Dicimus, ꝙ hoc est concessum ab oībus philosophis: ꝙ corpus cęleste est simile vni animali: & suus motus diurnus, qui est cōis oībus cęlis, similis est vniuersali motui locali eiusdem animalis & motus particulares cœlorum similes sunt motibus particularibus membrorum ipsius animalis. Et est philosophis manifestum, quomodo in aīali vna est virtus, ex qua fit vnum: & ab eadem omnes virtutes ipsius & ad vnum opus tendunt. s. regimē, & conseruationē totius corporis. Et hęc virtus colligatur cū virtute, a primo principio influēte. Vnde si hoc necessariū est in vno aīali. s. ꝙ vnā habeat virtutē spiritualē in oībus suis partibus extensam, ex qua virtus, & mēbra illius, fiunt vnū & idē, & oēs eius virtutes fiunt vna & eadē: & operatio partium eius admodum similis est operationi partium animalis ad illud aīal, sequitur ergo ꝙ oportet ꝙ sit vna hęc virtus spiritualis, ex qua colligantur omnes virtutes spirituales, & corporeę & est vnigenea, & extensa in toto vniuerso: alioquin nullus ordo sequeretur in hoc mundo. Vnde totum aggregatū dicitur animal magnum. & animal corruptibile, ad eius instar, Microcosmos dicitur. i. paruus mundus. & apud philosophos est, & dicitur animatū non ꝓp aliā causam. nisi propter appetitum, & motum in loco, vt dicit ipse Auerro. in libro de sub. orb. çap. 1. Vnde sicut motus particulares in nobis, & omnes virtutes in nobis, ab vna principale virtute quę est in corde, dependent, ita omnes cęlestes orbes, & sui motores, a primo dependent motore qui mouet primum orbem motu diurno. Vnde Auerro. 12. metaphysi. 44. scribit circa id quod dictum est dubitando dicens. Sed quęret aliquis quoniam si motus omnium orbium intendant eandem actionem, & eundem ordinem communem omnibus, necesse est vt habeant eandem formam. intellectam, extrinsecam a formis, quas intendit vnusquisque per se scilicet formis propriis erit igitur forma, quasi finis addita super formam propriam. erga: quam mouetur vnusquisque orbis aliorum orbium. Et soluendo dicit. Dicamus ergo ꝙ nulla forma est quasi finis & communis & vniuersalis, nisi illa ex eis quæ habet actionem cōmunem. & hæc est dispositio formę mouentis primum cęlum motu diurno. Dispositio enim entium in iuuamento corporum cęlestium ad inuicem in creando entia, quę sunt, & conseruando ea, est sicut dispositio regentium bonorum, qui iuuant se ad inuicem in regēdo bonam ciuitatem. quoniam omnes actiones eorum sunt erga actiones primi principis. ponunt. n. actiones suas seruientes, & consequentes actionē primi principis. Quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus necesse, est vt habeat actionem propriam, quę est nobilissima actionum: & si non esset ociosus. quam actionem intēdunt per suam actionem omnes, qui sunt sub primo principe. Quemadmodum igitur necesse est in istis principatibus, vt primus principatus sit: sicut est necesse in actionibus principium, vt prima actio sit. Et sic accidit in artificijs, quæ iuuant se adinuicem erga vnum artificiale: & sunt illa quorum quędam sunt principiantia alij. & omnia reducuntur ad vnum artificium. verbi gratia quoniam plura artifitia seruiunt artificijs equitandi. Sic igitur est intelligendum de istis corporibus cum suis formis, a quibus mouentur: & de istis formis adinuicem. multum enim assimilantur artificijs, quę seruiunt sibi adinuicem. & quę intelligunt adinuicem, sunt principia eorum, ex quibus accipiunt intellectum proprium. verbi gratia quia artificium frenificandi accipit sua principia ab artifice equitandi, & similiter alia artificia seruientia huic artificio. Differentia autem inter ista, & artificialia est, quia formę

Omnes cœlestes & sui motores a primo depē.

Quid accidit in artificijs.

A artificiales mouentes artifices sunt in materia:istę autem non. Ex quibus verbis Auer.aperte habetur ꝙ cœlum est vnum animal sempiternum,ex pluribus orbibus constans:& ex motoribus pluribus . & orbis primus est veluti cor in animalibus: quod membrum est principale , a quo dependēt omnia alia membra. Et motor primus, primum mouens orbem , est tanquam cordis anima : a qua omnes virtutes particulares profluunt in reliqua membra . Sicut igitur omnia membra cum corde colligantiam habent,& mouentur a motu,a corde profluente,tanquam a fonte omnis motus, & principali principio : vt peripatheticorum princeps tenuit in secundo de partibus animalium,& in libro de sen. & sensi. sic essentialem,& necessariam dependentiam a primo motore omnes orbes habent,& vltra motum proprium , motu diurno mouentur ad motum primi mobilis . Et sic motores mouentes alios orbes inferiores insequuntur,& intendunt primum motum primi motoris . & primus motor dicitur esse motor , qui est purus actus : in quo nulla prorsus est potentia . & dicitur motor separatus,quia nullus est adeo eleuatus a potentia, nullusq; est independens in mouēdo,sicut ipse.Et quia omnium aliorum motorum respectu est sicut forma, & finis,qui mouet omnes alios motores aliorum orbium in ratione amati,& desiderati;& ille finis semper est actu coniunctus cum aliis motoribus : ideo sub hac ratione , est causa, ꝙ alij motores sempiterno tempore mouent . quia ibi secus

Cœlum est vnū animal sempiternū.

B est , quam sit in motoribus materialibus , in quibus finis motus distinguitur a motore,& est in potentia:& ideo suum mouere est finitum: vt ait co. in libello de Substan.orb. cap.1.&.2. & . 12. meta.36. Est igitur mens Auer. in auctoritate.12. meta. 14. ꝙ motus cœli sit a duobus motoribus tali modo . Sumendo enim cęlum pro toto mundo superiori, sic ibi est duos motores considerare , motores.s.coniunctos suis orbibus . Qui (vt sues mouent orbes) sunt potentię finitæ,& vigoris finiti: & sic habent determinatas proportiones supra mobilia sua:& se inuicem in velocitate mouendi excedunt : vt clare Auerr.ait.2. cęli,38.&.39.&.71. Et quia finitatem vigoris habent, hinc est,ꝙ in tempore, & non in instanti mouent . Et quia vna est minoris vigoris alia, vna velocius quam alia mouet . Sed quia ꝙ ęterno tempore moueant est , quia sempiternum finem habent,semper actu mouētem in ratione amati,& desiderati . Et ideo iste finis dicitur forma , seu motor separatus , quia omnibus alijs motoribus communis est,& tanquam omnium forma est , omnes enim tali ratione respicit,& non vnum tantum . Non est autem intelligendum ꝙ motu diurno non effectiue moueat talis motor suum orbem : immo vt sic mouet ipsum, & omnes alios inferiores orbes diurno motu . & vt habetur in.3. de anima commē.5. in solu.3. quest. & in.12.meta. commen. 41.& in pluribus alijs locis . quia est maxime

Mēs Auer. 12.met. 41.

C liberatus ab omni potentia, dicitur separatus,& dicitur separatus in ista ratione presertim,quia mouet, vt finis . quia finis est causa causarū causalitas enim finis est in causata. Et quia in ratione qua mouet vt efficiens alios motores : immo ipse met vt mouet, vt efficiens , presupponit se ipsum in ratione finis,vt Auer. atestatur.2. physic.78. & isto modo iste motor est infinitę motionis.i.vt mouet in ratione finis , est causa infinitę durationis in motu cęli . Et hoc habetur ex eius mente in .12.metaph commen. 41. vbi multa dicit auctoritate Themistij. Et sic patet quomodo intelligitur auctoritas 12.metaph.41.allegata in oppositum . Et patet qualiter mens Auerr. est , ꝙ primus motor est vigoris finiti ; & non in oppositum, vt aliqui dixerunt . & sic contradictio remouetur . Et hęc sint dicta de intentione Auer.

Auer.12.diuinę philosophię.14. ait ꝙ motus cęli possibilis est ex se non esse cum habeat contrarium quietem,& tamen perpetuatur ab intelligentia. Tamen.1.cęli.124.clare ait Auer.ꝙ possibile ex se,non potest ab alio perpetuari, Ad hoc dico, ꝙ propositio primi de cælo vt exponitur ab ipso Auerro.12 metha.cō.alleg.no est vera.in substantiis,& fallit in accidentibus.Et sic non est contradictio,quia seipsum exponit si vis videre solutiones instanttarum quę cōtra hoc adducunt vide Zimaram theo.46 vbi de hac materia loquitur.

Vtrum Motus Cęli perpetuetur ab extrinseco?

Decimasexta cōtradictio est in cō,41, Habet Commentator ꝙ in cęlo nulla

Duodecimo meta,cō.41.

est alia potentia nisi ad quietem. Oppositum patet per ipsum.6. phy.cō.15.& D 7.phy.cōmen.2.&.9.metaphysi.comm.& textu.17. vbi dicitur ꝙ nō est timendum ꝙ corpora cœlestia stent. Magna fuit, magnifice domine, altercatio inter nos hoc anno in exercitationibus & disputationibus, quas habuistis vos nobiles inuicē. Et magnificus, ac perfectissimi iudicijs dominus Gaspar Contarenus amicissimus tuus, & studiorū meorum collega dubitauit acutissime contra Cōmentatorem in presenti passu. Nam dictum eius, ꝙ in cœlo non est potentia ad corruptionem, sed solum est in potētia ad quietem, aut hoc intelligitur de cœlo inquantum cœlum, aut hoc intelligitur de cœlo inquantū corpus. Si de cœlo inquantum cœlum, hoc est falsum; quia per ipsum comme.1.septimi physi. cœlū inquantū cœlum non potest quiescere. Si vero dicas ꝙ dictum Auer. intelligitur de cœlo inquantum corpus, tunc nulla vt sic est differentia in dicendo cœlum esse in potentia ad quietem, & dicere ipsum esse in potentia ad corruptionem. Quod si forte dicas cœlum inquatū corpus posse corrumpi: cœlum autem inquantum cœlum posse quiescere: tunc comparatio erit in equiuoco. Similiter, vt dictū est, tunc Commē. contradiceret sibiipsi. quia ipse minime vult cœlum, inquantū cœlum, posse quiescere. Argumentū est satis difficile, sicut vides. Sed, vt mihi videtur, dici potest ꝙ cœlum potest sumi tribus modis, vt scribit Cōm: in primo cœli commen,76.&.96. vno modo pro orbe, qui mouetur. alio modo pro toto aggregato ex omnibus orbibus: quod vt sic animal magnum dicitur. & dicitur etiam cœlum aggregatum ex intelligentia & orbe. Tunc dico ꝙ B cœlum pro orbe tātum non habet potētiam ad corruptionem, inquantū orbis talis est, quia est corpus simplex carens materia: licet inquantum corpus absolute, vt ly corpus dicit aliquid indifferens ad corpus generabile & eternum, possit corrumpi potentia logica, que nihil aliud est, nisi non repugnantia quedam, et non implicatio contradictionis, causata ab intellectu ex terminorum rationibus, inquātum non repugnant. Cœlum autem pro orbe tantum potest quiescere, & inquantum corpus, & inquātum cœlum. quia successio & fieri motus nō dependet in esse, nisi ab ipsa intelligentia, tanquam a causa extrinseca totaliter causante entitatem motus, sicut dicit Commentator in presenti commē. Et ideo cœlum pro orbe sumptum, ꝙ sit in motu non habet a se hoc, sed ab ipso motore. ideo vt sic etiam solitarie consyderatum absq; intelligentia non implicat contradictionem ipsum posse esse in quiete. Et isto modo sumpsit cœlum Commentator hic, dum dixit cœlum non habere aliam potentiam inquantum cœlū sic sumptum, nisi ad quietem. quia, vt sic, non habet potentiam ad corruptionē, vt dictum est. Sed septimo physicorum commento.2. &.6.physico.15. et nono metaphysi.tex.commen.17. quando dicitur cœlum non posse quiescere, inquantum cœlum, ibi sumitur cœlum pro aggregato ex intelligentia & orbe. quia, vt sic, stat sub motore, & vt sic non potest non moueri: quia ibi non est con F tingentia: quia esse a posse non differt in talibus. tamen inquantum corpus tale cœlum consyderatum, non repugnat sibi quies. quia tunc cuilibet corpori repugnaret quies: quod est absurdum. Argumentum igitur ex equiuocatione cœli procedit: quia aliter sumitur cœlum ibi, & aliter hic, sicut patet ex declaratis.

44 Vtrū sit entia diminuta quorū nobilitas in actione consistit?

Auer.2.cœli,63.ait, Et intendebat declarare per hoc, ꝙ ea, quorum nobilitas est in actione, sunt diminuta. Oppositum huius habetur. 12. meta. 51. vbi Arist. querit, vtrum Deus intelligat habitualiter, & dicit, ꝙ si Deus intelligeret per modum habitus, tunc ei nihil honorabile inesset. Vnde dicebat Aristo.1.ethico.18. ꝙ homo per dimidium vite non est felix. quia quum dormit non est felix. dicit ergo ibi ꝙ felicitas Dei est in actione. Ad hoc respondeo, & summo distinctionem, quæ habetur ex Auerr. in.63.2.de cœlo, ꝙ duplex est actio. quedam.s. que non est distincta a sua substantia: & quedam, que est distincta a sua substantia. Hoc sic ergo dico, ꝙ Auer. in.2.celi.63. loquitur de actione, que est distincta a sua substantia. & talis actio indicat imperfectionem. In 12. autem meta. ubi supra, non est sermo de tali actione. Vnde intellectio Dei est essentia Dei. Vnde (vt ibi habetur) Deus est substantia intellectualis, semper actu intelligens, nam Deus est ens nobilissimū omnium, Hoc autem non esset,

Actio duplex. s. distīcta a sua substantia, & nō distincta.

A ſi intelligens nõ eſſet:aut nõ eſſet ſemper actu intelligens. Vnde ait.ſi nõ intelli gat,quid vtiq; erit inſigne venerabile? ſed habet quemadmodum vt ſit dormiens. vbi Auer. inquit. Neceſſe eſt,ſi eſt intelligens,vt ſemper ſit ſecundum alterum iſtorum duorum modorum : aut ſecũdum diſpoſitionem,in qua nõ vtitur ſciens ſcientia:aut in qua vtitur. Si igitur fuerit in diſpoſitione, in qua ſciens non vtitur ſcientia ſua,eſt quaſi dormiens: & non erit in eo diſpoſitio nobilis. & hoc eſt inconueniens. Et iam ſua ſubſtantia eſt ſua intellectio. & ſic oſtenditur per philoſophum. Nam ſi ipſe non ſit ſua intelligentia .i. ſua intellectio, ſed potentia, tunc igitur non erit optima ſubſtantia. per intelligere.n.ei honorabile ineſt. Quaſi dicat,cum Deus non ſit in optima diſpoſitione, niſi per intelligentiam,ſi ſua ſubſtantia non ſit ſua intelligentia, tunc igitur ipſe ex ſe nõ erit optima ſubſtantia, & perfectiſsima : ſed perficitur per aliud.ſ.per ipſam intellectionem. & hoc eſt inconueniens. In nobis autem non eſt ſic. Humana enim intellectio eſt qualitas. Equiuoce enim (vt dicit Auer.12.meta.51.) dicitur de ſcientia noſtra, & Dei ſcientia,& ſic non eſt contradictio. Ex hac etiã diſtinctione elicitur ſolutio ad argumentum Ioannis Andegauenſis volentis, ꝙ Deus non moueat effectiue primum orbem. quia Deus, cum ſit perfectiſsimus entium,nõ habet aliquam actionẽ. Dicitur ꝙ Deus,& omnia abſtracta acqui-
B runt ſuam perfectionem ſine aliqua actione,ideſt ſine actione, quę ſit alia a ſubſtantia eorum. Vnde intellectio intelligentiarum eſt eadem cum ſubſtãtia earũ.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Sermone de Subſtantia Orbis.

C

AVer,in.1.ca.de ſubſtantia orbis ait. Non eſt dicendum ꝙ formę a quibus mouentur corpora cęleſtia,ſunt aliæ a formis,ad quas mouentur.& ꝙ illę quæ debent eſſe non in materia omnino.& quę,carent ſitu,ſunt formę,ad quas mouentur.cum illę a quibus mouentur,ſint formę in materiis. Ex quibus verbis patet ꝙ motus cęli non cauſatur a duobus motoribus realiter diſtinctis.Nã in illo libello vult clare Auer.contra Auic.ꝙ abſtracta a materia moueant in duplici genere cauſę,finalis.ſ.& efficienti.Oppoſitum huius videtur dicere ſuper.12,met.41.ait. Motus cęli componitur(vt declaratum eſt) ex duobus motoribus:quorum vnus eſt finitę motionis ; & eſt anima exiſtens in eo.& alter eſt infinitę motionis:& eſt potentia quę non eſt in materia. Ex quibus habetur ꝙ motus ipſius cęli ſit a duobus motoribus,realiter diſtinctis. Ad hoc reſpondeo.& dico ꝙ hęc apparens contradictio fuit.in cauſa], ꝙ aliqui conceſſerunt Auerr.in hoc ſibi ipſi contrarium eſſe,[quod valde abſurdum eſt. magnus enim vir fuit in doctrina peripathetica. Georgius vero Ariminenſis volens ipſum ſaluare in.2.ſen. di.1,q.1,artt.2.dicit,cum improprie fuiſſe loquutũ in illa auctoritate.12.me.Sed quia dicta Gre.habẽt con.ſe aliquas difficultates. maxime con.illud qđ tenet,ꝙ primus motor reſpectu aliorũ orbiũ,qui ſunt ſub

Vtrũ motus cęli cauſetur a duobus motoribus realiter diſtinctis.

Rñſio Gregorii Ariminenſis.

Cęlum tribus modis sumi pōt.

orbe stellato, concurrit vt finis tantum. nam concurrit etiam vt efficiens, pro D quanto oēs mouet motu diurno: vt ad longum alias deo permittente videbimus. Etiam incongruū videtur de Aue. dicere, ꝙ in hac difficultate ardua improprie loquutus fuerit. non enim magni philosophi mos est. Ideo aliter dicendū est, vt dicit doctissimus Zimara in theorematibus suis. & dicitur. ꝙ cęlum pōt sumi tribus modis, vt dicit Aue. 1 cęli. 76. s. pro toto cęlo, quod mouetur motu diurno. & pro toto mundo, & pro octaua sphera. Hac posita distinctione, dico ꝙ ex illa auctoritate. 12. me. co. allegato, non habetur in quolibet cęlo esse duos motores realiter distinctos. nam ib. cęlum capitur pro toto mundo superiori. Sed secundam Aue. hoc modo ipsum cęlum accipiendo, habet duos motores realiter distinctos. Nam hoc modo potest dupliciter cęlum considerari: et quo ad hoc. ꝙ ille motus est in tempore: & secundum ꝙ illi motus particulares sunt habentes determinatas mensuras adinuicem in velocitate. & tarditate: & sic proueniunt a motore efficiente motum: qui est prima forma, vt mouet vt efficiens primum orbem, & omnes alios, qui sunt sub eo, motu diurno. & omnes alii motores, qui sub eadem ratione sua mobilia mouent. proprijs motibus. Et quia omnes intelligentię sunt finiti vigoris. hinc est, ꝙ omnes mouent vt efficiens finito tēpore in velocitate motionis: & nulla mouet in instanti. Et quia omnes, vt sic sunt proprijs mobilibus applicatæ, omnes dicuntur anima respectu sui orbis. vel quia formaliter inherent, pręter motorem primum, vt sentire videtur Ale. vel B secundum ꝙ tenetur in via Aue. omnes intelligentię habent proprium orbem. & illę, vt sic, dicuntur animę. Prima autem intelligentia (licet immediate respiciat primum orbem, quia tamen etiam mediante illo respicit omnes alios orbes) potest dici forma abstracta, & separata: quia est forma communis: & vniuersalis. Et licet (vt mouet) potest dici anima cęli, tamen (vt est cā finalis ab omnibus desiderata) sic est forma separata. quia vt sic, non potius vnum respicit, quam reliquam. & vt sic est causa infinita is in duratione. Vnde est, ꝙ motus cęli taliter sumpti sit infinitus in duratione: hoc principaliter dependet a primo fine, & nō a particularibus finibus Vnde, si per possibile, vel impossibile non esset: iste finis communis in actu, non esset motus ęterno tempore simpliciter. Licet igitur quęlibet intelligentia in se considerata, mouet vt efficiens, & mouet vt finis vniuersalis, qui est idem cū primo motore. est, qui primo largitur sempiternitatem motus: & nō sunt fines particulares, qui sunt sub illo. Et ideo alius est motor, qui largitur simpliciter sempiternitatē, & alij sunt motores, a quibus motus proprij producuntur in proprijs orbibus: licet idē sit motor, qui mouet totum cęlum motu diurno. Et sic patet quo pacto in motu cęli sint duo motores realiter distincti. Et in libro de substantia orb. cap. primo loquitur Aue. contra Aui. ponentem in corpore cęlesti in vnoquoque orbe animam imaginatiuam, quę erat de numero animarum sensitiuarum, quæ exi- F stunt in materia, a qua effectiue producitur motus: sed intelligentia solum mouebat in ratione finis. Et sic patet qualiter Auer. non est sibi met contrarius, vt aliqui concedebant. Et hęc sufficiant.

Vtrū prius substātia sēper sit substantia? Duplex naturę prioritas.

Auer. in libello de substantia orbis cap. primo per plura dicta ponit dimensiones interminatas. q̄ę accidentia sunt, esse coęternas primę materię. Ex quo clare habetur, ꝙ non substantia pręcedit substantiam, quia materia primitus recipit illas dimensiones, quæ accidentia sunt, quam formas substantiales. In oppositum est Aristo. 12. methaphysi. 43. vbi ait, & ꝙ prius substantia, substantiam esse necesse est. Et etiam habetur in illo loco ex ipso Auer. Ad hoc dicitur ꝙ Aristo. 12. metaphysi. loquitur de illo priori, quod est prius natura secundum perfectionem, & non de illo quod est prius via generationis. Duplex est enim naturæ prioritas (vt scribitur 9. metaphysi. 15.) quantitates autem interminatę, & qualitatiuę dispositiones pręcedunt via generationis, formam substantialem, & sic dictum Auerr. in libello de substantia orbis non contradicit Aristo. quia de tali prioritate Aristo. non loquitur. Et si dicatur. ꝙ nullo pacto accidens debet pręcedere substantialem formam via generationis, quia Aristo. 7. metaphysi. 4. dicit, ꝙ substantia pręcedit accidens diffinitione, cognitione,

A tempore, & natura. Adhoc dicitur, vno modo, ꝙ dictum Aristo. in .7. metha. veritatem habet secundum viam Auer. in accidentibus fundatis in substantijs cõpositis, quę sunt generabiles, & corruptibiles, nam de talibus loquitur Ari. in 7. methaphy. & in 8. secundum mentem eius, ibi in suo prologo. Aut possemus dicere exponendo auctoritatem Aristo. 7. metha. hoc pacto. s. (vt Zimara exponit) ꝙ accidentia quæ substantiam sequuntur, sunt in duplici differentia. s. separabilia, & inseperabilia. Substantia pręcedit accidentia separabilia tempore inseparabilia autem natura tantum, & non natura, & tempore simul sicut est respectu separabilium. Et ꝙ Aristo. hoc voluerit patet, nam in illo textu ponitur quatruplex prioritas, (vt habetur in litera gręca, manifestę) & non absque causa ponitur prioritas naturę, vltra prioritaem temporis, Non enim absq; ratione Aristo. loquutus fuit illo modo,

Vtrum vnū subiectū possit Habere plures formas substantiales.

Auer. in libello de sub. or. ca. 1. ait. Vnā enim formā habere nisi vnum subiectum impossibile est. Oppositum huius habetur ab ipso. 3. cęli. 67. vbi vult, ꝙ elementa in mixto sunt formaliter, & ꝙ materia recipit formas mixtorū mediantibus elementorum formis, hoc ēt habet ex doctrina ipsius Auer, 1. physi. 69. Huic satisfacit Ioan. andegauēnsis super de sub. orb. ca. 1. ꝙ forma substantialis duplex est, quędam. s. est perfecta, & quędam imperfecta, perfecta, vt forma mixti, imperfecta, vt forma elementalis (vt ait ipse Auer. (tunc ad propositum dicit, ꝙ vnum subiectum, loquendo de formis perfectis, non potest habere

Responsio Ioannis.

B plures formas, tamē bene põt recipere plures formas. s. formas imperfectas, primo, vt sunt formę elementorum, & deinde formam perfectam. s. mixti. Et sic, quando dicit Aue. ꝙ vnū subiectum non potest habere plures formas, loquitur de formis perfectis. Hanc rensponsionē ēt dat Burleus super. 1. physi. 69. & ēt sequuti multi post istos, tamen saluo meliori iuditio, videtur, ꝙ, si ista rensponsio esset vera, rueret argumentū Auer. cõtra Auic. 3. cęli. 67. quia Auic. ponebat formas elementorum substantiales perfectas in mixto, dicit Auer. ꝙ cõpositum tunc erit vnū per accidens si ergo vis formas elementorum incurrere, vt forma in mixto ad materiam, tunc mixtū esset ens per accidens, ꝙ si tu dicas ꝙ non sunt tante perfectionis, vt forma mixti, hoc idem diceret Auic, quia & ipse ponit latitudinem informis. Ideo aliter dicendū est ꝙ semper vnum subiectum, vnam possidet formam. Et ad obiectum de mixto dicit, ꝙ formæ mixti receptiuum subiectum quod vnum est, nõ habet nisi vnā formā, tale aūt subm nō est nisi materia prima, per quatuor elementales formas informata. Nā vt subm elementa concurrit, & in rõne formæ, sola mixti forma concurrit. Hanc rñsionē ex doctrina Auer. hēmus. 3. cęli. 67. vt et notat Zimara theo. 20. Itē Auer. 2. coliget. cap. 2. de iuuamentis membrorum orificialium deseruientiū sensui in

Impugnatio

C generali ait, aīa nutritiua quę est in embrione pręparata recipere animam sensibilē, & stat cū ea loco formę, & finis, & nutritiua est ei loco materię, ēt The. 3. de aīa ca. 27. ait sane ordo naturę, & processus hic est, vt respectu inferiorū, superioribus vice formarū vtatur, respectu superiorum, inferioribus loco materiæ. Et sic iste modus respondendi ex optimis expositoribus sumptus est. Vnū oē corpus & composita suba. aut de simpliciū est numero, aut mixtū est, si de simplicium numero, vt sunt quatuor elemēta, tunc materia prima interminatis dimensionibus & dispõnibus qualitatiuas predispośita, non habet nisi vnā formā, a qua hoc aliquid, et in actu ipsum elementū fit. Si aūt mixtū fuerit, tūc totum resultans ex materia. & quatuor elementorū formis ibi refractis, est subiectum. Et vna forma sola, videlicet mixti, ibi est, & sic cessat dubium.

Dictū Themistij notandum.

Dicit Auerro. in. 1. cap. de substantia orbis, ꝙ vnum compositum habere nisi vnam formam est impossibile. Huius oppositum patet ab ipso in. 3. cęli. commento. 67. vbi ponit plures formas elementorum in eodem remanere. Solutur. ipse sentit loquendo de formis substantialibus perfectis & totalibus ꝙ in vno composito non est, nisi vna tantum. nam, cū illa constituat rem in actu simpliciter, quælibet superueniens esset accidens, fallit aūt de formis, q̃ nō sunt verę substantiæ, sed sunt quasi mediæ inter subm & accidentia, quales

De substantia orbis capite primo.

sunt formę elementorum apud ipsum. Et iedo caueant ponentes formam corporeitatis in via eius, & multo magis caueant tenentes in via eius animam intellectiuam esse formam vere informantem; quia ista nunquam fuit opinio eius, & si veritas sit ista, vt catholice confitemur. D

De substantia orbis capite primo. Secunda contradictio est, quia potentia est differentia substantialis materiæ, dicit Cō. in eodem capite. Sed huius oppositū patet primo physicorum, commento. 70.

Solutio. Vide primo physicor. commento allegato, quia ibi diffuse diximus.

De substantia orbis capite. 2. Tertia cōntradictio est in. 2. cap. dicit Commentator quod cęlum indiget anima mouente ipsum in loco, & virtute mouente ipsum semper. Sed huius oppositum patet in. 2. cęli comento. 6.

Solutio. Soluitur negatur. 2 cęli. tex. cōmen. 6. cęlum habere animam qualem Antiqui ponebant: quia crediderunt permanentiam illius animati corporis esse eiusdem rationis cum istis, quę sunt hic: non negatur tamē cęlum animatum esse, pro quanto habet principium separatum a quo mouetur, & per quod appetit sicut patet primo capitulo de substantia orbis in fine vbi dicitur. & non fuit cęlum dictum habere animam. Et hoc est rationabile, nam, vt scribit Commen. 8. physi. commē. primo principium motus de omnibus mobilibus est sicut anima de rebus viuis. & hoc non intelligunt Moderni qui ponunt intelligentiam vere cęlum animare, quia non possunt eleuare imaginatiuam supra cogitatiuam.

De substantia orbis capite. 2. Quarta contradi. est ibidem. Cōmenta. dicit quod cęlum de se habet finitatē suæ actiōis Huius tamen oppositum patet ab ipso in. 3. capite huius, vbi dicitur quod cęlum recipit actionis infinitatem. Similiter contradicit illi quod immediate dixerat, & est quod cęlum est simplex, & ideo non habet potētiam ad corruptionē. B

Solutio. Soluitur, cęlum respectu motus localis de se finitatem habet, quia potest quiescere, si pro orbe tantum sumatur cęlum: nam infinitas motus eius totaliter est ab extrinseco motore. cęlum respectu sui esse non habet principiū intrinsecū, per quod possit non esse, sicut sunt ista generabilia. quia tale principiū est materia prima: bene tamen cęlum habet principiū extrinsecū dans sibi permanentiā ęternam, & conseruans ipsum in suis dispositionibus necessariis. &, si tale principium non esset, ita esset de substantia cęli, inquit Cōmen. hic, sicut de eius motu. & est locus iste expressus contra Gregoriū Ariminensem qui voluit ęterna & necessaria non habere causam efficientem. cęlum igitur bene potest recipere actionem infinitam, cum ęternum sit sicut dicitur. 3. cap. de substantia orbis sed causa effectiua sui perpetui motus non est ipsum, sed est abstractum principium, sic igitur mens. Auerro. sibi concordat.

De substantia orbis capite. 3. Quinta contradictio est in cap. 3. Dicit Cō. ꝙ cęlum est subiectū tantum, non materia Huius oppositum patet. 9. meta. coñ. 17.

Solutio. Soluitur. nomen materię quandoque distinguitur contra formam, & qñq; distinguitur cōtra subiectum. Et primo quidem modo sumpsit Auer. 9. meta. cō. 17. qñ dixit nihil prohibet vt cęlū sit materia, sed prohibet vt sit forma. Et rō huius est quia, 2. de gñatio. 53. tex. materię est moueri & pati, formę vero agere & mouere. quia igitur cęlū mouetur, ideo potest habere rōnem materię vt ex eo & intelligentia fit vnum motū ex se, qa omne tale ex duabus naturis cōponitur, s. natura causante motū, quæ habet modum formę, & ex natura recipiēte motum, quę est natura per modum materię, sicut patet in. 1. cap. huius. Et ex hoc patet error multorū Auerro. qui videntes ꝙ Cōmen. tenet cęlum seclusa intelligentia non esse compositū ex materia & forma crediderunt cęlum esse formā simplicē de intentione eius. & hoc nunquā dixit Auer. bene dixit. 5. cap. de substantia orbis ꝙ mediat inter purā potentiā & actum purum. nunquā tñ absolute dixit cęlum actum, aut formam esse sed bene quando cęlum comparatum ad ista inferiora dicitur quasi forma, sicut patet. 1. cęli cō. 24. & 2. de gñatione & corrup. te. cō. 50. vbi dicitur ꝙ forma & species in terminis omniū. Si autem materia sumatur, vt distinguitur contra obiectum, sic cęlū verius dicitur subiectum ꝙ̃ materia. qa materia isto modo vt contra subiectum distinguitur, dicit carentiam formę cum aptitudine ad illā: sicut pulchre declarat Thēm. 1. physi. in digressione propria, quam fecit de potentia materiæ, & quia cęlū non habet potentiam ad esse ideo verius subiectum C

A dicitur quam materia. & sic locutus est Commentator hic, dum dixit cœlum subiectum esse non materiam.

Sexta cõtra.est in.4.cap. Scribit Com. ꝙ, si motus cœli destrueretur, etiam cœlum destrueretur: quia cœlum nõ est, nisi propter motum suũ. Sed oppono, quia Cõmen. 12.met.cõ.41. dicit ꝙ in cœlo nulla alia est potentia nisi ad quietem, & tamen in cœlo non est potẽtia ad non esse, cũ in eo non sit materia, per quam res potest non esse, neq; contrariũ. 1.cœli tex.cõ.20. Amplius, cœlum secundum Peripateticos est necesse esse formaliter, sed dispositio entis necessarij est vt non sit propter suã actionem, imo actio eius est propter ipsum: non ergo sequitur, si motus cœli non esset, ꝙ substantia cœli non esset. Nisi esset ꝙ cœlũ primaria intentione non est propter motum suum, sed econtra. Sed dictum Cõ. est a signo, non a causa. cœlum n. secundaria intentione est causa intẽdens generationem, & corruptionẽ istorũ. & ideo, si motus cœli nõ esset, nõ esset cœlum. quia cœlum est propter motũ suum secundaria intentione, vt est ordinatum ad gñationem, & conseruationẽ, & omnẽ virtutem cõseruandã in ijs, quę sunt hic. oportet. n. mundũ istum inferiorẽ superioribus lationibus esse continuum vt oĩs eius virtus inde gubernetur, vt dicitur in principio libri meteororum. vnde immediate Cõmen. in eodem loco intulit ꝙ, si motus cœli destrueretur, motus entiũ inferiorũ destrueretur, & sic mundus. ex quo verificatur ꝙ dator continuationis motui est dator esse oĩbus entibus alijs. Ecce igitur ꝙ propter necessariã dependentiã inter mundum inferiorẽ cum superiori, ista sequuntur, sed non ꝑ viã intentionis primę sed sedę, sicut diximus. & hoc argumenta prætendunt.

De substãtia orbis, ca. 4.

Solutio.

B

Septima contrad. est in.5.cap. Dicit Cõme. ꝙ corpora cœlestia sunt diuersarum specierum. Oppositum huius patet. 2. cœli cõ.39. & 49. Soluitur. duplex species, analoga, & vniuoca vt sępe diximus: corpora cœlestia sunt eiusdẽ speciei analogicæ, non sunt eiusdem speciei vniuocæ: sed, vt sic sunt diuersarum specierum.

De substãtia orbis cap. 5.

Solutio.

Auer. cap. vltimo de sub. orb. ait. Ideo inuenitur in eis plusquã vnum numero, & sunt species, & genera. Ex quibus videtur velle corpora cœlestia esse diuersarum specierum. Oppositum huius habetur. 2. cœli. 49. & 59. vbi ait. Et hoc non est exemplum, sed demonstratio fundat super hoc, ꝙ omnia corpora cœlestia sunt eiusdem naturę speciei. & corpora cœlestia sunt plura indiuidua in specie. Ad hoc respondeo. Et vt res magis fiat clara, est sciendum, ꝙ in hac re sunt duę positiones. Vna est Auic. & aliquorum ex latinis ipsum sequentiũ: ꝙ corpora cœlestia, & stellę non sunt eiusdem speciei. Et adducebat duas rationes. prima est. Corpora quæ habent motus specie differentes, sunt specie differentia. cœlestia corpora sunt huiusmodi, ergo &c. Maior est nota ex. 8. & 9. tex. 1. de cœlo. Minor probatur. quia sunt aliqui orbes, quorum dextrum est in oriente; & sinistrum in occidente. Alij vero, vt orbes erratici, habent dextrum in occidente: & sinistrum in oriente. Secunda ratio ipsius est ex eccentricis. Vnde dicebat, ꝙ nõ quilibet motus circularis est concentricus. & ideo nõ sunt eiusdem speciei. Alia est positio Auer. 2. cœli vbi supra. quę & Aristotelis videtur, ꝙ cœlestia corpora sint eiusdem speciei. Et non ita mirum est de Auic. sicut de illis latinis: qui in hoc Auic. tutantur: parum ad Aristo. intuendo. Vnde Auer. 2. cęli. 49. primo arguit contra positionem Auic. Secundo respondet suis rationibus. & arguit sic. Si corpora cœlestia essent eadem genere, & diuersa specie, vt aiebat Auic. tunc essent composita ex materia, & forma. Consequentia valet ex his, quę scribit ipse Auer. super Porphir. cap. de spetie. vbi vult, ꝙ genus generum prędicamenti substãtię est corpus compositum ex materia & forma. & ista est sententia Aristo. 12. meta. 26. vbi ait, ꝙ principia prędicamentorum sunt actus, & potentia. & illa, quę sunt in prędicamento, sunt in potentia aliquando, & aliquando in actu. Illa autem, quę sunt eterna, non sunt in potentia, vt. 9. meta. 18. quę sunt in potentia non sunt eterna. Boetius hoc etiam videtur dicere, ꝙ genus generum est substantia corporea. Quia ergo Aui. ponebat cœlos esse in genere substantię: tunc arguit sic. Quę sunt in genere, sunt composita ex materia & forma, corpora cœlestia sunt in genere &c.

Vtrũ corpora cœlestia sit eiusdẽ speciei?

Positio Auicē. & aliquorum.

C

Positio Auer.

Postea soluit rationem primam, & dicit, ꝙ ista diuersitas, quę est in motibus D cęlorum secundum dextrum, & sinistrum, non arguit diuersitatem specificam. quia etiam in homine est dextrum & sinistrum: & tamen non valet, ꝙ sit in eo diuersitas specifica. Sed diuersitas quę est circa diuersa centra est, quę arguit diuersitatem specificam. Ad secundam rationem dicit Auer. ꝙ assumptum est falsum. quia omnis orbis mouetur circa medium mundi: & nullibi Arist. posuit aliquod cęlum reuolui, nisi circa centrum mundi: sed voluit corpora cęlestia esse concentrica. Et ad contradictionem, quę in dictis Auer. apparet, dico, ꝙ (vt colligitur ex dictis Auer. 2. celi, 49.) species est duplex. Analogicę dicta, & vniuoce dicta. Corpora cęlestia sunt eiusdem speciei Analogæ: non autē vniuocę. sed vt sic, sunt diuersarum specierum. Vnde duplex est conuenientia in specie, vna est in specie vniuoca. Et illa quę sunt in eadem specie vniuoca, conueniunt essentialiter in eisdem proprietatibus, & isto modo corpora cęlestia nō sunt in eadem specie. Alio modo est conuenientia in Analoga. i. in specie secū dum prius, & posterius. vt ens non est genus vniuocum, sed Analogum. Vnde 8. phi. 72. quando est terminus, qui habet rationem causę, & rationem causati, talis terminus dicitur Analogicę. Et ideo omnes orbes sunt eiusdem speciei Analogę, & sic Auer. non sibi ipsi oppugnat. Vnde non est deridendus Auer. vt non nulli faciunt. non enim vult astra esse eiusdem speciei specialissime. quia bene sciebat in eternis non esse nisi vnum indiuiduum, sed sunt eiusdem speciei E Analogę. Et hęc dicta sufficiant.

Ad contradictionem.

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS.

Super Secundo Colliget.

Secundo colliget capite primo.

Notanda est contradictio in secundo colliget, cap. 1. Dicit Auer. ꝙ res, quæ generantur ex pluribus vna re, non complentur, nisi quando miscentur illę res ad inuicem. & faciunt vnum corpus, sicut est sequiniabin, quod fit ex commistione mellis & aceti & aquę, quorum quodlibet stabat per se in actu. Sed huic propositioni statim aduersatur dictum suum in eodē capitulo, vbi dixit ꝙ membrorum quędam sunt composita ex elementi prima compositione, quędā vero secunda compositione mediante prima. & declarando primum membrū dicit ꝙ membra consimilia sunt huius speciei. patet autem ꝙ membra consimilia, quę a Gręcis homiomera appellantur, non componuntur immediate ex quatuor elementis actu existentibus in matrice, quę postea miscentur ad eorum generationem: nam generantur immediate ex sanguine menstruo, qui fuit generatus ex cibis & potibus, sicut ipsemet fatetur in eodem loco. Amplius generatio compositi ex materia & forma est generatio corporis ex pluribus vna re, quia materia est primo diuersa a forma, & tamen materia & forma non sunt duę res in actu ante generationem compositi corporis, nam, vt dicit Cōmen. in

A 7.primę Philosophiæ cōmē.26.agens non facit in alio aliud,sed ex alio aliud: quia non facit in materia formam,sed facit ex materia formatum. & eandē sententiam tenet Aristo.ibi,& Cōmen.diffuse in.12.meta.com.18. vbi recitat tres opiniones de generatione rerum. Dicimus nos cum Peripateticis, & prę sertim cū Alexandro in Paraphrasi de anima cap.1. & in libello de mistione, & cum Themist.in Paraphrasi super.2.de anima cap.3. triplicem esse compositionem. Prima est,quando aliquid ex rebus corporalibus componitur, vt domus ex lapidibus,& lignis:ex carne & ossibus generatur animal. Secundū genus compositionis est per mistionem, vt mulsum ex aqua & melle. & hoc secundum genus differt a priore, quia in priore totum et partes disiuncta & disclusa sunt locis:in hoc autem quicquid loco discluditur non venit in mistionem, quia totum & partes in eodem loco esse videtur,re vera autem abolitę sunt partes,& seruatur integritas. Tertius modus est,quo ex ære & figura cōstare statuam dicimus,& vniuersaliter ex materia & forma corpus. Dicimus igitur propositionem Auer.veritatem habere de generatione rei ex pluribus vna re in actu, sicut est generatio misti, quod de nouo dicitur generari ex pluribus in actu immediate,ꝙ tunc oportet ꝙ elementa veniant in locum mistionis, & alterentur, & corrumpantur vsq; ad medietatem, vt ipse tenuit in.5.cęli cō. 67.sed,si mistum debet generari ex alio misto, nō est necessarium: quia tunc generationis B eius vnum est actu,puta sanguis menstruus est subiectum generationis membrorum consimilium, vnde membra consimilia ideo dicuntur fieri ex elementis prima cōpositione, non quia immediate ex elementis tanquam ex materia proxima generentur,quia hoc est contra sensum,sed hoc est respectu membrorum organicorum. vnde sensus Auer. talis est,vt illa dicantur generari ex elementis prima compositione, quę non generantur per tot media, per quot generantur organica. nam iste est ordo. ex elementis generantur cibi & potus: ex cibis & potibus generatur sanguis menstruus: ex sanguine menstruo membra consimilia: ex consimilibus organica. patet aūt ꝙ plura mediant inter generationem organicorum ex elementis, quam in generatione consimilium.si elemēta igitur de nouo debent venire ad generationē alicuius misti immediate, oportet vt prius sint separata in actu,& ab agente moueantur ad locum mistionis,in quo simul cōgregata alterantur,& diuidūtur ad partes minimas, vt dicit Auic. & sic resultat cōplexio.& per consequens forma misti.Sed nō est vera semper in generatione cuiuslibet misti ex alio misto, in quo elemēta erant refracta & vnita,quia tunc nō sunt in locis diuersis,vt patet. Intelligitur ēt Auer. propositio de generatione ex pluribus compositis ex materia & forma. & hoc dicitur,quia fallit de generatione cōpositi ex materia & forma simplici nam quę sunt pręter materiam simplicem & formam simplicem sunt formæ compositę C & materię compositę. In tali.n.generatione agens non cōgregat inter duo diuersa actu,sed extrahit illud,quod erat in potentia ad actum. Aut dic ꝙ propositio Auer.non habet locū de generatione, quę definitur in.1.de generatio. vbi dicitur,Generatio est transmutatio totius in totū, nullo sensibili remanente,vt subiecto,sed habet locum de generatione mistorum modo declarato. alibi enim dixi varias esse definitiones generationis ab Arist.traditas.& tu bene intelliges,si videbis quę scripserim in quæstione de mistione. Solutio.

Secūda cōtrad.est in.2.colliget cap.8. Tenet ꝙ nerui nascuntur in cerebro, & ꝙ non sunt infixi in eo, vt dicit Gale. Sed huius oppositum tenet in.3 de partibus animalium cap. 4. vbi Arist.tenet cor esse principiū neruorum. Respondetur. loquitur hic ex mente Galeni,& adducit eius apparentiam,sed nō probat propter hoc opinionem eius. Secūdo colliget cap.8. Solutio.

Contra.est in super cap.9. Dicit ꝙ mēbra,quę ordinata sunt ad attrahendas superfluitates sanguinis,nō faciūt hoc, nisi quia sunt sibi cōueniētes in cibo, ex quo sequitur ꝙ cystis fellis,cū sit ordinata ad attrahendū cholerā.& splen melācholiā,& renes & vesica ad attrahēdū aquositatē sanguinis,talia mēbra nutriātur ex istis superfluitatibus.Sed hoc cōtradicit magistro eius Arist.& in libris de partibus,& de generatione aialiū, volentis in habentibus sanguinē, sanguinē Secūdo colliget cap.9.

esse vltimum nutrimẽtum, ibi probat 1.de generatione animaliũ cholerã nõ posse nutrire aliquod membrũ, quia habet qualitates oppositas nutrimento, quia nutrimentum est dulce, & cholera est amara. Itẽ contradicit iste vir sibi ipsi in.2.Colliget cap.1.vbi tenet contra Medicos, ꝙ membra consimilia non possunt generari ex cholera & alijs superfluitatibus, quia in vulua non reperitur in actu nisi sanguis tantũ, & non alij humores a Medicis nuncupati, sed eadem est materia generationis & nutritionis. Quod si dicatur ꝙ sermo eius hic de mẽbris officialibus & nõ de simplicibus. Cõtra, quia officialia augentur, & nutriũtur, quia simplicia augentur & nutriuntur, vt patet ex primo de generatione et corrup.in te.cõ.33. Nisi esset ꝙ hoc dictũ ex mente Medicorũ. Sed ista solutio stare non potest, quia sermo eius manifestat se ex propria intentione loqui, quia dicit, & scias hoc, & ne tradas obliuioni. Amplius, tunc sermo eius esset in illo libro, sicut sermo Aui. qui semper reperitur medius inter Peripateticos & Loquentes, vt ipse dicit in.2.physicę auscultationis cõ. 22. & ita incidit in consimilẽ errorem, quia tunc nec est purus Medicus, nec purus Physicus. Ideo aliter dicendum puto, sicut ipse dicit in simili de stomacho in eodem cap. dum dubitat vtrum nutriatur ex chylo, & dicit ꝙ illa nutritio potius videtur spectare qualitati quam quantitati, ac si dicat ꝙ non est vera nutritio, sed quia operatio eius & obiectũ propriũ eius est cibus, qui in chylum conuertitur, ideo cessat fames sumpto cibo, sicut cessat sitis sumpto potu, & stomachus voluptuatur in illo chylo. ita ẽt potest dici de huiusmodi membris a natura destitutis ad attrahendum huiusmodi superfluitates ꝙ voluptuantur in eis, sicut sus in cœno & luto fęculento, & est per viam qualitatis, & non quantitatis per veram nutritionem. Aut hoc est, vt ẽt ipse dicit ibidẽ, quia ibi est commista aliqua humiditas sanguinea, aut phlegmatica: & sic ratione eius fit nutritio, & non merito cholerę purę, aut melancholię purę. Nam etiam ex sententia Arist. multa sunt animalia, quę non nutriuntur sanguine, sed aliqua humiditate proportionali. et ita dictum Arist. in habentibus sanguinẽ sanguis est vltimum nutrimentum, est verum: vel aliquod sanguini proportionem saltem in aliquibus membris, vt in stomacho. & in istis iam allegatis.

Solutio. (margin, beside "consimilẽ errorem")

Secũdo colliget ca.13. Quinta contra. est in cap.13. Dicit Auer. carnem esse organum tactus, & ꝙ nerui non currũt nisi ad tẽperatam complexionem carnis, quia sunt in sua cõplexione similes complexioni cerebri. & ideo in animalibus perfectis in carne ipsorum sunt disseminati multi nerui, & vbi nerui multi tũc non perueniunt, illa membra habent sensum durum, & obtusum. Sed huius oppositum ipse tenet in.2.de anima in cõ.123. Etiam contra hanc opinionem videtur esse Arist. ibidem, & Themistius. Vide Conciliatorem in propria differentia de hac materia.

Solutio. Secundum sententiam Aue. in isto loco videtur esse dicendũ carnem esse organum & neruũ esse ad temperandam complexionẽ carnis. & ideo caro, vbi sunt multi nerui disseminati, est magis sensitiua. Sed tunc, quando dicitur ꝙ caro est medium, 2.de aĩa, hoc intelligendum est de carne pura, cogita, quia Arist. in. 2. de anima dicit ꝙ organum est intus, & Gręci exponunt illud pro corde ibi, & Auer. pro veritate contradicit sibi in hoc loco, & ibi, vt vides. Videtur mihi ꝙ ad euitandam istam discordiam, ꝙ aliud est loqui de tactu vt comparatur membris simplicibus, aliud vt comparatur membris organicis.

Disceptatio de organo sẽsus tactus. partes nostri corporis sunt duplices ex 1.de historia animalium ca.1, & de partibus, similares, & dissimilares. & iterũ operationes animę quędam sunt actiones, & quędam passiones, cum virtutum animę quędam actiuę quędam passiuę sint ex 2. de anima. & Arist. iudicium facit comparando actiuas passiuis, ꝙ virtutes actiuę simpliciter attribuuntur membris organicis, & virtutes passiuę principaliter attribuuntur membris consimilibus, vt 1.de historia animalium cap.4. & est in cap. de carne, & de ijs, quę vice carnis habentur. & tunc cum tactus sit de virtutibus sensitiuis, quę enumerantur inter passiuas virtutes animę 2.de anima 52. & 3.de anima cõ.18. authoritate Alexãdri, videtur principaliter istã virtutẽ attribui mẽbro cõsimili. membra aũt consimilia, vt Arist. dicit, sunt caro, iunctura, vena, arteria, neruus pilus, pinguedo, os, vnguis, & id genus. Quare aũt aliter

vel

A aliter per sensum tactus oportet ex istis membris illi principaliter tactum attribui, cuius complexio est magis temperata, quia operatio actiua temperamentum requirit. Discurrenti autem per singula ex membris consimilibus, quę superius enumerata sunt, nullum est magis aptum vt sit organum, nisi caro. sanguis enim est propter carnem, & est materia eius, & carnis complexi est calida & humida in suo temperamento, in quo consistit vita, & sensus: nerui vero, venę, arterię habent complexionem frigidam & siccā. & ideo decuit propter istam rationem carnem esse organum. isto modo Aristo. loquitur in primo de historia, vbi tradit doctrinam quia, & ita determinat in libro de partibus animalium, vbi tradit propter quid. Sed, si nos deinde attribuamus sensum istum mēbris organicis, tunc sine dubio illud est primum organum tactus, in quo primo apparet inter organa ista operatio, & virtute carnis ista operatio aliis organicis communicata, quia cor est primum quod viuit & sentit, & alius sensus est per cor communicatus. & ideo argumento isto Aristo. posuit cor in. 3. de partibus, quando loquitur de organicis, esse principium omnis sensus. Quando igitur in libro de anima loquitur de tactu, loquitur vt est in habitudine animę, quæ est actus corporis instrumentalis seu organici actus & ita dixit illud, quod est organum tactus, est intus scilicet cor, & caro dicta extrinseca, cui adueniunt sensibilia, concurrit
B in ratione medij. sed, quando dixit carnem esse organum, consyderauit comparando partes similares. Vnde, si partes similares in communi, aut saltem partes similares cordis, ex quibus cor componitur, numerentur & comparentur inter se, cuique istorum tribuitur tactus. Cor enim secundum Aristo. est principiū omnium venarum & neruorum, & est in eo sanguis & adeps. sic secundum Aristo. dicendum est carnem esse organum. & nullus neque Gręcorum, neque Arabem, nec Latinorum vidit istam conciliationem in Aristo. ante nos. quia aliter loquitur in primo de partibus, & in primo de historia, quando dixit carnem, aliter in. 3. de partibus, quandp dicit cor. quia ibi loquitur comparando tactum ad partes similares sed in. 3. ad partes dissimilares. & sic etiam in. 1. de anima: quia anima est actus primus corporis organici: & ideo tactus, vt est de virtutibus animę, in libris de anima habet primo consyderari, vt attribuitur membro organico propter animę definitionem. Caro igitur secundum Aristo. aliter & aliter est organum &, est medium. Vide pro complemento Albertum. 12. de animalibus tractatu. 2. capitulo. 8.

Quinta contradictio est in cap. 17. Scribit Auerr. ꝙ sensus olfactus in animalibus, quę odorant sine attractione, vt est in apibus & formicis, iste sensus est clarior, quam in ijs, quę odorant per attractionem. Sed huius oppositum legimus in. 5. de generatione animalium capitulo. 4. ꝙ sensus claritas prouenit ex orga- Secundo colliget ca. 17.
C ni synceritate, quæ attestatur complexioni magis temperatę. Cum igitur multa animalia saltem homo, qui per attractionē odorat, habeat complexionem magis temperatam, igitur organum eius est syncerius, & per consequens sensus olfactus est clarior. Nisi esset ꝙ dictum eius est intantum, ꝙ ad manifestationem actus sentiendi, quia animalia ista vt apes ad longam distantiam insequūtur nutrimentum ex odore sine attractione. sed animalia, nisi attrahant, debiliter immutantur. vnde, quando volumus bene percipere appropinquemus. & attrahimus odores, & ita faciunt carnes & alia. sed quo ad distincte cognoscere differentias odorum non excellimus alia. & ista est sententia Aristo. ibi, licet multa quo ad distantiam excedant nos in hoc actu. Solutio.

SVPER TERTIO LIBRO COLLIGET.

Contradictio est in. 3. colliget capitulo. 38. Loquens de sensu visus. & accidentibus ei, dicit ꝙ proprietas visus est. ꝙ est susceptiuus colorum, qui non denudati a materia. Sed hoc contradicit Philosopho in. 2. de anima, qui dicit cuiuslibet sensum propriū esse susceptiuum specierum sine materia. Soluitur, ꝙ intelligitur Tertio colliget ca. 12. Solutio.

de abstractione a materia & conditionibus eius, hoc enim intellectus est propriū & ideo infert ꝙ, si ita esset tunc ipse esset intellectus. verba enim sequentia hunc sensum prę seferunt ibidem. D

SVPER QVINTO LIBRO COLLIGET.

Quinto colliget ca. 12. Solutio.

AVerrois in .12. cap. vbi de medicinis stipticis loquitur inquit ꝙ frigiditas, quę non est terrestris, est debilis operationis. Videtur igitur ꝙ terra sit frigidior aqua, cuius oppositum habetur in. 2. de generatione & corrup. tex. cō. 21. Soluitur, intentio eius est ponere differentiam inter medicinas oppilatiuas, & stipticas, nam licet ambę frigide sint, tamen differunt. quia oppilatiuę fundantur in materia subtili, sed stipticę in materia grossa, & ideo est materia terrestris. quia frigiditas iuncta siccitati inducit grossitiem. sed iuncta humiditati inducit subtilitatem. & ideo dicit ꝙ istę stipticę medicinę sunt natura frigidæ, & terrestres, & fortis siccitatis, quia terra est principium siccorum. Sed ista solutio stare non potest. quia in capitulo, de medicinis oppilatiuis dicit ꝙ sunt naturę frigidę, & terrestres, & remotę a mordicatione. Nisi esset ꝙ est latitudo in mistis, quia terrestritas magis dominatur in stipticis, vnde ibidem dicit ꝙ oppilatiuę aut sunt temperatę complexionis. aut declinant ad paruam frigiditatē vnde complexio mistorum differt a complexione simplicium, & habet latitudinem magnam, & diuersitatem etiam in ipsis mistis. E

Quinto colliget ca. 23. Solutio.

Secunda contradictio est in capitulo. 23. Dicit Auerro. ꝙ non est extraneum vnius agentis actiones diuersificari diuersis dispositionibus subiecti. Huius oppositum habetur in. 2. de anima commento. 60. Soluitur. Non est contradictionem sermo eius in. 2. de anima est sermo comparatiuus, videlicet ꝙ melius est existimare materiam diuersificari per formam quam econtra. quia, vt dicit Commentator. 2. physi. in hoc Aristo. resistit Antiquis. cō. 87. ipsi enim opinabantur ꝙ formę sequuntur materiam, & diuersificantur per illas. & ipse opinatur econtrario. cum hoc tamen stat dictum eius in hoc loco quia actus actiuorum sunt in patiente & disposito: & ideo non inconuenit ab vno agente ex diuersis dispositionibus subiecti prouenire diuersos actus. sicut ibi datur exemplum, ꝙ medicinę, quę Bezahar a Medicis dicuntur, idest quę sunt appropriatæ contra aliqua venena corpus sanum interficiunt. & corpus effectū dispositione venenosa, cui illa medicina contrariatur, sanat illud.

Quinto colliget ca. 24.

Solutio.

Tertia contra. est in cap. 24. Dicit ꝙ corpora animalium sunt calidiora terrę nascentibus: ꝙ ideo in terræ nascentibus non inuenitur calor in actu. Sed huic aduersatur dictū Aristo. in libro de morte & vita, vbi definit negationem animatorum, dicens ꝙ generatio est prima participatio animę in calido naturali, & vita est eius permansio. Amplius in. 2. de anima, & in libro de longitudine & breuitate vitę, anima omnia mediante igne operatur, & ita in vegetabilibus est calor in actu. Soluitur. non est in actu secundo, vt sensibiliter a nobis sentiatur sicut est in animalibus, nam vt inquit Galenus, siquis poneret manum in cordis ventriculi sentiret manifestam & notabilem caliditatem qualem non sentimus in partibus, intimis aut extrinsecus platorum. ꝙ sic intelligitur dictum eius. Et sic sit finis solutionū ad contradictiones Aristo. & Auerro. super tota Philosophia Naturali, & super tota Metaphysica, & super libro de Substantia orbis, & super libris Coliget. Ad laudem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ virginis Marię, in quibus, si quid dictū, est quod a veritate fidei nostrę dissonare videtur illud, ex Phylosophorum mente, & Auerrois, cuius nos interpretes fuimus, dictum sit. Ergo autem in omnibus Romanę ecclesiæ me submitto pro veritate fidei nostrę, pro qua bis patiar mori, pro qua bis moriar libens. F

Solutionum Contradictionum in dictis Aristotelis & Auerrois finis.

A

LIBELLVS
AVERROIS CORDVBENSIS DE SPERMATE, VEL DE HVMANO SEMINE.

Ne mireris candide lector nos hunc tractatulum de spermate hic cudisse, cum potius inter libros de generatione animalium locandus foret: nam cum iam illis excussis ipsum habuisemus, aliter fieri non potuit.

B QVoniam oportunitas nobis occurit scrutari de humano semine vtrum eius dictio significet res diuersas, aut vnam tantum: quod si diuersas, quę ipsarum est ingrediens genituram, & que non. De illa autem, ingrediente, querendum est vtrum ingrediatur vt opifex, aut ut instrumentum opificis, & si ingreditur vt instrumentum, rursus scrutandum est, vtrum aliquid de sui substantia permutetur in substantiarum geniti, aut nichilo, & Sic erit finis sermonis nostri in hoc negotio. Est autem sperma seu humanum semen corpus liquidum fluxibile viscosum dealbatumque ac naturali testiculorum Calore, se habens ad ipsos testiculos, vt semina in centro piri inclusa ad ipsum Pirum, quare hi qui carent testiculis carent quoq; semine: Cum igitur, fęminæ hñt testiculos pendentes ab ore vteri, vt palam ad intus ex anothomia apparet, necessario sequitur feminas quoq; semen habere: Significat ergo humanum semen substantias diuersas. Quorum vna decoquitur in testiculos Maris, & alia in femellis. Et cum hoc palam sit. scrutandum est modo vtrum hęc duo semina ingrediantur formalem genituram, sicut asserunt Medici: an vnum tantum, s. maris, ut uoluit Aristo in lib. de generatione animalium: si enim (vt ipse inquit,) semen femelle partem haberet in genituram, tunc vterus minime illud per eius collum euomeret, sed ipsum sicut virile semen ad se atraheret, & nulla fęmina absque emissione sui spermatis conciperet, & sic vicina illa nostra fal
C sum nobis iurasset, multeque aliẽ Matrone ac nobiles numquã essent fidei digne. Pręterea si fęmelle semen genituram ingrederet (ut Medici affirmant,) necesse est illud ingredi aut secundum esse suum actiuum, aut passiuum, non secundum esse actiuum. Quoniam semen viri in generatione superfluum ac ociosum esset, & sic quęlibet Multer posset absq; maris semine concipere quod est manifeste falsum: & si dicunt Medici fęmelle semen, tantum passiue concurrere, tunc dicimus ꝙ hoc est impossibile. Quoniam tale semen nec est sanguis, nec in utero: potest formam sanguinis suscipere quod est quia in vtero nulla est virtus mutatiua alicuius humiditatis in sanguinem, quia ex eisdem generatur alter ex quibus nutritur, quum nutritio sit quedã generatio, sed manifestum est animal perfectum nutriri ex sanguine quare manifeste apparet quod neque fęmelle semen neq; passiue in genitura concurrat: Et quum Medici dicunt quod natura fecisset illud occiose, respondemus ꝙ non est verum, sed dicimus ipsum esse duorum iuuamentorum causam pri. est collum vteri humectatio, vt virile semen lubricam habeat viam ad vterum. Secundum iuuamentum est ut mebrum virile maiorem habeat delectationem, aut suscipiat in fricatione illius seminis viscositas, quare non ociose natura illud ordinauit, quod manifestum est solum semen viri locum hebere, in generatione fętus. . . . .

Caput Secundum, a quo parte semen decidatur. D

DE Partibus autem seminis ac de eius substantia queritur vtrum trahat originem a toto corpore generantis, aut ab aliquibus partibus eius, sicut non nulli Medici philosofantes dicunt & de hac dubitatione breuiter dicimus, quod ab ea parte uel partibus, seminis materia originem trahit, a qua uel a quibus vasa ipsius ortum habent. Cum autem manifestum, apparet, ex anothomia, vasa seminis ortum habere a venis, & arterijs, & omnes vene & arterię ortum trahunt a corde quare palam est seminis materiarum originem trahere a Corde: esset namq; contradictionis implicatio dicere vasa seminis ortum habere a venis & arterijs, & modo seminis a toto Corpore confluere, neq; a partibus eius preterquam a Corde. Vt experientia ex anathomia docet: & propterea in nimio, ac superfluo Coitu corpus minuitur ac eius uita abreuiatur, vt manifestum est impasseribus, quę cuius senescunt prę nimio coitu moriuntur: Materia igitur seminis originē a corde trahit, vt ostensum est: ob quā rem scrutandum est vtrum eius esse sit nutrimentum spuerfluum, Cordis, an aliqua superfluitas quę separatur in eius digestione cuius superfluitatis receptaculum sint testiculi: vt in digestione epatis manifeste apparet, de colera, & de hypostasi: & de suis receptaculis: namque manifestum est apud omnes. ꝙ spiritus vitalis generatur ex subtilliori parte sanguinis depurati in corde, & hoc fit per actionem caloris naturalis cordis, cuius perfectio. est crassum sanguinis in nutrimentum permutare, & subtile in spiritum vitalem, eos, que distribuere ad omnes corporis partes, cū mensura debita. Secundum ꝙ vnicuique membro est conueniens Est autem spiritus vitalis substantia vaporosa clara ac limpida cuius esse est ignibile per motū cordis: Quare apparent ꝙ materia seminis, non est sanguis subtilis: ꝙ est quoniam materia spermatis est substantia corpulenta & minime vaporosa. Et si diceretur materiam talem esse nutrimentum cordis superfluū, tunc cor posset ex eo nutriri. Et sic talis materia esset cor impotentia sicut ipsum est omnia mēbra cetera impotentia: colliquatur igitur. hęc materia a Corde per venas, & arterias ad vasa illa seminaria circumuoluentia carnem glandosam testiculorū ibidemque formam seminis recipiens, quod in coitu emittitur a virtute expulsiua, ipsorum stimulata a delectatione Capitis membri virilis motu confricationis acquisita, per vasaq; delatioria. vt animal perpetuetur Secundum speciem. quum perpetuari secundum esse indiuiduale nequaquam sit possibile: vt alibi probatum est, & hęc de causis. quatuor. seminis sufficiant: E

Caput Tertium. F

PAlam enim est in libro de generatione animaliū ꝙ maris semē ingreditur genituram. propterea scrutandum est vtrum ingrediatur ꝙ modum opificis, vel ꝑ modū instrumenti ipsius quod si diceretur ipsum ingredi ꝑ modū opificis neccessario oporteret sibi assignari proprium instrumentum, cum quo opus suū perficere valeat. Quod est quoniam opifex non haberet ingredi opus eius nisi virtualiter, quare necesse est vt inter opus, & opificem cadat instrumē tum, quod est quoniam inter agens & agibile semper cadit medium, & similiter inter factiuum & factibile, generatiuum, & generabile medium cadere necesse est, alioquin non perficeretur ab agente, vt probatum est in philosophia naturali. quare palam est semen nequaquam ingredi geniturā vt opifex, cū nō sit ei assignari aliquid aliud instrumentum in vtero generationis. Et si quis diceret calorē naturalem esse illud respondemus ei, & dicimus: quod hoc est puerile quia calor naturalis est in semine quasi forma, & perfectio per quam operatur & agit. Et cum nō possit agere vt actiuum tantum agit vt agens & actum, mouens, & motū ab alio, quare apparet quod ipsum non ingreditur genituram, n-

A vt instrumentum opificis. est igitur semen viri instrumentũ opificis ꝓductiui animalis cuius est semen. Et Quoniam palam est nullum animal perfectum posse perpetuari secundum speciem enim per ipsum, ex quo apparent naturarum sollicitudinem habere in omnibus animalibus cuiuscunque speciei sit, eo quia cum non possit animal perpetuare in esse in diuiduale perpetuat ipsum in esse specificũ. ex quibus apparet sperma virile esse instrumentũ naturę perpetuãtis animal in specie cuius est semen: Ideo scrutandũ est de hac natura siue opifice, uerum sit virtus organica vel inorganica, volo dicere. quod oportet Considerare, si hęc natura est materialis, aut nuda ab omni materia Corporali, ac de eius instrumento, apropriato bene propendere. vtrum sit calor naturalis seminis, an alius calor ei additus eueniens deffòris. s. cęlestis: si enim diceretur naturã huius negotij generationis actiuam, esse corporalem, tunc esset mouens motum ab alio, & sic non esset primus motor nec, natura, sed naturale. s. cõpositum ex materia & forma, & sic scrutandũ esset de suo primo motore: & cum manifestum est istam naturam agere per cognitionem complendo vnumquodque membrorum organicum ex partibus consimilibus secundum quod expedit ad esse ꝑfectum sequeretur quod semen esset animatum anima cogitatiua. quod est incõueniens. Quoniam perfectio seminis nec sensus, nec intellectus est sicut probatum est in naturali phylosophia: intelligentiam enim oportet esse naturam acti-

B uam generationis alijs, cuiuslibet cognitiuam finis suę operationis. Quare necesse est fateri ipsam esse nudam ab omni corpore: secundum se: & ideo Aui. vocauit ipsam formarum datorem. i. colcodeã orbis lunę: & plebei nostre legis vocarunt illã deum deorum. qui secundum non nullos phylosophos est anima, & perfectio, mundi, & apud Anaxagoram, est intellectus distinguẽs. & concordãs omnes mundi partes, dirigendo in eo vnumquodque in motu secundum quod expedit sua semper actuata immaginatione, vt eius substantia perfectio immaginationis vocari potest. Apud aũt Ari. in lib. de generatione animalium hec natura vocatur informatiua virtus asistens immediate calori cęlesti inherenti calido naturali. s. animalis. Qui cum vno semine informat, & complet vnum animal, & cum alio semine aliud diuersum in specie: & non solum per actionẽ eius animalia queq; in specie sunt diuersa, ex varietate seminis ipsorum: sed etiam diuersitate recipientium mixta animalia ex naturis diuersis in specie fiũt sicut manifestum est de mulo, ac de cane lupeo in animalibus, & in planus similiter videtur fructus mixtos fieri, vt de nuce, persico, piro, pomo, & similibus vt in agricoltura manifestum est, natura enim ex mistis propinquis in specie mista diuersarum specierum gignere facit: & quãuis ab vno inquantum vnum, natura non faciat nisi vnum, pp quod, tot deberent esse virtutes informatiue spe-

12. meta. cõ. 18.

Idem. 7. met. cõ. 28.

C cies distincte, quot sunt animalia specie distincta tamen dicimus quod hec informatiua virtus tamẽ est nisi in vna, quoniam vnus est eius informatio, et nõ plures: & quando dicimus quod facit & complet cum calido cęlesti quod est eius proprium instrumentum & primum mouens motum ab ea vnum animal specie distinctum ab alio, ex quo videntur ab ea fluere multe informationes tamẽ hoc non facit per esse suum sed per esse instrumentorum diuersitatis. quod est, quoniam diuersitas instrumentorum facit diuersitatem in re factibili, eo qa ab eodem agente pp diuersas perfectiones suorum instrumentorum diuerse forme fiunt in materia vt manifestum est in artificialibus; Cum semine igitur humano informat corpus hominis, & illud organizat & cum bouino semine. corpus bouis, & cum equino equi corpus, & sic de alius quare manifestũ est, quod varietas informationis, & organi rationis cuiuslibet animalis non attenditur penes esse virtutis informatiue sed penes esse varietatis instrumentorum idest varietatis esse seminis, & consecutiue caloris naturalis eorum. nam gradus mistionis esse seminis hominis est alius a gradu mistionis canis. Quorum cuilibet inest proprium, calor naturalis cum quo informatiue instrumentum informat & perficit animal in esse cuius est semen. & non solum variatur actio huius virtutis ex varietate seminum, sed etiam ex varietate materię suscipientis, in tantũ ꝙ aliquando monstruũ generare contingit; omne enim quod recipitur, recipitur

per modum rei recipientis non autem rei receptę. ordo autem generationis ani- D
malis, necessario nãque, suo calore, hęc virtus mouet virtutem gignitiuam Quo
niam est ei obediens primum: & virtus gignitiua mouet totum semen, & semẽ
sanguinem menstruum incessanter donec totũ informetur animal secundũ me
rita materię; & ideo ex materia hominis hominem & ex equi materia ęquũ
& ex materia canis canem. Est autem hic actiua non primum mouens totum
animal ad coitũ sui obiectum reprę sentatione ipsi imaginatiue: & generatiua
ei obediens consecutiue, repręsentat suum obiectum concupiscentię & concupi
scentia Pariter cum immaginatiua mouet totum animal ad coitũ: ex quibus ap
paret nullum animal moueri ad coitum nisi per imaginationem, sicut manife
ste apparet in multis animalibus, quę non mouentur ad coitum, nisi in determi-
nata ętate ac indeterminans annis temporibus. quod non appeterent nisi esset
in eis hęc mouentia, & mota in illis horis: causa autẽ quare generationes ani
malium perpetuantur est infinita materiæ diuisio ac instrumentorum per actio-
nem huius virtutis, quę est primus motor non est deuenire ad vltimum motum
non mouens propter infinitatem dictum ex quo tota materia eiusdem vnius spe
ciei generabilis & corruptibilis non reperitur sub eo vnius indiuidui sicut re
peritur in rebus æternis, vt patet de sole luna & huiuscemodi.

Caput Quartum, vtrum semen mulieris concurrat ad genituram. E

PVtant.n. non nulli philosofantes & pręsertim medici illustres.s. Galenus, & seguaces, non solum semen maris ingredi genituram secundum esse formale, & materiale, sed etiam semen mulieris, licet modo diuerso: Dicunt.n. semen viri plus concurrere scdm esse formale quã materiale, & semẽ fęmine e cõ uerso credentes, utrũq; semen se habere in genituram sicut coagulum, & lac in caseo, mel & accetum in seccanibi. Non autem sequentes ue ridicas vias oppositum credimus, & sicut in lib. Arist. de generatione animali um ostendimus, & ibidem dicimus rationes quibus hec sua oppinio stare nõ potest cum principijs naturalibus nisi forte intelligant per semen fęmine sanguinem mẽstruum, quod est, Quoniam putaret quidem certitudinem habere de aliquo pręsuponit cognitionem illius. Quoniam non credimus aliquid esse vel non esse nisi aliquid de eo certitudinem habeamus: & omnis certitudo, alicuius rei non habetur nisi ex aliqua pręcognitione, precognitio necessario aut est per sensum, aut per intellectum: cum igitur medicorum de vtroquę semine. quam ipsi credunt non possit pręsuponere aliquem modum pręcognitionis, quomodo F
igitur putare possunt utramque semen ad genituram cõcurrere sicut concurrũt lac, & coagulum, mel, & accetum ad generationem, casei, & secaniabin: profe cto eorum credulitas est chimerica; quod enim semen fęmine non concurrat ad genituram sicut concurrit lac in generatione casei, mõstratur per hoc. ex eo enim generatur vnumquodque animal ex quo nutritur: sed animal perfectum nutritur ex sanguine, ut manifestum est, sequitur quod animal perfectum generatur ex sanguine, ergo semen fęmine. non concurit ad genituram, vt lac ad genituram casei. Nutritio.n. est quedam generatio, igitur vnumquodq; ex eo generatur ex quo nutritur: Amplius si semen fęmine teneret locum in genitu ra, sicut lac in caseo: opporteret vt esset maioris quantitatis quã sit semen viri tenens locum coaguli: sed hoc manifestum est contra sensum, & rationem igi tur &c. De semine autem mulieris ostensum est super ipsum minime ingredi ge nituram nec secundum esse formale nec secundum esse materiale, vt esse hic ali quid tactum est: sed dubium est de viri semine. vtrum concurrat scdm esse ma teriale. cum sit materiam ipsum ingredi scdm esse formale. eo quoniam alte rat, ac disponit sanguinem menstruum ad formam, & esse animalis cuius est: & etiam dictum est supra materiam seminis esse cor in potentia, eo quoniam

A nutrimenti pars eius est, ideo expedit vt minimum seminis agentis tangat minimum sanguinis, ad hoc vt perfecta alteratio & dispositio aquiratur in eo ad formam cordis suscipiendam, & eius esse alioquin totus sanguis non disponeretur ad illud, sed in parte post partem, & sic cor non esset primum quo animal viuit & nutritur: ex quibus apparet quod prima actum in generatione animalis est perfecta mistio seminis viri cum sanguine menstruo mulieris per minima vtriusque, est enim mixtio mixibilium alteratorum vnio. Quare manifestum est semen maris, ingredere genituram animalis, & secundum esse formale, & materiale quia est pars mixtionis, ex qua fit animal, vnde non cessant minima eius corrumpi, & minima sanguinis alterari atq; disponi donec tota materia informetur forma animalis delata, ipso mediante ea propter manifestum est semen maris ingreddi genituram secundum duplicem modum, videlicet formalem & materialem, vt optima fiat copulatio agentis & passi vt contangantur &c. Dictum est supra semen non posse esse materia animalis per hoc quia non est sanguis, & dictum est quod in matrice non est virtus mutans humiditates in formã sanguinis quare per hoc apparet semen non posse esse materiam embrionis. Ad hoc dicimus, quod licet in matrice vlla sit virtus mutatiua humiditatis seminis in sanguinem. est tamen in sanguine menstruo talis uirtus. virtute uenarum aptanata illa minima seminis mutare informam sanguinis, sicut gutta aque in
B multo vino mutatur in vinum quare &c.

Hæc sunt verba Auer de semine, ex Arabico in latinum translacta ab Eccel. Phylosophiæ proffessore D. Helia Cretense.

F I N I S.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes quaterniones

Ee, duernio.

C

VENETIIS Apud Cominum de Tridino, Montisferrati.

M D L X.

28

[illegible]

14






calibrite
colorchecker CLASSIC
mm